




43. C. 17.
3. Vol.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

43. C. 17. 3 Vol.

Poet.

38.D.18 Schreibpap.

autore. Jac Bongarsio

GE STA DEI

PER FRANCOS,

Sive

ORIENTALIVM EXPEDITIONVM,

Et

REGNI FRANCORVM HIEROSOLIMITANI

Historia

A

Variis, sed illius cui scriptoribus, litteris commendata:

Nunc primū aut editis, aut ad libros veteres emendatis.

Auctores Praefatio ad Lectorem exhibet.

Orientalis Historiæ

Tomus Primus.



HANOVIAE,

Typis Wechelianis, apud heredes Ioan. Aubrii.
M. DC. XI.

Cum Privilegiis, S. Cæs. Romanorum Majestatis, & Regia Francorum.

43.C.17

1.1





REGI
CHRISTIANISSIMO
LVDOVICO
HENRICI MAGNI
FILIO.

MVLT A abs te, magnáque,
LVDOVICE Rex, pau-
culæ istæ voces exigunt. Nec
te ego morabor multis. RE-
GEM cùm dicimus, imposi-
tum nobis à D E O rectorem
agnoscimus, solo D E O minorem. Castum
itaque, & D E O simillimum Principem ex-
spectamus. CHRISTIANISSIMVM
verò, tanto post se interuallo relinquere alios
decet, quanto supra genus omne hominum
homo CHRISTIANVS attollitur. Suaue &
expetendum CHRISTIANVM nomen, eius-
que Coronam admirabilem, dixit Orisaurei
Doctor: sed CHRISTIANISSIMI nomine glo-
riosius nihil se habere profitetur, qui vt voce
olim, ita scriptis hodiéque, spargit

—salubres Ambrosia succos.

Te itaque, Vnctum DOMINI, summam
ad gloriam vocat vox propria Regiæ gentis

(a) 2

Chrysost. homil. 3. ad Antioch.

Ambr. epist. ad Gratianum an-
gustum.

tuæ:nec mortale hoc solum,& peritum Regnum capessendum; sed multo etiam ardentius immortalem à C H R I S T O Coronam persequendam admonet. Ad gloriam; inquam, adspirandum tibi: sed solidam illam certamque, paucis aut cognitam aut petitam mortalibus: quæ, non effræni & dissolutâ potentia, sed legibus adstrictâ ratione quaeritur.

Impositum verò, non sine Nume, L V D O V I C I nomen; & H E N R I C I Magni, parentis, gloriofissimi Principum, recens memoria, Maiorum te tuorum Virtutibus obligat. Neque enim facinus magnum, aut sanè memorabile est, in paternum Regnum, bonis benevolentibus, nequicquam malevolentibus improbis, succedere; & Regiam inde pompam, externumque cultum, luxumque exultum persequi: sed meminisse virtutum, de iis cum optimis quibusque certare; omnésque omnis memoriæ bonos Principes, institutis factisque laudabilibus vincere, dignum & titulis & Maioribus tuis facinus existima.

Sed ab illis omnium ætatum, ad tuos te reuoco: quos si æquaueris, omnes omnium gentium alios facile superaueris. De multis, paucos accipe: & principes primum Regnum tuorum auctores suspice, W A R A M V N D V M, & M O N C A D A M: illum,

Omnia veridico qui quondam ore profudit:

hunc,

hunc, expansâ manu facilem, & munificum.
Ad tuos inde descende LVDOVICOS: &
in his illum BEATVM intuere, à quo gene-
ris tui felix propago; atque hunc proximum,
cui PATRIS POPVLI nomen Virtus fecit:
Virtus verè Regia. Nam rei militaris scien-
tiam, & illud circa pectus æs triplex, non pauci,
etiam mercenarii & è plebe duces habuere:
sed populorum salutem, studio, curâ, solici-
tudine, prouidentiâ complecti, Regum res
est; eorum maximè qui CHRISTIA-
NISSIMI audiunt. Ab his LVDOVLE-
CIS duobus cum abieris, excipiat qui edi-
dit Magnus HENRICVS: ingenio, vir-
tute, lenitate maximus: cuius verissimas lau-
des alii dixeré, dicentque: Illis, imò & tibi;
nos fortasse aliquid aliquando dabimus, vt
quos imiteris habeas è Maioribus tuis cogno-
mines duos, omnium optimos maximos.

Et BEATI quidem illius gesta, hæc attin-
git, quam offero Maiestati tuæ, Historicorum
collectio. Offero autem, quia Historia: quia
res arduas à plerisque omnibus Christianis
Principibus, in primis à Maioribus tuis, in-
genti pióque animo suscep tas confectásque
continet: quia & LVDOVICORVM
Regum facta memorat: quia de tot Regiis
Principum familiis, qui his ut periculosisssimis,
ita gloriosissimis expeditionibus adfuerunt,

tuam vnam, quantum meminisse possum; ve-
lut è publico mortalitatis naufragio, sacram
tabulam, D E V S superesse voluit.

Historiarum quidem studium eiusmodi
est, vt cùm omnibus ingenuis hominibus
conueniat; tùm eorum quos Reip. D E V S
admouit, proprium sit: Regibus autem ma-
xime omnium necessarium esse videatur. Fa-
cit enim illa à D E O maiestas, quæ verendos
bonis omnibus Reges reddit, vt paucos tam
præsenti animo reperire sit, qui oculos attolle-
re, mentem intēdere, os aperire ad tantisplen-
dorem luminis, (an numinis?) audeant. Oris
canini, & ferreæ frontis homines, vt ineptissi-
mi, ita audacissimi, vobis se Regibus insinuant:
neque teneram tantum ætatem, clām mo-
rum magistris, labefactant; sed adultos & iam
confirmatos Principes à recta via ad vitia re-
trahunt, atque inde agunt præcipites: blandi,
sed perniciosissimi Doctores. Itaq; ad LIBROS
te voco: Veritatis incorruptos illos & custo-
des & indices: non eum ad modum, quem
prauum nonnulli Principum secuti sunt, do-
ctrinæ & eruditionis plebeiae captantes vel fa-
mam vel fumum. Meliorem te ex iis, & pru-
dentiorem volumus. Quod alii seruilibus aut
etiam turpibus officiis impendunt; eius tu
temporis particulam pauculis, sed electis ali-
quot è vetustate, atque etiam è tua gente, pro-
bis au-

bis auctoribus tribue: in secessu illos habeas;
clam ad illos adeas, tāquam ad secretissimos &
fidelissimos consiliarios: in quibus sit, si lubet
in hac collectione princeps, Tyri Archiepi-
scopus Guislermūs: qui & Regis pueri inge-
nium Præceptor formauit; & imperantium
consilia Cancellarius rexit; & grauissimis de
rebus legationes ad Reges maiores tuos, & a-
lios Occidentis magnos Principes, variâ do-
ctrinâ instructus, & vsu multo subactus obiit.
Teneat & suum locum illa, quam ante dixi,
B. LVDOVICI, cuius & origine & nomi-
ne gaudes, insignis historia: quæ & hīc obiter
inserta, & aliis ex professo dicta est.

Sed vnam, è tot Regiis, solam supersti-
tem familiam tuām, commemorandum at-
que explicandum videtur. XERXEM illa-
chrymasse ferunt, cùm immensum exerci-
tum lustrasset oculis: quòd de innumerabili
multitudine, intra centum annos nemo su-
perfuturus esset. Sed singulorum, quamuis
in numero numero, conclusam angustis ter-
minis viuacitatem, mirum non videatur, qui
iusto D E I iudicio, morte damnatam sciat
generis humani contumaciam. Integras verò
familias, quæ longā filiorum nepotūmque se-
rie reddidisse immortalitatem mortalibus vi-
deri poterant, tam breui tempore occidere,
meminisse horret. Magno olim, vti dixi,

(a) 4

Principum, nationumque Christianorum
concursu in Turcos & Saracenos itum est.
Hic Germaniae & Graeciae IMPERATORES;
Francorum, Angliae, Hungariae, Daniæ, Nor-
vægiæ, Siciliæ & Cypri REGES; Lotharin-
giæ, Bauariæ, Normandiæ, Austriæ, Aquita-
niæ, Burgundiæ, Flandriæ, Biturigum, Ande-
gauorum, Campaniæ, Montisferrati, Tholo-
sæ, Henucorum, aliósque PRINCIPES; & pro-
ceres alios innumerabiles legimus. GER-
MANICVM Imperium, per artes bonas quæsi-
tum exercitumque tum tenuere post Franci-
cos Sueuici, quos, desperatis in Oriente Chri-
stianorum, in Italia Imperii rebus, ipsâ Ger-
maniâ variis fessâ tempestatibus, exceperunt
Austriaci Principes. Sed illi fuerunt: fortis
autem & religiosa in Turcos opera, fideli ho-
rum aliorumque auctorum commemoratio-
ne viuit. GRAECORVM Imperium infede-
rant Comneni, & post eos Angeli, malo rei
Christianæ orbi immisi: quorum & nomen
periit: Imperii autem cum Vrber reliquias, pes-
sum iam eunte Hierosolimitano regno, occu-
parunt iuncti Venetis Franci tui; tenuerunt
que, donec per intestina mala distractis Chri-
stianorum animis, domesticorum perfidiæ
cessit nostrorum destituta Virtus. De Regi-
bus quorū insignis hisce bellis opera & com-
memorabilis fuit, ANGLIAM habuere Nor-
mannici

mannici primūm, dein Andegauensis, atquè etiam Campanici sanguinis Principes, sub Maiorum tuorum nati imperio: SICILIAM; iidem tui Normanni: DANIAM & NORWEGIAM, sui, vt videtur, indigenę: HVNGARIAM, Attilæ posteritas: CYPRVM, & ipsi clientes tui, Lusignani. Sed, vt illorum Imperatorum, ita & horum Regum, posteritas omnis ad plures abiit. HISPANIS, negotium facessebat Saracenorum alia natio, quibus perdomitis, sublatæ & hæ Regum familiae, regnandas terras suas illis ipsis Austriacis Principibus reliquerunt. Per aliorum ire Principum omnium gentes, vt non iniucundum, esset tamen longum nimis, & extra modum epistolæ. Et de his, vix vna & altera hunc breuem, sed rapidum, temporis cursum superauit. Ita subuerso, certè aliam atque aliam in faciem sæpius conuerso terrarum Orbe, solum Francorum Regnum, Reges tenuit suos: soli Francorum Regno, Reges D E V S seruauit suos. Viuit in te, tuisque Principibus, Regius ille ab Alto sanguis; viuetque, quamdiu hic viuet rerum ordo, si tu tuique, ad summam & in omni memoria vnicam D E I gratiam excitati D E O redditis quæ D E I; populo, quæ populi: id est, si Pietatem, si Virtutem colitis. Facilis res est. Namque Virtus plano aditur; eiúsque ut aperta & simplex acquisitio, ita certa & quie-

ta possessio; & ex ea tandem, nec marcescens
& immortalis, quam dixi, Corona. Vitiorum,
& difficiles sunt aditus; & ubi superaueris, sem-
per inquieta possessio; & cum æterna infamia
poenáque, tristes hic, & turpes, ac miserandi
exitus.

Tu, adsumma nate, LVDOVICE Princeps, rectam illam & Regiam viam pergit, tritam bonis: &, quod ciues tuos decet, ut
quam quisque artem profitetur, eam exerceat,
id & te omnium puta decere maximè. Num-
quam te tui, numquam muneris tui pudeat.
Eo genere natus es, quod Francorum Re-
gnum tenuit annos supra sexcentos: quot, vel
villulam tenuisse, rarum est; quot, vel ignobi-
le regnum, nulla gens tenuit umquam. Quæ
mortales omni opere, cum fidei & fortuna-
rum dispendio, cum vitæ periculo, per ruinas
cædésque & generis humani exitium, igni fer-
róque sectantur, omnia tibi nascenti D E V S
tribuit. A D E O secundus, D E I in terris vi-
cem geris: te miseri felicésque pariter respi-
ciunt, colúntque; ad te inopiâ pressi, calamita-
te afflitti, iniuriâ violati, tamquam ad præsens
numen confugiunt: & sunt, quos quo conui-
cio proclamem nescio, qui hoc muneris refu-
giant. At tu, eius auctorem D E V M, pietate
sequere; humanum tibi creditum genus,
virtute complectere: miseros, liberalitate &
iusticiâ

iustitiâ refoue; felices, prudentiâ rege. De-
nique, ad quod natus es, ad quod vocatus;
HOC AGE. Nam & hîc **D E V S** est, iu-
dex, vindéxque: cuius oculos, nec artificiosè
vltimis ædibus abdita conclauia, nec profun-
di syluarum recessus, fallant; vim, nec vis vlla
sustineat, nec ingenium eludat. Igitur **HOC**
A G E. Feras alii, dies noctésque sequantur:
alii gulæ, & foedis nec nominandis voluptati-
bus indulgeant: gemmis alii ingeniosè distin-
cta opera, & spirantes tabulas, & viuos de mar-
more vultus, eleganti, sed indignâ Principe
curâ conquirant: ærarium nec sufficiens ne-
cessariis, turpibus exhaustant: Naturæ etiam
arcana nonnulli, laudabili, sed alieno studio
perscrutentur. Huique ipsi postquam ætatem
aliud egerunt, si quid grauius inciderit, tan-
quam nouum in Orbem per somnum delati,
stupeant, & velut depensi pelago, ignari ma-
ris, ventis fluctibusque, quam regere, cui vitam
impendere debeant, Reip. nauim desperantes
relinquant. Hinc, direptiones mortésque in-
nocentum, Regnorum vastitates, Imperio-
rum naufragia consequantur.

—*Excuditur, pronúsque Magister*

Volutur in caput.—

Arma virūm, tabulaque, & Troia gaza per vndas.

Ista igitur, alii: vt indigna fastigio suo, ita ipsi
Diuino, quod negligunt atque abiiciunt, in-
digni munere. Tibi, tantum abs retua otii

non sit : Sed REX, regere memento, non
tuos quidem, ne falsus sis, sed tuę fidel commis-
sos à DEO populos. Quem vnum habes au-
torem, habebis & gloriosi operis adiutorem,
& contra parricidarum perfidiam, custodem
DEVM : habebis & rectorem ipse Do-
minum dominantium , Regum Regem,
CHRISTVM , per quem solum REGES
REGNANT; PRINCIPES IMPERANT. Is
regat te Sancto Spiritu ; tueatur potentibus
brachio suo : ut amore, subditos ; armis, hostes ;
præsenti animo & clementiâ , Magnum Pa-
rentem ; Virtutibus , omnes vincas : & cum
nomine, illos quos dixi , SANCTVM , & PA-
TREM POPVLI LVDOVICOS,

Orbi Regnóque referas.

A MEN. A MEN.

A MEN.

LECTO



LECTORI HISTORIARVM STUDIOSO S.

COLLECTIONIS huiae primum nobis au-
torem scias, Lector, Franciscum Pithoëum;
inde, Paulum Petauium: quos nominare
sufficit: neque enim, prædicatione meâ
quidquam eis accedere ad laudem potest.
Scriptores paucos, qui ad manum erant,
addere Guillermo Archiepiscopo Tyrensi
animus erat, cùm pañim alii atq; alii ve-
luti occurrere: donec in hanc molem opus excreuit, qua vel curio-
so, nedum studioso, mouere fastidium posset. Animum porrò ad-
didit Ioannes Pistorius, qui cùm historia aliâs bonam operam na-
uasset, huius etiam argumenti scriptores, sub nomine Syriacorum,
obtulit edendos Typographo: nihil autem ferè collegerat prater
aliquot Peregrinationum auctores vulgatos, & qua in tomos
Antiquæ Lectionis coniecit Henricus Canisius, cum Tyrensi, eó-
que editionis posterioris, id est, à prima synceriore abeuntis.

Damus autem scriptores nouos omnes, aut ita renouatos, ut
noui videri possint: excepto Alberto Aquensi, in quo Reineri Rein-
ecii fidem secuti sumus. Nam Iacobum de Vitriaco, nonnullis locis
auctiorem, plurimis emendatiorem, edimus. Recentiorum nul-
lum admisisimus: Hi omnes, aut visas sibi res, & partim admini-
stratas, aut ab iis qui viderant acceptas, memoria prodiderunt.
Non quòd improbandum illorum studium videretur: sed quod
abducendam à Nouis ad Veteres adolescentum, Veritatis aman-
tium diligentiam putaremus. Illi enim, dum sibi indulgent, & no-
ua dare videri volunt, aut falsa affingunt, aut ab Veteribus di-
ctata tot pigmentis vestiunt atque ornant, ut nativus Veritatis co-
lor omnis obscuretur: Hi, quamuis rusticulè, sine fuco & fallaciis,
nudam & incontaminatam Veritatem exhibent. Ut ingenii at-
que studii, ita styli varii. Sunt quos percucurisse sufficerit: sunt
qui te & rerum grauitate, & indicii pondere legentem retineant:

(b)

ut tu ipse, Lector, legendo cognoscas. Sed quem cui debeas, & me profiteri, & te audiare, interest pudoris nostri.

I. *Igitur, primum sine nomine scriptorem, debemus P A V L O PETAVIO, & G R ILL. C A M B D E N O. Italem stylus prodit, & in Boamundum affectus: in cuius comitatu viam ingressum, ex lib. i. cap. iv. & alias interfuisse, apparel ex lib. i v. cap. XIX. & XXIII. &c. Libro titulum fecit, GESTA FRANCORVM ET ALIORVM HIEROSOLIMITANORVM. Orditur ab Urbani PP. II. in Galliam profectio[n]e, & prima Crucis predicatione: Finit post captam Hierosolimam, victo ad Ascalonam Ammariso Babilonis: & historiam continet annorum quinque, à MCXCV. ad MCXCI. Cambdeni Codex librum claudit tribus verbis: Explicit via bona: que hic male omissa. Pag. i.*

II. *ROBERTVS MONACHVS, hanc quam HIEROSOLIMITANAM HISTORIAM inscrisit, composuisse testatur ipse, p[re]fatione Apologeticā, in clauſtro cuiusdam cella S. Remigii, constituta in Episcopatu Remensi, iuſſu Abbatis cuiusdam, nomine Bernardus: ita enim plenē in veteri MS. nuperrimē legitim[us]: cui huius argumenti ab alio, nescio quo, conscripta narratio displicebat: quod erat & acephala, & stylo negligentiore composita. Ipse Concilio Claromontis interfuit, à quo hic Occidentis in Orientem motus cap[er]it. Eum Blondus citat non ſemel, ſed ut expeditionis comitem: Delectauit nos, inquit 2. Decad. lib. 4. Robertum vidiffe monachum, eas describere machinas, in hunc modum, &c. Et paulò post: Robertus monachus, qui tunc Hierosolimis erat. &: Fatetur ingenuè Robertus monachus, à quo scriptore hæc certiora ſumuntur. De eodem Trithemius: Rupertus monachus cœnobii S. Remigii in diœcesi Remensi, ordinis diuī Patris Benedicti, natione Gallicus, vir in diuinis Scripturis iugi ſtudio exercitatus, & ſecularium disciplinarum non ignarus: ingenio clarus & apertus eloquio. Scripsit nonnulla ingenii ſui opuscula, quibus nomen eius poſteritati innotuit: è quibus ego tantum vidi, G[est]orū in Terra Sancta per Christianos tempore Urbani Secandi, contra infideles, historiam in ſignem, lib. X. Inter omnes historiogr. De aliis nihil vidi. Claruit ſub Henrico V. anno Domini MCXX. Hac Trithemius: qui aut libro auctius exemplar nostris, aut unum in duos diuīſum habuit: quomodo in prioribus editionibus septimus & octauus in unum coaluerunt. Defuit autem Trithemio, ut appetat, p[re]fatio apologetica, quam edidit Reuberus: qua & in nostris membranis legitur. Auctor libri Principalis bellorum DOMINI pro tempore nouæ legis, qui est MS. in bibliotheca P. PETAVII, citat Robettum Abbatem sancti Remigii. Posſeinimus confundit cum Sigeberti continuatore, Apparatu,*

paratu, in Robertus monachus: quē antea distinxerat, ex Arnol-
do Vuione, in Robertus Anglus. Nos usi sumus codicibus MSS.
NICOLAI FABRI, LAURENTII BOCHELLI, nostris: impressis,
nōstro antiquissimo & optimo, nullā nec loci, nec typographi, nec
temporis notā; alio deprauatissimo Basiliensi Henrici Petri, anni
1533. & *V Vecheliana Iusti Reuberi*, emendatione. Scias au-
tem, Lector, olim editum illum nostrum, pag. hīc 80. lin. 35. ex Ful-
cherio inserta habere plurima: nempe capita quindecim: à XX ad
XXXV. ita: pridie Idibus Augusti. Hiis peractis, placuit quibusdam
in patriam nationis suę reuerti. &c. quæ leguntur fine capitū XIX.
Fulcherii, paucissimis vocalis variantibus: Tandem redire ad
ea quibus opus suum claudit Robertus: Quia verò hic historicus ser-
mo, &c. Hac eodē omnino modo habentur in MS. libro veteri, quē
hac editione absolutā fortè inter nostros latente reperimus. Misit
. & varias lectiones è suis *ANDREAS SCHOTTVS*: quarū usus erit
tertio tomo, si vitam hanc *DE VS*, animumq; seruauerit. Ver-
sus illius eui, ut erant in MSS. margini inscripsimus, ne quid non
exhiberemus. Initium scribendi, facit à Concilio Claromontano,
anno MXCV: finem, in illa de *Admirauiso victoria*. Pag. 30.

III.

*Tertium locum dedimus BALDRICO. Is, primū Burgulien-
sium fratrum Abbas, postea Dolensium Archiepiscopus: ut ipse pra-
scribit. Episcopus hic inscribitur, quia de Archiepiscopatus digni-
tate controversiam fecit ecclesia Dolensi, Turonensis Archiepisco-
pus: de quo in Indicibus qua occurrit notabimus, si *DE VS* vo-
luerit. Operapretium est quæ de hoc scriptore sibi viso, scriptum
reliquit Ordricus Vitalis *Anglus, Historia Ecclesiastica*, cuius par-
tem habemus MS. libro IX. Baldricus, inquit, Dolensis Archiepi-
scopus, quatuor libros luculenter conscripsit, in quibus integrum
narrationem ab initio Peregrinationis usque ad primum bellum
post captam Hierusalem, veraciter & eloquenter deprompsit. Mul-
ti etiam Latinorum & Græcorum, de tam memoranda re tractaue-
runt: & posteritati claros euentus Heroum viuacib; scriptis intima-
uerunt. Et fine libri: Hucusque venerabilis Baldrici persecutus sum
vestigia, & veracem feci narrationem de famosa *CHRISTI* militia,
quæ iuuante *DEO*, insigniter debellavit in Eois partibus Ethnicorum
agmina. Multis in locis Operi nostro inserui eadem verba Sophistæ,
sicut deprompsérat ipse, non ausus aliter eius dicta propalare, quæ non
credebam me posse emendare. Quædam tamen, ne prolixitas taxa-
tionis nostræ fastidio legentes oneraret, abbreviando recidi: nonnulla
verò posteritati notificanda, quæ tacuerat, veraciter adieci, prout ab
his, qui laboribus & periculis interfuerunt, edidici. Præfatum senio-
rem, quem bene agnoui, veneranter honorare decreui. Hic ciuis fuit
Aurelianensis, monachus & Abbas Burgulensis, liberalibus imbutus*

(b)

studiis, & religiosæ meritis vitæ venerabilis: inde pro religione & sapientia, ad gradum Dolensis Archiepiscopatus electione prouectus est ecclesiasticā: in episcopatu monachatum seruauit; & cum monachis, prout fors dabat, plerunq; habitabat. Indomit is enim Britonibus præterat, quorum peruersitatem tolerare non poterat: vnde proteruos & exleges frequenter deserebat, & in Normanniam fugiebat: vbi Dolensis ecclesia, super Rijelam fluum, à temporibus S. Sampsonis, regnante Hilderico Rege Francorum, fundos habebat & quietè possidebat. Ibi scriptis & dogmatibus suis, auditores suos ad cultum D E I incitabat, & vicina cœnobia, Fiscannum videlicet & Fontinellam atque Gemmeticum, aliaque plura visitabat, & in timore D E I sacris sermonibus confortabat. Tandem in senectute bona defunctus est; & Pratellis, in basilica S. Petri Apostoli, ante Crucifixum sepultus est. *Hec ille: quæ ipsa, illustrant* ♂ *Petri Malleocensis abbatis huic historia p̄fixam epistolam.* Citatur ♂ Vincentio Belluacensi, Speculo Historiarum lib. 25. cap. 96. ♂c. ♂ auctori Chronicis Belgici maioris, quod edidit Ioan. Pistorius, in quo, utrī ♂ in Vincentio, dicitur Burgalensis abbas: corruptè. Citat ♂ Cuspinianus, vitâ Imperatoris Henrici IV. In Bellorum D O M I N I compilatione, vocatur Albricus sapè: nisi alius est ab hoc, laudatus ♂ Chronico Belgico: de quo videbimus.

Manum autem penè sexagenariam admouit operi, ut ipse in p̄fatione scribit: ♂ epistola ad Petrum Malleocensem, seniles oculos suos commemorat. Neque visa narravit: sed ab anonymo verè, stilo tamen rusticano, scripta secutus, inseruit audita ab iis qui interfuerant, cum ♂ ipse Concilio Claremontano adfuisse: p̄fatione, & pag. 88, 14, 35. Librum ipse de Hierosolimitano itinere; Malleocensis, Ierosolimitanum vocat. Scripsisse vitam D. Sampsonis notat ex Simtero aut Gesnero, Possevius in Apparatu: sed ♂ alia composuisse appareat ex superioribus Ordini: ♂ Epistola Historia p̄posita, pollicetur emendaturum Glossulas super Moysis Pentateuchum. Amicos habuit Gaſfredum, parentibus Ebredunensem, abbatem Melleacensem, vel Maleocensem: utrumque enim legimus: ♂ eius, ut consanguineum, ita ♂ successorem Petrum.

Nos codicibus usiſimus, uno F. R. PITHOEI, tribus nostris manuscriptis. Est autem narratio illius quinquennii, quod ♂ precedentes exposuerunt: nam quod fine operis legitur, Millesimo nonagesimo anno ab incarnatione D O M I N I , est aut scribe, aut forte auctoris ipsius σφάλμα: neque enim librariis imponenda sunt omnia: neque statim ut quid erratum est, tanquam auctori non dictum exigendum. Peccant ipsi auctores ſepiſſime, aut memorizantur

aut festinatione, aut ignorantia. Nobis nostra ut condonet Le-
ctor, per humani ingenii omnibus communem imbecillitatem, pe-
timus, quam in nobis multis rationibus increuisse sentimus. Est
omne hoc scientie genus, diligentia & memoria: & hac quidem nos
deficit; illam tam exactam adhibere animus non est, ne in hoc otio
grato nimis, negotium ipsi nobis graue, & ex eo ingratum nimis
emponamus.

Pag. 81.

Sequitur quartus, RAIMUNDVS DE AGILES, Canon- IV.
cus, ut ipse inscribit, Podiensis: capellanus Comitis Tholosani:
ipse pag. 151, 46. 152, 39. 169, 13. Itaque de Comite S. Egidio, id est
Tholosano, & Episcopo Podensi precipue scripturam se profitetur:
præfatione. Adfuit cum effoderetur Lancea: pag. 167, 43. quam
& in prælio tulit: pag. 155, 6. Ad sacerdotium promotus in hoc
itinere: pag. 163, 59. scripsit precibus Pontii de Baladuno, pag. 163,
52. & inscribit Orthodoxis & Transalpinis omnibus, nominatim
Episcopo Vnuariensi: ibid. & præfat.

Fuit autem hic Pontius, miles, vir nobilis, & familiaris Co-
miti Tholosano: quod prater hunc, notat Tyrius lib. VII. cap.
XVII. alii. Manuscripta Gallica membrana vocant Poinces de
Baladon & Baladun. Lapis petraria imperfectus in obsidione
Archados, temere a Comite incepta: pag. 163, 52. & 164, 2. dignus
memoria posteritatis, posteritatis ipse in tantis periculis memor.
Pontium Balonensem vocat Robertus: pag. 73, 13. A beo scriptam
fauis belli historiam, qua Londini existet, legimus in bibliotheca Ges-
ueriana: qua & Raimundum de Podio laudat auctorem scriptio-
nis eiusdem argumenti: utraque, nisi fallor, eadem cum hac no-
stra. Petavianus liber Principalis bellorum DOMINI, citat
Raimundum de Arguilliers, ut nos ipse Petavius per literas docuit.

Sed hanc habemus ex MS. uno Vulcobiano G V I L E M I
A N C E L I I; altero nostro, quem nobis dono dedit Lingonensi-
bus nuper iuridicundo prefectus, Resp. studiosissimus JOANNES
R U S S A T V S. Libri extrema, sunt ab alio auctore: quod di-
ctio indicat, & testatur Vulcobianus. Incipit ab Comitis Tho-
losoani in Sclauonianam ingressus: & narrationem eiusdem illius
quinquagenii persequitur, quam precedentes, scilicet ad illam de
Ammirato, ita enim vocat, Babylonia victoriam. Pag. 139.

Canonicum Podensem, excipit Canonicus & Custos A- V.
quensis Ecclesia ALBERTVS: cuius historiam sane accuratam, de-
bemus REINERO REINECCIO; nomen aucteris, DAVIDI HOE-
SCHELIO, præfatione in Alexiadem, quod annotatum vidimus

(b) 3

postea Jacobo Gretzero ex MS. codice: è quo cam Reinecciana comparato, diuersas lectiones ad nos idem misit David Hæsche-
lius, quibus locum dabimus in Appendice, in quam & Indices &
Chronologiam reiicimus. Sed in illis diuersis lectionibus, notaia
vir diligentissimus Albericum dici.

Scripsit autem, ardens desiderio ipsius expeditionis, qua & an-
ditu & relatione (ita enim legendum, quomodo lib. III. c. II.) no-
ta habuit ab iis qui praesentes adfuerant, ipse lib. I. cap. I. XXIV,
VI. XV. lib. II. cap. XXXIII. & lib. II. c. II. LXV. & lib. IV. c. LIII.
LV. & lib. VI. cap. XXIV. L. & lib. VIII. c. XXI. Nos Reinecci edi-
tionem secutis sumus, qua ex codice CHRISTIANI DISTELMEYE-
RI prodidit Helmstadii, anno 1184. sub titulo CHRONICI HIERO-
SOLIMITANI. Initium facit ab ipso expeditionis initio; finem,
anno secundo Balduini Regis secundi: & complectitur annos
XXVI.

Pag. 184.

Sexto loco FVLCHERIVM posuimus Carnotensem: qui cum
ceteris Pefegrinis iens, postea quæ oculis vidit, diligenter & sollicitè
in memoriam posteris collegit: fine cap. I. & cap. XX. XXXII. XXIII.
XXXII. &c. Iter ingressus est cum Normannia Comite, sive Du-
ce (Vtrumq; enim tum promiscuè dicebatur: res quam verba cu-
rantibus Principibus) Roberto, & Blesensi Stephano. cap. II. III.
IV. Erat autem Blesensis etiam Carnotensis Comes: Tyr. lib. I. c.
XVII. Cum prope abesset Antiochia Syria, Balduinum secutus
est, Godefridi Ducis fratre, cuius tum erat Capellanus: cap. VI.

Citatur & reprehenditur à Guiberto: cap. XXIX. & XXX.
& XXXI. & XXXII. & XXXVIII. Laudatur Ordrico Vitali
lib. IX. historia Ecclesiastica: Fulcherius, inquit, Carnotensis Gode-
fridi Lotharingiæ Ducis (fratri, dicere voluit, certè debuit) capel-
lanus, qui laboribus & periculis prædicabilis expeditionis interfuit,
certum & verax volumen de laudabili militia exercitus C H R I S T I e-
dedit. Guilelmo Malmesberiensi, scriptori probo, lib. 4. Balduini
actus integrâ & breui veritate apponentur, fidei soliditate accommo-
data dictis Fulcherii Carnotensis, qui capellanus ipsius aliquanta de ipso
scripsit, stilo non quidem agresti, sed, ut dici solet, sine nitore & pale-
stra, & qui alios admonere potuit, ut accuratiùs scriberent. & auctori
Chronici Belgici Pistoriani: cuius (Balduini Regis) actus scripsit ex
parte Fulcherius Carnotensis, capellanus eiusdem. Auctori etiam
Dialogorum de Hierarchia subcœlesti, lib. I. cap. 10. quos vidimus
MSS. apud Fr. Pithœum: Sunt autem scripti in Italia anno 1381:
exstant & Cantabrigia: Eius verba sunt; Ecclesiæ tamen Hierosol-
imitanæ honorificentia quædam à dicta Nicena Synodo reseruatur,
quæ etiam notificatur à Iustino Augusto Hormistæ scribente Romæ

no Pon-

mo Pontifici: & à Paschali Papa confirmatur, tempore Balduini Regis, fratri Godefridi, in historia Fulcherii Cardinalis: *ex Carnotense Cardenalem fecit.* Est autem locus quem citat in fine operis. Idem ille Hierarchie auctor, lib. 4. c. 9. Lege, si lubet, ut cæteros sileam, saltem Rom. Pontificum historias ad Hieronymum, &c. Chronicas Ptolomei de Luca, Tripartitam Sicardi de Cremona, Iohannis de Columna, qui fuerunt Italici. Si velles exprimere historiographos notabiles Galliarum, Richardum Cluniacensem, Vincentium Beluacensem, Gregorium Turonensem, Turpinum Remensem, Fulcherium Carnotensem, Martinum Poenitentiarium, Albertum S. Remigii, Guillelmum S. Dionysii, &c. *Citatur ex libro Bellorum Domini.* *Papyrius Massonus in Urbano PP: II.* Balduinus Carnotensis, belli Sacri, cui interfuit, primus scriptor. *Error, viro de historia bene merito, natus currente calamo, ut Balduinum dixerit Balduini Capellanum.* Ex Fulcherii Carnotensis narratione prolixa, suam desumpsisse fatetur, qui scripsit Gesta Francorum expugnantium Hierusalem. *Fulcherium alterum, Carnotensem, militem, commemorat Robertus Monachus,* fine lib. v. *et Albertus Aquensis lib. i. cap. XXII. lib. IIII. cap. XXXV. & lib. V. cap. XV. & XXII.*

Sed hunc damus de exemplari ipsius PAP. MASSONI, vitiosissimo; ex nostro vetere, nec ipso satis emendato: illud exscriptum erat de libro Claromontensis Ecclesia Aruernorum; hoc dono habemus ab Io. RYSSATO. Usque etiam fuit fragmentum olim editum cum Roberto Monacho, de quo accepimus quæ pag. 407. 408. 409. ductâ linea, ab aliis separata sunt: Exstant eadem in veteri MS. quem ad Robertum suprà diximus respondere olim impresso. In utroq; quæ hic fine cap. XXXII. p. 418, lin. vlt. ex pag. 419. usq; ad lin. 11. habentur, referuntur ad cap. XXXIV. pag. 420, 2. anteriora, hoc modo: Talionem sibi duplicauerant. Nec in impetribus, nec in utrorumque percussionibus, quæ in bello fieri solent, ulterius immorabor: volo enim artare paginam limite parciori. Sed ne vel scriptorum negligentia, vel imperitia, siue quod rari erant, aut suis impletiti curis insudabant, haec gesta, &c. mendaciter confundat. Quæ verba finem operis redolent: ut appareat repetitum opus à Fulcherio: ex certè hic Epitomam Fulcherii finit, qui scripsit, Gesta Francorum expugnantium Hierusalem. Memini autem addere me codicem: à quo, non memini: in quo hoc ipsum opus distinctum erat in libros tres: quorum incipiebat secundus à Balduino I. Rege, tertius à Balduino II. Is erat ex nonnullis locis melior nostris, ut de pauculis cognoui quatum obiter excerpsti. Etenim pag. 440. quæ in nostris virtuosè, in eo leguntur emendate: Nam quæ apud Ethnicos ciuitas habuerat in magisterio Primiflaminem vel Archiflaminem, se-

cundum Patrum institutionem habebat Primatem. **E**s paulo post lin-
11. Anacletus. **E**t lin. 34. Asianarum siquidem Ecclesiarum qua con-
jectura emendare alius hanc fuisse difficile, nos illi lubentes li-
bro acceptum ferimus: cui præterea erant addita capita: De na-
vigatione adolescentis Boamundi: De periculis mari euenientibus:
De pestilentia murium. **E**t hoc quidem ultimum, incipit: Anno
MCX XVII. ab ortu Domini, **E**t tandem: explicit historia Iher-
solimitana domni Fulcherii Carnotensis. Incipit præfatio sequen-
tis operis. Reuerentissimo patri & domino H. D E I gratiâ Oloma-
cenium antistiti R. fratellus, stolâ iocunditatis indui, **E**t neque e-
nim plura exscripsi. Et hac ipsa indicare visum, ne quid te,
Lector, eorum lateat, qua nobis vel leviter notata sunt. Fre-
tum Archidiaconum Antiochenum, qui Terram Sanctam
descripsit, inter auctores suos ponit Christianus Adrichomius,
theatro Terra Sancta. Sed Fulcherius illud intra quod superio-
res, excepto Alberto, se tenuerant quinque annos egressus, histo-
riam deducit ab anno MCXV. ad MCXXIV. **Pag. 381.**

VII. *ANTIOCHENA BELLA* subiecimus Fulcherio, secuti MS. li-
brum nostrum. Ea scripsit G A V T E R I V S, qui ipse Cancellarium
se dicit, utriusque fortuna participem: pag. 449, 18. **E**t Cancel-
larii iterum meminit: pag. 451, 52. Lingua Gallum, ipsa lingua
prodit: pag. 465, 44. Quater viginti millia pugnatorum: quod ne-
mo nisi nostras dixerit, aut nostrati lingua tinctus. Nec oblitus
matris suæ filii: pag. 451, 2. Disconfectura: pag. 453, 34. Galterium
Cancellarium citari libro Bellorum DOMINI, auctor nobis i-
pse libri dominus Petavius. Totum scriptum cancellari di-
gnum: nisi quod historia est, qua quomodo cunque scripta, ser-
uanda est. Ipse vi carceris hebetatum ingenium queritur: pag.
449, 32. Sed **E**t codex quo usi sumus unico, noster ab I O A N N E
R U S S A T O, scriptus est vitiosissime: nec mutare quidquam volui-
mus. Narrat autem ad Antiochiam gesta feliciter, anno
MCXV. infeliciter MCXIX. **Pag. 441.**

VIII. *C R I B E R T V S*, Abbas monasterii S. Marie Nouigenti, quod
situm est sub castro Cociaco, in pago Laudunensi: iple titulo operis.
Et sine præfationis. Vixit illa ipsa etate, cuius historia partem
describit: **E**t scripsit Balduino, fratre Godefridi regnante: lib. II.
cap. XII. & lib. VIII. cap. XXI. Boemundo marito Constantie Re-
gis Francorum filia: extremo lib. I. Biennio, post Manabie Remer-
rum Archiepiscopim mortem: extremo lib. V. finem scriptiori insi-
posuit mortuo iam Boemundo: lib. vlt. cap. XXXIV. anno post
Genu-

Geruasi egregii militis martyrium: lib. eod. cap. x l. *Interpre-
zem se profiterur aliena historia*: lib. i i. cap. x. & x i i. *E* ipsâ e-
pistola ad Lysiardum. *E* qua eam sequitur prafatione: quod ipsum
in eodem argumento factum Roberto Monacho, *E* Baldrico:
suprà. *Suppleuit, ut *E* illi, que deerant, ex eorum qui viderant.*
relatione: lib. i i. cap. i i i. lib. i i i. cap. x i i. & lib. v i i. cap. x x i v.
& vlt. *E*c. *Scribendi rationem subobscuram securus est, rudium*
**E* impolitè dictorum fugitans: ut ipse loquitur, princ. lib. v. ope-
rosam verborum elegantiam vocat, fine epistola ad Lysiardum.*

Nobili loco natum inde apparet, quòd lib. i v. cap. vlt. hominem
*narrat militarem, equestri officio insignem, parentum suorum be-
neficia tenuisse, iisq; hominum debuisse. *E* lib. v. c. x v. Guiselma,*
**E* Alberici fratribus ex municipio agnomen, exprimere prohiben-
tur pudori ipsorum parcens, generis eorum amicâ sibi contiguita-
te deuictus. Exprimit autem quod ille suppressit nomen, Baldri-
cus, *E* Guillelmum de Grantemaisnil nominat: pag. ii 4, 28. Non e-
nim eorum, inquit, parcere debemus infamiae, qui suæ, nimis formido-
losi, non pepererunt famæ. *Gracis etiam notus: Anna Comne-
na, Alexiade, est reliquo o sparteudon.* *Tyrius lib. vi. cap. v.*
*virum inclitum dicit, de Apulia, qui sororem Boamundi habe-
bat uxorem. Gallici interpretes pleniū: Magnum virum in Nor-
mandia natum, qui in Apulia multa loca tenebat. De quibus plu-
ra, in Indicibus, si absoluere *D E V S* dederit. Fulcherii Carno-
tensis historiam non lectam ex auditu carpit, lib. vlt. cap. x x i x,
x x x. x x xi & x x x v i i, & x x x i x. Fine operis excusat si quid
minus à sed diligenter sit explicatum, quòd *E* alia professione deti-
natur, *E* non visa timidiū descripsit. Sed alia scripsisse te-
statur ipse, initio lib. v. *E* epistola ad Lysiardum Expositiones Ge-
neceos, & alia opuscula tractatoria commemorat. *Hic autem Li-*
siardus Episcopus Sueffonensis, etiam Iuonis Episcopi Carnotensis
*epistolis notus est.***

*Nos hic secuti sumus exscriptum NICOLAI VIGNERII; *E**
*veteres, unum F R. PITHOEI, meos duos. Appendix est ex Pi-
thoeanocodice, *E* exscripto F R. LINDENBRUCHI.*

Titulum quem operi suo Guibertus, catena verè scholasticus,
nos huic collectioni imposuimus: GESTA DEI PER FRANCOS:
quo excogitari aliud, nec aptius potest, nec verius. Ut D E V M
*in celis dicimus, non quòd non *E* alibi, qui ubique: ita hec G E-
STA D E I vocamus, non quòd non alia otentia, maxima, mini-
ma, moueat, regat *E* moderetur D E V S: sed quòd histam ma-
nifestus ac præsens interfuisse videatur, quam cœlū ac sydera insi-
det. Demille vñ accipe. Admirationi Annibal fuit, quòd aliena*

in solo ex Afriis, Hispanis, Gallis, Italis exercitum, ita ut velut
vinculo copulatum tenuerit, ut nulla inter ipsos, nec aduersus.
Ducem sedis exstiterit: cum eis pecunia saepe in stipendium, eis
commeatus in hostium agro deessent. Tit. Liuius lib. 28. Nuge, pra-
his nostris. Nam, neque ille tot in unum nationes diuersas collectas
babuit unquam, neque tam procul domo deduxit; neque tam ali-
nis, infestis, barbaris eis numerosis gentibus, etiam diuersitate Re-
ligionis inflammatis, concurrendum ei, cui cum unis Romanis,
nondum certis Itali a dominis, res fuit: eis quod unum seruare va-
rium corpus illud potuit, ipse tot membris caput, eis Imperator ad-
fuit. Hic, totius Occidentis populi omnes, quot recensere difficile
est, linguis, habitu, conditione, ingenio, fine diuersi, ex Occidente
in Orientem, tanquam alium in Orbem, peragrat à Europâ, per
Germaniam, Hungariam, Bulgaria, Thraciam, in Asiam pe-
netrant: ut Gracorum dolis, ita Turcorum armis inuicti, supe-
rata Bithyniâ, Pisidiâ, Lycaoniâ, Ciliciâ, Cappadociâ, Syria,â
Palestina, tandem expeditam Hierosolimam obtinunt: coniuratis
in eos qui ante, imperii amulatione, arma in se conuerterant,
Turcis eis Sarracenis, non unius aut prouincia aut urbis, sed to-
tius Orbis, certè Asia totius viribus succinctis, eis prater cetera
Zelo superstitionis accensis: nullo stipendio, nullo Duce, nisi Dux,
qui eis Auctor DEVIS fuit.

Quis casum meritis adscribere talibus ausit?

Quis neget auctorem hæc constituisse DEM?

Qui Godefridum imperasse volunt, viri magni, nam illi in hac his-
toria ita negligenter versati sunt, ut lecta nec legisse videantur.
PER FRANCOS autem Gesta dicimus: quoniam cum in regno
Francorum captum expeditionis huius consilium, eis Principum,
militemq; longè maxima pars è Regno Francorum effet: Franco-
rum ita seu virtus seu numerus excelluit, ut inde, toto Oriente, et-
iam hodie, FRANCI dicantur qui ad Occidentem habent Chri-
stiani omnes, Germani, Itali, Angli, Dani (nam eis hi in partem
huius gloria merito veniunt.) Hispani. Ut olim Romani sic habue-
re: alia omnia virtuti sua prona esse; cum Gallis pro salute, non de glo-
ria certari: ita ad Francorum nomen non illos tantum quorum
maiores fortitudinem gentis erant experti, sed ultimos etiam In-
dos, ad nomen, nomine solo notum, percelli, memoria graues aucto-
res prodiderunt: de quo, DEO volente, alias: nam eis hac se inge-
ferunt prater institutum.

Sed Guibertus historiam incipit à successibus in Oriente ori-
entis Mahometica perfidia, eis auxilio Christianorum Occiden-
tis Principum, per Epistolam Constantinopolitani Imperatoris

ad Ro-

ad Robertum Flandriae Comitem, petito: quod Claromontanum
Concilium praecessit: & deducit ad Balduini I. regnum. Appen-
dix rem gestam narrat anno MCXII. Pag. 467.

Nonum scriptorem anonymum, dedit FR. PITHOEVS, cui IX.
exemplum accessit etiam vetus à MARQUARDO FREHERO, ex
bibliotheca Laugingana Illustrissimi Principis PHILIPPI LV-
DORICI, Ducis Bavariae, &c. Et autem nihil aliud quam ex
Fulcherii historia, & sic quadealiis, arguta, ut ipse loquitur, in-
quisitione didicerat, abbreviata narratio. cap. II. Quo loco Pi-
thoeanus Fulbertum habet Carnotensem: nos ex Laugingano,
Eulcherium maluimus. Sed Fulcherius suam historiam produxit
ad annum MG XXIV. hic finit anno MCVI. Et cap. LIV.
satis indecat, cum scriberet, in Christianorū potestate nondū fuisse
Tripalium: cuius captionem narrat Fulcherius, anno MCIX.
cap. XXXV. Itaque Lector iudicet.

Inscriptio est GESTA FRANCORVM EXPUGNANTIVM
HIERVSALEM. Citatur historia veteri MS. Rex Cypri, in-
quit, propter captionem Sataliz, maritimæ ciuitatis Turquiz, quam
vi armorum super Turcos dudum conquisierat; scilicet die S. Bar-
tholomæi Apostoli, Anno MCCCLX. maiore audaciam fretus, pro-
posuit venire ad Reges, Principes & Prælatos Christianitatis, incitare
viam Iherosolitanam: prout olim fecerat Petrus Heremita, ut ha-
betur in Gestis Francorum Iherusalem expugnantium. Pag. 561.

Secunda pars HISTORIAE HIEROSOLIMITANAE (prima
enim in Codice quo unico usum, nostro, à P. DANIELE, non
confusat) auctor, eodem secutus est Fulcherium, ita ut verba ca-
dama sapientia reddat, & cum eo narrationem finiat. Vixisse illo
tempore ipso videtur ex eo quod anno MCVI. & MCX. quid
in solis prodigia, quid Cometes portenderint, minus adhuc ha-
bendi probatum sit. Continet autem pars hac secunda res gen-
erales anno MC. ad annum MCXXIV. id est, à Balduini E-
deffani ad fratrem Godefridum visendam profectione ad obficio-
num Tyri. Pag. 594.

Sequitur totius historia Princeps, doctrinâ non vulgari, & XI.
supra seculum illud amena, experientia varia, & ex iis, acris iu-
dicio vir, quantumque indicare licet, vita & ingenio probus;
dictione etiam elegans & grauis, WILLEMPVS TIRENSIS Ar-
chiepiscopus. De Parentibus eius & prima origine, nihil habet
dicere. Sed qui Gallum facit Balduinus IC. & qui parentibus
Germanis ortum, auctor vita eius, præfixa editioni secunda Basili-
ensi, que est Henrici Pandagoni, nullo quod sciam, argumento

nituntur: nisi quod quidam sunt tam studiè amantes patrie, ut cō-
licere patēt assērere sibi que ubique habentur egregia. Ipse opere-
rius & lib. XXII. prefatione, cūm Patriæ amorem, natalis soli
dulcedinem; & patria calamitatem & miseras dicit: certè Sy-
riam dicit, & de quo agit Hierosolymitanum Regnum. Nam, ut
illius vita auctori concedamus quod verum est, duplē esse pa-
triam: non potest natale solum duplex esse. Lib. xix. cap. i v. Non-
dum de scholis redieramus: sed trans mare adhuc, circa liberalium ar-
tiū detinēbamur studia. Ergo Syrus. Diserte autē veteres histo-
ria Gallicæ, que hanc ipsam Guillermi exponunt & prosequuntur,
natūm Hierosolimis dicūt. & frater Stephanus Lusignanus, scri-
ptor historia Cypria, Cyprus ipse, eum refert propinquitate atti-
gisse regni Hierosolimitani Principes: nescio quo auctore. In pue-
ritia vidit Patriarcham Antiochenū Radulphum: lib. xv. c. xvii.
id est, nisi fallor, circa annū Domini MCXL. Cūm diuortium in-
ter Amalricum Regem & Agnetem Edeßanam celebraretur, in
scholis agebat, &c. loco suprà notato. Id verò incidit in annum
MCLXII.

Gallici nostri scriptores ad libri XXI. cap. I. in
Francia literis dedisse operam tradunt: quod vero simile est. Tum
enim ciuitas Parisiensis, velut fons hortorum, & puteus aquarum
vuentium, irrigabat vniuersæ terræ superficiem, panem delicatum,
& delicias præbens Regibus: & vniuersæ Dœcclæ, super mel &
fauum vbera dulciora propinans: ut ait Jacobus de Vitriaco Hist.,
Occid. cap. 7. Inde Regi ob doctrinam carus & familiaris, ut ap-
paret ex lib. xix. cap. iii.

Anno MCLXVII. nisi me ra-
tio fallit, rogante Rege Amalrico, & aliis multis honestis viris,
Archidiaconatum Ecclesie Tyrensis ei contulit Fridericus Archi-
episcopus: lib. xx. cap. i. Nec malum inde otii homini contingit,
quem ingenium & doctrina, ut Principibus commendabant, in
aliorum obiiciebant inuidia. Statim enim, Legatus de resumma
Imperatorem Constantinopolitanum adiit, & feliciter consum-
matâlegatione redit: lib. xx. cap. iv. Paulò post, anno fortasse
MCLXIX. (nam hac in Chronologia accuratius persequi consti-
tuimus) familiaribus tractus negotiis, & Archiepiscopifui decli-
mans indignationem immeritam, ad Ecclesiam se contulit Roma-

nam. eodem lib. xx. cap. xviii. Reduci, Regium puerum Bal-
duinum, annorum nouem, multum pro eius eruditione sollicitus
pater, Rex Amalricus, multis precibus, & sub obtentu gratias sua
instituendum, & liberalibus studiis imbuendum tradidit. lib. xxii.
cap. i. Ab eodem postea Rege, de consilio Principum, Cancellarii in
sacro palatio munere honoratus est: ut esset, inquit, qui regiarum E-
pistolarum curam haberet: lib. xxii. cap. v. & lib. xix. cap. xxiv. &
lib. xxii.

lib. xxi. cap. v. & prefat. operis. Anno MCLXXI V. mense
Maio, consonante cleri & populi voto, Regis quoque, ut moris est,
conueniente assensu, ad regimē Tyreensis ecclesiæ vocatus: decem post
dies, per manus Amalrici patriarchæ Hierosolimitani, in ecclesia Do-
minici Sepulchri, munus consecrationis, VI. Idus Junii, suscepit. lib.
xxi. cap. i. x. Et anno postea proximo, idem consecrationis munus
ipse, ex officio, impendit electis Sidoniensi & Berithensi. Anno
MCLXXVI. funus Wilhelmi Marchionis Montisferrati, regis so-
roris procurat. lib. eod. c. xiii. Anno MCXXVII. Romam
proficiscitur ad Synodum Lateranensem vocatus: cuius statuta &
episcoporum nomina & titulos scripto complexus est, ad preces pa-
trum qui interfuerunt: lib. xxii. c. xxvi. A Synodo rediens, Hen-
ricum Trecensem, id est, Campania Comitem, in Orientem magno
comitatu Nobilium euntem, reliquit Brundisii, lib. xxi. c. xx.
Constantinopoli per vii. menses continuos cum Manuele Imperatore
moram fecit, sibi, ut inquit, & ecclesiæ suæ perutilem: & mandata
rebillō accepit ad Principem & Patriarcham Antiochenum: qui-
bus exsequendis, cum IV. Id. Maias portum S. Simeonis attigisset,
Antiochiam diuertit: iisq; completis, pr. Non. Jul. post annum &
menses decem, ex quo ad Synodum profectus erat, Tyrum reuersus
est: lib. xxi. cap. i. v. Vbi paullo post Magistro Odoni, ecclesia sua
Archidiacono ad Berithensem Episcopatum vocato, sacerdoti igra-
duum & Pontificalem dignitatem contulit: lib. eod. c. vii. Am-
issa Hierosolyma anno MCLXXVIII. desperatis Regnirebas,
in Occidentem Legatus missus est. Rogerus de Houeden eū scribit
interfuisse colloquio regum Francia & Anglia inter Cisortium &
Trie: Interfuit, inquit, Archiepiscopus Tyri, qui repletus spiritu sapi-
entiæ & intellectus, miro modo prædicauit verbum Domini corā regi-
bus & principibus; & conuertit corda eorum ad Crucem capiendam:
& qui prius hostes erant, illo prædicante & Deo cooperante, facti sunt
amicī in illa die; & de manu eius Crucem receperunt: & in eadem hora
apparuit supra eos Crucis signum in cœlo, &c. Mattheus Paris ad-
dit, Willielmum Tyrensem à domino Papa officium Legationis su-
per negotio Crucis suscepisse. Eius nomen restitue Joanni Saref-
beriensi. Epistola 275. in qua male editum est, Tyrenensi Archiepi-
scopo. Meminit & huius legationis Giraldus Cambrensis, lib. 2.
Hibern. expugnat. cap. 23. Et Guillermus Neubrig. lib. 3. Anglic. re-
gum, cap. 23. Nisi fortasse alius hic fuit à nostro, eius nominis ter-
minus: de quo videbimus alias.

Sed vitam huius nostri qui descripsit, propositam secunda edi-
tioni Basiliensi, siue is Henricus Pantaleon, quod mihi facile per-
suadeo, siue alius est, non obseruata nobis hac addit affirmare.
Guillermum iam Archidiaconum, à purpuras patribus, ipso quo

{c}

X.

XI.

Pontifice Victore I V. inuitatum, in schola Romana per biennium fere, disputando, legendo, & lucubrando, doctissimi & acutissimi Philosophi nomen, cæteraque doctrinae & eruditionis insignia adeptum: atque etiam de eo, opimis sacerdotiis cumulato, inter senatores purpuratos legendo: Amori autem patriæ, omnia postposuisse. Regno latente, eâ famâ fuisse, ut omnium acclamatione, ei soli pecunia sacra ex collectis facta, crederetur. Friderico Barbarossa Imp. funebrem orationem persplendidam habuisse. *Quæ quidem examinare hoc tempore non vacat: nec tamen tam asseneranter, quamvis sine auctore, posita, preterire voluimus.*

*Finem nostri, ut miserabilem, ita commemorabilem, absque scriptoribus Gallicis ignoraremus: quorum verba fideliter, quantum possumus, exposita, addere placuit: quia eis lucem rebus adferunt; eis exemplo sane graui, vitam instruunt; eis rara quedam, nec alibi obvia continent. Igitur, Erant isto tempore in terra ultramarina Clerici duo, Archiepiscopi, Tyri unus, alter Cæsareæ, non illius quæ Philippi dicitur, sed maritimæ. Ille, Guillermus vocabatur, quo nullus habebatur illo tempore toto Orbe Christiano melior clericus: Hic Heraclius dicebatur, Aruernus natione: qui pauper clericus in terram ultramarinam profectus, formæ elegantia Reginæ matri commendatus, eiusdem operâ Archiepiscopus Cæsareæ factus est. Accedit autem horum duorum Clericorum tempore, ut diem suum obiret Patriarcha Hierosolimitanus. Vocati igitur in urbem Archiepiscopi ad electionem Patriarchæ, cum omnes conuenissent, adiit ad Canonicos S. Sepulchri, ad quos spectabat electio Patriarchæ, Tyrensis: & hæc ad eos, præfatâ veniâ, verba fecit: *Seniores, in scripturis reperi Heraclium in Perside S. Crucem acquisuisse, eamque Hierusalem deportasse: fore autem, ut eandem Heraclius alter, suo tempore exigeret Hierosolymam, & mitteretque. Itaque, per DEV M vosoro, Heraclium Patriarcham ne dicatis: eum enim si nominaveritis, à Rege acceptum iri scio: scio præterea eo Patriarchâ, ciuitatem Hierusalem, & totam Terram amissum iri. Neque id me desiderio Patriarchatus accensum dicere iudicetis: sed duos præternos alios, per DEV M, legite: quos si in hac regione non roperitis, vobis operam nostram pollicemur, ut consilio virorum bonorum, è Francia Patriarcham habeatis. Eius vero, Canonici S. S. nihil fecerunt. Petierat enim ab eis mater Regina, ut Cæsariensem nominarent: quem & re ipsa cum Guillermo Tyrensi nominauerunt: Ea est enim in terra Ultramarina Patriarchæ electio nisi ratio, quæ & Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Abbatum: ut duos legant Canonici, Regique offerant, qui de eis unum capiat: ita, ut si manè offerantur, intra vesperarum signum; si yesperi, post decantatum officium, die altero, unum Rex eligat.**

Hanc

Hanc rationem secuti sunt Apostoli, mortuo Iudâ, ut duos legerent, Josephum Iustum & Matthiam: hanc & in Terra Sancta adhuc servant. Ita Rex elector est, & quem vult capit. Cùm essent igitur duo illi Archiepiscopi Regi oblati, *Heraclium* Cæsariensem Rex elegit, pro quo matre intercedenti fidem dederat. In hunc modum factus Patriarcha Hierosolimitanus, *Heraclius*, omnes statim Archiepiscopos & Episcopos ad præstandam obedientiam euocauit. Venerunt omnes, excepto Tyrensi. Hic enim ipsummet Heraclium Romam appellauit, certò demonstraturum se affirmans, talem eum, qui Patriarcha esse nō deberet. Interpositâ appellatione, rebus suis compositis, transfretauit, & Romam venit. Eius aduentu latus Apostolicus, hominem multo honore excepit ipse, & Cardinales: neque tanto vñquam honore clericum vllum Romę ab Apostolico & Cardinalibus omnibus affectum meminerant. Voluit & Apostolicus vt Missam cantaret; & Cardinales vestiri iussit, vt ei ad altare inseruirent. Iamq; apud Apostolicum tantum profecerat, vt si superuixisset, certa esset Heracli, si Romam venisset, depositio. Iam verò referam vobis quo modo, antequam Romam appelleret *Heraclius*, ille vitâ functus sit. Cùm illum Heraclius Romam contra se abiisse cognouisset, certus se depositum iri, si ad suum vsque aduentum ille durasset, Physicum è suis conuenit, quem vt Romam illum sequeretur perpulit, atque veneno tolleret. Id successit. Mortuo itaque Archiepiscopo Tyri, Romam cùm venisset Patriarcha, ab Apostolico quæ voluit impetravit, & Hierusalem rediit. Qualem autem Româ Hierosolimam reuersus, vitam vixerit, audite. In amorem incidit vxoris cuiusdam propolæ & tabernarii mercatoris, qui Neapoli habitabat, leucis Hierosolymâ xii. Ea ad illum frequenter, accersita ventitabat; & dona, quo esset viro acceptior, ampla referebat. Viro verò paullo post defuncto, eam cum patre & matre, tum superstribus, Hierosolimam Patriarcha transtulit: eiique comparauit egregiam lapideam domum: atque eam, videntibus omnibus, habuit vt vxorem maritus, nisi quod sub eodem cum illo tecto non morabatur. Cùm ad Templum ibat, ita incedebat ornata magnifice, vt si Imperatrix esset aut Regina, suis præcedentibus seruientibus. Si qui, eius fortè ignari, interrogabant, vt solet, quæ illa esset Domina, respondébant quibus nota erat, *Patriarchissam* esse, vxorem Patriarchæ. Vocabatur nomine, *Pascha de Rueri*: & liberos de Patriarcha suscep-
rat. Accidit autem, cùm in exercitu de pugna cum Sarracenis qui in proximo erant, committenda (quâ quid factum sit aliâs cognosce-
ris) deliberationem Rex cum Patriarcha & Baronibus instituisset, in-
gressus scurra ad Patriarcham accedens, *Damhi*, inquit, domine Patri-
archa, nuntiū leti præmium. *Pascha de Rueri*, uxor tua, filium elegantem
estenixa. Rubore suffusus Patriarcha: Tace, inquit, stulte, tace. Hæc
Patriarchæ vita, aliis exemplo erat: & Sacerdotes, & Clerici, &
Monachi ita erant luxuriæ & adulteriis dediti, vt vix villa casta tota
ciuitate mulier reperiretur. Hæc peccata, has fordes, vt Dominus
noster *IESVS CHRISTVS* in ea Ciuitate vidit, in qua crucifixus,

(c)

prò redimendo populo sanguinem profudérat, ferre ea non magis potuit quām Sodomæ olim & Gomorræ. Itaque ciuitatem sordidam & fœtidam luxuriā ita purgauit, vt de iis qui tempore Heraclii Patriarchæ eam habebant omnibus, de viris, fœminis, infantibus, inquam, omnibus, duo omnino seruitutem effugerint: quorum unus vocabatur Robertus de Corbia, qui Godefrido Bullionio in capienda vrbe adfuerat; alteri nomen erat Fulco Folie (aliás Fiole) qui primus omnium in urbe à Godefrido capta natus erat. His, cùm excedere nollent, & manendi libertatem dedit, & vitæ necessaria omnia ministrari iussit Saladinus.

Narrationis huius insignis, quamvis temporibus non sat explicata (de quo suo tempore videbimus) fidem afferunt, cùm eventus, tum scriptores probi. Eventus: ut enim recuperata Heraclio Imperatore Crux; ita Heraclio Patriarchà (vti erat à Tyrensi predictum) & Crux & Vrbs amissa. Scriptores: Marinus Sanitus lib. IIII. parte VI. cap. XXIV. Anno, inquit, MCLXXX. Patriarcha Almericus moritur, cuius simplicitas modicū Ecclesiæ profuit: cui successit Heraclius tam perniciosi exempli, vt procedente ornatissimam mulierem, quam publicè tenebat, vulgus Patriarcham vocaret. In eius electione publicè dictum fuit: sub Heraclio amittendam esse Crucem, sicut sub Heraclio Imperatore recuperata fuit: quod & accidit. Paulus Aemilius, sub finem lib. V. de rebus gentiis Francorum, Philippo Augusto Rege: Sacrosancta Crux, velut fastale pignus sacri Regni, iam manibus minus sanctis tractabatur. Existant illius temporis æquales auctores, sacerdotes fuisse flagitiis sceleribusque obrutos: atque adeo ipsum Patriarcham, neque castè neque integrè vitam egisse.

Nos verò ad nostra redeamus. Scribenda historia consilium longè antecepérat, quām inciperet; & ad tantum opus necessaria coegerat. Cœpit tandem precibus Amalrici Regis: præfat. & extenso lib. XX. Traditionibus instructus, & oculat à fide; nulla scripturā produce. Non l'gisse studiosum & doctum hominem; qui transfretauerat, & utrum loquebantur, etiam transalpinaverat, tot de hac Via editos libros ab iis qui inter viatores fuerāt; probabile non est. Ordinatus supradictus Vatalis, multos alios tam Latinorum quām Græcum detam memorandare tractasse memorat. Nos Græcum unum vidimus in Regia Bibliotheca, beneficio Isaaci Casauboni vulgari lingua scriptum, Iohannī Deursio crebrò citatum in Lexico Gracobarbaro: Is autem sacrū hoc bellum (quantū memint) unā aut alterā tantum pagellā perstringit. Sed neglexisse, & pro nullis habuisse videtur noster, qua & alii olim prædicarūt, & nos tanto studio atq; sumptu colligimus: Usque ad regnū Balduini III. Regis, quod incipit lib. x vi. ex aliorum relatione, quibus, ut ait, prisci temporis plenior adhuc famulatur

batur memoria, narrationem conduxit: sequentia aut ipse vidit; aut de iis qui rebus ipsis interfuerant, hancit: uti testatur ipse
prefat.lib. x v i. sed et lib. x ii. cap. x x i v. ait, audita se referre a se-
mioribus quibusdam qui constanter afferabant se pradictis omni-
bus interfuisse. Neque uno spiritu, hoc spatum conficit, bis
palam interquiescit, et velut animam atque animum recipit: illa.
ipso libro x vi. tanquam certiora deinceps editurus; et absolute
lib. XXII. accedens ad Patria extrema describenda, inuitus.

Non impoñisse operi utilissimo ultimam manum apparebat;
non et quedam repetit atque inculcat, qua semel dixisse sufficer-
rat: quedam non dicta, leuiter tangit tanquam iam explicata:
nec tempora ubique respondent. Praefatione, presentem tuum an-
num notat MCLXXXIV. quem lib. i. c. ii. facit MCLXXXII.
quomodo legendum fine c. x x i. lib. x i x. ubi vulgo notatur annus
MCLXXXII. Et libro x x i. cap. x x vi. ait Ecclesia Tyrensis tum
se prefuisse annos sex: quod incidit in annum MCLXXX. Et
quibus, quod iam dixi constat, sapientis diversis temporibus manus
biac operi admouisse; et ultimo loco ei scriptam eam partem
qua hodie prima legitur. Libro x x i. cap. vii. & xiii. de relo-
quitur, qua cum scriberet, gerebatur: dicitur obsidere, inquit, &
frequentibus, more hostili, impugnare congressionibus, etc. Opus
sue volumen, libris distinxit, quos et tractatus vocat; libros, ca-
pitibus. Libros autem scripsit XXIII. ut ipse auctor est, præfa-
tione: sed vicesimum et tertium non absoluuisse inde appareat, quod
MS. veteres paullo post eius acatem exarati, nec una litterula al-
ter altero plus minus sue habeat: nec proposita libris capitula preser-
ea qua habemus quicquam promittant. Et cum Gallici interpre-
tes historiam longius, etiam ultra Guillermi mortem, deduxerint,
unus tamē Palatinus Heydelbergensis, nec verbulo Latinum ex-
cedit. Nam quid velit Joannes Herold, non capio, cum præfatione
continuationis sue Belli Sacri, ait, ad Friderici II. August. excessum
vsque, historiam suam eundem Guilhelμum perfecisse, magnorū viro-
rum testimonio, iuratum. Ea enim ratione superasset viuēdo anno
centum et viginti: nisi velimus Heroldō dictum Fredericum pri-
mum, pro secundo. Ita suffragatorē fortasse haberet P. Aemilium,
et statim dicemus. Illic igitur substitit, negotiis auocatus, et mor-
se praeuentus, animo tamē persequendi: propositum habens numerū
viiā augere librotū, pro quantitate, inquit, occurrentis materiæ: cum
antea constitisset languore patriæ, et suorū ultimos defectus non
attinere: præf. operis, & lib. xiii. Qui quidem lib. XXIII. in An-
glicano Cantabrigiensi legitur iunctus vicesimo secudo: exscripto-
re indicante unam istam aut alteram pagellam, non esse proprio

libro inscribendam. Annos complectens est ferè centum; id est, ut postea, exactius ipse computat, octoginta quatuor: prefatione. In veritate quarenda diligens: patet ex lib. I x. cap. x vii. & x viii. cap. viii. & x x. cap. xviii. In dubiis suspensus et religiosus: paret lib. xxii. cap. v. fine, viii. xxv. xxvi. fine. Et lib. x x. cap. x x. alibi. Itaque et recentia, ut ad quorum inquirendam veritatem tempus defuerit, dubie refert. lib. xxii. cap. x ix. Et c. Generalia persequens, specialibus non multam dat operam. lib. x vii. cap. x x iv. Occupationes excusat publicas priuatásque, si quid forte excidit quo Lector offendatur: prefatione. Toto densique opere, quam promittit prefatione, et ostentat, modestiam, prudenteriam, pietatem, prestat. Heraclium Patriarcham sine odio memorat, fine cap. i vi. lib. xxii.

Iniquior fortasse videatur Guidoni Liziniaco, Comiti Iopensi: quem postquam imparē viribus et prudentiā dixisset, hominem vocat incognitum, indiscretum & penitus inutilem: lib. x x i. cap. x x v. & x x vii. Ut alia vera sint, ut nō sunt à vero mulier aliena, incognitum non debuit dicere quem eiusdem libri cap. i. dixerat satis nobilem, Hugonis Brunifilium: cum et Hugonem Lisiniacensem, et Hugonem de Lisiniaco, cognominatum Brunum, commemorasset lib. x. cap. x ix. & lib. x ix. cap. viii. cum radem familia, Antiochia Principē dedisset Raymondum Pictauensem, ex ultima Anglia petitum. lib. x iv. cap. x. xx. xi. sed de familia illustrissima dicemus in Genealogico, si DEV S viram. Certè virtutibus imparem onerit ante fuisse, et illi experti sunt miseri, nos ex ipsa historia discimus. Verum, ei et cum hostium viribus et cum domesticorum inuidia decerpsum fuit. Alienum hominem Regis sororum, postea Regni procuratorem, et tandem successorem, indignè ferebant Regni Principes: cum et nobiliores et prudentiores et diiores etiam in Regno potuissent reperiri, ut ipse inquit noster lib. x x. cap. i. Notat Iacobus de Vitriaco, dñs in Regno versatus, Histor. Hieros. cap. l x x ii. nouos illos Syriae indigenas, quos dictos Pulanos ait, in eos qui de longinquis regionibus causa devotionis, aut adeorum subsidium aduenissent, non solùm ingratos, sed multifariè molestos extitisse. Experti eorum inuidia aculeos, et perfidia graues ictus, magnocum Reip. cum Regno ipsius damno Conradus Imper. et Rex Ludovicus ad Damascum, noster lib. x vii. cap. v. & vii. Expertus et Flandrensum Comes Theodoricus: lib. x viii. cap. x viii. Neque omnino domesticorum ille in exteris animi motus, sine ratione est. Videtur enim dignum ut qui tota vita suā regno militantes, infinitos labores pertulerunt, ab iis qui recenser aduenient tantorum fractus lacborum

bonum colligentibus, negligantur, et spe remuneracionis excidant.
ipse Tyrius lib. x v i i . cap. vii. Sic vos, non vobis. Sed hac alterius loci quastio est. *Hic vero DEI admiremur Prudentiam et iusta iudicia: qui, cum perdere meritissimo nostros constituisse, Guidonem illis Regem, mediapetitum Galliam, est summa Pictorum nobilitate: cum tempore eodem attollere res Sarracenorum, Saladinum est pulsare excitatum, terra filium, sed virtutibus omnibus absolatisimam, Principem dedit. Sit itaque nostri auctoris, vel amore et miseratione patria excusatum, si quod fuit, in Guidonem adiunxit: quod nec latuit fratrem Stephanum Lusignanum, ordinis predicatorum, qui historiam Regni Cypri dididit, primum Italicè, deinde Gallicè. Isodii causam adscribit, ipse est Guidonis posterior, propinquitatè quā Regni proceres noster Guillermus continent, quibus ille successionem Regni alienigena eripuisse videbatur. Idem Stephanus alia, tanquam scripta Guillermo, recitat, quas nusquam legimus: alias parum ipse literis eruditus, aut lector ne doctus. Tripolitanum autē Comitem, Guidonis annulum laudiabas noster effert, paſsim: lib. x x i i . cap. i x . x v i . x x i x . & lib. x x i i i . cap. i. Sed et Manuelem Imperatorem Constantinopolitum affectum memorat, lib. x v . cap. x x i i i . & lib. x x i . cap. x i i . Et consam aperit, cum cuius in se beneficentiam predicat: lib. x x . cap. x v . & lib. x x i i . cap. i v . Verè enim ipsam de Saladini virtutibus: Nullo alio hodie visco, subiectorum, etiam quorumlibet aliquam hominum corda magis solent Principibus conciliari, nihilque alienos animos magis obligat, quam munificētia. Hac et peccata quānusculūtia operit, et virtutes etiam latentes aperit.*

Hanc vero historiam laudat, qui vixit anno MCCCCCL, Antoninus Florentinus Archiepiscopus, tit. 17. cap. 9. §. 3. & 12. Dominus, inquit, Guillermus Archiepiscopus Tyrensis in Chronicō. Et alibi eius ipsissimis verbis utitur: quod et sapiēt, tacito nomine, qui eius at at proximus fuit, Jacobus de Utriaco. Sed tit. 16. cap. 13. princ. quem auctorem citat, Guillermus, est Malmesbriensis, cuius verbis subiicit et nostri ipsissimas voces, quae leguntur lib. 1. c. xvii. Paulus Emilius, grauis auctor, de rebus Franc. lib. 4. & 5. nostrum non semel appellat, nomine Pontificis Tyrensum, verbaque eius adducit. Sed lib. 6. que tradi à Tyrio dicit illius temporis auctore, de morte Friderici I. Imp. scrupulum nobis et dubitationem quandam iniciunt. Excessit enim Fridericus Imp anno MCXC proxime quidem atatem Tyrii: sed nos, non superaffe scribendo Tyrium annum MC LXXX ante confirmavimus. Latebat in bibliothecis Aemiliī tempore Tyrii, nondum expiis edicis: itaque incidisse illum in huius ab alio conservatam

historiam, quales Gallicas habemus aliquot, probabile est, quam
totam pro Tyrii legerit, habuerit que: *Eg*

— opere in longo fas est obrepere somnum.

Blondus in harum rerum explicazione Guillermum citat, scripto-
rem, inquit, Gallicum, lib. 4. dec. 2. sed *Eg* Guillermum sapiens nomi-
nat, alium à nostro, eodem & præcedentilibro: itaque dubito. Ce-
tera, bonus *Eg* necessarius auctor Historie, satis in hac negligenter
versatus est Blondus: quod solens iis qui complecti omnia, *Eg* gene-
rales, ut vocant, conscribere historias aggrediuntur, fraudem le-
ctoribus titulo magnifico facientes: quos ut fugiant adolescentes,
suadeo; legant cum attentione *Eg* iudicio, aliis ne, dum cœcum cœcissi-
ducit, ambo infoueam incident.

Opus præterea Guillermus noster compositum, cuius non possu-
mus iacturam nō agerrimè ferre historiarū studiosi, in argomento
obscuro maxime, nec ullius diligentia scriptoris illustrato, cuius

Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura:

De gestis Occidentaliū Principum: lib. I. cap. IIII. siue, *de Princi-
pibus Orientalibus* & *eorū actibus*, lib. XIX. cap. XV. & XXI. à tem-
pore seductoris Mahomet, usq; ad annū DOMINI MCLXXXIV.
præfatione. *Quingentorum septuaginta annorum seriem comple-*
xum: præfat. & lib. I. c. III. vel *quingentorum septuaginta eg septem*,
ut lib. XIX. cap. XXI. que varietas quod suprà dixi confirmat, non
recognitum auctori hoc nostrum opus. Illud vero, eadem Amalri-
co Rege instantे *Eg* rogante, & exemplaria Arabica ministrante,
absoluit: præfat. eadem, & lib. XIX. cap. XXI. laudabili omnino, *Eg*
Regia, & ad DEV M. cui proximi Reges, accedente curā: verbo
mortuos excitare, & in vitam reducere. Admirandum etiam in
Rege, quod mediā & profundā barbariā, inter lituum stridore, &
armorum tonitrua, & presentissima quotidie pericula, literas co-
luerit, & librorum copiam usui studiosorum comparauerit: qua a-
liis, altā etiā pace, negliguntur. *De Concilio Lateranensi scriptū*
edidisse, suprà retutimus. Eiusdem plures Epistolas ad Bernardum
Antiochenum exstare, scribit exscriptor Simleri Antonius Posse-
tinus, Apparatu: ut erg, falsus: neque enim huins, sed alterius, Ty-
rensitem Archiepiscopi, Guillimi Anglici sunt illæ, quas non vi-
dimus, ad Antiochenū Epistola: Obiis Bernardus, nostro vix na-
to, nempe circa annum MCXXVII. quem paullo post *Eg* ille alter
Guillermus secutus est: ut ex nostro constat: lib. XIV. cap. X. & XI.

Sed hachistoriā primus nos beavit PHILIBERTVS POISSB
NOTVS, D. Morādi in Maxima Sequanorum prepositus: ut team
Johannes Herold continuatione Belli sacri, demonstrat: typis Io.
Oporini, anno 1549. Postea, quam emendata ampollicetur, corrige-

• p. 140

pram dedit ab Henrico Pantaleone, Nicolaus Brüllingerus, anno
1564. nec diffiterit ipse Pantaleon, se vetustissimum exemplar fide-
liter correxisse; in quibusdam etiam locis visitatoria verba pro obsole-
tis, & sententias perfectas pro imperfectis apposuisse: atque sic multa
emendatiorem denuò in lucem edidisse: scilicet! Nos quām potu-
mus exactissimè veteres secuti, ex iis pāsim lacunas repleuimus;
eglib. IIII. quod deerat integrum caput quintum, aliis locis perio-
dos integras, restituimus; voces emendauiimus, quot dici nō potest:
nobis, nihil permisimus. Sumus autem usi Codicibus PITHOEANO,
CANTABRIGIENSI, PARISIENSI Nauarreno. Cantabri-
giensem humanitate prefecti eg sociorum admissi, vidimus eg cō-
futus in Bibliotheca collegii S. Benedicti: eg eius, antequam cō-
accederemus, gustum nobis dederat Merlinus Higdenus, concilian-
ze cum nobis Stephano Le Sieur. Parisiensis Codicis qui in Nauar-
reno collegio exstat, index fuit Albertus Myræus: eiusq; postea lectio-
nes à vulgato diuersas diligenter eg indicio collectas misit Timo-
theus Hoyus, Andree filius: Tres, omnino proba nota, sub ipsam a-
tatem auctoris conscripti. Nauarrenum, subscriptio indicat do-
natum ab Ansello Episcopo Meldensi, qui vitiōsē Demochari di-
citur Aurellus eg Ausellus: vixit is circa annum DOMINI MCC.
Id est, paullo post nostrum Archiepiscopum. Vera electione firman-
da, eg illustrande historia, profuerunt GALLICAE interpretatio-
nes: PALATINA Heydelbergensis, quam fuisse Isabellæ Regina
Norvegia indicat inscriptio rubricata: eam nobis olim impetra-
vit Georg. Michael Lingelsheimus; nuper consulente, adfuit Ia-
nus Gruterus. FAYCHETIANA, à Dionysio Godofredo FC. No-
stra.

Pag. 625.

Subiecimus Tyrio, NOTITIAM PATRIARCHATVM Antio-
chensis eg Hierosolimitani, membranas secuti: nam in editis collo-
catur lib. XI V. C. XII. Nomina uti erant in MSS. diuersa à vul-
garis, exhibuimus, sancè corruptissima: quod dabit, ut speramus, ea
mentata Alberti Miræi diligentia.

Pag. 1144.

Sequitur Primate suum, Tyrensem Archiepiscopum, suf- XII.
fraganeus, Acconensis Episcopus IACOBVS DE VITRIACO; cu-
ius vita ab Andrea Hoio, legitur preposita editioni Duacensi duo-
rum eius librorum Orientalis eg Occidentalis historia: spicas post
eius messem, has legimus.

Vincentius, Specul. Hist. lib. 30. cap. 10. Anno M C C XIII.
sanctæ & admirabilis vitæ, S. Maria de Oegnies in Episcopatu Leodi-
ensi, obiit, cuius vitam Magister Iacobus de Vitriaco diligenter con-
scripsit. Hic etiam Iacobus ante fuerat in villa prope Parisius, quæ dicitur

tur Argentolum, presbyter Parrochialis; postea verò secularem vitam
relinquens, in monasterio de Ognies factus est Canonicus regularis.
Cuius itidem Parochiæ cura cum ei commissa esset, eidem Mariæ in
eadem parochia conuersanti, propter vitæ ipsius sanctitatem valde fa-
miliaris effectus est: cui etiam illa spiritualem, ut fertur, gratiam ora-
tionibus suis impetravit. Vnde & ipse Crucem contra Albigenses in
Francia prædicans, eloquii suavitate atque dulcedine multos atque in-
numerabiles ad signum Crucis accipiendum prouocauit. Postea verò
factus est Episcopus Acconensis, & inde translatus auctoritate Apostolicâ,
factus est Episcopus Tusculanus, sedis Apostolicæ Cardinalis. Tandem ex
vita præsenti migrans, fecit corpus suum apud Ognies deferri, & in
eadem ecclesia in qua illa quondam eius dilecta sepulta fuerat, sepeliri.
Hic etiam volumen vnum aliud confecit, in quo multa de naturis re-
rum, & præcipue de mirabilibus, quæ in transmarinis partibus repe-
riuntur, inseruit. Sed & cum vita prædictæ Mariæ, de sanctis mulieri-
bus, quæ tempore suo in partibus Leodiensium abundabant, multa
bona scripsit, & earum detractores acriter reprehendit, ac venerabili
Tholosano episcopo Fulconiloquens, ita dicit. *Eg. quæ sequuntur*
ex libro Vitriaci de vita Mariae de Ognies, & sanctis mulieribus
Leodiensibus sunt excerpta. Historia Comitum Tholosæ manu-
scripta, bibliotheca ad S. Benedictum Cantabrigie. Mittitur inter-
ea in Franciam à Legato Fulco episcopus Tholosanus, prædicaturus
Crucem cum aliis qui mandatum habuerunt consonum: quibus af-
fuit Magister Jacobus de Vitriaco, vir magnæ honestatis & litterarum,
& eloquentiæ, qui postea fuit Episcopus Acconensis, deinde in Rom. cu-
riæ Cardinalis: cui iniunctum fuerat per visionem in sompniis à B. Sa-
turnino Tholosæ protopræfule, ut contra suum populum prædicaret.
Membrana ad Tyrium Gallica: Fuit in Francia bonus clericus,
nomine Magister Jacobus de Vitriaco, qui multos Cruce signauit, ubi-
tunque prædicare eum contigit. Eum verò electum, Canonici Acco-
nenesis ab Apostolico petierunt Episcopum: neque enim ille absq; Apo-
stolici mandato, episcopatum vñquam accepisset. Mare igitur transiit,
& diu Episcopus fuit Acconensis, multisque regionem illam bonis affecit.
Tandem resignato episcopatu in Franciam rediit: & ab Apostolico
Cardinalis Romanus factus est. *De eius obitu Chronicum Bel-
gicum Pistorianum, ad annum MCXL.* Anno prænotato, ma-
gister Jacobus de Vitriaco, quondam episcopus Acconensis, tunc Cardi-
nalis Tusculanensis, Cal. Maii Romæ obiit: cuius ossa post aliquan-
tum temporis translata apud Ognies, Leodiensis diocesis, & ibi hono-
rificè tumulata sunt.

Animum ad scribendum applicuit capti à Damiatâ, cum
otio fugiendo scripturarum meditatione, & compedibus, ut ipse
loquitur, lectionis assidua, animum tanquam seruum maleuolum,
studieret adstringere: & recreationis causâ, studioque discendi,
euolutis Orientalibus historiis, doleret reproborum gesta accuras
descripta

descripta legi; indicata & neglecta iacere Regis aeterni pralia. Eodem ferè stomacho commotus, quamvis ignarus DEI veri, Seneca: Quanto potius, inquit, opera DEI celebrare, quam Philippi aut Alexandri latrocinia? Sed & hec opera DEI sunt: quod ignoratū Seneca, nos de DEI verbo discimus. Sunt, inquam, DEI opera, quomodo pestes, quomodo inundatio, quomodo conflagratio, quibus illos ipse comparat Seneca. Nabuchodonosor seruum suum DEV ^{lxxviii. 5. 5.}
^{6.} vocat, non semel. Ecce, ego mittam, inquit, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nebuchodonosor regem Babylonis seruum meum, &c. Igitur, & hac cognoscere Christiano, non minus dicit, quam

errantem Lunam, Solisque labores:

Vnde hominum genus, & pecudes; vnde imber & ignes:

& Naturæ cetera. Sed Jacobus, illo impulsu, tribus libris res Christiani populi scribere aggressus est: ita ut primo, res Orientis describeret; secundo, statum Occidentis Ecclesiastitum: tertio, in Orientem regrediens, ea explicaret, qua propriis oculis vidisset. ipse prefat. Latinè, Gracè, Arabicè doctus, ut ex eadem prefatione, in sacrarum litterarum lectione diligenter versatus, ut ex ipsis eius libris appareat. Citatur sapè auctori Chronicì Belgici, & aliis. Scriptor Fortalitii fidei, qui vixit anno M C C C C L I X. lib. 4. confid. 9. anno M C. Acconensis inquit, Episcopus, in libro de rebus & statu terræ Orientalis. Borchardus, siue Brocardus, descriptione Terra Sanctæ, cap. 6. §. 6. Dominus Jacobus de Vitriaco, Hierosolimitanus Patriarcha, & Romanæ Sedis Legatus, in libro quem de conquesto Terræ Sanctæ edidit, sic dicit: Regionis Decapoleos fines siue extremitates sunt marc Galileæ ab Oriente, & Sidon magna. quis locus legitur in hac ipsa historia cap. XLVII. Citatur & libro Bellorum Domini, Petaviano. Guillermi Tyrensis ipsissima verba, non sensel, suppresso nomine, utitur Virriacus: uti ipsius Virriaci, Marinus Sanutus.

Lebrititulus, ut ex supra notatis intelligis, Lector, variat: Manuscriptis dicitur HISTORIA IHEROSOLIMITANA, & HISTORIA IHEROSOLIMITANA ABBREVIATA. unus, fine libri habet: Explicit hic liber de captione & redemptione Hierusalem. Vidi Londini beneficio domini Gent, librum veterem, cui nomen erat prescriptum domini Allen, hac inscriptione: Incipit liber de Imagine mundi, editus à Reuerendo patre ac domino Petro Patriarcha Hierosolimitano. Incipit Prologus. Postquam diuinæ propitiacionis munificentia, & cetera, quæ hic editæ. Subiiciuntur capita CXXXIV. distincta libris tribus: primus absolvitur capitibus LXXXII. Postea, Incipit liber secundus. Descriptio terræ Orientalis, ex his quæ in ea mirabiliter fiunt, vel continentur: & primo de Terræmotu & To-

nitruis & nūibus, cap. 83, quo numero idem & hic legitur. finit: de die in diem expectantes: qui est & huius historia finis. Inde, incipit liber tertius, de corruptione habitantium in Terra Sancta, cap. c. i. Cūm igitur Orientalis Ecclesia. Eccl. quod est in editione Duacensi caput primum historia Occidentalis. Ultimum caput, CXXXIV. finit: puluerem autem retinet & abscondit. Sequitur in eodem Codice, Incipiunt exempla magistri Iacobi de Vitriaco. Nauis per se descendit in flumen; sed per se non ascendit: similiter homo. Eccl. Plura non notavi, destitutus tum & libris & valetudine. Hac autem, qualia qualia, apponere hic visum, si forte usui sint studioso harum literarum Lectori.

Patriarcha Hierosolymitani nomen, quod ei tribuit Borchar-
dus, unde sit, nescio: nisi, qui vita & gesta summorum Pontificum
scripsit Alfonsus Ciaconius, sub Gregorio IX. PP. narrat ex Epi-
scopo Acconensi in Patriarcham Hierosolimitanum electum:
Pontificem autem, quod Rom: Ecclesia eum necessarium esse often-
deret, in eius locum obtulisse Canonicis Episcopum Nannetensem.
Petrus autem, qui in Londinensi codice dicitur & ipse Patriar-
cha Hierosolimitanus, an Petrus de Palude? Sed huius Iacobi a-
lia scripta è Trithemio pete, & Hoio, & ab Hoio notatis locis adde-
è Chronico MS. quod habemus à Marq. Frehero: Item eodem
pore (sc. anno MCCXII.) obiit domina Maria de Onies in terri-
torio Laud. cuius vitam mirabilem Iacobus de Vitriaco Cardinalis
scribit.

Hoc verò damus ex editione Duacensi Balthasaris Belleri, anni
1597. quam procurauit, Fr. MOSCHVS, illustravit A. Hoius: nos
emendauiimus & auximmo ex MSS. duobus P. PETAVII, uno no-
stro. Parisiensis editionem, ex qua hunc auctorem Syriacis suis
inserere Pistorius cogitabat, nō vidimus. Prefationem qua Duac-
ensi deest, in Antiquis dedit & Henr. Canilius, tomo VI. Eam nos
ex nostris descriptam habebamus ante editionem Canilianam, u-
no aut altero loco fortasse meliore: de quo in diversis lectionibus.

Libro secundo, qui est Occidentalis historia, quod argumentum
cum tractet à nostro alienum, onerare hanc collectionem nolu-
imus. Eius fine ait ipse, præfatione, differuisse de ordine & Religione
Cruce signatorum, & utilitate Peregrinationis, pleniùs: quod in
editione Duacensi non exstat.

Tertium, & EPISTOLA medimus fide IACOBIGRETSERI, qui
inseruit Horto Crucis. Libro tertio nominat Acconensem Epi-
scopum: id est, seipsum. Qua præmittit de Saphadinis filiis & locis
Terra Sancte, ea Gallica habemus MSS. authore Patriarcha
Hierosolymitano quodam; neque enim nomen editur: iussu Pape In-
nocentii:

nocentii: quibus eis sua auxit Vincentius, speculo histor. lib. 31. cap. 54.
Ecce. Reliqua illius tertii libri, descripta sunt ex Oliueri Coloniensis Epistola; ex qua eis Matthaeo Pari et Beluacensi, emendare est, qua hic legitur corruptissima. His facile mihi persuaderi passerer non esse librum Vitriaci: nisi hac ipsa scribenti succurreret, nec nouum esse, scriptorem oblique seipsum, tanquam alium, in ipsam historiam inducere: eis Patriarcham Hierosolimitanum dici Vitriacum, ex superioribus cognouissimus: eis reliquam Oliuerus ex hoc, quam ex illo hic describere potuisset.

Orditur historiam ab ipsa originem alorum Mahometo: eis ab eo descendens ad Petri Eremita primam peregrinationem, eis ex ea expeditionem, finit post receptam Ptolomaïdam in coronatione Regis Ioannis de Brenna, quæ facta est anno MCCX. Constat igitur ratio, cum cap. i v. ait, iam ferè per DC. annos serpentem antiquum, per os Pseudoprophetæ execrabilis erroris venenum euomuisse. Liber tertius eis Epistola, obsidionem eis captionem Damiatam referunt, quæ cest anni MCCXVIII. Rebus adfuit, atque etiam prefuit, ut ex his videre est, eis fine Epistola Oliueri.

Pag. 1047.

De HIEROSOLIMITANAE HISTORIAE hoc fragmento, nihil habemus dicere: nisi quod visa scribit auctor; eis res gestas, ad buccalente memoria, stilo designat, ut ipse loquitur præfatione: eis pag. 1170. lin. 55. quos cum cerneremus signis prodire distinctis. Ecce. Homo, ut illo seculo, eleganter doctus. Natione Anglicum, sudiabit una mecum qui attente legerit. Eius nobis copiam fecit NICOLAVS SERVINVS, Regius in Parlamento Parisiensi Aduocatus. Res gestas narrat ab anno MCLXXVII. ad MCXC.

Pag. 1150.

EPISTOLE à Regibus, Principibus, Pralatis, ad Regem XIV. Francorum LUDOVICVM Iuniorem, viginti septem; una, ad Alexandrum PP. III. scripta, ex bibliotheca P. PETAVII, sunt ha:

1. R. Principis Antiocheni. Frequens librariis illius etatis, bonum dignitate illustrum nomina notare littera singulare, nominis principe. Hic itaq; R. est Raimundus.
2. Giberti, Magistri Hospitalis.
3. Hugonis, Abbatis Ecclesie B. Maria Adrianopolis; eis Petri prioris S. Ioannis Constantinopoleos Hospitalis: Alexandre R. E. Pontifici.
4. Amalrici, Regis Hierosolymorum.
5. A. Patriarchæ S. Resurrectionis. Est Amalricus.

(d)

6. Eiusdem.
7. R. Ducis Narbona, Comitis Tholose, Marchionis Provinciae: est Raimundus.
8. R. de Balneos: fidelis Imperatoris Constantinopolitani Emanuelis.
9. A. Regis Hierosolimorum.
10. B. de Blancesfort, Magistri Militia Templi.
11. Eiusdem.
12. Gilberti, custodis Hospitalis Hierusalem.
13. A. Regis Hierosolimorum.
14. B. de Blancesfort, Magistri Militia Templi.
15. G. Fulcherii, procuratoris domorum Militia Templi.
16. A. Regis Hierusalem.
17. A. olim Prioris de monte Thabor.
18. Petri Prioris Hospitalis Constantinopoleos.
19. A. Patriarchæ Dominica Resurrectionis Ecclesie.
20. Hugonis, Abbatis S. Maria Adrianopolis; & Prioris S. Ioannis Constantinopolis.
21. Amalrici Regis Hierosolimorum.
22. Bertrandi de Blancafort, Magistri Militia Templi.
23. Amalrici Regis Hierosolimorum.
24. Gaufridi Fulcherii, praeceptoris Hierosolimitanae domus.
25. B. Raimundi filii, Principis Antiochia.
26. G. Fulcherii conserui Militia Templi.
27. B. Militia Templi ministri.
28. Adriani PP.

Pag. 1172.

XV. Bullam Innocentii PP. cum ANDREAE Regis Hungaria ad Honorium PP. litteris, habemus à NICOLAO FABRO. Incidit autem e Andrea Regis expeditio in annum MCCXVII.

Pag. 1192.

XVI. OLIVERI Epistolam suppeditauit & P. PETAVI insignis bibliotheca, & exscriptū FRIDERICI LINDEMURCHIL. Scholasticum Colonensem ipse se inscribit: eiusque frequens meminit CXFARIUS Heisterbacensis, qui vixit anno MCCXXII. lib. a. cap. 7. & 3. cap. 6. & 4. cap. 10. & 10. cap. 22, 31, 37, 38, 39. & 12. cap. 23. Crucem ait praticasse in Brabantia, Flandria, Frisia; & discipulam eius commemorat Arnoldum; & illius se verbis uti profitetur. Scripsit autem qua vidit, gesta an. MCCXVIII. & MCCXIX. Goedefridus Pantaleonis, Rerum Germanicarum tomo Freheriano primo, anno MCCXVIII. narrat ad Damiam Oliuerum
bunc

bunc nostrum, Scholasticum Colonensem, ex puris eleemosynis pauperum, ædificium construxisse, in quo erant propugnacula & pons: **&c.** **Iisdem quibus hic verbis eadem exponit Godefridus: quod &** de Acconenji iam annotauit. Albertus Abbas Stadensis, editus à R. Reineccio, Chronico, anno MCCXVII. (vixit autem abbas anno MCCXL.) Multi, inquit, Peregrini versus Hierusalem sunt profecti, petentes de Marsilia Terram Sanctam: in quorum comitatu erat magister Oliuerus, prædictor famosissimus; postea Paderbornensis electus, & tandem S. Sabinæ presbyter Cardinalis: **quod & sub Honorio PP. III. notant Onufrius & Ciaconius.** Lubet hic & Emmium Vbbonem adducere, recentem sed elegantem & accuratum scriptorem. **Is rerum Frisicarum lib. 8. anno MCCIII. Coloniensem Archiepiscopum usum operâ Oliueri, qui contionibus populum ad sacram militiam vocaret:** Hominis, inquit, vt ea ferebāt tempora, cum primis eruditi & facundi, ab ipso Rom. Pontifice ad hoc munus auctorati. Is Frisiam ingressus, anno MCCIV. contionibus passim institutis, &c. hominum turbam ad profitēdum eam militiam, recepto Crucis signo concitauit. **& sub finem libri eiusdem: Oliuerus,** qui expeditionis huius historiam prodidit, non veretur scribere, sibi videri non aliam magis ob causam oppidum tam validum & munitum, & cui ad obsidionem quantumuis diuturnam, deesse nihil poterat, Christianis maria timentibus, tam subito esse amissum; quam quod nec in D E V M satis pii, cuius beneficio tantam victoriam recens retulerant; nec in Teutonas, & Frisos præsertim, satis grati qui bellum administrabant, fuissent. **Ex quo constat & amissā Damiatā scriptisse Oliuerum, qua non vidimus: uti & fine huins Epistola, alias a se scriptas literas ait, de Castro Filii Dei, quod adficerat Militia Templi.**

Pag. 1185.

Agmen claudit ex nostra Bibliotheca Beati LUDOVICI Regis ad subditos suos in regno Francie constitutos, Epistola scripta in Acon, anno MCCCL.

Pag. 1196.

Cui Regis eiusdem subiecimus CANONISATIONEM, editam Parisiis anno 1516. per Henricum Stephanum, cum oratione Jodoci Chlichtouei, de laudibus Regis optimi & fortissimi: Eius præterea exscriptum de veteri codice nobis communicauit, qui omnia, P. PETAVIUS.

Pag. 1201.

Ceterum, si quid in his auctoribus habetur, Lector, factū dictūm ue impie, superstitiosè, improbè, id in Veritatis honestiq; praesudicium trahere nemo, nisi impius ipse improbusque, prajuraverit. Neque enim quid debeat, sed quid fiat Historicir referunt.

(d) 2

Annalium conscriptores, inquit noster, non qualia optant ipsi, sed qualia ministrant tempora, mandare solent literis, ex officio. Est enim humana vita speculum, Historia: humana vero vita, caratio, ut non stultorum tantum, sed improborum etiam atque impiorum infinitus sit numerus. Itaque recte omnino suam Paulus Orosius, de Miseria hominum inscripsit. Etenim, quid aliud Historia? cuius in ipso limine, primi Parentis stultum cupidinem, impium animum horreas: mox madefactam sanguine fraternali magnam Matrem: inde, in omnes scelus precipitatum genus humanum. Hanc, quamdamus, vide: Et ne temorer, Tyranni nostri primi libri caput octauii lege; queque ante a notauimus de causis excidii Hierusalem, repeat: hac tempora, hos mores videbis. Et, ista cum legimus, causas praesentium atque imminentium malorum quarimus? face cupiditatis incensum, ardere malis mundum, miramur?

Fœcunda culpæ secula, nuptias

Primum inquinauere, & genus, & domos:


Hoc fonte deriuata clades,

In patriam populumque fluxit.

Itaque, ex usu ergo multitudine qui patrocinium vitiis querit: is omnes omnium etatum, omniumque gentium historiographos, is hodie hominum universitatem, a se habeat. Idem vero sciat: cum de Veritate, cum de Virtute queritur, illud discessionum locum non habere: Haec pars maior esse videtur: ideo enim peior, qui amior.

Sed te, D E V S, cuius res Christiana numine, non hominum ratione ergo consilio gubernatur, pacem ac veniam peto: precorque DOMINE, ut Principum, quorum a te, ergo a tua proxima potestas, ad pietatem ergo innocentiam popolorum ad obsequium flectere animos velis: ut hic mundi contextus tibi in pace seruiat, per pacis tecum nostra auctorem, DOMINUM nostrum IESVM CHRISTVM. Amen.

PRINCI-



PRINCIPVM & PRÆLATORVM

M I L I T V M Q V E

nomina

qui nomini CHRISTIANO militarunt,

Scriptoribus his dicta.

de quibus

&

aliis, qui hisce bellis operam nauauerunt,

'in Indicibus, D E O dante, accuratis.

CICERO II. PHILIP.

Quibus ortus sis, non quibuscum viuas, considera.

SALLVSTIVS IVGVRTHIND.

Sæpiùs ego audiui Q. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis nostræ claros viros, solitos dicere: Cùm Maiorum imagines intuerentur, vehementissimè sibi animum ad Virtutem accendi. Scilicet non ceram illam, siue figuram, tantam vim in se habere: sed memoriâ rerum gestarum eam flamمام egregiis viris in pectore crescere; neque priùs sedari, quàm Virtus eorum famam atq; gloriari adæquauerit. &c.

CICERO AD APPIVM, EPIST. VII.

Quæſo: etiamne tu has ineptias? &c. ullam Appietatem aut Lentilitatem valere apud me plus quàm Virtutis ornamenta existimas? Cùm ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tûm ista vestra nomina nunquam sum admiratus: Viros eos qui ea vobis reliquissent, Magnos arbitrabar. &c.

(d)

PRINCIPES, PRÆLATI,
MILITES,

*Qui his auctoribus memorati, Bellis istis O-
rientalibus adfuerunt.*



Chardus de Montemerulo. alias Aichardus de Montemerla.

Adam, filius Michaelis.



Addo de Kereſi.

Adelbero F. Conradi comitis de Lutzelburg, Archidiaconus Metensis.

Adelboldus, familiaris ducis Godefridi.

Adolfus de Monte, frater Coloniensis Archiepiscopi.

Egidius de Santi Francigena.

Aimarus, alias Ademarus, Podiensis Episcopus.

(Aimarus Patriarcha Antiochenus.

Americus Lemouicensis, Patriarcha Antiochenus.

Americus de Lixinio, frater Guidonis Regis.

Alanus dapifer.

Alanus dominus Cerepi.

Alanus Fergaudus, Britannorum princeps.

Alberedus de Cagnano.

Albericus Beluacensis, episcopus Ostiensis, Legatus.

Albericus, frater Guillelmi de Granemaisnil.

Albericus, vicedapifer.

Albertinus Moresinus, Bayliuus.

Albertus, comes de Blandraz.

Albertus, frater Comitis de Namurra.

*Albertus de Nigrocastro (fort. Scwhartzenburg) de Alemania, pra-
tor domus Hospitalis.*

Alexander de Conuersana Apulus.

Alexander de Grauina.

Almericus, Comes Montefortis.

*Amalricus Nouiomensis, de oppido Neella, ex Ecclesiae Dominici Se-
pulchri Priore, Patriarcha Hierusalem.*

Andreas, Rex Hungariae.

Andreas, comes Brennensis.

Andreas de Espeisse.

Andreas de Nantolio, frater electi Beluacensis.

Andreas, Comes de Rupecanina.

Ansalodus, Genuensis.

Anselmus de Bria.

Ansellus de Pas.

Anselmus de Riburgismonce. alias Ansellus de Ribodimonte.

Anselmus;

Anselmus, turris David custos.
Arnaldus de Toroge, magister militiae Templi.
Arnoldus eques & princeps de castello Aldenardis.
Arnoldus filius Villici.
Arnulfus de Tyrs castello.
Arnulfus Calaber, episcopus Consentinus.
Arnulfus, episcopus Lexouiensis.
Arnulfus, capellanus Comitis Normannorum, de Rohes castello
Flandriæ, tandem Patriarcha Hierosolimitanus.
Arnulfus Marisiensis, dapifer.
Arnulfus de Turuassel.
Arpinus de Buduordi.
Ascheenius, alias Asquittinus, Bethleemita episcopus.
Aufonsus, siue Alfonius, comes Tolosanus, frater B. Ludouici regis.
Aufredus, vir religiosus.
Austria dux.

B *Aldricus, dapifer ducis Godefridi.*
Balduinus Boloniensis, frater ducis Godefridi, & post eum Rex I.
Balduinus de Burgo, Rex II. Hierusalem.
Balduinus de Calderon.
Balduinus Flandriæ comes.
Balduinus de Gant castello.
Balduinus de Grant preit.
Balduinus de Hastrut castello Flandriæ.
Balduinus Hamaucorum, alias de Monte, comes.
Balduinus de Insula.
Balduinus de Mares.
Balduinus de Ramis.
Balduinus Tauns castello Flandriæ.
Balduinus, è comitatu Godefridi Ducis, Cæsareæ archiepiscopus.
Balduinus, Dominici Sepulchri canonicus & thesaurarius.
Balianus.
de Bar comes.
Bartulfus de Breis.
Bartholomeus Francigena.
Belli mons vicecomes, filius Gualteri camerarii regis Francorum.
Betwoldus miles.
Benedictus Edessanus Archiepiscopus.
Berengarius Aurasicensis episcopus.
Bernardus Antiochenus Patriarcha; Hispanum dicit Benedictus de
Accoltis.
Bernardus extranens.
Bernardus Raymondis filius Gualteri de S. Valerio.
Bernardus de Stampis.
Bernardus de Tremetey.

(d)

Bernardus Vacher.
Bernhardus de Witrazh.
Bernhardus, filius Waltheri de Dromedart.
Bertoldus de Andes dux Bauariæ.
Bertramus, F. comitis Raimundi Tholosani, alias Bertrannus.
Bertramus de Blancafort, magister militiæ Templi, alias Bertrannus & Bertrandus.
Bertramus, Podiensis sacerdos.
Bertrandus, F. comitis Gisliberti.
de Bethuna, aduocatus, cum duobus filiis: de Betania legebatur in editis.
Boamundus, Apulus.
Boëlus Carnotensis, alias Boëllo.
Bonifacius de Molinis, Venetus.
Bonwanckerus de Capis, castello.
Bruno, F. sororis Conradi stabularii Henrici Imp.
Budellus, Carnotensis.

Calo de Caluo monte.
Caproolus, Princeps Tharsi & Mamistræ.
Carolus, frater B. Ludouici Regis.
de Castellione, vicecomes frater comitis Ranulfi.
Centorius de Bierhia, alias Gentonius de Bear.
Cestriæ comes.
Clarenbaldus de Vendoliolo, alias de Vendolio.
Colinus, Anglicus.
Conanus Brito, filius comitis Gaufridi.
Conradus Imperator.
Conradus, Marchio Montisferrati.
Conradus, stabularius Henrici Imp.
Cuno de Monteacuto, comes.

DAimbertus, archiepiscopus Pisanus patriarcha Hierusalem.
Dodo de Cons, alias, Dudo.
Dodo de Claromonte.
Dominicus Michaelis, dux Venetiæ.
Drogo, quidam in comitatu Hugonis Magni.
Drogo de Monci.
Drogo de Nahella.

EBrardus, sacerdos.
Ebremarus, Patriarcha Hierusalem.
Engelbertus.
Engelbertus de Tornaco, frater Ludolfi.
Engelgerus.
Engelradus, F. Hugonis comitis de S. Paulo: al. Engelrannus de S. Paulo.
Engelradus, miles quidam.
Engelradus, de ciuitate Cadelin.
Engelradus

Engelradus, episcopus de Monte Lauduni.

Eraldus, de ciuitate Cadelin.

Erkenboldus.

Eurardus de Bretoil.

Eurardus de Puisat, alias Ebrardus.

Eurardus, frater vxoris Widonis de Putcolo.

Eurardus, venator.

Eustachius, Bononiensis, frater ducis Godefridi.

Eustachius Choler, de regione Pontiui.

Eustachius Grener, alias Granarius,

FOlkerus, Aurelianensis.

Folkerus, de castro Bullon.

Folkerus, Carnotensis miles.

Folkerus, capellanus, historiae auctor.

Franciscus, magister fratrum Minorum.

Franco, de villa Machela super Mosam.

Fridericus I. Imperator.

Fridericus II. Imperator.

Fridericus, Lotharingus, archiepiscopus Tyri.

Fulco de Villareto, magister Hospitalis.

Fulcherus Engolismensis, archiepiscopus Tyri.

GAufredus de S. Aldemaro.

Gaufridus de Charpalu, frater Ioscelini senioris.

Gaufridus de Lizzinio, alias de Lizzinaco, frater Regis Guidonis.

Gaufridus Martel, frater comitis Engolismensis.

Gaufridus Monachus, vir nobilis & in armis strenuus.

Gaufridus de Monte Scabioso.

Gaufridus de Nououico, canonicus Dominici Sepulchri.

Gaufridus de Rancun, Aquitanus.

Gaufridus de Turri David.

Gaufridus, comes Vindocinensis.

Gebhardus de Gornaio.

Gentonus, sup. Centorins.

Georgius, comes de Wide.

Gerardus de castello Auenis (al. Auesnes) de genere Hamaicorum.

Gerardus Camerarius.

Gerardus de Ceresaco, alias de Keresi, castello.

Gerardus, archiepiscopus Laodicensis.

Gerardus, senex de Melione : alias, Milione.

Gerardus miles, de domo Balduini I. Regis.

Gerardus de Pugi.

Gerardus de Roscelon, alias, Gebhardus.

Gerardus Zebertus, frater Hospitalis.

Gerbertus Assalit, magister Hospitalis.

Getbodo, de castello Wintinc.

Geruasius de castello Basilicas, pagi Sueffontici.

Gilbertus de Laci.

Gilbertus de Monteclaro.

Giselbertus, canonicus S. Mariæ Aquisgrani.

Giselbertus de castello Cuiun.

Gilebertus de Tornaco, frater Ludolfi.

Giselbertus de Trena, alias Gillebertus.

Godefridus de Ascha.

Godefridus Boloniensis, dux Lotharingie, &c.

Godefridus Burel, de Stampis.

Godefridus de Burs, Parisiensis, frater Wilhelmi.

Godefridus, Lingonensis episcopus.

Godescalcus, sacerdos, Teutonicus, Rhenensis.

Godescalcus de Turholt, alias Tourhout.

Gormundus, de oppido Picqueniaco, Patriarcha Hierusalem.

Goscelo, F. Lamberti.

Gosfredus, breuis in statura.

Gosfredus, F. Radolfi.

Gothardus, F. Godefridi.

Gozelio, F. Cunonis de Monte acuto.

Gozelinus de Cortona, an de Courtenay, vt sit idem qui

Ioscelinus?

Gualterus Bertaudi, alias Bertaud.

Gualterus, Brenensis comes.

Gualterns, camerarius Regis Francorum.

Gualterus de Dommedart.

Gualterus de Falcumberga.

Gualterus Francigena.

Gualterus de Maisnito, frater Templi.

Gualterus de Monte Beliart.

Gualterus miles.

Gualterus de Montjay.

Gualterus de Quaisneto.

Gualterus Senjaneir, alias Sine habere. Æmilio, Egerius.

Gualterus de S. Valerio.

Gualterus Vindocinensis.

Gualterus de Verra.

Plura vide in Walserus.

Guarinus Gainart, alias Garinus.

Guarinus de Petra mora.

Guelfo. vide Welfo.

Guercius Hispanus.

Guido. vide Wido.

Guinemerus, Boloniensis.

Guilferius quidam.

Guilferius de Turribus, Lemouicensis, alias de la Turre.

Guicciardini

Gunnerus, miles.

Germannus, de Brustella, castello.

HAdewerck, de præpotentibus Westfalarum.

Hardinus, de Anglia.

Harpinus, Bituricensis.

Hardwicus de S. Medardo.

Hartmannus comes, de Maioribus Alemaniæ.

Henricus de Ascha, castello, frater Godefridi, F. Fredelonis.

Henricus, dux Austriæ.

Henricus de Barleduc, comes.

Henricus, dux Burgundiaj iunior.

Henricus Dango, frater Balduini comitis Flandriæ.

Henricus, comes Longobardus.

Henricus, dux de Lemborc.

Henricus, dux Louaniæ, princeps de Imperio Teutonicorum.

Henricus, Senescalcus ecclesiæ.

Henricus comes Trecensis, siue Campaniæ.

Henricus, Tullensis episcopus, frater Theodorici comitis Flandrensis.

Henricus de Ulma.

Heraclius vicecomes, vexillifer episcopi Podiensis.

Herebrandus de Boillon.

Herluinus, interpres.

Hermannus quidam.

Hermannus de Carni, alias Canni.

Hermannus, comes de regno Teutonicorum.

Hermannus, Marchio Veronensis.

Hermannus, Viennensis.

Herneus, F. Dodemanni.

Herneus de Vifione.

Hugo de S. Abraham.

Hugo de Breis.

Hugo de Botuns.

Hugo de Burg.

Hugo de Brulis.

Hugo, dux Burgundiaj.

Hugo de Cantalar.

Hugo de Creona, Siculus.

Hugo Ebriacus, Genuensis.

Hugo de Falkemberg, frater Gerardi.

Hugo de Hamach.

Hugo, miles quidam.

Hugo LiZiniacensis, qui & Brunus.

Hugo Magnus, comes Veromanduorum, frater Philippi Regis Francorum.

Hugo de Montbeel.
Hugo de Montbeliard.
Hugo de Montilio.
Hugo de Paganis.
Hugo de Pelychin.
Hugo de Pusato, cum uxore.
Hugo de S. Paulo, comes, ex Regno Francie.
Hunfredus de Montescabioſo.
Hunfredus, F. Rodolfi.

Jacobus de Aueſnis.
Ioannes d' Arciers, aliás de Arciato.
Ioannes, comes Brenenſis.
Ioannes de Cameraco.
Ioannes de Dionanto.
Ioannes Dandulus.
Ioannes Goman, aliás Gomar.
Ioannes Gotmannus.
Ioannes de Grelli.
Ioannes miles.
Ioannes, comes de Maſcon.
Ioannes de Namerca.
Ioannes de Neelle.
magister Ioannes de Niella.
Ioannes Pisanus, Archidiaconus Tyrensis, poſtea Cardinalis.
Ioannes Polanus, Venetorum Capitaneus.
Ioannes Triftanus, F. beati Ludouici Regis.
Iſcelinus de Courtenay.
Iſcelinus Pifellus.
Iſcelinus de Samofato.
Iſfridus, camerarius ducis Godeſtri.
Iſuardus, comes Diensis.
Iſuardus de Gagia, Prouincialis.
Iſuardus de Nujone, vel de Muſone.
Ikerus de Magnac.
Iterius de Tacci.
Iuo quidam.
Iuo de regno Francie.
Iuo de Neelle, Sueffonensis comes.

LAmbertus archidiaconus Antiochenus.
Lambertus F. Cunonis de Monteacuto.
Lambertus pauper.
Laurentius Teuplo, capitaneus Venetus.
Leſholdus, miles ducis Godeſtri.
Lietardus.

Lithardus

Lithardus de Cameraco, ciuitate Galliæ.

Lucas de Grimaldis, Genuensis.

B. LVDOVICVS, Rex.

Ludouicus VII. Iunior dictus, Rex Francorum.

Ludouicus, comes Blesensis.

Ludouicus de Moncons, alias MonZons, F. comitis Durici de Monthi- liart.

Ludouicus, archidiaconus Tullensis.

Ludolfus de Tornaco, frater Gisleberti.

M*Agnus, frater regis de Norwegia.*

Mala Corona, seruiens Boamundi.

Manasses de Barcinona.

Manasses, episcopus de Barcinona.

Manasses de Herger, regni Constabularius.

de Mandeuilla, comes.

de Marcha, comes.

Marcus Justinianus, consul Venetorum.

Martinus, comes Laodicæ.

Marthæus, de Apulia comes.

Marthæus quidam, eques & Martyr.

Marthæus, dapifer ducis Godefridi.

Mauricius, Cardinalis de XII. Legatus.

Milo de Braio.

Milo de Claromonte.

Milo, Louer cognomine.

Milo de Planci, de Campania vltra montana, id est, Francia.

O*Do, ordinatus archiepiscopus Tyri.*

Odo de S. Amando.

Odo, Balgentiacus.

Odo, episcopus Baiocensis, frater regis Angliæ, comes Cantiæ.

Odo de Castellione.

Odo de Montefalconis, frater Templi.

Odoardus, F. Regis Angliæ.

Oliuerius, frater regis Angliæ.

Oliuerius de castro Iussi.

Oliuerius de Termes.

Ordelafus, dux Venetiæ.

Otho Altaspatha, filius sororis Alberti comitis de Blandraz.

Otto, Frilingensis episcopus, frater Conradi Imperatoris.

Otto de Risbergis.

Otho de Roges.

P*Aganus, Beluacensis, de iuuentute Hugonis Magni.*

Paganus, Cancellarius Regni.

(e)

Robertus, Atrebatenis comes, frater B. Ludouici Regis.
Robertus Burgundio, Aquitanicus, magister militiax Templi.
Robertus de Boues.
Robertus, Flandriæ comes.
Robertus, F. Gerardi, Conestabulus Boamundi.
Robertus de S. Laudo.
Robertus, miles.
Robertus, comitis de Neuers Wilhelmi frater.
Robertus, Normannus genere, episcopus Liddensis.
Robertus, Parisiensis.
Robertus, comes Percensis, frater Regis Ludouici Iunioris.
Robertus Prodius.
Robertus, episcopus Rames.
Robertus de Roseto.
Robertus de Surdaualle.
Robertus de Sidon.
Robertus, F. Tristani.
Robertus de Veteri ponte.
Rodolfus, de castello Alos in Flandria.
Rodolfus, Britannus.
Rodolfus, frater comitis Asasonis. aliàs, Radulfus.
Rodolfus, cognatus Wilhelmi comitis Piëtauijensis.
Rodolfus Peel, de Lan.
Rogerus de Barnauilla. aliàs, Rotgerus.
Rogerius, comes S. Seuerini.
Rotgerus, F. Dagoberti, Francigena.
Rotgerus de Montmarin.
Rogerius de Moris, magister hospitalis.
Rotgerius quidam.
Rogerius, F. Richardi.
Rogerius, Tancredi cognatus & successor.
Rotgerus de castello Rosset.
Rotgerus alius.
Romanus de Podio.
de Rosinolo comes.
Rothardus, poculi ducis Godefridi prouisor.
Rothonius quidam.
Rotholdus comes Berchensis.

Sauericus de Mallion. aliàs, Saluericus de Malleon.
de Saroponte, comes. aliàs, de Sarreburge.
Scacolfus, Eelga.
Scopulus, capitaneus Venetorum.
Seiber de Mamedune. aliàs, Mamedimi.
Sigemarus, de villa Machella, super Mosam.
Simon, capellanus quidam.

Simon.

Simon, Ducus filius.

Simon, Comes de Monteforti.

Stabelo, alias, Stabulo, ducis Godefredi camerarius.

Stephanus, comes de Alba Marla F. Vdonis de Campania, nepos Roberti Normanni.

Stephanus, Burgundiæ comes seu dux.

Stephanus, comes Carnotensis & Bletensis.

Stephanus Carnotensis, Balduini Regis consanguineus: ex abbate S.

Ioannis de Valea Carnoti, Patriarcha Hierosolimitanus.

Stephanus, Metensis Episcopus.

Stephanus, comes Perticensis.

Stephanus, frater comitis de Percio Rotholdi, cancellarius Siciliæ regis, electus Panormitanus.

Stephanus, comes de Sansuerre.

Stephanus, sacerdos.

Stephanus, F. Theobaldi senioris, comitis Blesensium, Carnotensium, & Trecensium.

Stephanus, F. Wilhelmi comitis de Saona.

Stephanus, comes quidam.

Sueno, F. Regis Danorum.

T *Ancredus, Wilhelmi Marchisi F.*

Theobaldus, comes Campaniæ, rex Nauarræ.

Theobaldus comes, Franciæ Mareschallus.

Theodericus Barneuille.

Theodericus, comes Flandriæ.

Theotinus, episcopus Portuensis, Legatus.

Thomæ, comes.

Thomas de Feria castro, Francigena.

Thomas, etiuentute Hugonis Magnti.

V *Delradus, (alias Velhardus) de Wizan, Godefrido Duci à consiliis.*

Venetiarum Dux, & episcopus.

Vifcones de Firmamento.

Vrfinus, de montanis Antiochiae: qui Armenus fortasse, non Francus.

W *Albertus, alias Wigberus, castellanus Lauduni.*

Walbricus.

Walo de Calmont, seu de Calomonte.

Walo, siue Galo, Comes stabuli regis Francorum.

Walterus de S. Abraham.

Walterus à Berga.

Walterus de Castelens.

Walterus de Dromedart.

Walterus de Greis, alias, Garnerus.

Walterus Tauns.
Walterus de Verueis.
Walterus de Verna castello.
Welfo, dux Bauariæ. alias **Guelfo.**
Welfo Bulionensis.
Welfo Burgundio.
Welfo quidam.
de Werthe, Comes.
Wido de Blandraz, frater Comitis:
 Wido, frater Boamundi.
Wido Brisebarre.
Wido Capreolus.
Wido, dapifer Regis Francorum.
Wido de Florentia, Cardinalis legatus.
Wido Fraxinus.
Wido Frenellus.
Wido de Garlanda.
Wido de Gresalt.
Wido de Insula Flandriæ, Comes.
Wido de Monteforti, Simonis frater.
Wido de Pontino, Comes.
Wido de Porseffa castro: alias, **de Possefa**.
Wido Rufus.
Wido de Scandalione.
Wido Trusellus. alias, **Torsellus**.
Wicherius: alias, **Guicherius**.
Wickerus, Alemannus.
Wigbertus, comes Parmæ.
Winemarus, pirata. alias, **Guinemerus**.
Winricus, pincerna ducis Godefridi, conueniens officio nomen.
 an idem qui **Winricus**, Flandrensis?
Wifcardus de Insula.
Wilhelmus de Albin.
 Wilhelmus Amanen. alias, **Amaneus**.
 Wilhelmus Anglicus, Archiepiscopus Tyrensis.
 Wilhelmus, Aquitaniæ dux. Pictauensium comes.
 Wilhelmus, Aurasicensis Episcopus.
 Wilhelmus Belga, dux naualis.
 Wilhelmus Blenensis. alias, **Benensis**.
 Wilhelmus F. Boni, miles Arelatensis.
Wilhelmus de Burris.
Wilhelmus de Burs, frater Godefridi Parisiensis.
fr. **Wilhelmus de Carnoto**.
Wilhelmus Carpentarius.
Wilhelmus Claret.
Wilhelmus de Cimiliaco. alias, **Wilhelmus Petri de Cimiliaco**.

Wilhelmus

Wilhemus de Dompierre.

Wilhelmus Ebriacus, Genuensis.

Wilhelmus de Ferreres.

Wilhelmus, Flamingus natione, ex priore S. Sepulchri, Patriarcha.

Wilhelmus, comes de Foreis castello. al. Forensis.

Wilhelmus de Granduna.

Wilhelmus de Granitemaenil, Normannus, de Apulia, sororius Boamundi.

Wilhelmus, comes de Hollandia.

Wilhelmus Iordanis, nepos comitis Tolosani Raimundi.

Wilhelmus, Mareschalci F. Hugoni Magno comes.

Wilhelmus, Marchio Montisferrati: Imperatoris sororius.

Wilhelmus Malus puer, Niterensis.

Wilhelmus, Marchionis F. Tancredi frater.

Wilhelmus de Mandeuilla.

Wilhelmus de Montepessulano. alias, de Pisterio.

Wilhelmus, comes & Princeps de Neuers.

Wilhelmus, de ciuitate Nonanta, signifer comitis Wilhelmi de Neuers.

Wilhelmus du Perce.

Wilhelmus de prouincia, patriota & comes Comitis Tholosani.

Wilhelmus Picardus.

Wilhelmus, Comes & Princeps Pictauiensis.

Wilhelmus quidam.

Wilhelmus alius.

Wilhelmus, F. Radulfi vicecomitis.

Wilhelmus de Reffelon.

Wilhelmus, F. Normannorum comitis.

Wilhelmus Richan.

Wilhelmus de Sabran.

Wilhelmus, Comes de Sartenges, ex sorore nepos Raimundi Tholosani.

Wilhelmus, Vendomiensis.

Wilhelmus de Wanges.

F O E M I N Ā I L L V S T R E S V I Ā E C O M I T E S .

Agnes, Romana.
Arnulphi, archidiaconi, post Patriarchæ, neptis.
Balduini de Burgo, soror.
de Blois, comitissa.
Flandria comitissa.
Florina, filia Ducis Burgundiæ.
Folkeri, de castro Bullon, vxor.
Gutuera, vxor Balduini Boloniensis.
Ida, de Marchia Austriæ.
Leonora, Aquitana, Regina Francorum, post Angliæ.
Mamilia, F. Hugonis Cholet, Comitis de Ruci , vxor
Hugonis de Pusato.
Sibylla, comitissa Flandriæ.
Tholosæ comitis Raimundi vxor..

T Y P O G R A P H V S L E C T O R I B E N E V O L O S.

Rata, opere in magno commissa, non negamus, amice
Lector: sed eorum, que nobis fortassis adscribes, maxi-
mam partem, scias esse ab ipsis primis exemplaribus, à
quibus discedere religio fuit: ab eodem fonte, parum constans, et
iam in propriis nominibus, orthographia ratio. Indicem va-
rium & copiosum illustranda historia, ut & lectiones diuersas, a-
liaque usi tuo, in Tertium Tomum reiecit ipse huius editionis au-
tor: quo & Armeniaca complecti, & Tartarica, cum quibusdam hic
omissis opusculis, constituit. Tu, laborem nostrum, quo Andrea
Wecheli aus, & Ioannis Aubrii parentis industriam, ani-
mo tuam publicamque rem adiuuandi, sequimur,
equi bonique consule. Vale.

G E S T A



GESTA FRANCORVM, ET ALIORVM HIERO- SOLYMITANORVM.



V M iam appropinquasset ille terminus, quem Dominus I E S V S quotidie suis demonstrat fidelibus, specialiter in Euangelio, dicens: *si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me: facta est motio valida per vniuersas Galliarum regiones: vt si aliquis Dominum studiosè puroq; corde & mente sequi desideraret, atque post ipsum crucem fideliter baiulare vellet, non pigritaretur sancti Sepulchri viam celerius arripere: Apostolicus namque Romanæ sedis Urbanus ultra montanas partes quantociùs profectus est, cum suis archiepiscopis, episcopis, abbatibus & presbyteris; coepitq; subtiliter sermocinari & prædicare, dicens: Ut si quis animam suam saluam facere vellet, non dubitaret humiliter viam incipere Domini: ac si denariorum ei deesset copia, diuina ei satis daret misericordia. Ait namque Dominus Apostolicus: Fratres, nos oportet multa pati pro nomine CHRISTI, videlicet miseras, paupertates, nuditates, persecutions, egestates, infirmitates, fames, sites, & alia huiusmodi: sicuti Dominus ait suis discipulis: Oportet vos pati multa pro nomine meo: Et, Nolite erubescere loqui ante facies hominum: ego vero dabo vobis os & eloquium, ac deinceps persequetur vos larga retributio. Cumque iam hic sermo paulatim per vniuersas regiones ac Galliarum patrias coepisset crebescere, Franci audientes talia, protinus in dextra fecere cruces suerescapula, dicentes sese CHRISTI vnanimititer sequi vestigia, quibus de manu erant redempti tartarea. Iam iamq; Galli è suis remoti sunt domibus. Fecerunt denique Galli tres partes: Vna pars Francorum in Hungaria intravit regionem, scilicet Petrus heremita, & dux Godefridus, & Baldwinus frater eius, & Baldwinus Comes de Monte. Iste potentissimi milites & alii plures, quos ignoro, venerunt per viam, quam iam dudum Carolus Magnus, mirificus rex Franciæ, aptari fecit usque Constantinopolim. Petrus vero supradictus, primus venit Constantinopolim Kalendis Augusti, & cum eo maxima gens Alamannorum. Illic inuenit Lombardos, & Longobardos, & alios plures congregatos, quibus Imperator iusserat dari mercatum, sicuti erat in ciuitate, dixitq; illis: Nolite transmeare Brachium, donec veniat maxima Christianorum virtus: quoniam vobis tanti non es sis, ut cum Turcis praliare valatis. Ipsiq; Christiani nequiererunt deducebant se: quia palatia vrbis sternebant & ardebant, & auferebant plumbeum, quo Ecclesiæ erant cooperta, & vendebant Græcis: vnde Imperator iratus est, iussitq; eos transmeare Brachium. Postquam transfretauerunt, non cessabant agere omnia mala, comburentes & deuastantes domos & Ecclesiæ. Tandem peruererunt Nicomediam, ubi diuisi sunt Lombardi & Longobardi, & Almani à Francis: quia Franci tumebant superbiâ. Elegerrunt Lombardi & Longobardi Seniorem super se, cui nomen Rainaldus: Almani similiter: & intrauerunt in Romaniam, & per quatuor dies ierunt ultra Nicenam urbem, inueneruntque quoddam castrum, cui nomen Exerogorgo, quod erat vacuum gente. Et apprehenderunt illud, in quo inuenerunt latis frumenti & vini, & carnis, & omnium bonorum abundantiam. Audientes itaque Thraci quod Christiani essent in castro, venerunt obsidere illud: Ante portam castri erat pu-*

A

G E S T A F R A N C O R V M E T

teus, & ad pedem castris viuus, iuxta quem exiit *Reinaldus* insidiari Turcos. Venientes verò Turci in die dedicationis S. Mikahelis, qui est in Kal. Octob. inuenierunt *Reinaldum* & qui cum eo erant; occideruntq; Turci multos ex eis, alii qui remanserunt viui, fuderunt in castrum: quod confestim Turci obsederunt, eisq; aquam abstulerunt. Fueruntq; nostri intanta afflictione sitis, ut flebotomaret suos equos & asinos, quorum sanguinem bibebant; alii mittebant zonas atq; panniculos in piscinam, & inde exprimebant aquam in os suum; alii mingebant in pugillo alterius & bibebant; alii fodiebant humidam terram, & supinabant se, terramq; sternebant super pectora sua pro nimia ariditate sitis. Episcopi verò & Presbyteri confortabant nos tristis, & commonebant ne deficerent, dicentes: *Estate ubique 10
fortes in fide CHRISTI; & molite eos timere qui vos persequuntur.* sicut Dominus dicit: *Nolite timere eos qui corpus occidunt; animam verò non possunt occidere.* hæc tribulatio fuit per octo dies. Denique dominus Alamannorum *Reinaldus* concordatus est cum Turcis, ut traderet socios illis; & fingens se exire ad bellum, fugit ad illos, & multi cum eo. Illi autem qui Dominum negare noluerunt, capitalem sententiam suscepserunt; alios, quos cœperunt viuos, ad inuicem diuiserunt quasi oves; alios miserunt ad signum & sagittabant eos; alios vendebant & donabant quasi animalia. Quidam conducebant suos in domum suam, alios in *Corasanum*, alios in *Antiochiam*, alios in *Aleph*, aut vbi ipsi manebant. Ilti primo felix acceperunt martyrium pro nomine Domini I E S V. Audientes denique Turci, 20 quod *Petrus* heremita & *Guualterius* sine habere fuissent in *Cyrito*, quæ supra Nicenam vrbem est, venerunt illuc cum magno gaudio, vt occiderent illos, & eos qui cum ipsis erant. Cumque venissent latentes, obuiauerunt Guualterio cum suis, quos Turci mox occiderunt. *Petrus* vero heremita paulò ante ierat *Constantinopolin*, eo quod nequibat refrenare illam diuersam gentem, quæ nec illum, nec verba eius audire volebat. Irruentes verò Turei super eos occiderunt multis ex eis: alios inuenierunt dormientes, alios iacentes, alios nudos, quos omnes necauerunt: cum quibus quendam sacerdotem inuenierunt Missam celebrantem, quem statim super altare martyrizauerunt. Illi verò qui euadere potuerunt, *Cyrito* fugerunt: alii præcipitabant se in mare, alii latebant in sylvis & montaneis. 30 *Turci* vero persequentes illos in castrum, adunauerunt ligna, vt eos comburerent cum castro. *Christiani* igitur qui in castro erant, miserunt ignem in ligna congregata, & versus ignis in Turcos, quosdam eorum cremauit: sed ab illo incendio Deus nostros liberauit. Tandem Turci apprehenderunt illos viuos, diuiseruntq; illos sicut prius fecerant alios, & disperserunt illos per vniuersas regiones has, alios in *Corasanum*, alios in *Persidem*. Hoc totum est factum in mense Octobri. Audiens Imperator quod Turci sic distupassent nostros, gauisus est valde, & mandauit pro eis, fecitq; eos Brachium transmeare. Postquam ultra fuerunt, comparauit omnia arma eorum. Secunda pars verò intravit in *Sclavonia* partes, scilicet Comes de *iu-*
S. Egidio Raimundus, & *Podiensis Episcopus*. Tertia autem pars per antiquam Romæ 40 viam venir. In hac parte fuerunt *Boamundus* & *Richardus de Principatu*, *Robertus Comes Flandrensis*, *Robertus Nortmannus*, *Hugo magnus*, *Eurardus de Puisatio*, *Achardus de Monte Merlo*, *Iuardus de Musone*, & alii plures. Deinde inueniunt ad portum *Brandoim*, aut *Barim*, siue *Orentum*. *Hugo* denique magnus & *Wilhelmus* Marchisi filius intrauerunt mare ad portum Bari, & transfretantes inueniunt *Durachium*. Audiens verò dux illius loci hos prudentissimos viros illic esse applicitos, mox maius cogitatio cor eius tetigit, illosq; apprehendit, ac iussit Constantinopolim Imperatori cautè duci, quò ei fidelitatem facerent. Dux denique *Godefridus* primus omnium Seniorum *Constantinopolim* venit cum magno exercitu, duabus diebus ante Domini nostri natale, & hospitatus est extra urbem, donec ini- 50 quus Imperator iussit eum hospitari in *burgo* vrbis. Cumq; fuisset hospitatus Dux, secure mittébat armigeros suos per singulos dies, vt paleas & alia equis necessaria asportarent. Et iam cum putarent exire fiducialiter quò vellent, iniquus Imperator *Alexius* sagaciter faciebat eos excubare, suisq; *Turcopolis* & *Pincinatis* imperabat eos inuadere & occidere. *Baldinus* itaq; frater ducis hæc audiens, misit se in insidiis; tandemq; inuenit eos occidentes gentem suam, eosque inuasit forti animo, ac Deo iuuante superauit eos: & apprehendens sexaginta ex eis, partem occidit, partem duci fratri suo presentauit. Quod cum audisset Imperator, valde iratus est; Videns verò Dux inde iratum Imperatorem, exiit cum suis de *burgo*, & ho-
spitatus

spitatus est extra urbem. Sero autem facto, infelix Imperator iussit suis exercitibus inuadere Duxem cum CHRISTI gente. Quos Dux persequens inuidus cum CHRISTI militibus, septem ex illis occidit, persequendo alios usque ad portam ciuitatis. Reuersusq; Dux ad sua tentoria, mansit inibi per quinque dies, donec pactum iniit cum Imperatore: dixitq; illi Imperator, ut transfretaret Brachium S. Georgii, promisitque eum habere omnem mercatum ibi, sicut est Constantinopoli, & pauperibus eleemosynam erogare, vnde potuissent viuere. At bellipotens Boamundus iv. qui erat in obsidione Malfi Scafardi pontis, audiens venisse innumerabilem gentem Christianorum de Francis, ituram ad Domini Sepulcrum, & pararam ad praelium contra gentem Paganorum, cœpit diligenter inquirere, quæ arma pugnandi hæc gens deferat, & quam ostensionem CHRISTI in via portet, vel quod signum in certamine sonet. Cui per ordinem hæc dicta sunt. *Deferunt arma ad bellum congrua; in dextra vel inter virasque scapulas crucem CHRISTI batulant, signum vero, Deus le volt, Deus le volt, Deus le volt, unâ voce conclamant.* Mox tandem commotus Spiritu, iussit preciosissimum pallium, quod apud te habebat incidi, totumq; statim in cruces expendit. Cœpit tunc ad eum vehementer concurrere maxima pars militum, qui erant in obsidione illa: adeò ut Rogerius Comes penè solus reinauerit, reuersusq; Siciliam dolebat & moerebat quasi doq; gentem amittere suam. Denique reuersus iterum in terram suam dominus Boamundus diligenter honestauit se ad incipiendum sancti Sepulcri iter. Tandem transfretauit mare cum suo exercitu, & cum eo Tancredus Marchisi filius, & Richardus princeps, ac Rainulfus frater eius, & Robertus de Ansa, & Hermannus de Canni, Robertus de Surdale, Robertus filius Tostani, & Hunfredus filius Radulfi, Richardus filius Comitis Rainolfi, & Comes de Rusinolo cum fratribus suis, & Boello Carnotensis, & Albericus de Cagnano, & Hunfredus de Monte scabioso. Hi omnes transfretauerunt ad Boamundi famulatum, & applicuerunt Bulgaria partibus, vbi inuenierunt nimiam abundantiam frumenti, vini, & alimentorum corporis: Deinde descendentes in vallem de Andronopoli, exspectauerunt gentem suam, donec omnes pariter transfretassent. Tunc lapiens Boamundus ordinavit concilium cum gente sua, conformatans & monens omnes, dicens: *Seniores, canete omnes vos: quia nos sumus peregrini Dei. Oportet igitur nos esse magis bonos & humiles quam ante fuimus: & nolite depredare terram istam, quia Christianorum est: & nemo accipiat plus, nisi quod ei sufficiat ad edendum pro benedictione.* Tunc exeuntes inde, venerunt per nimiam plenitudinem de villa in villam, & ciuitate in ciuitatem, de castello in castellum, quousque peruenimus Castriam, ibique Nativitatem Domini soleniter celebrauimus: fuimusq; ibi per plures dies & quæsiuimus mercatum: sed ipsi noluerunt nobis assentire: eo quod valde timebant nos, non putantes nos esse peregrinos, sed velle populari terram, & occidere illos. Quapropter apprehendebamus boves, equos & asinos, & omnia quæ inueniebamus. Egressi de Castoria intrauimus Palagoniam, in qua erat quoddam Hereticorum castrum, quod vndiq; aggressi sumus, moxq; nostro succubuit imperio: accenso itaq; igne, combussum castrum cum habitatoribus suis, scilicet Haereticorum congregatione. Postea peruenimus ad flumen Bardarum. Denique perrexit dominus Boamundus ultra cum sua gente, sed non tota. Remansit enim Comes de Rusinolo cum fratribus suis. Venit itaque exercitus Imperatoris, & inuasit Comitem cum fratribus suis, & omnes qui erant cum eis. Quod audiens Tancredus rediit retro, & proieetus in flumen natando peruenit ad alios; & duo millia miserunt se in flumen sequendo Tancreduum. Tandem inuenierunt Turcopulos & Pinzinacos dimicantes cum nostris, quos repente fortiter inuaserunt, & prudenter eos superauerunt; & apprehenderunt plures ex illis, & duxeré illos ligatos antedomi Boamundi presentiam; quibus ait ipse: *Quare miseri occiditis gentem CHRISTI & meam? Ego cum vestro Imperatore nullam altercationem habeo. qui responderunt: Nos ne quisimus aliud agere: In roga Imperatoris sumus: & quicquid nobis imperat, nos oportet implere.* Quos Boamundus impunitos permisit abire. Hoc bellum factum est in quarta feria, quæ est caput ieiunii. Per omnia benedictus Dominus. Amen.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

A 2

I N C I P I T L I B E R S E
C V N D V S.

v. **M** Andauit infelix Imperator simul cum nostris nuntiis, vni ex suis quē valde diligebat, quem & *Corpalatum* vocant, vt nos securè deduceret per terram suam, donec veniremus *Constantinopolim*. Cūmq; transiremus ante illorum ciuitates, iubebat habitatores terræ, vt nobis apportarent mercatum, sicut faciebant & illi quos diximus. Certè tantum timebant fortissimam gentem domini Boamundi, vt nullum nostrorum sinerent intrare muros ciuitatum. Volueruntq; nostri quoddam castrum aggredi & apprehendere, eo quod erat plenum omnibus bonis. Sed vir prudens *Boamundus* noluit consentire, tantum pro iusticia terræ, quantū pro fiducia Imperatoris. Vnde valde iratus est propter hoc, cum Tancredo & aliis omnibus. Hoc factum est vespero Mane verò facto, exierunt habitatores castri, & cū processione deferentes in manibus cruces, venerunt in præsentiam Boamundi. Ipse verò gaudens recepit eos, & cū lætitia abire permisit illos. Deinde venimus ad quandam urbem quæ dicitur *Serra*, vbi nostra fiximus tentoria, & sat habuimus mercatum illis diebus conueniens. Ibique doctus *Boamundus* optimè concordatus est cum duobus *Corpalatiis*, & pro amicitia eorum ac pro iustitia terræ iussit reddi omnia animalia quæ nostri de prædata tenebant: & *Corpalasius* illi promiserat missos retrò mandare, & hominibus illis animalia per hominem reddi. Deinde peruenimus de castello in castellum, & devilla in villam ad *Rusam* ciuitatem. Græcorum autem gens exhibat & veniebat gaudens in occursum domini Boamundi, nobis deferens maximum mercatum, ibiq; nostros tetēdimus papilioes in quarta feria ante Cœnam Domini: ibi etiam doctus Boamundus totam gentem suam dimisit, petrexitq; loqui cum iniquissimo Imperatore Constantinopolim, suisq; hominibus imperauit, dicens: *Modestè appropinquate ciuitatem; ego autem ibo prius*, qui & duxit secum paucos milites. *Tancredus* reuansit caput milicæ *CHRISTI*; vidensq; peregrinos cibos emere, ait intra se, quod exiret extra viam, & hunc populum conduceret vbi feliciter viueret. Deinde intravit vallem quandam plenam omnibus bonis, quæ corporalibus nutrimentis sunt congrua: in qua *Pascha Domini* deuotissimè celebrauimus. Cū Imperator audisset honestissimum virum *Boamundum* ad se venisse, iussit eum honorabiliter recipi, & cautè hospitari extra urbem. Quo hospitato malignus Imperator misit pro eo, vt veniret loqui simul secretò secum. Illic quippe inuenit ducem *Godefridum* cum fratre suo: ac deinde Comes S. *Ægidii* appropinquauit ciuitati. Tunc Imperator anxiens & bulliens irâ, cogitabat quemadmodum callidè fraudulenterq; comprehendenderent hos *CHRISTI* milites. Sed diuinâ gratiâ reuelante, neque locus, neque nocendi spatium ab eo vel à suis inuenta sunt. Nouissimè verò congregati omnes maiores natu, qui Constantinopoli erant, timentes ne sua priuarentur patria, repererunt in suis consiliis atque ingeniosis scematis quod nostrorum duces, Comites, seu omnes maiores Imperatori sacramentum fideliter facerdeberent: Qui omnino prohibuerunt, dixeruntque: *Certe indigni sumus atq; iniustum nobis videtur ut latenus ei sacramentum iurare*. *Forsitan adhuc à nostris Majoribus saepe delusi erimus*. Ad ultimum quid facturi erant? dicent, quoniam necessitate compulsi, nolentes volentesque humiliauerunt se ad nequissimi Imperatoris voluntatem. Fortissimo autem viro *Boamundo*, quem valde timebat, quia olim eum saepe cum suo exercitu eiecerat de campo, dixit: quoniam si libenter ei iuraret, quindecim dies eundi terræ in extensione ab *Aniochia* retrò daret, & octo in latitudine: ei quæ tal modo iurauit, vt si ille fideliter teneret illud sacramentum, iste suum nunquam præteriret. Tam fortes & tam duri milites, cur hoc fecerunt? propterea igitur, quia multa coacti erant necessitate. Imperator quoque omnibus nostris fidem & securitatem dedit, iurauit etiam quia veniret nobiscum pariter cum suo exercitu per terram mareque; & nobis mercatum terræ atque mari fideliter daret, ac omnia nostra perdita diligenter restauraret; insuper & neminem nostrorum peregrinorum conturbari vel contristari in via sancti Sepulcri vellet aut permittebat. Comes autem S. *Ægidii* erat hospitatus extra urbem in *Burgo*, zensq; sua remanserat retro. Mandauit itaque Imperator Comiti, vt faceret ei *hominium* & fiduciam, sicut

sicut alii fecerant. Et dum Imperator hæc mandabat, Comes meditabatur qualiter vindictam de Imperatoris exercitu habere posset. Sed Dux *Godefridus & Robertus* Comes Flandrensis aliquique Principes dixerunt ei, *iniustum fore contra Christianos pugnare*. Vir quoque sapiens *Boamundus* dixit: quia si aliquid iniustum Imperatori faceret, & fiduciam ei facere prohiberet, ipse ex Imperatoris parte fieret. Igitur Comes, accepto consilio à suis, Alexio *vitam & honorem taurauit, quod nec ipse nec per alium auferre consentiat*. Cùmque de *hominio* appellaretur, non se respondit pro capitis periculo id factum. Tunc gens domini Boamundi appropinquauit Constantinopoli. *Tancredus* verò & *Richardus de Principatu* propter iuriandum Im- VII.

- 10 peratoris latenter transfretauerunt *Brachium*, & fere omnis gens Boamundi iuxta illos. Et mox exercitus Comitis S. *Egidii* appropinquauit *Constantinopoli*: Comes verò remansit ibi cum ipsa sua gente. Vir itaque prudens *Boamundus* remansit cum Imperatore, ut cum eo consilium acciperet, quo modo mandarent mercatum gentibus, quæ erant ultra Nicenam urbem. Dux itaque *Godefridus* iuit prius *Nicomediam* simul cum *Tancredo*, & aliis omnibus, fueruntque ibi per tres dies. Videntis verò Dux quod nulla via pateret, per quam posset conducere has gentes usque *Niceam* ciuitatem; quoniam per illam viam, per quam prius alii transierant, non posset modo tanta gens transire, misit ante se tria millia hominum cum scutibus & gladiis, qui inciderunt & aperuerunt hanc viam, quæ patefacta staret nostris peregrinis usque *Nicenam* urbem. Quæ via fuit aperta per angustam & nimis immensam montaneam: & faciebant retrò per viam crucis ferreas ac ligneras, quas ponebant super stipites, ut eas nostri peregrini cognoscerent. Interea petuenimus ad *Niceam*, quæ est caput totius *Romanie*, in quarto die pidiem nonas Maii; ibiq; castra metatis sumus. Priusquam autem dominus *Boamundus* venisset ad nos, tanta inopia panis fuit inter nos, ut unus panis venderetur viginti aut triginta denariis. Postquam venit vir prudens *Boamundus*, iussit maximum mercatum conduci per mare, & pariter vrimque veniebant, ille per terram & ille per mare: & fuit maxima libertas in tota *CHRISTI* militia. In die autem VIII. tensionis Domini cœpimus urbem undeque inuadere, & ædificare instrumenta
- 30 lignorum, turresque ligneras, quæ possemus murales turres sternere. Tam fortiter & tam acriter aggredimur urbem per duos dies, ut etiam foderemus murum urbis. *Turci* quippe, licet gens barbara, qui erant in urbe: miserunt nuntios aliis, qui venerant adiutorium ciuitati dare, in hunc modum: *quod audacter securèq; approximat, & per meridianam introeant portam: quoniam ex illa nemo eis erit obuiam, nec contristabit*. Quæ porta ipsâ die à Comite S. *Egidii* in die Sabbathi post Ascensionem Domini, & *Episcopo Podiensis* hospitata est. Qui Comes veniens ex alia parte, protectus diuina virtute, ac terrenis fulgebat armis cum suo fortissimo exercitu. Hic itaque inuenit contra nos venientes Turcos. Qui vndique signo crucis armatus, vehementer irruit super illos, atque superauit; dederuntque fugam & fuit mortua maxima pars illorum. Qui rursus venerunt auxilio aliorum gaudentes & exultantes ad certum bellum, trahentes secum funes, quibus nos ligatos ducerent *Corosanum*. Venientes autem lassantes, cœperunt ex cacumine montis paulatim descendere. Quotquot descenderunt, illi cœsis capitibus à manibus nostrorum remanserunt: proiiciebant autem nostri capita occisorum fundā in urbem, ut inde *Turci* magis terrorentur. Denique Comes S. *Egidii* & *Episcopus Podiensis* consiliati sunt in unum qualiter facerent subfodi quandam turrim, quæ erat ante tentoria eorum. Ordinati sunt homines, qui hanc subfodian, & arbalistar & sagittarii qui eos vndique defendant. Foderunt namque illam usque ad radices muri, submiseruntq; postes & ligna, ac deinde miserunt ignem. Sero autem facto tecidit turris 50 iam in nocte: sed quia nox erat, non potuerunt præliari cum illis. Nocte verò illâ surrexerunt festinanter *Turci*, & restaurarunt murum tam fortiter, ut veniente die nemo posset eos lassere ex illa parte. Modo venit Comes de *Nortmannia* & Comes *Stephanus*, & alii plures, ac deinceps *Rogerius de Barna villa*. *Boamundus* denique obsedit urbem in prima fronte, & iuxta eum *Tancredus*, & postea *Dux Godefridus*, ac deinde Comes Flandrensis, iuxta quem *Robertus Nortmannus*, & iuxta eum Comes S. *Egidii*, iuxta quem *Podiensis Episcopus*. Ita verò per terram fuit obsessa, ut nemō auderet exire, neque intrare: fueruntque ibi omnes congregati in unum. Et quis poterat numerare tantam *CHRISTI* militiam? Nullus, ut puto, eorū prudentissimos milites nec antea vidi, nec ultra videre poterit. Erata autem

G E S T A F R A N C O R V M : E T

ex vna parte vrbis immensus lacus, in quo Turci suas mittebant naues, & exhibant & intrabant & afferebant herbam, ligna & alia plura. Tunc nostri Maiores consiliati in vnum, miserunt nuncios *Constantinopolim* dicturos Imperatori, ut faceret naues conduci ad *Cinio*, vbi portus est, atque iuberet congregari boues qui eas traherent per montaneas & sylvas, usque approximent lacui: quod continuò factum est, suosque *Turcopulos* mandauit cum eis. Die verò quo naues fuerant conductæ, noluerunt eas statim mittere in lacum, plenas *Turcopolis*, bene armatis. Summo autem diluculo stabant naues optimè ordinatæ, per lacum prope rantes contra vrbem. Videntes eas *Turci* mirabantur, ignorantes an esset eorum gens, an Imperatoris. Postquam autem cognoverunt esse gentem Imperatoris, 10 timuerunt usque ad mortem, plorantes & lamentantes: Franci que gaudebant & dabant gloriam Deo. Videntes autem Turci quod nullatenus ex suis exercitibus adiutorium habere possent, legationem mandauerunt Imperatori, quia ciuitatem sponte redderent, si eos omnino abire permetteret cum mulieribus & filiis & omnibus substantiis suis. Tunc Imperator plenus vanâ & iniquâ cogitatione, iussit illos impunitos abire sine ullo timore, ac sibi eos *Constantinopolim* cum magna fiducia adduci. Quos studiosè seruabat, ut illos ad Francorum nocumenta & obstacula paratos haberet. Fuimusque in obsidione illa per septem hebdomadas & tres dies, & multi ex nostris illic receperunt martyrium, & latentes gaudentesque reddiderunt felices animas Deo; & ex pauperrima gente multi 20 mortui sunt fame pro *CHRISTI* nomine, qui in cœlum triumphantes portarunt stolam recepti martyrii, vna voce dicentes: *Vindica Domine sanguinem nostrum, qui pro te effusus est, qui es benedictus & laudabilis in secula seculorum.* AMEN.

E X P L I C I T L I B E R S E C V N D Y S.

I N C I P I T L I B E R T E R-
T I V S.

IX. Tntereare redditâ ciuitate & Turcis deductis Constantinopolim, vnde Imperator magis magisque gausus, quod ciuitas redditâ sit eius potestati, iussit maximas eleemosynas erogari nostris pauperibus. Denique primâ die quâ recessimus à ciuitate, venimus ad quandam pontem, ibique mansimus per duos dies. Tertia autem die priusquam lux cœpit leti oriri, surrexerunt nostri, & quia nox erat, non viderunt tenere unam viam, sed sunt diuisi per duo agmina, & venerunt diuisi per duos dies. In uno agmine fuit vir *** *Boamundus* & *Robertus* Nortmannus, & prudens *Tancredus*, & alii plures: In alio fuit *Comes S. Aegidii*, & *Dux Godefridus* & *Podiensis Episcopus*, & *Hugo Magnus*, Comesque *Flandrensis* & alii plures. Tertia verò die irruerunt Turci 40 vehementer super Boamundum, & eos qui cum ipso erant. Continuò Turci cœperunt stridere & garrire, ac clamare excelsa voce, dicentes diabolicum sonum nescio quo modo in sua lingua. Sapiens vir *Boamundus* videns innumerabiles Turcos, procul stridentes & clamantes dæmoniacâ voce, protinus iussit omnes milites descendere, & tentoria celeriter extendere. Priusquam tentoria fuissent extensa, rursus dixit omnibus militibus: *Seniores & fortissimi milites CHRISTI, ecce modo bellum angustum est undique circa nos. Igitur omnes milites eant viriliter obuiam illis; & pedites prudenter & citius extendant tentoria.* Postquam verò hoc totum factum est, Turci vndique iam erant circumcingentes nos, dimicando, iaculando ac spiculando, & mirabiliter longè lateque sagittando. Nos itaque, quanquam nequiui- 50 mus resistere illis, neque sufferre pondus tantorum hostium; tamen pertulimus illuc vnanimiter gradum. Fœminæ quoque nostræ in illa die fuerunt nobis in magno refugio, quæ afferebant ad bibendum aquam nostris præliatoribus; & fortiter semper confortabant illos pugnantes & defendantes. Vir itaque sapiens *Boamundus* protinus mandauit aliis, scilicet egregio Comiti de S. Aegidio, & inclito Duci Godefrido, Hugoni Magno, atque honestissimo Podensi Episcopo, aliisque omnibus *CHRISTI* militibus, quò festinent, & ad bellum citius approximent, dicens: *Etsi hodie luctari volunt, viriliter veniant.* Qui omni modo pro-

prohibentes deludentes illos & dicentes: *Veruntamen hoc fallacium est totum.* Nam nos non credebamus iam illos esse tam pudentes quod amplius auderent se erigere & præliari nobiscum. Dux itaque Godefridus audax & fortis, ac Hugo Magnus simul venerunt prius cum suis exercitibus; Episcopus quoque Podiensis prosecutus est illos, vna cum suo exercitu, & Comes de S. Ægidio iuxta illos cum magna gente. Mirabantur ergo nostri valde vnde esset exorta tanta multitudo Turcorum, & Arabum, & Saracenorum. & aliorum quos enumerare ignoro: quia penè omnes montes, colles, valles & omnia plana loca intus & extra vndique erant cooperta de illa excommunicata generatione. Factus est itaque sermo secretus inter nos, laudantes, & consulentes, atque dicentes: *Estate omnino una-nimes infide CHRISTI & S. Crucis vexilli victoria: quia hodie omnes diuites, si DEO placet, effecti eritis.* Continuò fuerunt ordinatæ nostrorum acies. In sinistra parte fuit vir sapiens Boamundus & Robertus Nortmannus, & prudens Tancredus achonestissimus miles Robertus de Ansa, & inclitus Richardus de Principatu. Episcopus vero Podiensis venit per alteram montaneam, vndique circumcingens incredulos Turcos: In sinistra quoque parte equitauit fortissimus miles Raimundus Comes de S. Ægidio. In dextera vero parte fuit honorabilis Dux Godefridus, & acerrimus miles Flandrensis Comes, & Hugo Magnus, & alii plures, quorum nomina ignoro. Statim autem vénientibus militibus nostris, Turci & Arabes & Saraceni & Agulani, & omnes barbaræ nationes dederunt velociter fugam, per compendia montium & per plana loca. Erat autem numerus Turcorum, Persarum Publicanorum, Saracenorum, Angulanorum aliorumq; paganorum, trecenta sexaginta millia, extra Arabes, quorum numerum nemo scit nisi solus Deus Fugerunt vero nimis velociter ad sua tentoria, ibique eos diu morari non licuit. Iterum vero arripuerunt fugam, nosque illos persecuti sumus occidentes tota vna die. Et accepimus spolia multa: aurum, argentum, equos & asinos, camelos, oves & boues, & plurima alia quæ ignoramus. Et nisi Dominus fuisset nobiscum in bello, & aliam citò nobis misisset aciem, nullus nostrorum euasisset: quia ab hora tertia usque in horam nonam perdurauit hæc pugna. Sed Omnipotens Deus, pius & misericors, qui non permisit suos milites perire, nec in manus inimicorum incidere, festinè nobis adiutorium misit. Sed fuerunt illic mortui duo ex nostris milites honorabiles, scilicet Gosfredus de monte Scabioso & Wilhelmus Marchisi filius frater Tancredi, aliiq; milites & pedites, quorum nomina ignoro. Quis vnquam tam sapiens aut doctus vir audebit describere prudentiam militiamq; & fortitudinem Turcorum? Qui putabant terrere gentem Francorum minis suarum sagittarum, sicut teruerunt Arabes, Saracenos & Hermenios, Suranos & Græcos? Sed si Deo placet, nunquam tantum valebunt, quantum nostri. Veruntamen dicunt se esse de Fræ-sorū generatione: & quia nullus homo naturaliter debet esse miles nisi Franci & illi. Veritatem dicam, quam nemo audebit prohibere. Certè si in fide CHRISTI & Christianitate sancta semper firmi fuissent, & unum Dominum in trinitate confiteri voluissent, DEI que Filium natum de Virgine matre, passum, resurgentem à mortuis tertia die, & in caelum suis cernentibus discipulis ascendentem, ac deinde consolationem sancti Spiritus perfectè mittentem & eum in caelo & in terra regnante, rectamente & fide credidissent; ipsi potentiores vel fortiores vel bellorum ingeniosissimos nullus inuenire posset: Et tamen, gratia Dei, vieti sunt à nostris. Hoc bellum est factum primo die Iulii.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

80

INCIPIT LIBER QVARTVS.

Postquam vero Turci inimici Dei & sanctæ Christianitatis omnino fuerunt deuicti, per quatuor dies & noctes fugientes huc & illuc, contigit ut Solimanus Dux illorum, filius Solimani veteris, fugeret de Nicea, qui inuenit decem millia Arabum, qui dixerunt ei: O infelix, & infelior omnibus gentilibus, cur tremefactus fugis? Qui Solimanus lacrymans respondit: Quoniam olim cum habuisssem omnes Francos dericitos, ergo putarem iam in capititate ligatos, dum paulasim voluisse ligare ad inuicem, sunc respi-

cens retro, vidi tam innumerabilem gentem eorum, ut si vos aut aliquis illic adesset, putaret quod omnes montes & colles vallesque & omnia plana loca plena essent illorum multitudo ne. Nos igitur illos cernentes, statim coepimus capere subitaneum iter, timentes tam mirabiliter, ut vix euaserimus de illorum manibus: unde adhuc in nimio terrore sumus. Et si mihi & verbis meis velletis credere, auferretis vos hinc: quia si & ipsi potuerint vos solummodo scire, unus ex vobis vix amplius evaderet viuens. At illi audientes talia, retrorum verterunt dorsa, & se expanderunt per vniuersam Romaniam. Tunc veniebamus nos persequentes iniquissimos Turcos, quotidie fugientes ante nos. At illi venientes ad cuncta castra siue vrbes, fingentes & deludentes habitatores terrarum illarum dicebant: *Nos devicimus Christianos omnes, & superauimus illos, ita ut nullus eorum iam unquam audeat erigere se ante nos: tantum permittite nos intrare.* Qui intrantes spoliabant Ecclesiias & domos & alia omnia, & ducebant equos secum & asinos & mulos, aurum, argentum & ea quae reperire poterant. Adhuc quoque filios Christianorum secum tollebant, & ardebant ac deuastabant omnia conuenientia siue vtilia, fugientes & pauentes valde ante faciem nostram. Nos itaque persequebamur eos per deserta & inaquosa, & inhabitabilem terram, ex qua vix viui euasimus vel exiuimus. Fames vero & sitiis vnde coartabant nos, nihilque penitus nobis erat ad edendum, nisi forte vellentes & fricantes spicas manibus nostris, tali cibo quam miserrime viuebamus. Illic fuit mortua maxima pars nostrorum equorum, eo quod multi eorum remanserunt pedites, & pro penuria equorum erant nobis boues loco caballorum, & pro nimia necessitate succedebant nobis capri & mulones ac canes ad portandum. Interea coepimus intrare in terram optimam, plenam corporalibus alimentis & delitiis, omnibusq; bonis, ac deinceps appropinquauimus Ticonio. Habitatores vero terrae illius suadebant & amonebant nos, nobiscum ferre vtres plenos aqua, quia illic, in itinere diei vnius, est maxima penuria aquae. Nos vero ita fecimus donec peruenimus ad quoddam flumem, ibique hospitati sumus per duos dies: cooperunt autem cursores nostri ante ire, donec peruenierunt ad Erachiam, in qua erat Turcorum nimia congregatio, exspectans & insidians, quomodo posset Christi milites nocere & contristare. Quos Turcos, Dei Omnipotentis milites inuenientes, audacter inuaserunt, superati itaque, sunt inimici nostri in illa die: tamque celeriter fugiebant, quam sagitta fugit emissa istu valido corda & arcus; nostri igitur intrauerunt statim in ciuitatem, ibi que mansimus per quatuor dies.

- x. *Tancredus* Marchisi filius, & *Baldinus* Comes egregius frater Ducis Godefridi; simulque intrauerunt vallem de Botrenibrot. Diuinit quoque se *Tancredus* & venit *Tarsum* solummodo cum suis milibus. Exierunt denique *Turci* de viba & venerunt obuiam eis, atque in vnum congregati properauerunt ad bellum contra Christianos. Appropinquantibus itaque nostris & pugnantibus, dederunt inimici nostri fugam, reuertentes in urbem celeri gressu. *Tancredus* vero vir prudens, atque honorabilis miles Christi, peruenit laxatis loris, & castra metatus est ante portam urbis. Ex alia igitur parte venit vir inclytus Comes *Baldinus* cum suo exercitu, postulans & deprecans *Tancreduum* acerrimum militem, quatinus eum amicissime in societatem ciuitatis dignaretur suscipere. Cui ait *Tancredus*: *Te omnimodo in hac societate denego. Nocte itaque superueniente, omnes Turci tremefacti, fugam vna arripuerunt: exierunt itaque habitatores ciuitatis sub illa noctis obscuritate, clamantes excellente voce: Currite inuictissimi Franci, currite: quia Turci expergesfacti vestro timore omnes pariter recederunt.* Ortâ autem die, venerunt Maiores ciuitatis & reddiderunt sponte ciuitatem, dicentes illis qui super hoc litigabant ad inuicem. *Sinite modò, Seniores, sinite: quia volumus & petimus dominari & regnare super nos, illum qui heritam viriliter prougnauit cum Turcis.* *Baldinus* itaque mirificus Comes altercabatur & litigabat cum *Tancredo*, dicens: *In tremus simul, & spoliemus ciuitatem: & qui plus potuerit habere, habeat; & qui poterit capere, capiat.* Cui obstans fortissimus *Tancredus* dixit: *Abfit hoc à me: Ego namq; Christianos nolo exspoliare: homines istius ciuitatis elegerunt me dominum super se, meq; habere desiderant.* Tandem nequivit vir fortis diu luctari cum *Balduno* doctissimo Comite, quia illi magnus erat exercitus: tamen volens nolensq; dimisit eam, & viriliter recessit cum suo exercitu: fueruntque ei statim traditæ duæ optimæ ciuitates, videlicet *Athena* & *Manufra*, & plurima castra. Maior vero exercitus, scilicet *Kuimundus* Comes de S. Egidio & doctissimus *Boymundus*, duxque *Godefridus* & alii in Her.

Principes, in *Hermeniorum* intrauerunt terram, sientes atque astantes Turcorum sanguinem. Tandem peruenierunt ad quoddam castrum, quod tam forte erat ut nihil ei possent facere. Erat autem ibi homo quidam nomine *Symeon*, qui in illa ortus fuit regione, quique hanc petiit terram, quo eam de manibus defenderet Turcorum inimicorum: cui sponte illi dederunt terram, quique remansit ibi cum sua gente. Nos deniq; exeentes inde, peruenimus feliciter usque *Cesaream Cappadociam*: à Cappadocia autem egressi, venimus ad *quandam ciuitatem* pulcerimam & nimis uberrimam, quam paululum ante nostrum aduentum obfederant Turci per tres hebdomadas, sed non superauerant: mox illuc aduentibus nobis continuò tradidit se in manu nostra, cum magna lætitia. Hanc igitur petiit quidam miles, cui nomen *Petrus de Alibus*, ab omnibus Senioribus, quatinus eam defenderet in fidelitate Dei & S. Sepulcri, & Seniorum atque Imperatoris: cui cum nimio amore gratis concesserunt eam. Sequenti nocte audiuit *Boamundus* quod Turci qui fuerant in obsessione ciuitatis frequenter præcederent nos: extemplo præparauit se solummodo cum militibus, quatinus illos vndiq; expugnaret; sed eos inuenire non potuit. Deinde venimus ad quandam urbem nomine *Coxon*, in qua erat maxima ubertas omnium bonorum, quæ nobis erant necessaria. *Christiani* igitur, videlicet alumnii urbis illius, reddiderunt se statim; nosq; fuimus ibi optimè per tres dies, & illic maximè sunt recuperati nostri. Audiens itaq; *Raimundus Comes de S. Egidio*, quod Turci, qui erant in custodia *Antiochia*, discessissent, in suo inuenit consilio, quod mitteret illuc aliquos ex suis militibus qui eam diligenter custodirent. Tandem elegit illos quos legare voluit, videlicet *Petrum de Castellione Vicecomitem*, *Wilhemum de Monte Pislerio*, *Petrum de Roasa*, *Petrum Reimundum de Pul*, cum quingentis milibus. Venerunt itaque in vallem propè Antiochiam ad quoddam castrum Publicanorum: illicq; audierunt Turcos esse in ciuitate, eamq; fortiter defendere præparabant. *Petrus de Roasa* diuisit se ibi ab aliis, & proxima nocte transiuit propè Antiochiam, intraqtq; *Vallem de Rugia*: & inuenit Turcos & Saracenos, & præliatus est cum eis, & occidit multos ex eis, & alios persecutus est valde. Videntes hoc *Heremii* habitatores terræ illius, illum fortiter superasse Paganos, continuò reddiderunt iste. Ipse verò statim cœpit ciuitatem & plurima castra. Nos autem qui remansimus, exeentes inde intrauimus in diabolicam montanam, quæ tam erat alta & angusta, ut nullus nostrorum auderet per semitam, quæ in monte patebat, alium præire. Illic præcipitabant se equi, & unus *Samarius* præcipitabat alium. Milites ergo stabant vndique tristes, feriebant se manibus præ nimia tristitia & dolore, dubitantes quid facerent de semetipsis, & de suis armis, vendentes suos clipeos & loricas optimas cum galeis, solummodò propter tres aut quinque denarios, vel pro ut quisque poterat habere. Qui autem vendere nequibat, gratis à se iactabant & ibant. Exeentes igitur de execrata montana peruenimus ad ciuitatem quæ vocatur *Marasi*: Cultores verò illius ciuitatis exierunt obuiam nobis lætantes, & deferentes maximum mercatum: illicque habuimus omnem copiam, exspectando donec veniret dominus *Boamundus*. Venerunt itaq; nostri milites in vallem, in qua regalis ciuitas *Antiochia* sit, quæ est caput totius *Syrie*, quamq; Dominus IESVS CHRIS TVS tradidit B. Petro *Apostolorum* principi, quatinus eam ad cultum sanctæ fidei reuocaret, qui viuit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus per omnia secula seculorum. Amen. Cùm cœpissimus appropinquare ad *pontem Farreum*, cursores nostri, qui semper solebant nos præcedere, inuenierunt Turcos innumerabiles congregatos obuiam eis, qui dare adiutorium Antióchiæ festinabant. Irruentes igitur nostri uno corde & mente super illos, superauerunt Turcos. Conternati sunt barbari, dederuntq; fugam, & multi mortui sunt ex eis in ipso certamine. Nostri igitur superates illos, DEI gratiâ, acceperunt spolia multa, equos, camelos, mulos, asinos onustos frumento & vino. Venientes deniq; nostri, castra metati sunt super ripam fluminis. Protinus vir sapiens *Boamundus* cum quatuor millibus militum venit ante portam ciuitatis, vigilare, si forte aliquis nocte latenter exiret, aurintraret ciuitatem. Crastinâ verò die peruenierunt usq; *Antiochiam* mediâ die, in quarta feria, quæ est duodecima Kal. Nou. & obsedimus mirabiliter tres portas ciuitatis: quoniā in alia partē deerat nobis locus obsidēdi, quia alta & nimis angusta montanea nos coartabat. Tantum autē timebant nos vndiq; inimici nostri Turci, qui erāt antus in vrbe, ut nemo eorū auderet offendere aliquem ex nostris, ferè per spacium dierū quindecim. Mox hospitates nos circa Antióchiā reperimus illic omnē abun-

dantiam, videlicet vineas vnde plenaes, foueas plenaes frumento, arbores refertas pomicis, & alia multa bona corporibus utilia. *Hermenii* & *Suriani* qui erant intus in urbe, ex eunte & ostendentes se fugere, cotidie erant nobiscum; sed eorum uxores in ciuitate. Illi verò ingeniosè inuestigabant nostrum esse, nostramq; qualitatem, referebantq; omnia his excommunicatis qui erant in urbe inclusi. Postquam verò *Turci* fuerunt educti de nostra essentia, cœperunt paulatim urbe exire, nostros peregrinos vnde coangustare, non solum ex una parte, sed vnde erant latentes obuiam nobis ad mare & ad montaneam. Erat autem non longè castrum cui nomen *Aregb*, ubi erant congregati multi *Turci* fortissimi, qui frequenter conturbabant nostros. Audientes itaque nostri Seniores talia, nimis doluerunt, miseruntq; ex militibus suis, qui diligenter explorarent locum ubi erant *Turci*: reperto igitur loco ubi latebant, nostri milites, qui quærebant illos, obuiant eis. At nostris paulatim retrogredientibus ubi sciebant *Boamundum* esse cum suo exercitu, statim fuerunt illic mortui duo ex nostris. Hoc audiens *Boamundus*, surrexit cum suis ut fortissimus *CHRISTI* athleta: & barbari irruerunt contra illos, eo quod nostri erat pauci, tamen simul iuncti inierunt bellum. Mortui sunt verò multi ex nostris inimicis, & capti alii ducti sunt ante portam urbis, ibiq; decollabantur, ut magis tristes fierent, qui erant in urbe. Exibant quidem alii de ciuitate & descendebant in quandam portam, & sagittabant nos ita ut sagittæ eorum caderent in domini Boamundi plateam, & vna mulier occubuit iectu sagittæ. Congregati itaque sunt omnnes Maiores nostri & ordinauerunt consilium, dicentes: *Faciamus castrum in verticemontis Maregar*, qui mons est super hostem *Boamundi*, quod securias, ut tuti possimus permanere de Turcorum formidine. Facto itaque castro atque munito, omnes maiores illud in vicem custodiebant. Iam iam cœperant frumentum & omnia nutrimenta corporum nimis esse cara ante Natale Domini. Foras penitus non audebamus exire, nihilque penitus in terra Christianorum inuenire poteramus, ad edendum. In Saracenorum namque terra, nemo intrare audebat nisi cum magna gente. Ad ultimum statuerunt nostri Seniores concilium, ordinando qualiter regerent tantas gentes. Inuenerunt in consilio, ut vna pars nostri iret diligenter attrahere stipendum, & vbiique custodire exercitum: alia quoque pars fiducialiter remaneret custodire hostem. *Boamundus* denique dixit: *Seniores, & prudensissimi milites, si vultis, & honestum & bonum vobis videretur, ego ero cum Flandrensi Comite iterum cum eo.* Celebratis itaque gloriosissimè solennitatibus *Nativitatis*, die lunæ, secunda scilicet feria egressi sunt illi, & alii plusquam viginti millia militum & peditum, ac sani & incolumes intrauerunt terram Saracenorum. Congregati quippe erant multi *Turci*, & Arabes & Saraceni, ab Hierusalem & Damasco & Aleph & ab aliis regionibus qui veniebant fortitudinem Antiochiæ dare. Audientes itaque isti *Christianorum* gentem conductam esse in illorum terram, illico præparauerunt se ad bellum contra Christianos: atq; summo diluculo venerunt in locum, ubi gens nostra erat in vnum. Diviseruntq; se barbari & fecerunt duas acies, vnam ante & aliam retrò, cupientes ex omni parte circumcingere nos. Egregius itaq; *Comes Flandrensis* vndiq; regimine fidei, signoq; crucis, quam fideliter cotidie baiulabat, armatus, occurrit illis vna cum *Boamundo*; irrueruntq; nostri vnanimiter super illos, qui statim arripuerunt fugam & testinanter verterunt retrò scapulas: ac mortui sunt ex illis plurimi, nostriq; cœperunt equos eorum & alia spolia: alii verò qui viui remanserant, velociter fugerūt, & in iram perditionis abierunt. Nos autem reuertētes cum magno tripudio, laudauimus & magnificauiimus trinū & vnum Deū, qui vivit & regnat nunc & in ænum.

xiii. Amen. *Turci* deniq; inimici Dei & Christianitatis, qui erant intus in custodia ciuitatis Antiochiæ, audientes dominū *Boamundum* & *Flandrensem* Comitem in obfessione nō esse, exierunt ciuitate & audacter veniebant præliari nobiscum, insidiates vndiq; in qua parte obsidio esset languidior: scientes illos prudētissimos milites foris esse, inueneruntq; quod in vna Martis die possent obsterenobis & ledere. Venérunt verò iniquissimi barbari cautè, & irruerunt vehementer super nos, & incautos occiderunt multos ex nostris militibus & peditibus. *Episcopus* quoq; *Podiensis* in illa amara die perdidit suū *Senechalum*, conducedem & regentem eius vexillum. Et nisi esset flumē, quod inter nos & illos erat, sèpius inuasissent nos, atq; maximam læsionem fecissent in nostram gentem. Egrediebatur tunc vir prudens *Boamundus* cum exercitu suo de terra Saracenoru, venitq; in *Tancredi* montaneam, cogitans an forte ibi valeret inuenire aliquid, quod potuisset deferri: nam totam terram in expediō miserant;

scrant: alii quippe inuenierant, alii verò vacui redierant. Tunc vir sapiens Boamundus increpauit eos dicens: *O infelix & miserrima gens, o vilissima omnium Christianorum: cur tam celeriter vultis abire? finite modo, finite, usquequò erimus congregati in unum: & nolite errare sicut oves non habentes pastorem. Si autem inimici nostri inuenient vos errantes, occidet vos: quia die noctuq; vigilant, ut vos sine ductore segregatos vel solo inueniant: vosq; coridie occidere, & in captiuitatem ducere laborant.* Cùmq; hinc esset dictis, rediit ad suam hostem cum suis plus vacuis quam onustis. Videntes autem Hermenii & Surani quod nostri penitus vacui rediissent, consiliati in unum abibant per montaneas & præscita loca, subtiliter inquirentes & ementes frumentum, & corporea alimenta, quæ ad hostem deferebant, in quo erat famæ immensa: & vendebant onus vnius assini octo purpuratis, qui appræciabantur centum viginti solidis denariorum. Ibi quidem sunt mortui multi ex nostris, non habentes præcium vnde tam carum emere potuissent. *Wilhelmus igitur Carpentarius & Petrus Heremita, pro immensa infelicitate ac miseria ipsa, latenter recesserunt. Quos Tancredus persequens, apprehendit, secumq; reduxit cum dedecore, qui de cœram & fidem illi dederunt, quia libenter ad hostem redirent & satisfactionem Senioribus facerent.* Tota denique nocte Wilhelmus, vti mala, res in tenda Boamundi iacuit. Crastina verò die summo diluculo veniens, erubescendo ante Boamundi præsentiam stetit, quem alloquens Boamundus dixit: *O infelix, & infamia totius Francie: dedecus & scelus Galliarum; O nequissime omnium quos terra suffert! cur tam turpiter fugisti? Forsan ob hoc quod voluisti tradere hos milites & hostem Christi, sicut tradidisti alios in Hispania? Qui omnino tacuit, & nullus sermo ex eius ore processit. Adunauerunt se omnes ferè Francigenæ, rogaueruntq; humiliter dominum Boamundum, ne deterius ei fieri permetteret. Annuit ille sereno vultu, & ait: *Hoc pro vestri amore libenter consentiam, si ita toto corde & mente iurauerit, quod nunquam recedet ab Hierosolymano itinere, siue bono siue malo: & Tancredus neque per se neque per suos aliquid contrarii ei consentiet fieri.* Qui auditis his verbis, voluntarie concessit; ipse verò protinus dimisit eum. Postmodum verò *Carpentarius, maximâ captus turpitudine, non diu morans, furtim recessit. Hanc paupertatem & miseriam pro nostris delictis concessit nos habere Deus. In totâ namq; hoste, non valebat aliquis inuenire mille milites, qui equos haberent optimos.* Interea inimicus *Tetigus*, audiens quod exercitus Turcorum venissent super nos, ait: *Setimauisse; arbitransq; nos omnes perisse, atque in manibus inimicorum incidisse, fingens omnia falsa, quæ assidue cismare poterat, dixit: Seniores, & viri prudentissimi, videte quia nos hic sumus in maxima necessitate, & ex nulla parte nobis adiutorium succedit. Ecce modo finite me in Romania patriam reuerti; & ego absque ulla dubitatione faciam multas naues huc venire per mare, onustas frumento, vino, hordeo, carne, farina & caseis, omnibusq; bonis quæ sunt nobis necessaria. Faciem & equos conducí ad vendendum: & mercatus per terram in fidelitate Imperatoris, huc aduenire faciam. Ecce hec omnia vobis fideliter iurabo & attendam. Adhuc quoque & domestici mei & papilio meus sunt in campo, vnde & firmiter credite, quia quantociùs redibo.* Sic itaque fecerunt finem dictis. Iuit ille inimicus: omnia sua dimisit in campo, & in periurio manet & manebit. Itaque tali modo inerat nobis maxima necessitas, quia Turci vndique præstringebant nos, ita ut nullus nostrorum auderet iam exire extra tentoria: nam illi constringebant nos ex una parte, & famæ cruciabat ex alia: succursus verò & adiutorium nobis de- erat. Gens minuta & pauperissima fugiebat *Cyprum, Romaniam, & in montaneas.* Ad mare vtique non audebamus ire propter timorem pessimorum Turcorum, nusquam erat nobis via patefacta. Itaque audiens dominus Boamundus innumerabilem gentem Turcorum venientem super nos, cautè venit ad aliós, dicens: *Seniores, & prudentissimi milites, quid facturi erimus? Nos namque tantù non sumus, ut in duas partibus pugnare valeamus. Sed, scitis quid faciemus? Faciamus ex nobis duas partes. Pars peditem remanent iugiter custodiare papiliones, & quibus nimis obſistere his qui in ciuitate sunt: Alia verò pars militum, nobiscum veniat obuiam inimicus nostris, qui hic hospitati sunt prope nos, in castello Areg, ultra pontem Farren.* Serò autem facto, exiit è tentoriis vir prudens Boamundus cum aliis prudentissimis militibus; iuitq; iacere inter fluuium & lacum. Summodiluculo, iussit protinus exploratores exire, & videre quot sint Turcorum turmæ, & ubi sint, aut certè quid agant. Exierunt illi, cœperuntq; subtiliter inquirere, ubi essent aies Turcorum secondeitæ. Viderunt namque Turcos innumerabiles segregatos venire ex parte fluminis diuisos per duas acies, maxima verò virtus illorum veniebat retro.*

Reuersi sunt namque celeriter speculatores, dicentes: *Ecce, ecce, veniunt.* Igitur esto omnes parati, quia iam prope nos sunt. Dixitque vir sapiens Boamundus aliis: Seniores & invictissimi milites, ordinate ad inuicem bellum. Responderuntque illi: Tu sapiens & prudens, tu magnus & magnificus, tu fortis & victor, tu bellorum arbiter & certaminum index, hoc totum super te sit. Omne bonum quod tibi videtur nobis & tibi, operare, & fac. Tunc Boamundus iulit, ut principum quisque per se dirigeret aciem suam ordinatim. Feceruntq; ita, & ordinatae sunt sex acies. Quinq; verò ex eis, ierunt ad unam inuadere illos. Boamundus itaque paulatim gradiebatur retro, cum sua acie. Iunctis igitur prosperè nostris, vñus cominus percutiebat alium. Clamor verò resonabat ad cœlum. Omnes præliabantur in simul. Imbres telorum obnubilabant aërem. Postquam venit maxima virtus illorum, quæ erat retrò, acriter inuasit nostros, ita ut nostri paululum iam cederent retrò. Quod vt vidit vir doctissimus Boamundus, ingemuit. Tunc præcepit suo Conostabili scilicet Roberto filio Girardi, dicens: *Vade quamcūcū potes, ut vir fortis, & recordare prudentium antiquorum, nostrorum fortium parentum, & esto acer in adiutorium Dei sanctique Sepulcri.* Et reuera scias, quia hoc bellum carnale non est, sed spirituale. Esto igitur fortissimus athleta CHRISTI. *Vade in pace: dominus sit tecum ubique.* Fuit itaq; ille vndiq; ligno crucis munitus, qualiter leo perpessus famem per tres aut quatuor dies, qui exiens à suis caueris, rugiens & sitiens sanguinem pecudum: sic improuide ruit ille inter agmina gregum, dilanians oves, fugientes huc & illuc: ita agebat iste inter agmina Turcorum. Tam vehementer instabat illis, ut lingue honorabilis vexilli volitarent super Turcorum capita. Videntes autem aliæ acies; quod vexillum Boamundi tam honestè esset ante alios delatum, illico redierunt retrosum; nostriq; vnanimiter inuaderunt Turcos, qui omnes stupefacti, arripuerunt fugam. Nostri itaque persecuti sunt illos, & detrunauerunt, usque ad passum Farreum. Reuersi autem Turci festinanter in castrum suum, acceperuntque omnia quæ ibi reperiire potuerunt, totumque castrum spoliauerunt, miseruntque ignem, & fugerunt. Hermenii & Suriani scientes Turcos omnino perdidisse bellum, exierunt, & excubauerunt per arta loca, & occiderunt, & apprehenderunt multos ex eis. Superati sunt itaque, Deo annuente, in illo die inimici nostri. Satis verò recuperati sunt nostri de equis, & de aliis multis quæ erant illis valde necessaria. Et centum capita mortuorum detulerunt ante portam ciuitatis, vbi legati Ammirati Babylonie castra metati fuerant, qui mittebantur Senioribus. Illi, qui remanserant in tentoriis tota die præliati sunt cum illis, qui erant in ciuitate, ante tres portas ciuitatis. Factum est hoc bellum in die Martis ante caput ieiunii quinto Idus Februarii, fauente Domino nostro IESU CHRISTO qui cum Patre & Spiritu S. viuit & regnat Deus per immortalia secula seculorum. Amen. Reuersi sunt nostri, agente Deo, triumphantibus, & gaudentes de triumpho, quem in die illo habuerunt deuictis inimicis, qui sunt per omnia superati, semper fugientes, huc & illuc vagantes & errantes, alii in Corozanam, alii verò in Saracenorum introierunt terram. Videntes autem nostri maiores, quod male tractarent & constringeret nos inimici nostri, qui erant in ciuitate, die ac nocte inuigilantes & insidiantes qua parte nos lädere possent, congregari in vnum dixerunt. *Priusquam perdamus gentem nostram, faciamus castrum ad Machumarium, que est ante urbis portam, ubi pons est: ibi, forsitan nostris poterimus constringere inimicos.* Consenserunt omnes, & laudaueunt quod bonum esset ad faciendum. Comes de S. Agadio primus dixit: *Estate mihi in adiutorium ad faciendum castrum, & ego muniam & seruabo.* Respondit Boamundus: *Si vos vultis, & alijs seniores laudant, ibo vobiscum ad portum S. Simeonis, diligenter conducere illos, qui illic sunt homines, ut peragant hoc opus; alii qui sunt remansuri muniant se vndeique ad defendendum, si forte inimici nostri & Dei exierint de ciuitate, & in illo loco sint omnes congregati in vnum licet ubi nos demonstraremus.* Factumq; est ita. Comes igitur & Boamundus perrexerunt ad S. Simeonis portum. Nos verò qui remansimus, congregati in vnum, castrum incipiebamus, dum Turci præparauerunt se illico, & exierunt extra ciuitatem obuiam nobis ad præclium. Sic itaque irruerunt super nos, & miserunt nostros in fugam, occideruntq; plures ex nostris: vnde tristes valde fuimus. Crastina autem die, videntes Turci quod maiores nostri decesserent, & quod præterita die iuissent ad portam, præparauerunt se, & ierunt obuiam illis venientibus è portu. Tunc videntes Comitem & Boamundum venientes, & conducentes illam gentem, mox cœperunt stridere & garrisire, ac clamare vehementissimo clamore, circumcingendo vndiq; nostros,

stros, iaculando, sagittando, vulnerando, & crudeliter detruncando. Nam tam acriter inuaserunt nostros, vt illi inirent fugam per proximam montaneam: & vbi via eundi patebat, qui potuit celeri se gressu expedire, evasit viuus; qui verò fugere nequieuit, mortem suscepit. Fueruntq; in illa die martyrizati ex nostris militibus seu peditibus plusquam mille, qui in coelum latentes ascendebant, atque candidati ferentes stolam recepti martyrii, glorificantes & magnificantes Dominum Deum nostrum trinum & unum, in quo feliciter triumphabant, & dicebant concordabili voce: *Quare non defendis sanguinem nostrum, qui hodie pro tuo nomine effusus es?* Itaque Boamundus viam quam tenuerant, non tenuit; sed celerius cum paucis militibus ad nos venit, qui eramus in unum congregati. Tunc nos accensi occisione nostrorum, Christi nomine inuocato, & S. Sepulcri confidentes itinere, iuncti simul peruenimus contra eos ad bellum; eosque inuasimus uno corde & animo. Stabant verò inimici Dei & nostri vndiq; iam stupefacti & vehementer perterriti, putantes nostros se deuincere & occidere, sicut fecerant gentem Comitis & Boamundi. Sed Deus Omnipotens hoc illis non permisit. Milites igitur veri Dei, vndiq; signo crucis armati, irruerunt acriter super illos & fortiter inuaserunt: illi autem celeriter fugerunt per medium angusti pontis ad illorum introitum. Illi qui viui nequierunt transire pontem, præ nimia multitudine gentium & caballorum, ibi receperunt sempiternum interitum, & reddiderunt infelices animas Diabolo & satanæ ministris. Nos itaque illos superauimus, impellentes in flumen, & deiicienes. Vnde verò rapidi fluminis vndique videbatur fluere rubea Turcorum sanguine. Et si forte aliquis eorum voluisse reptare super pontis columnas, aut nataando ad terram moliretur exire, vulneratus est à nostris, vndiq;stantibus super fluminis ripam. Rumor quoq; & clamor nostrorum & illorum resonabat ad cœlum. Pluiae telorum & sagittarum tegebant polum, & claritatem diei: altæ voces intus & extra: Mulieres Christianæ vrbis veniebant ad muri fenestras, spectantes misera fata Turcorum, & occultè plaudebant manibus, sicut mos erat illarum. Hermenii & Suriani, iussu Maiorum Turcorum, inuiti seu spontanei, sagittas iaciebant foris ad eos. Mortui sunt, etiam in anima & corpore, duodecim Admiralii de Turcorum agmine, in prælio illo: & alii prudentissimorum & fortiorum militum, qui melius ciuitatem pugnando defendebant, numerus quorum fuit mille & quingenti. Alii qui remanserant viui, iam amplius nō audiebant clamitare vel garrire, in die siue in nocte, sicut ante solebant. Omnes itaq; nos & illos, solummodo separauit nox, noxque diuisit utrosq; in preliando, iaculando, spiculando, sagittando. Sic superati sunt inimici nostri, virtute Dei & S. Sepulcri; & ultra non valuerunt, tales virtutem habere, neq; in voce, neq; in opere sicuti prius. Nos itaq; valde fuimus refecti in illa die de illorum equis, & de aliis multis rebus, quæ satis erant nobis necessariæ. Crastinâ verò die summo diluculo exierunt alii Turci de ciuitate & collegerunt omnia cadavera fetentia Turcorum mortuorum, quæ reperiæ potuerunt super ripam fluminis, exceptis illis quæ in alueo latebant eiudem fluminis; & sepelierunt ad Machumarium, quæ est ultra pontem, ante portam vrbis: simulq; illis cōsepelierunt pallia, bizanteos aureos, arcus, sagittas & alia plurima instrumenta, quæ nominare nequimus. Audientes itaque nostri quod humassent mortuos suos Turci, omnes se se præparauerunt & venerunt festinantes ad diabolicum atrium & iusserunt desepeliri, & frangi tumbas eorum, & trahi eos extra sepulcra. Et eicerunt omnia cadavera eorum in quandam foucam, & deportauerunt cæsa capita ad tentoria nostra, quatinus perfectè sciretur eorum numerus; excepto quod onerauerat quatuor equos qui fuerunt ad mare nuntiis Admirali de Babylone delata. Quod videntes Turci doluerunt nimis, fueruntq; tristes usque ad necem. Nam cotidie dolentes, nihil aliud agebant nisi flere & vulolare. Tertiâ verò die cœpimus simul iuncti, cum gaudio magno, ædificare castrum supra dictum; de lapidibus scilicet, quos abstraximus de tumulis Turcorum. Peracto itaque castro mox cœpimus ex omni parte coangustare inimicos nostros, quorum superbia ad nihil iam erat redacta. Nos autem securè ambulabamus huc & illuc, ad portam & ad montaneas, laudantes & glorificantes Dominum Deum nostrum, cui est honor & gloria per omnia secula seculorum. Amen. Iam iam omnes semitæ penè prohibitæ & incisæ vndiq; erant Turcis; nisi ex illa parte fluminis, vbi erat castrum & quoddam monasterium. Quod castrum, si fuisset à nobis perfectè munitum, iam nullus eorum auderet extra ciuiçatis portam exire. Conciliauerunt se denique nostri & vna voce concorditer

dixerunt: *Elegamus vnum ex nobis, qui robustè teneat illud castrum, & nostris inimicis prothecat montaneas, & planas, & introitum urbis ac exitum.* Plures verò ex illis prohibentes se illud hospitari, nisi fortè fuissent multi in vnum. Tancredus igitur primus protulit se ante alios, dicens: *Si scirem quid profici mihi attigerit, ego sedulè cū meis solummodo hominibus corroborarem castrum: & viam per quam inimici nostri solent frequentius seuire, viriliter deuetabo illis.* Qui continuò spoponderunt ei quater centum marcas argenti. Non adquieuit Tancredus, quamquam solus erat, tamen perrexit cum suis honestissimis militibus ac seruentibus, & extemplo abstulit vndiq; viam & semitam *Turci*; ita ut nulli auderent ex eis, iam timore eius perterriti, extra urbem portam exire, neq; propter herbam, neque propter ligna, neq; propter villa necessaria. Remansit verò ibi ¹⁰ Tancredus cum suis, cœpitq; vehementer vbiq; coangustare ciuitatem. Ipsa quoq; die, veniebat maxima pars *Hermeniorum* & *Suriinorum* securè de montaneis, qui ferebant alimenta *Turci* in adiutorium ciuitatis. Quibus aduenit obuiam Tancredus, & apprehēdit eos & omnia quæ deferebant, videlicet frumentum, vinum, hordeū, oleum, & alia huiusmodi. Sic itaque robustè & prosperè deducebat se Tancredus, iamq; habebat prohibitas & incitas omnes femitas *Turci*, donec *Antiochia* esset capta. Omnia quæ egimus antequam urbs esset capta, nequeo enarrare; quia nemo est in his partibus siue clericus siue laicus, qui omnino possit vel scribere vel narrare

^{xx.} sicut res gesta est: Tamen aliquantulum dicam.. Erat quidam Amiratus de genere Turcorum cui nomen *Pirus*, qui maximam amicitiam receperat cū Boamundo. Hunc sèpè *Boamundus* pulsabat nuntiis ad inuicem missis, quo eum infra ciuitatem amicissimè reciperet, ciq; Christianitatem liberiùs promittebat, & eum se diuitem facturum cum multo honore mandabat. Consensit ille dictis & promissionibus dicens: *Tresturres custodio, eiq; libenter ipsas promitto, & quacunq; hora voluerit, in eas eum recoligam.* Erat itaq; Boamundus iam lecurus de introitu ciuitatis, & gauisus serenāque mente, placido vuleu venit ad omnes Seniores, eisq; iocunda verba intulit, dicens: *Viri prudentissimi milites, videte quomodo nos omnes in nimia paupertate & miseria sumus, maiores siue minores: & ignoramus penitus qua parte melius succedat nobis.* Igitur si vobis bonum & honestum videtur, eligit se ante alios unus ex nobis, ut si aliquo modo, vel ingenio ciuitatem acquirere, vel ingeniare potuerit, per se vel per alios, concordi voce ei urbem dono concedamus. Qui omnino prohibuerunt & denegarunt, dicentes: *Nemini dimittetur hac ciuitas, sed omnes aquatiter habebimus illam: sicut aqualem habuimus laborem, sic inde aqualem habeamus honorem.* Itaque Boamundus auditis his verbis, paulominus subridens, protinus recessit. Non multò post audiuiimus nuncios, de exercitu hostium nostrorum, Turcorū, Publicanorum, Angulanorū, *Azinitarum* & aliarum plurimarum nationum gentilium: quas numerare neq; nominare nescio. Statimq; adunauerunt se omnes Maiores nostri simul, tenueruntq; concilium dicentes: *Quoniam si Boamundus potuerit adquirere ciuitatem, aut per se aut per alios, nos unā libenti corde ultra eum donamus, eorenore ut se Imperator venerit nobis in adiutorium, & omnem conuentiōnem sicut promisit nobis & iurauit attendere voluerit, nos ei eam iure reddemus.* Sin autem, Boamundus eam in suam habeat potestatem. Mox itaque Boamundus cœpit humiliter amicum suum quotidiana deprecari petitione, promittendo humillima, maxima, & dulcia, in hunc modum: *Ecce verè tempus modo habemus idoneum, in quo possumus operari quicquid boni volumus: ergo adiuuem me nunc amicus meus Pirrus.* Qui latè gauisus de nuntio, ait se illum adiuuare omnino sicut agere deberet. Nocte itaq; veniente proximā, misit cautè filium suum, pignus Boamundo, vt securior fieret de introitu urbis. Misit quoque ei verba in hunc modum: *Vi in castinum omnem Francorum gentem praconiare atque summouere faciat, quod in Saracenorum terram depredare vadat dissimilans: ac deinde celeriter reuertatur per dextram montaneam: ego vero, ait, ero intentione erecta prestolans illa agmina, eaq; recipiam in turres quas in mea habeo potestate ac custodia.* Dein Boamundus iuslit celeriter ad se vocari quandam seruentem suum, videlicet *Malam coronam*; eiq; præcepit, vt quasi præco commoneret Francorum maximam gentem, quatinus fideliter præpararet se in Saracenorū itura terram. Factumq; est ita. Credidit itaque Boamundus hoc consilium *Duci Godefrido & Flandrensi Comiti*. Comiti quoque de *S. Egidio* atque *Podiensi Episcopo*, dicens: *Quia DE Isauente gratia, hac nocte tradetur nobis Antiochia.* Ordinata sunt denique hæc omnia; milites tenuerunt plana, & pedites montaneam. Totā nocte equitauerunt & ambulauerunt usque propè auroram, ac deinceps ceperunt appropinquare ad turtes quas ille vigil custodiebar. Confestim ascendit Boamundus, & præcepit omnibus dicens: *Ite securo animo, & felici concordia, & ascendite per scalas in Antiochiā,* ³⁰ ⁴⁰ ⁵⁰ ⁶⁰ ⁷⁰ ⁸⁰ ⁹⁰ ¹⁰⁰ ¹¹⁰ ¹²⁰ ¹³⁰ ¹⁴⁰ ¹⁵⁰ ¹⁶⁰ ¹⁷⁰ ¹⁸⁰ ¹⁹⁰ ²⁰⁰ ²¹⁰ ²²⁰ ²³⁰ ²⁴⁰ ²⁵⁰ ²⁶⁰ ²⁷⁰ ²⁸⁰ ²⁹⁰ ³⁰⁰ ³¹⁰ ³²⁰ ³³⁰ ³⁴⁰ ³⁵⁰ ³⁶⁰ ³⁷⁰ ³⁸⁰ ³⁹⁰ ⁴⁰⁰ ⁴¹⁰ ⁴²⁰ ⁴³⁰ ⁴⁴⁰ ⁴⁵⁰ ⁴⁶⁰ ⁴⁷⁰ ⁴⁸⁰ ⁴⁹⁰ ⁵⁰⁰ ⁵¹⁰ ⁵²⁰ ⁵³⁰ ⁵⁴⁰ ⁵⁵⁰ ⁵⁶⁰ ⁵⁷⁰ ⁵⁸⁰ ⁵⁹⁰ ⁶⁰⁰ ⁶¹⁰ ⁶²⁰ ⁶³⁰ ⁶⁴⁰ ⁶⁵⁰ ⁶⁶⁰ ⁶⁷⁰ ⁶⁸⁰ ⁶⁹⁰ ⁷⁰⁰ ⁷¹⁰ ⁷²⁰ ⁷³⁰ ⁷⁴⁰ ⁷⁵⁰ ⁷⁶⁰ ⁷⁷⁰ ⁷⁸⁰ ⁷⁹⁰ ⁸⁰⁰ ⁸¹⁰ ⁸²⁰ ⁸³⁰ ⁸⁴⁰ ⁸⁵⁰ ⁸⁶⁰ ⁸⁷⁰ ⁸⁸⁰ ⁸⁹⁰ ⁹⁰⁰ ⁹¹⁰ ⁹²⁰ ⁹³⁰ ⁹⁴⁰ ⁹⁵⁰ ⁹⁶⁰ ⁹⁷⁰ ⁹⁸⁰ ⁹⁹⁰ ¹⁰⁰⁰ ¹⁰¹⁰ ¹⁰²⁰ ¹⁰³⁰ ¹⁰⁴⁰ ¹⁰⁵⁰ ¹⁰⁶⁰ ¹⁰⁷⁰ ¹⁰⁸⁰ ¹⁰⁹⁰ ¹¹⁰⁰ ¹¹¹⁰ ¹¹²⁰ ¹¹³⁰ ¹¹⁴⁰ ¹¹⁵⁰ ¹¹⁶⁰ ¹¹⁷⁰ ¹¹⁸⁰ ¹¹⁹⁰ ¹²⁰⁰ ¹²¹⁰ ¹²²⁰ ¹²³⁰ ¹²⁴⁰ ¹²⁵⁰ ¹²⁶⁰ ¹²⁷⁰ ¹²⁸⁰ ¹²⁹⁰ ¹³⁰⁰ ¹³¹⁰ ¹³²⁰ ¹³³⁰ ¹³⁴⁰ ¹³⁵⁰ ¹³⁶⁰ ¹³⁷⁰ ¹³⁸⁰ ¹³⁹⁰ ¹⁴⁰⁰ ¹⁴¹⁰ ¹⁴²⁰ ¹⁴³⁰ ¹⁴⁴⁰ ¹⁴⁵⁰ ¹⁴⁶⁰ ¹⁴⁷⁰ ¹⁴⁸⁰ ¹⁴⁹⁰ ¹⁵⁰⁰ ¹⁵¹⁰ ¹⁵²⁰ ¹⁵³⁰ ¹⁵⁴⁰ ¹⁵⁵⁰ ¹⁵⁶⁰ ¹⁵⁷⁰ ¹⁵⁸⁰ ¹⁵⁹⁰ ¹⁶⁰⁰ ¹⁶¹⁰ ¹⁶²⁰ ¹⁶³⁰ ¹⁶⁴⁰ ¹⁶⁵⁰ ¹⁶⁶⁰ ¹⁶⁷⁰ ¹⁶⁸⁰ ¹⁶⁹⁰ ¹⁷⁰⁰ ¹⁷¹⁰ ¹⁷²⁰ ¹⁷³⁰ ¹⁷⁴⁰ ¹⁷⁵⁰ ¹⁷⁶⁰ ¹⁷⁷⁰ ¹⁷⁸⁰ ¹⁷⁹⁰ ¹⁸⁰⁰ ¹⁸¹⁰ ¹⁸²⁰ ¹⁸³⁰ ¹⁸⁴⁰ ¹⁸⁵⁰ ¹⁸⁶⁰ ¹⁸⁷⁰ ¹⁸⁸⁰ ¹⁸⁹⁰ ¹⁹⁰⁰ ¹⁹¹⁰ ¹⁹²⁰ ¹⁹³⁰ ¹⁹⁴⁰ ¹⁹⁵⁰ ¹⁹⁶⁰ ¹⁹⁷⁰ ¹⁹⁸⁰ ¹⁹⁹⁰ ²⁰⁰⁰ ²⁰¹⁰ ²⁰²⁰ ²⁰³⁰ ²⁰⁴⁰ ²⁰⁵⁰ ²⁰⁶⁰ ²⁰⁷⁰ ²⁰⁸⁰ ²⁰⁹⁰ ²¹⁰⁰ ²¹¹⁰ ²¹²⁰ ²¹³⁰ ²¹⁴⁰ ²¹⁵⁰ ²¹⁶⁰ ²¹⁷⁰ ²¹⁸⁰ ²¹⁹⁰ ²²⁰⁰ ²²¹⁰ ²²²⁰ ²²³⁰ ²²⁴⁰ ²²⁵⁰ ²²⁶⁰ ²²⁷⁰ ²²⁸⁰ ²²⁹⁰ ²³⁰⁰ ²³¹⁰ ²³²⁰ ²³³⁰ ²³⁴⁰ ²³⁵⁰ ²³⁶⁰ ²³⁷⁰ ²³⁸⁰ ²³⁹⁰ ²⁴⁰⁰ ²⁴¹⁰ ²⁴²⁰ ²⁴³⁰ ²⁴⁴⁰ ²⁴⁵⁰ ²⁴⁶⁰ ²⁴⁷⁰ ²⁴⁸⁰ ²⁴⁹⁰ ²⁵⁰⁰ ²⁵¹⁰ ²⁵²⁰ ²⁵³⁰ ²⁵⁴⁰ ²⁵⁵⁰ ²⁵⁶⁰ ²⁵⁷⁰ ²⁵⁸⁰ ²⁵⁹⁰ ²⁶⁰⁰ ²⁶¹⁰ ²⁶²⁰ ²⁶³⁰ ²⁶⁴⁰ ²⁶⁵⁰ ²⁶⁶⁰ ²⁶⁷⁰ ²⁶⁸⁰ ²⁶⁹⁰ ²⁷⁰⁰ ²⁷¹⁰ ²⁷²⁰ ²⁷³⁰ ²⁷⁴⁰ ²⁷⁵⁰ ²⁷⁶⁰ ²⁷⁷⁰ ²⁷⁸⁰ ²⁷⁹⁰ ²⁸⁰⁰ ²⁸¹⁰ ²⁸²⁰ ²⁸³⁰ ²⁸⁴⁰ ²⁸⁵⁰ ²⁸⁶⁰ ²⁸⁷⁰ ²⁸⁸⁰ ²⁸⁹⁰ ²⁹⁰⁰ ²⁹¹⁰ ²⁹²⁰ ²⁹³⁰ ²⁹⁴⁰ ²⁹⁵⁰ ²⁹⁶⁰ ²⁹⁷⁰ ²⁹⁸⁰ ²⁹⁹⁰ ³⁰⁰⁰ ³⁰¹⁰ ³⁰²⁰ ³⁰³⁰ ³⁰⁴⁰ ³⁰⁵⁰ ³⁰⁶⁰ ³⁰⁷⁰ ³⁰⁸⁰ ³⁰⁹⁰ ³¹⁰⁰ ³¹¹⁰ ³¹²⁰ ³¹³⁰ ³¹⁴⁰ ³¹⁵⁰ ³¹⁶⁰ ³¹⁷⁰ ³¹⁸⁰ ³¹⁹⁰ ³²⁰⁰ ³²¹⁰ ³²²⁰ ³²³⁰ ³²⁴⁰ ³²⁵⁰ ³²⁶⁰ ³²⁷⁰ ³²⁸⁰ ³²⁹⁰ ³³⁰⁰ ³³¹⁰ ³³²⁰ ³³³⁰ ³³⁴⁰ ³³⁵⁰ ³³⁶⁰ ³³⁷⁰ ³³⁸⁰ ³³⁹⁰ ³⁴⁰⁰ ³⁴¹⁰ ³⁴²⁰ ³⁴³⁰ ³⁴⁴⁰ ³⁴⁵⁰ ³⁴⁶⁰ ³⁴⁷⁰ ³⁴⁸⁰ ³⁴⁹⁰ ³⁵⁰⁰ ³⁵¹⁰ ³⁵²⁰ ³⁵³⁰ ³⁵⁴⁰ ³⁵⁵⁰ ³⁵⁶⁰ ³⁵⁷⁰ ³⁵⁸⁰ ³⁵⁹⁰ ³⁶⁰⁰ ³⁶¹⁰ ³⁶²⁰ ³⁶³⁰ ³⁶⁴⁰ ³⁶⁵⁰ ³⁶⁶⁰ ³⁶⁷⁰ ³⁶⁸⁰ ³⁶⁹⁰ ³⁷⁰⁰ ³⁷¹⁰ ³⁷²⁰ ³⁷³⁰ ³⁷⁴⁰ ³⁷⁵⁰ ³⁷⁶⁰ ³⁷⁷⁰ ³⁷⁸⁰ ³⁷⁹⁰ ³⁸⁰⁰ ³⁸¹⁰ ³⁸²⁰ ³⁸³⁰ ³⁸⁴⁰ ³⁸⁵⁰ ³⁸⁶⁰ ³⁸⁷⁰ ³⁸⁸⁰ ³⁸⁹⁰ ³⁹⁰⁰ ³⁹¹⁰ ³⁹²⁰ ³⁹³⁰ ³⁹⁴⁰ ³⁹⁵⁰ ³⁹⁶⁰ ³⁹⁷⁰ ³⁹⁸⁰ ³⁹⁹⁰ ⁴⁰⁰⁰ ⁴⁰¹⁰ ⁴⁰²⁰ ⁴⁰³⁰ ⁴⁰⁴⁰ ⁴⁰⁵⁰ ⁴⁰⁶⁰ ⁴⁰⁷⁰ ⁴⁰⁸⁰ ⁴⁰⁹⁰ ⁴¹⁰⁰ ⁴¹¹⁰ ⁴¹²⁰ ⁴¹³⁰ ⁴¹⁴⁰ ⁴¹⁵⁰ ⁴¹⁶⁰ ⁴¹⁷⁰ ⁴¹⁸⁰ ⁴¹⁹⁰ ⁴²⁰⁰ ⁴²¹⁰ ⁴²²⁰ ⁴²³⁰ ⁴²⁴⁰ ⁴²⁵⁰ ⁴²⁶⁰ ⁴²⁷⁰ ⁴²⁸⁰ ⁴²⁹⁰ ⁴³⁰⁰ ⁴³¹⁰ ⁴³²⁰ ⁴³³⁰ ⁴³⁴⁰ ⁴³⁵⁰ ⁴³⁶⁰ ⁴³⁷⁰ ⁴³⁸⁰ ⁴³⁹⁰ ⁴⁴⁰⁰ ⁴⁴¹⁰ ⁴⁴²⁰ ⁴⁴³⁰ ⁴⁴⁴⁰ ⁴⁴⁵⁰ ⁴⁴⁶⁰ ⁴⁴⁷⁰ ⁴⁴⁸⁰ ⁴⁴⁹⁰ ⁴⁵⁰⁰ ⁴⁵¹⁰ ⁴⁵²⁰ ⁴⁵³⁰ ⁴⁵⁴⁰ ⁴⁵⁵⁰ ⁴⁵⁶⁰ ⁴⁵⁷⁰ ⁴⁵⁸⁰ ⁴⁵⁹⁰ ⁴⁶⁰⁰ ⁴⁶¹⁰ ⁴⁶²⁰ ⁴⁶³⁰ ⁴⁶⁴⁰ ⁴⁶⁵⁰ ⁴⁶⁶⁰ ⁴⁶⁷⁰ ⁴⁶⁸⁰ ⁴⁶⁹⁰ ⁴⁷⁰⁰ ⁴⁷¹⁰ ⁴⁷²⁰ ⁴⁷³⁰ ⁴⁷⁴⁰ ⁴⁷⁵⁰ ⁴⁷⁶⁰ ⁴⁷⁷⁰ ⁴⁷⁸⁰ ⁴⁷⁹⁰ ⁴⁸⁰⁰ ⁴⁸¹⁰ ⁴⁸²⁰ ⁴⁸³⁰ ⁴⁸⁴⁰ ⁴⁸⁵⁰ ⁴⁸⁶⁰ ⁴⁸⁷⁰ ⁴⁸⁸⁰ ⁴⁸⁹⁰ ⁴⁹⁰⁰ ⁴⁹¹⁰ ⁴⁹²⁰ ⁴⁹³⁰ ⁴⁹⁴⁰ ⁴⁹⁵⁰ ⁴⁹⁶⁰ ⁴⁹⁷⁰ ⁴⁹⁸⁰ ⁴⁹⁹⁰ ⁵⁰⁰⁰ ⁵⁰¹⁰ ⁵⁰²⁰ ⁵⁰³⁰ ⁵⁰⁴⁰ ⁵⁰⁵⁰ ⁵⁰⁶⁰ ⁵⁰⁷⁰ ⁵⁰⁸⁰ ⁵⁰⁹⁰ ⁵¹⁰⁰ ⁵¹¹⁰ ⁵¹²⁰ ⁵¹³⁰ ⁵¹⁴⁰ ⁵¹⁵⁰ ⁵¹⁶⁰ ⁵¹⁷⁰ ⁵¹⁸⁰ ⁵¹⁹⁰ ⁵²⁰⁰ ⁵²¹⁰ ⁵²²⁰ ⁵²³⁰ ⁵²⁴⁰ ⁵²⁵⁰ ⁵²⁶⁰ ⁵²⁷⁰ ⁵²⁸⁰ ⁵²⁹⁰ ⁵³⁰⁰ ⁵³¹⁰ ⁵³²⁰ ⁵³³⁰ ⁵³⁴⁰ ⁵³⁵⁰ ⁵³⁶⁰ ⁵³⁷⁰ ⁵³⁸⁰ ⁵³⁹⁰ ⁵⁴⁰⁰ ⁵⁴¹⁰ ⁵⁴²⁰ ⁵⁴³⁰ ⁵⁴⁴⁰ ⁵⁴⁵⁰ ⁵⁴⁶⁰ ⁵⁴⁷⁰ ⁵⁴⁸⁰ ⁵⁴⁹⁰ ⁵⁵⁰⁰ ⁵⁵¹⁰ ⁵⁵²⁰ ⁵⁵³⁰ ⁵⁵⁴⁰ ⁵⁵⁵⁰ ⁵⁵⁶⁰ ⁵⁵⁷⁰ ⁵⁵⁸⁰ ⁵⁵⁹⁰ ⁵⁶⁰⁰ ⁵⁶¹⁰ ⁵⁶²⁰ ⁵⁶³⁰ ⁵⁶⁴⁰ ⁵⁶⁵⁰ ⁵⁶⁶⁰ ⁵⁶⁷⁰ ⁵⁶⁸⁰ ⁵⁶⁹⁰ ⁵⁷⁰⁰ ⁵⁷¹⁰ ⁵⁷²⁰ ⁵⁷³⁰ ⁵⁷⁴⁰ ⁵⁷⁵⁰ ⁵⁷⁶⁰ ⁵⁷⁷⁰ ⁵⁷⁸⁰ ⁵⁷⁹⁰ ⁵⁸⁰⁰ ⁵⁸¹⁰ ⁵⁸²⁰ ⁵⁸³⁰ ⁵⁸⁴⁰ ⁵⁸⁵⁰ ⁵⁸⁶⁰ ⁵⁸⁷⁰ ⁵⁸⁸⁰ ⁵⁸⁹⁰ ⁵⁹⁰⁰ ⁵⁹¹⁰ ⁵⁹²⁰ ⁵⁹³⁰ ⁵⁹⁴⁰ ⁵⁹⁵⁰ ⁵⁹⁶⁰ ⁵⁹⁷⁰ ⁵⁹⁸⁰ ⁵⁹⁹⁰ ⁶⁰⁰⁰ ⁶⁰¹⁰ ⁶⁰²⁰ ⁶⁰³⁰ ⁶⁰⁴⁰ ⁶⁰⁵⁰ ⁶⁰⁶⁰ ⁶⁰⁷⁰ ⁶⁰⁸⁰ ⁶⁰⁹⁰ ⁶¹⁰⁰ ⁶¹¹⁰ ⁶¹²⁰ ⁶¹³⁰ ⁶¹⁴⁰ ⁶¹⁵⁰ ⁶¹⁶⁰ ⁶¹⁷⁰ ⁶¹⁸⁰ ⁶¹⁹⁰ ⁶²⁰⁰ ⁶²¹⁰ ⁶²²⁰ ⁶²³⁰ ⁶²⁴⁰ ⁶²⁵⁰ ⁶²⁶⁰ ⁶²⁷⁰ ⁶²⁸⁰ ⁶²⁹⁰ ⁶³⁰⁰ ⁶³¹⁰ ⁶³²⁰ ⁶³³⁰ ⁶³⁴⁰ ⁶³⁵⁰ ⁶³⁶⁰ ⁶³⁷⁰ ⁶³⁸⁰ ⁶³⁹⁰ ⁶⁴⁰⁰ ⁶⁴¹⁰ ⁶⁴²⁰ ⁶⁴³⁰ ⁶⁴⁴⁰ ⁶⁴⁵⁰ ⁶⁴⁶⁰ ⁶⁴⁷⁰ ⁶⁴⁸⁰ ⁶⁴⁹⁰ ⁶⁵⁰⁰ ⁶⁵¹⁰ ⁶⁵²⁰ ⁶⁵³⁰ ⁶⁵⁴⁰ ⁶⁵⁵⁰ ⁶⁵⁶⁰ ⁶⁵⁷⁰ ⁶⁵⁸⁰ ⁶⁵⁹⁰ ⁶⁶⁰⁰ ⁶⁶¹⁰ ⁶⁶²⁰ ⁶⁶³⁰ ⁶⁶⁴⁰ ⁶⁶⁵⁰ ⁶⁶⁶⁰ ⁶⁶⁷⁰ ⁶⁶⁸⁰ ⁶⁶⁹⁰ ⁶⁷⁰⁰ ⁶⁷¹⁰ ⁶⁷²⁰ ⁶⁷³⁰ ⁶⁷⁴⁰ ⁶⁷⁵⁰ ⁶⁷⁶⁰ ⁶⁷⁷⁰ ⁶⁷⁸⁰ ⁶⁷⁹⁰ ⁶⁸⁰⁰ ⁶⁸¹⁰ ⁶⁸²⁰ ⁶⁸³⁰ ⁶⁸⁴⁰ ⁶⁸⁵⁰ ⁶⁸⁶⁰ ⁶⁸⁷⁰ ⁶⁸⁸⁰ ⁶⁸⁹⁰ ⁶⁹⁰⁰ ⁶⁹¹⁰ ⁶⁹²⁰ ⁶⁹³⁰ ⁶⁹⁴⁰ ⁶⁹⁵⁰ ⁶⁹⁶⁰ ⁶⁹⁷⁰ ⁶⁹⁸⁰ ⁶⁹⁹⁰ ⁷⁰⁰⁰ ⁷⁰¹⁰ ⁷⁰²⁰ ⁷⁰³⁰ ⁷⁰⁴⁰ ⁷⁰⁵⁰ ⁷⁰⁶⁰ ⁷⁰⁷⁰ ⁷⁰⁸⁰ ⁷⁰⁹⁰ ⁷¹⁰⁰ ⁷¹¹⁰ ⁷¹²⁰ ⁷¹³⁰ ⁷¹⁴⁰ ⁷¹⁵⁰ ⁷¹⁶⁰ ⁷¹⁷⁰ ⁷¹⁸⁰ ⁷¹⁹⁰ ⁷²⁰⁰ ⁷²¹⁰ ⁷²²⁰ ⁷²³⁰ ⁷²⁴⁰ ⁷²⁵⁰ ⁷²⁶⁰ ⁷²⁷⁰ ⁷²⁸⁰ ⁷²⁹⁰ ⁷³⁰⁰ ⁷³¹⁰ ⁷³²⁰ ⁷³³⁰ ⁷³⁴⁰ ⁷³⁵⁰ ⁷³⁶⁰ ⁷³⁷⁰ ⁷³⁸⁰ ⁷³⁹⁰ ⁷⁴⁰⁰ ⁷⁴¹⁰ ⁷⁴²⁰ ⁷⁴³⁰ ⁷⁴⁴⁰ ⁷⁴⁵⁰ ⁷⁴⁶⁰ ⁷⁴⁷⁰ ⁷⁴⁸⁰ ⁷⁴⁹⁰ ⁷⁵⁰⁰ ⁷⁵¹⁰ ⁷⁵²⁰ ⁷⁵³⁰ ⁷⁵⁴⁰ ⁷⁵⁵⁰ ⁷⁵⁶⁰ ⁷⁵⁷⁰ ⁷⁵⁸⁰ ⁷⁵⁹⁰ ⁷⁶⁰⁰ ⁷⁶¹⁰ ⁷⁶²⁰ ⁷⁶³⁰ ⁷⁶⁴⁰ ⁷⁶⁵⁰ ⁷⁶⁶⁰ ⁷⁶⁷⁰ ⁷⁶⁸⁰ ⁷⁶⁹⁰ ⁷⁷⁰⁰ ⁷⁷¹⁰ ⁷⁷²⁰ ⁷⁷³⁰ ⁷⁷⁴⁰ ⁷⁷⁵⁰ ⁷⁷⁶⁰ ⁷⁷⁷⁰ ⁷⁷⁸⁰ ⁷⁷⁹⁰ ⁷⁸⁰⁰ ⁷⁸¹⁰ ⁷⁸²⁰ ⁷⁸³⁰ ⁷⁸⁴⁰ ⁷⁸⁵⁰ ⁷⁸⁶⁰ ⁷⁸⁷⁰ ⁷⁸⁸⁰ ⁷⁸⁹⁰ ⁷⁹⁰⁰ ⁷⁹¹⁰ ⁷⁹²⁰ ⁷⁹³⁰ ⁷⁹⁴⁰ ⁷⁹⁵⁰ ⁷⁹⁶⁰ ⁷⁹⁷⁰ ⁷⁹⁸⁰ ⁷⁹⁹⁰ ⁸⁰⁰⁰ ⁸⁰¹⁰ ⁸⁰²⁰ ⁸⁰³⁰ ⁸⁰⁴⁰ ⁸⁰⁵⁰ ⁸⁰⁶⁰ ⁸⁰⁷⁰ ⁸⁰⁸⁰ ⁸⁰⁹⁰ ⁸¹⁰⁰ ⁸¹¹⁰ ⁸¹²⁰ ⁸¹³⁰ ⁸¹⁴⁰ ⁸¹⁵⁰ ⁸¹⁶⁰ ⁸¹⁷⁰ ⁸¹⁸⁰ ⁸¹⁹⁰ ⁸²⁰⁰ ⁸²¹⁰ ⁸²²⁰ ⁸²³⁰ ⁸²⁴⁰ ⁸²⁵⁰ ⁸²⁶⁰ ⁸²⁷⁰ ⁸²⁸⁰ ⁸²⁹⁰ ⁸³⁰⁰ ⁸³¹⁰ ⁸³²⁰ ⁸³³⁰ ⁸³⁴⁰ ⁸³⁵⁰ ⁸³⁶⁰ ⁸³⁷⁰ ⁸³⁸⁰ ⁸³⁹⁰ ⁸⁴⁰⁰ ⁸⁴¹⁰ ⁸⁴²⁰ ⁸⁴³⁰ ⁸⁴⁴⁰ ⁸⁴⁵⁰ ⁸⁴⁶⁰ ⁸⁴⁷⁰ ⁸⁴⁸⁰ ⁸⁴⁹⁰ ⁸⁵⁰⁰ ⁸⁵¹⁰ ⁸⁵²⁰ ⁸⁵³⁰ ⁸⁵⁴⁰ ⁸⁵⁵⁰ ⁸⁵⁶⁰ ⁸⁵⁷⁰ ⁸⁵⁸⁰ ⁸⁵⁹⁰ ⁸⁶⁰⁰ ⁸⁶¹⁰ ⁸⁶²⁰ ⁸⁶³⁰ ⁸⁶⁴⁰ ⁸⁶⁵⁰ ⁸⁶⁶⁰ ⁸⁶⁷⁰ ⁸⁶⁸⁰ ⁸⁶⁹⁰ ⁸⁷⁰⁰ ⁸⁷¹⁰ ⁸⁷²⁰ ⁸⁷³⁰ ⁸⁷⁴⁰ ⁸⁷⁵⁰ ⁸⁷⁶⁰ ⁸⁷⁷⁰ ⁸⁷⁸⁰ ⁸⁷⁹⁰ ⁸⁸⁰⁰ ⁸⁸¹⁰ ⁸⁸²⁰ ⁸⁸³⁰ ⁸⁸⁴⁰ ⁸⁸⁵⁰ ⁸⁸⁶⁰ ⁸⁸⁷⁰ ⁸⁸⁸⁰ ⁸⁸⁹⁰ ⁸⁹⁰⁰ ⁸⁹¹⁰ ⁸⁹²⁰ ⁸⁹³⁰ ⁸⁹⁴⁰ ⁸⁹⁵⁰ ⁸⁹⁶⁰ ⁸⁹⁷⁰ ⁸⁹⁸⁰ ⁸⁹⁹⁰ ⁹⁰⁰⁰ ⁹⁰¹⁰ ⁹⁰²⁰ ⁹⁰³⁰ ⁹⁰⁴⁰ ⁹⁰⁵⁰ ⁹⁰⁶⁰ ⁹⁰⁷⁰ ⁹⁰⁸⁰ ⁹⁰⁹⁰ ⁹¹⁰⁰ ⁹¹¹⁰ ⁹¹²⁰ ⁹¹³⁰ ⁹¹⁴⁰ ⁹¹⁵⁰ ⁹¹⁶⁰ ⁹¹⁷⁰ <

quoniam statim habebimus, si DEO placet, in vestra custodia. Venerunt illi usque ad scalam, quæ iam erat erecta & fortiter ligata ad ciuitatis *merulas*: & ascenderunt per illam homines ferè sexaginta ex nostris, ac diuisi sunt per turrem, quas ille obseruabat. Videntes hoc *Pirrus* quod tam pauci ascendissent ex nostris, cepit pauorem, timens sibi & nostris, ne in manus Turcorum inciderent, dixit: *Micro Francos e homine: hoc est: paucos Francos habemus. Vbi est acerrimus Boamundus? vbi est ille miles inuictus?* Interim descendit quidam seruiens *Longobardus* deorsum, & currevit quantociùs ad Boamundum, dicens: *Quid hic stas, vir prudens? Quoniam obrem huc venisti? Ecce nos iam tres turrem habemus.* Motus est ille cum aliis, & omnes gaudentes peruererunt ad scalam. Videntes itaque illi qui iam erant in turribus, cœperunt iocunda voce clamare, *Deus le volvit.* Nos verò idem clamabamus. Nunc cœperunt illico mirabiliter ascendere: ascenderunt tamen, & curreverunt festinanter in alias turrem. Quos illic inueniebant, mortalem eis continuò dabant sententiam: fratrem quoq; *Pirri* occiderunt. Interea fortè rupta est scala, per quam noster erat ascensus: unde inter nos orta est immensa angustia, & tristitia. Quanquam autem scala fuisset fracta, tamē quædam erat porta iuxta nos clausa in sinistra parte, quæ quibusdam manebat incognita; nox namque erat: sed tamen palpando & inquirendo inuenimus eam, omnesq; currerimus ad illam, & ipsâ fractâ intrauimus per eam. Tunc innumerabilis fragor mirabiliter resonabat per totam urbem. Non adquieuit Boamundus his, sed illico imperauit honorabile vexillum deferri sursum, coram castello, in quodam monte: omnes verò pariter stridebant in ciuitate. Summo autē diluculo audientes illi, qui foris erant in tentoriis, vehementissimum rumorem strepere per ciuitatem, exierunt festinantes, & viderunt vexillū *Boamundi* sursum in monte: celeriꝝ cursu properantes, venerunt omnes, & per portas intrauerunt in urbem: & interfecerunt *Turcos* & *Saracenos* quos ibi repererunt, extra illos qui fugerant sursum in castrum. Alii verò Turcorum per portas exierunt, & fugientes viui euaserunt. *Cassianus* verò dominus illorum, timens valde gentem Francorum, dedit se omnino fugæ, cum aliis multis qui erant cum eo, & fugiendo peruenit in *Tancredi* terram non longè à ciuitate. Fatigati verò erant equi eorū, miseruntq; se in quoddam *casale* & merci sunt in unam domum. Cognouerunt ergo eum habitatores illius montaneꝝ, scilicet *Suriani* & *Hermenii*, & confessim apprehenderunt eum, truncaueruntq; caput illius, & tulerunt ante *Boamundi* presentiam; vt inde mererentur libertatem accipere. Balteum quoq; eius & vaginam, appræciauerunt sexaginta bizanteis. Hæc omnia gesta sunt tertia die intrante mense Junio, quinta feria, tertia nonas Junii. Omnes namq; plateæ ciuitatis iam vndiq; erant plenæ cadaueribus mortuorum, ita vt nemo posset sufferre ibi esse, præ nimiis fætoribus: nullus verò poterat ire per semitam ciuitatis, nisi super cadauera Turcorum. *Curbaram* autem, princeps militiæ *Soldani* Persiæ, dum adhuc esset *Corrozani*, quotiens *Cassianus* Ammiralius Antiochiæ legationem ei misit, quò sibi succurreret in tempore opportuno, quoniam gens fortissima Francorum, eum impeditum grauiter obsidebat in *Antiochia*; & si adiutorium ei impenderet, urbem Antiochenam illi traderet, aut eum maximo munere ditarer: cùmq; iam habuisset maximum exercitum Turcorum, ex longo collectum tempore, & licentiam Christianos occidendi accepisset à *Caliphâ illorum Apostolico*, illico incoauit iter longæ viæ Antiochiæ. *Hierosolymitanus* Ammiralius in adiutorium cum suo exercitu venit: *Rex Damasci* illuc venit cum maxima gente. Idem verò *Curbaram* congregauit innumeratas gentes paganorum, videlicet *Turcos*, *Arabes*, *Saracenos*, *Publicanos*, *Azimitas*, *Curtos*, *Perſes*, *Agulanos* & alias multas gentes innumerabiles. Et *Agulani* fuerunt numero tria millia, qui neq; lanceas, neque sagittas, neq; vlla arma timebant: quia omnes erant vndique cooperti ferro, & equi eorum; ipsiꝝ nolebant in bellum ferre arma nisi solummodo gladios. Isti omnes venerunt in obsidionem Antiochiæ, ad dispergendum Francorum collegium. Et cùm appropinquasset urbi, venit obuiam illis *Sensadonus* filius Cassiani Ammiralius Antiochiæ; & continuò currevit ad *Curbaram*, lacrymabiliter rogans eū dicens: *Inuictissime Princeps, tesupplex præcor, quatinus modò mihi succurras: quoniam Franci vndiq; obsidens me in Antiocheno oppido, urbemq; in suo tenent imperio, nosq; alienare à regione Romania sive Cyria, adhuc autem & Corrozani, capiunt Omnia patruere que voluerunt; patrem occiderunt meum; nihil aliud superest, nisi ut me & te, & omnes alios ex genere nostro interficiam. Ego namque iam dudum tuum exspecto auxilium, ut mihi succurras in hoc periculo.* Cui ait ille: *Si vis ut ex toto corde in tuo sim proficuo, tibiꝝ fideliter in hoc succurrarim periculo illud oppidum in*

meam trades manum: & tum videbis qualiter in tuo ero proficuo; idq; faciam custodire meos homines. Ait illi Sensadolus: Si potes omnes Francos occidere, mihiq; capita eorum tradere, tibi dabo oppidum; tibiq; faciam hominum & in tua fidelitate custodiam illud oppidum. Cui Curbaram: Non ita, inquit, erit, sed continuo in meam manum committe castrum. tamen volés, nolensq; ei commisit castrum. Tertiâ verò die postquam intrauimus ciuitatem, eoru præcursores ante urbem præcurrerunt: exercitus autem illorum, ante pontem Farreum castra metatus est: & expugnauerunt turrim, & occiderunt omnes quos illic inuenientur, & nemo euasit viuus nisi dominus illorum, quem inuenimus ligatum in vinculis ferreis, facto maiore bello. Craftinâ verò die, moto exercitu Paganorum, appropinquauerunt urbi, & castra metati sunt inter duo flumina: steteruntq; ibi per duos dies. Recepto itaque castro, Curbaram conuocauit vnum Ammiralium ex suis, qvē sciebat veracem, mitem, & pacificum, & ait illi: Volo ut interes in fidelitatem meam custodire hoc castrum, quoniam ex longissimo tempore scio te fidelissimum, ideoque precor te ut summa cautela hoc serues oppidum: adhuc namq; quod scio te in opere prudentissimum, nullum magis verace & fortissimum hū modo reperire possum. Cui ait Ammiralius: Tibi unquam de tali nolle obedire officio: Sed priusquam me tuo arguas stimulo, hoc faciam illo tenore, ut si Franci eiecerint vos de mortali prælio, & vicerint, eis continuo tradam hoc castrum. Dixitq; illi Curbaram: Tam honestum & prudentem te cognosco, ut omne quicquid boni vis agere ego consentiam. Reuersus est itaq; Curbaram ad suum exercitum, & protinus Turci, deludentes Francorum collegium, detulerunt ante conspectum Curbaram, quendam vilissimum ensem rubigine testum, & deterrium arcum ligneū & lanceam nimis inutilem, quæ abstulerant nuper pauperibus peregrinis, dixeruntq; Ecce arma, quæ attulerunt Franci obuiam nobis ad pugnam. Tunc Curbara coepit subridere palam, dicens omnibus, qui in illo aderant collegio: Hæc sunt arma bellica & nitida, quæ attulerunt Christiani super nos in Asiam, quibus putant nos & confidunt expellere ultra confinia Corrozania, & dele re nomina nostra ultra Amazonia flumina, qui propulerunt omnes parentes nostros à Romania & Antiochia urbe regia, quæ est honorabile caput totius Syriae. Mox conuocauit suum fidelem notarium, & ait: Scribe citè plures chartas, quæ in Corrozania sini legende, videlicet: Caliphæ nostro Apostolico, ac nostro regi domino Soldano, militi fortissimo, atq; omnibus prudentissimis Corrozaniæ militibus, salus & immensus honor. Satis sint lati & gaudi, si iocundâ concordia, & satisfaciant ventribus, imperent & sermocinent per uniuersam regionem illam, ut omnino dent se ad petulantiam & luxuriam, multosq; filios patrare congaudeant, qui contra Christianos fortiter pugnare præualeant, & libenter suscipiant hac tria arma, quæ olim abstulimus à Francorum turmā, & discant modo quæ arma attulerit super nos gens Francigena, quæ liter optima & perfecta sunt. Heu certate contra nostra arma, quæ bis aut ter, sine quater sunt colorata, aut purgata seu argentum aut aurum purissimum. Adhuc quoque sciant omnes, quoniam ego cunctos Francos intus in Antiochia conclusos habeo, & castrum mea liberata teneo voluntate, illi verò deorsum sunt in ciuitate: habeo etiam omnes illos iam in mea manu, eosq; faciam aut capitalem subire sententiam, aut deduci in Corrozanam in captiuitatem nimiam eo quod minantur nos suis armis propulsare & expellere ab omnibus finibus nostris, aut eicere ultra superiorem Iudeam: seu eiecerunt omnes parentes nostros à Romania sive Syria. A modo iuro vobis per Machomet & per omnia deorum nomina quoniam ante vestram non ero redditurus praesentiam, donec regalem urbe Antiochiam, & omnem Suriam sive Romaniam atq; Bulgariam usq; in Apuliam adquisiero, mea forti dexterâ, ad deorum honorem & vestrum, & omnium qui sunt ex genere Turcorum. Sic fe-

xxii. cit sive in dictis. Mater verò ciuidem Curbaram, quæ erat in Aleph ciuitate, statim venit ad eum, dixitq; illi lacrymabiliter. Fili, sunt ne vera, que audio? cui ait ille. Qua? Et dixit illa: Audiri quia bellum vis committere cum Francorum gente. Ait ille: Hoc verum omnino scias. Dixit illa: Contestor te fili, per omnium Deorum nomina & per tuam magnam bonitatem, ne bellum cum Francis committas: quoniam tu es miles inuestitus: & nullam imprudentiam ex te, aut ex tuo exercitu unquam penitus audiui; & te è campo, ab aliquo vitor fugientem quisquam minimè inuenit. Diffamata est tua militia ubiq;, omnesq; prudentes milites, audito tuo nomine, contremiscunt. Satis scimus, fili, quoniam tu es bellis potens, & fortis, & bellorum ingeniosus; nullaq; gens Christianorum vel Paganorum ante tuum conspectum aliquam virtutem habere poruit: Sed fugiebant solummodo audito tuo nomine, sicut oves ante leonis furorem fugiunt. Ideoq; obsecro te, charissime fili, ut meis acquiescas consilio, & ne unquam in tuo hascit animo, aut in tuo inueniatur consilio, ut bellum velis incipere cum Christianorum gente. Tunc Curbaram, materna audiens monita, feroci respondit sermone: Quid est hoc, mater, quod mibi refers? pro quo quod insani, aut furiis es plena. Enim uero mecum habeo plures Ammiralios, quæ Christiani sini, sive maiores sive minores. Respondit ei mater sua: O dulcissime fili, Christiani nequeunt vobis cum be-

ALIORVM HIEROSOLYMITANORVM.

17

cum bellare: scio namq; quod non valent vobis pugnam inferre: sed D E V S eorum pro ipsis cotidie
 pugnat, eosq; diu noctuq; sua protectione defendit, & vigilat super eos, sicut pastor vigilat super
 gregem suum; & non permittit eos ladi nec perturbari ab illa gente: & quicunque volunt eis obser-
 stere, idem eorum D E V S conturbat illos, sicut ait ipse per os David Propheta: Dissipa gentes
 quæ bella volunt. Et alibi: Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt; &
 in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Antequam verò preparati sint ad inci-
 piendum bellum, eorum D E V S optimus & bellipotens, simulcum Sanctis suis, omnes inimicos
 iam habet deuictos: quanto magis modò faciet circa vos qui eius estis inimici, & qui præparatis
 vos eis observere tota virtute? Hoc autem, karissime, in rei veritate stas, quoniam isti Christia-
 ni, filii CHRISTI vocati sunt; & prophetarum ore, filii adoptionis & promissionis, & se-
 cundum Apostolum, hæc edes CHRISTI sunt, quibus CHRISTUS hereditates repromissas
 iam donauit. dicendo per Prophetas: A Solis ortu utque ad occasum erunt termini ventri,
 & nemo stabit contra vos. Et quis potest his dictis contradicere, vel obstar? Certè si hoc bel-
 lum contra illos inceperis, maximum tibi erit damnum ac dedecus & mulier tuos fideles milites per-
 des, & uniuersa spolia, qua apud te habes, amitteres, & nimis pauore fugiendo euerteris. Tu autem:
 hoc bello non morieris modò, sed tamen in hoc anno: quoniam ipse D E V S, non statim vindicat of-
 fendentem se exorta ira, sed quando vult puniri cum manifesta vindicta, ideoq; timeo ne te inducit
 paenitentia. Non morieris, inquam, modo, verum amen perditurus es in praesenti arum ha-
 bita. Curbaram deniq; valde dolens intimis visceribus, auditis maternis sermoni-
 bus, respondit. Mater karissima, quæ sorte, quis dixit tibi ista de gente Christiana, quod D E V S
 eorum tantum eos amerit, & quod ipse pugnandi virtutem in se retinet maximam, & quod illi Chri-
 stiani vincent nos in Antiocheno prelio, & quod ipsi capturi sunt nostra spolia, nosq; persecuti magnâ victoriâ, & quod in hoc anno moriturus sum morte subitanâ? Tunc respondit ei ma-
 ter, dolens: Fili karissime, ecce sunt plus quam centum annorum tempora, de quibus inuentum
 est in nostra pagina & in gentilium voluminibus, quoniam gens Christiana foret super nos ventura,
 & nos ubique victura, ac super Paganos regnatura, & nostra gens illis ubique erit subdita. Sed
 ignoro, verum modo, an in futuro sint hac ventura. Ego utique misera, sum te secuta ab Aleph
 urbe pulcherrima, in qua speculando atque ingeniosè rimando respecti in cælorum astra & sagaciter
 scrutata sum planetas, & duodecim signa, siue sortes innumeratas: in eis omnibus reperi, quoniam
 gens Christiana ubique nos est deuictura: ideoq; de te valde timeo, nimis mæsta, ne extermina-
 neam orbata. Dixit illi Curbaram: Mater karissima, dic mihi omnia quæ in corde meo sunt
 incredula. Quæ respondens, ait: Hoc, karissime, libenter faciam, si sciero ea quæ tibi sunt inco-
 gnita. Cui ille dixit: Non sunt igitur Boamundus & Tancredus Francorum dñi, & non eos li-
 berant de inimicis suis, & quod ipsi manducant in uno quoque prandio duo millia vaccas & qua-
 tuor millia porcos? Respondit mater: Fili karissime, Boamundus & Tancredus mortales sunt,
 sicut ali omnes: sed D E V S eorum valde diligit eos præ omnibus aliis, & virtutem præliandi dat
 eis præcereris. Nam D E V S illorum, Omnipotens est nomen eius, qui fecit cælum & terram,
 & fundauit maria & omnia quæ in eis sunt: cuius sedes in cælo est, parata in eternum, cu:us poté-
 stas ubique est metuenda. Ait filius: Si ita est causa, cum eis præliari non desinam. Itaque au-
 diens mater eius quod nullo modo ad quieteret consilis suis, noster illi pater recessit
 retrorsum in Aleph, deferens secum cuncta spolia quæ conducebat potuit. Testia xxii.
 verò die armavit se Curbaram & maxima pars Turcorum cum eo, veneruntq; ad ci-
 uitatem ex illa parte in qua erat castrum. Nos autem putantes resistere possemus illis,
 parauimus bellum contra eos. Sed tam magna fuit virtus illorum, quod nequiuimus
 illis resistere; sicq; coacti intrauimus ciuitatem: quibus fuit tam mirabiliter ar-
 ta & angusta porta, ut illinc fuerint multi mortui oppressione aliorum. Inter ea alii
 pugnabant extra urbem, alii intus, in quinta feria, per totum diem usque ad ve-
 speram. Inter hæc Wilhelmus de Grentamenig, & Albricus frater eius, & Wido Trurzel-
 lus, & Lambertus Pauper: isti omnes timore perterriti de hesterno bello, quod duraue-
 rat usq; ad vesperā, nocte latenter demissi sunt per murū, fugientes pedibus contra
 mare, ita ut neque in manibus neque in pedibus remaneret aliquid nisi solummo-
 do ossa. Multiq; alii fugerunt cum illis, quos nescio. Venientes igitur ad naues,
 quæ erant ad portum S. Symonis, dixerunt nautis: Quid hic, miseri, statis? Omnes nostri
 mortui sunt, & nos mortem vix eusimus, quia exercitus Turcorum undique obsident alios in ur-
 be. At illi audientes talia, stabant stupefacti; ac timore perterriti cucurrerunt ad
 naues & miserū se in mare. Deinde superuenientes Turci, quos inuenerūt, occide-
 runt, & naues quæ in alueo fluminis remanserant, combusserunt igni, & apprehen-
 derunt spolia eorum. Nos deniq; qui remansimus, nequiuimus sufferre pondus ar-
 morum illorum; fecimusq; murum inter nos & illos, quem custodiebamus diu no-

¶ tuq; Intereà tantà oppressione fuimus oppressi, vt equos & asinos nostros mandare
 caremus. Quodam verò die stantibus nostris Maioribus, sursum ante castellum,
 tristibus ac dolentibus, venit quidam Sacerdos ad eos, & dixit: Seniores, si vobis pla-
 cet, audite rem quandam, quam in visione vidi. Cum nocte una iacerem in Ecclesia S. Marie ma-
 tri Domini nostri IESV CHRISTI, apparuit mihi Saluator mundi cum sua genitrice, & B. Pe-
 tro Apostolorum Principe, stetitq; ante me & dixit mihi: Agnoscis me? Cui respondi: Non;
 His dictis, ecce apparuit integræ crux in capite eius. Iterum ergo interrogauit me Dominus, dicens:
 Agnoscis me? Cui dixi: Te alio modo non agnosco, nisi quia crucem in capite tui
 cerno, sicut Saluatoris nostri: qui dixit: Ego sum. Statim cecidi ad pedes eius, rogans hu-
 militer ut subueniret nobis in oppressione illa qua super nos erat. Respondit Dominus: Bene adiu-
 ui vos, & à modò adiuuabo. Ego permiti vos habere Nicæam ciuitatem, & omnia
 deuincere bella, & conduxi vos huc vsq;, & condolui vestre miseria, quam passi fui-
 stis in obsidione Antiochia. Ecce in auxilio oportuno misi vos sanos & incolumes
 in ciuitatem: & ecce, multam prauam dilectionem operantes cum Christianis,
 & prauis Paganis mulieribus; vnde immensus factus ascendit in cœlum. Tunc alia
 Virgo, & B. Petrus ceciderunt ad pedes eius, rogantes eum & deprecantes, ut suum in hac tribula-
 tione adiuuaret populum. Dicitq; B. Petrus: Domine, per tot tempora tentasti paganorum
 gens domum meam, in qua multa & ineffabilia mala fecerunt. Modò verò expulsis
 inimicis inde, Domine, lætantur Angeli in cœlis. Dicitq; mihi Dominus: Vade ergo,
 & dic populo meo, ut reuertatur ad me, & ego reuertar ad illum; & infra quinq; dies
 mittam ei magnū adiutorium, & cotidie decanter responsoriū: Congregati sunt, ro-
 tum cum veritu. Seniores, si hoc non creditis esse verum, finite modò me in hanc scandere turrim,
 mittamq; me deorsum: si verò fuero in columnis, credatis hoc esse verum; Sin autem ullam lesionem
 fuero passus, decollate me, aut in igne proiciete me. Tunc Podientis Episcopus, iussit ut adfe-
 rentur Euangelia & crux, quatinus iurata et ille hoc esse verū. Confiliati sunt omnes
 Maiores nostri in illa hora, ut iurarent sacramentum, quod illorum nullus fugeret, neque
 promorte, neque pro vita, quandiu viui essent. Primus dicitur iurasse Boamundus, Deinde
 Comes S. Andree, & Robertus Normannus, ac Dux Godefridus, & Comes Flandrensis. Tan-
 credus vero iurauit ac promisit tali modo, quia quandiu secum quadraginta milites habe-
 ret, non solum ex illo bello, sed etiam ab Hierosolymano itinere non esset recessurus. Namis autem 30
 XXV. exultauit Christiana cōgregatio, hoc audiens sacramentum. Erat autem quidā
 peregrinus de nostro exercitu, cui nomen Petrus, cui ante quā ciuitatem intraremus
 apparuit S. Andreas Apostolus, dicens: Quid agis bone vir? Cui ille respondit: Tu quis es?
 Dixit ei Apostolus: Ego sum Andreas Apostolus. Agnoscas filii, quia dum villam intraueris,
 vadens ad Ecclesiam B. Petri, ibi inuenies lanceam Salvatoris nostri IESV CHRISTI, ex qua in
 crucis pendens patibulo vulneratus est. hæc omnia dicens Apostolus continuò recessit.
 Ipse autem tuncens reuelare consilium Apostoli, noluit indicare nostris peregrinis.
 Estimabat autem se visum videre, Et dixit ad eum: Domine, quis hoc crediderit? In illa
 verò hora accepit eum S. Andreas, & portauit eum vsq; ad locum ubi lancea erat te-
 condita in terra. Iterum cū essemus ita ut superius diximus, venit S. Andreas rursus 40
 dicens ei: Quare non abstulisti lanceam de terra, ut egotibi præcepi? Scias reuerā, quia quicunq;
 lanceam hanc portauerit in bello, nunquam ab hoste superabitur. Petrus vero continuò reue-
 lauit mystériū Apostoli, hominibus nostris. Populus autem nō credebat, sed prohibe-
 bat, dicens: Quomodo possumus hoc credere? Omnino enim erāt pauentes & protinus
 mori putabant. Accedit itaq; ille & iurauit hoc totū veracissimum esse; quoniā ei S.
 Andreas his in visione apparuerat, eiq; dixerat: Surge, vade, & dic populo DEI, ne timeat,
 sed firmiter toto corde credat in unum verum DĒVM, erunt j. ubiq; victuri; & infra quinque
 dies mandabit eis Dominus talē rem, unde lati & gauiſ manebunt: & si certare voluerint, mox
 ut exierint unanimiter ad bellum, omnes inimici eorum vincētur, & nemo stabit contra illos. Au-
 dientes itaq; quod inimici eorū ab eis omnino essent vincendi, protinus cōperunt 50
 se se vinificare, & confortabant se ad inuicem dicentes: Expercimini. & esto ubique
 fortes & prudentes, quoniam in proximo erit nobis DĒVS in adiutorium, & erit maximum re-
 fugium populo suo, quem respicit in mœrorem manētem. Turci deniq; qui erant seorsum in
 caitello, vndiq; tam mirabiliter coangustabant nos, ut quadam die incluserint tres
 milites ex nostris in turrim, quæ erat ante eorū castellum. Exierant namq; gentiles
 & irruerant super illos tam acriter, vt nequirent sufferre pondus eorum. Duo ex mi-
 litibus exierunt de turri vulnerati; & tertius per totam diem viriliter defendebat se
 de Turcorū inuasione, tam prudēter, vt in ipsa die duos Turcos strauerit super adi-
 tutum muri cæsis hastis. Nam tres hastæ detruncatae sunt in illa die in manibus suis. Illi
 verò

ALIORVM HIEROSOLYMITANORVM.

Verò acceperunt capitalem sententiam. Erat nomen illi *Hugo Cli Forcenez*, dicit exercitu *Gasfredi de Monte Scaiso*. Videns autem vir venerabilis *Boamundus*, qui nullatenus posset conducere gentes sursum in castellum ad bellum: nam qui erant inclusi indomibus, timebant alii fame, alii timore Turcorum: iratus est valde, iussitque confessim mitti ignem per urbem, in illa parte in qua erat *Cassiani palatium*. Quod viventes illi qui erant in ciuitate, dereliquerunt domos, & omnia quæ habebant, fugiebantq; alii in castellum, alii ad portam *Comitis S. Egidii*, alii ad portam *Ducis Godefredi*, vnuquisque ad suam gentem. Tunc nimia tempestas venti subito surrexit, ita ut nemo posset se regere rectum. *Boamundus* itaque vir sapiens contristatus est valde, timens pro aliisque Ecclesiis. Hæc ira durauit ab hora tertia usque in median noctem, fueruntque crematæ ferè duo millia Ecclesiarum & domorum. Veniente autem mediâ nocte, statim omnis feritas ignis cecidit. Itaque *Turci* habitantes in castello, intra urbem bellabant nobiscum diu nocturnæ, & nihil aliud disseparabat nos nisi arma. Videbates hoc nostri, quod non possent diu hæc pati, quoniam qui habebat panem non licebat ei manducare, & qui habebat, non licebat bibere, fecerunt murum inter nos & ipsos petrâ & calce; & ædificauerunt castellum, & machinas, ut securi essent. Pars autem Turcorum remansit in castello agendo nobiscum bellū, alia verò pars hospitata erat propè castellum in una valle. Nocte quippe superueniente, ignis de cœlo apparuit ab Occidente veniens, & appropinquans cecidit intra Turcorum exercitus: unde mirati sunt & nostri & Turci. Mane autem facto, tremefacti *Turci* fugerunt omnes pariter, pro ignis timore, ante domini Boamundi portam: illicq; hospitati sunt. Pars verò quæ erat in castello, agebat bellū, cum nostris die nocte q; sagittando, vulnerando, occidendo. Alia autem pars vndiq; obsedit ciuitatem, ita ut nullus nostrorū ciuitatem audiret exire aut intrare, nisi nocte & occulte. Ita verò eramus obsecuti & oppressi ab illis paganis inimicis Dei & sanctæ Trinitatis, quorū numerus fuit innumerabilis; Isteq; prophani & inimici Dei itatenebāt nos inclusos in urbe Antiochiae, ut multi mortui facti in fame: quoniam parvus panis vendebatur uno *bizantino*: de vino non loquar. Equinas namq; carnes aut asininas manducabant & vendebant: Vendebant q; ioq; gallinam quindecim solidis; ouum duobus solidis; unam nucem, uno denario: omnia enim valde erant cara: Folia fici, vitis, & cardui, omniumq; arborum coquebant & manducabant: tantam famem immensam habebāt. Alii coria caballorum & camelorum & asinorum atq; boum seu bufalorum siccâ decoquebant, & manducabant. Ista & multas anxietates ac angustias, quas nominare nequeo, passi sumus pro Christi nomine & S. Sepulcri via deliberaða. Tales quoq; tribulationes & famæ ac timores passi sumus per viginti sex dies. Imprudēs itaq; Stephanus Car. *XXVII.*
notensis Comes, quem omnes nostri Maiores elegerant ut esset duxtor nostrorum, maxima se finxit deprimi infirmitate, priusquam *Antiochia* esset capta: turpiterq; recessit in aliud castrum, quod vocatur *Alexandreta*. Nos itaq; cotidie præstolabamur eū, quatinus subueniret nobis in adiutorio qui eramus inclusi in urbe, salutifero carentes auxilio. At ille postquam audiuit gentem Turcorum circumcidentem & obseruentem nos, latenter ascendit super proximā montaneam, quæ stabat propè Antiochiam, viditq; innumerabilia rétoria, vehementi q; captus timore recessit, fugiitq; festinanter cum suo exercitu. Veniens autem in suum castrū, exspoliauit illud, & celeri cursu retrouertitur. Postquam verò venit ob viam Imperatori ad *Philomenam*, seorsum vocavit eum secretò dicens: *Scias revera quoniam capta est Antiochia, & castrum minime captum est, nostriq; omnes graui obsecione obsecuti sunt, & ut puto à Turcis modo imperfecti sunt. Reuertere ergo retrò quam citius potes, ne & ipsi inueniant te, & hanc gentem quam tecum ducis. Tunc Imperator timore perterritus clam vocavit Widonem trahere Boamundi, & quosdam alios, & ait illis: Seniores, quid faciemus? Ecce omnes nostri districta obsecione impeditis sunt, & forsitan in hac hora à Turcorum manibus omnes mortui sunt; aut in captiuitatem ducti, sicut iste infelix Comes, surpiter fugiens, narrat. Si vultis reuertamur retrò, celeri cursu, ne & nos moriamur repentina morte, quemadmodū & illi mortui sunt. Cum Widus miles honestissimus talia audiret fallacia, cum omnibus statim cœpit plorare, atq; vehementissimo ululatu plangere, unâq; vocè omnes dicebant: O D E V S verus, trinus & unus, quam ob rem hac fieri permisisti? Cur populum sequentem te in manibus inimicorum incidere permisisti? & viam tui itineris tuq; sepulcri liberare volentes tam citò demisisti? Ceterè, si verū est hoc verbū quod ab istis nequisimis audiuimus, nos & alii Christiani derelinquemus te; nec te amplius rememorabitur, & unus ex nobis non audebit ulterius inuocare nomen tuum. Et fuit hic sermo*

mœstissimus in tota militia, ita ut nullus illorum siue Episcopus siue Abbas, seu Clericus, seu laicus, auderet inuocare CHRISTI nomen, per plures dies. Nemo namq; poterat consolari Widonem plorantem, & ferientem se manibus, suosq; frangentem digitos, & dicentem: *Heu mihi, domine mi Boamunde; bonor & decus totius mundi, quæ omnis mundus timebat & amabat: heu mihi tristis, non merui dolens tuam videre honestissimam speciem, qui nullam rem magis videre desiderabam. Quis mihi dedit ut ego moriar pro te, dulcissime amice & domine? Cur ego ex utero matris meæ exiens, non statim mortuus fui? Cur ad hanc lugubrem diem perueni? Cur non demersus fui in mare? Cur non ex equo cecidi fracto collo, ut receperisset repenitum interitum? Vt in am tecum recipisset felix martirium, ut cernerem te gloriofissimum recipuisse finem.* Cumq; omnes cucurritent ad eum, quatinus consolarentur eū, 10 ut iam sine in daret planctui, in se reuersus, ait: *For sitan creditis huic Semicano imprudenti militi? Vnquam vere non audiui loqui de militia aliqua, quam idem fecisset. Sed turpiter & in honeste recedit, sicut nequissimus & infelix: & quicquid miser nuntiat sciat falsum esse.* Inte. ea iussit Imperator Iulius hominibus, dicens: *Ite & conducite omnes homines istius terra in Bulgaria, & explorate, & deuastate universa loca, ut cum venerint Turci nihil possint hic reperiire.*

Voluissent, noluissent nostri, reuersi sunt retrorsum, dolentes autem arissimè usque ad mortem: fueruntque mortui multi ex peregrinis languentes, nec valentes fortiter militiam sequi, remanebantq; morientes in via; Omnes vero alii, reuersi sunt CON-

XXVIII. *stantinopolim.* Nos igitur auditis sermonibus illius, qui nobis CHRISTI reuelationem retulit per verba Apostoli, statim festinantes peruenimus ad locum in S. Petri Ecclesia, quem ille demonstrauerat. Et foderunt ibi tredecim homines à mane usq; ad vesperam: sicq; homo ille inuenit lanceam, sicut indicauerat: Et acceperunt illam cum magno gaudio & timore; fuitq; orta immensa latitia in tota viba. Ab illa hora accepimus inter nos consilium belli. Porro statuerunt omnes Maiores nostri consilium, quatinus nunciuni mitterent ad inimicos CHRISTI Turcos, qui per aliquem interpretem interrogaret eos securo eloquio, dicens: *quamobrem superbissimè in Christianorum introiissent terram, & cur castra metatisint, & quare CHRISTI seruos occidant, & conquassent.* Cumq; iam finis esset dictis, inuenierunt quodam vitos, Petrum scilicet heremitam & Herluinum, illisq; dixerunt hæc omnia: *Ite ad execratum Turcorū exercitum, & diligenter narrate eis hac omnia, interrogantes eos: cur audacter & superbissimè in- troierint terram Christianorum & nostram.* His dictis, recesserunt nuntii, & veneruntq; ad prophanicum collegium, dicentes omnia missa verba Curbaram, & aliis, ita: *Satis multumq; mirantur nostri Maiores, & Seniores, quamobrem temerè ac superbissimè in Christianorum introiis terram, & illorum. Putamus forsitan & credimus, quia hoc ideo venisti, quoniam per omnis vultus effici Christiani: aut propterea igitur huc venisti? ut per omnia Christianos afficiatis. Rogant vos igitur omnes pariter nostri Maiores, ut velociter recedatis à terra DEI, & Christianorum, quam B. Petrus Apostolus iam dudum predicando ad CHRISTI culturam convertit.* At illi permittunt adhuc vobis cum deduci omnia vestra: scilicet equos, & mulos, asinos & camellos, oves & boues, & omnia alia ornamenta permittunt vobis, quocunque volueritis, feri. Tunc Curbaram princeps militiæ Soldani Persidis, cum omnibus aliis, plenius perbia, feroci respondere sermone: *DEVM vestrum & vestram Christianitatem nec optamus, nec volumus, vosq; cum illis omnino respuiimus.* Huc usque iam venimus, eo quod valde miramur quamobrem Seniores ac Maiores, quos memoratis, cur terram quam abstulimus effeminitis gentibus, illi vocant esse suam. *Vultis namq; scire, quid vobis dicimus? Reuertimini ergo quantocius, & dicite vestris Senioribus, quia si per omnia cupiunt effici Turci & DEVM vestrum, quæ vos inclini colitis abnegare volunt, & leges vestras spernere, nos illis hanc, & satis plus dabimus de terra, & ciuitates & castella: adhuc autem quod nemo vestrorum remanebit pedes, sed erunt omnes milites, sicut & nos sumus: & habebimus semper eos in summa amicitia.* Sin autem, sciant se per omnia capitatem subire sententiam, aut deducti in vinculis Corrozanam in captiuitate perpetua seruient nobis, nostrisq; infantibus per semper tempora. Nuntii vero nostri velociter reuersi sunt retrorsum, referentes omnia quæ respondisset eis gens crudelissima. Fertui Herluinus utramque scisse linguam, fuitque interpres Petro Heremita. Inter ea exercitus noster in utraque tremefactus parte, ignorabat quid faceret. Ex una enim parte coanguftabat eos crucialis famis, in alia constringebat timor Turcorum. Tandem triduanis expletis ieuniis, & processionibus celebratis ab una Ecclesia in aliam, de peccatis suis confessi sunt & absoluti; fideliterque corpori & sanguini CHRISTI communicauerunt; datisq; eleemosynis fecerunt celebrari Missas. Deinde stabilitæ sunt sex acies ex eis, intra ciuitatem. In prima vero acie, in primo videlicet capite, fuit Hugo Magnus cum Francigenis & Flandrensi Comite:

Comite: in secunda, *Dux Godefridus* cū suo exercitu: In tertia verò fuit *Robertus Normannus*, cum suis militibus: In quarta fuit *Podiensis Episcopus*, portans secum lanceam Saluatoris, cum sua gente, & cum exercitu *Raimundi Comitis S. Ägidii*, qui remansit sursum custodire castellum, pro timore Turcorum, ne descendenter in ciuitatē: In quinta acie fuit *Tancredus Marchisi filius*, cum sua gente: In sexta etenim fuit vir sapiens *Boamundus* cū sua militia. Episcopi nostri & Presbyteri & Clerici ac Monachi sacris vestibus induiti nobiscum exierunt cum crucibus, orantes & deprēcantes Dominum, ut nos saluos faceret, & custodiret, & ab omnibus malis eriperet. Alii stabant super murum portę, tenentes sacras cruces in manibus suis, signando & benedicendo nos. Ita nos ordinati & signo crucis protecti, exiuiimus per portam, quæ est ante Machomariam. Postquam *Curbaram* vidit Francorum acies, tam pulcrè ordinatas, exire vnam post aliam, dixit: *Sinite eos exire, ut melius eos habeamus in potestate nostra.* Postquam verò fuerunt foris de vrbe, vidiq; *Curbaram* ingentem Francorum gentē, valdè timuit. Mox mandauit s̄.io Ammiralio, qui omnia habebat in custodia, ut si ille videret ignem accensum in capite hostis, protinus præconari faceret, omnē exercitum redire, sciens Turcos amississe bellum. Continuò *Curbaram* cœpit paulatim redire retrò contra montaneam: nostriq; paulatim persequabantur illos. Denique diuisi sunt *Turci*: una pars iuit contra mare, & alii steterunt illic, putatē nostros includere inter se. Videntes hoc nostri, fecerunt similiter. Illic fuit ordinata acies 20 septena, ex acie Ducis Godefridi & Comitis Normāniæ, & caput illius fuit Comes *Reinaldus*. Hanc miserunt obuiam Turcis, qui veniebant à mari. *Turci* autem præliaeti sunt cum illis, & sagittando multos occiderunt ex nostris. Aliæ autem turmæ ordinatae sunt à flumine vsq; ad montaneam, q;od distat per duo miliaria. Cœperant verò turmæ ex vtraq; parte exire, nostrosq; vndiq; circumcingere, iaculando, sagittando, vulnerando. Exibant quoq; de montaneis innumerabiles exercitus, habentes equos albos, quorum vexilla omnia erant alba. Videntes itaq; nostri hunc exercitum, ignorabant penitus quid hoc esset & qui essent, donec cognoverunt esse adiutorium *CHRISTI*. Cuius ductores fuerunt *sanci Georgius, Mercurius & Demetrius*. Hæc verba credenda sunt, quia plures ex nostris viderunt. *Turci* autem qui stabant 30 in parte maris, videntes quod non possent sufferre amplius, miserunt ignem in herbam, ut videntes illi, qui erant in tentoriis, fugerent. At illi cognoscentes illud signū, arripuerunt omnia honorabilia spolia, & fugerunt. Nostri verò paulatim militabāt vbi maxima virtus eorum erat, scilicet ad tentoria illorum. Dux *Godefridus & Flandrensis Comes & Hugo Magnus*, equitabant iuxta aquam, vbi virtus illorum erat. Isti primitus signo crucis muniti, vnanimiter inuaserunt illos. Videntes hoc alię acies, simili modo inuaserunt illos: exclamauerunt autem *Persa & Turci*. Nos itaq; inuocantes *Deum viuum & verum, equitauimus contra illos, & in nomine Iesu Christi & S. Sepulcri incepimus bellum, & Deo iuuante deuicimus eos.* Turci verò tremefacti arripuerunt fugam, nostriq; illos persequabantur iuxta tentoria. Itaq; milites *CHRISTI* magis amabant persequi illos, quam vlla spolia querere. Et persecuti sunt eos vsq; ad pontem *Farreum*, ic deinde vsq; ad castellum *Tancredi*. Illi verò dimiserunt ibi papilioes suos, & aurum & argentum, multaq; ornamenta, ous quoque & boues, equos & mulos, camelos & asinos, frumentum & vinum, farinam, & alia multa quæ nobis erant necessaria. *Hermenii & Suranni* qui habitabant in illis partibus, audientes nos superasse Turcos, cucurrerunt ad montaneam obuiantes illis, & quantos comprehendērunt ex illis, interfecerunt. Nos autē reuertentes ad ciuitatē cum magno gaudio, laudauimus & benediximus *Deum*, qui victoriam dedit populo suo. *Ammiralius* itaq; qui castellū custodiebat, videns *Curbaram* & omnes alios fugiētes è campo ante Francorū exercitum, magis timuit: Statim verò cum magna festinatione petebat Francorum vexilla. Comes igitur *S. Ägidii*, qui illic stabat ante castellum, iussit ei portari suum vexillum. Ille autem accepit illud, & diligenter misit in turrim. Statim dixerunt Longobardi, qui illic stabant: *hoc vexillum non est Boamundi*. Interrogauit ille & dixit: *cuius est*: qui dixerunt: *S. Ägidii Comitis*; accessit ille & apprehenso vexillo reddidit Comiti. Ipsa verò horā venit vir honorabilis *Boamundus*, deditq; illi suum vexillum; Ille autem illud accepit, cum magno gudio: & iniit pactum cum domino *Boamundo*, ut pagani qui vellent Christianitatē recipere essent cum eo, & qui vellent abire, sanos & absq; villa lassione abire permitteret. Consensit ei quicquid *Ammiralius* postulauit, & continuò misit suos seruiētes in castellum. Non post multos dies baptizatus est *Ammiralius* cum illis qui *CHRISTUM*

STVM recognoscere maluerunt. Illos verò qui suas voluerunt tenere leges, fecit dominus *Boamundus* conduci in Saracenorum terram. Hoc bellum factum est in quarto Kalend. Iul. in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in sempiterna secula. Amen. Et cùm essent omnes inimici nostri (Deo trino & uno summoque dignas referimus) grates, per omnia deuicti, huc illucque fugientes, alii semiuii, alii vulnerati, in vallibus & in nemoribus, & in aruis & in viis deficiebant mortui. Populus verò Christi, victores scilicet peregrini, reuersi sunt gaudentes felici triumpho, deuictis hostibus, in ciuitatem. Statim omnes nostri Seniores videlicet Dux *Godefridus*, Comes S. Ägidii, *Raimundus*, *Boamundus* & *Comes Normannie*, *Comesq. Flandrensis*, & ro alii omnes miserunt nobilissimum militem *Hugonem* Magnum Imperatori *Constantinopolim*; vt ad recipiendam ciuitatem veniret, & conventiones quas erga illos habebat, expleret: luit, nec postea rediit. Postquam verò haec omnia facta sunt, cōgregati omnes nostri Maiores ordinauerunt concilium, quemadmodum hunc feliciter valerent conducere & regere populum, donec peragerent iter S. Sepulcri, pro quo huc usque multa erant passi pericula. Inuentum in concilio, quia nondum auderent intrare in paganorum terram, eò quod valde, in æstiuo tempore, est arida & inaquosa: ideoque acceperunt terminum attendendum ad Kalend. Nouemb. Denique diuisi sunt Seniores, & vniusquisq; profectus est in terram suam, donec esset propè terminus eundi. Feceruntq; Principes præconari per urbem vniuersam, 20 vt si forte aliquis egens illic adesset, & auro argentoque careret, conventione facta cum illis remanere si vellet, ab eis cum gaudio retentus esset. Erat autem ibi quidā miles de exercitu Comitis S. Ägidii, cui nomen *Raimundus Piletus*, hic plurimos retinuit homines, milites ac pedites: egressus est ille cum collecto exercitu, & virili- ter introiit in Saracenorum terram, & profectus est ultra duas ciuitates, & peruenit ad quoddam castrum, cui nomen *Talamanica*. Habitatores castri, scilicet *Suriani*, confessim sua sponte se tradiderunt ei. Cùmq; omnes essent ibi ferè per octo dies, nuntii venerunt ad eum dicentes; quoniam hic propè nos est castrum Saracenorum mul-titudine plenum. Ad hoc castrum illic ierunt Christi milites peregrini & vndique inuaserunt illud: quod continuò ab illis captum est, Christi adiutorio. Apprehē- 30 derunt igitur omnes illius loci colonos: & qui Christianitatem recipere noluerunt, occiderunt; qui verò Christum recognoscere maluerunt, viuos conseruarunt. Reuersi sunt itaque hoc peracto nostri Franci, cum magno gaudio ad prius castrū; tertia verò die exierunt & venerunt ad quandam urbem, cui nomen *Mura*, quæ illic erat propè illos. Erant autem ibi multi *Turci* congregati, & Saraceni ab *Aleph* ciuitate, & ab omnibus urbibus, & castris quæ circa illam sunt. Exierunt ergo batbari contra illis ad bellum, nostrarq; æstimantes luctari cum illis præliando, coegerunt eos in fugam: & tamen reuersi, per totum diem inuadebant nostros ad inuicem, & usque ad vesperam perdurauit illa inuasio: æstus namque erat immensus. Nequibat 40 iam nostri sufferre tantam sītim, quoniam nullatenus ad bibendum inuenire ibi aquam poterant; voluerunt tamen ad illorum castrum securè redire. Pro illorum enim peccatis Suriani & minuta gens nimio pauore correpti, mox cœperunt viam carpere retrosum. Ut autem Turci viderunt illos retrocedentes, statim cœperunt illos persequi, & victoria illis ministrabat vires: multi namq; ex ipsis reddiderunt animas Deo, cuius amore illic congregati fuerant. Haec occisio facta est quinto die, in mense Julio. Reuersi sunt autem Franci illi qui remanserant, in suum castrum: & fuit ibi *Raimundus*, cum sua gente per plures dies. Alii verò qui in *Antiochia* remanserant, steterunt in ea cum gaudio & latitia magna; quorum rector & pastor extitit *Podiensis Episcopus*, qui, nutu Dei, graui ægritudine captus est: & vt Dei volūtas fuit, 50 migravit ab hoc seculo, & in pace requiescens obdormiuit in Domino, in solennitate scilicet S. Petri, quæ dicitur *ad Vincula*: unde magna angustia & tribulatio, immensusq; dolor fuit in tota Christi militia: quia ille erat sustentamentum pauperum, consilium diuitium, ipseque ordinabat clericos, prædicabat & summonebat milites, dicens: quia nemo ex vobis saluari potest nisi honorificet pauperes, & reficiat: vosq; non potestis saluari sine illis, ipsiq; viuere nequeunt sine vobis. Oportet igitur vt ipsi, quotidiana supplicatione, pro uestris orent delictis Deum, quem in multis cotidie offenditis: unde vos re-
xxxii. go ut pro Dei amore eos diligatis, & in quantum potestis eos sustentetis. Non post mul-tum verò temporis venit vir venerabilis, *Raimundus* Comes de S. Ägidio, & intrauit in Saracenorum terram, & peruenit in quandam urbem quæ vocatur *Alba-*
ra, quam

quam in uasitvna cum suo exercitu, eamq; continuò cœpit; & occidit omnes Saracenos & Saracenas, maiores & minores, quos ibi reperit. Quam postquam suo continuit imperio, ad CHRISTI reuocauit fidem, quæsivitq; consilium à suis sapietissimis viris, ut Episcopum in hac vrbe deuotissime præordinari faceret, qui illam ad CHRISTI cultum fideliter reuocaret, & de domo diabolica templum DEO viuo & vero, & oracula Sanctorum consecraret. Nouissimè elegerunt quandam honorabilem ac sapientissimum virum, & duxere illum in Antiochiam ad cōsecrandum; factumq; est ita. Alii autem qui in Antiochia remanserant, fuerūt ibidecum gaudio & lætitia. Appropinquante verò termino, videlicet festo omnium Sanctorum, regressi sunt omnes Maiores nostri in vnum, in Antiochiam, omnesq; simul cœperunt querere qualiter S. Sepulcri iter valerent peragere, dicentes: quoniā approxinuauerat eundi terminus, nulla erat hora conturbandum amplius. Boamundus autem querebat cotidie conuentionem, quam omnes Seniores olim habuerant ei in reddendam ciuitatem: sed Comes S. Egidii ad nullam conuentionem volebat se emollire erga Boamundum, eò quod timebat se peierare erga Imperatorem; tamen sēpē fuerunt congregati in Ecclesia S. Petri ad faciendum quod iustum erat. Boamundus recitauit suā conuentionem, suumq; ostendit compotum. Comes S. Egidii similiter sua patefecit verba, & iuslurandum quod fecerat Imperatori, per contulitum Boamundi. Episcopi & Dux Godefridus, Flandrensisq; Comes, & Comes de Normannia, aliiq; Seniores diuisi sunt ab aliis, & intrauerunt ubi est Cathedra S. Petri, vt ibi iudicium inter vtrumq; discernerent. Postea verò timentes ne S. Sepulcri via perturbaretur, noluerunt aperte dicere iudicium. Ait deniq; Comes S. Egidii priusquam via S. Sepulcri remaneat, si Boamundus nobiscum venire voluerit, quicquid nostri Pares, videlicet Dux Godefridus, & Flandrensis Comes, & Robertus Normannus, aliiq; Seniores laudauerint, ego fideliter consentiam, saluā fidelitate Imperatoris. Hoc totum laudauit Boamundus, & promiserunt ambo in manibus Episcoporum, quod nullo modo per se via S. Sepulcri deturbaretur. Tunc accepit Boamundus consilium cum suis hominibus, quo modo muniret castrum de alta montanea hominibus & victu. Similiter Comes S. Egidii accepit consilium cum suis quomodo muniret palatium Caffani Ammiralia & turrim, quæ est super portam pontis: muniret, inquā, hominibus & victu, qui non deficeret longo tempore. Hæc Vrbis Antiochia scilicet, valde est pulcra & honorabilis: quia infra muros eius sunt quatuor montanæ maximæ & nimis altæ: In altiori quoq; est castellum adificatum, mirabile & nimis forte. De deorsum est ciuitas honorabilis & cōueniens, omnibusq; ornata honoribus: quoniam multæ Ecclesiæ sunt in ea adificatae: tercenta & sexaginta monasteria in se continet. Sub suo iugo continet Patriarcha centum quinquaginta tres Episcopos. Clauditur ciuitas duobus muris: maior quoq; valde est altus, & mirabilitate latus, magnisq; lapidibus compositus, in quo sunt ordinatae quater centum & quinquaginta turres: modisq; omnibus est ciuitas formosa: ab Oriente, clauditur quatuor magnis montaneis, ab Occidente, secus muros vrbis fluit quoddam flumen cui nomen Farfar: & ita noluerunt, stulte neq; inane dimittere regalem ciuitatem Antiochiā, quæ tantæ auctoritatis fuit, quod eam prius septuaginta quinq; reges constituerunt, quorū fuit caput Antiochus Rex, a quo dicitur Antiochia. Istantem ciuitatem tenuerunt Franci obfessam per octo menses, & vnum diem: Postea fuerunt intus inclusi tres hebdomadas à Turcis, & ab aliis paganis, quorū numero nunquam fuit maior congregatio hominū, vel Christianorum vel paganorum. Tamen, adiutorio DEI & S. Sepulcri, devictis illis à Christianis, requieuiimus cum gaudio & lætitia magna in Antiochia, per quinq; menses & octo dies. Quibus expletis, mense Nouembrio, discessit Raimundus Comes S. Egidii cum suo exercitu ab Antiochia, venitq; per vnam ciuitatem, quæ vocatur Rugia, & per aliam quæ dicitur Albaria: Quarto verò die exente Nouembrio peruenit ad Marram ciuitatem, in qua maxima multitudo Saracenorū & Turcorum & Arabum, aliorumq; paganorū erat congregata; ipseq; Comes in castinum inuaserunt eam. Non post multum verò temporis Boamundus, cum suo exercitu, secutus est Comites, & applicitus est cum eis in die Dominica. Secundâ verò feria nimis fortiter inuaserunt vndiq; ciuitatem, & tam acriter, tamq; fortiter, ut scalæ starent erectæ ad murum: Sed tam maxima virtus paganorum erat, quod illâ die nihil eos offendere aut nocere potuerunt. Videntes autem Seniores quia nihil agere poterant & frustra laborabant, fecit Raimundus Comes de Landro Egidio fieri quoddam lignum castrum forte & altum: Quod castrum ingeniatum & adificatum erat super quatuor rotas, super quod stabant plures mi-

Situs Vrbis
Antiochia

Raimundus

lites, & *Euardus* venator, tubam fortiter sonans; Subter verò armati milites erant, qui deduxerunt castrum usque propè urbis murum, iuxta turrim quandam. Quod videns gens pagana statim fecerunt instrumentum, quo iactabant maximos lapides super castrum, ita ut penè nostros milites occiderent. Iaciebant quoque *Græcos ignes* super castrum, putantes illud ardere & deuastari. Sed Deus Omnipotens noluit, ut castrum arderet hac vice: supereminebat verò omnes muros ciuitatis. Milites igitur nostri qui erant in superiori *solario*, videlicet *Wilhelmus de Monte Pislerio*, & alii multi iactabant immensos lapides super illos, qui stabant in muro urbis; & ita percutiebant eos super clipeos, ut clipeus & inimicus caderent deorsum in ciuitatem, in mortem. Ita faciebant isti, alii verò tenebant in hastis honorabili signa, & cum lanceis & hamis ferreis putabant eos trahere ad se: & sic præliati sunt usq; ad vesperam. Retro castrum, stabant presbyteri, clerici, sacris vestibus induiti, orantes & obsecrantes Deum, ut suum defenderet populum, & Christianitatem exaltaret, ac paganisnum deponeret. In alia verò parte, certabant nostri milites cotidie cum illis, erigentes scalas ad murum urbis: sed virtus paganorum erat tanta, ut nihil proficere nostri possent. Tamen *Gulferius de Daturre* primus ascendit per scalam in murum, sed statim fuit fracta scala pro multitudine aliorum: tamen ascendit ipse, cum aliquantis, supra murum: alii quoque inuenierunt aliam scalam, exeruntq; eam festinanter ad murum, & ascenderūt per eam multi milites & pedites: statimq; ascenderunt super murum. *Saraceni* igitur tam robuste inuaserunt illos per murum & per terram sagittando, & spiculando cominus cum suis lanceis, ut multi ex nostris timore perterriti demitterent se per murum. Tamdiu verò illi prudentissimi viri, qui remanserant in muro, sufferebant illorum persecutionem; quamdiu alii, qui subter castrum erant, foderunt murum urbis. Videntes verò Saraceni quod nostri fodissent murum, statim, timore perterriti, inierunt fugam in ciuitatem. Hoc totum factum est in die Sabbati, ad horam vesperi, Occidente sole, vndeclimā die, intrante Decembri. *Boamundus* igitur fecit per interpretem loqui Saracenis Maioribus, ut ipsi cum suis mulieribus & infantibus, aliisq; substantiis mitterent se in unum palatium, quod est supra portam, ipseque defenderet eos de mortali sententia. Intrauerunt verò omnes nostri in ciuitatem; & quicquid boni inuenierunt in domibus & fœcenis, hoc unusquisq; ad suum continebat proprium. Facto autem die, ubi cunque reperiebant quenquam illorum, siue masculum siue fœminam, occidebant. Nullus angulus ciuitatis deerat vacuus Saracenorum cadaveribus: vixq; poterat aliquis per vias ire ciuitatis, nisi calcando super Saracenum cadavera. *Boamundus* deniq; illos quos iusserrat in palatium intrare apprehēdit, illisq; abstulit omnia quæ habebant: videlicet aurum, argentum, aliaq; ornamenta; alios verò fecit occidi; alios autem iussit conduci ad vendendum Antiochiae. Mora autem Francorum fuit in illa vrbe per vnum mensem & quatuor dies, in qua fuit mortuus *Oriensis* Episcopus. Fuerunt ibi ex nostris qui illic non inuenierunt, sicuti opus eis erat, tantum ex longa mora, quantum ex districione famis: quia foris ne quieverant aliquid inuenire ad capiendum: sed scindebant corpora mortuorum, eo quod in ventribus eorum inueniebant *bisanos* reconditos: alii verò cedebant carnes eorum per frusta, & coquebant ad manducandum. *Boamundus* autem non potuit apud Comitem S. *Egidii* concordari super id quod petebat: iratusque reuersus est *Antiochiam*. Comes igitur *Raimundus*, non diu moratus, mandauit per suos legatos Antiochiae, Duci Godefrido & Flandrensi Comiti, ac Roberto Normanno, & Boamundo, ut ipsi venirent ad *Rugiam* ciuitatem, loqui cum eo. Veneruntq; illuc omnes Seniores, feceruntq; concilium quomodo honeste possent tenere viam S. *Sepulcri*, pro qua moti sunt, & huc usq; peruenient. Ne quieverunt concordare Boamundum cum Raimundo, nisi Raimundus Comes Antiochiam redderet ei. Noluit *Boamundus* autem non comes ad hoc assentire, pro fiducia quā fecerat Imperatori. Comites deniq; & Dux reuersi sunt in Antiochiam vna cum Boamundo. Comes verò *Raimundus* reuersus est ad *Marram*, ubi peregrini erant: mandauit quoq; suis militibus honestare palatiū & castellū quod erat supra portam ciuitatis. Videns autem *Raimundus* quod nullus Seniorum voluisse, causa eius, ire in viā S. *Sepulcri*, exiuit nudis pedibus de *Marram* decimatertia die intrante Ianuario, & peruenit usq; *Capharda*; fuitq; ibi per tres dies. Illuc adiunxit se Comes Normannia Comiti Raimundo. Rex autem *Cesarea* multotiens mandauerat per suos nuntios Comiti, Marram & Caphardam, quod cum eo pacem vellet libere, & de suo preciuī ei daret, & Christianos peregrinos diligenter, fiduciamq; face-

quia quantum continet eius imperium peregrinis non esset offendiculum, & mercatum de equis, & de corporalibus alimentis daret gaudenter. Exierunt autem nostri & venerunt hospitari iuxta Cesaream, super fluuum Farfar. Cumque vidisset rex Cesareus contubernium Francorum tam propè ciuitatem hospitatum esse, doluit animo, & iussit illis deuetari mercatum, nisi discederent à ciuitatis confinio. Crastina verò die misit cum illis duos Turcos, suos videlicet nuntios, qui eis monstrarent fluminis yadum, eosque conducerent, ad capiendum vbi inuenire potuissent. Denique venerunt in vallem quandam subter castrum quoddam: ibi depradati sunt plus quam quinq; animalium millia, & satis frumenti, atque alia bona: unde deinde fuit refecta CHRISTI militia. Tamen illud castrum, reddidit se Comiti, eique dedit equos, & aurum purissimum, & iurauerunt suâ legе quod peregrinis exinde nil fieret mali: fuimusque ibi per quinque dies. Egressi etenim inde peruenimus gaudentes hospitari ad quoddam Arabum castrum. Exiuit igitur Dominus castri, & concordatus est cum comite. Exeentes verò inde peruenimus ad quandam ciuitatem pulcherrimam, & omnibus bonis refectam in quadam valle sitam nomine Kephaliam. Habitatores verò illius, audientes Francos venisse, dimiserunt urbem, & hortos plenos oleribus, & domos plenas alimentis corporalibus, & fugerunt. Tertiā die egressi ab illa vrbe, transiuvimus per altam & immensam montanam, & intrauimus in vallem de Lem, in qua erat maxima libertas omnibus bonis: fuimusque ibi per dies ferè quindecim. Hic propè nos erat quoddam castrum, in quo erat congregata maxima paganorum multitudo. Quod castrum aggressi sunt nostri, idque fortiter superaserent, nisi Saraceni iactassent foras immensas turmas animalium: reuersi sunt nostri deferentes omnia bona ad sua tentoria. Summo autem diluculo collegerunt nostri suos papiliones, & venerunt obsidere idem castrum: ibique putabant extendere tentoria: sed gens pagana omnino dedit se fugæ, ac dimiserunt castrum vacuum. Intrantes autem nostri inuenerunt ibi omnem abundantiam frumenti, vini, farinæ, olei & quicquid eis opus erat. Illic deuotissime celebrauimus festiuitatem purificationis sancte MARIAE, veneruntq; illuc nuntii de Camola ciuitate. Rex namq; illius mandauit Comiti equos, aurum, & pacatus est cum eo quod Christianos nullo modo offenderet, sed eos diligenter & honoret. Rex autem Tripolis mandauit Comiti, quoniam cum eo fideliter pacatum iniaret, & amicitiam haberet, si ei placeret, misitq; illi equos decem, & quatuor mulas, & aurum. Sed Comes ait nullo modo cum eo pacem se recipere, nisi ille Christianus efficieretur. Exeentes autem de optima valle, peruenimus ad quoddam castrum quod dicitur Arche in die Lunæ, scilicet secunda feria, mediante Februario: circa quod tentoria detendimus. Quod castrum plenum erat innumerabili gente paganorum, videlicet Turcorum, Saracenorum, Arabum, Publicanorum; mirabiliter munierunt castrum illud, & defendebant se fortiter. Tunc exeentes quatuordecim ex nostris militibus, ierunt contra Tripolim urbem, quæ erat secus nos: 40 Iste quatuordecim inuenerunt circa sexaginta Turcos, & alios quosdam, qui habebant ante se collectos homines & animalia plus quam mille quingenta. Qui signo Crucis muniti inuaserunt eos, & DEO iuuante mirabiliter superauerunt illos; & occiderunt sex ex illis, & apprehenderunt sex equos. De exercitu verò Raimundi Comitis exierunt Raimundus Pileus & Raimundus Vicecomes de Tentoria, veneruntque ante Tortosam ciuitatem, & fortiter aggrediuntur illam, quæ nimis erat munita multitudine Paganorum. Sero autem iam facto, secesserunt in quendam angulum; ibique hospitati sunt, feceruntque innumerabiles ignes, quasi tota hostis esset ibi. Pagani verò, timore perterriti nocte latenter fugerunt, & dimiserunt ciuitatem plenam omnibus bonis: quæ etiam valde optimum portum secus mare in se retinet. Crastina autem die venerunt nostri, vt vndeque inuaderent illam, inueneruntque illam vacuam, & intrantes habitauerunt in ea, vsque dum obfessio esset ante urbem Arche. Est propè istam, alia vbs quæ dicitur Marakla: Admiratus, qui eam regebat, pacatus est cum nostris, & misit nostros in ciuitatem, nostraque vexilla.

Dux quoque Godefridus, & Boamundus, Flandrensisque Comes venerunt usque ad xxxv. Lichiam ciuitatem. Disseparauit enim se Boamundus ab eis, & reuersus est Antiochiam. Illi verò venerunt, & obsederunt quandam urbem cui nomen Gibellum. Audiens itaque Raimundus Comes de S. Egidio, quod innumerabilis Paganorum gens rueret super nos, ad certum bellum, illico consilium habuit cum suis vt mandet Senioribus qui sunt in obfessione Gibelli, quatinus eis subuenirent. Quod illi

audientes statim pacti sunt cum Ammiralio, facientes pacem cum eo, & acceperunt equos & aurum: dimiseruntque urbem venientes ad nos in adiutorium. Sed illi non venerunt ad bellum contranos. Itaque Comites praedicti hospitati sunt ultra flumen, ibiq; obsederunt castrum illud. Non multò post equitauerunt nostri contra Tripolim, inuenientq; extra ciuitatem Turcos, Arabes & Sarracenos, quos inuaserunt nostri, & miserunt eos in fugam, & occiderunt maximam partem nobilium urbis. Tanta fuit Paganorum occisio, & sanguinis effusio, ut etiam aqua que in ciuitate fluebat, videretur rubore, & fluere in cisternas eorum, vnde valde fuerunt tristes alii, dolentesq;: Iam vero erant tanto timore perterriti, ut nullus corum auderet exire extra ciuitatis portam. Alio vero die equitauerunt ultra Dafem: & inuenient boues & oves & asinos, multaq; animalia; camelos quoq; depredati sunt, fere tria millia. Obsedimus vero castrum supradictum per tres menses, minus unam die: ibi q; Pascha Domini celebrauimus i V. Idus Aprilis. Naves quippe nostrae venerunt proprie nos in quendam portum, quamdiu fuimus in illa obsidione, deferentes maximum mercatum: scilicet frumentum, vinum, & carnem, & caseum, & hordeum, & oleum: vnde maxima libertas fuit in tota expeditione. In illa deniq; obsidione feliciter acceperunt martyrium plures ex nostris, videlicet Anselmus de Ribaumont, Willhemus Picardus, & alii plures quos ignoro. Rex quoq; Tripolis, sive nuntios mittebat Senioribus, ut dimitterent castrum, & cum eo concordarentur. Audientes itaq; nostri hoc, scilicet & Dux Godefridus & Raimundus Comes S. Egidii, ac Robertus Normannus, Flandrensisque Comes: videntesque nouos fructus properasse: quia in medio Martio comedebamus nouellas fabas; medio quoq; Aprili frumentum: consiliati sunt nostri dicentes: Bonum valde esse Hierosolimitanum iter explore cum nouis fructibus.

XXXVI. Discessimus igitur a castro, & peruenimus Tripolim in sexta teria, decimo tertio die intrante Maio, ibi q; fuimus per tres dies. Tandem concordatus est Rex Tripolis cum Senioribus, illisque continuo dissoluit plusquam trecentos Peregrinos, qui illic capti erant, deditque illis quindecim milia Bisanteos, & quindecim equos magni pretii; dedit etiam nobis magnum mercatum eorum, asinorum, omniumque bonorum: vnde nimis ditata est omnis CHRISTI militia. Paetus est vero cum illis, quia si bellum, quod eis Ammiralus Babylonia parabat, possent devincere, & Hierusalem apprehendere, ille Christianus efficeretur, terramq; ab eis recognoscere: atq; tali modo factum est placitum. Nos autem discessimus ab urbe in secunda feria mensis Maii, transiuiimusq; per viam artam & arduam tota die a nocte, & peruenimus ad castrum cui nomen Bethelon: deinde ad urbem quae dicitur Zebari, securus mare, in qua passi sumus nimia fletim: & sic defessi peruenimus ad flumen cui nomen Braym. Deinde transiuiimus nocte ac die Ascensionis Domini per montem, in quo est via nimis angusta, & illic putauimus inimicos insidiantes nobis inuenire: sed Deus annuente, nullus eorum audebat properare ante nos. Nostri deniq; milites praecedentes nos, liberauerunt, ante nos viam illam, & applicuimus ad ciuitatem iuxta mare, quae dicitur Baruth: & inde venimus ad aliam urbem, quae vocatur Sagitta: de hinc ad aliā, quae dicitur Sur: & de Sur ad Accram ciuitatem. De Acra vero venimus ad castrum cui nomen Cayphas, ac deinceps hospitati sumus iuxta Cafareā, ibi q; celebrauimus Pentecosten, tertiam die, exente Maio. Deniq; venimus ad urbē Ramola, quā Saraceni dimiserant vacuam, propter metum Francorum: iuxta quam erat honorabilis Ecclesia in qua requieuit preciosissimum S. Georgii corpus, quia illic a perfidis pagani pro CHRISTI nomine feliciter martyrii suscepit. Ibi consiliati sunt nostri maiores, ut illic eligerent Episcopum, qui hāc custodiret & erigeret Ecclesiā, cui suas dederunt decimas, & auro argentoq; ditaruerunt, & equis ac animalibus aliis,

XXXVII. quō deuotè & honestè viueret cū illis, qui cum eo essent. Remansit ipse illic cum gaudio; nos autem lētantes & exultantes, vsq; ad ciuitatē Hierusalem peruenimus, feria tertia octauo Idus Iunii: eamq; mirabiliter obsedimus. Robertus namque Normannus eam obsedit à Septentrione, iuxta S. Stephani protomartyris Ecclesiam, vbi gaudenter lapidatus est pro nomine CHRISTI; iuxta eum Robertus Flādrensis Comes. Ab Occidente vero, obsedit eam Dux Godefridus & Tancredus: A Meridie, obsedit eam Comes S. Egidii, scilicet in monte Sion, circa Ecclesiā S. Mariae Matris Domini, vbi Dominus cum suis cēnauit discipulis. Tertia vero die, ex nostris, scilicet Raimundus Pileius & Raimundus de Taurina, & alii plures causa prēliādi, inuenientur bis centū Arabes; & prēliati sunt CHRISTI milites contra illos incredulos; & Deus adiuuante, fortiter illos superauerunt, & occiderunt multos ex eis, & apprehenderunt

derunt triginta equos. Secunda verò veniente feria, aggredimur fortissimè ciuitatem, tam mirabiliter, ut si scalè fuissent paratæ, in nostra fuisset ciuitas manu. Tamē minorem strauimus murum: & vnam scalam ereximus ad maiorem murum, super quam ascendebat nostri milites, & cominus percutiebant Sarracenos suis ensibus & lanceis, & defensores ciuitatis: fueruntq; mortui multi ex nostris; sed plures ex illis. In illa autem obsidione panes ad emendum iuuenire non poteramus, ferè per spatium dierum decem, donec venit nuntius nostrarū nauium: & in nimia pressura sitis detenti fuimus, ita ut per nimium terrorem & pauorem per sex millia nostros potaremus equos, & alia animalia. *Sylos* namq; fons, qui est ad radicem montis *Syon*, sustinebat nos: sed tamen cara vendebatur aqua inter nos. Postquam enim venit nuntius nostrarum nauium, acceperunt inter se nostri Seniores consilium, quem admodū mitteret milites qui fideliter custodirēt homines & naues in portu *Iaphia*. Summo autem diluculo, exierunt centum milites de exercitu *Raimundi*, Comitis S. *Aegidii*, *Raimundus Pileus*, & *Achardus de Mommellou*, & *Wilhelmus de Sabra*, & ibant cum fiducia ad portum. Diuiserunt denique se triginta milites ex nostris ab aliis, & inuenerunt septingentos Arabes, & Turcos, & Sarracenos, de exercitu Ammirauisi, quos inuaserunt fortiter *Christi* milites: sed tam magna fuit virtus illorū super nostros, ut vndique circumcingerent illos: & occiderunt *Achardum de Mommellou*, & pauperes homines pedites. Cùm autem tenerent nostros iam inclusos, qui omnes putabant mori, venit alius quidā nuntius, dicēs Raimundo Pileto: *Quid hic astas cum his militibus? Ecce omnes nostri in nimia districione Arabum & Turcorum & Sarracenorum sunt, & forsitan in hac hora omnes mortui sunt: Succurrite ergo illis, succurrite.* Audientes nostri hæc, latim cucurserunt celeri cursu, & festinanter peruenierunt vsq; ad illos preliando. Paganorū verò gens, videns *Christi* milites, diuisit se, & fecerunt duo agmina. Nostri autem inuocato *Christi* nomine, tum acriter inuaserunt illos incredulos, ut quisq; miles prosterneret suum. Videntes verò illi quod non possent stare ante Francorum fortitudinem, timore nimio perterriti, verterunt scapulas retro, quos nostri persequentes ferè per spacia quatuor miliū, occiderunt multos ex eis, vnumq; retinuerūt viuum, qui noua eis per ordinē diceret: retinuerunt quoq; centū & tres equos. In eadem obsidione tanta oppressione sitis fuimus grauati, ut sueremus coria boum & bufalorū in quibus deferebamus aquas ferè per spacium sex milliariorū: ex illis quippe vasculis fœtidā vtebamur aqua: & quantū ex olida aqua, & hordaceo pane, in nimia districione & afflictione eramus cotidie. Sarraceni namq; in cūtis fontib. & aquis latentes, insidiabātur nostris, eosq; vbiq; occidebant & dilaniabant: animalia quoq; secū in suas cauernas & speluncas deducebant. Tunc Seniores nostri ordinauerūt quomodo possent ingeniare ciuitatem, ut ad adorandum nostri *Saluatoris* intrarent *Sepulcrum*. Feceruntque duo lignea castra, & alia plura machinamenta. Dux *Godefridus* suum fecit castrum cum machinis, & *Raimundus Comes* similiter, quib. de longinquis terris attrahebant ligna. Sarraceni igitur, videntes nostros facientes has machinas, mirabiliter muniebant ciuitatē, & turres nocte accrescebāt. Videntes autē nostri Seniores ex qua parte ciuitas esset magis languida, illuc in quadā nocte Sabbathi deportauerunt nostram machinam, & lignum castrū in Orientalem partem. Summo autem diluculo erexerunt ea, & aptauerunt, & ornauerūt castrum in prima & secunda & tertia feria. Comes namq; S. *Aegidii* à meridiana plaga, reficiebat suam machinam. Interea in tanta pressura sitis fumus districti, ut vnu homo prouno deuario nō posset ad sufficiētiā habere aquā, aut extinguere sitim suam. Nocte verò ac die in quarta & quinta feria mirabiliter aggredimur ciuitatē ex omni parte. Sed antequam inuaderemus eam, ordinauerunt Episcopi & Sacerdotes prædicando & commonendo omnes ut processionem Deo in circuitu Hierusalem celebrarent, & orationēs atque Eleemosynas & ieiunia fideliter facerent. Sexta verò feria, summo mane, vndique aggredimur urbem, & nihil ei nocere potuimus, eramusq; omnes stupefacti ac in nimio pauore. Appropinquante autem hora, scilicet in qua Dominus noster *Iesus Christus* dignatus est pro nobis sufferre patibulum crucis, nostri milites fortiter pugnabāt in Castello, videlicet Dux *Godefridus*, & Comes *Eustachius*, frater eius. Tūc ascendit quidam miles ex nostris, *Letholdus* nomine, super murū Vrbis. Mox verò ut ascendit, omnes defensores ciuitatis fugerunt per muros, & per ciuitatem, nostri quae subsecuti persequabantur eos occidendo, & detruncando vsque ad templum *Salomonis*: ibique talis occisio fuit, ut nostri in sanguine illorum pedes vsq; ad cauillas

xxxviii.

GODE- mitterent. At *Raimundus* Comes, à Meridie conduxit suum exercitum, & castel-
FRIDVS, lum vñq; propè murum: sed inter castellum & murū erat quedam fouea nimis pro-
Rex Electus. funda. tune confiliati sunt nostri vt impletent foueam, feceruntq; præconari vt si
 aliquis in illam foueam portasset tres petras, vnum haberet denarium. Perdurauit
 verò hæc impletio per tres dies & noctes: Tandem plenā foueā, conduixerunt Ca-
 stellum iuxta murū. Illi autem qui intus erant mirabiliter præliabātur cum nostris,
 igne & lapidibus. Audiēs itaq; Comes quod Franci essent in Vrbe, suis dixit homi-
 nibus: *Quid tardatis? Ecce omnes Francigena iam fuit in Vrbe.* Ammiralius itaque, qui erat
 in *Turri David*, reddidit se Comiti, eiq; aperuit portam, vbi peregrini persoluere
 solebant tributa. Intrantes autem nostri ciuitatē Peregrini, persequebantur & oc-
 cidebant Saracenos, vñq; ad *Templum Salomonis*: in quo congregati, dederūt nostris
 maximū bellum per totum diem, ita vt sanguis illorum per totum Templum flue-
 ret. Tandem superatis Paganis, apprehenderunt nostri masculos & fœminas sat in
 templo; & occiderunt quos voluerunt, & quos voluerunt retinuerūt viuos. Super
 templum verò Salomonis erat maxima Paganorū congregatio vtriusq; sexus, qui-
 bus *Tancredus* & *Gaston de Beers* dederunt sua vexilla. Mox cucurrerūt per vniuersam
 vrbē, capientes aurum & argentū, equos & mulas, domosq; plenas omnibus bonis.
 Venerunt autem omnes nostri gaudentes, & præ nimio gaudio plorantes, ad nostri
 Saluatoris Iesu Sepulcrū adorandū, & reddiderūt ei capitale debitū. Mane autem
 facto ascenderūt nostri cautē supra rectum templi, & inuaserunt *Saracenos* mascu-
 los & fœminas, decollātes eos nudis ensibus; alii verò dabant se præcipites in tem-
xxxix. plor: Hoc videns *Tancredus* iratus est nimis. Tunc nostri tenuerunt Consilium, vt
 vñuisq; faceret Eleemosynas cū orationibus, quatinus sibi Dēs eligeret, qvē
 vellet regnare super alios, & regere ciuitatē. Iusserunt quoq; Saracenos mortuos
 omnes elici foras, præ nimio fœtore: quia omnis vrbis plena erat illorum cadaueri-
 bus: & viui Saraceni trahebant mortuos ante portarum exitus, & ordinabāt mon-
 tes ex eis quasi essent domos. Tales occisiones de Paganorū gente, nullus vñquam
 audiuit, nec vñdit: quoniam pyræ erant ordinatæ ex eis, sicut metæ: & nemo scit
 numerum eorum, nisi solus Dēs. Fecit verò Comes *Raimundus* conduci Ammira-
 lium, & alios qui cum eo erant vñq; *Scalonam*, sanos & illæcos. Octauo autem die quo
 ciuitas fuit capta, elegerunt Ducem *Godefridum*, Principem ciuitatis, qui debellaret
 Paganos, & custodiret Christianos. Similiter elegerunt Patriarchā, quendā sapien-
 tiissimū & honorabilem virū nomine *Arnulfum*, in die S. Petri ad vincula. Hæc ciui-
 tas fuit capta à Christianis Dēi, decimo quinto die Iulii, in sexta feria. Interea nun-
 tius venit *Tanredo*, & Comiti *Austachio*, vt præpararet se & pergerent ad recipiendā
Nopolitanam vrbem. Exierunt illi & duxerunt secum multos milites & pedones, &
 peruererunt ad vrbem: habitatores verò illius reddiderunt se illico. Denuo man-
 dauit illis Dux, vt citò veniret ad bellum quod nobis Ammirauisus Babylonie præ-
 parat vrbis *Scalona*. Illi autem festinādo intrauerūt montaneam, quærentes Sarace-
 cenorū bella, & venerunt *Cesaream*. Itaq; venientes illi iuxta mare ad vrbem *Ramore*,
 illuc inuenerunt multos Arabes, qui præcursores erant bellī. Quos nostri perlequē-
 tes, apprehenderūt plures ex eis, qui dixerunt omnia belli noua, vbi essent, & quot
 essent, aut vbi bellare disponerēt contra Christianos. Quod audiens *Tancredus*, sta-
 tim misit nuntium Hierusalē Duci *Godefrido*, & Patriarchæ, omnibusq; principibus
 dicens: *Sciatis quod nobis paratu est bellum Scalona: venite ergo finante cum omni virtute*
quam habere poteritis. Tunc iuslit Dux submoneri omnes, vt fideliter irent præparati
Scalonā, obuiam inimicis nostris. Ipse verò cū Patriarcha, & *Roberto Flandrensi* Co-
 mite exiuit de vrbē, in feria tertia, & *Marturanensis Episcopus* cum eis. Comes vero S. *Æ-
 gidiū*, ac *Robertus Normannus* dixerūt se non exituros, nisi certū bellum scirent. Iusse-
 runt ergo militibus suis vt pergerent videre, si bellum verè esset: & reuerterentur
 quantocius, quia ipsi mox essent parati ire. Ierunt illi, videruntq; bellum, & citò re-
 nuntiauerunt se vidisse oculis suis. Continuò Dux apprehenso Marturanensi Epi-
 scopo, mandauit Hierusalē, quò milites qui ibi erant præparent se, & veniant ad
 bellū. Quarta verò feria, illi Principes exierunt, & militauerūt ad bellum. Episco-
 pus verò Marturanensis rediit reportans verba missa Patriarchæ & Duci: exieruntq;
 Saraceni & obuiauerūt ei, & apprehesum secū duxerūt. *Petrus* verò heremita, remā-
 sit Hierusalē, ordinando & præcipiendo Græcis & Latinis atq; clericis, vt fideliter
 Dēo processionē celebrēt, & orationes eleemosinasq; faciant, vt Dēs populo suo
 victoriā daret. Clerici nāq; & presbyteri, induti sacris vestibus ad templū Domini
 cōduxerē processionē, Missas & Orationes decātantes, vt suū defendere et populu.

Deniq; Patriarcha & Episcopi, aliiq; Seniores, cōgregati sunt ad flumē quod est ex
 hac parte Scalonꝝ. Illic multa animalia boū, camelorum, ouium atq; omnium ho-
 norū deprædati sunt. Venerunt autē Ar̄abes ferē trecenti, irrueruntq; nostri super
 illos, & apprehēderunt duos ex eis, persequētes alios vñq; ad eorum exercitū. Sero
 autē factō, Patriarcha fecit præconari per omnē hostem, vt in summo mane cras
 essent omnes parati ad bellū, excommunicās, ne vñlus homo intenderet ad vñla spolia, do-
 nec bellum esset factum: sed eo factō, reueterentur cū felici gaudio ad accipendū quicquid eis præde-
 finatū esset à Domino. Summo verò diluculo, in sexta feria, intrauerūt in vallem nimis
 pulchram, secus littus maris, in qua suas ordinauerūt acies. Dux instruxit suam aciem,
 & Comes Normannia suam, Comes S. Aegidiū suam, Comes Flandrensis suam, Comes
 Eustachius suam, Tancredus & Gaylor suam: ordinauerunt quoq; pedites & sagittarios
 qui præcederent milites, & sic ordinauerunt omnia; statimq; cœperunt militare in
 nomine domini nostri Iesu Christi. In sinistra verò parte fuit dux Godefridus cū
 sua facie; Comesq; S. Aegidiū equitauit iuxta mare in dextera parte; Comes Normānia,
 & Comes Flandrensis & Tancredus omnesque alii, equitabant in medio. Tunc nostri
 cœperunt paulatim ambulare. Pagani verò stabant parati ad bellum. Vnusquisq;
 suum habebat vasculum pendens collo, ex quibus potarent persequentes nos: sed
 illis non licuit, gratiā Dei. Comes autem de Normannia, cernens Ammirauissimam
 habere quoddam pomum aureum in summitate hastę, quæ erat cooperta ar-
 gento, ruit vehementer super illum, cumq; vulnerauit vñq; ad mortē. Ex alia parte,
 Comes Flandrensis nimis acriter illos inuasit. Tancredus igitur impetū fecit per me-
 dium tentoriorū eorum: quod videntes pagani continuo inierunt fugam. Paganorum
 multitudo erat innumerabilis, numerumq; eorum nemo scit, nisi solus Deus:
 Bella verò erant immensa; sed virtus diuina comitabatur nobiscū, tam magna, tam
 fortis, quod statim superauimus illos. Stabant autem inimici Dei excæcati, & stu-
 pefacti; ac videntes Christi milites, apertis oculis nil videbant, & contra Chri-
 stianos erigere se non audebant, virtute Dei tremefacti: pro nimio timore ascen-
 debant in arbores, in quibus putabant se abscondere; at nostri sagitrando, & cum
 lanceis & ensibus occidendo, eos ad terram præcipitabant; alii autem iactabant se
 in terram, non audentes se erigere contranos. Nostri igitur illos detruncabant, si-
 cut aliquis detruncat animalia ad macellum: Comes S. Aegidiū, iuxta mare, ex eis
 occidit sine numero; alii verò se præcipitabant in mare, alii fugiebant huc illucq;.
 Veniens itaq; Ammirauissimus ante ciuitatem, dolens & miserens, lacrymando dixit:
 O Deorum spiritus, quis unquam videt vel audiuit talia? Tanta pœnas, tanta virtus, tanta mil-
 itia que nunquam ab illa gente fuit superata, modo à tantilla gente Christianorum, quod in pugno
 potest claudi, est denicta? Heu mihi tristis, ac dolens! quid amplius dicam? Superatus sum à gente
 mendica, inermi & pauperrima, que nō habet nisi saccum & per am: Ipsa modo persequitur gentem
 Aegyptiacam, que illi plerumq; suas largitæ est elemosynas, dum olim per annem nostram Patriam
 mendicarēt. Huc conduxi ad conuentionem ducenta millia militum, & video ipsis laxis frenis fu-
 gientes per viam Babyloniam, & nō audent reuerti aduersus gentem Francigenam. Iuro per Ma-
 chum, & per omnia Deorum numina, quod vterius non retinebo milites conuētione aliqua, quia
 expulsus sum à gente aduena. Conduxi omnia armorum genera, & omnia instrumenta sine machi-
 namenta ut eos obſiderem in Hierusalem, & ipsi præuenirent me ad bellum, itinere dierum duorū.
 Veb: quid mihi esset, si illuc gentem conduxi: ſem meam? Heu mihi, quid amplius dicam? in hono-
 ratus ero ſemper in terra Babylonica. Nostri autem acceperunt eius ſanctorum quod com-
 parauit Comes de Normania viginti marchas argenti, & dedit Patriarchæ in Dei ho-
 norem, sancti q; Sepulchri: ensem verò emit quidam sexaginta bisanteis. Superati
 sunt deniq; inimici nostri, Deo annuente. Omnes naues terrarum Paganorum ibi
 aderant: homines verò qui intus erant, videntes Ammirauissimum fugientem cum suo
 exercitu, statim suspenderunt vela & impulerunt se in alta maria. Reuersi sunt nostri
 ad tentoria eorum, acceperuntq; innumera spolia auri & argéti, omniumq; bono-
 rum cumula: equos, & mulos, asinos & camelos, innumerabiles oves & boues, &
 instrumenta. Omnes namq; montes & colles, & omnia plana stabant cooperta de
 multitudine illorum animalium, & inuenientur armorum cumula: quæ voluerunt,
 deportauerunt; reliqua igne consumplerunt. Reuersi sunt nostri cum gaudio Hieru-
 salalem, deferentes secum omnia bona, scilicet camelos & asinos honustos pane
 biscocto, & farina, & frumento, & caseo, & pane, & oleo, & omnibus bonis quæ illis
 necesse erat. Hoc bellum factum est pridie Idus Aug. largiente hoc Domino nostro Iesu
 Christo: cui est honor & gloria, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorū. Dicas omnis ſpiri-
 tus, AMEN.

ROBERTI MONACHI
HISTORIA HIEROSO-
LYMITANA.

INCIPIT PRÆFATIO APOLOGETICA
ROBERTI MONACHI IN HISTORIA
Hierosolymitana.

NIVERSOS, qui hanc historiam legerint, siue legi audierint, & auditam intellexerint, deprecor; ut cum in ea aliquid inurbanè compositum inuenient, concedant veniam, quia hanc scribere compulsa fui per obedientiam. Quidam enim abbas, nomine N. literarum scientia & morum probitate preditus, ostendit mihi unam historiam secundum hanc materiam, sed ei admodum displacebat: partim, quod initium suum quod in Claramontis concilio constitutum fuit, non habebat: partim quod series tam pulchrae materia inculca iacebat, & literalium compositio dictiorum incondita vacillabat. Praecepit ergo mihi, ut qui Claramontis interfui concilio, acephala materiei caput preponerem, & lecturis eam accuratori stylo componerem. Ego vero, quia notarium non habui alium nisi me, & dictau, & scripsi: sic quod continuatum paruit menti manus, & manu penna, & penna pagina: & fidem satis praestare potest & levitas carminis, & minimè phalerata compositio dictioris. Unde, si cui Academicorum studijs innutrito displaceat haec nostra editio, ob hoc forsan quod pedestri sermone incidentes plus iusto in ea rusticauerimus: notificare ei volumus, quod apud nos probabilius est, absconditar rusticando elucidare, quam aperta philosophando obnubilare! Sermo enim semper exactus, semper est ingratius; quia quod difficulti intellectu percipitur, surdiori aure hauritur. Nos vero plebeio incessu sic volumus progredi sermonem nostrum, ut qui quis cum audierit, speret idem; & si fortassis idem tentauerit esse, longè separetur ab idem. Si quis affectat scire locum quo haec historia composita fuerit; sciat esse claustrum cuiusdam cellæ S. Remigii constitutæ in episcopatu Rhemensi. Si nomen authoris exigitur, qui eam composuit, Robertus appellatur.

INCIPIT PROLOGVS.

NTER omnes historiographos noui ac veteris testameti: *Moses* sanctus obtinet principatum, qui diuino spiritu prophetæ, *Hebraicis* literis, quarum ipse autor existit, mundi descriptum exordium: & primæ ætatis ac secundæ facta mirabilia, nec non & patriarcharum gesta nobis adduxit in medium. Huius exemplum seuti sunt *Iesus Nazarus*, *Samuel* & *David*, quorum primus losue librum, secundus & tertius Regum historias concipi erunt. Ex hoc ergo liquidò colligi potest, quod reuera Deo sit acceptabile, ut ad noticiam fidelium suorum literis commendetur, cum in terra peragat, quod præfixis temporibus fieri disposuit, aliquod opus mirabile. Sed quid post creationem mundi mirabilius factum est, præter salutiferae crucis mysterium, quam quod modernis temporibus actum est, in hoc itinere nostrorum Hierosolymitarum? Quod quanto studiosius quisque aduerterit, tanto uberioris intra mentis suæ dilatatos sinus obstupescet. Hoc enim non fuit humandum

manum opus, sed diuinum. Et ideo literali *compagatione* commendari debet noticie, tam præsentium, quam futurorum, ut per hoc & spes in DEVM Christia-nam magis solidetur, & laus eius in eorum mentibus viuacior incitetur. Nam quis regum aut principum posset subigere tot ciuitates & castella, natura, arte, seu humano ingenio præmunita, nisi *Francorum* beata gens, cuius est Dominus DEVS eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi? Inferat ergo nobis DEI sapientia, quod ad laudem sui nominis proferamus. Et sciant, qui hæc legerint siue audierint, quod nihil friuoli, nihil mendacii, nihil nugarum, nisi quod verum est, enarrabimus.

INCIPIT LIBER PRIMVS.

ANNO igitur Dominicæ incarnationis millefimo nonagesimo quinto, ma-gnum inter fines Galie concilium celebratum est, in Alvernia sci-liset, in ciuitate quæ *Clarus mons* appellatur. Cui Papa *Urbanus se-cundus* cum episcopis & cardinalib. præfuit. Fuit autem illud con-cilium valde celeberrimum, conuentu Gallorum ac Germanorum, tam episcoporum quam principum. Ordinatis igitur in eo rebus ec-clesiasticis, exiuit dominus Papa in quadam spatiose latitudinis platea: quia non poterat illos capere cuiuslibet ædificii clausura. Qui hac suadelâ iheroticæ dul-cedinis, generaliter ad omnes in hæc verba prorupit, dicens: *Gens Francorum, gens transmontana, gens, sicut in pluribus vestris eluet operibus, à DEO dilecta & electa, iam situ ter-rarum, quam fide catholica, quam honore sanctæ ecclesie, ab unius, scilicet nationibus segregata.* Ad vos sermo noster dirigitur, vobisq. exhortatio nostra protenatur: scire vos volumus, quæ lugubris causa ad vestros fines nos adduxerit; quæ necessitas vestra cunctorumq. fidelium attraxerit. Ab Hierosolymorum finibus & urbe Constantinopolitana relatio gravis emersit, & sapissime iam ad aures nostras peruenit: quod videlicet gens regni Persarū, gens maledicta, extranea gens prorsus à DEO aliena: generatio scilicet que nō direxit cor suū, & non est creditus cū DEO spiritus eius: ter-ras illorum Christianorum inuiserit, ferro, rapina, incendio depopularerit, ipsoq. captiuos partim in terram suam abduxerit, partimq. nece miserabilis prostrauerit; ecclesias, DEI aut funditus euenterit, aut suorum ritui sacrorum mancipauerit. Altaria suis fæditatibus inquinata subuer-tunt, Christianos circumcidunt, cruoremq. circumcisionis, aut super altaria fundunt, aut in va-sis baptisteriis immergunt. Et quos eis placet turpi occubitu mulclar, umbilicum eis perforant, caput vitaliorum abstrahunt, ad stipitem ligant, & sic flagellando circunducunt, quo adusq. extra-ctis viscerib. solo prostrati corrunt: Quosdam stipiti ligatos sagittat: Quosdam extento collo & nu-dato gladio appetunt, & utrum uno ieiulu truncare possint pertentat. Quid dicā de nefanda mulierū construpratiōne? De qualoqui deterius est quam silere. Regnum Graecorum iam ab eis emulatū est, & suis vīb. emancipatum, quod transmeari non potest in unere dñorum mensū. Quib. igitur ad hoc vīcīscendum, ad hoc eripiendum, labor incumbit; nisi vobis, quibus præceteri gentibus contulit Dominus insigne decus armorum, magnitudinem animorum, agilitatem corporum, virtutem hu-miliandi verticem capilli vobis resistentium? Moueant vos & incident animos vestros ad viri-litatem gesta prædecessorum, probitas & magnitudo Karoli magni regis, & Ludouici filii eius, aliorumq. regum vestrorum: qui regna Turcorum destruxerunt, & in eis fines sanctæ Ecclesie dila-tauerunt. Presertim moueat vos sanctum Domini nostri Salvatoris Sepulchrum, quod ab immuni-dis gentibus possidetur, & loca sancta quæ nunc in honeste tractantur, & irreuerenter eorum im-mundiciis sordidantur, O fortissimi milites, & inuestorum propago parentum, nolite degenerare, sed virtutes maiorū vestrorum reminiscimini. Quod si vos charus liberoru& parentū & coniugij continet affectus, enrecolite quid in Euangeliō dicat Dominus: Qui amat patrem aut ma-trem super me, non est me dignus. Omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum ac-cipiet, & vitam æternam possidebit. Non vos protrahat villa possessio, villa rei familiaris sollicitudo, quoniam terra hac quam inhabitatis clausura maris undig, & iugis montium circum-data, numero stante vestra coangustatur, nec copia diuinarum exuberat, & vix sola alimenta suis cultoribus administrat. Inde est quod vos inuicem mordetis, & comeditis; bella monetis, & plen-rung, mutuis vulneribus occiditis. Cessent igitur inter vos odia, conticescant iurgia, bella quies-cant, & totius controuersiæ dissensiones sepiantur. Viam Sancti Sepulchri incipite; serramil-lam nefaria genti auferite, eamq. vobis subiicite. Terra illa filii Israel à Deo in potestate da-ta fuit, sicut Scriptura dicit, quæ lacte & melle fluit. Hierusalem umbilicus est terrarum,

Moniale gau-
 terra præ ceteris fructifera, quasi alter par aduersus deliciarum. Hanc redemptor humani generis suo
 de Tibi constat
 latus sine frau-
 da
 illustravit aduentu, decoravit conuersatione, sacravit passione, morte redemit, sepulturâ insi-
 gniuit. Hac igitur ciuitas regalis in orbis medio posita, nunc à suis hostibus captiva tenetur, & ab
 ignorantibus Deum ritui gentium ancillatur. Quarit igitur & optat liberari, & ut ei subuenia-
 tis non cessat imprecari. A vobis quidem præcipue exigit subſidium, quoniam à Deo vobis colla-
 tum est præcunctis nationibus, ut iam diximus, insignis decus armorum. Arripite igitur viam
 hanc, in remissionem peccatorum vestrorum, securi de immarcescibili gloria regnicalorum. Hæc
 & id genus plurima vbi Papa Urbanus urbano sermone perorauit, ita omnium qui a-
 derant affectus in vnum conciliauit, vt omnes acclamarent, Deus vult, Deus vult.
 Quod vt venerandus pontifex Romanus audiuit, erectis Iuminibus in cœlum Deo 10
 gratias egit, & manu silentium indicens, ait: *Fratres Karissimi, hodie in vobis est oſten-
 sum, quod Dominus dicit in Evangelio:* Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine
 meo, ibi in medio eorum sum. *Nisi enim Dominus Deus in mentibus vestris fuifset, una*
omnium vestrum vox non fuifset. Lices enim vox vestra numeroſa prodierit, tamen origo vocie
 una fuif. Propterea dico vobis, quod Deus hanc à vobis elicit, qui vestris eam pectoribus insci-
 ruit. Set ergo vobis vox ista in rebus bellicis militare ſignum: quia verbum hoc à Deo est prolatum.
 Cùm in hostem fiet bellicosi impetus congreſio, erit uniuersis hec ex parte Dei una vociferatio:
 Deus vult, Deus vult. Et non præcipimus aut suademus, ut senes aut imbecilles, & vsui ar-
 morum minimè idonei, hoc iter arripiant; nec mulieres sine coniugib[us] fuq[ue], aut fratribus, aut le-
 gitimis testimonis ullatenus proficiſcantur. Tales enim magis sunt impedimento, quam adiumento 20
 20, plus oneri, quam utilitati. Diuites inopibus subueniant, & expeditos ad bellum de suis facul-
 tatis ſecum ducant. Presbyteris ſive clericis cuiuscunq[ue] ordinis abſq[ue] Episcoporum ſuorum licen-
 tia non licet ire; quoniam inutilis eis fieret hac via, ſirent ſine illorum licentia. Quia nec lai-
 cis expedit peregrinari, niſi cum ſui benedictione ſacerdotis. Quicunque ergo huius ſanctæ pere-
 grinationis animum habuerit, & Deo ſponſionem inde fecerit, eiq[ue] ſe ſtatutum hostiam viuam,
 sanctam, Deo placentem, deuouerit, ſignum Dominicæ Crucis in fronte ſua ſine in pectoro prefe-
 rat. Qui verò inde vobis compos ingredi voluerit, inter ſcapulas retro ponat. Tales quippe bifaria
 operatione complebunt illud Domini præceptum, quod ipſe iubet per Evangelium: Qui non ba-
 iulat crucem ſuam & venit post me, non eſt me dignus. His ita completis, vnuſ ex
 Cardinalibus, nominc *Gregorius*, pro omnibus terræ prostratis dixit confessionem 30
 ſuam: & ſic omnès pectora ſua tudentes, impetraverunt de his quæ malè commi-
 ferant absolutionem; & facta absorptione, benedictionem; & benedictione con-
 ſecuta, ad propria remeadi licentiam. Et vt cunctis claresceret fidelibus, quod hæc
 via à DEO, non ab homine sit constituta; (ſicut à multis poſtea comperimus) ipſo die
 quo hæc facta & dicta ſunt, fama præconans tantæ constitutionis totum commouit
 orbem; ita vt etiam in maritimis Oceani insulis diuulgatum eſſet, quod Iherosoly-
 mitanum iter in Concilio ſic ſtabilitum fuifset. Gloria prouenit inde Christianis &
 exultatio; gentilibus autem Persis, & Arabiæ cultoribus, mæror & trepidatio. His
 additur animi magnitudo, illis incutitur pauor & mentis hebetudo: adeò cœlestis
 tuba percrepuit, quod vbiq[ue] gens omnis infesta Christiano nomini intremuit. Elu- 40
 cet igitur quod non fuit humanæ vocis officium, ſed ſpiritus Domini qui replet or-
 bem terrarū. Ad ſua itaq[ue] reuersus eſt vnuſquisq[ue] laicorum. Et *Urbanus* Papa, in cra-
 ſtinum residere fecit conuentum Episcoporum: quibus residentibus accepit con-
 ſilium, quem præponeret tantæ multitudini peregrinari cupientium, quia nōdum
 erat inter eos aliquis nominatorum principum. Vniuersi verò elegerunt *Podiensem*
 Episcopum, afferentes eum rebus humanis ac diuinis valde eſſe idoneum, & vtrā-
 que ſcientiā peritissimum, ſuisq[ue] in actionibus multiuidum. Ille itaque, licet inui-
 tatus, ſuſcepit quaſi alter Moses, ducatum ac regimen Dominicæ populi, cum bene-
 dictione domini Papæ ac totius Concilii. O quot diuersæ ætatis ac potentiae ſeu
 domesticæ facultatis homines in illo Concilio cruces ſuſcepereunt, & viam Sancti 50
 Sepulchri ſpoſonderunt! Hinc diuulgatum eſt vbiq[ue] terrarum illud Concilium
 venerabile, & ad aures Regum ac Principum peruenit Concilii constitutum ho-
 norabile. Placuit omnibus; & plus quam trecenta millia mente iter concipiunt,
 & adimplere ſatagunt, pro vt vnicuiq[ue] poſſe contulit Dominus. Iamque turmatim
 exultare cœpit Francigenæ gentis vnanimitas; & desiderio iam cū Turcis pugna-
 bat eorum proba ferocitas. Erat in illis diebus quidam, qui eremita extiterat, no-
 mine *Petrus*, qui apud illos qui terrena ſapiunt magni æstimabatur, & ſuper ipſos
 præſules & abbates apice religionis efferebatur: eo quod nec pane nec carne veſce-
 batur; ſed tamen vino aliisq[ue] cibis omnibus trœbat, & ſumma abſtentiam in de-
 cīcie

*Cuius quærebatur. Hic ea tempestate collegit sibi non modicam equitum peditumque iniunctitudinem, & iter suum direxit per Vngariam. Associatur autem cuidam Dux Teutonicorum, nomine *Godefrido*, qui erat Eustachii Boloniensis Comitis filius, sed officio dignitatis Dux erat Teutonicus. Hic vultu elegans, staturâ procerus, dulcis eloquio, moribus egregius, & in tantum lenis, ut magis in se monachum, quam militem figuraret. Hic tamen, cum hostem sentiebat adesse, & imminere prælium, tunc audaci mente concipiebat animum, & quasi leo frendens ad nullius pauebat occursum: Et quæ lorica vel clypeus sustinere posset impetum mucronis illius? Hic cum fratribus suis *Enslacio* & *Baldino*, & magna manu militum pedi-
 10 tumq; per Vngariam iter arripuit. Per viam scilicet, quam *Karolus Magnus*, incomparabilis Rex Francorum, olim suo exercitu fieri usq; ad Constantinopolim præcepit. Primus igitur *Peterus* eremita cum suis, & magna gente *Alemanorum*, Constantinopolim venit; & copiosam Langobardorum gentem, multosq; alios ex diversis locorum spaciis aggregatos inuenit. Quibus Imperator licentiam introeundi ciuitatem nunquam præbuit; quia virtutem Christianæ militiae & maximè Francorum suspectam semper habuit. Idem tamen mercatum eis habere conce-debat, quod & in ciuitate erat: Prohibueratq; illis, ne transirent illud viciniæ quo-ris spaciū quod vocatur *Sancti Georgii Brachium*, quoad usque veniret formidabili-ex exercitus Francorum. Turcorum enim infinitus numerus erat, qui aduentum
 20 illorum bestiali mente fitiebant: In quorum manus si ipsi absentibus Francorum Principibus deuenissent, sicut postea rei probauit euentus, omnes æqualiter morti subiacerent. Sed omnis congregatio hominum qua bono auctore nō gubernatur, si ei languidum caput dominatur, in deteriorius labitur & quotidie languescit, & à salute elongatur. Propterea & hi, quia prudentem Principem qui corum dominaretur non habebant, reprehensibilia opera faciebant. Ecclesiæ enim & vrbis Palatia destruebant, & quæ in eis erant auferentes, plumbum quo tegebantur abstrahabant, & Græcis vendebant. Vnde Imperator *Alexius* nomine, vehementer iratus fuit, & æquoreum *Sancti Georgii Brachium* transtineare præcepit: qui ultra progressi, Ducem sibi elegerunt, & quendam *Rainaldum* sibi præposuerunt: qui licet Principem haberent, eadem tam
 30 men rapinæ opera agere non cessabant. Nam domos quas inueniebant igni comburebant, & ecclesiæ bonis suis & facultatibus denudabant. Sic Nicomediam usque venerunt, & inde Romania terram intrauerunt. Tribus igitur diebus ambulando consumptis, ultra Nicæam urbem perreverunt, & quoddam castrum, cui nomen erat *Exerogorgo*, in gente vacuum inuenierunt, in quod intrantes repererunt magnam vberatem trumenti, carnis & vini, omniumq; bonorum quæ sunt humanæ vitæ sustentaculum. Turci verò metu Francorum perterriti longe ab illa terra secesserant, sed tamen exploratores suos dimiserat, qui illis aduentum nostrorum & quomodo se haberent, nuntiarent. Qui ut per internuntios compererunt, quod venerant rapere, non possidere; destruere, non retinere; protinus contra illos accurrerunt, &
 40 castellum in quo erant, obsidione circumdederunt. Erat quippe ingens numerus illorum & copiosa multitudo. Ante portæ castelli erat puteus, & iuxta ex altera parte fons viuus, iuxta quæ *Rainaldus* princeps Christianorū exierat, & insidiis positis, eorum prestolabatur aduentū. Turci verò nil hæsistantes irruerūt in eum, & multos qui cum eo erant occiderunt, alii autē in castrum fugerunt. Illi autem aquam eis omnino abstulerūt, & in magno cruciatu per aquæ penuriā Christianos immiserūt. Erat autem festiuitas *S. Michaelis*, quam venerari debet omnis anima fidelis. Obsessi autem in tantam sitis angustiam deuenerunt, quod venis equoru incisis boumq; & asinorum aliarumq; pecudum sanguinem elicabant & bibebant: Alii terram humectiorem fodiebant, & sic oris apponebant, ardoremque sitis temperabant: Qui
 50 dam vrinam suam in vase, aut in manibus suis mingeabant, & quod diu mirabile est, ab urbebeant. Quid plura? Nullum erat vitæ solatium, nisi sola mors pereundibus erat subsidium. Tandem princeps illorum *Rainaldus* cum Turcis furtivum inicit fœdus, malens temporalem vitam retinere, quam pro CHRISTO mortem in tali martyrio subire. Dispositis itaque agminibus suis, simulauit cum aduersariis inire congressionē; sed mox ut exiit, fecit ad illos cum multis aliis digressionē. Heu heu meticulosus miles, non ab Austro, sed ab Aquilone progressus, quam eneruiter & effeminatè pro cœlesti rege & regno dimicavit! Qui nec dum velleui stipula-tus, martyrium subire perhorruit; & fidei Christianæ professionē, sanus, eques, & armatus, abdicauit: Iure igitur apud Deum euangelis gloriæ iacturā promeruit,
Nec leniter ha-
Dux, Rainaldus
apostola factus,
Abiurando De-
um, Se probat
*fficum.**

& in sorte illius qui sedē suam elegit ad Aquilonē deuenit. Qui verò remanserunt, nec Christianæ fidei titulum mutare voluerunt, mortis exterminium pertulerunt. Igitur ex tota illa multitudine occiderunt *Terci* quos voluerunt, & quos libuit (vti placuit) captiuauerūt. Quosdam ad signū politos sagittabāt, & omni ludibrio, prout eis placuit, seruos Dei contumeliis afficiebant: & illi maluerunt sic occumbere gloriōsē, quām negantes fidem Dei, cum eis infelicitē viuere. Deus verò, vt credimus, recepit eos in septa sempiterni Paradisi sui, quoniam noluerunt à fide sua peregrinari. Iam quippe diabolica legio viētrix exultat, & contra Petrum eremitam, qui erat in quodā castello nomine *Civito*, dimicat. Erat autem illud castrū supra Nicēam ciuitatem constitutū. Contra quod Turci dum cursum suū dirigerēt, obuiaverunt *Waltero*, qui erat primicerius & signifer agminis eremitæ. Sed licet miles egregius clarisset tot militiæ titulis, his tamen omnino resistere non valuit, sed tamen preciosam mortē suam, multo Turcorū sanguine commendauit. Irruit enim in illos velut vultus esuriens in animalia, & quos in occursum intenit, prostrauit & vita privauit. Similiter & qui cum eo erant armati, adhuc viuī iam necem quam erant passuri fortiter vindicabant, & quām diu eis arma valuerunt, hostes de victoria nunquam tripudianerunt. Sed ibi multitudo audaciam, non audacia multitudinē superauit: nisi quod animositas numerositatē sextuplo minuerit. Fractis tandem armis & non animis, laudabili morte, sic in bello, sicut pro Deo, vitā terminauerūt, eosq; in sortem calitum angelici spiritus transtulerūt. Tunc primū Turci reuelutis cadaueribus suorū, cognouerūt, quod cum quibus pugnauerūt, fuerūt Franci. His ita patriatis pars Turcorū cucurrit ad castra Christianorū; & ibi vnum presbyterū Missani celebrantē inuenerunt, quem ante altare detruncauerunt. O felix felicis presbyteri martyrium, cui præbuit ducatum Dominici corporis viaticum! Similiter quotquot inuenerunt, aut occiderunt aut abduxerunt. Petrus verò eremita abierat, & Constantinopolim remeauerat. In castello autē quod suprà memorauimus, cui nomei *Civito*, remanserat Christianorū plurima multitudo; & qui de castris siue de prælio viui euaserant, retro ad illud castellum confluxerant: quos Turci in sequentes, strues lignorum, vt nostros comburerent, circumposuerūt. Sed qui obfessi erant de tuitione vitæ solliciti, ignē in strues immiserunt, & Dei nutu flante vento, plerosq; de hostibus combusserunt. Turci tandem illos vi comprehendenterunt, & secundum ludibrium suum variis pœnarū generibus affectos, alios occiderunt, alios in captiuitatē vendiderūt. Qui tamen aliquo casu seu ingenio euaserūt, ad Brachium *S. Gregorii*, reuersi sunt: & iubente nequissimo imperatore Constantinopolim regreli sunt. Imperator quidem cum suis Græcis de victoria Turcorū exultauit, & omnia arma nostrorū, vt eos inermes redderet, callidè comparauit. His ita gestis, huic narrationi terminū ponamus, & stylum retro conuertentes, quomodo illuc conuenerit nostra gens Francorū, & cum quibus Principibus, differamus.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

40

INCIPIT LIBER SECUNDVS.

Agmina conueniunt, Numerus agit milia fiunt. Quarū tu proceres, Si consociari vides, Agmina tam pulcherrima, Laudares iure sepulcrū. Pro quo sic Patriam, Respue. unopriam.



NTEREA dum hæc aguntur, de remotis Occidentalium partibus, à parte Aquilonis excitauit Dominus Comites duos, quibus vnum nomen, vna consanguinitas, æqua potestas, idem & armis & animis, etiam gloria consulatus compares: *Normannus*, scilicet & *Flandrensis* Comes: cum quo *Hugo Magnus*, frater *Philippi* regis Francorum, qui ipso tempore Franciam suo subiugabat imperio: Hic honestate morum, & elegantia corporis, & animi virtute, regalem de qua ortus erat cōmendabat proximam: Cum quo & *Stephanus Carnotensis* Comes, qui à bonis initiiis prauos deinceps obtinuit exitus. O quam alii innumeri optimates & minoris famæ Consules, cum his sunt associati tam eiusdem Franciæ, quām maioris & minoris Britanniæ! A parte Australi mota sunt castra *Podiensis Episcopi*, & *Comitis Sancti Egidii*, nomine *Raimundi*. Vir iste cùm prædiues esset, & temporalibus bonis locupletatus, omnia sua vendidit, & viam deliberationis Sancti Sepulchri arripuit. Ecce præstantialiter nunc videmus in re, quod olim Dominus promisit per os Esaïæ Prophetæ. Ait enim: *Nolit imere, quia ego tecum sum: ab Aquilone adducam sementum,* & ab

Et ab Occidente congregaboste: Dicū Aquiloni; Ia: & Austra, noli prohibere: affe^r filios meos
 de longinquo, & filias meas ab extremo terra. Nunc, vt videmus, filii DEI & filiae, Iherosolymam
 tendunt ab extremitatibus terrae; Auster & Aquilo nutritos suos non audent
 prohibere. Reuera nunc Dominus ascendit super occasum, quoniam requiescit
 in animabus Occidentalium. Nunc Occidens illustrare parat Orientem, & no-
 vis syderibus suis excitatis, quā premebatur, depellere cœcitatem. Et cùm inter
 tanta agmina eniteceret terribilis fulgor armorum, hunc tamen reuerberaret, si
 intueri posset, splendor animorum. Hi ad bellum vnanimiter incedunt, non vt
 fugiant, sed vt aut moriantur, aut vincant. Mori quippe nullum vitæ credunt dis-
 pendiu; vincere verò diuini subsidii est præconium. Hi ergo memorati Principes,
 quos suprà diximus, satis congruo tempore de suis sedibus exierunt, sed natale so-
 lum transeuntes, diuerso tempore & itinere transalpinauerunt. Itaque per Italiam
 iter direxerūt, & diuina præeunte custodia, secundo appulsi Romam usq; peruenie-
 runt. Et, o gloria! CHRISti militia, quam non potuerunt continere tam spatiose
 urbis intra incolatus sui spatia vel domicilia! & ob hoc multi extra urbem ex Prin-
 cipibus sua fixe tentoria. Ibi aliquot diebus cōmorantes, loca sancta peregrina
 consuetudine perambulauerunt; & se sanctoru Apostolorum, aliorumq; meritis
 ac precibus commendauerunt. Ac sic Apostolica benedictione percepta, ab urbe
 discenderunt, & per Apuliam suas acies direxerunt. Cùm verò sic incederent, ru-
 mortanti exercitus ad aures cuiusdam terræ illius principis peruenit, nomine Boa-
 mundi, qui tunc erat in obsidione Milphi super littus Scaphardi pelagi constituti.
 Qui hoc audiens, fecit inquiri quibus Principibus tantus exercitus regatur, qui-
 bus armis muniatur, quo ordine incedant: utrum rapere venerant, aut sibi necel-
 fatia compararēt. Cui ab inquisitoribus relatum est de Principibus, quod Hugo ma-
 gnus Philippi regis Francorum germanus, signifer & Dux sit tantæ militiæ. Rober-
 tus Comes Normanus, Robertus Comes Flandrensis, Stephanus Comes Karnotensis, Raimundus.
 Comes sancti Egidii, & Episcopus Podiensis, duces erant & domini. Exercitus autem sic
 deuotè & seriatim procedebat, quia cui nocuerit nullus erat: Arma equitum tam
 idonea erant, quia in rato procinctu militiæ DEI conueniebāt. Nam quis carneus
 oculus loricarum, aut galearum, aut scutorum, aut lancearum, Sole radiente, fer-
 re poterat intuitum? Pedites verò omni genere telorum sic præmuniti sunt, quia
 si obuiam sibi veniret, omni Oriente terrorem incuterent. Et cùm sic telis & ar-
 mis accingantur, tamen, vt inermes peregrini necessaria sibi mercantur. Quæ
 cùm audisset vir circumspactus & diuitiis opulentissimus, talia verba protulit co-
 ram omnibus: Gratias agere DEO omnes debemus, qui in sua potestate habet omnium corda, &
 quod vult inclinat ea. Quis enim tot Principes tantum j. populum in unum collegisset, nisi eorum
 mentibus ipse presideret? Cùmque requireret quod signum gestaret peregrinationis, didi-
 cit, quod aut in fronte aut in scapulis dextris signum ferebat sanctæ crucis. Cùm verò
 per campos discurrendo bellico usi se exerceret, & iocando inuicem alter in alterū
 hastas vibrarent, omnes una voce clamabant dicentes: Deus vult, Deus vult. Et
 hoc signum erat bellici clamoris ipsorum. Et cùm hæc iterum audiret vir prudens
 & mente capax, magis ac magis in DEO exultauit, quia omnia hæc non tantum esse
 hominū intellexit. Qui statim eadē deuotione succensus, duo pretiosa pallia iussit
 affterri, & ex eis corrigiatim incisis præcepit cruces fieri. Tunc dixit omnibus tam
 pedestribus, quam militibus: Si quis est Domini, iungatur mihi omnes nunc mei, estote DEI;
 & viam Sancti Sepulchri mecum incipite; & que mea sunt, ut vestra, assumite. Nonne & nos Fran-
 cigenæ sumus. Nonne parentes nostri de Francia venerūt, & terrā hæc militaribus armis sibi man-
 tipauerunt? Proh dedecus! Ibunt cōsanguinei & fratres nostri sine nobis ad martyrium, imo ad Pa-
 radysum? In omnibus futuris temporibus debet ascribitam nobis quam liberis nostris retrograda-
 animi inopia, si nobis absentibus agitur hæc diuina militia. Et cùm his & istis similibus ani-
 mosus miles finem daret, omnes clamauerunt qui aderant, dicentes: Nos tecum ibi-
 mus & abs^r, retractione viam S. Sepulchri promittimus. Tunc vir sapiens & astutus cruces
 iussit affterri, quas præcepit fieri. Quibus allatis dixit: Si die^s vestris facta vnire vult-
 sis, decrucibus istis unusquisque accipiat unam: & acceptio crucis, sponsio via fiat. Tunc tot ad ac-
 cipiendū confluxerūt, vt in multis accipere affectantibus, cruces defuerint. Audiētes Huius Calabria
 igitur optimates Apulia, & Calabria, & Sicilia, quod Boamundus crucem viæ S. Se-
 pulchri suscepserat, omnes ad eum confluunt, & tam mediocres quam potentes, senes
 quam iuvenes, serui quam domini, viam S. Sepulchri promittūt. Dux verò Apuliæ,
 vt hæc vedit & audiuit, vehementer indoluit, quoniam solus cum parvulis ac mu-

Circnick: mus-
 dum Rumor
 venit ad Boa-
 mundum.

Militie pondas.
 Non respiciens
 Boamundus.

Sed tali voto,
 Clamatur po-
 tere vero.

gentes Socian-
 tur & Apu-
 lienses.

*Hic fieri prædux
Spreuit tamen
Apulia dux.*

Ieribus in ducatu suo remanere pertimuit: Erat autem dux ille frater Boamundi, uterque filii scilicet *Robertus Wifhardi*. Dum verò *Boamundus* viæ necessaria parauit, Francigenæ ad marinos portus peruerterunt; alii scilicet ad *Brundosium*, alii ad *Barym*, alii *Orentum* mare intrauerunt. *Hugo* siquidem *Magnus*, & *Wilelmus Marchisi* filius, in portu Barim mare intrauerunt, & *Durachium* vique nauigauerunt. Quos ut deprehendit adesse dux loci illius, captus iniquâ cogitatione, illos continuò iusfit apprehendi, & apprehensos Constantinopolim transduci. Edixerat enim subdolus Imperator, ut omnes Iherosolymitani caperentur, & ad se Constantinopolim duceréntur. Volebat namq; ut omnes sibi fidelitatē facerent, ut scilicet suū esset quicquid per arma acquirerent. Sed deprehensi, cùm ad Vrbem venerūt, magnum sibi solatium inuenerūt, quoniam ducem *Godefridum* cum magno exercitu repe-rerūt. Flere præ gaudio potuit, qui *Hugonem Magnum* & *Ducem Godefridum* in uicem amplexari & osculari conspexit. Gaudet *Hugo* Magnus te fuisse comprehensum, quia meruit hac occasione adduci ad *Ducē Godefridum*. Gaudet Dux, quia ample-xatur præcordiale amicum & cognatū suum & totius generositatis nobilem vi-rum. Gaudet alter in altero innouatum fœdus amicitiae, & antiquæ familiaritatis, & quod in vtroq; inerat insigne decus probitatis. In his duobus viris primò denu-datæ sunt fraudes Imperatoris, sicut mox sequentia declarabunt. Dux *Godefridus* prior omnium Francorum principum Constantinopolim venit, quia per *Vngariam* recto gressu profectus est. Venit itaq; duabus diebus ante *Natale Domini*, & hospi-tari voluit extra urbem: sed subdolus Imperator eum inter suburbana recepit. Spe-rauit interim Dux ibi securū remanere se posse, donec veniret agmina gentis Fran-cigenæ. Et cùm per aliquot dies mittere cœpit clientes suos ad comparanda necel-saria, dolosus Imperator præcepit Turcopolis suis & Pincenatibus, ut in insidiis po-siti eos inuaderent & occiderent. Sed *Baldinus* frater Ducis, cognita eorum nequi-tia, occultauit se, & eorum præuenit insidias: quia dum suos sequeretur ut occide-rent, forti animo & virili impetu illos inuasit; & sic Deus iuuante illos superauit, pluresque ex eis occidit, & captos fratri suo Duci præsentauit. Quod cùm audisset Imperator, iratus est, quia cognouit denuditas esse Francis dolositates & insidias suas. Dux, ut cognouit erga se suosq; Imperatorem iratum esse, de suburbanis illius exiuit, & extra urbem sua téoria fixit. Sole igitur occidente, cùm nox superficiem terræ cooperuisset, satellites Imperatoris præsumperunt ducem inuadere; sed di-uina adminiculante gratia, cum magno sui detimento, vix manus illius potuerunt euadere. Alter in alterū ita fuit, sed alter altero præstantior fuit: Dux cum suis fren-dens ut leo, illos citò dispersit, & septem occidit, ceteros insecurus vsq; ad portam ciuitatis. Dux inde ad tentoria sua rediit, & quietus deinceps mansit. Imperator autem pacem ab eo per internuntios quæsiuit, & tandem impetrauit, & mercatum ei & si ægredi, sicut in ciuitate erat, habere permisit. Interea gens Gallicana cœ-pit appropinquare regiæ ciuitati. *Podiensis Episcopus*, & *Comes S. Agidii*, Comites quo-que *Normanus*, *Flandrensis*, & *Stephanus Carnotensis*. Dùm hæc itaque aguntur, ut di-ximus, prospero successu Boamundus Apulensis, paratis suis stipendiis tanto iti-neri congruentibus, mare intravit, & in Bulgaria regionem transnauigavit, cum quo erant nobilissimi principes, *Tancredus* videlicet nepos suus, & *Marchisi filius Richardus* princeps, & omnes terræ illius optimates, qui tantam in Bulgaria copiam repererunt, quod a fructu frumenti, vini, & olei omnes multiplicati sunt. Deinde descendentes in vallem *Andronopolis* ibi tamdiu quietauerunt, quousq; omnes trans-fretauerunt. Illic Boamundus vir prudens comminatus est suo exercitui, ne aliquis aliquid alicui violenter auferret, sed vnuſquisque quod sibi competebat, compara-ret. Tandem transfretatis omnibus, in quandam regionem intrauerunt, bonis o-nnibus vberrinam, & de villa in villam, de castello in castellum, de ciuitate in ci-uitatem progredientes, *Castoriam* peruererunt, & ibi solennitatem Dominicæ Na-tiuitatis celebrauerunt, & per dies plurimos dietauerunt. Cumq; forum rerum vena-lium ab indigenis quærerent, imperare nequierunt; quoniam omnes à facie eorum confugiebāt, & estimantes nostros aduenisse causam prædandi, & omnem terram depopulandi. Ideo nostri compulsi sunt ciboru in opia, rapere, prædari, oves, boues, arictes, hircos, porcos, & quæ vñi ciborum erant utilia. Egressi de Castoria vene-rant in *Palagoniam*, in qua erat quoddam *castrum Hereticorum*, quod vndique aggressi sunt, & crepantibus buccinis, & telis ac tagitis volantibus illico ceperunt, & spo-liatum omnibus bonis, cum suis habitatoribus igni combusserunt. Nec id eis iniuria

*Francigena gl-
tes, Vrbis simul
aduenientes,
Terror mor-
tis Prætentus
dompatriotis.*

iniuria contigit, quia illorum detestabilis sermo, ut cancer serpebat: iamq; circumiacentes regiones suo prauo dogmate fœdauerat, sicut & ipsos à rectâ fide sua fœda intentio abstulerat. Denique in crastinum ad flumen *Bardarum* venientes, plures ipso die transierunt, alii vero qui Sole stante transire nequierant, remanserunt. In crastinum illos qui remanserant, inuadit exercitus Imperatoris, summo diluculo, *Inuadit nostros exercitus Imperatoris.*

aurorâ iam lucecente: & omnes occidere aut captos vincitosque abducere, in animo habebât, Quibus dum nostri fortiter resisterent, rumor peruenit ad aures Boamundi & Tancredi. *Tancredus* verò non diuferens suos ita iniuriis affici, equo volitans ad flumen rediit, & se cum equo & armis in illud iniecit, eumq; duo millia e-
quitum sunt insecati. Qui protinus aduenientes iuuenerunt Turcopolas & Pin-
cenates cum eis dimicantes, in quos subito, ut effrenati iruentes, multos neci dede-
runt, & plures captos in vincula conicerunt, & locis iuretis ad Boamundum ad-
duxerunt. Quos vt vidit, Deo gratias egit, & hilari vultu subridens, eis per interpre-
tem dixit: *Gens malefana, quare queritis occidere gentem nostram & DEI nos sumus Christianae fidei confortes & domestici, & peregrini milites.* Sepulcri. *Nos neminem vestrum quarimus ledere, nec Imperatori vestro molimur aliquid auferre.* Ad hæc illi respondentes dixe-
runt: *Domine, conductissimi milites sumus Imperatoris, & donatiua nostra promereri ab eo desideramus: Quod ei liber vadimus, quod præcipit facimus, & magis illi quam Deo obedimus. Nostamen benè recognoscimus, quod magis oportet obedire Deo quam hominibus.* Imperator noster magis
perhorrescit agmina vestra, quam cæli fulmina: quia plus intelligit vos velle cum regno suo pri-
mare, quam velle peregrinari: & ideo non cessat malum erga vos machinari. Sed propter Deum,
cuius peregrini & milites estis, dignemini nostri misereri. Ad hæc verba vir egregius com-
motus spiritu misericordia, condonauit eis vitam, & illæsos abire permisit. Et
dum sic lato successu procederet, *Francorum* exercitus Constantinopolim con-
uenerat, & eius præstolabatur aduentum, quem audierat illic in proximo affutu-
rum. Imperator autem cum vidisset castra Dei vnde sic affluere, & exercitum
suum, quem miserat contra *Boamundum*, sic dissipatum esse; exæstuans animo co-
pit admodum anxiari, & fraudulentæ cogitationes in corde eius versari. Tandem
simulauit animum, & quasi de eius aduētu gratulabundus esset, misit obuiam Boa-
mundo, qui eum per ciuitates & castella sua gratauerat & exciperent, & ad se cum ho-
norificentia conduceret. Compertum verò nostri habebant, quod non agebat hoc
de aliquo famulatu amicitiae, sed secretâ cordis simulatione. Indigenæ autem terræ
illius, accepto Imperatoris imperio, cateruatim victui necessaria conferebant, &
precio satis competenti vendebant. Sicq; venientes ad ciuitatem, quæ *Safa* memo-
ratur, *Boamundus* ibi suum dimisit exercitum, & *Constantinopolim* cum paucis perrexit
ad Imperatoris colloquium. *Tancredus* autem remansit, Dux & custos exercitus: &
noluit ibi diutius manere, quia extranei ibi erant cibi quos sibi oportebat emere: &
eduxit eos seorsum in vallem satis omnibus bonis vberrimam, & corporalibus in-
crementis satis opimam. Interè Boamundus dum aduentaret ciuitati, Fran-
corum exercitus pars maxima venit ei obuiam, & vnanimiter receperunt eum,
sicut mater vnicum filium. Boamundus autem ut conspicatus est tot consules, tot
duces, tot optimates, obuiam sibi occurrente, in cœlum manus erigens, obortis
prægaudio lacrymis, fleuit vberimè: & osculatis pluribus, vix tandem repressis
singultibus, vt loqui potuit, suffusus ora fletibus in hæc verba exorsus est fari: *O bello-
tores DEI & indeficientes peregrini Sancti Sepulcri, quis adhuc peregrina loca vos adduxit, nisi
ille qui filios Israel ex Aegypto per Mare Rubrum siccō vestigio transduxit? Quis aliis inferuit
vobis animum vt relinqueretis possessiones vestras, & natale solum? Cognatos & affines, coniu-
ges & liberos abdicatis, imò & omni corpore & voluptate renuntiatis. Nunc iterum secundò re-
generati estis, per confessionem scilicet & pénitentiam, quam quotidie duris laboribus exhibetis.*
*Q felices qui in tali opere deficere; qui ante visuri sunt Paradisum, quam patriam suam. O ordo
milium, nunc terq; quater & beatus, qui huc usque fuisti homicidii sanguine deturpatus, nunc
Sanctorum sudoribus compar martyrum caelesti es diadematæ laureatus. Huc usque extitisti in-
citementum ira DEI. Nunc verò reconciliatio gratia ipsius, & propugnaculum fidei sue. Qua-
propter, inuicti milites, quia nunc primum incepimus DEO militare, non gloriemur in viri-
bus suis in armis nostris, sed in DEO potentissimo omnium: quoniam ipsius est bellum no-
strum, & ipse dominabitur gentibus. Boamundus cum hæc & plura id genus præten-
deret, conciliauit in se animos audientium, & magnam gratiam inuenit in con-
spectu omnium. Tunc omnes cum eo ad ciuitatem venerunt, & ad hospitium
sum, quod dei Imperator præparari iuaserat extra urbem, deduxerunt. Subdolus*

D

*Vtq; Boamun-
dus Nostris est
afficiens,
Rex sui insa-
nus Confandi-
nopolitanus.*

*Verba Boamun-
di Non laudant
prospera mudi.*

*Militiamq; pa-
rum Non au-
dat Christi-
colarum.*

Itaque Imperator videns crescere castra Dei, & de die in diem augmentari, inops animi, expers sensus, pauper consilii, ira vehementi cœpit inflammari. Nesciebat quid ageret, quò se verteret; quorsum, si cum vrgeret necessitas, fugeret. Timebat enim ne tantus & tantorum exercitus in se consurgeret. *Mens enim fraude plena semper auxiat, & est felicitas; & quod machinatur alteri, perimescit semper sibi machinari.* Sed nostri hoc prorius non quærebant, quia contra Christianos preliari nolebant. Tandem iussit ad se vocari Boamundum, & cum illo & cum Græcis suis huiuscmodi habuit consilium. Requisuit à nostris, ut sibi Principes exercitus facerent hominum, id est, securitatem pacis: & ipse conduceret eis per desertas regiones, quas ingressuri erant forum rerum venialium omnium, & in omnibus bellicis negotiis sui præsentiam, & suæ gentis auxilium; iuraret etiam generaliter omnibus quod omnia quibus indigebant in armis & vestimentis, ipse suppleret, nec amplius ulli peregrino Sancti Sepulcri noceret, aut noceri consentiret. Hoc consilium cùm detectum fuisset, placuit in cordibus ferè omnium: quoniam plerosque angèbat necessitas rērum temporalium. Fecerunt igitur ei cum sacramento hoc hominum tali conditione, vt tam diu duraret, quām diu ipse perseverasset in sacramento suo & promissione. Comes verò sancti Aegidii cùm requisitus fuisset de hominio, id nullatenus facere voluit; sed si ei crederetur, tota ciuitas cum suis habitatoribus & ipso Imperatore destrueretur. Sed non erat ratio, vt tam regia ciuitas, tantèq; Deo sacrata destruerentur Ecclesia, & tot Sanctorum corpora aut igne 20 tremarentur, aut suis sedibus viduarentur. Tandem Comes sancti Aegidii aliorum suasionibus euictus, assensum præbuit, & in hæc verba ei fidelitatem promisit dicens: *Alexio Imperatori iuro, quod nunquam per me aut per meos vitam aut honorem amittere, aut quicquid hodie iuste aut iniuste possebit.* Hanc illi fiduciam iuravit & Imperator adquievit. Iuravit deinde idem Imperator dicens: *Ego Alexius Imperator iuro Hugoni Magno, & Godefrido Duci, ceteris qui hic astant Francorum Principibus, quod nunquam in vita mea iniuriarum ullam peregrinum Sancti Sepulcri, aut permittam iniuriari; & quod cum illis pergam in bellicis negotiis, & proposito meo mercatum sufficientem illis conductifaciam.* Nemo miratur quod tot & tam nobiles Franci quasi coacti hominum fecerunt, quoniam si res ex ratione pensetur, quia verè coacti fuerint inuenietur. Intratur enim erant terram 30 desertam & inuiam, terram ab omnibus bonis prorsus alienam; & sciebant quia diurnum laborem ferre non sufficit, cui viuis quotidiana deficit. Pro huiusmodi angaria, facta fuit hæc hominii pactio: Sed in mente Imperatoris semper mansit fraudulenta factio. Et benè competenter hominii rata conciliatio, si apud Imperatorem foret integræ fidei assertio. Sed quicquid stipulauit, totum cum verbo exinanivit: maluitq; periurii noxam incurrire, quām gentem Francorum à suis finibus non elongare. Sed ne omnino videamus ut elingues præterisse Vrbem regiam, loquamur aliquid de ea, quoniam dissonum non videtur ab historia. Legimus in quadam historia, quod *Constantinus* Imperator Romanus, cùm quadam nocte in ciuitate quæ *Bizantium* memoratur, obdormisset, visionem vidiit, quæ in hunc modum 40 ei apparuit. Anus quædam veste dissupata & quasi semicinctis circumsepta, veniebat ad eum, & suæ opis flagitabat subsidium: Vestem exigebat qua indueretur, coperturam quæ tegetur, alimoniam qua pasceretur, promisitque ei Rex continuo se subuenturum, & indubitanter postulata collaturum. Et sic visio disparuit. Tunc vir potentissimus somno excitus, cùm in corde suo quænam esset visio hæc, versaretur, diuino nutu intellexit, ciuitatem ipsam in qua erat auxilium querere, & se in melius restitui peroptare. Sicq; *Constantinus* à fundamentis illam erexit, & de suo nomine *Constantinopolim* appellauit, quam Romæ mœnibus altis, ædificiorum structura nobili coequauit, & pari gloria & honore terreno sublimem reddidit: quæ *sicut Roma est caput Occidentis, ita & illa ciuitas debet esse Orientis.* 50 Est autem sita inter Adriaticum mare, & illud quod nunc vocatur *Brachium sancti Georgii*, supra quod mœnia ciuitatis locata sunt. Hæc præ cunctis aliis urbibus fecunda est pingui agro, & omni marinaram diuinarum mercimonio. Hanc itaque diuino nutu conditam nemo dubitet: quoniam præuidit Deus quod erat futurum, quod nos modò videmus impletum. Nisi enim talis condita fuisset ciuitas, Orientalis Christianitas vbi diffugiunt habuisse? Ibi nunc receptaculum habent sanctissimæ reliquias Sanctorum Prophetarum & Apostolorum, & innumerabilium martyrum Sanctorum, quæ illuc translatæ sunt à facie Paganorum. Asia & Aphrica olim fuerunt Christianorum, quæ nuanc subiiciuntur immundis ritibus

Hoc quod Rex
iurat, Non longo
tempore du-
ratur.

Iurat & abin-
rat. Qui de se no-
bem curat.

Visio perplana
Fuit hac Con-
stantiniana.

ritibus gentilium. Ideo talis effecta est vrbis regia *Constantinopolis*, vt sanctarum, quas suprà diximus, reliquiarum foret tutissima regia. Et ideo debet benè Romæ coæquare dignitate sanctuarii, & excellentiâ regiæ dignitatis: nisi quòd *Roma* est Papali apice sublimata, & caput & summa totius Christianitatis. De his ergo loqui sufficiat, & hic secundus liber finem recipiat.

EXPLICIT LIBER SECUNDVS.

10

INCIPIT LIBER TERTIVS.



ON F O E D E R A T I S igitur cum Imperatore *Francorum* Principibus, iussit Imperator naues ad portum adduci, vt omnis exercitus sine magna dilatione posset transfretari. Primi itaque transfretauerunt Iam mare trahi-
tur. Sed ad in-
sula iamq; ve-
niuntur.

Dux *Godefridus* & *Tancredus*, & vsque *Nicomediā* perrexerunt, & per tres dies ibi feriati sunt. Videns ergo Dux, quòd nulla pateret

via translitis, per quam tantum exercitum conducere posset, præmisit quatuor millia hominum cum securibus ac vomeribus, aliisque ferramentis aptandæ viæ conuenientibus. Erat autem terra illa inuia, per iuga montium, per concava valium, per defossa terrarum vndique præpedita. Constrauerunt itaque viam plurimo sudore vsque *Nicæam* ciuitatem, peditibus, equis, omniq; transculenti satis idoneam: posueruntq; lignæ cœtes per reflexus viarum, in testimonium; vt cunctis notum fieret, quòd via illa erat peregrinantum: Sicque suo tractu pertransiit omnis multitudo, excepto quòd *Boamundus* remansit cum Imperatore, dispositurus cum eo de commeatus promissione. Sed vlt̄rā modum *protelari* videbatur illa promissio, quia antequam perueniret, apud illos qui pauperiores erant versabatur maxima famis cruciatio. Ad Nicæam urbem conuenit robur exercitus, pridiē

Tu quoque Ni-
cæa. Delis ipsius
ampli trophae.

nonas Maii, & antequam mercatum adduceretur, vendebatur viginti aut triginta denarii vñus panis. Postquam verò Boamundus cum commeatu venit, penuria euauit, & vbertas omnium bonorum affuit. *Die* siquidem *Ascensionis* Domini urbem obsidione vallauerunt, & balistas arietes, & cætera id genus instrumenta quibus inhabitantes expugnari quirerent, apposuerunt. A parte Orientis, quia inexpugnabilior & magis munita ciuitas esse videbatur, applicuerunt sui robur exercitus Principes isti: *Podiensis* Episcopus, *Comes Raimundus*, *Hugo Magnus*, *Comes Normannus*, *Comes Flandrensis*, *Comes Stephanus Carnotensis*: A Septentrio-
Cum re u. sibi-
būt, Et vastatū
superabunt.

ne Dux *Godefridus*: Ab Occasu solis *Boamundus*: Ab Austro verò pars nulla fuit, quia lacus magnus ibi præsidio fuit: In illum ciues cum nauibus introibant, & ligna & herbas, aliaq; necessaria afferebant. Quod vt Principes agnouerunt, tum legatio ad Imperatorem cucurrit, vt naues conduci faceret, vsque *Cinio* vbi portus est,

& boues cum eis qui eas vsque ad lacum traherent. Qui illicò dictis paruit; & iuxta Principum velle factum fuit. Quid plura? Dispositis circa urbem agminibus, Christicolæ viriliter insistunt: & Turci quia de vita eorum agitur, fortiter resistunt, Turci toxicatas sagittas mittebant, vt quos vel leui tactu sauciarent, graui morte perimerent. Nostri verò pro vita moti non formidantes, altas circa muros machinas erigunt, quibus infra se illos qui in muri erant despiciunt. Ligneæ turres lapi-
Protubatari:
ba Frager eff
permotus in ur-

deis turribus opponuntur; & iam cominus hostis lanceis & ensibus impugnatur.

Iamq; sudesq; faces, lapides iaculantur in urbem. Hostis terretur, quia iam de morte timetur. Vn-

defragor turbe, clamorq; sonabat in urbe. Passim fugiebant matres cum filiis & filiabus suis solutis crinibus, latebrasq; quærebant, quia spem vitæ nusquam habebant.

be.

lamq; vt se victum reddere parabat hostis, sexaginta millia Turcorum eminus aduenire consperxit. Ipsi enim de ciuitate præmiserant ad illos, dicentes, vt per Medianam portam venirent ad ipsos, & adiuuarent eos. Nostri verò interim obsederant illam portam magno comitatu, & custodiebant eam *Podiensis* Episcopus & *Comes Sancti Ägidii*. Turci verò de montanis descendentes, vt eminus nostrorum agmina contipexerunt, timore perculti sunt: & nisi in sua multitudine confidissent, fugæ prædiuum, frenis retroflexis, arripuisserent: feceruntq; tres turmas, vt vna suprà dictam irrumperet portam, & duæ configendo, si necesse eis incumberet, liberius subsequerentur tertiam. Sic Turci disposuerunt; sed DEI consilio, nostri eruditiores hanc definitionem aliter mutauerunt. Nam *Podiensis Episcopus*, &

Comitis *Raimundi* exercitus, ut primum illos visu attigerunt, urbe relicta, celerissimo cursu irruunt in illos: non plus eorum formidantes multitudinem, quam canes fugientem leporem. O quot milliae electorum militum illos sunt insecuri; paratores de Turcorum corporibus extrahere animas, quam quisquam famelicus eundi ad nuptias! *Turci* vero, ut viderunt tot armorum prænium splendorem (suggerebat enim flammatibus radiis Sol fulgorem) tot veloces equorum occursum tremetum, tot hastas contra se vibrantes, terga verterunt, & nimis pigri & inertes ad montana redire voluerunt; sed quicunque inde descendenterant, rursus ascendere non potuerunt. *Et male multati nece dira sunt cruciari.* Auxiliante *D E O*, Sic agmina mortuæ catastrophæ Tali latantur, Et ad urbem regreduntur. Qui iterum machinas ascenderentes, ut maiorem metum hostibus incuterent, balistis & fundis occisorum capita Turcorum intus proiciebant. Nec tardante morâ, sunt ipsa temporis hora. Naves allatae *Constantinopolitanae*: Sed illâ die in lacum non immiserunt, sed nocte, plenas Turcopolis, gente scilicet Imperatoris benè doctâ & assuetâ nauibus. In crastinum surgentे aurorâ, ut viderunt naues hii qui erant in ciuitate, prænicio timore exterriti sunt, & vkrâ non habentes spiritum, quasi iam mortui in terram coruerunt. Vlunabat omnes filiæ cum matribus, iuuenes cum virginibus, senes cum junioribus. Vndeque luctus, vndeque miseria, quia euadendi spes non erat vlla: Intus erat mœror, & mentis hebetudo; foris gaudium & exultatio. Tandem inuenerunt euandi cōsilium, quia per Turcopolas Imperatori significarunt, ei se reddere ciuitatem, si illæfos & incolumes cum suis rebus eos permitteret abire. Quod vbi Imperatori nuntiatur, admodum inde gratulatur: sed & inde mente concipit fraudem, ut deinceps parturiat iniquitatem: Iubet ut suis reddatur ciuitas, *Turcus* integra fiducia tribuatur, & ad se *Constantinopolim* conducantur. Quod ideo fecit (ut res ipsa deinceps innotuit) ut cum tempus accederet, ad detrimentum *Francorum* paratores inueniret. Itaque ciuitas redditur, & Turci Constantinopolim deducuntur. Nea immemor tamen fuit Imperatoranti beneficii: quia pauperibus qui erant in exercitu, largas eleemosynas præcepit erogari. Septem itaque hebdomadibus & tribus diebus *Nicæa* ciuitatis protensa est expugnatio: nec vlla vi humana superata fuisset, nisi *D E I* adiutorio. Est enim muris densissimis & altis turribus præmunita, ut caput & nulli compar in tota Romania. In hac olim tempore *Constantini* Imperatoris, trecenti & octodecim Episcopi aggregati fuerunt; & de fide nostra, propter hæreticorum versutiam qui tunc temporis erant, tractauerunt; & ita omnina, sicut tenet nunc *Catholica Ecclesia*, omnes vñanimitate sanxerunt. Et ob hoc dignum erat, ut inimicis sanctæ fidei auferretur & *D E O* reconciliaretur, & sanctæ matris nostræ Ecclesię, ut membrum suum, redintegraretur. Et prouisa fuit, & disposita fuit à *D E O* hæc noua redintegratio, quoniam plurimorū qui ibi occisi sunt, consecrata est martyrio. Taliter ut diximus, liberata est Nicæa ciuitas, & expulsa est ab ea omnis diabolica captiuitas. His ita patratis, suamox tentoria nostri Defigunt, & abire parant, sic urberelicta Missis legatis *Constantinopolitanis*. Postquam vero de ciuitate recesserunt, duobus diebus coniuncta agmina in vnum processerunt, & ad vnum pontem peruenierunt, iuxta quem duobus diebus quiescentes feriati sunt, & de virenti gramine equos & bestias suas refocillauerunt. Quia vero ingressuri erant terram desertam & inaquosam, consilium inierunt, ut diuiderentur, & in duo agmina partirentur. Non enim vna terra, vna regio sufficiebat tot hominibus, tot equis, tot animalibus. Vna igitur & maior acies *Hugoni Magno* committitur: Altera vero *Boamundo* coniungitur. In prima acie fuerunt cum *Hugone Magno* *Podiensis* Episcopus, Comes *Raimundus*, Dux *Godefridus*, & *Flandrensis* Comes *Robertus*. In secunda autem cum *Boamundo*, *Tancredus*, *Robertus* Comes *Normannus*, & multi alii principes, quorum nomina ignoramus. Itaque prospero successu per Romaniam iam quali securi equitabant. Sed evoluto trium dierum curriculo, quarta iam die, hora tertia, hii qui erant cum *Boamundo*, viderunt trecentorum Turcorum millia sibi occurrere, & clamoris vocibus, nescio quid barbarum perstridere. Pro quorum immensa multitudine quidam ex nostris hæsitare cœperunt, vtrum resistenterent, aut fugaz diuertia quererent. Tunc *Boamundus*, ut vir multiuidus, & *Normannus* Comes ut miles animosus, ut viderunt quorundam animos titubare, præcipiunt omnes milites descendere, & sues tentiorum infigere. Erat autem ibi quidam riuis currentis aquæ præterfluens, iuxta quem in longum sua tentoria posuunt. Conciò prouidus *Boamundus* celerem dirigit nuntium, qui celeri voluntate

equo.

*Iam Turci fu-
giunt, Pauidiq;
per omnia fuunt.*

*Eros inclusi,
Magna formi-
dine fusi,
Quo se conuerti:
Valent, non
sunt bene certi.*

*Hostis capiatus
Condonata ne
cè viuus,
Redditur à
Frantis Con-
stantinopoli-
tans.*

ta, ut caput & nulli compar in tota Romania. In hac olim tempore *Constantini* Imperatoris, trecenti & octodecim Episcopi aggregati fuerunt; & de fide nostra, propter hæreticorum versutiam qui tunc temporis erant, tractauerunt; & ita omnina, sicut tenet nunc *Catholica Ecclesia*, omnes vñanimitate sanxerunt. Et ob hoc dignum erat, ut inimicis sanctæ fidei auferretur & *D E O* reconciliaretur, & sanctæ matris nostræ Ecclesię, ut membrum suum, redintegraretur. Et prouisa fuit, & disposita fuit à *D E O* hæc noua redintegratio, quoniam plurimorū qui ibi occisi sunt, consecrata est martyrio. Taliter ut diximus, liberata est Nicæa ciuitas, & expulsa est ab ea omnis diabolica captiuitas. His ita patratis, suamox tentoria nostri Defigunt, & abire parant, sic urberelicta Missis legatis *Constantinopolitanis*. Postquam vero de ciuitate recesserunt, duobus diebus coniuncta agmina in vnum processerunt, & ad vnum pontem peruenierunt, iuxta quem duobus diebus quiescentes feriati sunt, & de virenti gramine equos & bestias suas refocillauerunt. Quia vero ingressuri erant terram desertam & inaquosam, consilium inierunt, ut diuiderentur, & in duo agmina partirentur. Non enim vna terra, vna regio sufficiebat tot hominibus, tot equis, tot animalibus. Vna igitur & maior acies *Hugoni Magno* committitur: Altera vero *Boamundo* coniungitur. In prima acie fuerunt cum *Hugone Magno* *Podiensis* Episcopus, Comes *Raimundus*, Dux *Godefridus*, & *Flandrensis* Comes *Robertus*. In secunda autem cum *Boamundo*, *Tancredus*, *Robertus* Comes *Normannus*, & multi alii principes, quorum nomina ignoramus. Itaque prospero successu per Romaniam iam quali securi equitabant. Sed evoluto trium dierum curriculo, quarta iam die, hora tertia, hii qui erant cum *Boamundo*, viderunt trecentorum Turcorum millia sibi occurrere, & clamoris vocibus, nescio quid barbarum perstridere. Pro quorum immensa multitudine quidam ex nostris hæsitare cœperunt, vtrum resistenterent, aut fugaz diuertia quererent. Tunc *Boamundus*, ut vir multiuidus, & *Normannus* Comes ut miles animosus, ut viderunt quorundam animos titubare, præcipiunt omnes milites descendere, & sues tentiorum infigere. Erat autem ibi quidam riuis currentis aquæ præterfluens, iuxta quem in longum sua tentoria posuunt. Conciò prouidus *Boamundus* celerem dirigit nuntium, qui celeri voluntate

egno, nostrosq; vocaret, Quatinus ad bellum properarent iamq; paratum. Antequam verò tentoria tensa fuissent, centum quinquaginta Turci equis velocioribus aduecti, nostros appropiauerunt, & tensis arcubus suas sagittas toxicatas in eos immiserunt. Nostrū verò equis admissis illos exceperunt; & comprehensos occiderūt. Turcorum quippe consuetudo est, vt retrò confugiāt tractis sagittis, & dum fugiunt aduersum vulnus se insequentibus infligant. Sed fugæ nullus locus erat, quia densitas hostium occupauerat ipsa cacumina montium. Propterea nostri dextra leuaq; eos instanter trucidabant, & arcus & sagittæ inutilem ibi locum habebant. Tandem confractis lanceis Francorum in corporibus impiorum, res agitur gladiis. O quot ibi corpora

*Ecce si hic pu-
gna, Que non
sui omnibus
vna.*

10 corruerunt, truncatis capitibus, aut mutilatis aliquibus membris! Illic videres, quod posterior pars hostium impellebat priorem in gladios trucidantium. Dum si pugnatur, dum sic pars prima necatur, Parsea Turcorum qua riuum transiit, illa Protinus inuasit tentoria Christianorum: Diruunt illa; trucidant matres cum pueris, & quos imparatos bello reperiunt & sine armis. Clamor morientium Boamundi peruenit ad aures, & protinus quid esset intellexit. Bellum Comiti Normanno committit: & ad tentoria cum paucis celeri cursu repedauit. Quos ut viderunt Turci, mox terga dederunt. Boamundus autem conspicatus ibi iacere multos exanimes, cœpit lamentari; & Dominum, vt viuis ac mortuis esset refugium, deprecari. Ad bellū festinus remeauit, sed tamen pro vallo & munimine in tentoriis milites dereliquit. Antequam verò ad bellū re-

*20 diret, fuerant iam nostri adeò fatigati, siti, labore & calore æstus, quia nisi mulieres potum de riuo præterfluenti attulissent, multi ipso die bello succubuisserent. Iam verò nostri Turcis irruentibus semel terga dederunt, & nisi citò Comes Normannus aureum vexillum in dextra vibrans equum conuertisset, & geminatis vocibus militate signum, *DEVS vult, DEVS vult*, exclamasset: *Nostris illa dies nimis existibilis esset.* Sed postquam viderunt reuerti Boamundum & Comitem Normannum, spiritum audaciæ resumpserunt, & magis mori quam ulterius fugere elegerunt. Tanta quippe erat Turcorum instantia, & unus ita impellebat alium: quod nusquam erat cuiquam pro ullo commodo diffugium: Nostros ita vallauerant, quod locum vacuum nisi circa tentoria non inueniebant: Multi de nostris tunc mortui sunt, qui Turcorum sagittis perierunt. Nullus nostrorum vacabat ab officio; nullus erat absque ministerio. Milites & ad bellum expediti pugnabant; sacerdotes & clerici plorabant & orabant; mulieres lamentantes mortuorum corpora in tentoria trahebant. Et dum sic nostri coartantur, dum nube volantium sagittarum obumbrantur, aduolat interea Dux Godefridus & Hugo. Qui cum ad montana peruererūt cum quadraginta millibus electorum militum, aspiciunt tentoria suorum vndiq; circumsepta agminibus Turcorum, sociosq; suos vtcunque pugnantes, mulieres in tentoriis magno vulnalu vociferantes; ardentes animo, & sicut aquila fertur in prædam, *Quam vox pullorum stimulat ieunia suorum, Sic ira attensa, penetrarunt agmina densa.* O quantus ibi fragor armorum, quantus strepitus confringentium lancearum, quantus clamor mortientium, & quam hilaris vox pugnantium Francorum, militare signum suum altis vocibus conclamantium! Congeminantur illæ voces dum eas recipiunt, & recipiendo emittunt concava vallium, cacumina montium, scissuræ rupium. Miseri quos primùm inueniunt; quia nunc homines, nunc sola cadavera sunt, quos non contegit lorica vel clypeus, & quos nō adiuuat sagitta vel sinuatus arcus. Vulnæ, gemunt, terram morientes calcibus terunt, aut procumbentes herbam mordicus scindunt. Hos repentinus sonitus dum longè positi percipiunt; alii gratulantur; alii mœsti fiunt. Franci intelligunt militare signum suorum pugnatuum; Turci verò lamentabiles gemitus suorum morientium. Torpescit stupefacta manus iniquorum; cōualescit iam fatigata manus Christianorum. Interea dum Turci qui nostros im-*

*30 pugnabant ad montana respiciunt, conspiciunt Podiensem Episcopum & Comitem Ramundum, cum reliquo exercitu militum & peditum de montibus descendere, suosque inuadere: obrigerunt timore magno præ multitudine bellatorum, putantes quod aut de supernis sedibus bellatores compluissent, aut de ipsis montibus emer-
sissent. Iterum prælia innouantur, recenterq; plurima Turcorum millia proster-
nuntur. Quid faceret Turcus, populusq; per omnia spurcus? Ni sua terga daret quod venerat &
remearet. Sed qui cauda prius fuerat, caput incipit esse. Sicque caput caudam sequitur, fugiens fugientes. Notri quoque qui iam propè in suis erant inclusi tentoriis, iterum relum-
pto spiritu animantur, & sua vulnera grauesq; iniurias de hostibus vlciscuntur. Qui prius instabant, fugiunt per denia queaque: Neccurant quorsum, vel in ante sine retrorsum: Sed Agarem,*

*Hinc labor, inde
calor sit; im-
probus hostis &
arma Nostris
inuadunt, &
ob hoc iam ter-
gaparabunt.*

*Affuns presidia
Dux Godefridus & Hugo.*

*Militia tan-
te bellum nunquā
fuit ante: Hinc
timor incessit
quo trans ab in-
dere recessit.*

*Iam Saraceni
fugiūt, Arabes;
Sed Agarem,*

miles CHRISTI prostravit eos nece tristi; Sanguine terra madet, montis rubet undique clivus,
 Completurque simul fluitanti sanguine riuus. Corpora casorum tot erant prostrata per agrum;
 Quod nisi vix ullus currere quibat equus. Ab hora igitur diei tertia vique ad noctis cre-
 puliculum conflictus ille continuus fuit: & mirum esse poterat unde gens tanquam ag-
 gregata fuerit. Sed ut asserebant, qui se melius scire arbitrantur, Persa, Publicani,
 Medi, Syri, Chaldaei, Saraceni, Agulani, Arabes & Turci ibi conuenerant, & superfi-
 ciem terrae cooperuerant, sicut locuta & baucus quorum non est numerus. Nox
 quippe litem ditemit, magnoque illis fuit praesidio; quia nisi tenebrae eos occuluis-
 sent, pauci ex tanta multitudine superfuissent. *Gloria magna DEO, talis tantoq[ue] tro-
 phao Qui perimit nocuos, glorificatq[ue] suos.* Nostri itaque compellentibus tenebris, ad 10
 sua tentoria reuersi sunt, tacet e dotibus & clericis hymnum DEO dicentibus in
 hunc modum: *Gloriosus es Domine, in sanctis tuis, mirabilis in sanctitate tua: terribilis atque
 laudabilis, & faciens mirabilia. Dexter tua, Domine, percussit inimicum, & in multitudine glo-
 riæ tua depauperasti aduersarios tuos. Dixerat inimicus; Periequar & comprehendam illos,*
 diuidam ipolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos
 manus mea. *Sed tu, Domine, nobiscum fuisti, tanquam bellator fortis, & Dux & protector fuisti
 in misericordia tua populo tuo quem redemisti. Nunc, Domine, cognoscimus, quia portas nos in
 fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum, ad sanctum scilicet Sepulcrum tuum.* His dicitis
 voces suppresserunt, & securi iam ab hostibus noce illa queuerunt. In crastinum
 verò vbi sol flammani lumine mundum venustauit, omnes ad campum belli cu- 20
 currerunt, & de suis plurimos peremptos inueherunt: & nisi crucis fuissent, segre-
 gari ab illis vix potuissent. Illi verò quibus erat senior intellectus, vt CHRISTI mar-
 tyres venerabantur, & digniori honore quo poterant tumulabantur. Et sacerdotes &
 clerici sepulturæ debitos effundebant cantus: Matres pro filiis, amici pro amicis,
 lugubres emittebant planctus. His ita completis, ad cadavera hostium spolianda
 festinauerunt. Et quis referre potest, quantam ibi abundantiam vestium, quantam
 auri argentiq[ue] copiam repererint? O quantam multitudinem equorum, mulorum,
 mularum, camelorum & asinorum nostri tunc habuerunt? Qui prius erant paupe-
 res, DEO opitulante, diuites eff. Ati sunt. Qui prius seminudi, sericis indumentis
 vestiti sunt. Leguntur tela & sagittæ, & vacuæ implentur pharetræ. Cura vulne- 30
 ratis impenditur, & curæ medicorum committuntur. Sicq[ue] die tota, non est gens nostra
 remota. Huic facto egregiæ laudis, si quis mentis oculum velit apponere, DEVM
 mirabilem in suis operibus poterit aduertere. *Esurientes etenim suos replevit bonis,
 diuites verò non suos dimisit inanes; depositus potentes, & exaltauit humiles, potentes abie-
 ctos reddens, humiles gioriotos.* Hoc est quod per Etiam Prophetam spopondit
 suæ dilectæ Iherusalem: *Ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & gene-
 rationem: & fuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, & scies quia ego Dominus saluans
 es, & redemptor tuus fortis Jacob.* Superbia seculorum, nobilitas est virorum illustrium;
 mamilia Regum, diuitiæ thesauros suos in terram fodientium. Quæ nobilitas ma-
 milla regum pascitur, cum ei mundana potestas subiicitur. Et inde habet gaudium 40
 & latitudinem non tantum in hac generatione praesenti, sed & in futura generatione
 seculorum. Altera autem die, quæ erat tertia mensis Iulii, tentoria summo manè de-
 fixerunt, & vestigia Turcorum fugientium sequi festinauerunt. Sed illi sicut trepidi
 & columbae à facie accipitris, ita ante eorum faciem fugiebant. Igitur per quatuor
 dies huc illucq[ue] fugientes, contingit vt Solimannus Dux illorum inueniret decem
 millia Arabum venientia sibi in auxilium. Erat autem Solimannus filius Soliman-
 ni veteris, qui totam Romaniam abstulit Imperatori. Hic quippe postquam de
 Nicæa vrbe fugerat, gentem hanc in unum congregauerat, & quasi pro vlciscenda
 sua iniuria, super Christianos adduxerat. Hic cum eos vidisset & Arabes illum, præ
 nimio dolore equo lapsus in terram, cœpit magnis vocibus heiulare, scq[ue] miserum 50
 & infelicem proclamare. Cui Arabes infortunii sui casum ignorantes, dicunt: *O cura-
 torum hominum impudenter! quid ista fugis? Muleum degeneras: quia nunquam pater eius
 de prælio fugit. Resume animi constantiam, & reuertere ad prælium, quoniam venimus tibi in au-
 xilium.* Quibus ille, suspiriis vocem interrumpentibus, ait: *Magna vos vexat insanias:
 nondum vos cognovistis virtutem Francorum, nec experti estis animos eorum. Virtus eorum non
 est humana sed celestis, aut diabolica. Nec ipsi tantum in suo confidunt auxilio, sed diuino. Non
 ne in tantum deuiceramus eos, quod iam parabamus illicos funes & canabinos, ut eorum collo
 immitteremus? Tum subito gens innumera, que mortem non veretur & hostem non timet, e-
 rupit de montibus, & indubitanter se inferuit nostris agminibus. Quorum oculi ferre poterant
 eorum*

Terror erat ma-
 gnus, quo: orri-
 cus est Soliman-
 nus.

corum terribilium armorum splendorem? Lancea corum micabant ut coruscantia sydera, galea & lorica, ut vernantis aurore lumina vibrantia: fragor armorum, terribilior erat sonitus toni-
 erorum Cùm se bello preparant erectis in cælum lanceis, seriatim incedunt, & ac si sine voce ef-
 fent, conticescunt. Cùm verò suis ad proximant aduersariis, tunc laxatis loris tanto impetu ir-
 ruunt, ac si leones quos stimulat ieux a fames, & sanguinem animalium sitiunt. Tunc vociferant
 & strident dentibus & aëra clamoribus implent, & peregrini à misericordia neminem capiunt,
 sed omnes necant. Et quid dicere de tam crudeli gente valco? Nulla gens est qua huic valeat res-
 fere, qua fugiendi locum possit inuenire: quia aut diuino aut diabolico fulciuntur auxilio. Omnes
 aliae gentes nostros arcus expaescunt, & tela timent: isti verò postquam loricati sunt, tan-
 tum timent sagittam, quantum & stipulam: sic formidant telum, sicut & fustem ligneum.
 Heu heu trecenta sexaginta milia sumus, & omnes vel occisi sumus ab ipsis, vel dispersi fugimus.
 Nunc quartus dies est, ex quo à facie eorum fugere cœpimus, & adhuc non timore minori quam
 & primo die trepidamus. Quadere, si sano vultus parere consilio, quam primum valetis à tota
 Romania abscedite; & ne illorum oculu vos videat, summâ cautela prouidete. Hæc Arabes
 ut audierunt, cum ipso Solimanno fugam concitò arripuerunt. Christiani autem
 maiori sollertia sequebantur fugientium vestigia; sed illi nunquam in eodem statu
 morabantur: & quantumvis eorum animi confusi fuerint, ad quascunque tamen
 Christianorum vrbes vel castella fugiendo veniebant, hilarem vultum quasi po-
 tici victoria, præferebant: dicentes, *Gaudentes & cum letitia aperite nobis ianuas ve-*
Prætides fugi-
bant Arabes.
dum sic fugi-
erant.
bras, quoniam occidimus vobis omnes Francigenas, qui vos & terras vestras deprendari ve-
nabant: ne unus quidem superest de illis. quin aut mortuus sit, aut teneatur in vinculis no-
stris. Solimannus etenim Dux noster alia via procedit, & captiuos secum deduxit. Qui ve-
rò vobis eorum creduli erant, aperiebant, ledicteque grates pœnas luebant. Nam
 d'pradantes eorum possessiones, domos incendebant, ipsosque aut trucidabant,
 aut loris astrictos secum ducebant. Nolebant quippe vt *Franci* qui eos inseque-
 bantur, aliquid inuenirent, vt vel sic inopia coacti persequi desisterent. Qui in
 hoc, prudenti vī sunt consilio, quia illis valde profuit, nocuitq; omni exercitu no-
 stre. Nostri enim inuenierunt terram illam desertam, & in aquosam, omnibus bo-
 nis vacuam. Vellebant spicas segetum ad maturitatem proximantium, & inter
 manus confricando expilabant, taliique cibo famem vtcunque mitigabant. Ibi
 mortua fuit maior pars equorum, & multi qui prius equites extiterant, pedites ef-
 fecti sunt. Equitabant vaccas & boues, & magnæ fortitudinis & altitudinis ter-
 ræ illius arietes & canes. Transferunt itaque solum illud quam citò potuerunt, &
 intrauerunt *Lyceniam*, prouinciam omnibus bonis vberimam, & venerunt *Ico-*
Inuenierunt famam
Nostri, post fer-
ritatem.
niam. Est autem Iconium opulentissima ciuitas temporalibus bonis, de qua memi-
 nit *Paulus* Apostolus in epistolis suis. Qui verò errauerunt in solitudine, in inaquo-
 so, ciuitatem hospitio commodam inuenierunt, & Domino suggestente, bonis ter-
 renis repleti sunt. Cumq; digredi à ciuitate placuit, suadentibus incolis, aquam in
 vasim & vtribus secum tulerunt, quia aquam in crastinum nusquam repererunt. Dic
Hæc Vrbis fuga-
bit Nostros, pe-
nitentiam recipit.
 verò secunda in vesperum ad quoddam flumen peruererunt, ibiq; duobus diebus
 hospitati sunt. Altera autem die cursores qui præbant agmina, primò venerunt
 ad ciuitatem, quæ *Heraclea* memoratur, in qua Turcorum maxima multitudo ag-
 gregabatur. Qui vt à longè deprehēderunt vexilla Francorum volitantia, protinus
 effugerunt vt damulus creptus de laqueo, aut cerua sagittata. Nostri verò laudantes
 Dominū sine obstaculo ciuitatem intrauerunt, & per dies quatuor ibi dietauerunt,
 die verò quinta de ciuitate omnes exierunt. Tunc *Baldinus* Comes frater Gode-
 fridi Ducis, & *Tancredus*, ib aliis se cum suis militibus diuierunt, & ad urbem *Tarsum* Hic agmen
sparsum, Po-
litit urbum no-
mine Tharsum.

diuierunt. Erant autem multi *Turci* in ea, qui contra eos exierunt ad prælium: sed
 diu obstatre non potuerunt. Cùm enim veloces impetus nostroruni, & sinuatos in-
 cursus, & diros ictus ferre non potuerunt, pluribus suorum prostratis in munitione
 vrbis se receperunt: & nostri castra sua ante urbem locauerunt, & excubitores posu-
 erunt. Illi verò qui erant in ciuitate Christiani, nocte media ad castra veniunt, cum
 magno gaudio clamantes atque dicentes: *Surgite, inuicti milites Francorum, quoniam*
Turci omnes de ciuitate fugiunt, & vterius vobiscū decertare non presumunt. Nostri ramē eos
 persequi noluerunt, quia nox erat, tempus scilicet ad periequendū minimè idoneū.
 Die verò lucecente nostri in ciuitatē introierunt, & ciues eos libentissimè recepe-
 runt. Facta est autem contentio inter Comitem Balduinum & Tancrenum, quis eo-
 rū ciuitati dominaretur, an vrorumq; dominio subderetur. *Tancredus* renitebatur,

quia pro se eam volebat habere: sed tandem cessit *Balduno*, quia maior erat illi exercitus fortitudo. Fuerunt autem eis in breui temporis interuallo traditæ duæ ciuitates: una quæ vocatur *Athena*, alia quæ *Manufra*, & multa castella. Iam vero ibant secundis successibus, quoniam *Turci* iam non equitabant, sed abditi erant in munitissimis munitionibus. Maior autem pars Francorum ingressa est *terram Armeniorum*: quia inhianter affectabant inebriare terram sanguine Turcorum. Terra autem omnis silebat in conspectu ipsorum, eisque *Armenii* obuiam veniebant, & in suas ciuitates & castella recipiebant. Ad quoddam verò castrum peruererūt, quod ita naturali positione munitum erat, ut nulla arma prorsus, nulla machina bellica metuebat. Sed tamen nohuerunt ibi diu demorari, cum scilicet tota

*Quod petit affectus
guitur Miles,
patria potest
tur.*

*Huic cum Ca-
saria, Traditur
& patria.*

alia terra eis esset subdita, & ex affectu volebat inclinari. Erat autem in exercitu quidam miles fortis & strenuus & ab illa regione oriundus, qui terram illam postulauit à cunctis Principibus, ut eam in fidelitate *Dxi* & *Sancti Sepulcri* & eorum custodiret, ut vitam & honorem suum protegeret. Cui Principes vnamiter assensum tribuerunt, quia sciebant eum esse virum fidelem, & bellicis rebus idoneum & fortē. Dehinc prospero successu venerunt ad *Cesaream Cappadociæ*. *Cappadocia* autem regio est in capite *Syriae* sita, ad Septentrionalem plagam porrecta: Cuius incolæ ciuitatis vltro se tradiderunt, eosque benignè receperunt. Egressique de Cappadocia, prosperè venerunt ad quandam urbem pulcherrimam & satis vberimam, quam *Turci* non multò antè obsederant, & per tres hebdomadas impugnauerant, sed expugnare nequieverant. Ad quam accedentes, mox cum summa letitia ciues obuiam venerunt, & beneuolè susceperunt. Hanc iterum petuit alter miles, nomine *Petrus ab Alpibus*, & impetravit eam celerrimè ab *Vniuersis principibus*. Ipsâ nocte quidam delator nugarum venit ad *Boamundum*, dixitque ei, usque ad viginti millia Turcorum in proximo adesse, qui nondum scirent *Francos* exercitum illuc aduenisse. Ille credulus verbis mendacibus, elegit milites electos quos secum duxit, & loca in quibus latitare dicebātur peragravit. Sed sicut delator inanis fuit, sic & inquisitionis effectus frustratus. Dehinc consurgentēs venerunt ad quandam urbem, quæ vocatur *Cosor*, quæ plena erat omnibus bonis, quæ vtilia sunt corporibus humanis. Ad quam accedentes, ab his qui erant in ea Christianis, officiosissime suscepti sunt. Et ibi per tres dies feriati sunt. Illic vnuquisque suæ consuluit indigentia: lassi inuenierunt requiem, esurientes refectionem, sitiens potum, nudī operimentum. Prouidit itaque eis *Dev*s tale habitaculum, quod facilius pati valerent validum superuenturæ famis cruciatum. Interea nuntiatum est Comiti *Raimundo*, quod *Turci* metu territi, de *Antiochia* fugerant, ciuitatemque minimè præmunitam reliquerant. Qui inde accepit consilium, quod illuc quingentos milites dirigeret, qui arcem ciuitatis occuparent, antequam aliis cognitum esset. Et ut venerunt in vallem Antiochiæ vicinam, tunc primum audierunt verum non esse quod *Turci* discessissent à ciuitate, sed omni nisu quo poterant moliebantur defendere. Perreverunt igitur usque ad *castellum Publicanorum*, eoque subiugato, aliò secundo itinere diuerterunt; & in vallem *de Rugia* peruererunt; multosque ibi *Turcos* & *Saracenos* inuenierunt, quos in ore gladii superatos prælio occiderunt. Quod videntes *Armenii*, terræ illius habitatores, gauisi sunt: quia videlicet à Christianis tam viriliter & *Turci* & *Publicani* sunt occisi; continuoque cum terra sua reddiderunt se illis. Et *Rusas* ciuitatem obtinuerunt, & plurima castella suo dominio mancipauerunt. Vniuersus verò exercitus qui remanserat iter arripuit, miseroq; infortunii successu per quædam montana, quæ nulli erant nisi feris aut reptilibus peruia: ubi semita erat quæ non amplius quam vnius pedis spacio dilatabatur, sed hinc & inde rupibus & densis spinarum seu veprium fruetis artabatur: immo vallium in abyssum videbantur immergi, cacumina montium ad sydera tolli: hac inæquali semitâ milites & armigeri collo suo arma dependentia gestabant: omnes æqualiter pedites, quia nulli eorum equitabant: pleriq; libentissimè loricas, galeas, clypeosq; suos védidissent, si emptorem inuenissent: multi quidem plurima lassitudine deficientes ea proiiciebant, ut saltē sic expediti ire valerent. Iumenta cum oneribus ire nullatenus poterant, sed plerisq; in locis onera iumentorum homines ferebant. Stare loco aut sedere nemo poterat, quia alter alterum impellebat. Nemo poterat iuuare suum comitem, nisi præcedētem vltimus, quoniam qui præibat vix conuerti valebat ad subsequentem. Tandem finitâ tam infelici viâ, & inuiâ, venerunt ad ciuitatem, quæ *Marasim* memoratur, & ab incolis illis cum honore &

30

*Hic fame delecta
Successit copia
lata.*

*Mundi fortuna
Mutabilis est
quæsi Luna. Si
bona precedit,
Sequierunt mala
prosterna cedit.
Quod liquet in
rebus Mundi,
re in his acieb.*

gaudio



gaudio excipiuntur. Illic abundantiam rerum temporalium inueniunt; ibi suæ misericordiae & defectus consolationem recipiunt. Ibi prior præstolatur ultimum: sed antea pertransit integræ dies, antequam cauda capiti cohaereret. Congregati vero & die vñâ quiescentes, secundâ die venerunt in vallem, in qua est *Antiochia* sita: regia videlicet ciuitas ab *Antiocho* rege constituta, & ab ipso nuncupata. Hæc metropolis est & caput totius regionis *Syrie*: olim insignita per beatum Petrum Apostolorum Principem cultu fidei Catholicæ: in ea Episcopalem Cathedram posuit, & Apostolos *Barnabam* & *Paulum* ordinavit. Nunc vero ut Dominus ostenderet oculis mortalium, quod non est virtus nec villa posset nisi ab ipso, prius hanc adquirere voluit, in humilitate sermonis ore prædicantium; modò eam recuperare voluit, in sublimitate potentiaz armis debellantium. Sic nostri in virtute Dei ad ciuitatem properantes ad pontem *Ferreum* venerunt: inuenientque ibi numerositatem *Turcorum* pontem transire cupientium; ut his, qui erant in urbe, præstarent auxilium. Sed non est hominum difigere gressus suos, sed eius est, cuius universa subiecta sunt imperio. Nostri protinus irruerunt vnamiter in eos, nullique pepercerunt, sed in ore gladii magnam multitudinem ex eis peremerunt: Alii mente consternati fugerunt, & sic vita præsenti sua consuluerunt. Sic potiti Christiani victoriâ, multa inihi repererunt spolia: iumenta, asinos, camelos, oneratos vino, frumento & oleo, & robus aliis quæ obsessis sunt pernecessariæ. Tunc castrametati sunt super ripam fluminis, quod non longè distat à mœnibus ciuitatis. In die crastina onusti bonis omnibus ad ciuitatem ire disponunt: ad quam Deus Ductore peruenientes, in partibus tribus castra circumponunt: Ex una enim parte montana prohibent accessum, & omne bellandi procul arcent ingenium. Quarta feria duodecimo Kal. Nouembris obsidio circa *Antiochiam* posita fuit, ad laudem & gloriam futuram Domini nostri Iesu Christi, qui semper est mirabilis in operibus suis.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

30 INCIPIT LIBER QVARTVS.



VIA vero Urbs *Antiochena*, non solum naturali situ, verum etiam in tribus excelsis, turribusque in altum porrectis, densissimisque in cæcum inibus murorum propugnaculis præmunita erat: confluxus inierunt Principes, quod contra eam pugnarent, non virtute, sed ingenio; arte, non Marte; machinamento, non conflictu bellico. Prius igitur pontem supra flumen statuerunt, ut expeditius flumen transirent, quotiens transeundi necesse haberent. Tuac quippe in confinio urbis magnam bonarum fructuum vertutatem inueniebant, copiosas vindemias, foueas frumento plenas & ordeo, aliisq; cibariis, arboresq; multigenoris pomis refertas. Hoc quoque insinuabant eis *Armeni* qui in ciuitate erant, quique inde consentientibus Turcis ad eos veniebant: sed eorum vxores & filii in urbe remanebant. Et hoc totum, licet Christiani essent, callidè tamen faciebant: quoniam dicta nostrorum siue facta, Turcis intus renuntiabant. Construuntur à Christicolis bellica machinamenta ad oppugnandum congrua, turres ligneæ, balistæ, falces, arietes, talpæ, tela, sudes, & fundæ, & si qua alia potuerunt vlla ex cogitari arte. Sed quid valuerunt aduersum urbem inexpugnabilem? præsertim cum tot in ea essent defensores, qui etiam cum nostris campestri prælio pugnare potuissent. Postquam vero: *Phosphorus aurora rutilos præcesserat ortus, ipsaq; rorifluo cum iam candore vibraret, Solq; venustares flammanti lumine mundum*: Exurgunt properè proceres, procerumq; ceterue, Armaque corripunt, & ad urbis manu currunt. Pugna quidem dextrâ fortissima & intusa & extrusa: Illi defendunt, dum nostri spicula fundunt: Telaque cum baculis, nec non lapides, fridesq;. Fit labor immanis, sed profectus fit inanis. Sicq; recesserunt, quia sternere non potuerunt Turres & muros, vi nulla corruiuros. Cumq; viderent nostri quod nil proficere possent, illam dimittunt pugnam; retinent tam oblicationem. Turci quippe in sua confidetes in uitissima ciuitate, nocte ianuis apertis exhibant, & in castra sagittas mittebant. Contigit autem ut ita sagittando vñâ mulierem ante tentoria *Boamundi* Principis occiderint, & ideo vigilantes excubias per castra posuerunt, qui etiam portam per quam exire solebant custodierunt. Placuit itaque principibus militiaz & optimatibus, ut castellum sibi construerent,

quod securiores essent, si inimici Dei villo modo præualerent, qui vndique sicut apes ad aluearia confluabant. Quod & factum est. Interea dum rarescere cœpit quotidiani victus impensa, consilium inierunt; vt cibos quærerent, & ad quærendum, armigeros & plerosque milites ob custodiam transmittenrent. Sed qui prædari voluerunt, *Partim predati, partimq; fuere necati.* Nam castellum quoddam erat in montanis non longè à ciuitate nomine *Arech*, quod erat plenum rebellantibus *Turci*, qui nostris insidias prætenderunt, multos vulnerauerunt & plures occiderunt, & plerosque captos abduxerunt, cæterosq; turpiter iniuriatos ad castra redire compulerunt. Quod miseri casus infortunium vbi militia Dei cognouit, admodum indoluit: sed sibi deinceps salubre consilium inuenit. Mille armigeros antè præmittunt, quos *Boamundus* & *Flandrensis* Comes cum electis militibus subsequuntur, prænominata valle, in qua ad ipsos configurerent, si *Turci* eos insequerentur. Quod ita absque dilatione contigit. Quoniam Turci postquam illos eminus agnouerunt, laxatis loris, & equos calcaribus urgentes, insecuri sunt, eosque in fugam vertierunt. Nostri verò ad suos, sicut ad tutissimum asylum, configurerunt, & præsidium diuini subsidii inuenierunt. Turci verò cùm nimis de proximo nostros milites paratos esse deprehenderunt, primò quidem hæsitantes loco libentissimè cessissent, si cedere valuissent. Ut tamen cognouerunt, quia pauciores Christiani essent quā ipsi, bellum inierunt; tamen cum tremore, in sua confidentes numerosa multitudine. Sed quid valet prælium, contra quod diuinum militat auxilium? Deus enim fortis, & potens est: Dominus potens in prælia. Duo enim ex nostris ibi tantum perempti sunt: Sed de *Turci*, quorum non est numerus, qui & de manu Dei repulsi sunt, absque numero occisi sunt. Multos ex eis captos ad castra conduxerunt, & coram illis qui supra mœnia inclytæ ciuitatis erant, decollauerunt. Et ut maiorem illis dolorem incuterent & terrorem, balistis in eis capita in ciuitatem proiecerunt. De hinc expeditius ire potuerunt nostri ad villas & vicos Armeniorum, vicuum quærentes, & ipsi *Armeni* & indigenæ terræ illius ad nostros mercatum affrentes. Aduenit interea sacratissima dies: *Dominica matutinis*, quam Deus cunctis fidelibus suis celeberimam in hoc contulit; quia qui creaturis omnibus nasci tribuit, pro solis hominibus nasci disposuit. Festiuam igitur illam Christiani fecerunt, sicut qui in tentoriis erant agere potuerūt. Maius quippe gaudium erat in castris, quām intra mœnia inclytæ vrbis: inclytam dico, non propter fœdam gentilitatis habitationem, sed propter humanæ conditionis positionem, & præsertim beatæ Petri Apostolorum Principis apud Deum reconciliationem. Qua celebratione peracta, consilium acceperunt quid agerent: quoniam in castris victus deficiebat, & glacialis hyems mercatum afferentes ad ipsos venire non sinebat. Illi namque qui erant in vrbe, quanto magis sciebant nostros esurire, tanto magis incipiebant in illos desæuire. Hinc aëris inclemencia, hinc miseræ egestatis inopia, hinc opprimebat aduersariorum violentia. Et sicut solet contingere in multitudine congregatorum, non deficiebat vox murmurantium. Nec mirum erat, si humana fragilitas sub tot tormentis pressa deficiebat. Grando, nix, glacies, spiritus procellarum, illos violentissimè opprimebant, quos nulla teatura cooperiebat. Quid mirum si se malè dementabat, qui extra tentoria erant, cùm ipsa tentoria innatabant. Propter ea, vt suprà diximus, consilium inierunt, quid agerent, & tale inuicem acceperunt. *Boamundus* & Comes *Flandrensis* ad his subueniendum se ipsos obtulerunt: & omnibus placuit, & liberatissimè concederunt. Hi itaque triginta millia equitum pedumq; elegerunt, & in terram Sarracenorum intrauerunt. O rerum omniū mediator Deus, quām tempestiuè subuenis in periculis, & necessitate laboratibus, vt impletetur illud quod Salomon scripsit in proverbiis: *Conseruat in isto substantia peccatorum.* A Iherusalem & Damasco, & Aleph, cæterisque regionibus congregati erant, se Perse, Arabes, & Medi, gens videlicet multanimis, quæ ad *Antiochiam* disposuerat venire, eamq; à Christianis defendere. Sed aliter in cœlo fuit dispositum; quæ dispositio illorum ordinationē inclinauit deorsum. Cùm enim audissent, quia pars Christianorum intrauerat in terram suam, gauisi sunt valde, quoniā in vinculis iam quasi irretitos arbitrati sunt. Tunc diuiserūt se in duas acies, vt sic vallati ab eis nostri, fugæ præsidium nusquam inuenirent. Quæ diuisione stulta fuit: quia *stultitia in cordibus incredulorum semper requiescit.* Nam vtræque acies ut se se inuicem aspicerent, in cunctanter altera in alteram irruit; quia illa in sua multitudine, ista in Dei Omnipotentia cōfidit: & ideo euentus belli dissimilis fuit. Milites armati quotquot in occursum

cursum sui venerunt, ut falcator messem, prostrauerunt Sed cum in gyrum reuerti frenis voluerunt, quos iterum percuterent nisi fugientes non inuenierunt. Qui verò in manibus nostrorum peditum deuenerunt, in immane præcipitium corruerunt. Scilicet enim quibus bella nota sunt, quia graniori attritione pedes quam equites interficiantur. Altera verò acies quæ se ab altera separauerat, ut nostros circumueniret, ut audiuit voces bellantium, sonumque confringentium armorum, laxatis habenis accurrebat suis in auxilium. Sed ut miseros illorum casus agnouit, fugientesque circumspexit, timor in illos vehementissimus irruit, fugiendique contulit societatem. Sed quid aliud nostri facerent, nisi ut persequerentur? Nam, sicut in vulgari proverbio dicitur: *si est quis fugiat, non decrit qui persequatur; iam omnes nostri eos persequebantur, quoniam qui pedes venerant, alceniores equorum efficiebantur. Quid plura? Qui euadere potuit, latus & hilarius fuit; qui verò interceptus, miserrimam nece occubuit. Quot asini & camelii, quotq; iumenta frumento, vino, cæterisq; cibariis onusta, ibi capta sunt? quæ esurienti exercitui Deus grata erant. Quantum gaudium, & tripudii exultatio fuit in illa die in castris; cum talia dona viderunt summi procuratoris? Mirandum & gaudendum erat, quod Dominus de mercibus inimicorum suorum de longinquo adductis, fideles suos reficiebat. Surientes bonis implebat, quibus aduersarios suos spoliabat. Sic quoque filiis Israël olim faciebat, cum per terram gentilium regum transire cupiebant, & illi publicum via regis incessum eis denegabant. Omnes pari modo, qui contra illos accipiebant gladium, gladio peribant; & eorum terra & facultates dabantur eis in possessionem. Nunc verò idem Dominus eadem recompensatione auferit suorum aduersariis, ut isti credant veraciter auctum fuisse, quod scriptum est de illis. Per omnia sit Deus, qui benedicendus est, benedictus; sine ipso nihil possumus. Interim dum isti gloriosi Principes absuerunt; qui in ciuitate erant, repente de ea exierunt, nostrosq; inter castra inuaserunt: & plurimos ex eis occiderunt. Ipso die Podiensis Episcopus perdidit dapiferum suum, qui suæ acie deferre solebat vexillum. Et nisi humen inter castrum & urbem fluxisset, maioribus iniuriis & frequentioribus lacerassent. Quibus bellorum euentibus, & maximè famis inopia, plerique nostorum afflitti, abire moliebantur: quia nimis graue erat inuitis ferre ieunium, & ideo machinabantur ab obsidione diffugium. Quos Boarmundus vir facundus & gratus eloquio, ita affatus est, dicens: *O Viri, qui huc usque fuisse bellatores egregii, quos Deus permula iam bellorum pericula victores reddidit, quosq; virtus experientia ut illustres decorauit, ut quid contra Dominum murmuratis, quia premis vos angustia paupertatis? Cum vobis porrigit manum, tunc exultatis; tam relaxat, tunc desperatis. In hoc videmini non diligere dannarem, sed dona; non largitorem, sed largientis oblationem. Cum largitur Dominus, amicus est; cum cessat, inimicus vobis videatur esse & extraneus. Cui unquam genti præstis DEVS in tam brevi tempore tot bella committere, tot acerrimos hostes superare, tot spolis gentium ditari, tot triumphantiam palmis insigniri? Ecce nunc innumerabiles hostes subegimus: ecce nunc eorum spolia ad vos attulimus. Quid est quod sic diffidimus, cum sic quotidie vincamus? Non longè est a vobis, qui sic pugnat pro vobis: sepè quidem fideles suos tentat, ut utram diligant ipsam innotescat. Nunc tentat vos per inopia molestias, & per assiduas inimicantium vobis pressuras. Quod si tantas intulissent nobis iniurias, quantas & nos eis irrogauimus? si tot de nobis occidissent, quod de illis nos prostrauimus? si aliquis de nobis superesset, iure ille conqueri potuisset. Sed pro certo qui conqueretur nullus esset; quoniam nemo superstes remansisset. Propstera nolite diffidere, sed estote viri cordati; quoniam si in ipso vinitio, aut pro ipso morimini, estis beati. His & talibus dictis animos eorum encruatos, robustos reddidit; & in effeminatas mentes virilitatem induxit. Paucis denique diebus euolutis hyems aspera inhorruit, & in castris ciborum abundantia euanuit. Illi qui vendere cibos solebant, niuis bus & glacie prohibente, nullatenus venire valebant. Cursores exercitus qui usque ad terram Saracenorum transcurrebant, nihil prorsus inueniebant: quia omnes de toto terræ illius confinio, aut longè fugerant, aut in speluncis, aut in cauernis petrarum delituerant. Cumque Armenii & Sarani vidissent, in tanto discrimine famis nostros esse positos, per nota loca gradiebantur, sollicitè inquirentes, si quid inuenirent, quod ad nostros afferre valerent. Sed apud tantos parvum erat, nec tantæ multitudini suppeditabat, & ideo vendebatur asinariū onus frumenti; septem librarum pretio; ouum, duodecim denariis; & una nux uno. Ut quid vniuersa percurram, cum carum nimis vedebarur quicquid vilius habebatur: propter quod multi fame ibi perierunt, qui unde aliquid emerent, non habuerunt.**

Cœpit itaque oriri inter eos magna inconstantia animorum, mentis defectus, & totius bonæ spei diffidentia. Et quid mirum si pauperum, si imbecillium animi nutabant, cùm illi qui videbantur quasi columnæ esse, deficerant omnino? *Petrus* enim eremita, & *Willemus Carpenterius* nocturno clapsu in fugam versi sunt, & à sacra fidelium Dei societate disiuncti sunt. De Willelmo vero qui fuerit, dicamus: quoniam de Petro superius mentionem fecimus. *Willemus* de regali profapia ortus fuit, & Vicecomes cuiusdam regii castelli, quod *Milidunum* dicitur, olim extitit: qui ideo *Carpenterius* cœpircognominari, quia in bello nullus volebat eiocursari. Nulla enim lorica erat, galea vel clypeus, qui duros lanceæ illius sine mucronis sustineret iactus. Vnde mirandum, & cum admiratione dolendum, quod in 10 talem ac tantum virum tanta mentis hebetudo incescerit, quod tam turpiter à castis virorum illustrium recesserit. Sed hoc non metu præliorum, ut speramus, fecerat: sed tantam famis iniuriam pati nunquam didicerat. Quod fugæ discidium ut *Tancredus* miles fortis & integer animo cognouit, vehementer condolens, insecurus est illos, & comprehendit; & cum dedecore reuerti coegerit, & ad domum *Boamundi* adduxit. Non dicendum est si passus est verecundiam, qui nullo fugante inierat fugam. Dolebant plurimi qui eum agnoverant; conuiciabantur omnes qui qualis extiterat ignorabant. Tandem multis lacessitus iniuriis, pro reverentia *Hugonis magni*, cuius consanguineus erat, & quia iam cum ipsis in retroactis certaminibus honestè pugnauerat, pacem obtinuit: sed nunquam se amplius 20 ita discessurum coram omnibus iuravit. Sed tamen diu sacramentum non custodiuit: quia quantocius potuit clam discessit. Hanc itaque famis asperitatem, ut suos probaret, euenire permisit *Devs*, & ut terror eius fieret in vniuersis nationibus. Nam & suos premebat ieunio; & vicinas nationes eorum disterninabat gladio. Cadebant mille à latere vnius, & decem millia à dextris alterius. Et ideo nunquam est à Domino tali desperandum: quia quæcunque agit, diligentibus se cooperantur in bonum. Ne illi insolecerent tot victoriis bellorum, opprimebat eos graui inedia ieuniorum. In toto namque exercitu mille equi inueniri non poterant, ad pugnandum idonei: ut per hoc innotesceret quoniam in fortitudine equi non haberent fiduciam; sed in se, per quem, & quomodo volebat & quando volebat, superabunt. Erat quidam miles in exercitu eodem, nomine *Tetigus*, diues apud suos, & nominatissimus, in Romaniæ partibus bene notus, palliato nugacitatis tegmine velatus. Hic venit ad principes, & ait illis: *Vi quid hic ita torpescimus? Quare que nobis sunt profutura non querimus? Si bonum vobis videtur, ego in regionem Romanie pergam, & inde in fidelitate Imperatoris copiosum mercatum adducam: naues onus as omnibus retus, frumento, vino, oleo, hordeo, carne, farina, caseis, per mare adducifaciam, & equos, mulos, mulasque per terram. Et ne villam de me spem diffidentie habeatis, papilioes meos & omnia bona mea derelinquam, hoc solum excepto quod tecum feram. Et si adhuc mihi de creditis, iurabo quod cilius ad vos redibo.* Principes mendacibus verbis illius crediderunt, sed & lacram etum recuperunt: Ipse autem nec sacramentum tenuit, nec verborum sponsonem implevit. Hoc ideo de his duobus militibus refero, ut quisque percipiat quanta egestas in castris fuerit, quæ etiam fugere diuites, & periurare compellebat. Cùmque iam sic atterentur, & omnis humana spes omnino deficeret, plurima pars exercitus retrò eundilicentiam à principibus petierunt; & ipsi vnanimiter flentes eis concesserunt. Ut quid enim retinerent, quos consolari non poterant? Dum sic inualidè desolatio pullularet in castris, & nullus ullum haberet consilium, miseratio diuina solitum eis præstít auxilium: Affuit nuncius qui innumera Turcorum agminum millia propè adesse retulit, & in castro eis proximo, nomine *Arech*, quod suprà memorauimus, illa nocte aggregari asseruit. Qui ideo latenter & in magno silentio veniebant, ut imparatos in castris inuenirent. Hoc dictum cunctis innotuit, & quos somnio pigris & torpentes inuenit, excitatos reddidit. Salit & tripudiat, qui anteā ambulare nequibat. Reuixit spiritus illorum, quos sopierat indigentia ciborum. Erectis in cœlum manibus *Deus* laudant; & quasi iam vicerint, manibus applaudunt. Malebant enim honestè in bello mori, quam escarum in opia cruciari. Tunc proceres exercitus acceperunt consilium, ut pars vna omnium in castris remaneat ad custodiendū; pars altera obuiam venientibus iret ad prælium. Qui de castris nocte egredientes, in insidiis positi sunt, prætereuntium præstolantes occursum, iaceruntq; inter flumen & lacum. Summo itaq; diluculo, aurorâ lumen terris defente, miserunt exploratores, qui illorum agmina viderent, & esse eorum renuntiarent.

rent. Exploratores renuntiant tot illorum millia insimulse nunquam vidisse: Et ex parte fluminis duas acies separatas à multitudine equis velocioribus accurrere. Tunc nostri in quodam cliuo positi, crucis signo cum armis se præmuniunt, & manus in cælum protendunt, Deoq; se committunt, eiusque flagitant auxilium. Mox nostri superuenientes illos excipiunt, & i&tu pungentes quotquot obuiant, solo prosternunt. Alii per campum dispersi circumuolant, imbrésq; venenatarum emittunt sagittarum. Strident dentibus, & more canum latrant, qui aterrere sic suos aduersarios putant. Sed hæc nostri irridebant; & protecti clypeis, loricis, galenis, eorum immisuras vilipendebant. Sed cùm innumerabilis illorum multitudo appropiauit, cum tanto impetu nostros ihuaserunt, quòd modicè in fugam versi sunt. Quod vt vedit Boamundus, qui postremò obseruabat custodiam, cum sua acie prorupit in medium, sociosque recolligens, inimicos perduxit ad interitum. Illi namque vt viderunt nostrorum vexilla super vertices suos dependéta, nostros que more leonum rugientium, in medios hostes circunferri, omnesq; circa felaniari, paucet & conturbantur, versisq; retrò habenis equorum, ad pontem Ferreum quām celerrimè repedantur. Sed quid modò Franci facerent nisi cominus ente terrent? Sternitur via corporibus morientium; impletur aër vocibus heulantium. Tellus madefacta crux morientium, perforatur pedibus conculcantium equorum. Ut venitur ad pontem, via arctatur, & non omnes pons recepit; hinc quām plures in flumen præcipitantur, & quos vnda tenebat, celeri rotatu inuolutos absorbebat. Et cur per singula morarer? Maior pars periit, quām euaserit. Plures occisi sunt, quām viui remanserint. Qui euaserunt, ad castū suum quod superius nominauimus confugerunt, sed in eo non diu permanerūt: Prædatum enim, vacuum dimiserunt, & fugientes abierunt. Nostri verò illud accipiunt, & custodes qui illud custodirent, & pontem, posuerunt. Armenii quoq; & Surani fugiētes insecuri sunt, & arta loca anticipando multos occiderunt, pluresque captiuos detinuerunt. Sic que filii diaboli secundūm suum meritum, de ruina in ruinam receperunt interitum. Nostri verò cum gaudio ingenti ad castra remearunt, adducentes secum e- quos & mulos & mulas, & spolia plurima, & multa alia quæ indigentibus sociis valde erant necessaria. Multorum etiam capita mortuorum simulattulerunt, quæ ante portam ciuitatis posuerunt, vbi Admiraldi Babylonia habebant hospitium. Recepérunt illos cum summa lætitia socii qui in castris erant, quique tota die cum ciuibus qui egressi sunt de vrbe pugnauerant, palmamque victoriæ reportarant. Tunc geminata lætitia duplicis victoriæ, festiuum te~~bus~~us effecit; & eos qui egestatis mœrore consumpti penè erant, refecit. Iam verò Armenii & Surani, victum ad castra ferebant, & de felici nostrorum euentu congaudebant. Sic illi de ciuitate egrediebantur, & inter saxa montium latitabant; insidiabanturq; illis qui victum afferebant, & quotquot comprehendere poterant occidebant. Quod valdè mœstificauit proceres; & super hoc consilium inierunt, remediumque huic calamitati repererunt. Castrum construxerunt ante portam ciuitatis, super pontem iuxta Machumariam, quod illos valde perdomuit, quoniam deinceps nullus eorum exire per pontem ausus fuit. Et tunc quia castrenses ad hoc perpendendum opus non sufficiebant, Boamundus & Comes Sancti Egidi ad portum Sancti Symonis perrexerunt, & inde operarios precio adducere studuerunt. Quos cùm adducerent, Turcos qui nocte illa de ciuitate exierant, in insidiis positos inuenerunt, qui subitaneo incursu tam fortiter nostros inuaserunt, quoadusque illos qui equites erant absq; villa certaminis reuaberatione in montana fugauerunt: Pedites qui fugere non potuerunt, diram necem perpessi sunt. sed quanto fuit acrior, tanto & gloriosior. Et qui ibi mortui sunt, fere mille fuerunt. sed oceidentes diu gausi non sunt. Relatio enim huius occisionis ad castra peruenit, tantosque Principes proceresque comouit. Qui equis prosilientes ad vlciscendam mortem suorum ordinatis agminibus peruolant, inueniuntque eos adhuc in campo, occisorum capita detruncantes. Illi verò nequaquam perterriti, in sua confidentes multitudine ad pugnam congregiuntur. sed nostris toto corde totâ virtute confidentibus, postquam pedites nostri equitibus consociati sunt, in brevi superantur. Nam vt viderunt illos quos ad montana fugere compulerant accurrere, nostrorumque agmina fortiter crescere, & crescendo fortius insistere, tergavertunt, & versus pontem fugaz viam arripiunt. Sed valde impediuit difficultas itineris angusti; quia nec fugere usquam poterant, nec conuerti. Reuerti retro fas non erat, quia hostis virgebant; dextra la-

uaq; diuerti, impossibilitas angusti itineris prohibebat; præire, vetabat densa multitudo fugientium. Sicque eis diuino nunc contigerat, vt nec fugere, nec pugnare. Icuerit. Ibi Turco nec toxicata sagitta proficiebat, nec equi velocitas subueniebat. Ibi maiorem stragem pedites egerunt, quām qui equis insidebant: quoniam seriatim, vt falcator prata vel messem, detruncabant. Illic satiari potuissent enses & testa aliarum gentium Turcorum sanguine: sed quia Francigenarum erant, nec obtundi poterant, nec repleri crurore. Nostri tantum pugnabant, illi patiebantur; nostri percutiebant, illi moriebantur. Nec tantum infatigata manus dilaniare poterat, quantum quod dilaniaret, roperiebat. Inter viuos mortui stabant; quia suffulti densitate viuorum, cadere non poterant; & calamitas tanta eos oppresserat quod alter alterum in mortem opprimebat. Tantus illos timor inuaserat, quod subsequens præcedentem, vt fugere posset, impellebat. Dux itaque Godfridus militiæ decus egregium, vt vidit, quod nemo illos ferire potuit, nisi post dorsum, equo celeri volitans anticipauit pontis introitum. Et quæ lingua valet explicare, quantas strages Dux solus illic dederit super corporibus gentis iniquæ? Illi fugere cœperant, armaque sua in terram proiecerant; gladium Ducis ut mortem expavescerant, & tamen vitare non poterat. Ille exertis brachiis, ense nudato, eorum cervices amputabat; illi minimè tenentes, nuda corpora inuiti offerebant. Ibi ira, locus, gladius, validaq; manus pugnabat; & hoc totum in membris miserorum redundabat. Cumq; unus ex eis audacior cæteris, & mole corporis præstantior, & viribus, ut alter Goliæ, robustior, videret Dux sic immisericorditer in suos sequentem, sanguineis calcaribus urget equum aduersus illum, & mucrone in altum sublato, totum super verticem Ducis transuerberat scutum: & nisi istui vmbonem Dux expädisset, & se in alteram partem inclinasset, mortis debitum persoluisset. Sed Deus militem suum custodiuit, cumque scuto suæ defensionis muniuit. Dux ira succensus vehementi, parat reprendere vicem, eiusque tali modo amputat cervicem. Ensemble eleuat, cumque à sinistra parte scapularum tantæ virtute intorsit, quod pectus medium disiunxit, spinam & vitalia interruptum, & sic lubricus ensis super crus dextrum integer exiuit; sicque caput integrum cum dextra parte corporis immersit gurgiti; partemque quæ equo præsidebat remisit ciuitati. Ad quod horrendum spectaculum omnes qui in ciuitate erant confluunt, & videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commotis sunt; tremor apprehendit eos: ibi dolores ut parturientes, ibi voces heulantium, quia ille unus fuerat ex Admiraldis eorum. Tunc euaginaverunt gladios suos, iugenderunt arcus suos, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittarent Ducem: cupientes, si eis permisum esset, tantam militiæ Christiane extingueret lucem. Sed Deus eorum prauæ voluntati non consensit, quia Dux retrocessit: Sustinere enim telorum ac sagittarum grandinem diu non potuit. O prædicabilis, o inuicta Ducis dextra, & animosi pectoris robur eximum! Laudandus & ensis, quod in sua integritate perseverans, vibranti dexteræ sui famulatus impedit obsequium. Et cuius cor eructare, cuius lingua enarrare, cuius manus scribere, quæ pagina valet suscipere aliorum facta Principum, qui illi comparres fuerunt in omnibus victoriis præriorum? Victoria Ducis præ cæteris eniit; quoniam pars dimidiati corporis quæ remansit, testimonium laudis fuit: Fluctus vero qui occisorum corpora absorbuit, aliorum ictus mirabiles occuluit. Sed sicut ventus turbinis annosæ, arboris constringit brachia; sic incisa caderant morientium membra. In hoc prælio persecutus est unus mille, & duo fugauerunt decem millia. Qui in flumen rapido cursu immergabantur, emergentes pontis lignæ columnas amplexabantur: sed nostri desuper illos lanceis perforabant & perimebant. Cruor effusus sanguineum fluminis dabat colorem, cunctisque cernentibus magnum incutiebat horrorem. Quippe densitas corporum fluminis impediebat cursum, & retrogrado incessu ire cogebat retrorsum. Et quid mirum? Super pontem etenim quinque millia prostrata fuerunt, quæ omnia deorsum in aquam præcipitata sunt. Et quis numerare potuit, quot mucro desauiens præcipiti saltu in amnem mergi compulit? In illo conflictu occisus est Cassiani Magni regis Antiochiae filius, & duodecim Admiraldi regis Babyloniz, quos cum suis exercitibus miserat ad ferenda auxilia regi Antiochiae. Et quos Admiraldo vocant, reges sunt, qui prouinciis regionum præsunt. Provincia quidem est, quæ vnum habet Metropolitanum, duodecim consules & vnum regem. Ex tot itaque prouinciis conueniunt, quot ibi Admiraldi fuerunt mortui. Et qui ibi capti sunt, pro septem milibus com-

bus computati sunt. Vestium, armorum, cæterique cultus adparatum nemo retinere potuit per villam memoriam. Sic itaque superati sunt *Turci* magnanimitè à *Franci*, siluitq; deinceps garrula vox eorum, atque stridor dentium, & quotidiano-rum clamoritas conuictiorum. Iam verò demissis vultibus ibant, & pleriq; omnino dissidentes, furtim de ciuitate exeuntes, fugiebant. Nox superueniens litem diremit, & nostri viatores ad castra redierunt: illi verò obseratis ianuis, intravrbem se receperunt. In crastinum ut primùm lux matutina processit, Turci de ciuitate exierunt, & collegerunt corpora mortuorum, quot inuenire potuerunt, & sepulturæ tradiderunt. Quod Christiani exercitus iuuenes ut audierunt, multi in vnum consiglobati ad cœmiterium cucurrerunt; & quæ illi cum magno honore sepelierant, cum magno dedecore foras proiecerunt. Subterraverant quippe illa ultra pontem ad *Machumarium* quæ erat ante portam ciuitatis, & plurima palliis inuoluerant, & byzanteos aureos, arcus, & sagittas & alia multa cum eis reposuerant. Sic enim est eorum consuetudo sepelire: nostrorum verò est libentissimè ea tollere. Extractis itaque corporibus vniuersis, capita absciderunt, scire cupientes numerum illorum qui ad ripam fluminis necati sunt. Truncata siquidem capita ad castra attulerunt, & cadauera feris & volucribus inhumata reliquerunt. Quod ab altis mœnibus & turribus excelsis prospicientes, vehementer indoluerunt, & genas scindentes & crines vellentes, *Machomum* præceptorem suum in auxilium sui cœperunt inuocare: sed Machomus non potuit restaurare, quos Christus per suos milites voluit exterminare.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

 **M**QVE hæc crebro vicissitudinum actitarentur impulsu, præambulus quidam aduenit, qui nuncios principis Babylonie in crastinum præconabatur aduenire, & à Principibus castrorum fiduciam quærit veniendi securè: Qui libenter annuunt, sequे eorum susceptioni sollemniter præmuniunt. Tentoria variis ornamentorum generibus venustantur: terra infixis sudibus scuta apponuntur, quibus in crastinum *Quintana* ludus, scilicet equestris exerceretur: Alez, scaci; veloces cursus equorum flexis in gyrum frenis non defuerunt, & militares impetus; hastarumque vibrationes in alterutrum ibi celebratæ sunt. In quibus actibus monstrabatur, quod nullo pauro trepidabant, qui talia operabantur. Talia quippe iuuentus excolebat: sed ætate sensuque Seniores in vnum considerant, causasque consilii & prudentiæ conferebant. Interim Babylonien ses nuncii cum approximarent, tantosq; tanto gaudio tripudiantes conspicarentur, mirati sunt: quoniam relatio vsq; Babyloniam cucurrerat, quia & fame cruciabantur & pauro concutiebantur. Adducti igitur ante Principes sunt; & in hæc verba retulerunt, quæ eis commissa sunt. *Dominus noster Admirans Babylonie*, mandat vobis Francorum Principibus salutem & amicitiam, si eius voluntati vultis obedire. In aula regis Persarum dominique nostri, magnus vestri causa congregatus est conuentus; septemq; diebus protelatum est consilium, quid nam eis super hoc sit agendum. Mirantur enim ut quid sic armati queritis Domini vestri Sepulchrum, gentem suam à finibus diu possessis exterminantes, imò, quod nefarium est Peregrinis, in ore gladii trucidantes. Quod si post hac in pera & baculo vultis ire, cum horore maximo rerumque opulentia vos illuc facient pertransire: de pedestribus equites facient; qui pauperes sunt, in toto itinere nec in reditu amplius esurient. Et si per mensem ad Sepulchrum vobis diurnare placuerit, bonorum copia vobis non deerit: facultas eundi per vniuersam Iherusalem vobis concedetur, ut quo honore placuerit; & Templum & Sepulcrum quilibet veneretur. Quod si hec vobis inducta contemnitis & in animorum vestrorum magnitudine confiditis & armis, videndum vobis est etiam atque etiam, quanto periculo vos exponatis: apud nos certè ducimus e& temerarium, quod villa, quantumvis magna, humana potestas congregassetur contra Babylonios, regemq; Persarum. Iam verò que vobis applaudunt super his, nobis aperiunt; que verò displacent, in communī edicte. Ad hæc communis intentia Principum respondit, dicens: Nulli sapienti mirandum est, si ad Domini nostri Sepulchrum cum armis venimus, gentemq; vestram ab iis finibus eliminamus. Quoniam quicunque de nostris huc usque in baculo & pera venire soluerant, turpitudinio affecti sunt; &

ignominiam contumeliarum tolerantes, ad extremum perimebantur. Terra autem gentis illorum non est, licer diu possederint: quia nostrorum à priscis temporibus fuit, eisq; propter malitiam iniusticiamq; suam vestra gens aduersa abstulit: qua tamen ideo vestra non debet esse, quia dia eam renovatis. Calesti enim censurā nunc decretum est, ut misericorditer reddatur filius, quod iniuste patribus ablatum est. Ne gloriatur gens vestra, quia superauerit effeminatam gentem Gracorum: quoniam divina suffragante potentia, in cernicibus vestris meritum recompensabitur gladio Francorum. Et notum esse poterit, his qui ignorant, quod non est hominum revertente regna, sed eius per quem reges regnant. Ipsi dicunt se velle nobis indulgere, si in pera & baculo à modo velimus transire: in scipam redeat eorum misericordia, quoniam velint nolint, thesauris eorum nostra ditabitur seu vacuabitur inopia. Iherusalem cùm nobis à D E O concessa sit, quis praendet asperre eam? Nulla virtus est humana que nobis ullo modo terrorem incuriat: quia cùm morimur natcimur, cùm vitam amittimus tempore, recuperamus sempiternam. Idcirco renuntiate his qui miserunt vos: quod arma qua in patria nostra sumpsimus, etiam cùm capta erit Iherusalem, non dimitemus. Confidimus enim in eo qui docet manus nostras ad pralium, & brachia nostra ponit ut arcum aereum; quoniam & via nostris gladiis aperietur, & omnia scandala eradicabuntur, & Iherusalem capietur. Tunc nostra erit non per hominis indulgentiam, sed per calestis censure aquitatem. De vultu enim Domini hoc iudicium prodiit, quia Iherusalem nostra erit. Legati verò quid vlt̄a prætenderent non invenerunt, sed audito hoc verbo scandalizati sunt, Antiochiamque nostris consentientibus introierunt. His ita transactis, tertiâ die post peractum prælium, castellum cœperunt ædificare, de quo superius mentionem fecimus; constructum in introitu pontis, ad Machuam scilicet, in loco cimeterii ante ianuam civitatis. Destruxerunt autem omnes tumulos lapideos mortuorum, & ex illis castrum munierunt. Quod cùm peractum fuit, commendatum est Raimundo egregio Comiti sancti Agidii. Hoc factum valde constringit eos qui in ciuitate erant; quoniam vlt̄ius ab illa parte non valuerunt exire. Nostri verò iam securè ibant, quounque ire disponebant. Tunc proceres elegerunt viros optimos, equosque velociores: & non longè ab urbe transierunt flum, & prædam maximam invenerunt, equos & equas, mulos & mulas, asinos & camelos, & animalium quinque millia. Omnia hæc egregia co- hors adduxit ad castra, & celebrata est apud Christicos' ætitia magna. Quod in fortunum ciues vehementer attrivit: quoniam abundantia rerum, quæ nostros roborauit, perdita, illos debilitauit. Illic verò vbi præda capta fuit, erat antiquum castrum, sed incuria & vetustate dirutum: & adhuc vigebat ibi quoddam monasterium. quod vt magis constringerent inimicos suos, proceribus placuit redificare, & forti munitione circundare. Quod cùm in breui peractum fuit, inquisitio facta est, quis illud custodiret: Et dum tractaretur de custodia, & plurima in ventum procederat verba, Tancredus illustris Princeps & egregius iuuenis, sicut erat a lacer in sermonibus & factis, in medium prosiluit, dicens: *Ego custodiā castellū, si custodiā mea dignum recompensabitur meritum.* Pretium ergo omnes in commune taxauerunt; & quadringentas argenti marcas ei contulerunt. Tancredus castellum intravit, idque peditem turmis fortique milite plusquam munitionem aliam firmavit. Quod feliciter, D E O opitulante, suscepit: quoniam ipsa die magnus Armeniorum populus, & Suranorum ad ciuitatem veniebat, & urbanis opima victoria afferebat. Quos omnes in insidiis positus Tancredus apprehendit: nec tamen eos, quia Christiani erant, occidere voluit, sed cum ipsis sarcinis ad castrum suum conduxit. Quos tandem tali conditione illæsos abire permisit: quia promiserunt ei in fide Christiana, se allatuos Christianis pro competenti pretio necessaria, quo adusque caperetur Antiochia. quod illi strenue impleuerunt, sicut & spoponderunt. Tancredus verò vias ac semitas obstruxerat, his qui erant in ciuitate, quod nullus audebat exire. Propterea pacis inducias quæsierunt, dicentes, quod illo temporis interuallo apud se tractarent, qualege, qua conditione, se & ciuitatem Christianis deliberarent. Crediderunt Principes, & dispositis passionibus, & tempore constituto, tenenda pacis sacramenta dederunt & acceperunt. Portæ ciuitatis aperiuntur, & eundi inuicem alteri ad alterum facultas conceditur. Tunc liberè Franci per circuitum murorum ibant, & ad propugnacula cum ipsis ciuib; stabant, & ciues cum gaudio ad castra veniebant. Processu denique temporis, cùm iam suprema dies induciarum aduenisset, Walo quidam miles Christianus, & in armis egregius, & inter præcipuos nominatissimus: hic perfidæ

Francorum
verba Resonant
pietas superba.

perfidæ genti nimium credulus, quadam die per virgulta eorum spaciabatur, & locorum amoenitate oculos pascebatur. Hunc, vt inermem virum, armati canes aggressi sunt, & membratim diuisum, miserabiliter cruciatu discerpserunt. Heu! morte Walonis pax infringitur, data fidei sacramenta violantur, portæ iterum vrbis obstruuntur; & perfidi Gentiles intra mœnum turriumque suarum caueras recluduntur. Luctus in castris per maximus habetur: quoniam ab omnibus viris ac mulieribus mors Walonis crebris singultibus lamentatur. Coniunx vero illius vniuersos ad lacrymas concitabat, quæ se ultra morem aliarum miserabiliter laniabat: & quæ alios ad luctum commouebat, propter crebra suspiria singultus-
que, nec loqui nec clamare poterat. Erat autem illa alto procerum sanguine pro-
creata, & secundum carnis huius infirmitatem, forma præ cæteris egregia. Erat autem plerunque immobilis velut columna marmorea, ita ut sapientius mortua putaretur: nisi vitalis calor palpitans in supremo pectore sentiretur. Sed & adhuc pulsabat vena latens sub cute minimè pilosa, pubem quæ ciliorum discriminabat. Cum verò respirabat, oblita fœminei pudoris se in terram volutabat, & genas vnguis secans, aureos crines disrumperebat. Occurrunt alia matronæ, quæ de se illi facere talia prohibent, & piâ custodiâ obseruant. Quæ cum loqui potuit, in hæc verba prorupit dicens: *Rex in personis trinus, miserere Walonis: Et vita munus sibi confer, ut es D E V S unus. Quid meruit Walo, quod mortuus est sine bello? Virgine matres satius, Walonis terge reatus, quem de bellorum tot casibus eripuisti: Et permisisti nunc tandem martyrizari.* Heu quanum videre desiderabas tuum Sepulchrum, pro quo contempsit omnia sua quæ habuit, & seipsum. Quo infelici infortunio fuit elongatus ensis suis, qui sic conueniebat lateri eius. O me saltem felicem, si licuisset mihi in supremo spiritu oculos claudere, vulnera lacrymis ablare, & manibus vestigia detergere, & dulcia sepulchro membra committere. His questibus *Eunradus* frater suus interuenit, & in quantum admisit vis doloris, compescuit. Illud sanè prætereundum non est, quod ante mortem viri istius contigit, dum tempus induciarum integrum & fidele mansit. Erat quidem *Admiralus* de genere Turcorum in illa ciuitate regia, cum quo *Boamundus* plurima & priuata pacis tempore habuit colloquia. Hic inter cætera quodam die requisi-
vit ab eo, vbi nam castra posuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quo-
rum in omnibus bellis fulciebantur auxilio. Dicebat enim quia aduentum illo-
rum nunquam poterant sustinere; sed statim vt videbant illos, incipiebant paue-
re: illi ipsos vt ventus turbinis opprimerent, & isti vulnerabant; illi obruebant, &
isti occidebant. Cui Boamundus ait: *Putasne alium exercitum esse, quam hunc quem videtis nostrum?* Cui ille: *Per Machomum meum preceptorem iuro, quoniam si hic adecent, tota haec planicies illos non caperet. Omnes habent equos albos, mira celeritas, & vestimenta, & scuta, & vexilla eiusdem coloris.* Sed forsitan ideo absconduntur, ne virtus vestra nobis manifestetur. Sed per fidem, quam habes in IESVM, ubi castra eorum locata sunt? Boamundus itaq; spiritu DEI illustratus, illico sensit hanc quam viderat, visionem DEI esse; nec
quod quærebat extortatione, sed ex bona voluntate procedere: & respondens in-
quit: *Licet sis extraneus à lege nostra, quia video te bona erga nos voluntate, bonaque spiritu animatum, aperi am tibi aliquod fidei nostra sacramentum. Si tantum profundus intellectus habe-
res, gratias Creatori omnium referre deberes, qui tibi ostendit exercitum candidatum: & scias
quia in terra non conuersantur, sed in supernis mansionibus regni celorum. Hi sunt qui profide
CHRISTI martyrum sustinuerunt, & in omni terra contra incredulos dimicauerunt. Ho-
rum principis sunt signiferi, Georgius, Demetrius, Mauricius, qui in hac temporali vita mil-
itaria arma gestauerunt, & pro Christiana fide capite plexi sunt. Hi quotiens nobis expedit, iu-
bente Domino IESV CHRISTO, nobis suffragantur, & per hos inimici nostri precipitantur.
Et ut me verum cognoscas profiteri, inquire & hodie & cras, & in die altera, an in tota regione
hac eorum castra poterunt inueniri. Quod si inueniuntur, redarguti in conspectu tuo à mendacio,
erubescemus. Et cum in tota regione nequius sit illos inuenire, si nobis necesse erit, in castinum
videbis adesse. Vnde igitur tam citè veniunt? nisi à supernis sedibus in quibus morantur. Cui
respondit Pyrrhus: sic enim erat nomen eius: *Et si de cælo veniunt, ubi tot albos equos, tot
scuta, tot vexilla inueniuntur?* Cui Boamundus: Tu magna, & super sensum meum re-
quiris. Propterea si vis, accedat Capellanus meus, qui tibi supet hiis respondebit. Ad hæc Capellanus: *Cum Omnipotens creator angelos suos, sive iustorum spiritus, mittere
disponit in terram, tunc assumunt sibi aëria corpora, ut per ea nobis innotescant, qui videri non
possunt in spirituali essentia sua. Ideo armati nunc apparent, ut quod in bello laboraturis auxilio
veniunt indicent. Si enim vt peregrini, vel vt sacerdotes stolis dealbati apparerent, non bellum,**

Sed pacem nuntiarent. Expletos quidem negotio pro quo veniunt, ad caelestia remeant, unde venerunt; & corpora, que, ut visibiles apparerent, acceperunt, in eandem reponunt materia; quam sumpserunt. Ne mireris, si Omnipotens factor omnium transmutat materiam a se factam, in quamlibet speciem, qui uniuersa de nichilo adduxit in essentiam. Et Pyrrhus ad hæc ait: Pro ipso quem afferis Creatorem, mora dicas, & rationabilis, nobisq; hactenus inaudita. His Boamundus adiecit & ait: O Pyrrhe, nonne tibi videtur magnum esse miraculum, quod per nos operatur Dominus IESVS CHRISTVS, in quem credimus? quia quanto nos pauciores sumus, tanto & fortiores vos verò quaedam numerosiores, tanto imbecilliores. Cui hanc virtutem attribuis, humanitati an divinitati? Homo non est à seipso, sed à creatore suo: à quo habet esse, habet & possit. Ex hoc igitur coniicere potes, quia licet unus creator creaverit nos & vos, vobis 10 tamen sua virtus præstat abundantiam nobis quam vobis. Certi quippe in illius virtute sumus, quia non solum Antiochiam, verum etiam Romaniam totam, & Syriam, ipsam & Iherusalem obtinebimus; quia hoc promisit DEI Filius Omnipotens IESVS. Pyrrhus quidem hæc & consimilia dicta Boamundi prudenter intellexit, cumque vehementer Boamundus tuo amori attraxit. Cumque contigisset, inimico humani generis suadente, quod superius dictum est de Walone, Pyrrhus cum suo Boamundo loqui amplius non valuit, sed tamen occultè per internuntium hæc ei significauit: Non te nobilem virum, atque fidem Christianum: commendo me tua fidei & meam dominum; faciam tibi que mehortatus es: tres turres quas in Antiochia custodio, tibi tradam, & unam de portis, tibi tueque genti Christianæ: & ne fruolum illud esse credas, & ne de mea fide diffidas, mitto filium 20 in eum tibi, quem unicè unicum diligo, eumq; sicut & me ipsum, tua fidei commisso. Quibus visis & auditis, Boamundus magno succentus est gaudio; magnaque in eo apud DEVM excrevit deuotio; lacrymæ ab oculis vberes erūpunt; & DEO gratias agens, manus in cœlum tetendit. Nec mora, Principes in unum conuocauit, eisque talia retulit, dicens: Egregii Principes & viri bellatores, compertum est vobis quantum iniuriarum passi sumus in hac obſidione, quantaq; patimur, & quam diu voluerit DEVS patiemur. Si DEVS alicui hanc ciuitatem per aliquod ingenium dare vellet, dicite, an vestra autoritas eam concederet. Ad hæc multi exclamauerunt in unum, dicentes: Nos simul eam habebimus, quoniam simul angustias necessitatam toleravimus. Tunc Boamundus modicum subridens, ait: Vacuitati qua tot dominis subiecta erit. nolite fratres, ea dicere: sed eius imperio; & subiiciatur, qui eam poterit adquirere. Quis ut vidit quia nil proficiebat, ad castra sua rediit, & tamen nuncios Pyrrhi, qui ad se venerant, detinuit. Principes verò amoto Boamundo, consilium inierunt dicentes: Nos bonum consilium non habemus, qui verbis Boamundi viri sapientissimi contrarium. Si à primo die quo hoc venimus, hoc fieri potuisset, magnum nobis commodum inde peruenisset. Nullus nostrorum propter ambitionem urbis Antiochia de terra sua exiuit: eam habeat cui DEVS dare voluerit, nostra omnium una sit intensio, Sancti scilicet Sepulchri deliberatio. Placuit omnibus Boamundus vocatus, eiique Antiochia, si eam adquirere potest, beniuolè ab omnibus conceditur. Boamundus itaque haud segnis viros sibi fideles, noctis crepusculo, remittit ad amicum, vt ei renuntiet & modum & terminum. Pyrrhus remandat ut in castinum commoueatur exercitus 40 Francorum, quasi ire velit ad prædandum in terram Saracenorum. Et cum nox obscurare cœperit, reuertantur ad castra ex parte ciuitatis, in qua ipse erexit (inquit) ex cubabo auribus in turribus meis. Prope murum parati veniant, & nihil prorsus timeant. Credidit hoc consilium Boamundus quibusdam suis familiariibus Hagoni Magno, & Duci Godefrido, Podiensi Episcopo, & Comiti Raimundo. Dixit itaque eis: Nocte ventura, diuina opulante gratia, tradetur nobis Antiochia: exposuitq; eis nuntiū. Qui auditis omnibus, gratulati sunt, & benedixerunt Dominum. In castinum congregauerunt duces bellorum, ingentes militum cuneos, peditumq; quam plures turmas: & egressi montana transierunt, quasi prædaturi, in terram Saracenorum. Nocte adueniente cum summo silentio redierunt, sequentes bonæ spei præpauerunt. 50 Boamundus vero ad locum sibi ab amico destinatum perrexit cum suis tantum militibus, & cum paucis longè remansit à mœnibus, cæterosque cum una scala direxit ad ipsa mœnia, quæ ercta pertingere potuit ad propugnacula. Quæ cum erecta fuit, ex tanta multitudine nullus prior ascendere præsumpsit. Cumq; omnes sic hæsitarent, tunc unus miles, nomine Fulcherius, Carnotensis natione, audacior cæteris, ait: Ego in nomine IESV CHRISTI primus ascendam ad quodcumque me DEVS vocauerit suscipiendum; siue ad martyrium, seu ad obtinendum victoria bracium. Quo ascende, cæteri sublequuntur, & in breui ad ipsa murorum fastigia peruenit. Pyrrhus autem stabat illic, prætolans eorum aduentum, & ægrè ferens nimiam tarditatem.

Carditatem. Qui cùm Boamundum minimè videret, inquisiuit ubi esset. Qui proximè adesse dicitur, sed Pyrrhus de absentia vehementer contristatus est, dicens: *Quid factus ille piger? quid tardat, quidve moratur?* *Mittite qui dicat, quòd citius veniat.* *Nescire qui dicat, quia lux hodierna propinquat.* Et creber cantus præsignat adesse ferenum. *Nuntius eligitur qui nuntiet hoc Boamundo.* Quod ut audiuit, festinus accurrit: sed cum ad scalam peruenit, fractam inuenit. Interea Fulcherius qui cùm sexaginta iuuenib[us] at matis ascenderat, exceptis turribus Pyrrhi, tres alias bellica virtute occupauerat, & in eis duos fratres Pyrrhi interemerat. Quod licet Pyrrhus non ignoraret, tamen à promisso fidei pacto non retardauit: sed ut audiuit quia scala fracta esset, venienti Boamundo & omni Francorum multitudini portas aperuit. Et cùm graues gemitus ab imo pestore traheret, longaque suspiria; nulla tamen eum à promissâ fide, illata reuocauit iniuria. Quem Boamundus in ipso portæ introitu summisso capite salutavit; ei que de collato beneficio gratias egit. Sed cùm causam lamentationis eius didicisset, admodum indoluit: & de militibus suis qui eum custodirent resque eius tuerentur, fidelem custodiam dereliquit. Nec reticendum, quoniam sub illa nocte, *cometa* quæ regni mutationem præsignat, inter alia cœli sydera rutilabat, & suæ lucis radios producebat; & inter Septentrionem & Orientem, igneus rubor in cœlo coruscabat. His evidentibus signis in cœlo radiantibus: & aurorâ terris lucem referente, exercitus Dei portas *Antiochie* intravit, in virtute illius qui inferni portas æreas contriuit, & ferreos vectes confregit, cuius potestas permanet in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

VNIVERSI fideles huius Pyrrhi fidem attendite, & attendantes, si quid ex fide per fidem promittitis, absqueulla contradictione perficite. Nulla hunc memoria fraternæ mortis, nulla vis doloris, nulla instigatio mœroris auertere potuit à promissa fidei stabilitate; magisque valuit apud ipsum fidei pactio, quam duorum germanorum diri cruciatus interemptio. Et si illud antiquum problema Samsonis in medium volumus adducere, huic æquipollens possumus proponere. Samson ait: *De comedente exiuit cibus, & de fortis egressa est dulcedo.* Nunc verò de infideli, processit fides; & de extraneo, familiaris & integra dilectio. At ne fastidiosam videamur facere digressionem, ad inceptam redeamus historiaz propositionem. Quarto Nonas Iunii, Christiani urbem *Antiochie* introierunt, & in ore gladii de suis eam inuasoribus vindicauerunt. Fulcherius & sui complices, qui cum eo muros ascenderant, turres vnde inuadebant, & incautos vigiles somnoque solutos, spiculis gladiisque confodiebant, & de summo illarum fastigio ad terram proiiciebant. Qui in domibus sopiaebantur sonitu clamoris excitati, scire gestientes quid hoc esset, cùm foras exirent, non reuertebantur; quoniam gladios inueniebant paratos quibus excipiebantur. Qui Christiani erant *Kyrie eleison*, & alias Deo laudes personabant; vt per hoc scilicet nostris innoticerent, quod non *Turci* sed *Christianii* essent. Passim sternuntur plateæ ciuitatis corporibus morientium; quoniam tunc nullus eorum resistebat, sed quærebant omnes latibula & fugæ præsidium. Nulli honor impenditur, pueri cum puellis, iuvenes cum senibus, matres quoque cum filiabus interficiuntur. Qui fugere poterant per portas exhibant, mortem tamen minimè euidentes, quia in manus de castris venientium incidebant. Contigit autem ut inter fugientes Cassianus rex & dominus ciuitatis, viliibus pannis obsitus euaderet, & in terram Tancredi fugiendo perueniret. Sed malo infortunio Armenii cum cognoverunt, & ei illlico ceruicem amputauerunt, & caput illius ad Principes attulerunt & baltheum: baltheique precium l x biseancos appreciauerunt. Pars magna fugit in *castrum* quod ciuitati imminet: quod ita loci positione & naturâ munitum est, vt nullius machinæ artificium timeat. Illic enim est mons vrbi contiguus, cuius cacumen porrigitur ad sydera, quòd vix attangere possunt intuentium lumina. Et de ipso potest circumspici tota regio. In eum confudit numerosa multitudo Turcorum, habueruntque illud soluni receptaculum. Erat autem huic castro vna turris nimium vicina, quam Boamundus

cum suis satellitibus iam obtinebat, illudq; castrum per eam impugnare parabat. Sed illi resumptis viribus, turri, satis eminentiores, sagittas & spicula, instar grandinis, desuper immittunt, ita ut nostris minimè licuerit contra eos pugnare; sed se clypeis cooperire, & armis defendere cogebantur. Locus enim artus angebat, & hostis desuper opprimebat: quia non erat alia via decertantium, quam praestabat latitudo murorum. Propterea contigit quia *Turci* irruentes contra turrim, unus impellebat alium, nec retroire erat facultas, nec in leua nec in dextra vlli erat diuotium. Quotquot impetus irruentium supernostros impingebat, illi in lanceis, spiculis & mucronibus excipiebant, & vulneratos ad terram proiiciebant; & cum eis illos qui turrim desubitus moliebantur effodere, prosternebant: sicq; 10 mortuus viuo necem inferebat, & cui in anima vita deerat, in corpore mors apparebat. In quo confliktu *Boamundus* grauiter sagittatus est in femore, nec iam nisi claudicans valebat incedere. Sanguis vberim de vulnere cœpit stillare, & cor nobilissimi Principis à virtute pristina cœpit deficere. Qui nolens & inuitus, in aliam turrim retrocessit, bellumque dereliquit. In eius infirmitate aliorum virtus corruit, quoniam unusquisque miserabilem casum sui Ducis admodum doluit. Pugnam dimittunt, Turcos turrimque relinquunt. Vnus tamen in superiori turris fastigio remansit, cuius egregia funera vniuersus nostrorum exercitus vnanimiter planxit. Ille enim vt vedit se solum esse derelictum, tamen in se animum gerens inuictum, vt virus inter molossos cœpit se vtrinque defendere; lapidesque & cæmentum de parietibus auellebat, & super ipsos qui eum impugnabant proiiciebat. Tandem mille sagittis onustus, vt vedit quod mortem non evaderet, mortem sibi acceleravit, quoniam cum clypeo & armis vbi turbam densorem esse conspexit, in medium prosiliuit, suisque interfectoribus tormentum fuit. Non est lingua carnis quæ satis valeat enarrare, quid Francorum manus ibi valuit pessundare: & nisi castelli municipium tam forte fuisset, ipso die venturis calamitatibus suorum magnum leuamen Dominus præstitisset. Sed voluit Deus vt vrbs *Antiochena* difficuler adipisceretur, vt adepta, carior haberetur. Citiùs enim adquisita vilescant, diu desiderata carius amplectimur. Nox interueniens litem diremit, & diurno labore contulit moderamen; quia pugnae ademit 30 necessitatem, sed fessis dormiendi non tribuit facultatem. Vbi enim intra muros hostis adest, nulla requiescendi facultas esse potest. In crastinum, id est feriâ sextâ, alii spoliata cadauera mortuorum extra muros foris trahebant, alii de turribus cum castellanis, iaculis & sagittis decertabant. Cumque sic res agitur, ecce illi qui stabant in turribus & muris, eminus contemplantur immensam nubem agitati pulueris. De qua diuersa sentientes, alii dicebant; *Constantinopolitanum* Imperatorem esse, qui sibi in auxilium veniebat; alii, quod verum erat, agmina Persarum. Sed qui primi veniebant, vt viderunt urbem *Antiochia*, in vnum confedere, præstolantes retroveniens robur suæ militiæ. Erat autem *Corbanus* Princeps militiæ regis *Persarum*, qui ex longo tempore collegerat sibi illud agmen diuersarum gentium. Erant quippe ibi *Persæ* & *Medi*, *Arabes*, & *Turci*, *Azimitæ*, & *Saraceni*, *Curti*, & *Publicani*, & diuersarum nationum alii multi. De *Aquitanis* erant ibi tria millia, qui nullam armorum copiam nisi solos enses gestabant: qui omnes vndique ferro cooperti, nulla arma aduersantia timebant. Equi eorum vexilla & lanceas ferre aspernabantur, & in eos qui ferebant, nimia ira succendebantur. Cumque hi omnes in vnum conuenissent, cursores suos ante urbem direxerunt, qui nostros ad bellum prouocarent, & de ciuitate exire suaderent. Sed nostri qui de hesterno confliktu fatigati erant, salubrius esse iudicauerunt inter moenia remanere, quam extra bella mouere. Illi vero per campos & plana currentes, nostros ad bella ciebant, diraque eis conuitia improrabant. Lanceas & gladios in altum eiiciebant, & in manibus recipiebant ludentes & luxuriantes. Sed cum neminem de nostris potuerunt extrahere, disposuerunt remeare ad castra. Quos cum reueterentur, insécutus est unus ex nostris, *Rogerus de Bara villa*, cum aliis tribus armatis, sperantes quod aliquos possent elicere ab illis: sed ipsi nolebant cum paribus inire certamen, quia iam de præliis *Francorum* multa audierant enarrare, posueruntq; insidias post se sub rupe cauata, & quosdam ex suis dimiserunt qui eos quasi lacecerent in pugnam. Cumq; nostri transirent insidiarū locū, fures de cauernis suis exierunt, eosq; a tergo invaderunt. Qui præibant reuertuntur in occursum, celereinq; contra eos dirigunt cursus. Qui cum se comprehēsos esse

eos esse cognoscerent, flexis frenis, fugæ tutelam sperauerunt consequi, sed nullatenus potuit inueniri. *Rogerius* socios præmitit ante suos vultus, & ipse parma post tergum reiecta, creberimos illorum sustinet iactus. Iamq; penè euaserat, iamque saluti proxima loca tenebat, cùm equus illius solo proruit, & cadenti inhærens ipse cecidit, qui nullo modo leuari potuit, quoniam equi mole oppressus fuit. Heu! quantus dolor stridorque dentium tunc erat, super muros *Antiochia*, cùm generosa Francorum pubes, videret inclytum militem suum rabidos canes tam atrociter occidere, sicque discerpere. Auertebant oculos, nec videre poterant, cùm eum membratim dilaniabant. Ad extreum caput eius amputauerunt; contoque infigentes, quasi triumphi vexillum, ad castra deportauerunt. Erant autem castra illorum iuxta pontem *Ferreum*. *Sensadonus* autem filius regis Antiochiae nuper defuncti, ierat ad *Corbanan*, iupplexque ad pedes illius coactus, rogans, ut sui miseretur, & contra Francos adiuuaret, qui patrem eius occiderant, & de inclita vrbe exhaereditauerant. Non habebat refugium, nisi in solo vrbi oppido, quoniam iam tota ciuitas Francorum subincebat imperio. *Pater meus*, inquit, dum adhuc viueret, legationem tibi transmisit ut ei subuenires, ut te aut magnis muneribus dicaret, aut *Antiochiam* & uniuersum regnum de te susciperet. Idem tibi promisso, quia si potes recuperare *Antiochiam*, quod à te illam suscipiam, omnemque tibi fidelitatem faciam. Quod si non potes, fugendum tibi est, & omnibus hominibus nostra gentis. Non enim eis sufficiet *Romania*, siue *Syria*, neque *Corosaim*: quoniam *Iherosolymam* discunt esse suam, regnumque *Damasci*. Erant autem ibi reges harum provinciarum, qui audiebant illiuia verbum. His dictis *Corbanan* respondit: Si vis ut te omnimodi adiuuem, tuoq; regno restituam, castellum quod ad bucha-
 des reddet in manum meam, quia restituetur tibi per illud *Antiochia*. Cui iterum *Sensadonus*: Si praenades Francos eliminare ab urbe, misericordia eorum ceruices casas delibera, tibi tradam castellum, & tibi inde faciam hominium. Contentus utique, & tradidit castellum. Et *Corbanan* deliberauit cuidam fideli suo ad custodiendum. Tali conditione recepit in custodiā, ut si *Franci* vincerentur, custodiret; si vincerent, & ipse sicut & alii, relicto castro confugeret. Cui ille: Et si nos victi sumus, de castello quid faceremus? Dignum est ut victores habeant castellum: quoniam victoria, castello maius erit premium.
 His ita gestis, *Corbanan* super his conticuit, & ad alia initituenda tempus dispo-
 suit. Et cùm sederet in solio, attulerunt ante eum *Francigenam*ensem valde despabilem & obtusum, & fœda rubigine rectum: Attulerunt & lanceam eadem deformitate consimilem; quæ etiam sua abiectione, ensem faciebat præpollentem. Quæ cùm *Corbanan* vidisset, ait: Quis dicet nobis ubi sunt armæ, hac reperta? Aut quæ de causa nostro conspectu sunt presentata? Cùm illi qui attulerant dixerunt: Glorijs Princeps, & decus regni Persarum, hac arma cuidam *Francigena* abstulimus, & tibi attulimus, ut videas & agnoscas quibus armis illa pannosa gens conetur nos & fines nostros deprendari, imo & omnem Asiam depopulari. Tunc *Corbanan* subridens ait: Lique, quia satis est gens illa insensata, & ratione parum uitatur, qua talibus armis estimas posse subiugare sibi regnum Persarum. Gens quippe est presumptuosa, & alterius iuris nimium ambitiosa. Gens videlicet quæ in sua confidit animositate: sed per Machomum, male intravit fines *Syria*, murosque regia ciuitatis *Antiochia*. Hæc dixit, notariumque suum arcu illius inslit. Cui accessito, inquit: Sume plures scedula, & scribe religioso Pape nostro Caliphæ, regique Persarum Soldano super omnes glorijs, maioribusque regni Persarum proceribus, ut longeum obtrineant vitam, pacem conti-
 nuam, salutem corporum diuturnam. Fortuna felix & iocunda benè nobis prosperaver, secun-
 disq; successus arredit; quoniam Francorum exercitum intra muros *Antiochia* inclusum te-
 nco, & castellum quod ciuitati præminet, iam in manu nostra habeo. Unde certum sit vobis,
 quia rumores quos de eis audieratis, non sunt illius generis cuius audistis: quia nec lupus tanus efficitur, quantus & clamor qui eum subsequitur. Quia vero præcepisti, ut omnino eos de ter-
 ra delerem, gladioque vitâ priuarem, nolite aduersum me indignari, si quosdam de melioribus vinclis vobis transmitto: quoniam tunc erit in vestra deliberatione, utrum velitis eos mori siue vivere. Nobis enim conueniens esse videtur, ut qui captiuare nos venerant, cap-
 tiui fiant, & dura apud nos exerceant servitia. Honorificum quippe erit regno Persarum, si in eo exulet frater regis Francorum. Vos autem in pace & summa tranquillitate viuite, omnique corpore & voluptati operam impendite, filiosque sine cessatione procreate, qui alii, si necesse fu-
 erit, Franci obstant, & cùm nostra defecerint vires, tunc valeant. Faciet vestra pra-
 fentiam non ante videbo, donec totam *Syriam*, & *Romaniam*, asque *Bulgariam* vestra de-
 citioni subiugauerero. Hæc *Corbanan* locutus in superbia & in abusione, quæ ei

conuersa sunt in ignominiam & confusionem.. Post hæc mater eius venit ad eum mcerens & tristis, lugubremque afferens vultum. Et cum in secreto cubili ambo conuenissent, dixit mater ad filium: *Fili, solatium mea senectus, & unicumpignus totius mea dilectionis, ad te festina venio, fatigata longinquitate itineris. Ego eram in Aleph ciuitate magna, cum de te gravis sermo aures meas percussit, suoque impulsu maximum cordi meo dolorem impulsi. Dictum est enim, quod tua agmina disponebas, & contra Christianos pugnare volebas. Proptere festina veni, a temetipso scire volens, virum seruita habeat, an non.* Ait ad matrem filius: *Mater, nihil unquam verius audisti. Et mater ad filium inquit: Quis, fili, tale consilium iniquum tibi dedit? Non dum es expertus virtutem Christianorum, & præcipue gentis Francorum. Si legiſſes scripta omnium Prophetarum, & antiquorum sapientum, 10 proſecto non ignorares, quia ipſe est Omnipotens & DEVS Deorum omnium. Si pugnabis aduersus Christianos, pugnabis contra ipsum & angelos eius. Sed dementissimum est contra ipsum Omnipotentem pugnare; quoniam id ipsum est velle se deſtruere. De ipſo quidem invictissimo DEO dicit Propheta: Ego occidam, & ego viuere taciam: percutiam, & ego sanabo: & non est qui de manu mea possit eruere. Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Formidolosum est contra hunc conflictum inire, qui gladium suum nouit sic acuere, acutum inebriare, inebriato carnes macerare. Fili, Pharaonem regem Agypti quis submersit in mari rubro, cum omni exercitu suo? Quis eiecit Seon regem Amorreorum, & Og regem Basan, & 20 omnia regna Chanaan, & dedit suis in hereditatem? Ipſe idem DEVS ostendit quanto amore diligit populum suum, quantaq; tutela circumuallat eum, cum dicit: Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat semper. Obserua & audi vocem meam, & inimicus ero inimicis tuis, & odientes te affligam, & præcedet te angelus meus. Geni noſtra iratus est DEVS ille, quia nec audimus vocem eius, nec facimus voluntatem: & idcirco de remota parsibus Occidentis excitatuit in nos gentem suam, deditq; ei uniuersam terram hanc in possessionem. Non est qui possit eam auertere; nec est qui eam valeat amplius extermi- 30 nare. Potest hæc inquit filius matris suæ: Credo, mater, quod aut insanis, aut furiosis infernali bus exagitaris. Quis tibi dixit, quod gens ista non potest exterminari? Plures mecum sunt optimates & Admiraldi, quām ſint omnes Christians in ſimul congregati. Dic mihi mater: Hugo eorum vexillarius, & Apuliensis Boamundus, & gladiator Godeſtidas ſunt ipſi Dii eorum? Nonne ſicut & nos aluntur temporali cibo? Nonne eorum caro ſicut & noſtra potest incidi ferro? Ad hæc mater respondet: Non ſunt Dii quos tu nominas, ſed homines, & milites DEI ex- celsi, qui dat eis animos, augerat vires, redditq; magnanimos: ſicut ipſe per Prophetam loquitur dicens: Persequetur unus de vobis milie, & duo fugabunt decem millia: quod iam in hiſ expertum eſt, qui noſtrōs fugauerunt de tota Romania. Proptere, fili, conſteſtor te per omnia noſtrorum numinum nomina, ut te auertas à facie iſorum, & non incas contra eos bellum. Stultum eſt enim, ut ſuperius dixi, contra Omnipotentem ſeuire, & in gentem suam debachare. Et respondit filius matris luſ: Kariffima, noli lachrymari, noli crebris gemi- 40 bus anxiari; quoniam nulla arte, nullo ingenio revocabis, etiam ſi in prælio ſcirem meipſum in- teritum. Tunc mater tristior effecta, iterum filio ſuo dixit: Scio quia pugnabis, & mo- dò non morieris: ſed antequam tranſeat annus, de hac vita diſcedes. Modò eſt in omni regione Orientali fama laudabilis præditiſ; in aula regis Perſarum nulli ſecundus: cum autem modò victus fueris, iuxta qua nunc tibi eſt gloria, ingloriosus eris. Quanto enim quaque caseros antecellit, tanto magis ſordescit, ſi turpis eſt ruſ. Nunc verò omni flore Orientalium regum ac dinitum ſi- patut, tantorum innumerabilium ſatellitum caterva circundatus, ſi ſuperarus eris, cum quo ul- terius pari aut impari numero de certabis? Tu qui olim cum paucis multos ſolebas in fugam ver- tere, nunc diſces etiam fugere cum ingenti copiarum vi, & paucos cum malis ut canem lepo- resprefcurſare. Tunc filius, ira impatiens, verba matris diutius ferre non poterat, ſed ea interrumpens ait: Ut quid mater aērem concitas in anib; verbis, neque ad ſati- 50 dium pertrahis sermonibus imperitis? Nulla virtus bellorum nobis valet refiſtere; nec valet alter exercitus noſtro preualere. Sed dixi, mater mea, unde ſciſ quod vinci debeamus in hac pugna; & quod mori debo non hic, ſed antequam tranſeat annus, morte ſubitanæ; & quod gens Christiana fines noſtrōs ſit poſſeffura? Cui mater ait: A centum annis & in fr̄a inue- nerunt patres noſtri in ſacris Deorum reſponſis, & in ſortibus & diuinationibus ſuis & anima- lium extis, quod Christiana gens ſuper nos eſſet ventura, neque viciſtra. Concordant itaque ſuper hoc aruspices, magi, arioli & numinum noſtrorum reſponſa, & prophetarum dicta, in quibus dicitur: A ſolis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari, erunt termini vestri, &*

Verba ſua m-
eritis. Eritis male
ſuſtūtus atria.
Tunc in Cor-
ban, Mērem
nū gerit male
fanam.

innullus stabit contra vos. Credimus, quia hoc totum venturum est, sed ne scimus si nunc vel in proximo est; sed propè quibusdam nostrorum videatur: quia hoc assidue rerum mundi ruine praesentant, & astrarum intuitus pranuntiauit. De hoc sequidem prelio quod commissurus es, dicam tibi veritatem, & de morte tua quam inde habeo, notitiam. Ex quo milites ad patrandum bellum hoc colligere cœpisti, solicita indagatione perscrutata sum, quicunque mihi possunt ventura prædicere; & consonant, quod nullus omnino Christianos poterit superare. Cum astrologis syderum cursus, septem scilicet planetas, & duodecim signa sapienter contemplata sum, & quicquid physica calari potest cum auspiciis, exitis & armis pecudum; cum sortilegii fortes temperantur: & omnia in unum concordant, gentiq; Francorum victoria titulos pranuntiant, & nec em tibi, sicut dixi superiorius, intentant. Tunc me, Mater, inquit, cessa ab his de cetero, quia cum Francis pugnabo quam primum potero. Illa videns quod nil proticeret, non diu morata unde venerat redit, secumq; reportauit quicquid spoliorum adipisci potuit. Nam verò de his quæ interim in vrbe gesta sunt, aliquid referamus. Turcis libera facultas erat intrandi castellum, & exeundi: nostrosq; die nocteque iaculando & sagittando ad bella ciebant, & cum certantium vires deficiebant, noui recentesque subibant. Sicque nouis iugiter superuenientibus virtus illorum crescebat; nostrorum verò quotidiana lassitudine deficiebat. Nulla enim quies erat, nec arma deponebantur, sed in procinctu militiæ semper erant. Telis & sagittis plateæ ciuitatis impiedebantur, & testa domorum onerabantur. Omni die ante castellum fit noua congressio, multotiesque fiebat nostrorum & ipsorum vna commissio: de nostris tamen Deo protegentate pauci moriebantur: de illis verò cateruati perimebantur. Et dum sic tempus prolabitur, famæ omni hoste crudelior nostros inuadit, viresq; eorum de die in diem attenuauit. Vultus marcescunt, brachia deficiunt, & tremula manus vix terra vellicat herbas, & frondes arborum, & radices vaporum sylvestrium. Hæc omnia coquebantur, & comedebantur. Crux asini sexaginta solidis comparabatur, & qui emebat dissipator substantiæ non æstimabatur: Panis parvus appre ciabatur uno bisantio: Carnes asinorum, equorum, camelorum, boum, bubalorum consumebantur, insuper eorum coria concoquebantur. Matres filios suos fame pereunt, ad vbera suspendebant; sed pueri in maternis vberibus nihil inueniebant, & præ inopia lactis clausis oculis palpitabant. Quadam die Corbanæ incitauit nostros ad prælium, scilicet extra vrbum, ab illa parte in qua erat castellum; sed milites & equi fame cruciati, diu non potuerunt sufferre veloces impetus eorum. Conglobati igitur in unum, nostri ad ciuitatem regredi salubrius esse intellexerunt; sed oppressi à Turcis, portam nimis angustam repererunt, in tantum quod quidam ibi usq; ad mortem attriti sunt. Sicq; fiebat pugna intus & exterius, nec dabatur illa quies nostris fame pereuntibus. Propter hæc & his similia aliqui de nostris militibus immoderatè perterriti, fugâ in ipsa nocte clapsi sunt, funibus ad propugnacula ligatis, quibus manus suas omnino decorauerunt, & sic ad mares pedibus tetenderunt. Quo peruenientes dixerunt nautis, ut fugerent, quoniam omnes Christiani aut mortui aut vinceti essent. Illi autem dolentes in mage semiserunt, & Turcarum se potentatui subtraxerunt. Stephanus Carnotensis Comes, qui inter alios principes videbatur magnus, consilio prouidus, morum honestate præclarus, antequam caperetur Antiochia, graui infirmitate detentus est: & ad quoddam castrum, quod suum erat, secessit, cui nomen Alexandretta fuit. Hic ut à fugientibus audiuit hanc de nostris relationem, montana vrbi præminentia ascendit, ut videret quidnam esset, utrumque relatio vera fieret. Sed innumerablem Turcorum agmina à longè conspexit, nostrosque intra vrbum inclusos esse deprehendit, & perterritus timore, aufugit, & ad castrum suum remeans funditus expiavit: & sic versus Constantinopolim equitare cœpit. Illi verò qui in vrbe obsidebatur, summo desiderio aduentum eius præstolabantur, putantes quod Imperatorem secum adduceret, & cū eo rebus necessariis succurreret. At ipse in diuersum tendens, ut ad Philomenam venit, Imperatorem ibi inuenit, eiq; secretâ allocutione dixit: Domine Imperator, nostri reuera Antiochiam obtinent; sed castellum quod ei superest adhuc Turci possident, innumera Turcorum agmina eos de foris obfident, & qui in castello sunt intus oppugnat. Sed quid super his reflat, nisi quia aut mortui iam sunt, aut in proximo omnes morientur? Tu autem, reuera Imperator, si nostro credis consilio, ulterius non progredieris, sed ad urbem tuam reuertaris. Nam non potest humana eis potestas illa subuenire, sed si illuc ieris cum tuo exercitu poteris invadere. His auditis sermonibus Imperator valde tristis efficitur, & quod ei dixerat

Consil Carnotinus, Vrbs inclita
caræq; noris,
Territorus antea-
git, Bellum fa-
ciliq; religiat.

*Guido nimis
ploras. Domini-
num cum fleti-
bus oras.*

in secreto, principibus suis ac magistratibus propalauit in aperto. Omnes contristantur, nostrorumque funera lacrymantur. Erat ibi quidam miles, nomine *Wido*, qui per militiam celebre sibi nomen adquisierat, multumque *Boamundo* familiaris extiterat. Qui cum hoc audisset, ita indoluit, quod ac si mortuus esset, in terra corruit. Et cum resumpto spiritu ab illa mentis alienatione reueteretur, flere immoderatè coepit, genasque vnguisbus sulcando, crines manibus decerpendo, omnes cogebat ad luctum, dicebatq;: O DEVS Omnipotens, ubi est virtus tua? Si Omnipotens, cur haec fieri consensisti? nonne erant & milites tui & peregrini? Quis unquam Rex, aut Imperator, aut potens Dominus familiam suam ita permisit occidi, si illo modo potius adiuuare? Quis erit unquam miles tuus aut peregrinus? O Boamunde, honor aliorum ducum, corona sapientum, gloria militum, solamen defolatorum, robur militiae, & totius mundi decus insigne, cur tibi tale infortunium contigit, ut Turcorum ludibrio subiaceres? Heu, heu, cur mibi concessum est vivere post te? quia mihi post hac lux grata, qua species amara, qua gloria delectabilis, qua vita iocunda, te minimè superflite? O DEVS, si verum est quod iste nugacissimus & fugitivus Comes attrulit, quid amplius erit de via Sepulcretu, que causa ita occisi sunt, quasi dominum non haberent serui tui? O Boamunde, ubi est illa fides tua, quam semper habuisti in Salvatore tuo Domino nostro IESV CHRISTO? O Imperator, & egregii milites, qui mecum tantu[m] rancorū, funera lugentis, quis perfectè credere potest, quod tantu[m] militia sic perierit? Proceros si in mediocampo ab omni Oriente ali populo circunsepti fuissent, non ante omnes occiderentur quam ulciscerentur. Nunc autem & ciuitatem habebant, in qua se defendere poterant, & ita interempti sunt? O Imperator, certissime scias, quia si Turci nostros occiderunt, pauci de ipsis remanserunt. Propterea ne paueas illuc ire, quia Antiochiam recipere poteris. Imperator consilio illius noluit assenium praebere, verbis nugacis, fugitiuique Comitis nimium credulus, sed retro destinauit abiire, Bulgariaque loca præcepit deuastare, vt si Turci in partes illas peruenirent; nihil penitus inuenirent. Cum ipso pariter & ipse *Wido*, & illi qui cum ipso Imperatore ierant, reuersi sunt; quia ultra ire non præsumperunt. Sic igitur nostri omni humano solatio destituti sunt; & per viginti ferè dies, cum hostibus & fame, cum gladio & penuria indefinenter decertauerunt.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

30

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

SVPERNA pietas humano destitutis auxilio nisi præuidisset, ex Frangigenis, iam ciuibus Antiochenis, nullus superesset. Sed cum iam vita diffiderent, omniaque mortem intentarent; placuit DEO Salvatori regi regum IESV CHRISTO, vt cuidam sacerdoti suo appareret, dum quadam nocte in Ecclesia sue sanctæ castæ genitricis dormiret. Erant autem cum eo, ipsa mater & Virgo Maria, & beatus Petrus Apostolus, cui pastoratum ouium suarum dedit ipse Dominus. Cui & ait: Agnosce me? Cui sacerdos: Non. Tu quis es, Domine? Tunc in capite Salvatoris crux coepit apparere. Cui iterum Dominus: Iam ne agnosce me? Iterum sacerdos respondit: Non aliter agnoscere, nisi quia crucem in capite tuo video, sicut in imaginibus, que sunt in honore Domini nostri IESV CHRISTI, videre soleo. Et Dominus ad eum: Ecce, ego ipse sum. Sacerdos vero vt audiuit quod Dominus est, statim prosternebat se ad pedes eius, suppliciter obsecrans vt suis Christianis subueniret, fame & hostium oppressione laborantibus. Cui ait: Non tibi videatur, quod bene eos adiuuerim hucusque, quia illis & Nicaea tradidi ciuitatem, & omnia que eis superuenire bella, vincere feci? In obfidae Antiochia etiunsu miseria condolui; nunc vero ad extremum, ciuitatis ingressum tribus. omnes tribulaciones & impedimenta, qua passi sunt, ideo eueniire permisi, quoniam multa nefanda sunt operis, cum Christianis mulieribus, & Paganis, que valde dispergunt in oculus meu. Adhæc mater misericordia p̄iissima Virgo & beatus Petrus ceciderunt ad pedes eius rogantes, vt populi sui miseretur. Adiecit autem beatus Apostolus precationi suæ, & ait: Domine, gratias tibi ago, quoniam Ecclesiam meam in potestate seruorum tuorum dedisti, quoniam propter misitiam inhabitantium in ea tot annorum currulis paganorum fæditatibus fædidari permisisti: Vnde in celis latantur sancti Angeli tui, & consores mei Apostoli. Tunc Dominus ait sacerdoti suo: Vade, dic populo meo ut reuertatur ad me, & ego reuertar ad eum, & infra quinque dies mittam eis sufficiens auxilium, interim quotidie canentes hoc responsorium: Congregati sunt inimici

*Cui Deus appa-
rer, Quia sic sine
crimine paret.*

nimici nostri & gloriantur in virtute sua: *totum cum versu.* Hac ita visione completa, venerabilis Presbyter somno excitatus surrexit, expansisque manibus oravit, pro ut Spiritus sanctus dabat eloqui illi. Inde eadem die horâ tertîâ immediatè ad Principes exercitus perrexit, inuenitque eos sursum ante castellum prælantes contra inimicos, & mouentes inuicem bellum: quibus conuocatis, lato & hilari vultu dixit: *O belligatores Regis aeterni, annuntio vobis ex parte Salvatoris nostri gaudium & exultationem; suamq; quam transmittit vobis benedictionem: & si ei obedieritis, consequimini & gratiam.* Tunc omnibus attentè audientibus & vndique confluentibus, omne in letiatim exposuit visionem. Quâ expositâ, subiecit & ait: *Si huic decretius visioni, falsamq; eam suspicamini, quia vera est faciam vobis quod libuerit experimentum; & si mendax inueniar, omni iniuria afficite corpus meum.* Tunc Podiensis Episcopus iuslit atterri crucem, & sanctum Euangeliū, vt coram cunctis iuraret hoc verum esse: quod ita factum est. Et ut diuina bonitas, bona bonis accumularet, suosque lugubres seruos magis magisq; laetificaret; affuit ibi quidam peregrinus, nomine Petrus, qui hanc visionem retulit coram omnibus: *Audite populus Domini & serui DEI excelsi vocem meam, & sermonibus meis inclinate aurem vestram. Dum in obsidione huius civitatis eramus, quadam nocte astitit mihi in visione sanctus Andreas Apostolus, dicens: Bone vir, audi & intellige me. Et aio ad eum: Tu quis es domine? Et ille: Ego sum Andreas Apostolus. Adiecitq;: Fili, cum urbem hanc intraueritis, & eam in potestate habueritis, ad Ecclesiam beati Petri celeriter vade, & in loco quem monstra- uero tibi, inuenies lanceam, quâ perforatum est latus Salvatoris nostri. Hoc tunc solummodo Apostolus dixit mihi. Ego verò tunc ausus non fui hoc alicui indicare, existimans me vanam visionem vidisse. Nunc verò ista nocte iterum apparuit mihi dicens: Veni & ostendam tibi locum vbi lancea abscondita est, sicut promisi tibi. Festina igitur ut ex- trahas eam, quoniam portantibus eam sequetur victoria. Et ostendit mihi sanctus Andreas Apostolus: Ne timeatis; sed confitemini & pœnitentiam agite à malis operibus vestris: quoniam infra quinque dies super inimicos vestros iterum triumphabitis.* Tunc omnes uniuersiter glorificauerunt D E V M, qui dignabatur consolari dolores ipsorum. Statim verò cucurrerunt ad Ecclesiam beati Petri cupientes locum videre, vbi debebat lancea inueniri. foderunt autem ibi tredecim homines, à mane usque ad vesperam: sicque eam, Domino disponente, repererunt: fuitq; magna laetitia in omni populo, magnisq; vocibus personabant: *Te D E V M laudamus. Gloria in excelsis D E O.* Tunc omnes in simul iurauerunt, vt nullus eorum propter ullam tribulacionem seu mortem fugeret, nec ab incepto itinere Sancti Sepulcri discederet. Omnis itaque plebeia multitudo gauisa est, cum sacramenta hoc iurarent Maiores; & alter alterum ad virile robur hortabatur, & de diuino adiutorio, quod fiducialiter unusquisque præstolabatur, applaudebat. Nocte igitur insecura ignis de cœlo venias ab Occidente apparuit, & inter Turcorum exercitum corruit: quod signum corda omnium vehementer obstupefecit, & maximè Turcorum in quorum tentoria cecidit. Inter se enim vaticinari cœperunt, quod postea contigit: quia *ignis de cœlo descendens, ira DEI erat.* quia verò ab Occidente venerat, Francorum agmina deligebat, per quos ira suæ animaduersiōnem exercebat. Iam verò qui Seniores erant, cœperunt à ferocitate sua quantulumcunque mansuescere, & ab ea quam prius habuerant animositatem torpescere. Sed quia stultorum infinitus erat numerus, nostrosq; ad prælium concitabant, nec die nec nocte requiescebant, plaeuit Senioribus murum inter se & illos construere, vt vel sic liceret ad modicum respire. Vnde enim tam acriter in nostros irruerunt, vt tres in una turre quæcœperat ante castellum incluserint: ex quibus duo vulnerati de turre exire compulsi, & capite plexi sunt; unus verò, usque ad vesperam fortiter resistens permanxit, duosq; ex illis occidit, & sic deinceps gladio vitam finiuit: Quibus dum viuerent, cum Boamundus vellet succurrere, vix aliquem potuit extrahere: quia illos non tantum hostis urgebat, quantum valida fames opprimebat: Vnde iratus ignem ponit præcepit in domibus quæ erant ab illa parte, vbi & palatium Cassiani erat: vt qui exire sponte nolebant, saltem exire compellerentur inuiti. Tunc cum igne tanta venti tempestas exorta est, quod tantum flamma inualuit, quod usque ad duo millia domorum & ecclesiarum combusserit. Boamundus ut vidit flammarum ignis ita insurgere, pœnitentiâ ductus vehementer doluit; quoniam de Ecclesia beati

F Petri

Petri sanctæque Dei genitricis Mariæ, multisque aliis pertimuit. Duravitq; incendium ab hora diei tertia usque in noctem medium; & sic flante vento à parte dextra, in se ipsam reuersa est flamma. Lancea, ut supradiximus, nutu Dei inuenta, Seniores & magistratus militiæ consilium acceperunt, vt ad Corbanan legationem suam mitterent, eiisque mandata suumque consilium per interpretem sui sermonis deferrent. Cumque de multis fieret inquisitio, nec aliquis præsumeret hæc ferre mandata; tandem duo inuenti sunt, Heluinus, & Petrus eremita. Hi cum interprete iter suum ad Turcorū castra direxerunt, dein ad Corbanan tentoria peruererunt. Conuenerunt vndique Turci, audire gestientes, quid dicerent Christianorum nuntii. Erat autem Corbanan residens in solio, induitus cultu regio, habituque 10 pomposo: ante cuius faciem venientes minimè se inclinauerunt, sed erecta cervice astiterunt. Quod cum Turci viderent, ægrè tulerunt; & nisi nuntii essent, superbæ continentie ignominiam vindicassent. Tunc nuntii nil cunctantes, licet omnes ira commoti, circunfremerent, superbo Principi dixerunt. Corbanan,

Principes gentes Naturæ Martis furentes, non contra eos venisti, cum tu & Rex tuus gensque tua in eorum conspectu culpabiles sitis, qui terrore mandans & nos Christianorum immoderata cupiditate inuasistis, eosque omnes iniuria affectos occidistis. In partibus Vt sint libella parati: fernales dii tui testurpius non potuerunt de honestate, quam quod te misericordia contra eos pugnare.

Siratio iuris tecum esset, & censura equitatis nobiscum agere volles, nos tecum iuris honore feruato ratiocinaremur, & quod Christianorum esse debet, in contradicibili sermone ostenderemus 20

Quod si apud te aqui ponderis sunt ius & ratio, ut volupuosa voluntas, fias inter tuos & nostros determinata pugna, & victoribus absque aliorum sanguinis dispendio tota hac concedatur patria.

Quod sine ita, nec sic, complacet, aut fugam protinus inite, aut colla vestra nostrorum consilii preparat. His dictis sermonis mediator conticuit. Corbanan verò ira magna inflammatu, vix loqui potuit: & tandem in hæc verba prorupit, dicens: Verè gens

Francorum, gens superba sed nostro gladio refrenabitur eorum superbia. Ideo autem requiruntur denominatum prælium, ut quibus cedet victoria, cedat & imperium: quoniam sine aliorum sanguinis dispendio, aut patria volunt distari, aut à manibus nostris liberari. Sed tunc salubre consilium non inuenierunt, cum pro effeminata gente arma sumpropterunt. Tamen adhuc ite, illisque renuntiate: quoniam si volunt D E M suum abnegare, suaque Christianitatē renuntiare, in gratiam omnes recipiemus, & terram hanc eis donabis, & multò meliorem: & de omnibus equites facies nos. Quod si facere neglexerint, omnes in proximo morientur, aut vinculati in terram nostram captiuabuntur. Pote hæc Heluinus, qui illorum nouerat linguam, subiecit &

seruus & iste Dni Communitati. O Princeps nullius militiae, sed totius malitia, se scires quam dementissimum est apud Christianos dicere, nega Dominum, nunquam de tuo ore polluto egredetur tale verbum. Scimus pro certo ipso D E O quem negare suades reuelant, quia in proximo est nostra salus, & uester intentus; nostrum gaudium, & nostrum detrimentum. Quis verò sero vobis transmisit ignem, qui vos ita perterruit, & de loco in quo tentoria fixerat ita perturbauit? Signum hoc, in portentum veniet vobis; nobis, in salutem: quoniam ipsius D E I nostri certam inde habemus legationem. Corbanan diu ferre non potuit conuictia Heluini, & præcepit à conspeclu 40

suo illum amoueri. Dixeruntque ei qui illic astabant, vt citò recederet, aliâs nunquam ei legatio proficeret quin statim iateriret. Ille cum sociis ita discessit, & ad urbem remeauit. Nec prætereundum quid istis recendentibus, Corbanan suis dixerit: Audistis nunc, quid pannos illi, vulnusque despicabiles, & nullius persona homunculi, & quam constanter locuti sint: nec iram nostram & tela micantia expauerunt. Vnum de illis est, quia desperatis sunt, & volunt mori; & malunt mori, quam captiuiari. Propterea fortissimi milites, cum ad prælium venerint, undeque eos circumuallate, ne alicui sit locus diuertendi, nec spatiu diu vivendi: quoniam si eis aliquandiu licet vivere, antequam omnes interficiantur, magnas strages de nostris facient. In hoc apparet quod Corbanan stultus erat, quia sic loquendo suorum mentibus terrorem incutiebat. Nec mirandum si insipiens loquitur a-

mentiam, quia spiritus sapientia non intrat in malevolam animam. Petrus eremita & Heluinus ad Principes exercitus reuersi sunt: & quæ Corbanan responderat narraverunt. Tunc Podiensis Episcopus nutu & assensu omnium, triduanum omnibus indixit ieunium. Vnusquisque puro corde confessus fuit; & qui aliquid ad edendum habuit, non habenti distribuit. Illos tres dies deduxerunt cum omni humilitate & puritate cordis, ecclesiæ processionando circuientes, & Domini misericordiam implorantes. Tertia die illucescente, Missæ per ecclesiæ celebratæ sunt; omnesque sancta Dominici corporis communione communicati sunt. Communis deinde consilio intra urbem sex acies constituuntur, & quæ prius, &

quæ

quæ posterius ierent ordinantur. Prima acies fuit *Hugonis Magni*, & *Flandrensis Comitis*: secunda verò *Ducis Godefridi*: in tertia verò fuit *Comes Robertus Normanus* cum suis: quarta fuit *Podiensis Episcopi*, qui secum portauit lanceam nostri Saluatoris; & cum illo fuit magna pars exercitus *Comitis Sancti Aegidii*, qui ad custodiā ciuitatis remansit: quinta *Tancredi* fuit: & *Boamundi* sexta, cum quo expeditiores ad bellum pedites fuerunt, & milites qui equos suos necessitate vieti vendiderant. *Episcopi*, *Presbyteri*, *Clerici*, & *Monachi*, sacris vestibus induiti cùm militibus extrà portam ciuitatis exierunt, portantes in manibus suis cruces, quibus DEI populum signabant, & magnis vocibus ad cœlum manibus extensis clamabant: *Saluum fac populum tuum, Domine, & benedic hereditati tue, & rege eos, & exolle eos nunc & usque in eternum. Esto eis Domine, turris fortitudinis à facie inimicorum suorum.* Hos & alios psalmos concinebant, illos præcipue qui tribulationi conueniebant. Similiter illi qui in turribus erant & super murum, idem faciebant, & cantabant. Egressi sunt itaque milites *CHRISTI* contra satellites Antichristi, per portam quæ est ante *Machumariam*. *Corbanan* verò in quadam monticulo stans, exentes aspiciebat, & dum exirent, dicebat: *State quieti, milites mei; & omnibus exire permittite, ut eos melius valeamus comprehendere.* Habebat autem iuxta se positum *Aquitanicum* quendam, quem nos *Prouinciam* dicimus, qui fidei nostræ abrenuntiauerat, & edacitatis gula coactus de ciuitate exierat, & in aduersariorum se castra contulerat. Hic de nostris multa nefanda dixerat, quod fame moriebantur & omnes fugæ præsidia moliebantur, quod equos suos comedebant, & vietus in opia tabescerant, nihilque restare, nisi quod aut fugerent, aut ditionem Corbanan se subderent. Dumque diuisæ acies suis ordinibus de ciuitate exirent, Corbanan cuius esset vnaquamque requirebat, quæ Aquitanicus ei ordine referebat. Sol verò super auratas loris & lanceas radios inferens, oculos intuentium reuerberabat, & aduersariis terrorem immittebat, vt diuina Scriptura testatur: quia *terribilis est castrorum acies ordinata.* Vt autem in simul omnes conspexit, intra semet ipsum infremuit, circumstantibus dicens: *Magna est gens illa, honestaque armata: non mihi videtur quod velint fugere, sed iustare; quodve velint obsequi, sed perseguiri.* Conuersus itaque ad apostolam suum, inquit: *Furcifer omniumque celestissime, que fruola dixisti nobis super hominibus istis, quod equos suos comedent, & fame cruciati fugam pararint? Per Machomum in caput tuum retrorquebitur istud mendacium, capitisque lues supplicium.* Tunc accersitus gladiator, tyranni paruit imperio, & euaginato gladio caput illius præcidit; dignamque sua garrulitatis & apostasiæ mortem subiit. Tunc quippe mandauit *Admiraldo* suo qui custodiebat suum thesaurum, vt si ignem accensum in capite sui exercitus videret, fugam protinus artiperet; & omnia quæ sua erant, secum portaret, aliasque fugere compelleret: Sciret enim quia *Francorum gentis* erat bellum; sibi verò victoria cesserat in contrarium. Nostri verò milites ut primùm in quandam planiciem venerunt, *Podiente* Episcopo innuente steterunt, & cum summo silentio sermonem illius audierunt. Errat autem vestitus lorica, & in dextera manu illius in altum erecta Saluatoris lancea, qui os suum in hæc verba aperiens, dixit: *Omnes qui in Christo baptizati sumus, filii DEI & fratres inuicem sumus: quos ergo coniunxit una spiritualis copula, iungat & dilectio una. Pugnemus igitur unanimes, ut fratres, pro animabus & corporibus nostris, sicut positi in rebus extremis. Memento quantas tribulationes passi estis pro peccatis vestris: sicut nunc vobis innoescere dignatus est in visionibus Dominus DEVS noster.* Nunc verò purgati estis, DEO quæ per omnia reconciliati. Et quid timeretis? nullum vobis contingere potest omnino infortunium. Qui hic morietur, vivente felicior erit: quia pro temporali vita, gaudia adipiscetur aeterna: Qui verò remanserit superflues, super inimicorum suorum triumphabit victoria, diuitiisque illorum ditabitur, & nulla angustabitur in opia. Vos scitis quid perpeccistis, & quid in præsentiarum ante vos videatis: Orientales diuitias adduxit vobis Dominus uester in faciem vestram, immò in manibus vestris. Confortamini, & estote viri cordati: quoniam iam mittet Dominus legiones sanctorum suorum, qui uictacentur vos de inimicis vestris. Hodie videbitis illos oculis vestris: & cum venerint, de eorum terribili fragore ne timeatis. Non enim debet inassueta vobis esse visio eorum: quoniam vice altera venerunt vobis in auxilium, sed humanus aspectus paucescit in aduentu supernorum ciuium. Considerate quomodo aduersarii vestri extento collo, sicut cerui & dammule paucescentes, aduentum vestrum aspiciunt, paratores ad fugam quam ad pylum. Et vos bene noscere eorum pralia: quoniam tractâ sagittâ, plus in fuga quam in pugna confidunt. Ita igitur contra eos in nomine Domini nostri IESV CHRISTI ad bellum;

*Sermo factus.
Sed agmina
confidemur.*

& Dominus DEVS noster Omnipotens sit vobiscam. Cumque omnes respondissent, Amen; extensis in longum legionibus, prior erto vexillo antecedit Hugo Magnus, qui iure vocatus est Magnus, quoniam hoc priuilegium commendauit actu & moribus: Hunc subsecuti sunt atii, sicut superius sunt nominati: fuitque eorum prolixa extensio, à flumine usque ad montana scilicet, cui spatio intersunt duo miliaria. Tunc verò Corbanan cœpit retroire & montanis appropinquare. Nostri autem paulatim illum insequebantur, quoniam moderato gressu omnes gradiebatur. Tunc Turci in duo sunt diuisi: quia pars una à regione maris processit; pars altera maior, in campo remansit. Statuerunt igitur nostros sic inter se includere, & à dorso sagittare. Sed ordinata est septima acies, quæ contra partem diuīsam configeret: ordinata est autem ex militibus Duxis Godefridi & Normanni Comitis: cui præfuit quidam Dux, nomine Rainaldus. Hunc contra illos miserunt, & præliati sunt; multiq[ue] hinc & inde ceciderunt. Et ut aliæ sex acies ad iactum sagittæ peruererunt, Turci vicinius ire recusantes, tensis arcubus trahunt, sed frustra: quia ventus ex obliquo flans eorum iactus rededit in vanum. Quod Turci vt viderunt, versis fenis retro fugiunt: sicque prima acies quæsiuit in bello bellum, nec inuenit: quæsiuit quem percuteret, aut à quo percuteretur, nec reperit. Interea missus est nuntius à Boamundo Hugoni Magno, vt ei ferret auxilium, quia nimium vrgebatur oppressione Turcorum. Mox Hugo conuersus, ait suis: O viri bellatores, nos pugna fugit, queramus pugnam, eamusque ad Boamundum egi-
gium Dux: illic est pugna, quam queritis; illic ferreus instat hostis, quem desideratis. Tunc citius dictio volat illuc quique satelles, iungunturque simul egregii Comites. Quod vt vedit Dux ducum Godefridus, quod magnus amicus suus ita celeri cursu cum omnibus suis discurrebat, teclitus est eum: quoniam & ipse à bello vacabat. Illic quippe incumbebat robur militia Persarum, & maior fortitudo; & bene decebat, vt illuc currerent Godefridus & Hugo. Erat enim unus ab altero, quasi alter idem, unam habentes in le amicitiam. Hugo Magnus cum ad pugnæ confli-
ctum prior venisset, intuitus est unum de aduersariis, qui erat audacior ceteris, aliosque ad pugnam clamando hortabatur, qui spumantem equum dirigit contra eum, & lancea ei guttus perforauit, & sic os illius oppilauit. Quid miser, faceret? solo statim corruit, & diis infernalibus animam commendauit. Post hæc contigit nostris grande incommodum: quia Odo Belgencius, qui vexillum fecebat, sagitta toxicata vulneratus fuit; & dolore vulneris ingrauescente, cum vexillo terræ corruit: sed Blemenis Guilelmus ense nudato, viam per medios hostes aperuit, & signum tellure leuauit. Quid Dux ducum Godefridus, quid Boamundus, quid clara iuuentus ibi egerint, nec lingua dicere, nec manus scribere, nec pagina valet capere. Nullus nostrorum ibi iners fuit, nullus timidus, quia nec locum habebat; & hostis supereminens unum quemque vrgebatur. Quantò magis enim occidebantur, tantò magis crescere videbantur. Sicut enim putredini muscae confluere solent; sic & ipsi vndique conueniebant. Dum sic certatur, & tam longi certaminis prolixitas poterat tædiare; nec numerus hostium videbatur decrescere, albatorum militum numerabilis exercitus visus est de monitibus descendere, quorum signiferi & Duces esse dicuntur Georgius, Mauricius, Demetrius: quos vt primùm vidit Podiensis Episcopus, exclamauit voce magna dicens: Omilites ecce venit auxilium, quid vobis promisit DEVS. Et certè nostri valde expauis-
sent, nisi fuisse spes quam in Domino habebant. Tunc tremor maximus irruit in hostes, & versis vultibus scutis terga cooperiunt; & fugam quo vnicuique locus dabat arripiunt. Pars illa quæ à parte pugnabat maris, vt vedit fugam suorum, ignem sparsit super gramen campi, quod celeriter arsit, quia illud siccauerat ardor æstatis. Hæc ideo fecerunt, vt hoc signo illi qui in tentoriis erant, statim fuge-
rent, & secum ditiora spolia tollerent. Illi verò cognito signo, qui in montanis erant, protinus fugerunt, cum omnibus spoliis quæ portare valuerunt. Sed quid eis profuit, cum diu eis ferre non licuerit? Armenii & Surani siquidem ubi vide-
runt, quia victi erant, & nostri eos insequerentur, obuiam illis veniebant & occidebant. Hugo verò Magnus & Dux Godefridus & Flandrensis Comes, simul cum suis agminibus equitabant iuxta aquam, ubi robustior & densior eorum erat ex-
ercitus: tantoque impetu vrgere cœperunt, vt ad sua tentoria quo tendebant, remeare non potuerint. Et vt citius persequi valerent, illorum equos qui morieban-
tur, ascendebant, suosq[ue] qui erant macilentiores & afflicti fame, frenis à capite detractis

*Nomina san-
ctorum De celo
signiferorum.*

detractis relinquebant in campo. Omnipotens virtus Dei Omnipotentis, & immensa potestas! Miles tuus longo afflictus ieiunio, persecutus tumentes adipe & pinguedine, ita ut etiam nec ad sua bona, quæ reliquerant, auderent respicere. Spiritus tuus bonus erat in mentibus eorum, qui & vires suggerebat corporum, & audaciam praestabat animorum. Non illum retardat vlla cupiditas spoliorum, nulla ullius rei auaritia: quoniam illius mentem magis titillabat victoria. Sicut in macello bestiarum corpora solitum est dilaniare; sic & nostris licitum erat Turcarum corpora laniare. Euolat sanguis de corporibus vulneratorum; euolat puluis agitatus equorum pedibus discurrentium: Aether obnubilatur, & quasi crepusculum fieret obtenebratur. Contigit autem quod fugientes in quandam collam deuenierunt, & ibi se contra nostros recolligere sperauerunt. Tunc *Gerardus senex de Melone*, qui longo tempore agrotus iacuerat in obsidione, equo celeri transiectus, improvidè incidit in illos, eorumque iaculis est confossus, & sic digna morte peremptus. Quod ut viderunt qui eum vicinius subsequebantur; *Euzardus scilicet de Puseolo, Paganus Beluacensis, Drogo, & Thomas, & Clarenbaldus*, ceteraque iuuentus *Hugonis Magni*, nil habentes in illos irruunt: & quidem forte bellum inuenerunt; sed tamen, Deo iuuante, crescente caterua suorum, viriliter dissipauerunt. Ibi multum cruoris effusum est, multorum truncata capita, qui si, ut coeperant, fugissent, evadere potuissent. Persecuti sunt autem illos usque ad poneam Ferream, & ad castellum Tancredi: & ultra non potuerunt persecuti, quia nox obscura finem rei imposuit. Mortui sunt autem illo die centum millia equitum; sed propter fastidium nullus numeratus est de tota multitudine peditum. Miles fatigatus, quia longè ab urbe erat, ad tentoria quæ suorum erant inimicorum rediit; multumque quod ad edendum sibi sufficiebat, inuenit. Ante enim quām timor Dei venisset in corda illorum, in sartaginibus & cacabis & lebetibus & in ollis parauerant carnes ad obsonium: sed misericordia parauerant, non licuit coquere nec tollere. Ibi potuit videri venerandus Sacerdos *Podiensis Episcopus*, loricavestitus & casside, & lancea sancta in manibus, qui pre nimio gaudio rorabat uberrimis ora fletibus. Hic illos hortabatur, ut Deo gratias agerent per quem viatores extiterant: dicebatque eis: *Ex quo milites esse coepimus, nulli vobis compares fuerunt: quia nulli in tam brevi tempore tot tantaque bella bellati sunt, quanta & vos peregitis, ex quo mare Constantinopolitanum transiisse. Multum quippe est a fide Christiana alienus, qui videt que vos hodie vidistis, & in Dei dilectione non est continuus. Hoc & his similia venerandus pontifex dicebat, & verbis talibus populum sibi commissum instruebat, & iocos, & risus eorum temperabat. Contemplatio enim vultus illius praesentiaz ita omnes reuerberabat, quod nemo eo praesente verba vana proferre presumebat. Peracta nocte illa, in crastinum quindecim millia camelorum sunt inuenta: equos vero & mulos, & asinos, oues, & boues, & omnis generis pecora quis dinumeraret? Inuenta sunt vas aurea, & argentea multa, plurima pallia, & spolia magna, magni precii diuersaque varietatis. Cum his omnibus ad ciuitatem triumphantes venerunt: & ab his qui remanserant clericis & presbyteris & monachis, cum solenni processione suscepti sunt. Admiralus vero qui in castello erat, ut vidit principem suum, & eos qui cum illo erant a campo fuga diuersti, videntque innumerabitorum equitum millia, cum candidis vexillis per plana discurrentia, admodum expauit, vnumque de vexillis nostris ob tutelam dari sibi poposcit. Comes Sancti Egidii qui illic ad custodiari ciuitatis remanserat, suum illi vexillum portexit; & gratariter accepit, acceptumque muro castelli affixit. Sed ut cognovit a quibusdam Langobardis, qui astabant ibi, quod Boamundi non esset, cui tota ciuitas concessa erat, signum suum reddidit Comiti, & signum quæsiuit Boamundi: & Boamundus misit ei. quod cum recipere, Boamundo mandauit, ut ad se veniret. Ille vicino pede legationi ambulauit, & quid dicere vellet auscultauit. Gentilis, fidei pactum requirit: ut qui cum eo erant, & discedere vellent, nullius iniurie & lassionem patarentur, & usque in terram Saracenorum conducerentur: qui vere secum Christianus fieri vellet, faciendo licentiam haberet. Boamundus immenso gudio repletus dixit: *Amice, quod exposcis libenter concedimus tibi; sed præsolare modicum, quia iſud Principibus nostris renuntiabo, & celeriter reuertar ad te.* Et mox festinaanter currevit, & aggregatis in unum Principibus verba gentilis enarravit. Placuit omnibus, Omnipotenti Deo gratias agentibus. Boamundus ad iam domesticū regreditur gentilem, & requisitæ ab eo conventionis confirmat sponsonē. Ille vero rediit*

didit se *Episcopo Podensi*, & sanctæ Christianitati, cum trecentis suis militibus valde speciosis & iuuenibus: fuitque inter Christianos tunc maius gaudium de eorum Christianitate, quam de castelli traditione. *Boamundus* castellum recepit, & eos qui Christiani fieri noluerunt, in terram Saracenorum conduxit. Triduano peracto ieiunio, *baptizati* sunt gentiles cum laetitia magna: & creuit ibi laus DEI, & gloria Christiana. Ipsi referre postea soliti erant, quod cum de castelli arce bellum aspercerent, innumera subito candidatorum militum millia se vidisse; quorum intuitus ipsos vehementer terruit. Nec mirum fuit: quia omne castellum funditus intremuit. Cumq; viderent eos agminibus Christianorum consociari, suosq; in excidium fugamq; verti, protinus intellexerunt cœlestia numina esse, Christianorum que Dev m superari non posse. Inde compuncta fuerunt corda illorum, seq; Christianos fieri spoponderūt. Actum est siquidem bellum hoc, quarto Kalendas Iulii, vigiliâ scilicet Apostolorum Petri & Pauli. Sicq; diuina respiciente misericordia, procella *Antiochene* tribulationis, quæ ferè per decem menses intumuerat, sedata fuit, & regia ciuitas quæ longo tractu temporum iugo diabolicæ captiuitatis subiecta fuerat, amissam pristinæ libertatis gratiam recuperavit. Hostes qui eam in captiuauerant, fiunt & ipsi captiui; & in latebris syluarum, cauernisq; petrarum, & fossis montium sunt dispersi. *Armenii* quoque & *Surani* habitatores terræ illius, per dies plurimos scrutati sunt illos, & inueniebant alios semineces, alios vulneratos, alios parte capitis carentes, alios ventri suo, ne omnino vitalia exirent, manus suas apponentes; & detractis eorum spoliis interficiebant. Itaq; inimici DEI depopulati sunt; & Christiani, serui DEI excelsi, in gloriofa vrbe cum gaudio & laetitia aggregati sunt. Cumq; quadam die conuenirent, consiliauerunt, vt ad *Constantopolitanum* Imperatorem legatos mitterent; suamq; ciuitatem vt recipere veniret, denunciauerunt. Et, proh dolor, iudicauerunt omnes, vt quia Regi immitabant, regalis nuntius debebat ire: & electus est *Hugo Magnus*, verè regalis & generis & moribus: Quem nullatenus elegissent, si non reuersurum scissent. Hic cum Regilegationem suam complesset, morte interceptus occubuit; & quod regredi disposuerat, ad extreum non potuit. Constantinopolitanus autem Imperator vulpinus pro receptu tantæ vrbis non presumpsit venire: quoniam recognoscet se fidem, & sacramenti iuta, & data pignora *Francis* violasse, & nequaquam custodisse. Sicque omnes conuentiones deletæ fuerunt, quæ inter eos factæ sunt. Interea in vrbe residentes, tractare cœperunt de via Dominici Sepulcri: quid agerent, an mox inciperent, aut quando tempus terminarent. Ad hoc siquidem communis assensus adducitur, vt usque ad Kalendas Octobris reinceptum viæ protelatur. Æstatis siquidem ardor nimis incanduerat; & terra Saracenorum quam ingressuri erant, in aquosa & nimis erat arida. Propterea tempus expectauerunt, quod tunc humidum fit, & quo tellus absconditos latices erumpit. Definiendum simili modo erat, quid tantus populus interim ageret; & ubi, & quomodo viueret. Accepto inde consilio, præco quæritur: inde, qui dicat, quid inde definitur. Præco quæsitus & inuentus, ascendit & præconatus est: vt qui omnino egens erat, in vrbe remaneret, cumque illis qui ditiones erant conuentionem faceret ac seruiret. Principes autem diuisi sunt, per castella sua & ciuitates. Erat autem quidam miles de exercitu Comitis Sancti Agidii, nomine *Raimundus*, cognomine *Pileus*, animo virilis, & corpore spectabilis. Hic perfecto odio Turcis inimicabatur, nec diutius tolerare potuit, vt longo tempore feriarentur. Hic plurimam alligauit sibi militum peditumque multitudinem, & in terram Saracenorum transduxit eam; transiitq; duarum ciuitatum terminos: & peruenierunt ad quoddam castrum, quod *Talamania* vocabatur, cui gens Suriana principabatur. *Suriani* nostros receperunt, seq; eorum libentissime dominio tradiderunt. Octo ibi diebus transactis, perrexerunt ad aliud castrum in quo latitabat multitudo magna Saracenorum, ad quod peruenientes, militari impetu inuaserunt, & in remissa manu tota die pugnantes, vesperascente die expugnauerunt. Quo ita capto omnes occiderunt, præter eos qui Christianitatem receperunt. Hac itaq; depopulatione facta, reuersi sunt ad castrum, quod Talamania diximus nuncupatum: In quo duobus perendinatis diebus, die tertia omnes exierunt, & ad vrbe quæ *Marræ* dicitur perrexerunt. Erat autem ibi aggregata non minima multitudo Turcorum & Saracenorum, ab *Aleph* aliisque ciuitatibus & castellis, quæ in circuitu eius sunt, illorum præstolantes occursum. Ad quam cum appropiare cœperunt, illi barba-

barbari contra eos exierunt: sed conflictum diu cum nostris tenere noluerunt: quia in fugam versi intra urbem se receperunt. Nostri verò diu ibi residēre non potuerunt: quia æstiuum cauma eos vehementer vrgebat; nihilque inueniri poterat ad bibendum. Iamq; diei inclinante vmbra, reuersi sunt ad castrum suum *Talamania*. Plurimi quidem Christiani patriæ illius incolæ cum nostris ierant; sed cum nostris redire contempserunt: quos *Turci* in insidiis occultati ceperunt & occiderunt: Stultitia siquidem sua perierunt: quia si cum nostris reueterentur, nemo tunc moreretur; Sed sicut in communi verbo dicitur: *Nihil timer gens stolidæ, donec eam opprimit infelix fortuna.* *Raimundus* verò ad illam vltiā non reddit ciuitatem, quia non habebat exercitum quo ob sideret eam: sed in castro suo usque ad præfinitum tempus Kalendarum Octobrium remansit; semperque interim terram *Saracenorum* captiuauit. Illi autem qui in *Antiochia* remanerunt, cum magna tranquillitate & gaudio fuerunt, quo usque dominum suum *Podiensem Episcopum* amiserunt. Hic cùm summa pax esset exercitui DEI, mense Iulio cœpit intirmari: sed non diu ægrotauit, quia Dominus non est passus illum longa ægritudine cruciari. Kalendis Augusti sancta eius anima vinculis carnis soluta, translata est in Paradisum DEI: in gloria festiuitate scilicet sancti Petri, quæ dicitur *Ad vincula*. Et vt censura diuini iudicij id actum esse claresceret, in die quo principis Apoltolorum vincula à Iherosolymis *Romam* sunt allata, soluta est à corporis nexibus pontificis anima. Nec unquam pro villa tribulatione tantus fuit in illa DEI militia mœror, tantaque tristitia, quanta in morte illius. Hunc omnes debito iure lacrymabantur, quia consilium erat diuitum, consolator mœrentium, sustentator debiliū, thesaurus indigentium, reconciliator discordantium. Hic militibus dicere solitus erat: *Si vultis esse triumphatores & amici DEI, mundiam corporum custodite, & pauperum miseremini. Nulla enim res ita à morte vos liberabit, sicut eleemosyna: quia & melius protegit quam parva; & acutior est in hostem quam lancea. Qui non est idoneus profè orare, det eleemosynam, & orabis profè.* Pro his operibus & huiusmodi sermonibus carus erat DEO & omni populo. Si quis autem vellet omnium virtutum eius charismata enumerare, videretur iam ab historia elongare. Hoc itaque decenter in Ecclesia beati Petri tumulato, *Comes sancti Egidii* in terram *Saracenorum* transit, urbemq; quam *Albariam* vocant, audiit. Quam vndique forti milite circumcingens inuadit, diuque missilibus & sagittis cum his qui erant in mœnibus decertauit. Sed vt vidit ita se proficere parum, erectis ad murum scalis, loricati milites ascenderunt, & in fugam hostes ire compulerunt. Miles ut ascendit murum, fit celsior illis, *Hoc* & ille fuit viribus inferior, Muro descendunt super abdita testa domorum, De domibus verò saliunt per plana viarum. Huc illuc que senes fugiunt, pueri inueniesque: Sed prorsus nulli profuit villa fuga. Præcepit enim Comes, vt omnes caperentur, & qui in CHRISTVM credere nollent, decolarentur. Illic visi sunt plurimi capite plecti; plurimisque pueris cum puellis subtracta est vita longi temporis. Iudicium enim Domini fuit hoc: quia Christianorum fuerat ciuitas illa, eisque simili mortis ludibrio ablata erat. Nullus extata multitudine reseruatus est, nisi qui sponte CHRISTO cōfidens baptizatus est. Sicque mundata est ciuitas illa, & ad cultum nostræ fidei reuocata. Tunc Comes cum suis optimatisbus habuit consilium, vt in ea ordinaretur Episcopus, cuius consilio & auxilio ciuitas regeretur, & fides IESV CHRISTI in cordibus nouiter baptizatorum solidaretur. Electus est igitur vir sapiens & personatus, literumq; eruditione pollens, & vtraque scientia præditus, & ad ordinandum Antiochiam est missus.

INCIPIT LIBER OCTAVVS.

A Estiuum tempus solis ardore represso, cùm iam transiret, noxque diem horarū numerositate transcenderet, milites CHRISTI quaqua versum æstiuarant ad *Antiochiam* remearunt, & Kalendis Nouembris, die festo *solemnitas omnium Sanctorum* ibi conuenerunt. Et benedictâ gloriâ Regis æterni, quia tunc numerosior fuit turbaredeū.

tiū, quām fuerat, cūm se ab inuicem diuiserunt. Ex cunctis enim mundi partibus secuti erant multi egregii milites & pedetes priorum vestigia, quotidieq; crescebat Christiana militia. Cūmq; in vnum ita residerent, & de via Sancti Sepulcri quō dirigerent iter, disponerent, Boamundus pactionem vrbis requirit, quam sibi iponderant. Comes Sancti Egidii dicebat id non posse fieri propter sacramenta quæ per Boamundum fecerant imperatori Constantinopolitano. Inde per dies plurimos factus est in Ecclesia sancti Petri conuentus, magnusq; verborum ex vtaque parte conflictus. Cumq; in communi conuentu fieri nequiret vlla diffinitio quæ paci conueniret, episcopi & abbates, & consiliī senioris Duces & Comites, locum in quo est Cathedra sancti Petri intrauerunt, & illic intra se diuiserunt, qua liter & Boamundo seruarent promissa, & Imperatori facta sacramenta. Cūm vero à loco consiliī exierunt, consilium tamen omnibus patefacere noluerunt. Itaque domestico affatu reuelatum est consilium Comiti sancti Egidii, & ipse laudauit dispositum: ita tamen vt Boamundus pergeret cum eis iter incepturn. Boamundus requisitus, idem laudauit, & vterque in manibus episcoporū, fidei ad stipulacionē, promisit, quod ab ipsis via Sancti Sepulcri nunquam desereretur; neq; propter dissidium vllam quod inter se habuerint conturbaretur. Tunc Boamundus munivit castellum quod supereminet ciuitati, & Comes palatium Cassiani, & turrim quæ supra portam vrbis est, à parte portus Sancti Simeonis. Quia vero nos longo narrationis tractu Antiochias detinuit, nostrosq; peregrinos milites per octo menses sua obsidione fatigauit, nec vlla vi humana vel arte, vel ingenio superari potuit; de eius situ & magnitudine aliquid dicamus, eisq; qui eam nunquam viderunt aliquid inde aperiamus. Vrbem hanc, vt eius historia testatur, sexaginta quinque reges constituerunt: qui omnes eius principatui famulatum subiectiōnis exhibuerunt. Circundatur autem muris duobus. Prior est ex magnis lapidibus in quadrum sectis, & subtili artificio politis; & in eo ordinatæ & distinc̄tæ sunt in suis locis quadringentæ turres & sexaginta. Hic se intuentibus venustate suæ compositionis arridet; & spacioſus est latitudine nimis ampla. Continentur intra septa murorum quatuor montes magni & in altum eminentes. In altiore eorum constructum est castellum, quod ita naturali positione munitur, quod nec bellicosum timet impetum, nec cuiuslibet machinationis ingenium. Trecentas & sexaginta Ecclesias obtinet in sui cōfinii territorio, & Patriarcha habet centum & quinquaginta & tres episcopos sub principatu suo. Ab Oriente quatuor magnis montibus præmunitur. Ab Occidente vero quodam flumine alluitur, cuius nomē Farfar dicitur. Hanc Antiochias rex cum suis, vt suprà diximus, sexaginta quinq; regibus constituit, nomenq; ei de suo nomine indidit. Hanc itaq; vrbem regiam tamque famosissimam obfederunt nostri peregrini milites, per octo menses & diem vnum; & tribus hebdomadibus intus fuerunt inclusi à gente Parthorum: quando superata subsidio, postea quieuerunt in ea quatuor menses & dies octo. Quibus explicitis, Raimundus Comes Sancti Egidii primus cum gente sua de Antiochia exiit, & ad vrbem quæ Rugia dicitur peruenit. Alia die ad alteram venit ciuitatem, quam nominant Albariam. Has duas ciuitates compendiosa sua militia suo subiugauerat imperio, Christiq; mancipauerat seruitio. Quarto die, ex parte Nouembre, venit ad vrbem quæ Marra nuncupatur; quam Raimundus Piletus miles eius primus inuaserat, sed recessit fortiter inde repulsus. Erat autem ciuitas illa populosa, & ab omni gente quæ in circuitu erat nimis constipata. Quæ gens aduersa, vt nostros eminus conspexit, quia ad comparationem sui pauci esse videbantur, despexit, eisque extra ciuitatem resistere conata est. Sed protinus agnouerunt, quod gens compendiosa & fortis præfertur temulentæ multitudini; & præcipue gens illa cuius ipes est & fiducia in nomine Domini. Nostri enim ut viderunt illos ad resistendum paratos, clypeis pectoribus oppositis, lancearumque mucronibus præpositis, militari impetu in illos irrumpunt; sicq; per medium subeuntes disrumpunt. Ibi confregit Dominus potentias arcuum, scutum & gladium & bellum: quia postquam gladiis agitur pugna, inutilis est arcus & sagittæ. Qui portæ ciuitatis propinquior fuit, beatiorem se esse existimauit; qui vero longe aberat, toto affectu peroptabat, vt aut portæ vicinior fieret, aut ad se porta veniret. Multū quippe illis profuit, quia propè ianuā ciuitatis illa congressio facta fuit. Tamen nō omnes qui incolumes fuerant egressi, salutari recessu sunt regressi.

Illi potissimum malos regressus habuerunt, quos nostri primo impetu inuenientur. De nostris equis plurimos sagittauerunt; sed de suis sessoribus ad terram deuolutis, multò plures reliquerunt. Ipsiſ itaque intra vrbem receptis, nostri ad iactum sagitte vnius tentoria ponunt. Excubata igitur nocte tota, cùm in crastinum diurnæ luci Solis se iubar immiscerunt, nostri armis instruti vrbem vndiq; vallauerunt, acerri moque congressu inuaserunt. *Tela, fudes, lapidesq; volant, ignesj, facesq;*
Ex quibus arderent introrsus tecta domorum. Sed obſidente hostiū innumera multitudine, illa die nostri nihil præualuerunt, sed lassi ad tentoria remearunt. Ipsa die *Boamundus* cum gente sua multisq; aliis Comitem secutus illuc peruererunt, & castigantes vndique urbem vallauerunt. Quod videntes qui introrsus erant, nimio terrore percelluntur, omnesq; portæ ciuitatis obiectu lapidum ab eis obstruntur. Acceperunt igitur Comites in inuicem consilium; quoniam ex æquo non fiebat prælium: Præcipiuntur fieri *arietes*, ferratæ scilicet trabes, quæ manibus militum funibus appensæ & tractæ in murum impellerentur: & sic crebris earum percussionibus muri destruerentur. Facta est & *ligneaturra*, lapideis turribus satis altior, & machinis omnibus quæ introrsus erant eminentior. Habebat autem tria solaria quæ erant benè scutis & trochleis præmunita. In duobus superioribus erant loricati cum telis & sudibus & sagittis, & lapidibus, pilis, & facibus: Subtus erant nihilo minus armati qui rotas impingebant, super quas ipsam turrim constituerat. Alii quidem factam testitudinem muro applicuerunt, & fossatum quod erat ingens ad æquarunt, ut turrim muro possent lociare, & ipsius munimine protegendi, ipsum murum valerent perforare. quod ita factum est. Sed miseri ciues contra fecerant quoddam instrumentum, quo grandes lapides aduersum turrim iaciebant, & etiam igne. in Græcum, quod eam arderent, emittebant. Sed DEI gratia protegenti, omnis conatus eorum omnesq; machinationes frustratæ sunt, & ad nihilum redactæ. Nam turris lignea vbi muro proxima fuit, omnes qui in illa partem muri erant, ut sub se despiciens prostrauit. *Guillermus de Monte Pislerio*, [alias Pessulano] ipse fuit cum multis aliis in superiori solario. Erat autem cum eo venator quidam, nomine *Euardus*, qui spiritu buccinandi erat præditus. Nam sono tumultuoso & vocis & aduersarios exterrebatur, & suos ad bella incitabat. Et dum Guillermus cum suis quæ circa se sunt deuastat: nam missis molaribus saxis, ipsa domorum testa confringebat: qui sub eo erant, murum fodiebant: & alii ad muri propugnacula scalam erigebant, quam erectam, cùm nullus auderet ascendere prior, non pertulit quidam *Gulferius de la Turre* miles honestus, sed incunctanter ascendit murum, pluresq; viri fortes fecuti sunt eum. Gentiles verò ut viderunt eos super murum ascendentes, irâ vehementi commoti sunt, & vndique in illos consurgunt, tantumq; eos iaculis & sagittis coartauerunt, ut quidam nostrorum qui murum ascenderant, seipso ad terram deiecerint, qui mortem quam euadere putabant, collisi ad terram inuenerunt. Quod cùm vidisset clara iuuentus nostrorum, Gulferium scilicet cum paucis pugnare super propugnacula murorum; immemores sui, sed memores sociorum, confessim ascendunt, partemque muri suam multitudine cooperiunt. Stabant autem iuxta ligneam turrim sacerdotes & levitæ, ministri Domini, inuocantes propugnatorem gentis Christianæ *les v m CHRISTVM Filium DEI*, & dicebant: *Domine miserere nostri: Esto brachium nostrum in manæ, & salus nostra in tempore tribulationis. Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt, & in regna qua nomen tuum non inuocauerunt. Disperge illos in virtute tua, & depone eos, protector noster Domine.* Dum sic ageretur, quod alii pugnabant, alii plorabant, & psallebant, alii muros suffodiebant, Gulferius grauiori pugna desudabat: quia omnes aduersarii in eum & in eius consortes, & ipse cum suis contra omnes. Clypeus eius erat omnibus suis protectio fortis, his videlicet qui erant in muro. Muri breuis & arta latitudo, socium sibi coniungi non admittebat: nec aduersarium, nisi vnum, venire permittebat: Sed de Gulferio nullus hostium triumphauit: cùm tamen ipse de compluribus triumphauerit. Propterea nemo illi iam occursare præsumebat, quia infortunium quod aliis ense illius contigerat, vnuſquisque sibi metuebat. Tela, sagittas, fudes, lapides, illi iaciebant; tandemq; clypeum eius ex his onerauerat, ut ab uno homine leuari non potuerit. iamq; fortissimus vir fatigatus erat; iamq; sudores toto de corpore in terram defluabant; iamq; ut ei alter succederet grandis necessitas exigebat: cùm illi qui murum suffuderant, cum magno impetu intrauerunt, detruncantes vniuersos quos pri-

mitus inuenierunt. Quia inopinata rei admiratione stupefacti sunt omnes qui erant super muros, & concitò vitalis calor ossa reliquiae eorum, Frigidus atque paucus possedit corda rerum. Quid faceret gens data neci, sensuque aliena, quam sui vnde hostes vrbabant & intra & in muro? *Gulferius* enim qui paulo ante fatigatus deficiebat, nouas interim resumpserat vires: & iam non clypeo protectus aut galea, sed ensim rubeum tenens in dextera, fugientem celer insequitur hostem, pluresque mortificauit formidine quam gladio, qui seipso precipitauerunt de muro. Erat autem supra portam una turris quae præstantissima & fortior ceteris videbatur: in eam mandauit *Boamundus* ditionibus ciuibus per interpretem, ut fugerent: quoniam eos à morte liberaret, si se ab ipso redimerent. Quod & illi fecerunt, sequere fidei illius crediderunt. Cessauit igitur tunc illa persecutio, quia ultra protendi abnuebat vesperi obtenebratio. Sabbatum verò cum esset, nec vicitibus nec victis poterat esse requies. Misit Comes circa urbem excubidores, & intus & extra, ne nullus fugeret, & spolia urbis secum auferret. In crastinum ut dies lucescere coepit, nostri ad arma currunt, & per vicos & plateas, rectaque domorum, ceu leyna raptis catulis, saeviendo discurrunt: *Dilaniant, traduntq; neci pueros inuenesq;*, *Quosque granat longa uia dies, curuatq; senectus*: Nulli parcebant, sed plures, ut citius finirentur, laqueis suspenderant. Mira res, mirumque spectaculum, quod tantæ gentis multitudo & armata, sic impunè occidebatur, quod nullus eorum reluetabatur. *Quiaverò nostorum* erat quicquid quisque reperiebat, ipsa mortuorum exta euilcerabant, & bisanceos & nummos aureos inde eruebant. O detestanda auri cupiditas! Omnes viæ urbis riuis sanguinum inficiebantur, & cadaueribus cadentium sternebantur. Et o gens cæca; & omnino morti destinata! Nullus extanta multitudine fuit, qui nomini IESV CHRISTI voluerit confiteri. *Boamundus* denique illos quos in turris palatio iusserat includi, ad se venire iussit, annosque etatis mulieres & decrepitos senes, & inualido corpore imbecilles, præcepit interfici; puberes & maiuscule etatis adultos, validoque corpore viros reseruari, & ut omnes venderentur, conduci *Antiochiam*. Facta est autem maceratio hæc Turcorum duodecimo die Decembris, in die Dominica, nec tota tamen fieri potuit die illa. In crastinum autem quicunque in quibuscumque locis inueniebantur, eidem poenæ capitatis subiiciebantur. Nullus erat locus in urbe tota, nullaque fouea quæ eorum cadaueribus seu cruoribus non esset inquinata. Urbe igitur sic adquisita, & à rebellibus Turcis liberata, *Boamundus* pacem Comitis requisivit: ut scilicet *Antiochiam* absolutam sibi redderet, & in pace eam sibi habere permetteret. Comes vero contradicebat, id nullatenus sine periurio posse fieri, propter sacramentum, quod ipso etiam mediante factum fuerat Imperatori *Alexio*. *Boamundus* itaque reuersus est *Antiochiam*, suamque ibi dimisit societatem. Dietauit autem in illa civitate exercitus *Francorum* per mensim unum: & dies quatuor: & in hac mora temporis obiit morte preiosa *Episcopus Oriensis*. Longo quidem tempore, nimiumque prolixo hyemauerunt ibi: quia nihil quod ederet, quod raparent, poterat inueniri. Sicque famis iniuria compellente, contigit, quod etiam dictu horribile est, quod corpora gentilium in frusta scindebant, & comedebant. Hac igitur incommoditate permotus *Comes Sancti Agidii* mandauit cunctis Principibus, qui erant Antiochiæ, ut ad *Rugiam* ciuitatem conuenirent, & de via S. Sepulcri ibi inter se disponerent. Illi quidem illic conuenierunt, sed de quo & pro quo venerant minimè locuti sunt: sed de pace & concordia inter Comitem & *Boamundum* colloquiū habuerunt. Quibus minimè conciliatis, omnes Principes Antiochiam reuersi sunt, & Comitem & viam dimiserunt. Remanserunt autem cum Comite non solum sui, sed & multa iuuentus, cui inerat ardor viam perficiendi. Ipse igitur plus in Domino confidens, quam in Principibus, ad *Marram*, ubi cum peregrini præstolabantur, est reuersus: fuitque dolor magnus in omni exercitu Christianorum de dissensione Principum. Omnes quidem nouerant, quod pura iustitia cum Raimundo erat, nec nullus amor aut ambitio eum ad indebitum declinare poterat. Qui tamen ut vidit, quod propter eum impediretur via S. Eti Sepulcri, admodum indoluit, & discalciatis pedibus à Marra usque *Capharda* peruenit. Ibi quatuor diebus perendinatis, cum Principes iterum conuenirent, & de eadem re verborum conflictus haberetur, dixit Comes *Raimundus*: *Viri fratres & domini, qui vestris omnibus & vobis metipsis abnegatis propter amorem DEI, offendite mihi an sequi periurio, possum cum Boamundo, si requirit, pacificari; aut si aliter fieri non potest, an pro amore*

more eius debemperiturare. Cumq; huius sermonis iudex nullus esse præsumeret, & omnes concordiam laudarent, & quomodo fieri deberet non dicerent, ab iniunctum discesserunt, & Antiochiam redierunt. Sed **Normannus** Comes cum suis omnibus remansit cum **Raimundo**, sciens & intelligens, quia iustitia erat cum eo. Igitur hi duo Comites agmina sua disponunt, & ad **Cesaream** tendunt. Rex enim Cæsareæ sapientis significauerat Comiti **Morre** & **Cepharde**, quod cum eo pacem velleret habere, eiq; de suo gratanter seruire. Hac fiducia illuc perrexerunt, & propè ciuitatem castra posuerunt. Rex autem ut vidit agmina **Francorum** iuxta se posita, vehementer obstupuit, & indoluit, & ne illis vllum mercatum præsentaretur, prohibuit. In crastinum misit Comites duos de suis, qui eis vada fluminis ostenderent, & vbi prædam capere possent conducerent. Erat autem nomen fluminis **Farfar**. Conduxeruntq; illos in vallem satis idoneam, bonisque omnibus locupletem. Huic præserat quoddam munitissimum castrum sub quo inuenierunt viginti millia animalium, in valle fertili pascentium, quæ omnia nostri rapuerunt. Et cum castellum obsidere vellent, illico castellani se reddiderunt; pactumq; huiuscmodi tenendi in perpetuum fæderis, cum Comitibus habuerunt: In fide sua promiserunt, & super legem suam iurauerunt, quod nunquam amplius nocerent Christianis peregrinantibus, eisq; sicut & hominibus suæ gentis præberent mercatum & hospitium. Manserunt autem ibi per dies quinque. Sexto vero die oneratis camelis & iumentis, frumento, farina, & oleo, & caseis, rebusq; aliis ad edendum idoneis, gaudentes exierunt, & ad castellum quoddam **Arabum** peruererunt. Dominus autem castelli sapienti vsus consilio, obuiam venit Comiti **Raimundo**, & pacificatus est cum illo. Inde venerunt ad quandam ciuitatem, in quadam valle speciosa & spatiofa constitutam, muris & turribus benè munitam, & omnigenere frumentum abundatissimè refertam, quam incolæ appellant **Caphaliam**. Huius urbis habitatores auditu rumore Francorum perterriti, proprias sedes deseruerant, & ad alienas configuerant. Quippe infelicitas quæ contigerat **Antiochie** & **Morre**, omnes perterruerat, & fugæ domesticos effecerat. Cumque nostri tentoria circa eam vellent ponere, & in gyrum obsidere, mirati sunt, quod detanta ciuitate non aliquis obuiam veniebat; nec in excelsis turribus aut mœnium propugnaculis apparebat; alcumq; silentium intus habebatur, nec vlli vocis sonus audiebatur. Tunc miserunt exploratores qui rem diligenter inquirerent, & inquisitam renuntiarent. Illi autem profecti, cum portæ propriæ accessissent, ianuam quidem aperiunt inuenierunt, sed intus neminem esse viderunt. Tunc scuta vultibus præponentes, cum aliqua adhuc cunctatione portas subeunt: sed nec viros nec mulieres, nec aliquam bestiam intus inueniunt. Pulchros quidem apparatus ibi inueniunt: horrea scilicet frumento plena, torcularia vino redundantia, arcas plenas nucibus, caseis, & farina. Tunc citò ad Comites redeunt, & quod inuenierunt referunt. Non fuit ibi opus tentoria figere: quoniam Deus faciebat illos in labores illorum sine ferro vel pugna introire. Ibi actum est, quod dicitur in proverbiis Salomonis: *Conseruatur iusto substantia peccatoris.* Ibi inuenierunt hortos plenos oleribus & fabis, aliisq; leguminibus iam ad præcocitatem maturantibus. Ibi quietauerunt tribus diebus; & custodibus deputatis qui urbem custodirent, quædam ardua montana conscenderunt, & in vallem descenderunt. Erat autem illa vallis gratuita, & omnium frugum fructuumq; vbertate plenissima: manseruntq; ibi per dies quindecim. Prope vallem erat castellum, Saracenorum multitudine plenum. quod cum die quadam nostri aggrederentur, Saraceni de muro proiecerunt eis multas pecudes, plurimaq; animalia, putantes, quod nostri nil aliud quererent nisi victum: quæ nostri gratanter receperunt, & ad tentoria conduxerunt. In die altera collegerunt papiliones & tentoria, & illuc castra direxerunt: sed cum illuc peruenirent, ab omni gente vacuum inuenierunt. Illâ enim nocte omnes fugerunt: sed magnam copiam frugum & fructuum, lactis & mellis dimiserunt. Ibi celebrauerunt nostræ purificationem sanctæ Marie Dei genitricis, glorificantes Deum qui tanta bona ministrabat eis. Rex de **Camela** ciuitate misit Comitibus nuntios suos, dum ibi erant, rogans ea quæ pacis sunt; præmittens dona concupisabilia, & equos, & aurum. Misit arcum aureum, vestes pretiosas, & micantia tela: quæ omnia nostri receperunt; sed nil certi tunc illis renuntiauerunt. Rex **Tripolis** eodem terrore permotus, misit equos decem & mulas quatuor: similiter rogans ea quæ pacis sunt. Sed dona quidem receperunt, illique quod nunquam

*Rex de Camela
misit plenaria
dona tela.*

pacem cum illo haberent, nisi Christianus efficeretur, remandauerunt. *Comes* enim *S. Aegidii* multū desiderabat terram illius, quia optima erat; & regnum eius, quoniam præ ceteris erat honorabilius. Itaq; quatuordecim diebus explicitis, quintodecimo exierunt de optimā valle, & abierunt ad quoddam antiquissimum castrum, cui nomen erat *Archas*: quod licet haberet nomen castrī, tamen egregiis vrbibus poterat æquiparari, & loci positione, & clausura murorum, & eminentia turrium. In hoc propter fortitudinem gens magna confluxerat: quia nec arma, nec hostem, nec aliquod ingenium metuebat. Hoc tamen nostri, celeri obsidione vallantes, cum festinatione aggressi sunt: sed eorum impetum castellani viriliter sustinuerunt. Sæpius illos inuaserunt omni genere telorum & tormentorum; & non præualuerunt, sed magis quam lucrarentur, perdiderunt. Tunc quatuordecim de nostris militibus otio vacare nescientes, erga *Tripolim* perrexerunt: & sexaginta Turcos inuenierunt, qui multos captiuos, & plus quam mille & quinquaginta animalia rapuerant, & ante se ducebant. Quos ut nostri viderunt, licet per pauci essent, in cœlum manus protendentes, regemq; Sabaoth inuocantes, militariter inuaserunt; & Dominō exercitum adiuuante superauerunt, & sex de illis occiderunt, & eorum equos retinuerunt, & ouantes ad castra cum immensa præda remeauerunt. Ingens gaudium fuit in omni exercitu de paucorum magna victoria, & multa rapina. Cumq; hæc viderent alii, exierunt plures de exercitu Raimundi zelo probitatis accensi. quibus præfuerunt *Raimundus Piletus*, & *Raimundus Vicecomes de Tentoria*, & vexillis in altum protensis, equitauerunt aduersus ciuitatem quæ *Tortosa* dicitur. Ad quam peruenientes forti impetu aggrediuntur: sed illa die nihil fecerunt; nocteq; superueniente in quandam angulum secesserunt; feceruntq; tota nocte immensos rugos ignium, ac si totus adesset retro *commanens* exercitus Christianorum. Quibus flammārum globis gens quæ erat in ciuitate perterrita, existimantes quod nostri omnes adessent, omnes subito confugerunt: ciuitatemq; plenam bonis opibus reliquerunt. Est autem ciuitas illa omni necessitate prorsus aliena, vt in optimo portu pelagi constituta. In crastinum cum nostri ad eam expugnandam venerunt, omnino vacuam inuenerunt. Summas igitur laudes Deo referentes, intrauerunt eā, & quandiu apud *Archas* durauit obsidio, ibi remanserunt. Est autem & alia ciuitas non longè ab ea, quæ dicitur *Maracela*: cuius princeps pacem cum eis iniit, ipsosque & eorum vexilla in urbem recepit. Omira Dei virtus, mirandaque potentia! Cum procul abessent Principes, qui videbantur regere populum & sustentare, per pauciores & minores cœpit Dominus etiam ipsos reges superare: ne dicat humana præsumptio: *Nos Antiochiam aliasque urbes subegimus: nos tot ac tanta bella deuicimus.* Quia pro certo nunquam superaserint, nisi cum eis fuisset ille per quem reges regnant. Cum vero Dux ducum & miles militum *Godefridus* audisset felices euentus, insignesque triumphos pugnantium, zelo victoriae animatus tunc primùm tam ipse quam *Flandrensis Comes* & *Boamundus*, castra ab *Antiochia* mouerunt, & ad *Liciam* ciuitatem venerunt. Ibi quippe diuisit se Boamundus ab eis & ab omni exercitu Dei: habuitque à patre suo qui fuit Francigena, optimæ principia; sed à matre, quæ *Apuliensis* extitit, retinuit vestigia. Tunc Dux & Comes ad urbem, quæ *Gibellum* vocatur, acies suas direxerunt, eamque obsidione cinxerunt. Illâ siquidem horâ, venit nuntius ad Comitem *Sancti Aegidii*, quod *Turci* præparauerant se ad pugnandum contra eum; essetque futurum bellum graue nimis & permaximum. Protinus Comes misit nuntium Duçi & Flandrensi Comiti, vt celerrime ad illud venirent prælium, sibiique auxilium ferrent. Quod vbi Dux audiuit, Principi ciuitatis pacem, quam sæpe iam quæsierat, mandauit. Pace igitur facta, paucæque promissionis muneribus receptis, ad speratum bellum conuolarunt, & ad obsidionem, quæ erat ad suprà dictum castrum, conuenerunt, & in alteram fluminis ripam castra posuerunt. Sed cum Dux videret, quod nihil proficeret, contra *Tripolim* direxit acies, cunctosque ibi paratos reperit hostes. Tensis enim arcibus hostes se nostris opposuerunt: sed nostri præiectis clypeis arcus eorum & sagittas velut stipulas contempserunt. Pugna itaque committitur, sed non æquâ lance, quoniam tractis sagittis illi, vt eorum consuetudo est, fugere voluerunt; sed nostri inter ipsos & ciuitatem obstatulum posuerunt. Et quid pluribus utrū verbis? tantum ibi humani sanguinis fusum est, quod aqua rubicunda facta est, quæ in ciuitatem fluebat, & eorum cisternas replebat. Nobiliores ipsius ciuitatis ibi occisi sunt; & qui viui remanserunt, de contaminatione cister-

Dux Godefridus, Ensis cuius bene fidus.
Consul Flandrensis, Cuius non fallitur en-

cisternarum multūm ingemuerunt. Qua cāde peracta, nostri minimē contenti, quia nihil ibi lucratierant, nisi tela & indumentorū spolia, in suprà dictam vallem. *Deserit* eucurrentur; & absq; numero oues, boues, asinos, diuersiq; generis pecudes depredati sunt; & tria millia camelorum simul rapuerunt. Tanta copia bestiarum vnde conuenerat, nostri vehementer mirati sunt; quia in eadem valle quindecim diebus hospitati fuerunt. *Illi cum tanta redeunt ad castrarapina.* Nulla vnquam inopia fuit in obsidione illa; quia naues ad quendam portum veniebant, quæ omnia necessaria afferebant. Dominicum *Pascha* celebrauerunt ibi, quod fuit tunc quarto Idus Aprilis. Durauit autem illa obleslio tribus mensibus, vñā die minus. Fuit autē 10 ibi mortuus *Ansellus de Ribode monte*, vir per multa laudabilis, & in suo militari ordine præcipuuſ. qui dum in mundo fuit, multa digna relatu peregit, quibus illud præfērēdum est, quod *Aquiscīngensis* cœnobii indefessus adiutor in omnibus extitit. Similiter ibi mortuus eit *Pontius Balonensis* [vel de Baladino:] cuius tempora perforauit ictus lapidis, tormento iaculati. *Willermus Picardus*, & *Guarinus de Petra Mora*, primus iaculo, alter obiit sagittā. His vita functis, obsidionem illam nostri dimiserunt, quia illud inexpugnabile castrū nullam timebat violentiam impugnantium. Detenſis igitur tentoriis, ad *Tripolim* pergunt, & pacem à rege & ciuibus diu quæſitam stabiliunt. Datis igitur iuicem dextris, fidei illorum in tantum se proceres commēdauerunt, vt vſq; ad palatium regis ciuitatem introierint. Rex autem vt fiduciā pacis tenendā ex ſua parte certior crederetur, trecentos peregrinos ex nostris dissoluit à vinculis, & proceribus donauit. Dedit & quindecim millia Bisanceorum, & quindecim equos multa honestate præditos; misitq; omni exercitu mercatum laudabile, quod omnino priuauit illos ab omni necessitate. Pepigit etiam & iurauit illis vt si *Iherusalēm* ſibi poſſent adquirere, & bellum quod eis *Admiraldus* Babylonīæ inferre minabatur, ſuperare, Christianus efficeretur, & regis Iherusalem ditioni ſubiiceretur. Fuerunt autem apud Tripolim per dies tres. Videntes autem proceres & viri bellatores, quod iam tempus nouarum frugum instabat, cōcordati ſunt, quod Iherosolimitanū iter ex toto arriperent, & omiſſis omnibus, rectiorem viam tenerent. Erat autem dies Maii quarta, cùm de Tripoli exierūt, & per quēdam 30 ardua montana ascendentēs ad caſtrum, cui nomen *Betelon*, peruenērunt. Alterā die veneſunt ad urbem quæ dicitur *Zabarīs*, in cuius confinio nihil aquæ potuit inueniri, qua extingueretur eorum nimia ſitis. *Æstus* quippe erat, & equi & omnis hominum multitudo ſitiebat. In crastinum veneſunt ad flumen, cui nomen *Braim*. Ibi igitur pernoctauerunt, & ſitum ſuam depoſuerunt. Nox ſubsequens fuit Dominicæ ascensionis; & ipsi ascenderunt montem, in quo erat via nimis angusta, in qua putauerunt occurrentes inuenturos ſe hostes: ſed Deus, quoniam Dux eorum fuit ſolus, & non erat cum eis Deus alienus, fecit eos inoffenſos tranſire. Tunc veneſunt ad urbē *Baruth* ſupra mare ſitam: deinde ad aliam, quæ vocatur *Sagitta*: Post hæc ad aliam quæ *Sur* dicitur: Deinde ad *Acram*; de Acra ad caſtrum, cui nomen 40 *Caiphæs*; & ſic ad *Cefareum*. Eſt autem Cesarea in ſignis ciuitas Palæſtinæ, in qua Philippus Apoſtolus dicitur domum habuiſſe, quæ vſq; hodie monſtratur: nec non & cubiculum filiarum eius prophetantium. Eſt autem in littore maris ſita; olim *Pirgos*, id eſt, *turris Stratonis*, appellata. Sed ab Herode rege nobilius & pulchrius & cōtra vim maris utilius extorta, in honorem Cæſaris Auguſti *Cefare* eſt cognomina‐ta: cui etiam in ea templum albo marmore conſtruxit: in qua nepo's eius Herodes eſt ab Angelo percussus, Cornelius baptizatus, & Agabus prophetæ zona Pauli eſt ligatus. Iuxta illam nostri ſua tentoria fixerunt; & ſanctam Domini Pentecosten celebrauerunt. Deinde veneſunt ad urbem *Ramolam*, quam Saraceni propter metum eorum dimiferant vacuam; iuxta quam erat illuſtris ecclesia ſancti *Georgij* martyris, in qua ſanctissimū eius corpus requiescit: quo in loco ipſe pro Chriſte nomine martyriū fuſcepit. In ea milites Christiani pro veneratione militia Chriſti episcopum elegerunt, electum conſtituerunt, conſtitutum decimis omnium diuitiarum ſuarum ditauerunt. Et dignum erat vt *Georgius* inuictus miles, eorum militia signifer, iſtum ab eis honorem recipere. Remansit itaque illic Episcopus cum ſuis, diues auro & argento, equis & animalibus. Et ad ciuitatem statim Hierusalem direxit iter Christianus exercitus, in virtute nominis illius, qui in ea mortuus iacuit, & die tertia resurrexit, cui eſt cum patre & ſancto Spiritu æqua potestas & gloria interminabilis: Amen.

E X P L I C I T L I B E R O C T A V Y S.

G

INCIPIT LIBER NONVS.



BONE IESV, vt castra tua viderunt, huius terren^x Iherusalem muros, quantos exitus aquarum oculi eorum deduxerunt! Et mox terræ procumbentia sonitu oris & nutu inclinati corporis Sanctum Sepulchrum tuum salutauerunt; & te qui in eo iacuisti, vt sedentem in dextera Patris, vt venturum iudicem omnium, adorauerunt. Verè tunc ab omnibus cor lapideum abstulisti, & cor carneum contulisti, Spiritumque Sanctum tuum in medio eorum posuisti. Itaque contra inimicos tuos qui erant in ea, iam scilicet longè positi, pugnabāt, quoniam ad auxilium suum ita te concitabant; & melius lachrymis, quam iacula intorquendo, pugnabant; quoniam licet in terram defluerēt vberitatem, in cœlum tamen ante te propugnatorem suum conscendebant. qui ab oratione surgentes, ad regalem ciuitatem properarunt; inimicos regis æterni intus inuenierunt: circa quos tali ordine castra sua posuerunt. A Septentrione castram etati sunt duo comites, *Normannus & Flandrensis*, iuxta Ecclesiam Sancti Stephani protomartyris, vbi lapidatus est à Iudeis: Ab occidente Dux *Godefridus & Tancredus*; A meridie verò *Comes Sancti Aegidii*, scilicet in monte Sion, circa Ecclesiam Sanctæ Mariæ matris Domini, vbi Dominus coenauit cum discipulis suis. Tentoriis igitur in circuitu Iherusalem ita dispositis, dum vexatione itineris fatigati, requiescerent, & machinas ad expugnandam urbem præparent; *Raimundus Piletus*, & *Raimundus de Taurina*, & alii quām plures de castris egressi sunt, vt finitimatam regionem lustrarent, ne scilicet hostes improuisi super illos venirent, & inparatos inuenirent. Inuenierunt itaque trecentos Arabes, & pugnauerūt cum eis, & superauerunt eos, & plures occiderunt, & equos triginta inde habuerunt. Secunda igitur feria hebdomadæ secundæ, quarto Idus Junii, aggressi sunt Iherusalem Christiani, sed eodem die non præualuerunt: nec tamen fuit labor inanis. Ita enim antemurale prostrauerunt, vt ad maiorem murum scalam vnam erexerint: & si tunc scalarum copiam habuissent, labor ille primus ultimus fuisset. Nam illi qui per scalam ascenderunt, cùm hostibus diu minus iaculis & ensibus decertauerunt. Multi de nostris in illo conflictu mortui sunt, sed multo plures ex eis. Hora vesperi bello incompetens diremit litem, & nox superueniens vtrisque contulit quietem. Repulsa siquidem ista, grauem & nimis longum laborem intulit nostris: quia panes inueniēti non poterant ad edendum per interuallum decem dierum, quo usque naues eorum onustæ ad portum Iaphia venerunt. Et nimia sitis pressura illos attriuit, quia *Syloc*, quæ ad montis radicem Sion oritur, noī poterat nisi vix solos homines ad aquare. Equi verò & cætera animalia ad aquandum ducebantur per sex miliaria, & tunc cum magna militum custodia. Unde & cara erat aqua inter eos, & caro vendebatur pretio. Consilio igitur inito, elegerunt milites qui ad naues irent, easq; ab extranea gente custodiēt. Itaque summo diluculo diei egressi sunt centum milites, de exercitu Comitis Sancti Aegidii, *Raimundus* scilicet *Piletus*, qui semper fuit omni labore militiæ domesticus, & prius otio peregrinus; & cum eo alter *Raimundus de Taurina*, & *Achardus de Monte Merulo*, *Guillermus* etiam *Sabratensis*: Et ibant ut ad bellum parati, ad portum maris. Et dum irent, triginta ex eis diuiserunt se ab aliis, vt semitas viarum discerent, & vtrum venirent hostes explorarent. Cùmque paululum itineris processissent, septingentos Turcos & Arabes eminus conspiciunt; quos, licet per pauci essent, incunctoriter tamen inuadunt. Sed numerositas inimicorum tanta fuit, vt paucitas nostrorum resistere non potuerit. Nostri tamen quos in primo impetu offenderunt, neci perpetuae destinauerunt. Sed cùm facto illo congressu regyrare posse æstimauerunt, circumuallati multitudine, velle suum implere non potuerunt. Tunc ibi mortuus est *Achardus* vir bellator, fortis & egregius, & quidam ex peditibus. Antequam verò bellum inciperet, nuntius equo celeri ad Piletum cucurrerat, qui Arabes & Turcos, nostros inuasisse nuntiarent. Quod vt *Piletus* audivit, absq; mora equum calcatibus vrget: sero tamen illuc peruenit. Iam enim Achardus mortuus erat, qui tamen antequam decederet vitam suam multo sanguine, & mortem morte plurimorum commutauit. Ut verò nostros illi eminus prospexerunt, vt fugere accipitrem penna trepidante columbae assolent, sic illi fugiunt, & terga nostris derunt. Nostri verò persecuti sunt illos, & multos occiderunt. Et vnum ex eis viuum

Siforet hic tardus, Non sic moreretur Achardus.

sum retinuerunt, qui Turcorū dolos eis referret, & quid machinarentur mali prē-
 nuntiaret; retinueruntq; ab eis centum & tres equos, quos miserunt ad castra, & **FRIDVS.**
 ipsi ad naues iniunctā perficiunt mandata. Famem quippe naues cibis onustæ ex-
 tinixerunt; sed vehementem sitim extinguere non potuerunt. Tanta quippe sitis
 erat in obsidione, vt tellurem cauarent, & glebas humectiores ori apponenter, ro-
 rantiaq; marmora lamberent. Coria boum & bupalorum, aliorumq; animalium,
 recentia suebāt, & cùm ad aquandos equos ire disponerent, vsque ad sex millia mi-
 lites armati pergebant: Tunc ea, aquâ implebant, & ad castra referebant, & ex illa
 olida aqua bibebant: pleriq; prout ferre poterant ieunabant: quia ieunio sitim
 10 temperabant. Et quis crederet, quod fames proficeret: dolor dolorem expel-
 leret? Dum hæc paterentur, proceres à longo terræ spacio ligneas trabes adduci fa-
 ciebant, quibus turres & machinæ fierent, quæ civitatem expugnarent. Quibus
 adductis, dux **Ducum Godefridus** suam turrim construxit: & ab Orientali plaga ad-
 duci præcepit. Et contra venerandus **Comes Sancti Aegidij** consimile castrum con-
 stituit, & à meridiana plaga applicuit. Quintâ siquidem feriâ ieunia nostri cele-
 brauerunt & pauperibus eleemosynas distribuerunt. Sextâ verò feriâ quæ erat Iulii
 mensis dies duodecima, aurora sereno lumine coruscante, turres egregii bellatores
 ascendunt, & scalas mœnibus apponunt. Stupent & contremiscunt adulterini ci-
 ues vrbis eximiæ, cùm se vident circumuallati tanta multitudine. Quà vero supre-
 20 mum diem sibi imminere videbant, & mortem super capita sua dependere, acriter
 cœperunt resistere, & sicut iam de morte non dubii, propugnare. Illic eminebat
 in sua turri **Dux Godefridus**, non tunc miles, sed sagittarius: cuius manus ad prælium
 & digitos ad bellum Dominus dirigebat; quoniam sagittis iactis, inimicorum pe-
 & tora, & vtraq; latera perforabat. Iuxta quem fratres eius **Eustachius** & **Baldinus**, ve-
 lut duo iuxta leonem leones, & duros iætus iaculorum & lapidum suscipiebant, &
 quadruplici fœnore compensabant. Et quis omnium probitates referre valeret, cū
 omnium qui nunc sunt philosophorū facundia tantis minime laudibus sufficeret?
 Et dū sic desuper mœnia pugnabatur, processio circa ipsa mœnia agebatur, & cru-
 ces ac reliquiæ & sacra altaria deferuntur. Tota itaq; die alternis iætibus decertatū
 30 est. Sed vt appropinquauit hora, quâ Saluator omnium mortem subiit, miles qui-
 dam, nomine **Letoldus**, de castro Ducijs primum insiluit, post quē **Guicherius**, qui leo-
 nem propria virtute prostravit, & occidit. Statim dux milites suis sequitur, & o-
 maes alii milites Dacem suum. Tunc verò arcus & sagittæ dimittuntur, & fulminei
 enses arripiuntur. Quibus visis hostes illico murum deserunt, & ad tecram dilabū-
 tur, & milites **CHRISTI** celeri gressu cum magnis vocibus persequuntur. Quas vo-
 ces cùm audiret **Comes Raimundus**, qui castrum suum muro proprius adponere ge-
 stiebat, protinus intellectus Francos esse in vrbē, suisq; militibus ait: *Quid hic stamus,*
& in cassum laboramus? *Francigene urbem obtinent;* *magnisq; vocibus & iætibus personant.*
 Tunc celeri gressu cum suo comitatu perrexit ad portam, quæ est secus turrim Da-
 40 uid, & vocauit eos qui in arce erant, vt aperirent. Protinus **Admiratus** qui tur-
 rim custodiebat, vt cognovit quis esset, ianuam ei aperuit; seque suolq; & sua fidei
 eius commendauit, vt se tueretur ne deltruueretur. Sed Comes dixit, quod id nun-
 quam faceret, nisi sibi turrim dimitteret. Qui ei assensum gratanter tribuit: & Co-
 mes illi, vt petebat, omnem fiduciam spopondit. Dux verò **Godefridus**, non arcem,,
 non aulam, non aurum, non argentum, non spolia, ambiebat: sed cum Francis suis,
 sanguinem seruorum suorum, qui in circuitu Iherusalem effusus fuerat, ab eis vin-
 dicare satagebat; & irrisiones & contumelias quas peregrinis intulerant, vlcisci cu-
 piebat. In nullo autem bello talem habuit occidendi facultatem: nec super ponte
 Antiochiaz, cum giganteum dimidiauit gentilem. Nunc vero absque vlla refraga-
 50 tione, tam ipse quām Guicherius, qui medium secuit leonem, multaq; electorum
 militum millia, à capite vsque ad renes secabant humana corpora, & dextra leuaq;
 per vtraq; latera. Nullus ibi nostrorum iners fuit, meticulosus nullus, vbi nemo re-
 sistebat, sed pro posse suo vnuſquisq; fugiebat: sed fugere nemo poterat, quoniam
 multitudo à seipsa in seipsam perplexa, sibimet impedimento erat. Qui tamen de
 tantæ cladis maceratione elabi potuerunt, templum Salomonis intrauerunt, &
 se ibi longo diei spatio defenderunt. Sed cùm iam diæs inclinati videretur, nostri
 timentes solis occasum, animositate conceptâ, abdita Templi irrumptū, eosq; mi-
 sera morte pessundarunt. Tantum ibi humani sanguinis effusum est, vt cæsorū cor-
 poræ, vnda sanguinis impellente voluerentur per pavimentū, & brachia siue trun-
 posensi.

Anno millesimo
 Cetero quo mi-
 nus uno, Iheru-
 salem Fraci Ca-
 piunt virtute
 posensi.

GODE-
FRIDVS
Rex.

catæ manus super cruentum fluitabant, & extraneo corpori iungebantur, ita ut nemo valeret discernere cuius erat corporis brachium, quod truncato corpori erat adiunctum. Ipsietiam milites qui hoc carnificium operabantur, exhalantes calidi feroe nebulas vix patiebantur. Hac itaq; inenarrabili cæde peracta, aliquantulum naturæ indulserunt; & plures ex iuuenibus tam viros quam mulieres vitæ reseruauerunt, & suo famulatu mancipauerunt. Mox per vicos & plateas discurrentes, quicquid inuenierunt rapuerunt, & quod quisq; rapiuit huc suum fuit. Erat autem *gherusalem* tunc referta temporalibus bonis, nec aliquo indigebat, nisi spiritualibus deliciis: Tunc quippe filios suos, de longè ad se venientes, ita ditauit, quia in ea nullus pauper remansit. Tantis itaq; ditati diuiniis, ad Sanctum Domini *Sepulchrum* 10 latto incessu perrexerunt: & ei qui in eo sepultus fuit gratias referentes capitalicia sua obtulerunt. Ipsa die, sicut per Prophetam fuerat prædictum, Sepulchrum Domini fuit gloriosum: cum omnes non incessu pedum, sed poplitum & cubitorum proni incedebant & pauimenta imbre lacrymarum inundabant. Hac itaq; oblatione solenni deuotione completa, ad domos suas, et à Deo destinatas, redierunt: & naturæ necessariis indulgentes, fessis corporibus cibum & somni requiem tradiderunt: In crastinum igitur cum caput aurora terris ostenderet, ne vallis in urbe locus insidiis remaneret, armati ad templum *Salomonis* cucurrerunt, ut scilicet illos delerent, qui supra Templi fastigia ascenderat. Maxima enim illuc copia Turcorum conscenderat, quæ libentiū fugisset, si sumptialis volare potuisset. Sed quibus natura 20 alas negauit, misera vita infelices exitus donauit. Ut enim nostros ex aduerso sibi occurrere supra Templum viderunt, obuiam nudis ensibus veniebant, malentes citissima morte occumbere, quam miseræ iugo seruitutis longissimè perire. Nam se terræ præcipites dabant, & ad terram quæ curvatis mortalibus vitæ præbet alimenta, mortem inueniebant. Nec tamen omnes occiderunt: sed seruituti suæ plurimos reseruauerunt. Tunc constitutum est ut ciuitas mundaretur; & iniunctum est *Sarrensis* viuis, ut mortuos foras extraheret, ciuitatemq; ab omni spurcitia tanti morticinii prorsus mundaret, qui priotinus iussis obtemperantes, & lugebat & extrahebat; & extra portam ingentes, veluti castellinas defensalesq; domos, pyras construebant. Mébra truncata in sportis colligebat, & foris deferebant; & pauimenta templorum, 30 domorumq; à sanguine aquâ eluebant. Eliminatis itaq; omnibus inimicis, ab urbe pacifici nominis, de ordinando Rege, quæstio debebat agitari; ut scilicet unus ex epis omnibus eligeretur, qui tantæ viri tantoq; populo præficeretur. Communi igitur decreto omnium, pari voto, generali q; assensu Dux *Godefridus* eligitur: cetero scilicet die quo ciuitas expugnatur. In quo bene assensus omnium conuenire debuit, quia in illo regimine talem se exhibuit, ut ipse magis regiam dignitatē, quam regia dignitas ipsum commendarit. Non honor illum faciebat eum: sed honori multiplicabatur gloria propter eum. In tantum enim Regiae dignitati præfuit & profuit, quod si fieri posset, ut universi reges terræ iuxta illum adessent, censura æquitatis omnibus principati iudicaretur, & merito equitatis probitatis, & vultuosa corporis elegantia & nobilium morum prærogativa. Congruum quoq; deinceps erat, ut qui sibi gubernatorem corporum decenter & decentem elegerant, rectorē animarum parti modosibi proponerent. Elegerunt itaq; quendam clericum, nomine *Arnulfum* diuina & humana lege bene eruditum. Erat autem scriba dectus in regno coelorum, id est, in Sancta Ecclesia: qui bene poterat de thesauro suo proferre noua & vetera. Eius siquidem electio facta fuit in festiuitate *S. Petri ad vincula*; quæ festiuitas bene congruit vinculatæ ciuitati, quæ dæmoniacis nexibus diu fuerat illigata: quoniam ipso die quo dignum habuit sacerdotem libera fuit & absoluta. Gratias 40 igitur Deo salvatori & liberatori suorum: qui totiens eam destrui & ancillari permisit; totiensq; destructam redificauit, & ancillatam mirabili potentia liberauit. His, ut præfatum est, bellorum conflictibus gens Gallicana fines Orientis penetrauit; & ab immundiciis gentilium, quibus per annos circiter quadraginta Iherusalē fuerat inquinata, diuina opitulante gratia, emundauit. In qua sacerdote canonice consecrato, & rege sublimato, *Francorum* celebre nomen omni Orienti innotuit: & omnipotentia IESU CHRISTI in ea crucifixi mentibus etiam infidelium resplenduit. Quo splendore renitentis gratiæ, cum sacerdotis ac regis ordinatio solenni gaudio fuisset exhibita, nuntii de *Neapolitanâ* urbe ad regem Godefridum venerunt: ciuium suorum mandata ferentes, ut ad ipsos, scilicet de suis, mitteret, & ciues & ciuitatem eorum in suo regimine, suaq; ditione reciperet: volebant enim de scipiosis

de seipsis suum dilatare imperium, magis affectantes suum quam alterius principatum. **GODE-**
EST autem *Neapolis* ciuitas Cariæ, quæ est prouincia Asie. Rex accepto consilio, misit **FRIDVS**
ad illos *Eustachium* fratre suum, & *Tancredum*, cum magna manu militum & peditum: **REX.**
quos illi cum magnæ venerationis officio suscepserunt, & seipso & ciuitatem in eius
ditionem tradiderunt. Cum hæc ita fieri inciperent, ille tortuosus & lubricus an-
guis, qui fidelium semper inuidet felicitati, titulum scilicet Christiani nominis ita
ampliari, & regnum renouatæ Iherusalem ita dilatari, admodum indoluit. Et *Cle-
mentem* imò dementem Admirauisum Babyloniam, contra ipsos felle commouit, &
cum ipso omnem Orientem excitauit. Sperauit etenim totius malitiæ præsumptor,
10 omnes illos & urbem delere, & memoriam Dominici Sepulchri funditus abolere.
Sed sicut cogitationes hominum vanæ sunt, ita & potentiae euanescunt. Collegit
igitur quicquid potuit hominum, & pomposo apparatu *Ascalonam* peruenit. Quò
cùm peruenisset, nuntius ad Regem festinus venit, & rem ut erat, ei intimauit. Nec
morala longa fuit, quod Rex ad illos quos miserat misit, vt videlicet festinarent ad
bellum venire, quod præparauerat *Admirauisus* Babyloniam. Ipse enim iam cum
innumeræ gente Ascalonæ erat, & Iherosolymam oblidere patabat. Quod ubi *Eu-
stachius* & *Tancredus*, ceteriq; viri bellatores audierūt, imminens belli negotiū Nea-
politanis ciuibus ostenderunt: & vale eis dicentes, cum bono gaudii & amicitiæ
discesserunt. Nostri quippe Turcorum occursum desiderantes, montana conscen-
20 derunt, & tota die ac nocte insomnes & inquieti *Casaream* peruererunt. In crastinū
iuxta mare ambulauerunt, & ad quandam urbem q. *Ramola* dicitur peruererunt,
multosq; ibi Arabes, qui belli præcursoræ erant, inuenierunt. Quos fortiter nostri
insequentes, plures ex eis apprehenderūt, qui ipsis omnem belli apparatum in ve-
ritate aperuerūt. Quare comperta, nuntios velocibus equis insidentes, Regi citius
legauerūt, vt omnes absq; dilatione commoneret: & contra Ascalonam ad bellum
procederet. Est autem *Ascalona* ciuitas insignis Palæstine, viginti quinque milliaris
distans ab Iherosolyma: quam quondam Allophyli condiderunt, & Ascalonam ex
nomine *Celon*, qui fuit nepos Cham & filius Mefaim, vocauerūt. Fuit autem semper
aduersatrix Iherusalem; & cùm vicina sit, tamen nulla vñquam familiaritate con-
30 iungi voluit. In hac igitur Admirauisus Babyloniam erat, cùm nuntii ad Regem ve-
nerunt, & quæ suprà diximus, retulerunt. Rex autem ut audiuit, Patriarcham conuo-
cati præcepit, & ab eo consilium accepit, vt per totam ciuitatem præconaretur, quò
in crastinum summo mane omnes ad ecclesiam conuenirent: vt post sacra missa-
rum solemnia Dominici corporis Eucharistiæ perciperent, & ad bellum versus Asca-
lonam equitarent. Rumor iste minimè perturbauit animos audientium; sed nox
subsequens visa est illi tardiori successu protensior cæteris extitisse. *Vt primùm ma-
tutina caput aurora leuauit, Ad missam resonans cunctos campana vocauit. Missa peroratur, po-
pulus Dominos sociatur. Que benedicuntur, sacra munera dum capiuntur. Exit ab ecclesia plebs,*
atque cucurrit ad arma. Et ieiuna suum contraria pergit ad hostem. Classica, sifra, tuba, postquā
40 *Rex exit ab urbe, Insonuere simul: quorum clangoribus, omnes In gyrum montes, cum vallisbus*
echonisabant, Terroremque suis inimicis incutiebant. Ita procedunt ad præliū Christianæ
*acies, Deum victore arbelli, corpore & mente gestantes: & propterea non terren-
tut hominum vlla multitudine, quia non confidunt in sua, sed in ipsius virtute. Pa-
triarcha quidem dereliquit vices suas *Petro eremite*, vt missas ordinaret, orationes
constitueret, & processiones componeret ad Sepulchrum, vt Deus homo, qui in
eo iacuit, populo suo fieret in præsidium. Cùmq; Rex cum suo exercitu veniret
ad flumen, quod est circa Ascalonam, inuenit ibi multa millia boum, camelorum,
asinorum, mulorum, & mularum: quæ non solùm etant de ciuitate, sed & cum
exercitu Admirauisi venerant. Quæ omnia centum Arabes custodiebant: sed vt*
50 *primùm nostros viderunt, & prædati eis dereliquerunt, & fugæ subsidiū sibi quæ-
sierunt. Nostri verò persecuti sunt illos, sed apprehendere non potuerunt nisi
duos. Prædam autem vniuersam rapuerunt, & Iherusalem ex ea copiosè ditaue-
runt. Rex quidem die iam aduersa sciente, vociferari præcepit per vniuersum
agmen, vt omnes quiescerent, & primo diluculo consurgerent, seque bello præ-
parent. Patriarcha verò anathematizauit omnes, qui in illo conflictu aliquid
raparent, ante consecutam victoriam. Nocte igitur transactâ aurora solito clari-
rior incanduit, & nostros à somno excitauit. Erat autem feria sexta, in qua Salua-
tor generis humani, diabolum regem Babyloniam, trophæo crucis prostrauit: &
nunc iterum Admirauisum suę Babyloniam, per satellites suos Dominus superauit.*

GODE-
FRIDVS
Rex.

Rex, ut superius diximus, flumen transmeauit, sed Patriarcha cum Episcopis aliis-
que religiosis viris, tam Græcis quam Latinis citra remansit. Descendit itaque Rex
in quandam vallem speciosam & spatiosam cum suis omnibus, & secus littus maris
intravit, ibique suas acies ordinauit. Ipse suam constituit primam: Comes Normanniū secundam: Comes Sancti Aegidii tertiam: Comes Flandrensis quartam: Comes Eustachius & Tancredus & Gualdon de Behert quintam. Vniuersique pedites cum
sagittis, & pilis, & telis præpoluerunt se militibus: & sic ordinati obuiam ire cœpe-
runt Babyloniensibus. In dextera parte iuxta mare, Comes Sancti Aegidii fuit; in
sinistra vero Rex, vbi maior hostium fortitudo incumbebat, equitauit. Inter hos
alii omnes fuerunt. Sed non est prætereundum, quid Clemens Admirauis dixerit, 10
cum ei, quod nostri contra eum equitabant ad prælum, nunciatum fuit. De sero-
tina enim præda quam nostri ceperant, nullus ei nuntiauerat: quoniam nisi latra &
prospera nullus ei dicere præsumebat, quia in gaudio semper esse volebat. Quicun-
que enim ei aduersa nuntiabat, nullam deinceps gratiam in conspectu eius inue-
niebat. Nec illum tamen villa res possessa suo distractu turbauerat; tantæ facultatis
erat, quod remanebat. Et ne fruolum esse dicat quis, quod dicturi sumus: à quo-
dam Turco, qui hæc postea in Iherusalem retulit, habuimus; qui sponte sua factus
est Christianus, & in baptismate vocatus est Boamundus. Summo itaque mane di-
ctum est ei, quod reuera Franci parati erant ad prælium, & quod iam propè essent,
venientes contra ipsum. Tunc fertur demens dixisse nuntio: *Quod mihi dicas, non audeo credere, quia nec etiam intra muros Iherusalem estimo illos inuenire.* Cui & ille:
Certissime sciat, Domine, magnitudo tua, quia parati ad prælium veniunt, & iam propè sunt. Tunc præcepit vt omnes arma caperent, & ad bellum properarent. Cumque pa-
rati omnes ex aduerso starent, & ipse nostros intuitus esset, dixit: *O regnum Babylonie
cunctis regnis antecellens, quantum dedecus hodie pateris, in hoc quod tantilla gens, conrate ve-
nire presumit! Ego vero nunquam estimavi illos nec intra septa etiam cuiuslibet urbis inuenire;*
& ipsi contra me iinere diei unius ausi sunt venire? Aut sensum amiserunt, aut mori sicut
& vivere diligunt. Præcipio itaque vobis, o Babylonici bellatores, ut omnes istos de terra tollatis,
nulli parcat oculus vesper, nulliusq; misericordia. Sic ergo commissum est prælium. Pri-
mus siquidem Comes Normannia miles in perterritus cum sua acie congressionem 30
incepit: in illa scilicet regione, in qua vexillum Admirauisi, quod standardum vocat, conspexit. Qui ferro per medias acies viam interrumpens, multas strages dedit,
& tandem ad illum qui standardum tenebat perueniens, illum ante pedes Admirauisi
prostrauit, & vexillum accepit. Admirauis autem vix evasit, & Ascalonam fu-
gient, ante urbis ianuam constitit. Et miser miserrimam suorum cladem, a longe
prospexit. Non dissimili audacia Rex & reliqui Comites in oppositos irruunt; &
sæuissima multatione dextra lœuaque perimunt quotquot sibi occurrunt. Ibi Tur-
censis arcus nulli eorum profuit, quia impetus nostrorum tam celer tamque den-
sissimus fuit, quod nulli trahere licuit, sed fugere libuit. Multa quippe ibi millia
mortua sunt, quæ mortua non essent, si fugere prævaluissent. Sed multitudo tanta 40
erat: quoniam qui retro erant, præmissos in mortiferos nostrorum gladios impel-
lebant. Tancredus & Boloniensis Comes Eustachius irruerunt in eorum tentoria, & mul-
ta ibi præclara egerunt: quæ si scriberentur, digna essent memoriæ. Nullus nostro-
rum segnis, nullus pauidus repertus est, sed omnes uno spiritu animati, vnanimi-
ter prosequabantur inimicos crucis CHRISTI. Mirum quippe erat, quod tantorum
multitudinem armatorum paucitas nostrorum non expauscebat, sed diuina suf-
fragante gratia, magis ac magis cōualescet, & eorum ceruicis statim inclinabat.
sicq; die tota pugna conflictus initur usque quod Sol centrum poli concendit, ho-
ra videlicet qua Dominus noster IESVS crucem ascendit: ipsa eadem hora omne
robur contrariæ gentis emarcuit, qui ita sensu mutati erant quod nec fugere pote- 50
rant, nec se defendere valebant. Arbores ascendeant, putantes quod sic se tue-
rentur ne à nostris intuerentur. Nostri vero sagittabant illos sicut aucupes volati-
lia, & ad terram demersos trucidabant, vt in macello carnifices animalia. Alii au-
tem tenentes gladios in manibus, pedibus nostrorum prouoluti, terræ se inclina-
bant, & erigere se contra Christianos non audebant. Iam vero prima pars Baby-
lonici exercitus tota fugiebat, & posterior de victoria cuius esset, adhuc dubitabat;
quia nihil unquam minus sperabat, quam suorum fugam, & victoriam Christiano-
rum. Cum enim suos conspicabatur per plana camporum fugiendo discurrere,
estimabat illos persequi Christianos, & velle occidere. Sed postquam compere-
runt

runt quod Christianorum erat victoria, gaudium quod habuerant, superauit mœstia. Tunc & ipsi perterriti fugiunt, & sequacibus suis fugiendi præstant consortium. Et ut ventus aquilo dissipat nubes, & immissus turbo aggeres stipularum; sic nostri dissipabant alas & cuneos fugientium. Dum hæc ita fierent, dum sic milites CHRISTI satellites diaboli destruerent, & Comes Sancti Aegidi qui iuxta mare pugnabat, absque numero perimeret, & multò plures in mare præcipites ire compelleret: quid Clemens, tunc verò demens Admirauisus stans ante portam Ascalonæ dixerit, audiamus: sicut supra dictus proselytus Iherosolymis deinceps retulit, qui iuxta illum erat, ut assecla, & domesticus & verna illius. Clemens igitur ut de mens dieebat, dum gentem suam gens Christiana detruncabat: *O Machomet præceptor noster & patrono, ubi est virtus tua? Vbi est cælestium virtus numinum, cum quibus ipse gloriari? Vbi est creatoris efficax potentia, cui semper astat tua presentia? Cur sic reliquisti gentem tuam, quā immisericorditer dissipas, destruit, & interficit gens pauperrima & pannosa gens, aliarum gentium peripsema, omniumq; prorsus hominum fex, rubigo & scoria. Gens, inquam, qua à nostrâ solita erat querere panem, que nihil prorsus habebat, nisi baculum & peram? Totiens eis Eleemosynam dedimus, totiens eorum miserti sumus. Heu heu, quare eis pepercimus? Cur illorum miserie indulsumus? Quare non omnes occidimus? Nunc scire possumus, quod huc veniebant non ut veri adoratores, sed ut subdoli exploratores. Gloriam nostra felicitatis viderunt, diuitias nostras concupierunt, concupiscentiam secum in terram suam detulerunt, & istis nuntiauerunt. Nunc igitur isti sicut aurum argentumq; nostrum, & ob hoc tam crudeliter effundunt sanguinem nostrum. Ergo sunt homines isti, qui tantam habent potestatem, aut certè infernales dii? Foris an infernus rupeus est, & populus iste eruptus est. Abyssus crepuit, inde gens ista efforbuit. nulla enim habent viscera humanitatis; nulla indicia pietatis. Si homines essent, mori timerent: sed unde emergerunt, in infernum redire non expauescant. O gloria regni Babylonie, quam turpiter hodie de honestaris, que bellatores tuos olim fortis nunc debilitatos amittis. Quia gens ulterius poterit huic nefaria genti resistere, cum gens tua contra eam nec ad horam operit sustinere? Heu heu, nunc fugiunt, qui nunquam fugere didicerunt, & turpiter profternuntur, qui alios profternere confuerunt. Proh dolor, omnia nobis cedunt in contrarium. Vincere solebamus, & vincimur. In letitia cordis assidue versari, nunc mærore afficimur. Quis enim valet oculos suos à lacrymis temperare, & erumpentes ab intimo corde singulus cohibere? Diu est quod in collectione huius exercitus curram magna sollicitudinis expendi, multumq; tempus frustra consumpsi. Fortiores totius Orientis milites innumerabili pretio conduxi, & ad hoc bellum adduxi: & nunc ad extremum & ipsos & premium amisi. Multo argenti dispendio paraueram ligna ad construendas turres ligneas, & omnis generis machinas in circuitu Iherusalem, ut eos obsiderem: & ipsi longè ab ea preuenierunt faciem meam. Quem honorem habeo ulterius in terra mea, cum sic me de honestat gens aduena, populus alienus? O Machomet, Machomet, quis unquam venustiori cultute colitur, in delubris auro argentoq; insignitis, pulchrisq; de te imaginibus decoratis, & ceremoniis & solennitatibus omnig; ritus sacrorum? Sed hoc est quod Christiani nobis insultare solent, quia maior est virtus crucifixi quam tua; quoniam ipse potens est in celo & in terra. Apparet autem nunc, quoniam qui in eo confidunt vincunt illi verò vincuntur, qui te venerantur. Sed hoc non exigit incuria nostra: quoniam auro, gemmis, cunctisq; opibus pretiosis, magis insignia est sepultura tua quam CHRISTI. Ciuitas illa que tuo nobilitatur corpore, nunquam decisæ est ab honore, sed omni sublimitate semper excrevit, omnig; famularu debitæ venerationis enituit. Ita verò in qua crucifixus tumulatus est, nunquam deinceps honorem habuit, sed destructa & conculta, & ad nihilum redacta mulectiens fuit. Cuius igitur culpâ ita degeneres efficimur, cum omnem tibi exhibeamus honorem, & nullam nobis rependi vicem? O Iherusalem ciuitas seductrix & adultera, si ullo tempore continget ut in manus nostras deuenires, totam te solo coquarem; & Sepulti tui Sepulchrum funditus exterminarem. Cum hæc & his c̄quipotentia Clemens Admirauisus voce querula rotat et: nostri assuetæ virtutis suæ non immemores, ante urbis ianuam tanto impetu in Babylonios irruerunt, quod neminem eorum nisi mortuum aut plagi exhaustum extra ianuam reliquerunt. Tali itaq; modo diuina virtus bellum deuicit, & nostros victoria commendauit. Et quis ad plenum valet referre quot occisi sunt, in angusto portæ introitu? Tunc Clemens iure flere potuit, cum totante se suorum cadauera extincta viderit. Quidam adhuc in supremo spiritu positi palpitabant, & Clementi qui illuc eos adduxerat, maledicebant. Fertur tunc Clemens heiulando fleuisse, & nostros maledixisse. Erant autem in mari, quod adiacet ciuitati, nauæ & naues circumadiacentium regionum, qui iussu Admirauisus attulerant totius opulentia supplemētum ad obsidionem urbis Iherusalem necessarium. Qui ut viderunt suos & dominum suum tam turpiter confulum, timore perterriti vela suspenderūt, & in alcum*

Hac ut demen-
tia Suntristia
verba Clemens
sic.

mare se impulerunt. Nostri verò cum manibus erectis ad cœlum, cordibus Deo gratias retulerunt; & ad eorum tentoria reuertentes aurum & argentum, & innumerā spolia vestium, copiamque ciborum, multa genera animalium omnium, instrumenta armorum, inuenierunt. Inuenierunt etiam equos & iumenta, mulos & mulas, asellos & asinas, & dromedarium vnum. Quid de ouibus & arietibus, aliisque pecoribus referam, quæ ad esum parata erant? Lebetes & caldariæ, cacabi, leæti, eorumque exuuiæ, cophini pleni auro argentoque, aureisque vestibus, omnisque eorum apparatus ibi inuentus est: ditissimaq; præda locupletati sunt, qui tentoria Admirauisi regalibus referta diuinitiis habuerūt. Standardum quod in summitate argenteæ hastæ pomū habebat aureum, *Comes Normaniae* obtulit Sepulcro Domini, fuitque appreiatum pre cōgio viginti marcarum. Ensem verò alter emit sexaginta byzanceis. Dum verò nostri sic triumphaliter reueterentur, inueniebant a gmina rusticorum, vasa vinaria & aquatilia deferentium, quæ necessaria esse putabant in obsidione, suorum vībus dominorū: qui, velut bestiæ, stupefacti nusquam diuertebant; & inclinati verticibus, enses nostrorum expectabant. Plerique immortuorum sanguine se voltabant, & quasi mortui inter mortua corpora latabant. Vt autem nostri peruenierunt ad flumen, vbi Patriarcham dereliquerant, quieuerunt; vtque fatigati, somnum suum dormierunt. Vtque dies terris aurora præueniente, redditur, exurgunt, & iter cœptum properarunt. Qui vt ciuitati ferè ad duo millia proximare cœperunt, sicut triumphatores insotuere tubis, sistris & cornibus, atque omnis generis musicis instrumentis, ita vt montes & colles harmoniæ modulatis tinnitibus responderent; & quodammodo cum eis Domino iubilarent. Tunc realiter implebatur, quod spiritualiter per Esaiam de Ecclesia fideliūm dicitur: *Montes & colles cantabunt cōram vobis laudem.* Erat autem admodum grata multifidâque suauitate delectabilis harmonia, cum voci militum sonituique tubarum echonisarent tintus montium, concava rupium, & imacuallium. Cūm verò ante portas Vrbis venirent, ab his qui remanserant, cum diuinis laudibus, non iam à terrenis montibus, sed à cœlestibus præconantur. Et meritò Deus super hoc laudabatur, quoniam nunc Peregrini sui portis apertis recipiuntur cum laudibus, qui olim cum magna difficultate in magnis iniuriis suscipiebantur, datis etiam munieribus. De his Peregrinis & portis per Esaiam dicitur: *Et portæ tuae eis aperientur iugiter, die ac nocte non claudentur.* Hæc prophetia nostris temporibus adimpetur, quia nunc portæ Iherusalem filiis Peregrinorum aperiuntur, quæ eis antea die ac nocte claudebantur. Factum est autem hoc prælium ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, pridie Idus Augusti. Quia verò historicus sermo iste ab Iherosolyma sumpsit exordium, nominis sui, & finem retinet sicut & medium, nulli in confusionem videatur, si in calce huius operis, quis eam primitus fecerit, quis ita appellauerit, inscribatur. *Melchisedech* fertur eam post diluuium condidisse, quem Iudæi asserunt filium Noë tuisse. Hanc in Syria conditam illam, *Salem* appellavit; & in ea deinceps permulta tempora regnauit: quam postea Iebusei tenuerunt, & partem sui nominis, q. x. eſt *Iebus*, ei addiderunt, & sic collectis in vnum nominibus B in R mutata *Iherusalem* vocauerunt. Postea verò à *Salomon* nobilius composita & Templo Domini & sua domo regia, multisque aliis fabricis & hortis & piscinis *Iherosolyma* appellatur, & quasi de suo nomine *Iherosolomia* intelligitur. Hæc à poeti *Solyma* corrupte vocatur: & à prophetis *Sion* uicitur, quod in nostra lingua *Speculatio* interpretatur: pro eo quod in monte constituta, de longe venientia contemplatur. *Iherusalem* autem, in nostro Sermone, *Pacificæ* transfertur. De antiqua huius gloriosa opulentia scriptum inuenimus in libris Regum, quia Salomon fecit ut tanta abundantia arigenti esset in Iherusalem, quanta & lapidum. Eniinverò multò copiosius dicitur enituit, cùm in ea Deus filius, pro generali omnium redēptione, crucem sustinuit, cœlum suis syderibus obnubilauit, & terra tremuit, petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. In qua ciuitate contigit vñquam tam mirabile mysterium, de quo emanauit salus omnium fidelium? Ex quo hoc coniicitur, quod hanc ita Deus filius sua gloriosa morte illustravit, quia si nostris placuissest autoribus, non *Iherusalem*, sed R in B mutata *Iebussalem* debuissest vocari: & sic in nostro idiomatico *Salus pacifica* potuissest interpretari. Pro his & huiusmodi figuratiuis actionibus, forma est & mysticum sacramentum illius Iherusalem cœlestis, de qua dicitur: *Vrbs fortitudinis nostra Sion Salvator, ponetur in ea murus & anctumurale. Aperi te portas & ingredietur gens iusta, custodiens veritatem.* De huius laude cuncta referre

*Munus pulcri
Defens Comes
ante sepulcrum.*

*Monstrat Ihe-
rusalem, qui
principis condidit
illam.*

nō possumus, quæ dicta sunt à prophetis & legis doctoribus. Hæc verò terrena nostra ætate fuit à Deo derelicta, & odio habita, à malitia inhabitantium in ea. Cùm autem ipsi Domino placuit, adduxit Francigenam gentem ab extremis terræ, & per eam ab immundis gentilibus liberare eam dispositus. Hoc à longè per Prophetam Esaiam prædixerat, cùm ait: *Adducam filios tuos de longe, argenteum eorum & aurum eorum cum eis, in nomine Domini DEI tui, & sancto Israëli, qui glorificauit te.* AE-dicabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. Hæc & multa alia inuenimus in propheticis libris, quæ congruunt huic liberationi factæ ætatis nostris. Per omnia & super omnia benedictus Deus, qui iusto iudicio percutit & vulnerat; & gratuita bonitate quando vult & quomodo vult miseretur & sanat. AMEN.

EXPLICAT.



HISTORIA IHEROSO-LIMITANA.

A

BALDRICO EPISCOPO Dolensi.

BALDRICI DEI GRATIA DOLEN-

30 SIVM ARCHIEPISCOPI EPISTOLA AD PETRVM
Abbatem Malleocensem.

AMOR mihi silentium interdicit, & in verbositatem inducit: amor auferit otium, & trahit in negotium: amor vetat ut sileam; cogit ut loquar & scribam. Totum hoc agit amor: non nouus; sed inueteratus & continuus, quodam tamen modo renouatus. Quendam amicum singularem habui & unicum, qui me sibi totum peculiaverat, & in me sibi dyntaxat ipse complacebat: Dominum Gaufredum dico virum venerabilem, parentibus Ebredunensem, Abbatem Malleocensem: hominem memorandum & describendum, nisi temporis ingruentis molestia suum mihi peperisset obstaculum. Ego ei reuera in quantum poteram, diligendo respondebam; quoniam in eum amando nullatenus inferior esse volebam. Is tandem laudabilis fine quieuit: Abbatem tamen sponte prius exuit, ut & liberioris theoriae vacaret, atque ipsi Deo exoccupatior deseruiret. Huic in eodem regimine, ipso tamen volente, successit Petrus eius consanguineus, pastor postmodum idoneus, vir satis industrius, & tanta & sollicitudini multum opportunus. Hunc etenim Monachi Malleacenses elegerunt, & sibi rapuerunt, & quantum dominum meum Gaufredum dilexerant, in eo ipso monstrauerunt, quem pro patrui amore Abbatem sibi prefecerunt: quamvis & multæ utilitates ipsum Abbatia dignum prædicarent. Is sicuti auunculo suo successivus subintravit in honore; sic & hæres ei persistit in morum decentissima liberalitate. Habemus igitur hunc Petrum, Deo gratias, bono Gauredo superstitem, moribus & temporibus nostris satis concordem. Ad hunc ergo modò scribo, ego Baldricus Dei gratia Dolensis Archiepiscopus; Petrum quoque meum, meum inquam & vestrum tota voluntate saluto. Saluto

te, Petre mi, sicuti Malleacensem Rectorem; saluto te sicuti fratrem meum karissimum; saluto te sicut oratorem & viatorem Ierosolymitanum. Gratias ago D E O meo, frater dulcissime, qui te duxit & reduxit: Gratias ago D E O meo qui pedem tuum benè direxit; qui omnia tua dispensat, & huc usque dispensauit: dispenset etiam obsecro, & ut tibi vultum suum serenet efflagito. Gratias etiam ago tibi quarum tenorem forsitan huc usque non audisti, cum nondum quod præcepturus sum audieris; & tamen quodam modo iam factum sit, quod tibi imperare decreuerim: ac si iam mihi responderis, puta dictum, puta factum. Imperare tibi decerno, 10 non rogare: quia malo imperiosus ei esse in quo confido, quam fugillator tædiosus immineam ei à quo desperare compellor. Gratias ago, quia talis es in quo confidam; quem rogare, vel cui iubere debeam. Petre, quæsò, meus, Sacerdos reuerende, gratiarum mearum actiones eâ quâ loquor dilectione munificus accipe: quas & si quilibet ex obliquo remordebit præproperas, homo tamè sani cerebri iudicabit tempestuas. Nihil enim poterit esse intempestuum, quod erit insignis amoris comitate & titulo decusatum. Parit enim per pulchra & urbana ludicra, splendens amicitarum prærogatiua. Neque enim verè sunt amici, qui inter se dubitant: nam 20 amicabilis fascinatur identitas, ubi liuidatur alterutra securitas. Ne verò velut ingratus mihi ipsi redarguar: ingratitudo siquidem totius bona opinionis est nouerca; mihi ipsi gratias actito, qui cui imperare possum, quemlibet habeo. Non enim omni amicorum destitutus solatio, qui erga te potestatiuo utor imperio. Quod autem impero huiusmodi est: Glosulas exposituras mihi nuper super Moysi Pentateuchum in camera tua ostendisti, ipsem et legisti, auctorem verò nuncupare non nosti: Complacuere mihi, quia & verborum connexionem exprimebant; & si quid erat caliginosum elucidabant. Nunc igitur fraternitati tuae præcipiendo præcipio 30 quatenus libellum illum transcriptum obsecranti mihi dirigas, tali compactum carabtere, talibusq; figuris. que seniles oculos non offendant, quæ iter legenti præbeat, ne se duplex littera findere videatur, que intellectum nostrum inconcinnia non obtundat. Si verò residuum quod deest alicubi reperire poteris: siue illud mihi insinuando significa, ut totum obtineam; siue benè prodigus, tuis sumptibus mihi redimi iubeas. Puto siquidem quod postquam in hoc mihi adquieueris, studiosum me parturies, & de iacto semine messem multiplicem recipies. Apponam siquidem & sententias interlineares, & excerptam sicubi latent medullas interiores. Adiçiam 40 adhuc, si quid decurtatum est; castigabo, si quid superfluum est. Totum autem illud nomini tuo destinabo, & libello tuo præente posteritati legentium illud profuturum, irrequetus indagator, commendabo. Quod præcepi, non diffido quin sollemitter exequaris: sed est aliud quod precor, quod desidero, quo valde iocundabor. Non mihi sis sterilis quin rescribas, ut tali legato me visites; meque peregrinum ac exulem, in citeriori Britannia sic salutes. Complectar illud tanquam alterum me: tu verò me tibi vicinum semper exopta, tanquam alterum te. Libellum quem de Ierusolymitano itinere quoquo modo composui, ad castigandum, tibi 50 transmisi, quem regulari censura volo compescas, & polias; & epistolam hanc cum ipso mihi non irremuneratam remittas. Salutemus nos interim in uicem, ut alteruter viuamus & valeamus, & iterum nos mutuo videamus, Amen.

PETRVS



P E T R V S A B B A S M A L L E O C E N S I S ,
B A L D R I C O A R C H I E P I S C O P O D O L E N S I .

SIC VIT autem experientia tuae subtiliter satisq; succincta prælibauit sanctitas, amorem silentium nullatenus diligere, diu est ex quo, reuerendissime Pater, experimento didicimus. Otia siquidem eliminando expellit; atq; ad ea quæ sui iuris sunt amantis animum, in his iocundantis, indicibiliter trahendo accedit. Sed unde hoc mihi, ut veniat epistola Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est auditio eius in auribus meis, exultauerunt omnia interiora in utero meo. Quemadmodum etenim tetri atque caliginosi aëris ad Boreæ impetum effugantur nubila; sic sic ad visionem illius, omnium fantasmata cogitatuum, quarumlibet etiam mordacium expulsa sunt pondera curarum. Nullus quippe tristitia locus remansit, ubi tantæ lœtiae tam desiderabilis materies superuenit. Legant alij, atque desudent, ingentia Philosophorum reueluendo volumina: mihi siquidem mei admirandi Ciceronis scripta sufficiunt, suaque inexplicabili obdulcoratione animam legentis reficiunt. Credat itaque, quicquid veteres cecinere poëta, amantissimus duntaxat meus prosa vel pede me visitet, atq; diuersorum fatigationibus negotioribus prægrauatum, suarum crebra dulcique consolatione epistolarum releuando releuet. Huic ego benignissimam morum benignitatem atq; præclarissima facta describere aggrederer ad tantæ rei magnitudinem obstupecens, non ea explanando, sed potius inscitie meæ incuria attenuando obfuscare metuerem. Satis igitur consultius est tot & tanta p̄ij Patris contemplando admirari; & in eius totius mentis brachius amplexando atque amando amore delectari. Veruntamen huius indissolubilis dilectionis, cui grates referam? Ascribam ne meæ probitati; an eius sibi quoslibet incorporanti caritati? Illi prorsus assignandum, illi totum est imputandum, qui formicam sibi copulauit, & perpetua fraternitatis glutino conglutinavit. Ea propter quicquid placuerit, quicquid cordi aduenerit, seruo suo emptitio indubitanter præcipiat: & non præcepti sui expletionem, sed implentis deuotionem, considerans perpendat. Sum, fateor, sum emptitus illius: sed cuius illius? Eius sine dubio quem ab ineunte ætate laudabilis virtus laudabilia commendant præconia: qui etiam de virtute in virtutem ascendens, ad summum sacerdotij apicem sublimari meruit; populumque sibi subiectum, tam prædicationis sanctæ uomere, quam bonorum operum ostensione argendo, obsecrando, pennis virtutum ad sublimia prouehit. Felix reuera, & DEO amabilis terra Britannia, tanti syderis illustrata coruscationibus. Exultat Oriens, Apostolicorum patrum doctrinis seu glorioſissima palma decorata: Lætetur nihilominus & Occidens, primatis tanti titulis insignita. Deponat gens effera genuinam quodammodo ferocitatem, cursitans ad sui speculatoris mellifluam affabilitatem. Non imputetur ei ulterius fatuitas quedam naturalis, tam sapientissimi antijititis documentis informatæ. O admiranda atque prædicanda supernæ dispensationis clementia! ut ferocium misereretur, fatuitatemq; excluderet, patronum mitissimum, atq; incomprehensibilis sapientia, sale conditum, ad edomanam belusnam eorum ceruicositatem direxit. Illos, visitando ditauit; nos vero, gratissima eius visione expoliauit. Visitando inquam, plebem barbaricam, diuq; sub ignorantia tenebris sepultam, incomparabili thesauro ditauit, ac nobis pastore,

quasi Luciferum inter nostrates resurgentem, subtraxit. Ad hunc sermo meus prolixior sepe direxisset: nisi iam instantis persecutionis & aduersum nos intonantis procellosa tempestas intercidisset. Ad præsens itaque id tantillum benignus benignè suscipiat; videat, nec legere dignetur: non attendens litterature superficiem; sed mittentis, sequeq; pedum ipsius vestigij toto corde & corpore substernentis, considerans affectionem. Et quoniam Diuinæ astipulatione paginae, thesaurus absconditus & sapientia occulta friuola sunt: glosulas super Pentateuchum, quas irrequietus indagator pulsando querit, quam citius poterimus transcriptas illius venerande paternitati transmittemus. Non enim diffidimus, quin de paruissimo manipulo multiplicata segetis centesimum fructum, successuæ posteritati profuturum, recolligamus. Porro præ omnibus efflagitamus, quatinus sicut ad unguem eas promisit corrigat, superflua quæque abradendo, & si qua defunt diligenter interferendo. Librum quoque Ierusalimitanum, Ierusalimitatio mihi directum, cum epistola in fronte ipsius apposita miraque dulcedine referta remittimus. Non minimum vero obstupescendo miror, quo animo libellum præfatum ad compescendum & poliendum direxerit insciolo, & penè nullius scientie gutta rigato: cum præsertim nullus poëtarum id præsumere audeat. Quippe ubi concathenatio multiplicium sententiariū consonat, partium quoq; iunctura regulari censura liberoque gressu discurrevit: nihilque Lector diligens absolum inibi reperiatur. Verum cum salute submissa iam finem sermonis facimus; & ut patrem desideratum videre mereamur, intentè exposcimus.

HISTORIA IEROSOLIMITANA BALDRICI ARCHIEPISCOPI.

INCIPIT PROLOGVS DOMINI BALDRICI ARCHIEPISCOPI IN HISTORIA Ierosolimitana.

BALDRICVS, Burgulensem fratrum Abbas, postea vero Dei misericordiâ Dolensem Archiepiscopus, licet indignus, omnibus Christianis pacem & veritatem diligere. Benedictus Dominus noster Iesus Christus, Christiani nominis auctor & rector invictissimus, & amplitudinis Christianæ sapientissimus propagator: Hunc ve benedicatis, & in omnibus suis operibus laudetis oportet, fratres karissimi, & in-deficientis suæ erga nos misericordiæ nullatenus obliuiscamini. *Ipse Reges mutat, & tempora: ipse pios corrigit, ut prouehat; ipse puniit impios, ut corrigit:* quippe, in quo nihil est immisericordiæ. Ipse temporibus nostris Christianitatem suam, vbiq; terrarum erat, pñne totam excitauit: & ut ad eruendam in qua passus est Ierusalem, despurcorum manibus Turcorum, qui ei velut captiuæ dominabantur, Christiana concurreret militia, fideles suos vnamiter incitauit. Non enim sine diuina inspiratione credendum est, ab Occidentali ad Orientalem plagam, omnium rerum copiosos velle militari iri; & contra barbaras nationes, relictis prædiis & domibus, filiis & vxoribus, pugnaturos brachio suo, inter innumeratas calamitates gaudenter proficisci. Quis enim tot Principes, tot Duces, tot milites, tot pedites sine Rege, sine Imperatore dimicantes eatenus audiuist? Neq; siquidem in isto exercitu, alter alteri præfuit, alius alii imperauit: nemo quod sibi peculiare videbatur disposuit, nisi quod sapientium commune consultum decreuit, nisi quod plebis citâ collaudauit. Certum est ergo quia Spiritus Sanctus, qui vbi vult spirat, & ut tantos labores arriperent eos animauit, atque indiscissam eis concordiam inspirauit.

Huius

Huius Historiæ seriem posteræ successioni stilo nostro, licet non satis expolito, natus sum commendare: quamvis tantum onus ingenioli nostri tenuitas non sufficerit conuenienter explicare. Sed quoniam diebus nostris magna erat Salustiorum & Ciceronum copia; qui tamen huic otio non ignobili assidere veller, sterilis imminebat inopia: maioribus nostris, qui dormitabant & pigritabantur, velut indignatus, hoc opus aggressus sum: & ne inuidæ obliuioni cederet historia digna relatu, ad scribendum pœnè sexagenariam appuli manum. Sanè si melius facundiores id ipsum attentauerint, ipsorum nequaquam præjudico, si me castigauerint, facundiæ: tantum precor ut nostro non derogent labori, causâ inuidentiæ vel culpâ insolentiaz. Non tanen huic beatæ interesse promerui militiæ, neque visa narravi: sed nescio quis compilator, nomine suo suppresso, libellum super hac re nimis rusticatum ediderat; veritatem tamen texuerat: sed propter inurbanitatem codicis, nobilis materies viluerat: & simpliciores etiam, inculta & incompta lectio confessum à se auocabat. Accessi igitur ad hoc studium, non inanis gloriæ cupidus, non supercilii tumore inflatus: sed quod successuæ placeat Christianitati, membranulis indidicurious. Et quamvis Christianus ego, Christianis processerim attauis, ut iam nunc tanquam hæreditate possideam sanctuarium D E I, & hæreditarium Christianæ mihi professionis vindicauerim titulum; Paganismum autem, ut pote à lege D E I extorrem, totis viribus abominauerim: tamen in proferenda historiæ veritate, in neutrâ amor vel odium, vel cætera vitia, me scientem præcipitabunt partem: ut scilicet Paganis detrahendo, Christianis, mendax & menses, temerè fauam; & si quid fortiter & audacter gentiles eggerunt, eorum fortitudini & audaciæ zelando aliquid decerpam: proferendæ siquidem veritati temperanter studebo; & animi mei fauorem, quem tamen maxime Christianis debeo, veritatis censura castigabo. Si enim gentilium robur plus iusto attenuarem; Christianorum fortitudini & laboribus detraherem: dum tanquam aduersus gentem imbellem, genus nostrum hiatu temerario dimicasse declamarem. Succinctè igitur quæ in codice prædicto perpendi, recapitulabo; & partium narrantium qui ibi affuerunt relatione fretus, quæ audiui interseram: sicque iuuante D E O, aggressum opus consummabo. Iam igitur, ad prælibatum negotium stilum expectantem applicemus. Emolumenatum præsumpti opusculi, bonorum omnium retributor, in bonum mihi retribuat D E V S. AMEN.

EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIT HISTORIA IERUSALEM:

QUALITER CHRISTIANI A REMOTIS PARTIBUS MUNDI, CUM MAXIMO LABORE EAM EXQUISIERUNT,
EXPUGNAUERUNT & TENUERUNT.

40

IERUSALEM, totius Iudææ Metropolim, non ignobilem nec ignotam ciuitatē, Regalibus honorificentiis in immensum multotiens decoratā, multotiens à Tyrānis hostibus obsecram, & ad solum usq; dirutam, & à propriis filiis in captiuitatē abductis orbatam, variasq; temporum tumultationes ante Salvatoris aduentum perpeßam, nuerunt qui vel historiographorum libros saltem tenuiter legerunt; vel qui computantib; relationiaures audiendi auidas accommodauerunt. Iam vero C H R I S T U M prædicantē super eam flesse, & eius abolitionem denuntiasse, nullus ignorat, nisi si quis forte paginā Euangeliū imprudens & impudens vecorditer conculcat. Quod quomodo acciderit, legenti gesta Titi & Vespasiani indifficulter patebit: quam lectionē vir eloquentissimus Iosephus, stilo celebri consecravit. Ipsam iterum redificatam & Christianis insignibus insignitam, & ecclesiarum ædificiis decentissimis honoratam, ipsa adhuc loquuntur ædificia, & quibus tota ciuitas circumvallatur prouectate testantur mœnia: quæ ciuitas, quoniam in ipsius suæ Christianitatis temporibus, C H R I S T O suo quam oportuit minus obtemperauit, terreno Regi subiugata rursum seruinit, quia cœlesti Imperatori militare pedetentim contempnit. Facta est igitur Babylonico Admiraldi diutino tempore tributaria, quæ superba ceruicositate à C H R I S T O suo deuiarat: quamobrem seruierunt dominis prophani hi qui mortem euaserunt vel captiuitatem, eiusdem urbis coloni; & do-

H

minati sunt filiis indigenis gentiles aduentitii. Pollutum est nimirum sanctum
 Dei templum; & facta est aula Dei gentium conuenatum irreuerenter conuen-
 ticulum: Domus orationis, spelunca latronum facta est; & filiis suis mater Eccle-
 sia, in nouercam alienata est. Sanè Sancti Sepulchri Ecclesiam, paulo seruari sinebant
 honorificientius: non quia multum de Religione Christiana curabant; sed quo-
 niam taliter vtilitatibus & cupiditatibus suis satisfaciebant. Aduentabant siqui-
 dem à remotis orbis partibus Christiani, orationis gratia; & honorabant sanctua-
 rum illud largis fluis oblationibus, confluentes autem Christianos multimodis
 gentiles augariis affligebant; & opimis evectionibus quas attulerant, Peregrinos
 funditus emungebat: vt pote quos & de vecturis conducendis inuitos in via com- 10
 pellebant; & ab introitu desiderata & diu quæsitæ ciuitatis, quo usque ingredien-
 di pretium dedissent coercebant: & sic variis exactiōibus eos pauperabant: ad
 extētum verò, ab iniuriatis corporibus animas plerunque tormentis profliga-
 tas, extorquebant. Ecclesiarum etiam alias in usus peculiares gens barbara redu-
 xerant, aut in ipsis iumenta sua stabulatæ, aut si quid est ignominiosus in eis ope-
 fantes. Exacerbauerunt itaque contra se D E V M, qui D E V M abominabiliter in-
 honorauerunt; & loca sancta illicitis & fœdis actibus de honestauerunt. Decreuit
 igitur eos diuinum confilium castigare; & per eos quibus imperitauerant delibe-
 rauit eos à DEO locis dicatis eliminare. Iam enim gentiles vique Antiochiam im- 20
 perium suum dilatauerant; & similiter iphius sanctæ Ciuitatis loca glorioſa tœda-
 uerant. Iccirco irritauerant in se fuorem Omnipotentis: quoniam operum suo-
 rum sc̄torem emiserant in cœlum. Videbamus aliquando ciues ipsius Ierusalem,
 inter nos, mendicos & exules: videbamus indigenas Antiochie, casum locorum
 sanctorum deplorantes; sibique pauperatis, suppliciter stipem publicam implo-
 rantes. Aliqui condolebamus egenis: id ipsum siquidem per nostros, si quando
 reuertebantur, audiebamus Peregrinos. Publicæ prædicationis causa, Papa Ro-
 manus, Urbanus nomine venit in Gallias, & prout erat disertus seminuerbius, ver- 30
 bum Dei passim seminabat. Sanè Placentie Concilio generali celebrato, præliba-
 tus Pontifex paulo post Arvernus aduenit, ibique cum multis Galliarum Episco-
 pis & Abbatibus, iterum generalem synodum celebrauit: in qua, quæ ad fidem
 pertinebant præmissis, de Christianorum Ierosolimitanorum & Antiochenorum
 casibus ærumnosis, huiuscmodi sermonem subiunxit. Confluxerant etiam ad 40
 Concilium è multis regionibus viri potentes, & honorati innumeri, quamvis cingu-
 lo laicalis militiæ superbi. Itaque residens in pulpito, sic perorauit. Audiuimus,
 fratres dilectissimi, & audistis quod sine profundis singulis retractare nequaquam possumus,
 quantis calamitatibus, quantis incommunitatibus, quam diris contritionibus, in letualem &
 in Antiochia & in ceteris Orientalis plagis ciuitatibus, Christiani nostri fratres nostri mem- 50
 bra CHRISTI flagellantur, opprimuntur, iniuriantur. Germani fratres vestri contuberniales
 uter vestri: nam & eiusdem CHRISTI, & eiusdem Ecclesia filii estis: in ipsis suis domibus ba-
 reditariis, vel alienis, dominis mancipantur, vel ex ipsis exploduntur, aut inter nos mendicant;
 aut, quod grauius est, in ipsis suis patrimonii venales exulant & vapulant. Effunditur sanguis 40
 Christianus, CHRISTI sanguine redemptus; & caro Christiana carni CHRISTI consan-
 guinea, nefandis ineptiis, & seruitutibus nefariis mancipatur. Illis in urbibus ubique luctus,
 ubique miseria, ubique gemitus. Suspiriosus dico, Ecclesia in quibus olim diuina celebrata sunt
 sacrificia, proh dolor, ecce animalibus eorum fabula preparantur: Nequam homines sanctas oc-
 cupauere ciuitates: Turci, spurci & immundi, nostris fratribus dominantur. Antiochiæ bea- 50
 tus Petrus primus resedit Episcopus: ecce in ipsa Ecclesia gentiles suas collocauere superstitiones;
 & Religionem Christianam: quam potissimum coluisse debuerant, ab aula DEO dicata turpiter
 eliminauerunt. Prædia Sanctorum stipendiis dedita, & nobilium patrimonia sustentandis pauperi-
 bus contradicta Pagana tyrannidi subiiciuntur; iisq; in proprios usus redactis domini crudeles
 abutuntur. Sacerdotium DEI humotenus conculcatum est. Sanctuarium DEI, pro nefas,
 ubiq; profanatum est. Si qui ibi adhuc latitant Christiani, inauditis exquiruntur tormentis. De san-
 ctæ letualem fratres, huc usq; quasi loqui dissimulauimus, quod valde loqui de ea pertimeſcimus.
 & erubescimus: quoniam ipsa ciuitas, in qua, prout omnes nostis, CHRISTVS ipse pro nobis pas-
 sus est, peccatis nostris exigentibus sub spurciā Paganorum redacta est DEI, seruituti, (ad igno-
 minia nostra dico) subducta est: quod enim ita est improperii nostri cumulus est, Christianorum, qui
 ita promeruimus, magnū dedecus est. Cui seruit nunc Ecclesia B. Mariae in qua ipsa pro corpore
 sepulta fuit in valle iolaphat. Sed quid templū Salomonis, immo Domini prætermisso, 60
 in quo simulachra sue barbaranationes contra ius & fas modo collocata veneratur? De Sepulcro
 Domi.

Dominico ideo reminisci supersedimus, quoniam quidam vestrum, oculis vestris videlicet quanta abominationi traditum sit. Inde violenter abstrahunt Turci quas pro eleemosyna illic multo tamen insulisti oblationes: ibi nimurum multas & innumeratas Religioni nostra ingerunt invasions. Et tamen illo in loco, (non ignota loquor), requieuit D E V S: ibi pro nobis mortuus est, ibi sepultus est. Quam preciosus Sepulchrum Domini locus concupisibilis, locus incomparabilis! Neque siquidem ibi D E V S adhuc annum praetermisit facere miraculum: Cum in diebus Passions sue, extinctis omnibus & in Sepulchro & in Ecclesia circum circulum inib[us], iubare diuinis lampades extintae reaccendantur. Cuius pectus silicinum, fratres, tanum miraculum non emolliat? Creditem mihi, bestialis homo & insulsi capiebat est, cuius cor virtus diuina tam presens, ad fidem non euerberat. Et tamen gentiles cum Christianis ista vident communiter, nec emendantur: perterrentur equidem, sed non conuertuntur ad fidem: nec mirum, quoniam mentis obsecratio illis dominatur. Quanquam afflictionibus vos qui adestis, qui redistis iniuriauerint, vos ipse melius nostis, qui substantias vestras, qui sanguinem vestrum inibi D E O immolastis. Hec ictus circa karissimi, diximus, ut vos ipsos sermonis nostri testes habeamus. Plures super sunt & fraterum nostrorum miserie, & Ecclesiarum D E I depopulationes, qua singulatim possemus referre: sed instant lacrime, & gemitus; instant suspiria, & singulus. Ploremus fratres, etia ploremus & cum Psalmista medullitus plorantes ingemiscamus. Nos miseri, nos infelices quorum prophetia illa completa est. D E V S, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt Psal. 70. templum sanctitatis tuæ; posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam; dederunt 20 morticina seruorum tuorum escam volatilibus cœli, carnem sanctorum tuorum bestiis terræ: Effuderunt sanguinem ipsorum, tanquam aquam in circuitibus Ierusalem, & non erat qui sepeliret. *Va nobis, fratres:* *Nos, qui iam facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & irrisio his qui in circuitu nostro sunt, condoleamus & compatiamur fratribus nostris, saltem in lachrimis:* *Nos abiectio plebis facti, & omnium desiderios, immanissimam sanctissimam terram plangamus deuastationem.* Quam Terram merito Sanctam dixerimus, in qua non est etiam passus pedis quem non illustrauerit & sanctificauerit, vel corpus vel umbra Salvatoris; vel gloriosa præsentia sancta D E I genitricis; vel amplectendus Apostolorum commeatus; vel martyrum eibendus sanguis effusus. Quam beati, ô Stephane proto-martyr, quite laureauerunt lapides? quam fælices, ô Baptista Iohannes, qui tibi ad Salvatorem baptizandum seruierunt Iordanici latices? Filius Israhel ab Egyptis educti, qui Rubro Mæri transito vos prefigurauerunt, terram illam armis suis I E S V duce, sibi vindicauerunt; Iebuseos & alios conuenas inde expulerunt; & instar Ierusalem caelitus, Ierusalem terrenam incluerunt. Quid dicimus fratres? Audite & intelligite: Vos accincti cingulo militie, magno superbis supercilie; fratres vestros laniatis, atque inter vos dissecamini: Non est hec militia C H R I S T I, que discerpit ouile redemptoris. Sancta Ecclesia, ad suorum opitulationem sibi reservauit militiam, sed eam male depravasti in malitiam. Ut veritatem fateamur, cuius praecones esse debemus, verè non tenetis viam per quam eratis ad salutem & vitam: vos pupillorum oppressores, vos viduarum prædones, vos homicida, vos sacrilegi, vos alieni iuris direptores: vos pro effundendo sanguine Christiano expectatis lastrocrinium stipendia; & sicut vultures odorantur cadavera, sic longinquarum partium auspicamini & sociamini bella. Certè via ista pessima est, quoniam à D E O omnino remota est. Porro si vultis animabus vestris consuli, aut istiusmodi militie cingulū quantociùs deponite. aut C H R I S T I milites audacter procedite, & ad defendendam Orientalem Ecclesiam velocius concurrete. Hec est enim de qua totius vestra salutis emanauerunt gaudia: qua distillavit in os vestrum diuini lactus verba; qua vobis propinavit Euangeliorum sacra sancta dogmata. Hac ideo, fratres, diximus, ut & manus homicidas, à fraternitate continetis; & profidei domestici, vos exteris nationibus opponatis. Et sub I E S V C H R I S T O duce nostro, acies Christiana, acies invictissima, melius quam ipsi veteres Iacobitæ, pro vestra Ierusalem deceretis; & Turcos qui in ea sunt, nefandiores quam Iebuseos, impugnetis & expugnetis. Pulchrum sit vobis in illa ciuitate mori pro C H R I S T O, in qua pro vobis C H R I S T Y S mortuus est. Ceterum si vos citra mori contigerit, id ipsum autumate mori in via si tamen in sua C H R I S T Y S vos inuenierit militia. D E V S eiusdem denarii retributor est, prima & hora Mætr. 20. undecima. Horrendum est fratres, horrendum est, vos in Christianos rapacem manum excedere: minus malum est in Saracenos gladium vibrare: singulare bonum est: quia & caritas est, pro fratribus animas ponere. Ne vero de crastinus evectionibus solliciti sis: sciatis quod timentibus D E V M nihil deest, neg, his qui enī diligunt in veritate. Facultates etiam inimicorum vestra erunt: quonia & illorum thesauros expoliabit, & vel victoriosi ad propria remeabit, vel sanguine vestro purpurati, perenne brauum adipiscemini. Tali Imperatori militare debetus, cui omnium non deest potentia; cuique rependat nulla defensum stipendia. Via brevis est, labor permodicue est; quis tam immarcessibile vobis rependet coronam. Iam nunc igitur autoritate loquemur Pro-

Pfd. 44.4

pheta. Accingere ô homo vnuquisque, gladio tuo super femur tuum, potentissime : *Accingimini inquam & estote filii potentes : quoniam melius est vobis mori in bello, quam videro mala gentis vestra & Sanctorum. Non vos demulcent illecebrosa blandimenta mulierum, rerumque vestrarum, quin eatis ; nec vos deterreant perferendi labores, quatenus remaneatis.* Et conuersus ad Episcopos : *Vos (inquit) Fratres & Coepiscopi, vos confacerdotes & coheredes CHRISTI, per Ecclesias vobis Commissas id ipsum annunciate, & viam in Ierusalem toto ore viriliter predicate.* Confessi peccatorum suorum ignorantiam, securi de CHRISTO cœlestem pacificimi veniam. Vos autem qui iuri estis, habebitis nos pro vobis oratores ; nos habeamus vos pro populo DEI pugnatores. *Nostrum est orare, vestrum sit contra Amalechitas pugnare.* Nos extendemus cum Moyle manus indefessas orantes, in cælum ; vos exerite & vibrate intrepidi præliatores in Amalech gladium. His vel huiuscmodi aliis à Domino Apostolico, his qui aderant luculenter instruti, alii suffundebant ora lachrimis, alii trepidabant, alii super hac rediscabant. Inter omnes autem in eodem concilio, nobis videntibus, vir magni nominis & summæ ingenuitatis Episcopus Podiensis nomine Naimarus, ad Dominum Papam vultu iocundus accessit, & genu flexo, licentiam & benedictionem eundi poposcit, & impetravit : insuper & ab Apostolico mandatum promeruit, ut omnes ei obedirent ; & ipse pro officio suo in omnibus, exercitu patrocinaretur : utpote quem omnes magna strenuitatis, & singularis industriæ præsulem noverant. Digno itaque exercitui DEI inuenito primis serio, præbuit assensum multitudine multa Nobilium : & statim omnes in vetibus superamictis consuerunt sanctæ Crucis vexillum. Sic etenim Papa precepérat, & ituris hoc signum facere complacerat : quippe prædicauerat summus Pontifex Dominum dixisse sequacibus suis : *Si quis non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus.* Iccirco, debetis, inquit, *vobis Crucem coaptare vestris in vestibus : quatinus, & ex hoc tutiores indecatis ; & his qui viderint, exemplum & incitamentum suggeratis.* Dum hæc agerentur, ecce ex improviso affuerunt legati Comitis Tolotani, Raimundi videlicet de Sancto Egidio, qui ipsum iturum iamque sibi crucem coaptasse retulerunt, & in Concilio testati sunt : *Adiuncti sunt etiam ipsi, inquiunt, milites innumeri, & populum in ductu suo conducet quam plurimum.* Et adiunxerunt : *Si quis est DEI, iungatur ei ; quoniam opes suas indigentibus communicabit, & auxilium & consilium suum, nemini viantium denegabit.* Ecce, DEO gratias, iam Christianis ituris, duo ulronei processore Duces : ecce Sacerdotium & Regnum ; Clericalis ordo & Laicalis ad exercitum DEI conducendum concordant. Episcopus & Comes, Moylen & Aaron nobis reimaginantur. His auditis si qui pusilliennes heri extiterant, hodie animabantur, & sancta Cruce passim palliabantur. Solutum est Concilium, & nos vñquisque properantes rediuiimus ad propria. Prædicabant Episcopi, & voce liberiori iam illud idem vociferabantur Laici : verbum DEI seminabatur, & quotidie numerus Ierosolimitanorum augebatur : verecundabantur qui remanebant, & iam coram gloriabantur qui peregrinatum ire disponebant. Alii alios cohortabantur, & in angulis & in compitis, inde singuli sermo- 49 cinabantur. Nimirum pro his agendis dicunt quædam diuinitus obtigisse signa, quæ nos omnino non ignoramus vera. Anno siquidem ab incarnatione millesimo nonagesimo quinto, pridie Nonarum Aprilium, feria quarta, Luna vigesima quinta, vilus est ab innumeris inspectoribus in Gallia, tantus tamen discursus, ut grande, nisi lucerent, pro densitate putarentur : opinabantur etiam quidam eas cecidisse : nos tamē de earum occubitu, nihil temere præsumimus affirmare. Nouimus tamē, Veritate testante, quod quandoq; stellæ cadent de cœlo : De discursu autem velearum corruscationibus, si quis dubitat, vel nobis credat, vel annalibus nostris, in quibus id notatum reperiet, saltem adquiescat. Quid autem concursus iste præcipue portenderit minimè diffinimus : præsertim cum nobis nondum datum sit nosse mystrium regni DEI : sed per parabolas & quædam competentias, motui stellarum Christianitatis motum comparabant. Quippe anno subsequentे & Synodus Agernis habita est, & via inchoata est. Præter hæc omnia, quædam Christianis intima inspirabatur voluntas, ut penè omnes iter arriperent, si stipendorum facultas eis suppeteret. Lætabantur patres, filii abscedentibus ; gaudebant vxores abeuntibus maritis dilectissimis, plusq; tristabantur quod remanebant. Plures tamen abierunt, quam quod vel vix vel nullatenus reddituri earū viri properabant. Et mirū in modū, quod fieri solet in mortibus carorū, lachrimas his & illis extorquebat locunditatis affectus. Excessit tamē medicinam modum, quia plusquam debuit in quibusdam eundivulatas

A. D.
1095.

Matt. 24.29

A. D.
1096.

Iuntas surrepsit. Nam & multi Heremita & reclusi & Monachi, domiciliis suis nō satis sapienter relictis, ire viam perrexerunt: Quidam autem orationis gratia, ab Abbatibus suis acceptalientia, profecti sunt; plures autem fugiendo, se subduxerunt. Multi etiam de gente plebeia, Crucem sibi diuinitus innatam iactando ostentabant; quod & idem quādam ex mulierculis præsumperunt: hoc enim falsum depræhensum est omnino. Multi verò ferrum calidum instar crucis fibi adhibuerunt, vel peste iactantibz, vel bonæ suæ voluntatis ostentatione. Sed de his, vt liberet. Talibus enim rumoribus concursus euntium in tantum augmentabatur, vt iam esset numerus innumerus. Hæc iccirco inseruimus, ne vel alio quid præterisse videamur; vel nostratis, in vanitatibus suis perpercisse redarguamur. Nec tantummodo populares citramontanos homines is rumor exciuit, sed Palatinos Consules & Regios Tyrannos cieuit: videlicet *Hugonem Magnum*, fratrem Regis Francorum; *Robertum Normannia Comitem*, Anglorum Regis *Wilhelmi* filium; iterum *Robertum Flandrensem*. In Alamanniæ partibus Dux *Godefridus*, cum fratre suo *Baldwino* & *Eustachio*, sermonem hunc recepit, & iterum aliis *Baldwinus* Comes de Monte. Ultra montes quoque, in *Apulia* scilicet, verbum istud percrebuit: & *Boamundum*, virum admodum industrium, Roberti Guischardi filium, Ducis Rogerii fratrem vocavit; eique *Tancredum* nepotem suum, & *Ricardum* de Principatu sociauit. Porrò si de viris Consularibus loquiat-
tentarem, nec de *Radulpho Balgentiacensi* tacerem; nec *Ebrardum de Puisat* prætermitterem, nec de *Centorio de Bieria*, nec de *Wilhelmo Amanei* aliquid dissimularem, nec multos alios stylus noster fastidiret: qui tamen præclaris facinoribus suis seipso magnificauerunt, & in exercitu Dei se laudabiliter habuerunt. Nectamen hos vel alios æmula præteribit obliuio, vbi se opportuna offeret occasio. Prædicti itaque viri, expeditionem Dei aggressi, *Constantinopolim*, imperatoriæ dignitatis ciuitatem, cum populis innumeris appropinquauerunt. Neque siquidem *Angliam*, vel alias maritimas insulas, licet à nobis vndisoni masis abyssō ab orbe remotas, tonitruum istud latere potuit; imò & *Britannos* & *Graecos*, & extremos hominum *Gallicos*, fama perniciter succrescens animauit, & armavit.
30 *Venetii* quoque & *Pisani*, & *Iennani*, & qui vel Oceani vel maris Mediterranei littus incolebant, nauibus onustis armis & hominibus, machinis & virtualibus mare sulcantes operuerunt: & qui terrâ ibant, vniuersæ terræ faciem, tanquam locutæ, occuluerunt. Transendum fuit prædictis *Alamannis* per Vngariam, & transierunt. *Petrus* quidam, magnus Heremita, cum multis Alamannis & Francis plurimis, subsequens agmen præcesserat, & Regiam ad urbem applicuerat: Inuenit tamen multos *Lumbardos* & *Longobardos* & iterum *Alamannos* qui eum præcesserant; & ex Imperatoris responso, venientem exercitum sustinebant. Imperator autem interim iis mercatum dari iusserat, sicut erat rectum, in ciuitate: Mandando quoque mandauerat, ne quendam sinum maris, quem *Brachium Sancti Georgii* vocant, transfretarent, quoisque maximus qui subsequebatur aduenisset exercitus. Si enim, ait, aliter egeritis, efferi Gentiles in vos irruent, & imbellem hanc perirent legiōnē: quod & sic postea contigit. Gens etenim illa sine Rege, sine Duce, variis aggregata locis indisciplinatè viuentes, in res alienas rapaciter inuolabant, & plumbum, de quo Ecclesiæ copertæ fuerant, absportabant & vendebant; necnon & palatia destruebant, & in omnibus se nequiter agebant. His cognitis Imperator iratus est valde: quippe qui beneficiis suis illos iam videbat ingratos: Coegit itaque eos transfretare expulsos à ciuitate. Qui transfretati multis iterum illicitis in Christianos patratis: nam & domos eorum, & Ecclesiæ, hostiliter terrâ deprædatâ, cremauerunt:
40 tandem venerunt *Nichoniām*. Illic Lumbardos, Longobardos & Alamannos à Francis separantes: Francis liquidem ferociores & intractabiliores erant; & ob id, ad omne malum procluiiores: præfecerunt sibi gentes aliæ, Francis remotis, quendam *Raginaldum*; & sub eius Ducatu ingressi sunt *Romanum*. Ultra *Nicenam* au-tem ciuitatē progrediētes, quatuor itinere dierum, inuenerunt quoddā castellum cui nomē *Exerogorga*, (incertum an timore an industria,) incolis omnibus vacuum: illud igitur intrantes causa hospitandi, ibi demorati sunt, quippe ipsum inuenerūt, omnium virtualium redundantia plenum. Quo *Turci* per exploratores suos congiito, haud mora circumuallare castellum festinauerunt. Raginaldus cum suis
50

castellum exierat, ut *Turci* venientibus prætenderet insidias. Praeualuerunt autem *Turci*, & multos ex eis gladio teciderunt; si qui verò potuerunt, fuga elapsi in castellum recepti sunt: Quo vndique obfesso aquam illis confestim abstulerunt. Fons etenim & puteus, quo castellum sustentabatur, extra erat, quem vtrinque viriliter circumseptum Turcorum exercitus indefinenter obseruabat. *Nihil est laborantibus, aque penuria durius:* Nihil certius tuta expugnant loca, quam intollerabilis fitis iniuria. Coaëti sunt ergo Christiani, suorum sanguinem elicere & bibere iumentorum: Alii pannos in cisternas limosas deponebant, & si quid humoris inuenissent, in os suum exprimere non erubescabant: Dicitum est, quod nimis turpe est, quod quidam in manibus suis micturiebant & sorbebant: Alii si forte reperirent terram humidam vel frigidam, fodiebant; & in ipsa vel nudi supinabantur, vel suis apponebant pectoribus, ut saltem sic quoquomodo refrigerarentur. *Quis in tantis anxiatus angustiis viuere potuit?* Sustinuerunt tamen moribundi magnam hanc per octo dies incommoditatem, Sacerdotibus qui aderant sic interim sermocinantibus: *Sustinet fratres, ut enim vos tenet adest DEVS.* Nolite itaque desperare in his etiam magnis tribulationibus. Sed efficite grauiter, ut qui eis pro nobis iram, vel in arcto positi nunc eius largifluam vobis euerberet is misericordiam. Promereri poteritis in tali angustia positi eius beneficium, si ad ipsum totu[m] corde configueris auxilium. Ipse olim percussi iussit in deserto Sina petram; & fluxerunt aquae, & biberunt patres nostri in saturitate. Adhuc est eiusdem potentia; adhuc est eiusdem misericordia. Si vos modo non exaudieris, culpa nostra est; si vos modo non respexerit, nostra est negligentia. Reminiscamini quoniam cum grauiter offendimus, & irritauimus, qui in rerum fraternalrum rapacitate & in Ecclesiarum destructione inexplicabiliter crassati sumus. Hæc illis Sacerdotes quotidie referebant, sed illi nullo vino compunctionis potari poterant. Computruerant illi, tanquam iumenta in stercoribus suis, ideoque de peccatis suis, indurati corde cum Pharaone, Deo satisfacere nequaquam potuerunt: quo circa perierunt. Obthurauerunt igitur aure suas, aspidibus surdiiores, contra vocem incantantium sapienter: & siccirco reuera operati sunt insipienter. Quin Dux eorum *Raginaldus* cum Turcis consiliatus est; & vt eis si posset fratres suos proderet pactus est. Exiuit itaque cum multis, fingens se ad bellum procedere, & transfuga fugit ad Turcos. Qui remanserant, in honestam coacti fecerunt deditio[n]em; & ô miserum facinus! versi in desperationem, contra Dominum abominabilem commiserunt apostasiam. Illi verò qui fideli suæ testimonium perhibuerunt, vel capitalem subière sententiam; vel in signū positi, sagittati sunt; vel ab iniuicem diuulsi, pro vili præcio venundati sunt; vel in captivitatem abducti sunt, alii in *Antiochiam*, alii in *Corrostanum*, alii in *Aleph*, aut ubi de eis triumphantibus, & captiuantibus captiuos captiuatum ire magis complacuit: qui tamen pro fidei Christianæ inconuulso tenore, gloriose fine quieuerunt. Hanc persecutionem primam perpessi sunt Christiani tertio Kalend. Octobris. Audientes iterum *Turci* quod *Petrus Heremita* & *Walterius* cognomento *Sine habere*, in alia ciuitate cui nomen *Ciuitot* prope *Nicenam* essent, persecuti aggressi sunt illos, pro secundis successibus rabidiiores, & more luporum debachantium vel ferræ tygridis, sanguine effundendo procliviis incumbentes. Iam igitur, securi de triumpho, accurrentes obviauerunt Walterio, quem & multos qui cum eo erant, obtruncauerunt. Petrus enim Heremita iam *Constantinopolim* redierat, quoniam illum auscultare gens litigiosa non adquiescebat. Et quoniam eos imparatos Turci repererunt, ideo facilius superauerunt. Decollauerunt etiam quendam Domini Sacerdotem, *Missarum* soleania suppliciter celebrantem. Si qui potuerunt euadere viui, fugerunt; vel in carcæsis vel syluis, vel in montanis delitescentes; alii Ciuitot castellum, quatinus se defendenter, tenuerunt; quod & Turci protinus obfederunt; lignisque quam plurimis vndeque allatis, incendium & castello & hominibus præparabant. Christiani autem, extrema iam in desperatione positi, animosiores: *Desperatio siquidem aliquando audacie[re] facit*: audenter in ligna iaculati sunt ignem. Sic ergo euaserunt incendium, sed non omnino euaserunt imminentis mortis periculum. Apprehenderunt siquidem Turci totam castrum munitionem; & Christianos apprehensos vel occiderunt, vel captiuauerunt, vel in quodlibet opprobrium sublannaauerunt. Hæc iterum passio contigit eis in *mense Octobri*. Ecce modico temporum interuallo, paruo terrarum interstitio Christianitas bis profligata est, bis multata, bis castigata: quod pro expiatione facinorum suorum illis contigisse non ambigimus; & pro reprimenda mirus castorum stoliditate; & pro subse-

subsequentis exercitus necessaria castigatione. Qui enim adhuc citra *Constantinopolim* castra metati fuerant, hoc auditio (multi etenim profugi redierant, quorum omnium arma Imperator emerat, quatinus inermes suis minus nocere possent) alii alios expectabant, quatinus Consilio communica^to, auxiliaribus freti ducibus, & copiis stipati militaribus, terram inimicorum ingredenterur, Deitate sibi, precum pura Confessione, prius complacata. Dum h^ac agerentur Dux *Godefridus* & *Baldwinus* atque *Eustachius* fratres, & *Baldwinus de Monte* cum turmis suis per Vngariam commeantes, Constantinopolim appropinquabant. *Podiensis* namq^{ue} *Episcopus* & *Comes Raimundus* per Sclauariam gradiebantur. *Hugo Magnus* & *Flandrensis Comes*, & *Robertus Normannorum Dux*, cum suis commilitonibus Romam prætereuntes, in *Apuliam* deuenientur. *Boamundus* autem tantas *Francorum* frequētias audiens aduentare: neque siquidem tantum hominem huiusc rei ignarum, tam diuulgatā famā pertransire poterat: singulorum probitatibus signisque perscrutatis, pallium optimum præcepit afferri: quod per particulas concisum, cruce vnicuique suorum distribuit, suamque sibi retinuit. Tantus igitur militum concursus ad eum subito factus est, quatinus *Comes Rogerius* in obsidione (erant siquidem vterque in quadam obsidione) penè solus remaneret; dolensq^{ue} se suam amisisse gentem, *Siciliam* cum paucis reuersus est. *Boamundus* autem, vt erat vir per omnia modestissimus, modestè viam suam & euectiones præparauit; & cum optimatibus suis & cum affluentibus armatorum copiis transfretauit, & tandem tranquillo remige in *Bulgaria* partibus applicuit. Nomina verò suorum qui ei in itinere hoc adhæserunt, ei^{que} aliis cohæserant in bellis, h^ac sunt: *Tancredus Marchionis* filius; *Richardus de Principatu*, *Ranulfus* frater eius; *Robertus de Anxa*; *Ermannus de Canni*; *Robertus de Surda valle*; *Robertus filius Turstani*; *Hubfredus filius Radolfi*; *Ricardus filius Comitis Rannulfi*; & *Comes de Rusinolo*, cum fratribus suis, & *Boëllus Carnotensis*; *Alberetus de Cagnano*, & *Gunfredus de Monte Scabioso*. Hi omnes vnanimiter Boamundo coniuncti sunt; eiq^{ue} se deuotissime in via Dei obedituros, inseparabiliter iurauerunt. *Hugo* verò *Magnus* & *Wilhelmus Marchisi* filius ad portum *Bari* pelagus præproperè ingressi sunt, & nauigantes applicerunt *Duracium*: Dux autem ciuitatis illius de Principibus Imperatoris vnuus, arbitratus eos, vt reuera erant, viros magnos & gnaros, apprehendi iussit eos, vt pote qui nondum erant cuncis militaribus, & auxiliaribus peditum manipulis sati præmuniti. Fecit ergo eos sub excubanti custodia Constantinopolim sollerter deduci: quatinus Imperator pro libitu suo super eos decerneret; si que vellet hominum & fidelitatem ab eis reciperet. Hoc autem Dux ille iccirco maximè fecisse visus est, vt & deuotionem quam erga Imperatorem suum habebat, res ipsa talibus indiciis approbaret; eumque sibi vehementius conciliaret. Dux autem *Godefridus*, Ducum omnium primus Constantinopolin venit, duos dies ante *Natalie Domini*, & prope illam castra metatus est. *Boamundus* enim suos expectando, qui cum subsequi satagebant, pedentim gradiebatur; proinde callide eos paulatim eundo in dies operiebatur. Imperator autem in suburbio ciuitatis, duci paulo post mandauit hospitium. Armigeri verò Ducalis exercitus, sine qualibet cautela, ad subuehendas paleas, vel cætera sibi necessaria, extra ciuitatem cursitabant. Quippe nondum aliquid de Imperatore suspicabantur sinistrum, vtpote qui eis voluntarius præbuisset hospitium. Imperator verò absconsè suis mandauerat *Turcopolis* & *Pincinatis*, quatinus in dies exeentes inuaderent, & perimerent, & curiosissime super hoc excubarent. Duci, suorum defectus nunciatus est; & inopinatae Turcopolorum ei patuerunt insidia. Exiuit igitur *Baldwinus* ad suorum protectionem, & si posset ad insidianum deletionem: inuenit autem eos insequentes suos; & ex improviso incautos inuasit, & superauit; partem occidit: sexaginta quoque ex iis viuos compræhensos, fratri suo Duci imperterritus præsentauit. Audiens hoc Imperator *Alexius*, (Alexius enim vocabatur,) valde iratus, malum exercitui CHRISTI in corde suo indesinenter machinabatur. Dux de Imperatoris furibunda perturbatione certus, præcauens in futurum, Ciuitatem exiuit; & vbi prius sua fixerat tentoria collocauit. Nocte superueniente, iussu Imperatoris inuasa sunt castra Duci, & exercitus eius multis lacerassis iniuriis. Dux autem, sicut erat huiusc rei sagacissimus, & pugnator acerrimus, excubiatores qui tentoriis excubarent prudenter disposuerat; & vnumquemque vigilare sibi mandauerat: Versutias enim Imperatoris non nesciebat. Repulsi sunt quanto-

ciùs inuasores; & ex illis septem peremptis, vsque ad portam ciuitatis audacter
Dux fugavit fugientes. Ad tentoria itaque sua reuersus, fuit ibi penè quinque diebus. Imperator enim interim in eum malum moliri; Dux sollicitius sibi suisq; consiliari: Imperatore ei transitum per ciuitatem Regiam prohibere; Dux subsequer-
tum Optimatum aduentum expectare. Imperator tandem vt nihil intempratum
relinqueret, (erat namque vir perspicax & industrius,) sub pacis obtentu pactus
est cum Duce, quod si transfretaret brachium, copiosum ei semper mitteret mercatum; & omnibus indigentibus, stipem impertiret necessariam: tantum de eo
iuramento esset securus. Ideo sic fecit Imperator, vt Ducem à Regione illa cum
suis amoueret copiis, ne posset coûti superuentorum Principum consiliis & auxi-
liis. Transfuit itaque Dux Imperatori facta, & ab eodem acceptâ identidem pro-
missorum fidelitate. Boamundus interim in vallem de Andrinopolin venit, ibi-
que suos concionando taliter alloquutus: Optimates & Commilitones nostri, Oportet
cavere nos omnes deinceps abeamus. Cartela nobis est per necessaria, presertim cùm pro DEO à no-
stra peregrinamur patria: Peregrini pro DEO sumus; CHRISTI milites sumus: à Christiano-
rum persecutis diripiendis, manus rapaces cohabeamus. Tempus erit cùm terram hostilem in-
trabimus, cùm de eorum spoliis opimis distabimur & latabimur. Christiani quicunque nobis
mercatum præstiserint, securi veniant & securi redant: terra in qua sumus Christianorum
est, ideo vobis eam depradari non licet: Tantummodo in ea pro benedictione cibaria capiamus;
nec ultra quam usus viuendi postulat, fratribus suppellectilem discerpamus. Vos autem, proceres 20
nostris, familiares nostri, qui expeditiores esitis, de pedibus vigilanter procurate; & ne defi-
cient in via, eos expectando, maturius procedite; & tentoria vestra tempestiuè figite. Et
quoniam, DEO gratias, opulentiores esitis, opes vestras pro eleemosyna pauperibus effundite:
Dominum ante oculos presentem semper habete. His dictis heros prudentissimus con-
ticut, & moueri castra de valle præcepit. Tandem peruentum est Castoriam, in qua
Natale Domini solenniter peregerunt; ibique per aliquot morati dies, quæ situm-
que mercatum habere non potuerunt: Prætendebant enim homines ciuitatis il-
lius eos nequaquam peregrinos, sed gladiatores & Tyrannos. Compulsi sunt er-
go, inedia cogente, boues, equos & asinos rapere; & si quid quod mandi posset
conuenientius inueniebatur. Egressi subinde de Castoria castram eti sunt in Pe- 30
lagoniam. Castellum autem Hæretorum ibi erat munitionis, abundè bonis o-
mnibus refertum: quod vndiq; aggregatum, habitatoribus eiusdem cum eo com-
bustis, omnino pessum dederunt: hæreticis nimis inimicantes. Omnes siqui-
dem illi viatores, Iudeos, Hæreticos, Sarracenos æqualiter habent exos, quos omnes
appellant, inimicos DEI. Castello igitur illo radicitus diruto, extinctisque omni-
bus habitatoribus eius, tentoriis collectis peruererunt ad flumen Bardanum: quod
Boamundus cum parte sui exercitus pertransiit: pars etenim, Comes videlicet
de Rosinolo, cum fratribus suis, remansit. Homines autem Imperatoris qui vias
obsidentes, palantes explorabant, videntes exercitum diuisum, impetu facto ir-
ruerunt in Comitem & in suos, sperantes se in eos indifficulter præualituros, ex- 40
ercitu duntaxat à se disgregato. Quo Tancredus siue per legatum siue per tumul-
tum cognito: nec dum enim multum ab aliis abeant: rapidum calcaribus vrgens
cornipedem fulmineus aduolat; & fluuius qui intererat euadato, sed potius ena-
tato, festinum Comiti contulit præsidium. Duo siquidem milia militum Tancre-
dum subsequuti fuere, qui similiter amne transito eis auxilium præbuerunt: qui
confestim, contra spem Turcopolorum, ipsis præualuerunt, & eos de prælio fugaue-
runt, & de fugatis gloriosè triumphauerunt. Nonnullis autem peremptis, plures
apprehensos, vincitos præsentauerunt Boamundo. qui eos percunctatos quare
tam crudeliter suæ resisterent expeditioni, præsertim cum suo non inimicaretur
Imperatori, ipsis respondentibus audiuit: Nos in roga Imperatoris locati, nibil aliud 50
quam quod ipse imperas possumus. Boamundus autem Imperatori indignatus, scipsum
tamen reprimens, eos quidem impunitos dimisit; sed ne suis de cætero nocerent,
interminando eos compescuit. Dixisse tamen suis familiaribus putatur: Nos
transfulti per Imperatorem, tumorem animi compescamus; & ne eum iniustè exacerbemus,
pro ut possimus evitemus. Extrema imperitia genus est hominem ibi totum efflare spiritum, ubi
commotus animus nullum habebit effectum: Porro prudenter modus est potestatiuum hominem se-
ipsum dissimulare, ubi potestia sua nequit satisfacere. Prudenter est, in tempus differre, quod
continuo non possit implere. Rursus concordia & ignavia redarguendus est, qui cum ultra non
possit, insonat minis; cùm vero possit, illata obliuiscitur improbitatis. Si possimus, Imperatorem
bene.

beneficiis superemus; si autem mala nobis illata aquanimitus dissimulemus. Hæc ait, & iram animi tacitus continuit. Hoc bellum factum est quarta feria in capite ieiuniorum. Nulli dubium quin illa die inuiti pugnauerint Peregrini, nisi quod se defendendi necessitas eis incubuit. Interea Imperatoris legati obuiauerunt Boamundo, (Boamundus enim iam suos ad eum direxerat,) qui eum per terram illam securè de duceret, & eis ubique mercatum impenderet. Misit autem ad hoc quendam suum *Corpalatum*, valde sibi familiarem, hominem admodum solerterem: Iste semper præbat, & ex Imperatore regionarios allocutus, forum rerum venalium semper eis præparabat. Ad quoddam ventum est *castellum*, quod quia frumento, caseo, vino & oleo redundabat, aggredi contendebant: Castellani siquidem, neque eis mercatum præparabant; & in tantum eos verebantur, quod neminem eorum recipiebant. *Boamundus* autem viriliter illud prohibuit, ne forte Imperator in eo, aliquam inueniret perperam: licet ei *Tancredus* & alii multum in faciem restiterint; prævaluit tamen sententia prohibentis. Manè factò obuiam illi exierunt Castellani, Cruces præmanibus gestantes, & indulgentiam deprecantes; & ei quæcunque placuissent offerebant: Ille autem libenter eis indulxit & pertransiit. Venit autem ad ciuitatem quæ *Serra* dicitur; & ibi sufficiens habuerunt mercatum. *Boamundus* tunc prudenter egit, quoniam cum duobus *Corpalatis*, sine aliqua amaritudine concordatus est; & amicissimi in die illa facti sunt: pro illorum denique amicitia, cuncta reddi animalia iussit, quæ sui rapuerant, quæcunque fuerunt inuenta. *Corpalatii* autem, hominibus omnia quorum fuerant, reddiderunt: Luctus itaque plangentium, versus est in gaudium. Denique prout tempus poscebat, de loco in locum castra metati sunt; & usque *Rusam* ciuitatem venerunt: Ibi quæcunque necessaria erant sufficienter comparatis (Græcorum quippe gens Boamundum videre desiderabat inhianter,) suos tetenderunt papilones, feria quarta ante *Cenam Domini*. Boamundus ibi sua gente dimissa, cum paucis ad Imperatorem protectus est, suisque dixit hominibus: *Modestè vos agite*: *ego vos praibo, vobis transitum preparaturus; vos autem moderanter appropinquare ciuitatem, & omnia sapienter agite*. *Tancredus* autem caput & Princeps militum Boamundanæ, videns Christianos in expeditione pauperatos & mendicos, eis in immensum condoluit; & illos, qua cibaria inuenient, per aliam viam conducere cogitauit. Intrauerunt igitur in *vallum* ubera glebae gaudentem, & nutrimentis corporalibus refertam: ubi *Pascha Domini* celebraverunt. Imperator audiens, quem *nimium* verebatur, aduenisse *Boamundum*, (frequenter enim de prudentia & audacia eius audierat; ipseque semel & iterum cum patre suo *Guiscardo* pugnauerat & superauerat) honorifice suscepit eum, & extra ciuitatem, prout utrumque decebat copiosè procurauit. Dum autem Imperator de colloquio Boamundi præcepisset, Dux *Godefridus*, *Constantinopolim*, suis ultra Brachium relictis, redierat: quoniam Imperator, ut ei pepigerat, mercatum nullum transmiscebatur. *Episcopus* verò *Podiensis* & *Sancti Egidii* Comes, sua iterum post se intermissa multitudine, aderant. Imperator à suis accepto consilio, (gens quippe Græcorum multum callet in consiliis) Heroas singulos per internuntios allocutus est: quatinus ei omnes, & *hominium* & fidelitatem facerent; & sic securi transfretarent. Optimates enim Regiæ ciuitatis sibi præcaentes, ne forte *Franci* congregati in eos insurgerent, bonisque suis eos priuarent, illud Imperatori consuluerant, ut saltem à Franci taliter securi viuerent. *Franci* siquidem omnino perjurium vitant. Hoc Imperator ingeniosè querere; Franci viriliter negare: Franci prætendere se iuramentum nulli nisi Deo debere, cuius milites erant in via: ad hæc Imperator transitum abdicare: de cætero, & mercatum & conductum polliceri; seque ipsum post eos iturum, & iis cum omnibus suis copiis subuenturum affirmare. Angustiabantur Franci, iuramentum facere renuentes, præfertim cum Græci aliter eis meatum nequaquam consentirent. Quid ficerent? contra Christianos pugnare nolebant; transitum pacifici habere non poterant: imperfecto ad quod ierant negotio, ad propria regredi abominabantur. Tandem multi compulsi necessitatibus in hanc deuenire sententiam, pollicitationibus Imperatoris aliquantulum allecti: quatinus eo tenore satisfacerent Imperatori, si ipse de quibuscumque eis promitterebat, eis iurari præcipiteret: quod ita totum factum est. Iurauerunt igitur *Alexio* Imperatori vitam & honorem, quod neutrum ei auferrens, quoad ipsè quod iurabat bona fide teneret. Comes autem *Sancti Egidii* plus aliis renitebatur; imò, quomodo de Imperatore suos vlcisceretur, irrequetus cogitabat.

Praeualuit tamen communis Heroum sententia; & ab hac intentione animosum
 Comitem reuocauerunt. Iurauit itaque, sed ad hominum nequaquam deductus est:
 dixit enim se malle mori, quam hominum faceret Imperatori. Dicunt Græci sa-
 cramentum Comitis satis fuisse, quandoquidem illud quod amplius exigeabant
 extorquere non potuerunt. præceptum est igitur illico de nauigio. *Tancredus* inte-
 rim cum exercitu sibi commisso aduenerat. Audiens itaque quod Imperator à
 maioribus natu sacramentum exegerat, cum *Ricardo de Principatu* inter plebeios
 delituit; pupibusq; acceleratis, properus pertransiuit. *Boamundus* tamē suis trans-
 fretaturi, succinctè dixit: *Maturate gradum, nec aliquid incaute faciatis: demorabor ad-*
truc de mercato locuturus, ne aliquid inconsultè fecisse videamur: vos prudenter ambulate: nec io-
nimis remissè, nec insipienter militate. Plerumque contingit, ut quorundam insipientia, sapi-
 entium causas impedit. *Videte ergo quomodo caute ambuletis omnes & singuli; & alius alium*
attentius commonete. et de transitu festinanter mandauit. Ecce iterum Le-
 gationes Episcopi *Podiensis* pariterque Comitis aderant *Tolosani*. Remansit itaque
 Comes cum sua gente, donec ei & Boamundo satisfactum esset de mercato. Dux
Godefridus cum aliis Nichomediam venit, ibique cum Tancredo tribus diebus fuit.
 Cognitoque quod nulla, qua tot & tantæ gentes possent procedere, pateret via:
 milii Dux qui rupium & montium complanarent præcipitia, hominum tria mil-
 lia, qui acceptis securibus asciis & vidulis, aliisque multimodis ferramentis, ad
 carecta & frutecta stirpanda, & ad prærupta montium coæquanda, viam exerci-
 tui præparauerunt: positisque in altum signis, quæ subsequentes agnoscere pos-
 sent, ne forte deuiaarent; venerunt Nicheam, *pridie Nonas Maii: Nichea autem to-*
 cius Romanæ caput est. Castris itaque metatis, locatisque tentoriis, obsecsa est
 Nichea, quæ est ciuitas munitissima: vt pote quam ostentabant inexpugnabilem
 in cœlum porrecta menia; lacusque adiacens ciuitatem à latere cingens. Passi sunt
 igitur ibi Christiani calamitosam panis inopiam: ita ut si quando panis unus inue-
 niescatur, viginti vel triginta denarios emeretur: Nondum enim mercatum ad
 eos ab Imperatore fuerat directum. Sed Deo de suis procurante, venit con-
 festim *Boamundus* copiosum terra mariq; deducens mercatum: facta est itaq; ino-
 pinia & repentina victualium vberitas, in tota CHRISTI militia. In die autem *As-;*
cenſionis Dominica, aggressi sunt ciuitatem expugnare; & contra muralem altitudi-
 nem machinas ligneas erigere. Per duos igitur dies infestantes acriter ciuitatem,
 conati sunt etiam murum effodere. Gentiles qui intus erant, è contra viriliter in-
 state, muros penatesque suos magna vi defensare; lapides & spicula dirigere, cli-
 peis se protegere, & superuenienti celorum nimbo se audacter opponere. E re-
 gione Galli nihil intentatum relinquere; consertorum testudine scutorum se oc-
 cultare, & sic iaculorum ingruentiam deuitare; & sic persæpe fatiscentes obfessos
 laceſſere. Ciues interim missis nuntiis, neque siquidem qua lacus extendebar, *ciuitas obſeruari poterat.* à Contribulibus & Confinibus suis adiutorium conuo-
 cauerunt, dicentes: *Accelerate, per meridianam portam, nihil formidantes intraturi. Por-*
ta, inquiunt, enim meridiana, adhuc ab omni vacat obſidione. Ipsa autem die, porta
 eadem Comiti *Tolosano* & *Podensi* Episcopo, Sabbatho scilicet post *Ascensionem*
Domi ni, commissa tuit: nam eadem die uterque aduenerant. Comes itaque *Sara-*
renus securè a currentibus, ex improviso armatus obuiauit: & eius exercitus totus
 in armis speciosus; & omnes signo sanctæ Crucis confisi, barbaram viriliter repu-
 lerunt stoliditatem. Quæ gens non paucis suorum amissis, in fugam turpiter
 versa est, & à *Francis* indifficulter superata. Comes itaque cum magno trophæo,
 eâ die tentoria sua ingressus est. Ciues obfessi aliquos rursus direxere nuntios, qui de
 auxilio loquerentur; & spem pugnæ & certitudinem victoriæ, iurando testaren-
 tur. Veniebant igitur cateruatum congaudentes, & victoriam in manibus autu-
 mantes, & de spoliis inimicorum diripiendis iam latentes. Efferebant itaque suos
 unusquisque funiculos, quibus vincitos ad sua captiuatum ducerent Christianos.
 Confidebant namque, & in magnis nationum congregatarum copiis, & in suæ
 viribus animositatis: paruipendebant etiam gentem Christianam, vtpote & iti-
 neris longinquitate molestatam; & fame & siti, multisque aliis incommodati-
 bus profligatam. Ex montium igitur cacuminibus incaute congregati descende-
 bant, & ad ciuitatem usque discurrere satagebant. Quibus iterum obuiantes
 Franci: Franci siquidem nihil negligentes, vias omnes obseruabant: eos rursus
 inuaserunt, rursus superauerunt, rursus fugauerunt; multos autem internectioni
 deditis

deditis victoriosi redierunt: attulerunt etiam plurima cæsorum capita, quæ fundibulari proiecerunt in ciuitatem, ad obsidentium exultationem, ad obser-
torum perturbationem. Non tamen gentiles minus animosiores Christianis
resistebant: Sed modo de propugnaculis iacula dirigere, muros defendere;
modo progredientes, ipsa castra perturbare. Contra Comes *Raimundus* & Po-
tensis Episcopus, homines ordinauerunt, qui turrem quæ tentoriis suis por-
recta præmininebat, incessanter suffoderent; & infractis viribus operi iniun-
cto insisterent. Aggressi itaque ciuitatem, colonos rebellantes, balistis &
cubus & fundis deterrentes, (grandinem etenim superuenientia tela puta-
res:) homines præparatos ad muros usque dirrexerunt; & ne quid eis mali pos-
sent oppidani moliri; sagaciter eos tuebantur; suffoderunt itaque turrem radi-
citus, immissisque lignis, & igni in muro terebrato succenso, indemnes redi-
erunt ad suos. Ignis extemplo lignis præualuit: Quibus combustis, turris de-
pendens extabuit; & per rimas dehiscens, ruinz machina tota succubuit. Sed
quoniam nox erat, non potuerunt nec voluerunt Christiani contra urbem
præliari, quod manè futuro se facturos disponebant. Dilatio autem ipsa mul-
tum obcessis profuit, multum vero Christianis obfuit. Nocte siquidem gen-
tiles murum irrequieti reædificauerunt; noctemque illam insomnem duxerunt,
in nullo pigrantes, sed de ciuitatis suæ tuitione se inuicem cohortantes. Fa-
cto diluculo *Franci* de inopina muri reædificatione vehementer admirati sunt,
& eorum irquietudinem laudauerunt; & tamen quia diutius ibi morari com-
pulsi sunt, doluerunt. De repente siquidem maceriam eò usque inaltauerant,
vt Christiani eos ex illa parte neutquam nocere possent. Cassatus itaque Chri-
stianorum labor hoc modo fuit, quibus illa mœniorum suffossio nihil profuit.
Ecce aduenerat Comes *Robertus de Normannia*. Isti omnes urbem obse-
runt, tentoria sua propè locantes. Ex vna parte obsederant eam *Boamundus* &
Tancredus: Iuxta quos Dux *Godefridus*, cum fratre suo *Balduno* atque *Eustachio*:
Deinceps autem Comes *Flandrensis*, vir quidem strenuus & miles audacissimus:
Iuxta hunc etiam Comes *Robertus Normannus* atque *Stephanus Carnotensis*, & Co-
mes de *Sancto Paulo*, & *Chomanus filius Comitis Gaufridi*, & *Radulphus de Guaer*, &
Rogerius de Barnauilla & alii quam plures. A porta vero meridiana *Tolosanus* &
Podiensis, vt dictum est, excubabant. Ita circumcirca eam vallauerant, quatuor
nus nemo vel ingredi vel egredi possit, nisi qua lacu ciuitas cingebatur. Per
lacum enim Christianis videntibus, securi nauigabant, sibiique necessaria na-
uigio deuectabant. Porro CHRISTI militia taliter urbem obsederat. O ca-
stra speciosa! o Tentoria Imperiosa! quis unquam similia vidit Tabernacula? Cesset illa
adulabilis fabula de Troia; vilescant illa Pelasgorum tentoria; obsecurentur ulterius proce-
rum illorum actus & nomina. Illic Vlysses suam exercuit astutiam; Ajax suam ostenta-
uit audaciam; Achilles suam manifestavit duriciam. Hic Columbinam Christiani pre-
sendebant simplicitatem; & in armis mundam & gloriosem exercebant militiam: mundi
moribus, vegeti corporibus, animosi pectoribus dimicabant: Quippe animabus suis praæaue-
bant; carnisque voluntatibus & voluptatibus, omnia illicita, abdicabant; fulgebant in ar-
mis, maximeque in morum ornatum erant decentissimi. Fateor & verum fateor, quo-
niam si *Balaam* huic tam formosæ speculationi adesse meruisset, tentoria ista,^{Num. 24, 5.}
tentoriis Istraëliticis præposuisset. In castris siquidem Christianis, nec *Fines* ^{Num. 25, 6.}
Medianitudem, quam pugione confodere deberet, inueniret; nec serpens ma-
lignus quem pro malignitate sua torret, haberet. Ut breuiter dicam, mili-
tia illa, formosæ Ecclesiaz instar erat; & forma, vt de tali non temerarius Sa-
lononem decantasse autumauerimus: Ecce tu pulchra es amica mea, sicut Taberna-^{Cantic. 1, 1.}
cula Cedar, sicut pelles Salomonis. In ista siquidem expeditione Duces ipsi mili-
tabant, ipsi duces excubabant; vt nescires quid Dux à milite, quid miles dif-
fertet à Duce. Præterea ibi erat tanta omnium rerum communitas, vt vix aliquis
aliquid sibi diceret proprium; sed, sicut in primitiua Ecclesia, fermè illis
erant omnia communia: Lupanar & prostibulum omnino à castris suis pro-
cul eliminauerant, & potissimum de morum honestate disceptabant: Ibi ta-
men cum hominibus mulieres habitabant, sed vel in coniugio vel in legali
ministerio. Si quis enim alicuius conuincebatur in honestatis, vel in faciem, vt

exteris metus incuteretur, castigandus increpabatur; vel grauiter de eo vindicabatur: quotidie siquidem de continentia sermocinabantur Episcopi, & omnes scortum, & abusum de medio castrorum abhominabantur. Opponebant se certatim castrenses illi pro fratribus, inimicorum gladiis; & mirum in modum lacerabantur, si mori mererentur pro vlciscendis proximorum iniuriis: *O super omnes regiones extollenda Gallia: quam pulchra tabernacula tua ecce in Romania! ab Occidentali Europa armata iter arripuit;* & in Asia tenuit atque Conopeorum tuorum paxillos collocasti. Conseruet, ac perennet D'E V Shanc bona voluntatis tua unanimitatem: quatinus tua procedere possis ad quam suspiras Ierusalem. Turci interim & pro ciuitate defendenda defudabant, & à mœniorum restauratione nullatenus quiescebant. Terrâ vnde obfessi, lacui virtualia subiecturi securi se committebant. Ibant & redibant Christianis videntibus, nec eis nocere poterat Francorum quantuslibet exercitus. Sed quis eorum sollicitam euasit solertiam? Franci, viri per omnia prudentissimi, consilium accepunt, quatinus oppidanis auferrent etiam lacum. Direxerunt itaque Legationem suam *Constantinopolim*, quæ vocabulo antiquiori *Bizantium* dicta fuit: unde & adhuc moneta ciuitatis illius, denarios *Bizantios* vocamus: quatinus Imperator imperio potestatiuo, nauigium copiosum *Ciuitat* dirigeret, vbi portus erat oportunus: & quoniam *vocuit differre paratis*, nullas in remittendo innecteret moras. *Insuper*, inquiunt, *boues & plaustra nobis transmittre, ad rates per montana & sylvas ad lacum usque subiectandas.* Si enim taliter egeris, ciuitatem Nicream, quam obfeditus, quam *Turci* sibi violenter abfulerunt, indubitanter recuperabis: nullum enim habent effugium, si suum eis interdicimus nauigium. Ex Imperatoris præcepto & boues festinanter adducti sunt, & naues veliuolæ, portum Ciuitot appulerunt: *Turcopoli* etiam Imperatoris affuerunt. Scaphæ carrucis superpositæ, bobus huic operi ministrantibus, usque ad crepidinem lacus magno labore deductæ sunt. Ea verò die noluerunt eas impingere in lacum: quod commodius duxerunt noctem expectare. Hoc autem id eo fecisse evidentur, quatinus ex improviso ciuitati per lacum approximarent, nauigiumq; castellanorum, dum nescirent, diriperent. Sole ruente, nocteque terris incumbente naues in lacum impegerunt, easque Turcopolis mandauerunt. Crepusculo diei albescente, lacum sulcantes, ordinatè tendebant puppes ad ciuitatem. Ciues lacum nauibus opertum eminus aspiciētes, admirabantur; & si forte sibi veniret adiutorium suspicabantur. At postquam fides eis facta est naues illas contra se præparatas; neque nauigio suo sicutheri & nudius tertius, illis patebat de cætero commatus, diriguere metu, & exangues facti desperauerunt: repente no siquidem easu perturbatis, præter spem omnia contigerant. Rebellando etiam nequaquam ulterius resistere poterant, super quos confluxerant gentes innumera: urbi, terrâ lacuque obfessæ, nulla spes erat salutis; nullus locus effugii, præter, quod omnibus adiacet vicitis; dedecus deditioñis. Exterrebant eos arma incognita, & ipse fulgor armorum, obfessos exanimabat: nouerant Francorum gentem ferocem & bellicosam; nec eos ab incepto desistere, donec eis omnia provoto contigerint: Sciebant illos penitus immisericordes, quos ipsi exacerbaverant gentis suæ peremptores. De imminentia ergo tractantes periculo ad Imperatorem dirigunt, utq; sibi sub lege deditioñis respondat satisfaciunt. Securos, inquiunt, nos facias, Imperatoria fides tua non violanda, de familiaribus & substanciali nostris; urbemq; deditam fuscipe pacto tua protectionis, impunè uberas recedamus, urbemq; nam tibi reddemus. Tu re nos ab istis carnifibus qui adhuc te grauiter infestabunt, tuisque nos fac presentari conspectibus: Obtemperabimus tuis mandatis, si nostris aquæ respondebas voluntatis: liceat nobis seruire, liceat nos viuos in tuum imperium vel in tuum caput insurgentes dimicare. Ne nobis impunes, quoniam dum licet contrate pugnauimus, quod tum lege belle vivemus: fac nos tibi obnoxios uitæ concessa; ex inimico preparauos tibi deuotos seruos: Si, quod absit, post hac nos tibi senties ingratos, ingratitudini nostra, plexis corporibus, & tandem capitis amputatis, digna repende. Tanto siquidem erimus tibi fideliores, quanto parturies nos beneficiis tuis obnoxiores. Largaliberalitas Imperatoris parcat vicitis, debellat superbos. His Imperator auditis, Christianorum profectui postea ei probauit euentus, occultè inuidens, obfessorumque legationi satisfaciens, satellitibus suis imperavit, quatenus & se, & sua dedentes, Constantinopolim impunitos deducerent, deque ciuitate seruanda curiosi procurarent. Iuxta præceptum Imperatoris omnia facta sunt, & ciuitas reddita est; gensque gentilium ad urbem Imperatoriam indennis deducta est: Quam vt dictum est non modò captiuitatis, sed honorificentia liber-

libertatis suscepit Imperator, magnisq; dapsilitatibus ea' uacatam honorauit. Hoc autem iccirco fecisse dicitur, quatinus & liberatos sibi affectaret, alioisque ad deditonem iauitaret, eosque contra Christianos tempore opportuno animaret; ac per eos, in quibus clam iuidebat, occasione se præbente, rebellaret. Pauperibus tamen Christianis, multa largitus est donaria, ut taliter quod apud se occultabat, clandestino dissimularet figmento; seq; suaq; commenta, in futurum per competentes reseruaret machinationes. Ciuitate reddita, Christianorum gens ab obsidione secessit. Mortui sunt ibi multi Christiani, alii fame, alii gladio, alii quoilibet alio exterminio. Hos autem omnes existimant fœlicia laureatos martyrio, quoniam pro fratrū compassionē sua corpora tradiderunt. Gentilium etiam, pro variis bellorum euētibus, pro ingruentibus incursitantium infortuniis, multa trucidata viaderes corpora, multa paſſim reperires inhumata cadauera. Per septem hebdomadarum circulum, tresq; dies, ibi Christiani demorati sunt; & capta seu magis redditā Ciuitate, pedem aliās dirrexerunt. De non publicandis etenim Ciuitatis illius penatibus Imperator mandauerat: Noluisse ibi etiam tot dies expendisse, quoniam rebus suis multisq; diebus in cassum expensis, ut videbatur, Imperatori totum immolauerant, quod vel sanguinem suum effuderant, vel quod quas attulerant facultates in immensum attenuauerant; nec etiam, quę multimodis mortibus adquisierant, spoliis opimis gratulabantur. Pœnitiebat igitur eos longæ obsidionis, quandoquidem non dominari sunt v̄bi, more subiugata Ciuitatis: nam si saltem publicarentur facultates inimicorum, & paupertas egenorum temperaretur, & absump̄tæ aliquantulum resarcirentur impensiæ. Non igitur æquanimiter Alexius mandatum pertulerunt: Et tamen quod tunc nihil proficerent, in tempus siluerunt. Hic primum patuit odiorum seminarium: hic compertum est inimicitarum folementum: hic discordiarum ceperunt incentiva pullulare: hic simultatum simula-chra visa sunt succrescere: Nam quoniam Alexius non recte contra eos egerat, ipsi contra eum de vltione cogitabant. Hic igitur primus liber claudatur, vbi prima Ciuitate deuicta, quamuis ea pro voto potiti non fuerint, Christianus aliās milicatum ire disponit Exercitus. Vadant interim Christiani, nosque ad incœptum opus accingamur, cum luce surgentis auroræ.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

INCIPIT LIBER SECUNDVS.

 V A in die soluta est obsidio, ad quendam peruentum est ponsem, vbi sua Exercitus Christianus collocauit tentoria. Fecerunt autem ibi duos dies: Tertia verò dié antequam matutinatus Lucifer exalbesceret, iter præproperi arripuerunt: Et quoniam nox erat tenebrosa, in certam incerti arripuerunt viam. Diuisi ergo ab iuicem duorum conuauerunt iter dierum, Boamundus & Robertus Normannus Blesiensisq; è Comes, Stephanus & Tancredus. nec non Comes de Sancto Paulo, & Walterius de Sancto Valerio, Bernardusq; filius eius, & Girardus de Gornao, & Wilhelmus filius Vicecomitis Rannuli, & Wilhelmus de Ferreres, & Herueus filius Dodemani, & Chonanus filius Comitis Gaufridi, & Radulfus de Guaer, & Alanus filius eius, & Rioldus de Lohel, & Alanus Dapifer sacrè Eccleziæ Dolensis Archiepiscopi; & alii plures erant in uno agmine. In altero Talosanus & Podiensis Episcopus, Duxque Godefridus, & Baldwinus, & Hugo magnus, & Flandrensis, cum copiosis commēcantium examinibus. Die altera post secundam, Turci tanquam harena maris, innumeri contra Boamundum confluixerunt. Videntes autem Christianos, magna quidem confisi multitudine, intrepidi vnanimiter ipsos impetebant: Animabat enim eos ira, furorq;: Indignabuntur etiam, quod eorum possessiones depopularentur alienigenæ: Denique nimis ægrè ferebant, quod Nicheam præsumpliissent expugnare. Boamundus autem videns innumerabilem inimicorum multitudinem, suis & ore rapido & effero gladio militantem & insultantem, stetit imperterritus, suisq; satis consulte dixit comitibus: Fortissimi CHRISTI milites, ecce dimicandi tempus est; Metum omnem qui etiam viros effeminat abiicite; & de vobis ipsis defensandis, viriliter procurate; Itus impugnantium indefessi sustinet; & ex IESV CHRISTI confisi adiutorio, manus bellicosas exerite; viresq; amitas ecce, dum tempus est, ostentate. Ne queſo desuper petar propter nostram ne-

gloriātiam *Laus Francorū*, non vilescat propter nostrā segnitie, Sanctum nomē Christianorū. Res in
 arcto est; bellum ex aduerso est; Hostis mulius in proximo est: Nihil iamē prae ter spem scū voluntatē
 vestrā contigit vobis: Omnia vobis ex voto prouenerūt. Ad hoc patriā egressi estis; ad hoc venistis:
Bellum semper desiderasti. Ecce quod diu optasti & orasti: Ecce undiq; nos vallauerūt. Sed, o ge-
 nus infractū, o gens iniquissima: ne terre amini: quoniam reuera nobiscum est *DEVS*. Si quis meti-
 culosus est, seu audacem animum, in angusto positus, sibi mutet scū saltē, pr̄ pudore, metum dissi-
 mulet. Nunc armis & animis opus est: non est tempus socrordia, nec imperitia. Quid moror verbis?
Iam nunc sibi quisq; loquatur. tubet deniq; celeriter aptari tētoria: mandatq; locis qui
 ab eo longiusculē recesserant, quatinus ad eos iuuandos pr̄ponerent. In stat enim
 nobis, ait: nisi acceleraueritis, ineuitabile mortis periculū. Non est ambigua de Conflictatione fame, 10
 quam oculis intuemur, quam iēti corporibus persentimus. Age: iam Christiani accurrite & nos &
 vestram Remp. defendite. Commune periculum est in quo sumus. Commune discrimen est in quo la-
 boramus. Deinde dixit, Qui pedites estis, impigre & prudenter tentoria figite: qui milites estis,
 obuiam eis mecum procedite, & labore certaminis indefessi sustinetete. Pro CHRISTO praliatores ad-
 uenimus: in isto CHRISTI pralio ne deficiamus. Vnusquisq; sibi dicat quod in tali negotio facienda
 nov ignorat. Interim Turci declamantes aduencrant; & seu sagittando seu iaculando,
 seu cominus feriendo, Christianos acerrimē infestabāt: nulla fatigatis dabatur re-
 quies; sed omnia Christianorū corpora, vel crōore, vel sudore liquefientia cōspiceret.
Franci enim è contra, pondus belli inde sinēter sufferre; incursus in hostes aliquan-
 do prudenter differre; gladiis interdum resistere; socios vocatos expectare, nec in 20
 aliquo titubare. Hāc conflictuum violentiam, ab hora diei tertia, vsq; in horam no-
 nam pertulerunt Christiani. Illa die fuerunt mulieres bellantibus per necessaria: 30
 quæ & aquam sipientibus perniciter porrigeabant, & pugnantes exhortando cōfir-
 tabant. Martis campus incanduerat, nam vtrinq; totis viribus certabatur: Angebā-
 tur Christiani, nam plerumque in ipsis castris impugnabantur. Alius Excercitus,
Boamundi Legatis discredebat, de belli certitudine ambigens: Nullam siquidem
 gentem sperabat esse, quæ contra Excercitus sui partem decimam, de bello aude-
 ret anhelare. Postquam tamen rumor iste per totum percrebruit Exercitum, & le-
 gatis legati superadditi sunt, *Dux* ut erat miles acerrimus, *Comes* quoq; *Stephanus*
 vit prudens & modestus, nec nō *Hugo* magnus cum suis aduolant commilitonib; 40
Baldinus quoq; atq; *Eustachius* frater eius, intrepidi aduolāt cum suis commilito-
 nib; *Podiensis* Episcopus illos ponē sequebatur, comesq; *Tolosanus Raimundus*.
 Mirabantur iam fatiscentium Christianorū corda, vnde tanta gens, tamq; repe-
 na pr̄ter spem in eos emersisset. Cooperuerāt enim montes & valles, & si qua pla-
 na erant densis turmarum Cuncis omnia frequentabantur. Erant enim *Saraceni*,
Agulani, *Perse*, quorum numerum computauerunt trecenta sexaginta millia, pr̄
 ter *Arabes*, quorum concursus fuit indeterminatus. Interea necessarium desidera-
 batur & expectabatur adiutorium. Dicebant ergo. oī si venerit! Loquebantur autem
 mutuō: secretum habeamus quod in hānter opinamur: *DEO* hodie iuuante, de istis nos nunc atro-
 citer infestatibus, triumphabitus *Hodie de ipsorum opulentis distabimur & letabimur: Sileamus* 50
 interim & duremus. Taliter se cohortabatur; & gladiis exertis & in mortem vibratis,
 res dum taxat gerebatur. Et nisi *DEVS* in castris suorum tunc affuisset, subsidiumq;
 iam defessis pr̄parasset, ipsa dies totius expeditionis finem peperisset. Adiuncti
 repentini quos aduocauerant socii. *Podiensis* cum suo magno Excercitu, à tergo pr̄
 occupauit inimicos: Parte altera, *Comes Sancti Egidij & Baldinus*, atq; *Eustachius* festi-
 nanter equitabant: à dextera *Dux Godefridus* irruit, & *Hugo* Magnus, & Flandrensis
Robertus, per omnia miles expeditissimus. *Robertus* namque Normannus iam cum
Blesieni Stephano, nec non *Tancredo* atq; *Baldino* pugnabat. Gentiles obstupefacti,
 quoniam hostiliter & à facie, & à tergo inopinē pr̄mebantur, fugæ se crediderūt;
 & terga cedentibus consenserunt. Cecidit autem eos vsq; ad internacionem Chri- 55
 stianorum gladius; & multi, multimodis oppeterunt mortibus. Nam, & si qui po-
 tuerunt, latibulis delituerunt, cæsa sunt ibi Barbarorum multa millia, quoniam in-
 eos vehemēter crassati sunt, quos tota die immisericorditer infectati fuerant. *Wil-
 helmus Marchicus*, *Tancredi* frater ea die oppetiit, & *Gaufridus de Monte Scabioso*, Viri
 multum militares, bonæ indolis & illustres. Pr̄ter hos multi ceciderunt milites ex
 Christianis & pedites. Non enim *Turcos* imbellis audemus dicere, qui astu nimio
 pr̄pollentes audaci vigintanimo, & irreuerberato configunt gladio. Mortes eti-
 am eminus inimicis creberimē infligunt: quia vtuntur arcubus, & multis instru-
 mētis bellicis nituntur. Sed tamen multum tunc dedidicerant vsum pr̄liandi,
 quoniam

quoniam habuerant diuturnum tempus feriandi. Iactant tamen se de Francorū stirpe duxisse Genealogiam, eorumq; proattauos à Christianitate descisse. Dicunt etiam nullos naturaliter debere militare nisi se & Francos. Si tamen ad Christianitatem redirent, tunc de cunctis de Francorum prosapia exortos sese gloriantur recte. Hoc ad præsens sufficiat: quoniam indubitate viri sunt callidi, ingeniosi & bellicosi; sed, proh dolor, à Deo alienati. Obscuratur igitur ingenuitas illa, quā sicuti dicunt oriundi emanauerūt: quia veræ oliuæ, quæ CHRISTVS est, neutiquam inserti sunt. Factum est hoc prælium *Kalendis Iulii*. Christiani CHRISTO suogratias egerunt, qui eos de inimicantium eripuit manibus, eosque suis replevit consolationibus. Duxerunt ergo diem illam solemnem, Deo quæ dignam immolauerunt laudem. His ita pessimum datis, & procul effugatis, ad eorum tentoria diripienda conuersti sunt Christiani, quoniam ipsis fugientibus non utique ibi diu licuit immorari. Inuentum est ibi & auri & argeati pluriūnum: Subiugalia, mulas & equos, boues & camelos, verueces & asinos & copiosam suppellestilem in eorum papilionibus reperierunt; & diuersis onusti gazis, cum triumpho & inenarrabili gaudio, redierunt ad suos. Facta est igitur lætitia magna in Christianorum tentoriis; & celebrem habuerunt diem illam, gratias agentes prosperatori viae, & vita suæ, Domino nostro IESU CHRISTO. Solemnis igitur habita est victoria, quā liberati sunt non manu sua, sed virtute Diuina, ex omni angustia; & omni affluentia bonorum referti. Nec fama fuit contenta circumscitas vrbes excire, sed longinquas & extereras nationes cœpit deterrere; & titulum Christianitatis, remotorum populorum auribus infundere, diuulgabantur Christianorum præclara facinora; sibiq; superuenturā eorum militiā, omnes & singuli formidabant. Vnde factū est vi Solimanus Senioris Solimani filius de Nichea fugiens, inuenierit Arabum decēmillia. Qui comperto quòd fugeret, dixerunt ei: *Excors & miser quid fugis? Quibus Solimanus: olim, ait, putabam me Francorum posse superare & vincere populum, sed verfa vice superatis sumus; & ea propter vagabundihuc & illuc diffugimus. Vidimus enim, seu nos vidisse, puram, tam diffusam eorum multitudinem, ut nullus eorum estimare sufficiat apparatum; Mirari potuisse & obstatu pescere: quoniam cæli syderibus innumerabiliores sunt. Nos autem adhuc tremuli, vix eorum Legiones evasimus. Hac de renimio terrore concussi, palpando vix adhuc respiramus. Si ergo nobis creditis, priusquam vos deprehenderint delitescentes, affugietis. Neg, enim ciuitatula qualibet poterunt obſistere: quandoquidē Nicheam Metropolim nostram, prævaluerant expugnare.* Qui cùm audissent Solimanum, fugere tentaverunt. Venientes autem ad castella vel ciuitates quibus morabantur Suriani, qui & ipsi titulo Christianitatis erant insigniti, subdolè ad eos loquebantur & dicebant: *Denicimus Francos: Ita omnino defecerunt, ut omnino eraſerimus de terra ista, memoriam eorum; si qui superuixerunt in cuniculis absconditis sunt. Sic incautos alloquebantur, & intraportas recipiebantur: Ingressi autem, inſiorum municipia, domos eorum & ecclesiás deprædabantur; qui quid erat preciosum & concupiscibile, & filios & filias, auferebant, & sic eis passim illudebant: Francorum etenim præoccupabant aduentum; & antequam isti acceditissent, illi recesserant. His auditis, Christiani eos insequentes, iter suum moliebantur. Intrauerant autem terram in aquosam & inhabitabilem, in qua fame & siti, defecerunt usque ad mortem. Si forte tamen segetes immaturas inueniebant, spicas vellebant, & fricantes masticabant, & glutiebant. His tam parcis vietualibus, multis deficientibus, alii vtcumque sustentabantur, illic eorum defecerunt subiugales equi & asini; multique gloriosi milites coacti sunt ire pedites: Et qui potuerunt pro vehiculis adhibuerunt sibi boues, vel ad se vel ad sua subuētanda. Nec multò post uberrimam ingressi sunt terram, vietualibus & bonis omnibus refertam: Excepto quod e- quinas nequaquam sibi potuerunt reparare vēturas. Ventum est autem ad Ichonium, habitatorum vero terræ illius persuasione, quoniam colonia illa penuriam aquarum patitur, repleuerunt utres suos ad refocillandum: post hæc itinere diei confecto venerunt ad quandam flum, vbi duos dies hospitati recreati sunt. Cursitores, qui semper exercitum præcurrebant, seu ut exercitui præuiderent; seu ut paleas vel alia necessaria diriperent; præcurrerunt ad Erachiam, in qua ciuitate multus erat Turcorum conuentus, si qua possent obesse Christianis expectans. Collocauerant nocuas igitur, si potuissent, cursitantibus insidias: Quos inuentos audacter aggressi sunt Franci, & fugatos indifficulter disperserunt.*

Ciuitas ergo Erachia, Turcis abiectis, confessim in dominationem Christianorum redacta est: ibique quatuor confecerunt dies. Ibi se disgregauerunt Tancredus ab aliis, vir equidem singularis strenuitatis; & Balduinus frater Ducis Godefredi, vir nequaquam Tancredo probitate dissimilis: & cum suis expeditionibus valdem intrauerunt de Barrenior. Tancredus autem iterum à Balduino separatus, Tharsum venit cum suis militibus. Turci verò de ciuitate progressi, obuiauerunt eis ad resistendum præparati. Quos Tancredus hostiliter aggressos, viriliter cecidit; eosque fugientes in ipsam præliando refugauit ciuitatem. Tancredus autem, vir æquus per omnia imperterritus, laxis habenis castra metatus est propè mœnia ciuitatis. Nec mora Balduinus affuit, postulans ut se ad capiendam amicabiliter sociaret ciuitatem: Quod Tancredus omnino prohibebat. Nocte insecura Turci, exeuerserunt ciuitatem: inierunt fugam. Habitatores autem ciuitatis illius sub ipso noctis osculo, post Turcos ciuitatem egressi, alta voce clamabant: *Franci triumphi, vobis & dominatores, Turci recesserunt; urbs patet, accedit.*. Currite Franci inuictissimi, reperi ciuitatem; Currite, ne moremini cur tardatis? Hæc castorum excubitores audiebat illos, nec clam nec submissè, vociferantes: Sed quoniam nox erat, & consilium & negotium illud in diem dilatum est. Aurora illucescente, venerunt ciuitatis Maiores, sequique suaque Christianis dedentes. Volentes igitur, quas audiebant litigium compescere similitates, Non in consultè responderunt: Optimates incliti, ab his in presentiarum absfite controuersi. Nos volamus & oramus, pacifici veniatis: Sin autem, 20 Tancredus ille nobis dominetur, qui heritam gloriòse, nobis admirantibus contra Turcos dimicavit. Noluit Balduinus acquiescere, sed volebat vel eam sibi dimidiare, vel saltem eam totam communiter diripiendo publicare. Absit, inquit, Tancredus, ut fratrum nostrorum facultates dirreptas nobis peculiemur. Ipsi me rogant, ipsi me desiderant, ipsi vitam suam mihi committunt; & ego lupor apaci assimilis predam mihi commissam deuorabo? Absit hoc inquā à me. Suriani enim, qui ciuitates illas incolebant, Christiani erant, sed eis Turci principabantur. Balduinus nolebat Tancredi sermonibus adquiescere, sed in suam anhelans sententiam, in vrbis publicationem deliberabat proris pedibus currere. Totus erat vel in penatum depopulatione, vel nitebatur ciuitatem dimidiā vindicare. Nec voluit nec potuit Tancredus, refraganti Balduino diutius obluctari, quoniam copiæ maiores illius exercitus erant; dato que signo suis, lituisque clangentibus, aliquantulum amaricatus abscessit. Temperauit tamen, prouterat moderatus ira sua; & neutiquam intendebat iter in Ierusalem, pro iniuriis etiam sibi illatis, perturbare. Ita Balduinus Tarsum totam solus obtinuit. Tancredo autem, nec morâ redditæ sunt duæ Ciuitates optimæ, Azora, & Mamistra, & Castella plurima. Optimates alii cum suis exercitibus, Armeniorum terram intrauerant. Inuenierunt autem ibi municipium munitissimum; & quoniam noluerunt ibi diutius demorari, illo illæso præterito, abierunt: Nec enim pro vno castello, torum exercitum fatigare coniugium ducebant. Erat non longè quædam ciuitas Alia, quæ venientibus confessim est reddita. Quidam autem 40 vir ex militari cingulo nomine Simeon, terræ illius indigena, ad defensandam terram, vrbem illam petiit, & accepit: Qui cum quibus petuit ibi remansit. Postò maior exercitus pertransiuit: venerunt quoque ad Cesaream Cappadociæ, quæ ad folium usque diruta erat: ruinæ tamen vtcunque subtiles, quanta fuerit illa Cesarea testabantur. Inde digressi, pedem direxerunt ad aliam ciuitatem pulchram & vberæ glebae opimam Placentiam, quam Turci paulo ante tribus obfederant hebdomadibus; quæ quoniam erat inexpugnabilis, à Turcis nullatenus potuit expugnari. Hæc igitur illico non ingratanter Christianis patuit. Hanc quidam Petrus de Alia, petitam ab Optimatibus, indiscutib[er]e obtinuit, ad tuendam & expugnandam terram, in fideliitate Sancti Sepukri & Christianitatis. Auditum est in illa expeditione, quod Turci qui ciuitatem obfederant, haud longè præirent exercitum, si qua possent eis nocituri. Boamundus autem, negotiorum militarium vir industrius, de suis quos voluit accitis militibus, eos curiosè insecurus est, sicubi forte posset eos inuenire & laedere. Nihil tamen profecit, quoniam eos inuenire non potuit. Ventum est deinceps ad Coxem, nobilem & copiosam ciuitatem, quam alumni loci illius cum fratribus suis Christianis libenter reddiderunt. Ibi tribus diebus, fatigatus pausauit exercitus. Relatum est Comiti Tholosano, quod Turci qui fuerant in Antiochie custodia; discedentes aufugissent. Igitur cum suis confiliatus, elegit quos præmitteret, qui rem diligenter inuestigarent, & cetera curiosi explorarent;

Ad

Ad hoc directi sunt consulares viri disciplinæ militaris non ignari, *Vicecomes de Castellone, Wilhelmus de Monte Pislerio, Petrus de Roasa, Petrus Raimundi*, cum militibus multis. Venerunt autem in vallem *Antiochia*, & ibi rem aliter audierunt: audierunt enim quod se *Turci* copiosè præparassent, ad ciuitatem defendendam. *Petrus* autem de Roasa declinans ab aliis, introiuit vallem de *Rugia*. Inuentisque Turcis quam plurimis, eos grauiter cecidit, superauit, fugauit. *Armenii* illi auditis Christianorum secundis successibus, Paganorumque frequentibus infortuniis, reddiderunt *Petro Rusam* ciuitatem, & quædam castella. Illis autem sic prosperè; at non æquè maiori prouenit exercitui. Iter etenim aggressi, gradiebantur rependo per montana, nimis aspera & scopolosa, per quæ nec eorum phalanges poterant, sicut heri & nudius tertius, seriatim procedere; nec eorum citellariis dabatur saltem repere posse, sed miserrimè hi & illi prægrauabantur: neque siquidem illis in angusto positis, aliud erat aliunde diuerticulum. Collidebantur ergo & conquassabantur laborantes, & deficientes per viaminuam: Qui pre niniâ tristitia, strictim complosis manibus & stridentes dentibus ingemiscabant; labebantur equi in immane præcipitum, & trames artissimus pepererat omnibus cohiscens offendiculum, multi vel equis, vel citellariis cum rebus superpositis illicamisis, pauperati sunt. Alii pro vili prætiolo venditabant, vel ancilia vel loricas, vel galeas; alii procul à se iactitabant: quippe ibi nullus, etiam inermis, esse poterat exoccupatus. Unica eis erat nec sine formidine cura, de suis conducendis corporibus. Postquam illas calamitosas vix euaserunt angustias, ad quandam diuerterunt ciuitatem, quæ vocatur *Marasim*. Conuenæ autem ciuitatis illius copiosum illis detulerunt mercatum: Ibi autem aliquantis per demorati, donec quantumlibet recrearentur, dominum sustinebant *Boamu ndum*, qui & ipse, ut dictum est, ut Turcos insequeretur, nuper ab eis abscesserat. Posthac ingressi sunt vallem illam inclitam, vallem spatiösam & vberem, in qua Regia & famosa ciuitas *Antiochia* sita est, quæ totius *Syria* metropolis & princeps est, in qua primicerius Apostolorum *Petrus*, Cathedram decorauit Pontificalem. Nunc occulto Dei iudicio, sed non iniusto, plurimis in ea dirutis Ecclesiis, quibusdam usib; humanis irreuerenter applicatis, Turcanis fœditatibus proh dolor, mancipabatur. Cursitores autem, qui subsequentem exercitum præcurrere solebant, *Pontem ferreum* propinquantes, Turcos inuenerunt innumeros, munitum Antiochiam testimonates: Itaque repantino impetu in eos facto, semper enim Christiani proficiscicebantur armati, subito conflictu eos consternauerunt. Multis itaque delitis, eorum *burdones*, quos multimodis onustos victualibus & diversis gazis ad ciuitatem adducebant, ad propriæ reduxerunt castra, quæ super fluminis ripam metati fuerant. Factum est igitur immensum gaudium in castris, tum pro victoria, tum propter optima, quæ ad eos reportauerant, cursitores spolia: nec cessabant Deo gratias agere, ne ingrati viderentur, cuius ope fatebantur tam fœlices successus eis contingere. Dicebant ergo: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomen tuum da* *Ps. 113.* gloriā. Quotidianas ergo & continuas Deo reddebat laudes; & omnium agentium suorum, deuotis precibus & summissis cordibus eum implorabant protetorem. *Boamundus*, pigritiæ vel somnolentiæ nunquam adquiescens (irrequietus enim homo erat) cum quatuor milibus militum, cautè prope portam Antiochiae, clandestinus venit, si qui forte latenter ingredierentur vel egredierentur expectans. Summo verò diluculo exercitus de loco in quo erant, tentoria collegit, iter arripuit, Antiochiam accessit; & *quarta feria, duodecima Kalend. Nouembris*. Tentoria sua coaptavit, & à tribus portis ciuitatem viriliter obsedit. Parte namque alia nequam fuit obsessa, quoniam tam porrectis & inaccessis coangustabatur scopulis & montanis, ut nullus illac se accōmodaret obsidendi locus. Tantus autem timor inuasit Antiochenos, & omnes in circuitu positos, ut nullus eorum, cursitorum auderet expectare occursum. Siluerunt itaque fermè diebus quindecim. Terra verò quæ circa Antiochiam adiacebat, prout vallis est fertilis, erat vberima, vineis reserta, fructibus & frugibus iocunda, arboribus nemorosa, ortis opima, pascuis opulenta. Erant autem in ciuitate *Armenii* multi & *Suriani*: ipsi equidem Christiani, sed Turcis multum obnoxii: Ipsi fugam simulantes, audacter exibant in castra, mendicantes & stipem publicam postulantes. Hi, quoniam mulieres eorum erant intra ciuitatem, ad familiares redibant lares; & exploratores maligni, quæcunque in castris audiebant Turcis fideliter insinuabant: *Quod non mediocri-*

ter obfuisse dicunt Christianis; *Nihil enim magis nocet bellantibus, quam inimicorum res
scire secreta; & contra preparata, obuiantia preparare machinamenta; & inimicorum exinaniri
vel praevenire consilia.* Vbi Antiochenis, castrorum patefacta sunt consilia, cœper-
runt paulatim torinsecus intrepidi prodire, & peregrinos homines aggressos co-
angustare. Aggrediebantur siquidem & trucidabant, si præualerent, incertos; l t
patratis latrociniis, vel in ciuitatem redibant, vel indemnes ad tutiora secede-
bant loca. Sic circum circa omnes obsidebant vias, vt & à mari & à montanis omnia
clauderentur Christianis. Sicque factum est ut iam peius qui foris erant obsideren-
tur, quam qui intrinsecus latitabant. Erat ibi non longè castellum satis munitum
nomine *Areth*, vbi morabantur qui in Christianos frequenter irruerant. Quo O
ptimates comperto, de incursione hostili vehementer condoluerunt: quoniam
in gentem sanctam ausi sunt, nefarii, cruentos euaginare gladios. Iam enim indige-
narum insidiis, multi occubuerunt. Miserunt ergo, qui Turcis obuiarent, & eos
dum ipsi met refugerent, allicerent. *Boamundus* namque, totus militiæ deditus, in
insidiis delituit: Christiani verò videntes Turcos fœse acerrimè in sequentes, fu-
gamque fingentes, prout erant educti, confessim terga dederunt; & quo Boamundus
reconditus erat, scienter declinauerunt. Occisi sunt tamen in illo conflictu
vel potius fuga, duo milites Christiani. Porro Boamundus præliator fortissimus,
de loco in quo diuerterant cōcitus surrexit; Turcosque aggressos multos peregit,
& quosdam viros retinuit, quos ante portam ciuitatis solenniter in spectaculum
decollari præcepit. Hoc ideo fecisse dicitur, vt qui erant in ciuitate, pro multa-
tis contribulibus suis, terrorerentur, si forte ab insectatione Francorum taliter au-
carentur. Sæpè namque pro poenis aliis illatis, alii exanimantur. Qui tamen e-
rant in ciuitate, magis efferati, plerumque turres editiores ascendebant; à pro-
pugnaculis Christianos sagittabant, & quibuscumque modis poterant eos procul
ab urbe repellebant. Sagittæ namque eorum coram Boamundi tentoriis ad vola-
bant: ibi siquidem iactu sagittæ percussa mulier occubuit: quia propè ciuitatem ca-
stra sua Christiani locauerant. Consilio iterum Castrenses accepto, super verti-
cem montis qui vocatur *Maregard*, qui Boamundi tétois imminebat, Castellum
ædificauerunt, quò à Turcorum incursionibus castra tutarentur: quod per die-
rum successiones, Heroum unus, quisque in ordine vicis suæ, custodiebant. Inte-
rim attenuata sunt victualia: quia neque cursitare audebant, neque mercatum
habebant: quod enim in valle repperierant, dum de crastino non prospectauerunt,
affluenter consumplerant. In castris tamen eorum parum quid erat residuum,
quod quotidie absumptum minuebatur. Itaque cibaria omnino erant percara. Et
iam instabat Dominici *Natalis* solennitas. Loquuti sunt ad inuicem Proceres illi,
consilium quo gentes alterentur accepturi. Affectu quippe paterno maiores mi-
noribus patrocinabantur. Iam verò fames inhorrescebat, quoniam pabula o-
mnia de die in diem deficiebant. Dixerunt ergo: pars nostrum procul frumentatum &
predatum excedat, pars depredantes, succenturiata custodiat: pars in castris remaneat: & nihil
relinquamus intentatum. Milites *CHRISTI*, nunquam tepescamus otiosi. Quid etiam mo-
ramur? Iam iam gens Christiana, magna ex parte periclitatur. Boamundus itaque primus
adiecit: Si vobis sanum videtur, Optimates & Domini, ego & *Flandrensis Comes* foras exhibi-
mus, & si quid *DEVIS* præstiterit, vos videbitis: interim pro castris excubate, & nihil negli-
genter agite. Collaudatum est consilium, & solutum est concilium. Celebrata igit-
ur diligenter *CHRISTI Nativitate*, *Flandrensis* & *Boamundus* armati, non sine
remandentium lachymis processerunt, & cum eis militum ac peditum plusquam
viginti millia, & perniciter dispersi sunt per Sarracenorum colonias. *Sarraceni*
autem & *Arabes* & *Turci*, ab Ierusalem & Damasco, & ab aliis regionum multa-
rum municipiis, congregati erant, gentes ingentes, quatinus *Antiochia* subueni-
rent. Audientes autem Christianos per regionem suam dispersos, admodum ga-
uosi sunt, sperantes se illis pro certo præualituros, vt potè quos opinabantur pau-
cos & aduentitios. Intempesta igitur nocte, duas acies ordinauerunt in insidiis, v-
nam à facie, alteram à tergo: quatinus facto diluculo, vbi eos aggredierentur in neu-
trum Christiani partem effugerent, imò illis ab utroque incumberent latere.
Comes autem *Flandrensis* virarmipotens & *Boamundus*, in eos vnanimiter irruerunt,
& inuocato nomine *Iesu*, & eucto quod semper præferebant sanctæ Crucis si-
gno, constantissimè præliati sunt, & inimicos suos grauiter affixerunt. Mortui
sunt ergo multi ex illis; sed de spoliis eorum parum ditati sunt Christiani: Non
enim

enim otium habuerunt vel eos persequendi, vel spoliandi. Interea Turci qui stabant in præsidio ciuitatis, audientes Boamundum abscessisse, audaciū exibant de ciuitate, & iam in ipsis discurrebant castris. Explorauerunt igitur, quæ tentoria languidiora reperirentur. Quadam ergo die, irruerunt vnamiter in castris; & cominus vnamiter impegerunt Christianos: Necdum enim suos audierant superatos. Die ergo illa multi ex Christianis perempti sunt, quoniam *Ismahelita* illi vehementer in castris persistiterunt. Ea die *Podiensis* suum amissit signiferum, qui ejus deferebat vexillum: & nisi luteæ interessent talebræ quæ ciuitatem à castris dirimebant, & Ideo transitus vel nullus erat vel difficilis, laxis habenis frequenter ipsa protererent tentoria, & debaccharentur in Christianorum gentem, quæ iam aliquantulum marcuerat. *Boamundus* de Saracenorum Regionibus regrediens, bello peracto, sed modico, quod deprædaretur inuenito, alia conculcit montana, si forte quidlibet aliâs inueniret, quod deprædatum vel suis Comitibus, vel expestantibus se proficeret. Sed in tantam iam terra redacta erat vastitatem, ut multi vacui remeauerint. Incassum ergo laborauerant, nisi quod de Turcis solenniter triumphauerant. Sed nulla victoria famem extinguit, ubi totum quod mandi debet deficit. *Parum durat latitia, quam panis egestas contristat.* Reuersi sunt autem ad castra, quæ perhorrescens inedia sauciabantur. *Armenii & Suriani*, homines terræ illius indigenæ, & lucris inexplebiliter inhiantes, videntes Christianos rediisse vacuos, ad opportuna & remotiora discurrebant loca, quæ reperiebant, coēmentes cibaria, in castra deferebant; & multo pretio quod vili comparauerant, venditabāt. Aselli quidem onus octo vendebant purpuratos, qui appretiati, denariorum centum viginti solidos valebant: Ergo morbillues contaminabat castra; & passim quibus facultas comparandi deerat, fame calamitosa moriebantur. Qui tamen ditiores erant, multa indigentibus & hostiatim postulantibus conferebant donaria: Sed tamen non poterant multis diebus sustentare tot millia. Cogitauerunt igitur aliqui castra subterfugere. Consiliati sunt ergo *Wilhelmus Carpenterius & Petrus Heremita* quatinus latenter fugerent: & fugerunt; quos inuenitos *Tancredus* apprehendit, & in honeste conuiciatos & coactos ad hostem redire compulit. Iuramentum enim & fidem ab eis extorsit, ut redirent, & fratribus satisfacerent: *Wilhelmus* ad Boamundi tentoria deductus est: Quem probrosis *Boamundus* cōhercuit verbis & condignis castigauit angariis. Dicebat ergo: *Quid, ô dedecus & totius improprium Francie, facere præsumpsisti? cur enervare voluisti tuorum corda confratrum, ut exemplum hostem D E I, non reddituri dimitterent?* An tu solus tutum tibi arripiisti pauorem, ut tu nobis dimissus sanus effugeres? *Omnium miserrime, decuerat te in Castris D E I permanere, & pro fratribus gloriosam animam ponere.* Nunc igitur, omnibus diebus vitatus super terram eris ignominiosus. Interim ad Boamundum accesserunt *Franci*, & pro *Wilhelmo* quem tenebat rogauerūt, qui eis quantocius adquieuit: ne tamen de cætero discederet, ipsis collaudantibus, *Wilhelmus* iurauit. Tunc etiā in tantum Christianorū defecerunt equi, ut vix in toto & tanto exercitu mille milites inuenirentur qui Caballis vterentur: homines namque & equi pari laborabant incommodo: nec erat vlla spes euadendi, nisi *D E S* eis, suspirantibus & clamitantibus, propitiaretur. Ad Dominum enim eorum iugiebant corda & ora: & quia terreno desperauerant adiutorio, in *D E O* totam spem suam collocauerant. Taliter autem *D E V S* redarguebat eos misericorditer, ut ad eum tot corde converterentur: & si quid in eis in penitudinis latitabat, igne compunctionis & in fortunio superuenientis necessitatibus excœli, purgarentur. Fames augebatur indies, & omnes timore perterriti tabescerant: Accedebat ad metum exaggerandum fama, præsaga mali & rumorum augmentatrix, quæ Turcos prænunciabat superuenturos. Quidam igitur *Constantinopolitanus* natione *Græcus*, nomine *Tattingus*, ab Imperatoris latere venerat, qui satellitibus quos Imperator in exercitum legauerat principando præserat. Hic metu mortis plus aliis renes dissolutus, ad Optimates venit; & quod enormiter verebatur dissimulans, ad eos sic exorsus est. *Video vos, egregii Proceres, summa in anxietate positos, & omnibus angustiis circumventos: omnia virtualia consumpta sunt, equi mortui sunt, Castra obessa sunt: Grauius nos obsidebit qui obfidiemus, quam illi quos obfidiimus: ipsi equitant, ipsi cursitant, ipsi grauiter nos impugnant: nos undique circumuallamur, ut nullatenus egredi audeamus: Nullum adiuvarem expectamus: Omne mercatum nobis inhibetur. Ista diu tolerare nihil est aliud quæ per singula momenta deficere.* Misereor liberalitatis vestre, Patres conscripti, qui ab extremis terre Regionibus aduenistiis in his exercitis nationibus morituri, nisi vel mibi credideritis

vel melius consilium acceperitis. Cuius pectus ferreum non moueat tot Christianorum defectus? Mihic credite, Patres conscripti, non ignota loquor: in terra mihi non incognita sum: Satis mihi possem consulere, si cogitarem vos deserere. Sed delectatur anima mea de libro viuentium; si vestra sanctitudini vnguam me subtraho; nisi necessitatibus vestris semper communicabo: sed interim tader animam meam misericordiarum vestiarum, & nisi vobis potero subvenire, totus moriar in amaritudine. Accipite igitur meum dum bene dixero consilium. Nolo viuus, ut prelibatum est, ab hoste recedere, nisi contubernalibus nostris melius excogitasse prodeesse. Ego domesticus sum, ut nostis, Imperatori: Ego percognitus sum omni Graeca nationi. Ascendit igitur cor meum cogitatio, quam, licet mihi molesum & laboriosum sit, quod cogito, vobis insinno. Paratus sum & ad portus & ad Imperatorem euolare; & ubi ubi decretum Imperiale dirigere, ut omnes ad adiutorium verstrum festinanter conueniant; farinam & vinum, carnem & caseum abundantanter deuehant; & quicquid victualium habent fideles Imperatoris, vobis largiter suppeditent. Equos etiam elaborabo, vita comite, plurimos adducere. Ne autem de me diffidatis, in veritate loquar: quicquid ultroneus offero, fideliter exequar. Papiliones autem & Comites meos, mox redditurus, hic dimitto, & sic me omnia bona fide prosecuturum super hac sacrosancta iuro. Sic iurauit, & abiit. Credit enim ei multitudo, & de reditu accelerando omnis populus eum obnixius obtestabantur. Abiit autem, sed male perius nunquam rediit. Tali enim occasione consuluit miserrimae vitæ suæ. Gens interim pauperata furtim discedebat, vadens quod vivere se putabat. Ad mare nullus audebat procedere: quoniam viæ & aua seruabantur. In portu autem naues adnauerant, quæ illis possent prodesse; si accessus ad eas pateficeret. Ecce iterum fama recens percrebuit, Turcos in numeros aduentare; & ingruentiam mortis confestim omnibus imminere. Tot enim erant, quod vix multorum stadiorum sufficeret eis quaqua versum porrecta capacitas. Ecce iterum nouus timor: ecce de repente timebant, ac si nullatenus ea viæ timuissent: exordes & exangues facti pallabant; & multi eorum colla marcida circulabant. Nobilitas tamen de bello disputare causa est. Confluxerant omnes de quibus supra meminimus Optimates: Omnes se inuicem de bello cohortabantur: quoniam inter eos nec aliquis tepidus, nec aliquis pusillanimus inueniebatur, Boamundus tamen suum depromens consilium adiecit: *Video vos, DEO gratias, omnes unanimes, nec aliquis hac in re dissentit ab aliquo superfluum ergo reor, tot Optimates, tot viros prudentesducere per ambages, quos iam video in eadē voluntate complices.* Omnes quidem anhelatis ad pugnam: omnes id ad communem profuturum creditis salutem. Ego vero, id ipsum collaudo: ego id ipsum vehementer efflagito. Nam rogo, ne sicut segnes moriamur vel imbellies: non simus improprium, vel omnium infamia Christianorum: Si mori contigerit, gloriemur saltem moriamur in bello. Tantum est si moriamur in glorii, ac si comparemuri iumentis insipientibus, brutis a similes pecudibus. Nam quo ad populum DEI qui se nobis commisit, multum mori conspicabimur. Quid differt Dominus a seruo, nobilis a plebeio, diues a paupere, miles a pedite, nisi nostrum qui presidemus eis proficit consilium, & patrocinet auxilium? si Turci mihi dominabuntur impune, nolo amplius vivere. Vos, domini Consulares & Illustres viri, lux & flos victoriose Francie, decus & speculum pugnacis militiae, pro vobis ipsis decertate: & pro fratribus vestris animas ponite. Inuocemus nomen Domini IESV: & vel spoliis letabimur opimis, vel morte moriemur insigni! quando saltem de animalium nostrarum securi, non moriemur sicut mori olenit ignavi. Denique non sumus tot nec tanti, qui duo valeamus bella sustinere. Sed, & milites, omnes egrediamur castra: sic enim mihi videtur pulchrum & utile; & intrepidi procedamus iis obuiam: vos autem omnes in castris remante pedites, castris munimentum; Eis qui in ciuitate, sunt obstaculum. Omnes in somnes pernoctate; vel vicarii, alii aliis succedite: vobis metipsis fulcite vos & unusquisque vestrum pugnate pro vobis, immo alius alium defendite: Principes portas ciuitatis que coram vobis sunt, diligenter obseruate, ne illis referatis possint in vos liberè discurrere. Amodo sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat, His dictis armati, & Communione sancta præmuniti, procellerunt e castris, non tine grauibus utriusque cateruæ lamentis: Neuter de se confidebat, nec Sacerdos, nec mulier: nec populus, nec miles: nec isti, nec illi sperabant se de cætero, posse frui aspectu mutuo. Hi & illi protuebant in caroru oscula, & omnes in lachrimas ciebantur. Milites hospitati sunt inter fluvium, qui in antiquo vocabulo, *Daphnes* nuncupatus est, qui præterfluit *Antiochiam*, & lacum: audierant siquidem Turcos in castello *Aret* conuenisse, ultra Pontem Ferreum. Optimates antelucani conuenerunt: nec enim in tanto discrimine coarctati somnum capere potuerant: Et aurora prima illucescente, gnaros præmiserunt exploratores, qui eis de Turcis renuntiarent. Nec morâ viderunt eos ex altera ripa fluminis accelerantes. Fecerant autem duas copiosas acies: Pone verò sequebatur maxima virtus illorum. Reuersi sunt ergo celeri-

Ieriter speculatores, acclamantes: *quid opus est verbis?* Ecce eos: nemoremini, prope enim sunt. Locuti sunt optimates de bello ordinando, & negotium illud commiserunt Boamundo. *Eia, inquit Boamundus, singuli vos conuocate, & signo dabo vnuquisque vestra cum acie militate; ubi autem opus fuerit lanceis & gladiis, rem peragite; & aetnam, & illum paternorum ne obliuiscamini.* Ordinata sunt itaque sex acies. Quinque ex illis præcesserunt quæ belli pondus sustinerent, & inimicum agmen efficaciter feriendo propellerent: *Boamundus postremus cum acie sua paulatim gradiebatur, omnibus prouisutus, & subuenturus;* & si Turci prioribus præualerent, totam belli ingruentiam excepturus. Litui clangebant, buccinæ reboabant, utriusque multitudinis clamor audiebatur: & iam clipeo clipeus, iam vmbone vmbone repellebatur; hastis confractis, enses mutilabantur; & communis vtræque instabant legiones. Superuenière Turcorum succenturiæ, qui grauiter Christianos cœperunt impellere. Nequibant Franci tantum impetum, tot examinatarum nationum, sustinere, sed titubantes cogebantur cedere. Tantus enim erat & clamor & strepitus, & telorum imber, ut ipsum etiam obnubilarent aërem. Ingenuit Boamundius, qui videlicet prospiciebat eis, tanquam totus oculatus, & ait: *CHRISTE tuos sustenta Christianos.* & adiecit, *Roberte;* Robertus siquidem, Girardi filius, suum detulerat vexillum: *rapidum calcaribus urge cornipedem;* & *Christianus titillantibus, imperterritus esto iuam.* Memor esto, obsecro, Parentum nostrorum; & ne liuidaueris in aliquo, rutilantem titulum Francorum. Scito nobis illico de cælo auxilium futurum: Sed vult *DEVS* ut nos, tanquam forces athletæ, promereamur & adipiscamur brauum: Robertus, Sanctæ Crucis signo munitus, & auxiliaribus constitutus manipulis, præproperus affuit; Turcisq; cruentis, miles audacissimus obstitit. In tantum enim perfidos aggressus est illos, ut vexilli Boamundi lingulas, in ora Turcorum volitare faceret, altoq; clamore suo Turcos aliquantulum deterreret. Ad illius primipilaris impetum & clamorem, Franci animo resumpto, in Turcos irruerūt vnanimiter; & pugionibus vibratis instabant efferaciùs in instantes: fragor armorum multus erat, & ab æreis cassidibus, ignis elucubratus scintillabat: vulnera vulneribus illidebantur; & campi nimio sanguine purpurabantur. Intestina videres dependentia: videres & cæsa capita, & truncata corpora passim oppotentia. Exterriti sunt autem Turci præ timore nimios & repente, cuneis eorum labantibus, fugæ se commiserunt. Persecuti sunt ergo Christiani ultra Pontem Ferrenum, sternendo, proterendo, mactando. Cæsi sunt ibi Turcorum multi milites: quoniam prælium illud non habuerat pedites. *Christiani* autem magno potiti tropheo, reuersi sunt ad suos, secum adducentes equos multos, quibus singulariter indigebant; & spolia multa quæ sibi ipsi pepererant manu sua in prælio: factum est igitur gaudium magnum in castris, Deoque dignas omnes edidere gratias. *Turci* verò ad castellum suum Areth, satis ingloriis regressi sunt, animo contrito vultuq; dimisso: Quod omnino despoliantes, succenderunt & auferunt. Quod Armenii videntes & Soriani, arta præoccupauere loca; Turcisq; fugitibus magnum interuenere nocumentum: multos enim peremerunt, quosdam etiam viuos reduxerūt; Castellum etiam prædictum, Christianis subiugatum reddiderunt. Franci quoque in castris centum capita peremptorum attulerunt, ad consolationem sudorum & ad defectionem obsessorum; quæ etiam legatis *Admirabilis Babiloniæ* præsentauerunt, qui tunc forte à Babilonia ad eos missi, iuxta eos suis morabantur in tentoriis. Illi autem qui remanserant in castris, in *Antiochenos* tota die pugnauerant: utpote qui tres portas ciuitatis, ne foras erumperent inde sinenter seruauernnt. Prælium hoc factum est Idus Februarii, feria tertia, quæ caput iunii quadragesimalis præcedebat. Qui verò ciuitatem munerant, magis in irâ efferrati, Christianos ardentiùs imperebant; & ab incursationibus in eos nullatenus absistebant. Et quamuis in præliis hucusq; semper superati fuerint: alii mortui, alii vulnerati, alii capti, residui omnes fugati defecerint: tamē tāta erat in ciuitate multitudo, ut incessanter ipsa castra perturbarēt; frequenter insilirent, & frequenter eos quibuslibet mortibus funestarent. Christiani præter hæc magnis affligebantur incommodis: quia nec obsidionē deserere, nec procul à castris audebant procedere. Regiones autē circumstet in tantā redactæ erant solitudinē, ut nullā eis suppeditarent pabuloruī subministratioñē. Turci nimirum; quibus locoruī oportunitates erat percognitæ, & frumentaruī cursitabant, & Christianis attentius insidiabātur. Porro quæcunq; ciuitates, quæcunq; castella, quæcunq; municipia, quilibet homo, quælibet mulier; omnes qui vel propè vel procul erāt, Christianis inimicabātur: Omnis locus obstructus erat, ne fortè negotiatores ad eos accederent. Itaq; perhorrebat pe-

riclitabant eduliorum inopia. Nobilitas igitur, vt plebi consulerent, misericorditer anxiabantur. Dixerunt ergo: *Videtis quod nibil proficimus. Ciuitas hac in expugnabilis est. Nos non possumus eam saltem circumuallare. Ipsa intrinsecus, cibariorum vbertate redundat. Nos forinsecus calamitosa fame pericitamur. Penè plures sunt qui latitant intus, quā nos quis sumus exterius. Tamen si de prælio loquerentur, illud gratanter audiremus.* Ecce ipsa mœnia, etiam si dormierint, ipsos defendunt. Nobis videntibus, ubique discurrent. Denique quid mali patiuntur? imò nos patimur, quia tam grauiter coartamur; faciamus igitur unum quid, nobis omnibus profuturum, illis præcipue, ut videtur, obfuturum. Cernitis Machomariam illum, ante portam ciuitatis edificatam? Ilic pons est, eorum commitatibus sufficienter opportunus. Ibi ergo castrum erigamus, quo munito, iis facilius resistere valebimus, & genti nostra subuenire: quippe postquam inimici nostri & pontem & transitum amiserint, nos autem & liberius & securius discurremus, vel etiam incastris tutiores pernoctabimus. Bonus igitur vilus est fermo iste in oculis eorum. Ad quos Tholosanus, Faciamus ait, sicut dicitus castellum: & ego munitum illud custodiam. Boamundus etiam subiunxit: *Si consilium meum acceptabile vobis, patres conscripsi, videbitur, eamus ad Sancti Symeonis portum: nam & ego vadam vobiscum, & adducam illam, qua illuc nos expectat quantulam cunque gentem: qua fideliter nobis subueniat, atque efficaciter hoc opus predestinatum perficiat.* Illic & multæ sunt naues, & multi nostri sunt Comites: sed accersiti non audient accedere, quia loca omnia impio plena sunt crassifato. Nos autem militemus, semper securi de bello; & cauti & prouidicimus nostris quos addaxerimus in adiutorio: qui verò remanebunt ad sarcinas, & de castris tut andis non negligenter procurent, & operi denotato indeficientur insistant. Nihil segniter aggrediendū est. Sed hoc & illud grauiter tentandum est. Comes S. Aegidii Boamundo adiunctus est: & ad portum S. Symonis acceleratum est. Qui verò in castris remanserunt, accincti gladiis, ad castellum inchoandum vñanimiter se præparauerunt. Turci nec minus expediti, nec numero nec armis impares, intrepidè Francis obuiauerunt. In tantum igitur imperterriti Christianos aggressi sunt, quatinus eos in fugam compulerint, multis que peremerint. Facta est ergo tristitia magna in castris: Doluerunt itaq; in tentoriis, & die illa siluerunt. Turci denique comperto quod Tholosanus & Boamundus ad portum abscessissent, insidiis clandestinis competenter collocatis, qualiter Christianis nocere potuissent machinati sunt. Ecce à portu redibat Christiani, secum addacentes gentem nec satis armatam, nec multum pugnacem: quos Sarraceni vndique circumseptos & circumuentos, innanter aggressi sunt, & omnimodo telorum ingruētiā impugnare moliti sunt. Impetebant igitur eos nunc sagittis, nūc ensibus, nunc lanceis, nunc missilibus. Obtruncabat eos immisericorditer, & clamatabant in eos dentibus stridentes. Non potuerunt Christiani, vt pote pauci, debacchantium crudelitatem diutius perpeti, & quoniam non poterant rebellare, fugā compulsi sunt semetipsos præripere. Si qui potuerunt seu latitare, seu effugere, viuentes euasere; alii latai sorte praeventi, proh dolor, occubuerent. Perempti sunt itaq; in illo conflitu plusquā mille Christiani: & ecce duplicatus augmentabatur mœror in castris: heri & hodie triūphauit de Christianitate Gentilitas; ccc 40 per insolentiā elata Gentilitate & plaudēte, humiliata est hodie lugubris Christianitas. Tales tamen sunt belloriam euentus; tales sunt viciſſitudines, & hominum & temporum. Nulli unquam semper successit felicitas, nemo unquam de continua prosperitate, vellat abitur velleratus est. Hac dare & timenda & cauenda est in prosperis aduersitas: & speranda, & optanda est in aduersis prosperitas. Rumor de Christianis superatis, aures eorum qui remanserant impluerat; & ideo pariter omnis populus lamentabatur. Nesciebant enim vel quos viuos vel quos autumarent mortuos. Plurimi tamen, per montana repentes, euaserant, & ad tentoria quantociū redierunt. Boamundus autē per comprehendiosorem reuersus viam, Tholosanum præuenit; & de Christianorum defectu verus interpres nunciauit. Christiani verò magis in iram cōcitatī quām exterriti, cōtra Turcos vñanimiter exierunt, eosq; viriliter aggressi sunt: è regione Sarraceni restiterunt, putantes se posse præualere, sicuti nuper Tholosano & Boamundo præualuerant. Credebant etiam Gallos ex ipso timore defecisse & seipso pro felici successu succrescere. Vtrinque igitur acerimè dimicatum est. Turci pontem transierant, & Christianis audacter obuiauerant: Christiani, tanquam singularis ferus, vel canum mortibus irritatus, vel venabuli cuspide fauciatus, occisione cōmilitonum & confratrum excitati, Turcorum sanguinē inhianter sitiebant; & ad vlciscendos suos penitus elaborabant. Gentiles, quoniam eis præter spem acciderat expauefacti, terga feriētibus, nec mora, præbuerunt; & fugiendo elabi voluerūt, fuga

fuga igitur inita, legio tota irreuerenter effeminabatur. Oberat ipsis fugientibus seu pons angustus, seu fluuius rapidus & profundus. Nam vel per vtrumq; vel per alterum instabat eis transendum. Fluuium circa pontem euadare nemo, enatare vix aliquis poterat. Tanta multitudo equitatum ponte pariter conscenderunt, ut aliis alium impeditret; multi alter alterum suffocarent: Facilius enim singulatim quam conglobati transirent. Denique cedentibus presto aderant Christiani, fraternorum suorumq; iniuriarum nequaquam immemores; sui sanguinis effusi auidissimi viatores; & victorię cupidi, & de Ciuitate subiuganda solliciti. Instabant itaque illis insatiati peremptores, & lanceis & ensibus in eos cōminus vtebantur. Quoscunq; poterant vel in fluuium præcipitabant, vellet alibus gladiis confodiebant; ita ut ipse fluuius & cruentatus videretur, & cadaueribus supertegetur. Siquis liquidem, velenatae moliebantur, vel reptare circa ponte conabantur, ab instantibus necabantur, & omnimoda calamitate pessum dabatur. Dies mortis, dies illa Gentilibus illuxerat, in qua vix aliquis mortem euitare poterat. Instabant Christiani fugientibus, instabant enatare molientibus, super incumbebat procumbentibus. Nullus à sanguine suam manum prohibebat; sed omnis Christianus gladium suum occisorum sanguine inebriabat. Mulieres à murorū & propugnacolorū spectaculis, & suorum miseras prospexitabant, & successiuis Francorū prosperitatibus inuidebant. Illo in prælio mortui sunt Principes XII. de Turcorū agminibus quos *Admiralios* vocant, Illustres & egregii proceres; & mille quingenti milites, viri induitrii & fortissimi, qui diu solerter in vigilauerant defensandæ Ciuitati. Porro alias timor altus compescuit, ne de cetero arroganter contra Christianos clamitarēt, vel præsumptuosi super eos cursitarent. Prælium autem illud nox intempesta direxit. Qui verò viui potuerunt euadere, ciuitatē exangues intrauerunt; neque; dein vires pristinas resumere potuerunt. Christiani quoque ad suos victoriosi redierunt, equis multis & spoliis copiosis, quibus non mediocriter indigebant, secū & adductis & allatis. Lætabantur autem in Domino IESV; & gratias agentes, de die in diem proficiebant in melius. Facta die crastina, Turci de Ciuitate prodeentes, summo diluculo Cadauera collegerunt, quæcunq; reperire potuerunt; & ea sepelierunt ultra pontem ad *Machomarium* ante Ciuitatis portā. Plurima verò submersa in fluuiio dimiserunt, super quibus dicere potuerunt: *Fluuium tegitur qui non habet urnā.* Quæ autem subtumulauerunt, palliorum & pretiosarum exuiarum gazis prosequuti sunt; & arcus & pharetras & plurimos Byzanteos, mortuorum procurationi adiecerunt. Quo Christiani comperto, partim exuiarum cupiditate allecti, partim ut dolorem Turcis apponenteret, incitati, sepultos desepelierunt; & corporibus egestis satis ignominiosè insultauerunt. Quicquid autem substantia concupiscibilis cum ipsis repertū est, rapuerunt; & corpora congregata in foueā vnam contumeliosè proiecerunt. Burdones verò quatuor cęstorū, capitibus onustos miserunt ad portū, quatinus ea *Legati de Babyloniam* qui ibi forte aderant viderent, & dolentes obstupescerent. Porro Ciues ista videntes, in immensum doluerunt, & ad mortem usq; contristati sunt. Ingemiscebant igitur tota die & vltimabat, & lamentabantur & quotidie deficiebat. Tertia vero dicitur *Castellum*, de quo supra memoratū est, ædificare cęperūt; & de lapidibus ipsis, quos de sepulturis dehumatorū abstraxerat, munire deliberauerunt. Quo satis munito iam coangustabant arctius inimicos suos, & ne forte foras excederent tota sedulitate obseruantes insistebarunt. Franci autem securiores ad montana cursitabant; & paleis, vel aliis quibuslibet viualibus deuehēdis, iam liberiū vacabant. Ex altera namq; parte fluminis, ubi Christiani nondum sua locauerat tentoria, Turci securū habebant discursum, ut pote vbi nullum verebantur Christianū. Consiliati sunt ergo ad inuicem Christiani: *Si, inquiūt, aliqui ex nobis essent, qui Castellum illac adificatū inhabitarent, ac defensarent, & nos essemus securiores; & ista* 50. *Ciuitas sollertia obfessa, facilius tabesceret: nimis ēis & comeandis facultas omnis interdicereatur, & omnino ēis pabula prohiberentur.* Omnes istud collaudant Conſilium: omnes tamen, & vniusquisque præcipue, transire fluuium hospitandi gratiā formidabant. Vnus & alter sibi metuebat; neque; aliquis de Castello defensando sibi præsumebat: Alius, se subtrahēdo, inuitabat & incitabat alium; nullus tamen illud sibi ambiebat Castellum. *Tancredus* item loquutus est, & de Castello illo seruando, cū primoribus Francorū patrū est. Excitis itaque commilitonibus, suisq; manipulis, & si quos alios ascidere potuit sodalitati suę adiunctis, castellum munitū obtinuit; & qualiter obfessa Ciuitati acriter obstarerit instituit. Obseruabat nāq; satellites eius vias & inua; & vbiq; sui complices irrequieti excubabant. Quadā verò die, sicut heri & nudius tertius, *Suriā* & *Armeniā*, quæcūq; necessaria in Ciuitatē abundanter deferebāt:

quos inuentos *Tancredus* celeriter aggreditur; & omnibus quæ deuehebant ablatis, opimis & spoliis & victualibus victoriosè gratulatur. Ex tūc pauor tā magnus Ciuitatē inuasit, vt & ciues; sed & omnes qui ciuib⁹ subuenire cogitabant, exterrerentur. Ciuitasq; omnibus iam indigebat stipendiis, & in multa miseria iam periclitabatur: vt pote quæ pñè omnia sua consumperat, nec aliquid in illam inuehi poterat. Vndique siquidem circumuallabantur, & præcipue illi totus negotiationis comeatus inhibebatur. Nec tamen omnes singulatim, vel quas oppidani, vel qui morabantur in castris, passi sunt calamitates explicamus: quoniā non omnia possumus omnes. Hi & illi magna vicissim patiebantur in fortunia: frequentius tamen Castris dum præliarentur serenior arridebat fortuna. *Franci* tūc moribus ferociores, natura animosiores, vsu in bello expeditiores erāt; & ad hoc in longinas Regiones & exteris nationes iter arripuerant. Longanimitate igitur prædicti, quosvis lætabundi perferebant labores. Deum autem in angustiosis necessitatibus suis, adiutorem inuocabant; eiq; frequenter pro humanis suis excessibus, deuoti satisfaciebant. Erat in obsessa Ciuitate quidam *Admiratus*, Turcorum profapia oriundus, nomine *Pirrus*, qui fœdus amicitia per fideles internuncios cum *Boamundo* inierat: Non quod, vt reor, Boamundum aliquando viderit; sed quoniam de eo fama volans ad eum multa bona detulerat, & de prudentia ipsius neutiquam ambigebat. Frequenter igitur per fidos interpretes, & nota intersigna loquebantur ad inuicem. Hunc Boamundus aliquando ad Christianitatē incitabat; aliquando ad Ciuitatem reddendam multimodis pollicitationibus suadebat: & vt vir callens, nihil intentatum relinquebat. Nunc enim eum pro infortuniis Ciuitati imminentibus deterrebat; nunc eum pro præmiis copiosis, quæ à D E O gloriose destinantur Christianitatē, alliciebat. Aiebat itaque Boamundus. *Persuasurum iri*, inquam, *volo tibi*, *Pirre mi karissime*, *quatinus iuxta morem vera amicitia agas omnia*: *ut scilicet mea secreta* *quæ tibi transfundō*, *in te sepietas*; *neq; cuiquam proditus arcana nostra tibi solus habeas*; *neq;* *posthac amicus amico*, *unicus unico discedas*. *Fac igitur omnia de quibus sermo est*, *celeriter*: & *de mihi reddenda Ciuitate*, & *de tibi adipiscenda libertate*, & *imprimis de suscipienda Christianitate cogita vivaciter*. *Non deerunt tibi quecumq; volueris*: *Noſq; tibi pacificimus quecumque mandaueris*. *Qua nifi omnia feceris*, *cum sint & utilia & honesta*, & *in immensum errabis*, & *te non nostrum fuſſe amicū procul dubio demonstrabis*. His vei huiuscmodi dictis adquieuit *Pirrus*; & iacentibus Legationibus aurem credulam accommodans, tandem in hac prouipit mandata: Iam etenim ei D E V s aspirauerat quid agere deberet; & vt Boamundo pro voluntate responderet, in ante cordis eius stil' anerat: *Assentor*, inquit *mandatis tuis, mi karissime*. *Nouit enim te virum modestum & honestum*: *Deinde non incognitum habeo*, *quanei debeamus facere nomen & virtutem amicitia*, *cuius idem velle & idem nolle summus gradus est*. Casus quoilibet imminentes urbi, posthac mihi pretendas nolo. *Non sumus qui minis vestris deterreamur*: Ciuitas enim ut vides inexpugnabile est. De Christianitate tua, ad quam vehementer suspirio, quam inuictissimam video, & gloriostam nequaquam diffiseor, loquaris volo. Denique, ut conpendiosius loquar, utq; tibi sat uaciam, & anima mea in manibus unici mei pono: & Ciuitatem istam in fine amici mei colloco. Sunt sub mea custodia tres Turres satu munitæ, quas tuis reddam apparitoribus. Neve mihi in aliquo discrecas, filium meum obſidem tibi transmittam, ut quos misericordia securiores accelerent. At ne proditoris redarguar quicquid agere dispono, totum Christianitati vestra impuso. Nolo autem ita incipięs, quatinus fatiscens, imperfecto negotio succumbas: sic etenim mors mihi meisq; immineret; & de cetero, de Ciuitate reddenda nulla daretur alicui facultas. Ne differas ergo, neve dissimules: quonia in hoc nūc differre paratis: sed accepto atque accelerato consilio, velex totu dimittere, vel rem maturatam perfice. His Boamundus auditis, nimium gauisus est: attamen vultum & os ad tempus compescuit, ne ex inepta lætitia depræhenderetur intestinus animi motus: loquutus autem ad optimates, sic demum ora resolvit. *Videtis, Patres* 50 *Conscripti*, *quod sine profundis singulib⁹ enucleare non possum, quantis affecti sumus calamitatibus*, *quantis incommoditatibus populus iste percellitur*. Sed quid plebeios homines commemorem, cum vos, ô Illustris sanguinis stemmata, inedia pallearis, radio tabescatis, laboribus marcescatis? Grauis lues castra nostra contaminat, grauis indigeniis contracta. Iam diu est ex quo sub dio vigilatur, puro sub aere dormitur: algida noctes valde nos infestant: Omnis ista terra nobis inimicatur agri in solitudinem redacti, vel nullo vel raro excoluntur vomere. Tempore quo alii messes suas colligent, nos spicas nullas meremus; nec mercatum quod nostris alimoniam suppeditat habemus. Ciues, quibus haec Regio nota est, quin eant & redeant non possunt cohiberi. Ciuitatem istam in expugnatam dimittere, Consumeliosum est: Et ô vitam, omnes potius morimur,

quæm

quam non dedita vel delecta ciuitate recedamus. De infelibus iam securi, utrum felices successus nobis prouenant ignoramus. Sed quam diu hic mortem continuam patiemur? Ciuitas hec, ut videtis, inexpugnabilis est. Nam quid hic arietes, quid baliste, quid qualibet ad expugnam-
 dem ciuitatem hic prodecent machina? Restat ergo ut ad consiliorum diuertans experimenta:
 quandoquidem nobis non profunt, vel quorumlibet armorum congressum machinamenta. Ten-
 set ergo unusquisque vestrum, Patres conscripti, an pecunia, an armamenta an minis à quibusli-
 bet ciuitatem hanc sibi vindicare praeualebit angarius: cumque illi ultro ne concedamus, qui hoc
 efficere quolibet potuerit ingenio. Nam quid hic sasto moratur tempore? An que erunt ci-
 uitatis subiugata emolumenta, si antequam subiugabitur, totus exercitus Christianus, quibusli-
 bet mortibus exterminabitur? Igitur si meus, Seniores optimi, adquiescendum censueritis consi-
 liis, in medium consulite; & ei qui urbem istam sibi subiugare poterit, concedamus & concedite;
 & ut etiam inde acriter quislibet nostrum exequatur, rogate. Tandem vero eloquens
 Heros conticuit: Procerum autem conuocatorum huiusmodi fuit responsum:
 Opinor & ipse, quia iam suspicando sermonem illum intelligentes praoccupa-
 uerant; Boamundum scilicet, tanquam sibi soliloquutum, autumabant. Quam
 ob rem illi velut ex obliquo taliter responderunt: Absit, inquiunt, à nobis, ut alter
 praeponatur alteri: ut videlicet alicui nostrum, ciuitas hac specialiter condonetur. Fratres sumus
 & pares iure fraterno & sorte parili, postquam eam obtinuerimus, dividemus. Dignum & iustum
 est, ut sicut participes sumus laboris, participes sumus & honoris: Pariter ea expugnemus, pariter
 de illa sortiamur. In his sermonibus solitus est ille conuentus; Boamundus autem si-
 luit: & interiuntes dilata ad nullum prouenit effectum: sibi ergo ipsi vir appri-
 mè prudens temperauit: ne si quid quod noluisset audierat, mutatione sui vultus
 illud addisceretur. Nec multò post fama, præлага mali, percrebruit in castris,
 Turcos, Publicanos, Agulanos, Azimitas, & plurimas alias Gentilium nationes ad-
 uentare, & de bello in Christianos condixisse; iamque certi eruperant nuncii,
 qui de certitudine imminentis testabantur periculi. Loquuti sunt igitur ad in-
 uicem Christianorum duces, & sponte sua Boamundo subintulerunt: Vides quo
 in articulores nostra posita sit. Si ciuitatem ergo istam vel prece vel prelio, nobis etiam inuan-
 sibus poteris obtinere, nos eam tibi unanimiter concedimus: salvo in omnibus quod Imperatori,
 30 se collaudante, fecimus sacramento. Si ergo Imperator nobis adiutor aduenerit, iuratoque pa-
 stiones custodierit, periuri viuere nolumus: sed quod pace tua dictum sit, nos illi eam concedi-
 mus: Sin autem, tua semper sit subdita potestati. Mox Boamundus, iteratis sermoni-
 bus coepit interpellare Pirrum; neve moras inneceteret, suum sedulò propulsabat amicum. Pirrus autem nihil percunatus, ita consulendo festinanti festi-
 nus respondit: misit etiam filium suum ob fidem in haec verba: Preco vester in castris
 vestris inonit alta voce, ut gens Francorum hodie preparata, cras ingrediatur Saracenorum
 terram degradandi causa: & sic nostris & vestris dissimulabitur causa nostra. Ne stria-
 dem minus solliciti quiescent, ut pote sperantes longiusculè abiisse maiorem gentis vestramul-
 titudinem. Postquam vero vestra exercirent tentoria, noctis sub silentio per loca reuertantur op-
 40 portuna: eos interim clandestini, scalamuris admota accelerare; tumultumque omnem com-
 pescite; murumque velociter & confidenter ascendite: quoniam Turres meas ut vobis promi-
 si mandabo. Vos autem de reliquis agendis procurate, rerumque euentus gladiis perficie, nec a-
 liquid quod agendum sit, sanquam segnes, negligite: Ego vero insomnis & sollicitus, ve-
 strum præstolabor adventum. Boamundus, officium preconandi cuidam suo iniun-
 xit seruienti, quem nescio de qua re Malam coronam nuncupabant: qui vadens
 por omnia castra, clamorâ voce perstrebat: tempus ab optimatibus indicî, ut
 aarent depraedatum terram inimicorum tuorum. Secretum autem omnium agen-
 dorum suorum Boamundus creditit Duci Godefrido, & Comiti Flandrensi, & Comiti
 de Sancto Egidio, atque Podiensi Episcopo, Roboroque Normanno, & quibusdam
 50 aliis optimatibus. Tancredus enim, siue consiliarii, rem totam ab origine no-
 uerant. Stephanus Blesiensis aberat: qui magna sicut asserebat detentus in ualutu-
 dine, ad Alexandream, recreationis gratia, donec conualuisset, discesserat. Exer-
 citus igitur Christianus huiusc rei ignarus, die vesperascente castra egressus est;
 & per quadam deuia deductus, aurora nondum illucsciente, prope ciuitatem, por-
 compendiosa repedauit diuerticula. Boamundus autem interim suis familiaribus
 mandauit; Hanc, quam preparauit muro illi quem cerniebat, prudenser apponit scalam. & eaci-
 sunti sapienter vos agite, & confidenter ascendite. Faciet vostros Pirrus amicos noster, inq.
 suis Turribus potestatis uos collocabit vos. Filium suum mecum ob fidem habeo. Vos autem postquam
 Turres ascenderitis, rem reliquam peragite gladio. Nullus timet, nemo suspirat: Scalamur ad-

iuncta est, & vincit acum propugnaculis desuper. Properate igitur & intrepidi ascendite. Ascendit primus quidam Langobardus, nomine *Paganus*, non tamen omnino intrepidus: nec mirum, cum & de proditione timeret, atque ad loca incognita transcederet; & de quibuslibet euentis formidaret, ac mortis horrorem sibi praesentem semper immaginaret. Subsequuti sunt tamen eum homines ferè sexaginta: quibus diligentissimè *Pirrus* collectis, atque suis in turribus collocatis, postquam vidi plures numero nequaquam subsequentes, materna dixisse fertur lingua, *Michro Francos e home*, hoc est, *beu, beu! paucos habemus Francos*. Verebatur enim, quoniam quidem pauci erant ad defendendum, nedum ad congregendum, ne illi cum ipso in manus incidenter Turcorum. In Boamundum ergo tanquam inefceminatum & segnem; suam retorquebat querelam; eumque amicabilibus conticiis lacestiebat. Descendit præproperus ille Langobardus, per quam primum ascenderat scalam: dixitque eminus expectanti Boamundo: *Quid agis? an dormis? mitte quos velociter missurus es: quoniam iam indemnes obtinuimus tres Turres. Alioquin & nos, & ciuitatem & amicum tuum qui totam spem, & animam suam in sinum tuum expedit, amissisti.* Lætatus est, & qui cum eo erant, *Boamundus*: & dicto cito festinanter cursum arripiunt, ascensum præoccupant; & commonendo, iam alius alium præueniebat. Iraque iam multi ascenderant, multi adhuc ascendeabant, cum qui in turribus & in alijs mœniorum erant propugnaculis, vocibus altisonis exclamauerunt. Occupauerunt etiam turres alias, & iam discurrebant personantes per muros & plateas. Quoscunq; verò repperire poterant, trucidabant; & nemini obuiati parcebant. Ciues enim vix exercefacti & adhuc somnolenti: laboribus enim longè obsidionis fatigati, supini deficiebant; rem ignorantes, domos suas interimes exhibebant; & somno & sono clamantium stupefacti, cauti incautis occursabant; & suos esse sperantes, Christianos, ac si suos, conuocabant: illi autem vbi cunque obuiabantur, tanquam oves procumbebant, & obruncabantur. Tunc etiam, fortuitu, maestatus est Pirri couterinus frater. *Tales sunt, caca & intempesta nox, tui eventus: tales sunt, hora caliginosa, vestra tumultuationes.* Interea tantus erat per scalam repentium concursus, vt ipsa scala diffiliens dissolueretur: quod & ad luctum & ad magnum impedimentum Christianis accidisse, nemo sani capit. Phalanges siquidem Francorum, visum propter muros aderant: sed eis qui sursum & intus pugnabant, nullum auxilium conferre poterant. Orta est igitur ibi non modica tristitia. Erat autem non procul à scala quædam porta, quæ retroactis diebus Christiani explorantes viderant: Hanc à sinistra parte palpantes inuenierunt; & ipsa fracta, quantociùs ingressi sunt. Tunc maior exortus est fragor, & vberior succreuit Christianis dimicandi occasio; *Turci*que somno vinoque sepultis, crudelior necis obuenit angustia. Gentiles illi, dum periculum imminens effugere vellent, impegerunt in Christianos; & impetum euitare satagentes, dum nesciunt, in repentinum ceciderunt mortis discrimen. *Boamundus*, quoniam animo cupienti nihil satis festinatur: morarum impatiens, vexillum suum efferrì mandauit in ciuitate; & collocari contra municipium quod erat in urbe, in editiori colle. Tanto siquidem examine urbem introierant Franci, gentique illi circumcisæ præualuerant, vt innumeris interemptis, quidquid residuum esse potuit, vel in castellum quod imminebat urbi abigerent, vel in alia quælibet diuerticula effugarent: nec ætati nec sexui, nec cuius conditioni nocte illa indultum est. Nox erat ambigua & ideo promiscui sexus nullū exceperat. Dies illuxit: & qui morabantur in castris, tumultuantibus populis, & reboantibus exciti lituis, vexillum Boamundi viderunt & agnouerunt; & de capta ciuitate gauisi sunt. Cucurerunt igitur ad portas, & introcūtes, si quos inuenierunt Turcos, subterfugere molientes, ceciderunt: & facta est illa dies maxima gentilium strages. Nox illa & manè illud lethalem peperit *Antiochenis* fortunam. Quidam etiam per portas viui effugerunt, quoniam impetuosis Francis incogniti fuerunt. *Cassianus* autem Turcorum Dominus interfugientes delituit; & nescio quomodo, non minor tam infortunio, sed dilato, viuus aufugit. Peruenit enim in *Tancredi* terram, ultra quam credi potest palpitans. Incertum habetur, an totius expers confugii discesserit; an ad disquirendum à contribulibus suis adiutorium discurrerit. Illud certum habetur, quoniam si castellum suum introisset, sibi suisq; opportunius consoluisset. Equis ergo suis sodaliumq; suorum ad extremum fatigatis, coactus substituit; & in quoddam tugurium diuertit, ibiq; non satis fideliter delituit. Hoc etiam re-

nim regionis illius accolz comperto, *Suriani* videlicet vel *Armenii*, concursu in eum facto, super incubuerunt; & apprehensi caput amputauerunt, & amputatum coram *Boamundo* detulerunt: ut scilicet taliter ipsius promererentur gratiam; ipsique libertate donarentur & potirentur optatâ. *Cassiani* autem, viri Clarissimi, fisis fuit obscurus & miserabilis. Tales sunt tua remunerations, mundana prosperitas: *Huiusmodi* sunt tua stipendia, fallax & deceptiva fortuna. Gentiles, fatis & fortunæ nimis adquiescunt. Ecce *Cassianus* infæelix, Dux & Admirabilis Antiochenus, hodie miserabili forte, miserabili præuentus infortunio, fatisque infestis delusus, perimitur. Ecce german Regium, tanquam quilibet in stercore natus, indecenter corpore inhumato plectitur. Balteum autem eius & vaginam, sexaginta Byzanteos appreciauerunt. Gentes enim illæ huiusmodi faleris & fibulis valde gloriantur. Plateæ verò & omnes ciuitatis intercapedines, ita densis erant occupatae cadaueribus, ut liber nemini daretur incessus, compita nimirum & viculi, cæsis impediebantur corporibus. Horror itaque, & fœtor nimius quibuslibet incumbebat viatoribus. Ciuitas itaque *Antiochia*, excepto municipio, capta est; & *Cassianus* ut dictum est, deformiter obtruncatus est, quartâ feriâ tertio *Nonas Junii*.

Ecce LIBER SECUNDVS FINEM HABET.

20

INCIPIT LIBER TERTIVS.

 V m ob sideretur *Antiochia*, multi ad eius adiutoriū confluxerant, multi adhuc confluebant: Sed qui confluxerant, capta ciuitate, alii perempti sunt, alii in municipium recepti, alii verò, vitæ suæ fugâ consuluerunt: Qui autem confluebant, auditio de Antiochenorum casu rumore, substiterunt, deliberantes an procul discederent, an proprius accederent. Discedere suadebat fama, quæ felices Christianorum passim prænuntiabat successus; & ex felicibus fœciliores auspicabantur: & iccirco, metus quām maximus singulorum peccoribus inserebatur. Accedere verò eos exhortabatur ira, pro contribulum suorum inimica interfectione, pudor, pro peregrinorum nullatenus adhuc repressa temeritate. Confidebant etiam in nationum coagulatum diffusa multitudine; & in sua, sicut iactabant, singulari animositate. Præterea ingloriosè se esse dicebant, nisi multi paucorum stoliditatem compescerent; nisi aduentitios indigenæ, à suis finibus disficerent: nisi suorum sanguinem, hostiliter effusum, vlciscerentur; nisi filios & vxores penatesque suos, lariumq; suorum residuam suppelleat, desides tutarentur. Horum Princeps & Dux *Curbarannus* erat: vir quidem bellicosissimus, nulli audaciâ secundus, prudentiâ præditus, diuitiis copiosus, militibus auxiliis constipatus, cupidus laudis, inflatus superciliorum iactantiaz, magni nominis homo, militiaz *Soldani Persie Magister*. Hunc *Cassianus* Antiochiaz Admiratus, dum ob sideretur, multis inuitauerat Legationibus, quatinus ad Antiochiam liberandam festinaret: nam illum multis honoratum denariis remitteret. *Curbarannus* autem, tum ut stipendia promissa reciperet, tum maxime vñomen suum dilataret, à *Caliphas*, gentis suæ Apostolico, accepta licentia sacerendi in Christianos, sibi gentes innumeraz, *Turcos* videlicet, *Saracenos*, *Arabes*, *Publicanos*, *Azimitas*, *Curtos*, *Perſes*, *Agulanos*, & alios inumeros coagulauerat, & exercitum immensum conflauerat. Contractis itaque vndequeaque viribus copiosis, quas dinumerare nemo poterat; adiunctis adhuc eidem collegio, *Ierosolymitanorum Admirato*, *Damascenorum quoque Rege*, Curbarannus ad Antiochiam proficisci batur. Erant in expeditione eadem, ut dictum est, *Agulani*, circiter tria millia, qui toti ferro loricati, neque sagittas neque lanceas timebant; neque præter gladios in bellum arma ferebant. Istis Antiochiam appropinquantibus obviauit *Sensadolus* Cassiani filius, & pro capta ciuitate lugubris, & pro morte contabescens. Videres lachrymas per pubescencia stillantes ora, quæ pectus etiam adamantium ad misericordiam commouerent, & ad adiutorium incitarent. Is igitur huiuscmodi verba in sinum Curbaranni profudit: Princeps inuictissime, inimica lesus fortuna, supplex ad te compellor

K 2

accedere; & auxilium à liberali munificentia tua rogare. Moueat te, quaso, debita misericordia; cogat te mutua carnalitatis humanus affectus. Cogita, inquam, in quos de-
 menerim casus: perpende humane tribulationis vicissitudines. Quae me modo fortuna obli-
 quo respicit intuitu, mihi nuper arridebat; & tunc patre optimo & ciuitate inclita gratula-
 bar. Idem infortunium tibi timeras oportet. In tuis secundis successibus, praemediteris necesse
 est de praeauendis aduersitatibus. Fortunati & liberalis hominis est, aliena calamitates, au-
 tumare suas; aliena miseria, largam impendere misericordiam. Succurre ergo mihi, quo
 tibi succurri velles animo, si te fortuna meo tetigisset incommodo. Si de Christianis trium-
 phare volueris, potes etenim eos indifficulter disperdere: & tibi nomen magnum ad-
 quires, & gentem nostram libertati restituas. Quod si contra eos dicinare dissimulaueris, id
 quid restat nisi ut domum & cognationem tuam perditum ire contendant? Gens enim ista
 nisi viriliter reprimatur, Corrosanum ire anhelat; & mirum in modum ultra vires suas
 attentat, & minatur grandia. Ecce Antiochiam inexpugnabilem ciuitatem, ingeniosa
 proditione obtinuerunt; & municipium quod imminet urbi, populus temerarius obse-
 rvent; biatuque Coturnoso contra gentem nostram, quisquis viles, ogganiunt. Propera
 igitur, & de mihi subueniendo festina: quoniam non recedes irremuneratus, nec ero benefi-
 ciis tuis ingratius. Præterea perpes tibi faciam hominium, & in tua fidelitate ciuitatem quam
 mihi reddideris, tenebo. Non, inquit Curbarannus, ita facere disposui. Sed si vo-
 lueris ut totis viribus pro te contendam, Castellum in manu nostra committe; & ego illud
 satellitibus meis delegabo. Postquam de te, sicut dixi, securus ero, plebeculari illam, totis 20
 nisibus impugnabo: Sin autem, terra mee tantummodo patruginabor. Sensadolus indi-
 gnus auxili, Curbaranni postulationibus adquieuit, & municipium potestati
 protectoris contradidit. Tertia verò die postquam ciuitas Christianis est tra-
 dita, municipium quoque Curbarannus obtinuit; prædictique Principis curso-
 res propè ciuitatem cui sitauerunt: Exercitus reliquus pone sequebatur, & ca-
 stra metati sunt ad Pontem Ferreum: & firmitatem illam confestim expugnaue-
 runt; & omnes extemplo interfecerunt, reseruato illius castelli Domino; fer-
 reisque vinculis alligato. Is etiam bello, de quo post dicetur, peracto, viuus
 & vincitus inuentus est. Facta est dies crastina, & Curbarannus inter flumen & la-
 cum metatus est castra: & ibi duos fecerunt dies. Castellum autem sibi redi-
 ditum, cuidam familiari suo commisit, & ait: *Nous fidem tuam, & audaciam, &*
temperantiam: & iccirco ciuitatem hanc vigilantiæ tuae committam. Sciebam, inquam, te no-
 stro congauiorum honore: & ideo hunc honorem quād maximum tua comcredo fidei.
 Prudenter igitur obserua illud, & super iniuncto tibi negotio vigilanter procura. Sunt multi
 ut nosti, mihi Admirati, qui in omnibus dicto citius nostris obtemperarent mandatis: sed
 illorum fidei, fidem tuam prepondero, eorum sollertia solertiam tuam prepono: nullum enim
 sagacitati tua equiperio. Ad quem Admiratus ille: Si, inquit, salua gratia tua, Senten-
 tiam hanc tuam euitare possem, in quemlibet alium præsens mandatum transferres optarem.
 Sin autem, antequam infidelitatis cuiuslibet me redarguas, animumque tuum erga me im-
 paciatum sentiam, Castellum hoc recipiam: tali tamen conditione, ut si in campo manibus 40
 prælio consertis superaberis vitæ meæ consulens, Castellum Franci patesciam. Ad quem
 Curbarannus, Prudentiam & probitatem tuam non inexpertam habeo: quacunque fusa-
 ra sunt, ex dispositione tua concedo. Commissio & accepto, ut dictum est, Castello,
 Curbarannus qui cum quibusdam suis aduenerat, reuersus est ad castra, in valle
 ubi suus exercitus papilioes suos locauerant. Agareni autem illi, quædam arma
 vilissima, ensem rubiginosum videlicet, lanceolam quoque satis inutilem, qui-
 busdam pauperculis diripuerant Christianis. Hæc Curbaranno ad Franco rum
 impropterium obtulerunt, dicentes: *Hæc sunt arma bellicæ, arma nimis præiosa, que*
attulerunt locusta illa de mentica Gallia: His nos expugnare minantur, his contra nos oblu-
ciantur. Curbarannus verò subridens & in manus arma suscipiens, subsannan-
 do sic aiebat: *Franci nullos adhuc insuenerunt viros: Hæcne sunt arma in quibus confi-
 dunt? Hæcne sunt armorum simulachra, in quibus Antiochiam proditione deceperam, ex-
 pugnasse credunt?* Sed, o inaniter super hoc gloriari, quoniam municipium, quod prefides
 Antiochia, munitum propugnaculis & militibus retinuimus: & eos inclusos quibuslibet insuris
 afficiemus. Expergiscamur igitur, & gens nostra semper inuictissima, & in primo conflictu qui su-
 mus, an iumenta, an homines, gens infelix experianter. Abigamus abiectionem plebis a finibus
 nostris. & o genus infractu, indeficentes prosequamur eos etiam in nationibus suis. Censo dedecus
 quād maximū. Optimates nostri, in terra nostra nos defendisse & superasse, nisi talionē reddentes
 eis, in

vis, in terra sua nobis contigerit, eos & quacunque sunt eorum, delere. Antiochia, ciuitas regalis & inclita, totius Syriae caput est, quam pruditione non armis, quam pollicitationibus & adulationibus suis, non bello praoccupauerunt. Hanc igitur dimicando excutiamus, & ipsis explosis eorum terras aggrediamur. Accito itaque notario suo, sic ait: Scribe chartas in Corrosano recitandas, que hunc modum contineant. Calipha nostro Papa, & Solimanno Regi Magno, perpes salus, & honor immensus. Noveritis quoniam locuta illa, que propriam non habent mansionem, qui Christiani dicuntur, latibula sua irreuerenter exierunt; & prout audistis, terram nostram aggredi irreuerentius presumperunt: sed nos ad reprimendam gentis illius stoliditatem, benivolentia vestra & brachio nostro confisi, exiunimus, & eos in difficulter in seruitutem redigemus. Sed hoc parum nobis esse censemus nisi etiam fines eorum manipulis nostris operiemus; & omnia bona eorum absorbemus. Interim gaudeatis omnes amici nostri, & filios generis oportet, qui dum in longinquam militabimus Regionem, illi quos nobiscum adduxerimus resarciant, & donec credibimus, Regiones nostras possideant. Nos autem in incep-
 tione, quod urbi Antiochene imminet, nobis redditum muniumus. & modo contra eos
 quatinus dimicemus, consiliantes tractamus. Ut ergo videatis in quos pugnare habeamus,
 eorum gloria tua direximus arma, in quibus notare poteritis quam nugaces sint armorum istorum geruli. Ut etiam pleniū letari possitis, eos qui Antiochiam suis occupauere prestigiis,
 iam inclusos habemus, nec de illorum deditione ambigimus. Indulgete igitur affluenter vo-
 luntatibus & voluptatibus vestris, & valete omnes amici & Consiliarii nostri. Valeat praci-
 20 pue Solimannus, Rex potens & magnus. Iuro enim me nullatenus reveretur, donec Syria & Romania in libertatem redacta, Apuliam quoque meo subdiderim dominio. Dum haec aguntur praedicti: Curbaranni mater, quae erat in ciuitate Aleph, ad praedictum accessit filium, de his quae audierat profilio gemebunda. Erat enim senex & ple-
 na dierum, vtpote centenaria, & præsaga futurorum: Colligebat etiam multa, mulier sortilega, de constellationibus; & geniculorum non erat ignara, & multarum disciplinarum erat conscientia. Flebilis igitur ad filium aiebat. Ut quid, me in-
 consulti, fili karissime, negotium aggressus es bellum? an quoniam sum decrepita, me des-
 pusse putas? Credem mihi, viget sensus, effæcis in visceribus; & laxa cutis & ruga senilis; vi-
 xacem adhuc souet animum. Denique tuum nulli fidelius poseras reserare consilium, qua te vel
 30 artius diligenter, vel qua tibi discretius consuleres. Quid enim affectui materno comparari po-
 terit? Quid igitur matrem inconsultam, matrem insalutatam, o homo plumbei cordis, au-
 fugere presumpsti! o pectus silicinum & iecur adamantium, quod non emolliebat matris me-
 moria, quod non euerberavit ad colloquum affectuosa matris reverentia! Si enim emarcuit
 corpus, vivit & viget adhuc irreverberatus sensus. Ad extreum, fili dulcissime, quam grande,
 quam inefficax aggressus es negotium sine me saltum cautus libripens, prius debue-
 ras praeponderare. Decuerat te metiri, cum qua insuperabilis dimicaturus es gente: oportuerat
 te perpendere, quam insuetas sunt preliandi, quas undeque corrogasti copia. Ut enim veri-
 tatum nullatenus tacuerim: nostra gens aurea est, illa ferrea. Nostra tamen satis animosa est;
 sed manu, minus inefficax, inexperta & expresa est multum huiusc laboris: quoniam admodum
 40 in pace effloruit senectus istius nationis. Præterea D E V S Francorum revera Omnipotens est,
 quem nisi ipsi grauiter offenderint, semper eos victoriosos protegit. Nostris in Regionibus,
 os meum & earo mea, nomen tuum satis dilatum est: sed in Christianos brachium tuum
 nondum satis approbatum est: Quos nisi impugnare desieris, de duobus alterum erit, seu de
 Christianis triumphans glorioſior eris: seu titulum tuæ probitatis superatus, quod absit, liti-
 dabas: Porro si matri consilienti adquiesceres, ab hac temeritate resipiscens absisteres; regue
 gentemque tuam huic praemptiuo labore, qualibet occasione non inhonesta subtraheres. Sim
 autem, periculosum est certe anticipi te committas fortuna. Dubium est enim cui potius
 Mars arriserit parti: nostris tamen timeo: quoniam & carnificum illorum ferocitas, &
 50 vus preliandi assuetus, suaque calliditas me vehementer exanimat. Hac igitur omnia, discre-
 tiori esse consideranda cautela: sed quoniam tuo sic inchoasti arbitrio, nec ab his amoueris
 poteris inceptis: obstinatus enim homo es: ne aliquid adulatioua pretermiseris: In isto, si commis-
 eris, superandus es prelio, & gazi optimis tuus expoliabitur exercitus. Multis autem interfectis, tu
 viuus evades: hoc tamen morieris in anno, ei mihi morte subita. Veterana illa in lachrymis
 deficiens, loquendi finem tecerat, cum filius eius i. stabundus, sic paucis respondit:
 Miror, mater mi, qua fronte de Christianorum pronuntiaveris victoria; cum ipsi nec numero,
 nec armis nec animis genti nostra debeat comparari. Plures enim solus ego habeo Admiratos po-
 rentes, bellicosos, quam ipsi sint cu tota sua expeditione. Quis tamen falsus interpres haec annuntia-
 rit tibi? Interim tamē sileas volo, ne forte nostri exercitus animos suis enerues sermocinationibus.

Reuertere igitur, mater dulcissima, euentumque rei meliora desiderans, expecta. Ipsi homines sunt, sicut & nos; & contra homines impuros, & incircumcisos, non contra D E V M, nec D E V S contra nos, pugnabimus. Aequalis sorte mortalitatis circumdamur: Illi dumtaxat o*c*ius morientur, quorum manus segniiores erunt; quorum animi ad non defendendum, frigescunt minus audaces. Tu autem, mater, tota digna reuerentia, vale; & nec dum tempus illud quod portendunt sortes & auguria nostra, quod scilicet Christiani terram nostram possessuri sunt, credas adesse. His dictis belliger Heros conticuit; materque, filio decolcato, genas suffusas lachrimas, ad lares suos curiosa remeauit; & opes quas vndeque aquaque corrogare potuit, in Aleph, Ciuitatem munitissimam conseruandas intulit. Tertia die post hac Curbarannus armatus, in oppidum sibi comissum equitabat. Christiani verò videntes acies ordinatè procedentes, vrbique appropinquantes, exierunt eis obuiam; & prælio præparato se iis posse resistere autumabant. Tantaverò fuit Ismahitarum illorum multitudo & fortitudo, quod extemplo coacti sunt Franci refugere in ciuitatem, pertimescentes impetuosa*s* sustinere gentes. Et quoniam non poterat eis portarum angustia ingressum præbere liberu*m*, ex ipso impetu multi suffocati perierunt. Aggressi sunt eos Turci vehementer; iamque deficiebat dies, neque lassis dabatur requies. Sic exhausta die, nox cœptata, terras obumbravit. Incubuit igitur Christianis magna desperatio: alii tamen consolabantur alios, & in diem crastinum concionabant de prælio. Aliqui tam enītra ius & fas meticulosiores, & fratrū affectus immemores, noctu*m* de fuga cogitauerunt; & ad totius suz consanguinitatis & successionis ignominiam ignominiosiores aufugerunt. Non enim meminerunt quantum fuerit decus, fratribus & commilitonibus dimissis, amicis insalutatis, proceribus in consultis, permurum funibus diuiniti, viile robur turpiter effeminari, homines antequam oporteat dementari. Nam qui quondam à prælis, sociis dimissis, fugiebant, socrorum proditorum vocabantur, & plerumque capitibus in eis vindicabatur. Horum quoddam nominare non prætermittam: licet omnes nominarem, si omnes ex nomine nossem. Non enim eorum parcere debemus infamia, qui suz nimis formidolosi non pepererunt fame. Wilhelmus de Grenta Mainil, & Albericus frater eius, & Guillelmus Trosellus, & Lambertus Pauper: Hi hesterni bell*i* timore perterriti, & vt crastinum autugeren*t*, folliciti, funib*s* permurum demissi sunt; & ad perpetuam suam ignominiam furtiu*m* funambuli vocati sunt. Noctis igitur illius conticinio, & funib*s* elapsi sunt, & ad portum Sancti Symeonis pedites, manibus & pedibus excoriatis, deuenerunt. Ambulauerunt tota nocte per præcipitorum abrupta; & cum multis Comitibus ad portum præfatum ambulantes, defessi substiterunt: & nautis in portu vacillantibus dixerunt: Erant nempe in portu naues multæ: Quid hic agitis, gens miseranda? Omnes quos expectatis, decolati & deleri sunt Christiani: Et nemo prater nos viuis euasit: Et vos adhuc desidiosi moras agitis? Turci Antiochiam quam subegeramus, obfederunt; imò cœperunt: Alios omnes decollauerunt; & nos vix eorum gladios euasimus, dum nocte hac ad vos usque viam direximus. Rumpite igitur funes: quantocius, inquam rumpite, remisque mare percellite: quoniam si moras in nexus eritis, quod dicimus videbitis. Nautæ, huiuscmodi rumoribus exciti, alii anchoris abruptis, mare veliuolum iam sulcabant, & carbasa crepitantes in auras obliquabant. Dum hac aguntur, ecce Turci repentini littora explorantes aduelant; & imparatos & timoratos nautas trucidant; rates in portu remorantes, ignibus appositis depopulantur, & spoliant; & desidiosos homines pro voto dilacerant. Qui verò remanserant in ciuitate, pondus belli Turcani tota die sustinuere; nec iam diutius fatigati, tantos poterant perferre labores, cum subitum arripientes consilium, murum de lapidibus impolitis, & sine cemento inter ciuitatem & oppidum ædificauerunt, ne Turcis in eos liber daretur excursus. Ipsa enim maceria oportunum Christianis præstitit auxilium; importunum autem Turcis peperit impedimentum. Ad murum usque siquidem oppidan*i* discurrebant, sed statim à Francis repellebantur; & ita congressus gentilium frustrabatur. Francis siquidem, tota sedulitate, propter murum armati assistebant; nec somno, nec cuilibet aliis curandis indulgebant. Fames interim pedetentim conuoluit: & vt equos & asinos, & si quid aliud immundum erat, deuorarent, compulsi sunt Christiani. In magna constituti miseria, plerique desperabant; alii tamen ad D E V M medullitus suspirabant. Necessestam enim qualiter euadat, circumspectus homo cogitare non desinit: Nec facilius quilibet euadit, quam qui sibi Domi-

Dominum coadiutorem efficit. Inuocabant igitur Dominum, & ipse exaudiuit eos: Et misit eis quandam Sacerdotem, ita sermocinantem: *Fratres, & amici mei, audite visionem quam videns vidi: quam ne putetis phantasiam, vel somniorum ludificati- nem, si mentior, meam volo delectari impudentiam.* Dum in Ecclesia Sancta DEI Genitricis per noctare decreuissim, pro nobis, inquam, intercessurus: nescio vel vigilans vel semi-sopitus: ne- scio, DEV S scit: *Dominum nostrum IESVM CHRISTVM vidi, nec tamen agnoui.* Ad- erat etiam sanctissima sua genitrix, & Princeps Apostolorum Petrus sanctissimus. Hos omnes aspiciebam. neque ut dictum est, homo dementatus, Dominum meum sanctumque illud col- legium agnoscebam. *Dixit que mihi Dominus: Agi oscis ne me? Cui ego, vocem quippe per- cunctaniis intelligebam, sed personam interrogantis, nondum agnoscebam:* Nequaquam Do- mine mihi. Interim crux splendida super caput eius resplenduit apposita. Interim interrogauit me eundem sermonem, & ego. Si bene, Domine mihi, percipio ex ligno Crucis capitituo impositae, crucifixum & Redemptorem nostrum te inteligo. qui dixit: Ita est plenè ut dicis. *Ego verò suffusus lachrimis genas ad pedes eius singultuosus cecidi, & adieci. Do- mine, miserere nostri. Domine memore esto populi tui. Domine D E V S adiuua nos. Et Dominus ad me:* Et ego huc usque vos iuvi, Nam & Nicheam obtinere vos permisi, & in multis vos protexi præliis; meque duce vicistis, & Antiochiae præua- luistis, & in ipsa obsidione multa pro voto veltro vobis indulsi: vos beneficiis meis ingrati, contra me intumuistis; & tanquam ex adipe iniquitas vestra prodiit; *meque, gens iniuriosa, gentiliter exacerbastis, dum cum mulieribus vel alieni- genis, vel vestrae professionis, sed illicitis, fornicati estis. Ille siquidem singularis pector, eos attigit, & oculos meos à vobis auertit. Retribuam igitur ego ve- strae ingratitudini, nec parcam prostitutæ & lupananti multitudini. Tunc misericor- dia mater Petrusque beatus ad pedes misericordes ceciderunt Redemptoris; & his supplicationi- bus iram mitigabant minitantes:* Domine, tot annis gens Pagana domum istam, quæ domus erat orationis, obtinuit; suisque spurcitiis, proh pudor, eam delegauit: & ecce, paucorum culpis exigentibus, omni Christianitati tex, quæ domum istam suo sanguine exinde liberauit, eam deleturus irasceris? Parce Domine, parce; parce populo tuo; & ne des hereditatem tuam in perditionem, ut dominantur *eis nationes. Adquieuit Sanctus Sanctorum, supplicantis matris & Apostoli precibus, iam- que vultuicundior, dixit mihi: Vade, & dic populo meo: Lupanar, & prostibulum. & omnem à vobis remouete abusum; & vestralachrimis eluite facinora: & ad me reuertimini, & ego reuertar ad vos: & infra quinque dies opportunum prouide- bo vobis auxilium. Quia D E V S nihil habens immisericordia, ipse sem. Inte- riun quotidie decantent Congregatis sunt inimici nostri & gloriantur in virtute sua: Contere fortitudinem illorum, Domine; & disperge illos: ut cognoscant quod non est qui pugnet pro nobis, nisi tu D E V S noster. Disperge illos in virtute tua; & depone eos, protector noster, Do- mine.* Hæc & alia Capitata, Deitatem complacantia, indeclinenter placent. *Hæc Sacerdos dixit, & adiecit: Fratres & Domini mei, nolite mea discredere parvitate: quo- niam non sicut loquer ambagibus; nec fantastici elusus fallo vos imaginationibus. Si vultis et- iam hunc se reificare experimentum, ne forte quod absit, contemnatis quod vobis edixi, Re- demptoris mandatum. Vel de turris cuiuslibet summitate me precipitate, vel in ignem pro- tripe; & dum vobis illus videbor, tunc demum adquiescite.* Alioquin, me figura locutum sitote. Podiensis, Euangelium & Crucem coram afferri mandauit: super quæ Presbyter; satisfaciens populo, iurauit, ita visionem seriatim se vidisse, sicut testa- rius fuerat in eadem contione. Populus omnis statim ad lamentum conuerti- tur; & de reatus sui confessione aliis alium cohortatur: videres suffusa fletibus Christianorum ora: capitibus cineratis, & nudis pedibus, passim orationis gra- tiâ, omnis ætas, nulla excepta persona, maturabant per Ecclesias: Petunt auxi- liū, rogant consilium. In spirauit autem Dominus eis hoc consilium, quod vñanimi- ter accepserunt. Dixit enim quispiam illorū: Optimates nostri, iuremus ad inuicem, quod nullus nostrum deinceps de isto sancto, quo ad vixerit, subter fugiat collegio: donec Sepulcro Do- mini DEI nostri, pro quo viam hanc ingressi sumus, deosculato. Tunc, etiam consalutatis fra- tribus, qui voluerint ad propriæ reuertantur. Placuit itaque sermo iste, communī con- ventui. Iurauerunt igitur omnes Duces, quorum vocabula superius habes præ- notata: *T. in redus idem iurauit & adiecit: Quod quamdiu posset sexaginta secum habere milites, à Ierosolimitano itinere nequaquam recederet.* Animata igitur & corroborata tota Christianorum congregatio, & in immensum exhilarata est, tali communi- cata iuramento. Erat etiam ibi quidam peregrinus nomine Petrus, cui ante-

quam Antiochia præoccuparetur, Sanctus apparuerat Andreas, interrogans eum & dicens: *Quid agis bone vir?* Cui Petrus: *Quis enim es tu, Domine mihi?* Dicit ei: *Ego sum Andreas Apostolus CHRISTI.* Noveris igitur volo, quoniam postquam ingressus ciuitatem istam, beati Petri Ecclesiam intraveris, inuenies illo in loco: Locumque densum stravit: Lanceam quelatus Salvatoris in cruce perforauit. Quicquid enim in patibulo Crucis, salutare illud Spiritus sancti domicilium tetigit, sacro sanctum est, & Christianis omnibus specialiter amplectendum est. His dictis beatus disparuit Apostolus. Peregrinus his auditis, filuit: Responsum enim Apostoli, nemini propalare voluit: estimabat enim se, somniantis more visionem vidisse istam. Beatus tamen Andreas, sicut postea peregrinus referebat, eum ad locum usque deportauerat; ibique quod diu latuerat, totum demonstrauerat. Capti igitur ciuitate, & ut dictum est, multum profligata Christianitate, iterum apparuit ei beatus Andreas dicens: *quare pusillanimus, lanceam non abstulisti?* Cui Petrus: *Ecquis inquit Domine, meo crederet auditui. Noli desperare,* ait Apostolus, *noli desperare.* Sed scito pro certo ut dixi, tibi que demonstravi, omnia vera esse; scias enim quoniam haec reuelatio mulsum proderit fatigatis Christianis: ut pote quibus pro lancea, confidentia profluet salutaris. Infra enim quinque dies visitabit eos Dominus. & potenter eruet eos a persequentiis manibus. Petrus autem consilium hoc sibi diuinitus insinuatum, suis patefecit comitibus. Populus autem discredebat, & testificanti subsannabat. Perstigit ille, & iureiurando affirmauit, bis ei sanctum Andream apparuisse, sibi que talia denuntiasse; & ne vltterius secretum sibi concreditum absconderet, vehementer adiurasse. Tandem crediderunt iuranti, viresque pristinas animo resumperunt; tanquam ex parte facti à somno. Jam enim duo praecenes emeruerant, qui de sua salute, Dei quoque propitiatione concordabant. Iam ergo de Dei securiores adiutorio, velut iam vicissent, congratulabantur in Domino. Interea Turci, qui erant in Castello, à Christianorum infestatione nullatenus absistebant; sed tota sedulitate Francos incurserant. Incluserunt itaque quadam die, Francis videntibus, tres Christianos in quadam turre, nec ausi fuerunt Franci subsidium inclusis conferre. Defecerant enim multis afficti tribulationibus; & adhuc tabescabant, nullis nisi in spe reuelati consolationibus. Duo igitur ex eis graviter vulnerati, exierunt de turre; tertius quoque viriliter tota die se defendebat solus, de Turcorum invasione: stravit itaque duos Turcos, nullis coadiutus auxiliis: sed sola manu persequentium obstitit turmis. Hac siccirco dixerimus, ut quantum iam exterriti fuerint Christiani, dicere non omiserimus: quoniam fratres suos videbant impugnari, nec audebant pro iis, coram positi, obluctari. Ille præliator fortissimus, Hugo Forcenatus dicebatur, de exercitu Godefridi de monte Scabioso; vir quidem magnanimus & audax, & inter omnes bellicosos præcipua laude dignus. Hunc igitur quem suorum non iuuerunt arma, successiis saltē generationibus, militem gloriosum, nostra commendauerit pagina. Heu! quot & quantis calamitatibus Francorum emarcuerant animi, qui unum ex suis tota die viderunt pugnantem, nec succurrerunt; au- dierunt clamantem, nec responderunt: *Quos cūm Duces vocarent, non conueniebant; cūm litui clangerent, in domibus latitabant: imò inermes & exanimati, bellum diu rogatum detestabantur; & iam velut exanimes, imbellies & inglorii, mori præoptabant.* Boamundus & Duces sic exercitum defeculum irē videntes: quod neque se volebant defendere; nec saltē ad murum usque, qui ciuitatem ab oppido vt cuncte tenui discrimine separabat, poterant eos conducere: ignem copiosum mandauerunt accendi; ciuitatem ex parte cremari: quatinus vel sic domos exirent, & latibula in quibus ad ultimum euirati, satis inuercundè dekitescebat. Accensus est itaque ignis in urbe, qua parte Cassiani palatium prominebat. Duces enim molestiabantur & ægrè ferebant, quod more solito nullam eis reuerentiam, ad pugnam accisi, exhibebant. Ignis itaque nec mora, præualuit: quoniam flammis crepitantibus, alimenta præbebant lignorum antiqua congeries: ventus autem vrens, suppeditabat incitamentum & vites. Qui cunque igitur in domibus illis hospitati fuerant, spolis suis vix arreptis, ad Duces suos coacti configiebant, qui ad portas ciuitatis excubandi causa sibi unusquisque locum acceperant: Ab hora diei tertia usque ad medium noctem incendium non defecit; & combustæ sunt vel domus vel Ecclesiæ circiter ad duo millia. Sopitus igitur est ignis, quoniam omnis ventorum feritas euanuit. Turci oppidani, iam omnino Francis se vix tutantibus, præuahierant, quos pœnè ab inuicem

Inuicem nihil nisi arma separabant. Iam enim res brachio manuq; duntaxat gereretur; & iam minus utrinque certabatur; nec bellum vel ad momentum interrumpebatur. *Turci* plures numero, & impensiore confortati cibo, vicibus sibi succedere, nihil intentatum prætermittere, Francos audacter aggredi, vltro se congreßibus ingerere: alius alium commonere. *Franci* è regione, immoderanter angustiati vacillare; nec cibum nec somnum capere, quippe quibus nulla dabatur requies: qui enim panem habebat, comedere non licebat; aquâ quoque reservata, nullus os squalidum, refrigerare sibi poterat; quippe quibus nec respirare vacabat. In tanta igitur constituti miseria, murum alium silice & calceagressi sunt prouehere: quoniam quem ipsi incementatum erexerant, indifficiliter Turci prostrauerant. Ligneam insuper eterre machinam, quò securiores Christiani se tutare potuissent. Nec etiam bellum interim deerat, quoniam ne murus ageretur, Turci indefessi omnimodis elaborabant. Nox caliginosa, serum omnium colores oculuerat; & ignis ab occidente de cœlo visus est imminere, & inter Turcorum castra tanquam cadens desuire. Non enim multum eorum castra differebant à ciuitate, qui sua locauerant tentoria proxima in valle. Et licet ignis indemnus & innoxius eis fuerit, multum tamen eis incusit terorem, & mœstiam; Christianis autem solamen & lætitiam: utrisque siquidem populis, signum illud de cœlo enituit. Quidam autem eorum castris continuò relictis, pauitantes hospitati sunt ubi potuerunt, videlicet propè Boamundi portam. Qui verò in municipio remanserant, tota die cum Christianis confligebant, nec ab eorum vel mortibus vel fatigationibus auelli poterant: instabant lanceis & missilibus, & illidebant vulnera vulneribus. Pars autem quæ morabatur in castris, ita ciuitatem circumuallavit, ut nemini pateret in die vel introitus vel exitus. Nocte siquidem aliquando aliquis poterat exire; sed occultè, nec tamen sine timore. Igitur fames in dies inualsciebat, & Christianorum exercitum ultra quam credi vel dici potest vehementer angebat: multi siquidem expirauerunt fame: Qui viui, vix palpitabant, lurida videbatur eorum facies, quos enormiter deformabat exhausta, protelatis iciuniis, attenuata macies. Nullos in illa calamitate videres prodigos; imò quosque ditiores, etiam videres indigos: & omnes obelsis carnibus, & tenuata inedia macilentos. Panis enim paximatus & permodicus, si quando inueniebatur, Byzanteo comparabatur. De vino melius puto silere quam dicere: cum vinum ibi vix aliquis Ducum libauerit. Equinæ carnes vel asininæ, pro Imperialibus computabantur delitiis. Gallinæ præcium, quindecim erat solidorum; ouum, duobus solidis; aux iuglans, uno appreciabatur denario: mukos stateres quæque via, valebant: folia fuculnearum, vitium & Cardonum, & si quæ inueniebantur a liarum arborum, audiùs decerptas bullicebant & vorabant: coria caballorum, asinorum, & camelorum, siue bufalorum sicca coquebant, & manducabant: & præterea multis alias ibi passi sunt calamitates & penurias. Coacti sunt etenim cibos olim fastiditos, fame perurgente, dentibus audis masticare, & deglutire. Nihil enim fuit tam fœdum, tam insipidum, cui fames saporem non attribuerit; cui verecundiam vt gustaret non abstulerit. Hanc passionem continuam tolerauerunt gens miseranda diebus triginta sex. Nemo igitur vera dixisse nos ambigat, nemo submurmuret: cum quibus eduliis viuere potuerint qui messem non collegerant, qui horrea nulla reppererant, qui urbem longa obsidione depopulatam, & tandem combustam incolebant, qui forum venalium rerum ab indigenis non accipiebant, nullus conuenienter excogitare queat. Admirari quidem potest, sed unde tam diu vixerint competenter definire non posset. Neque *D e o*, pro quo talia passi sunt, calumniosè imputandum est; qui castigas ut corrigat; flagellat autem paterno affectu, omnem filium quem recipit. In ipsis etenim flagellis misericors est; & bonitas eius secreta, nihil agit perperam vel immisericorditer: *D e i* namque iudicia nunquam sunt iniusta. Sed *C h r i s t u s* de suis Christianis ita disponebat, vt in ipsis afflictionibus, præter spem Barbarorum, conualecerent: & cum eos putarent defecisse, superarent. In oppressionibus siquidem suis, quæ eis ut ad liquidum examinarentur contingebant, inde sinenter decantabant: *N on nobis Domine, non nobis, sed nominis tuo da gloriam.* Hæc redarguti, misericorditer, de profundis clamabant &

exaudiebantur; & super inimicos suos eleuabantur. *Stephanus* interim *Comes Carnotensis* quem maiores natu elegerant debere præesse consiliis & publicis agendis, homo facundus & singularis scientiæ aliquantula, ut dicebat, detenus infirmitate, vt dictum est, ad *Alexandretam* secesserat conualescendi gratia: huius redditum omnes expectabant, vtpote quem ducem, quem consiliarium sibi præfecerant. Sperabant etiam si rediret, eius peritiam omnibus valde iocundam; Is autem, nondum capti ciuitate, vt dictum est, ægrotauerat & abierat. Vbi vero audiuit Turcos ciuitatem circumuallasse: his & aliis exercitus rumoribus, (non enim *Alexandreta* multum remota est ab *Antiochia*) montana latenter conscendit, quæ declivæ prominebant ciuitati, quatinus pleniter addisceret exercitus vtriusque, vel defectus vel apparatus. Vdit itaque Turcorum innumera tentoria; & ipsos tanquam harenam maris per stadia plurima diffusos: ciuitatem etiam vdit circumuallatam, & paruam Christianorum manum agnouit inclusam. Arbitratus itaq; consodales suos, vel iam omnes deletos vel omnes extimpo delendos: quid enim aliud expers homo arbitrari poterat? Cum suis qui aderant, timore non modico perterritus, cursim fugam iniit & clandestinus discessit. Sat tamen inconsulte, quia nullum allocutus fuerat de Christianorum expeditione. Debuerat siquidem de suis aliquem, clanculo prius mittere, nihil temerè negligere; quid intus ageretur, reuera dignoscere; si posset, eos diligenter consulere: non metum qui omnibus imminebat, sibi soli totum arripere; nec vt qui libet & popularibus indecenter aufugere. Gloriosus enim ei fuerat mori cum fratribus, quam fugitiuum superuixisse, & in Patriam rediisse. Quam offensam postea, tactus cordis contritione, rediens à Patria in Ierusalem, piauit; & sic omnibus satisfecit. Sed ad tempus, timor inconsultus cum ad dishonestam præcipitauit fugam. Quod ad improperium ei multum imputatum fuit, donec culpam diluit; inclusis etiam nimis obfuit. Postquam enim castellum suum, reuersus spoliauerat; & fugam initam accelerabat, *Imperator* ad *Philomenam* obuiavit; eique seorsum vocato dixit: *Antiochiam* pro certo captam fuisse noueris à Christianis: sed castellum, quod munitissimum prominet vrbi, sibi retinuerunt Turci; & ecce, ciuitatem circumuallatam obfident; & ex municipii propugnaculis expugnant: seu magis ut reor, iam ex pugnauerunt eam, & omnes viri perierunt. Consule igitur & tibi, & quam conducis genti: Consulo ita & ego: & quam citius reuertere, ne forte incidatis in manus insequentium nos; & vos omnes inictu oculi pereatis. Quod si secus egeris, dico tibi, in proximo: sed sero, temeritatis huic se te penitebit. Imperator contestim accito consilio suo, & *Franci*, qui multi cum eo aderant; quia vtrinque populus *Gallus* & *Gracus*, ad obfessorum adiutorium copiosus confluuebat: rem eis ex ordine patet fecit & dixit: *Franci*, ad quos succurrendum festinaramus, maiore quam nostrorum nunc egerent auxilio: quia, vel omnes in morte iam absorpti sunt, vel in captiuitatem abducti sunt. Indigerent ergo, seu qui eos viuificare posse auxiliatore; vel qui eos reduceret virtute preualida, in quam minati sunt ex longinquâ captiuitate. Nam ita *Comes* iste, qui adest, testificatur: nos autem neutrum horum possumus. Auxilium quod eis preparabamus, prapropterum anticipauit tempus. Ecquid amplius possumus? Postquam omnes deleti sunt, quid eis nostrum proficeret auxilium? Illic quippe labores & dispensio magno tendere, vbi nihil proficias, extremæ de mentiæ est. Vixum est igitur nobis, ut oius reuertamur; ne forte & nos inutiliter exterminemur. Ecce enim Turci plus solito insolentiores, & præsanguine effuso tigridibus efferaiores, si nobis irruant, facilemè preualebunt: quia nostri, rumoribus his auditæ, ex corde illico titubabunt. Reuertamur igitur & rem nostram in tempus craftinum differamus. Veniet, inquam, dies cum sanguinem effusum, de Turcis perfidis ultumiri proficiemur. Volo ad præsens moriantur nostri, morte repentina; sed regrediantur, ut viuant: & reseruemus & reparemus eos, ad irascendum & vlciscendum. Interim, post terga terram istam, edicto Imperiali, deuastatum iri præcipimus: vt si quando Turci in nos emerserint, dum nihil hic inuenerint coacti recedant. Porro gentem istius regionis incolam, transferri mandamus in Bulgaria: ut nullius rei redarguamur immemores. Itaque Franci reuertebantur inuiti, & amarissimè lamentabantur. Multi etiam è pauperibus peregrinis passim moriebantur, ægroti diutinis inualetudinibus. *Guido Boamundi* frater, erat cum Imperatore, donec rumigerulus *Comes* loquebatur: hic audito loquentis vaticinio, valde contristatus est; & ex ipsis præcordiorum conquestus medullis, lachrimatus est: eiulans ergo clamabat: *Heu! mi frater & karissime domine Boamunde, quid contigit?* *Quomodo spes populi DEI cecidisti?* *Putamusne sic promeruisti?* *Vemih!* cur ipse non potius perii? O DEVS quare sic iudicasti? Cur populum tuum sic abo-

sic abominatus es? Ut quid improperium facti sumus Gentium? Quis mihi det, Boam unde frater
 dulcissime, ut ego moriar pro te? Moriatur anima mea, gens DEI, Duces totius laudis ritulo
 digni, morte vestra. Haec dicens & ad uncis vnguis pubentes genas dirimebat,
 flauamq; Cælariem decerpebat; Et omnes ad lamenta ciebat auditores. Vix au-
 tem consolatus, non tamen lenito dolore, cum Imperatore compulsus est redire.
 Obrepit etiam inestimabilis mœstitudo in populo DEI. Nam Episcopi & Abba-
 tes & Presbyteri, pœnè triduo à precibus & laudibus DEI cessauerunt, & pro-
 fundis gemitibus suspirabant. Guido etiam semper in ipso itinere conquerebatur
 & gemebat; & in prædictum Comitem, conuitia multa euomebat. Interim etiam
 10 omnis exercitus ille, die illo facti sunt stupidi, vt stupore mentis perterriti, pe-
 nè a se ipsis desipuerint: Tandem tamen redierunt ad se; & voces querulas &
 preces placabiles, & lugubres querelas, denuo ad DEV M deuotius emisere.
 Imperator autem, nimis festinè verbis credulus Elefensis, in illa singulari necessita-
 te, nullo Christianis obsecisis auxilio collato, Constantinopolim suæ quieti satis-
 faciens reuersus est: Ecce, quantum nocuit exercitui DEI Stephanus Carnoten-
 sis, qui dum sibi soli consuluit fratribus & commilitonibus suis dimissis, Impé-
 toris auxiliarem præsentiam, ab eis auertit; & rumores alios quām eum decuit,
 non veridicus portiter eructauit. Ex DEI tamen dispositione factum non dubi-
 20 tamus, qui disponit omnia suauiter; nec casu fortuito permittit, vel vnum pas-
 rem ad terram cadere. Si enim Alexius Imperator aduenisset, Turcosque supe-
 rasset, triumphus genti suæ, non exercitui DEI ascriberetur; & Græcorum multi-
 tudini deputaretur, non Francorum fortitudini. Qui autem erant in ciuita-
 te, ad DEV M conuersi, totam suam spem in supernis collocauere: quoniam ab
 humano adiutorio coacti sunt diffidere. Loquuti sunt ergo ad inuicem de Lancea
 Domini disquirienda. Magnam enim habebant in illa fiduciam, si inueniretur; quo-
 niam ita ex Deo promiserat Andreas Apostolus. Ventum est igitur in Ecclesiam
 Beati Petri; & ibi diligenter notato loco super hac re diutius altercatum; præua-
 luit autem sententia plurimorum; & tredecim laboriosis & strenuis homini-
 bus, qui ibi curiosè foderent, opus illud commiserunt: foderunt ergo à mane us-
 que ad vesperam: & tandem, eodem Petro cui reuelatum fuerat præsente, repa-
 30 rerunt lanceam. Qua cum digna reuerentia leuata, publicus clamor exeritur;
 & vt debebatur, lætabundus ad eam fit concursus, & tota deuotione deoscu-
 latur. Videres populos lachrimis irroratos, quas extorquebat gaudium: perpen-
 deres gaudium, quod pepererat tantæ rei experimentum. Orta est igitur inter eos
 tantæ lætitia, vt remota omni accidia, deinceps nullius meminerint mœsticie:
 Et ex tunc ausi fuerunt de bello tractare. Consiliati sunt ergo vt nuntios suos
 ad Turcorum Principes dirigerent, qui per interpretem ad eos sua responsa re-
 ferrent. Miserunt autem duos, Petrum Heremitem, & quandam Heruinum, lingue
 40 Turcanæ non expertem. Hi duo, satis gnari & industrii viri, ex Christianis Cur-
 baranno suisque ita dixerunt: Mittere nos ad vos Christianorum Duces, & omnis
 Christianorum exercitus, rogantes ut ab eorum infestatione dein absistatis: & Christianos insé-
 citari à modò definatis. Ut quid enim contra eos tentoria vestra locastis, & arma bellaturi vi-
 brando paratis? Quid enim vobis male faciunt? Nam quid ad vos de Antiochia pro qua con-
 gregatis? Si iudicio contendere vultis, nunquid terra ista, distantie iustitia, Christianorum
 non est? Nonne eam predicatione sua, beatus Christianitati destinans Petrus? Nunquid in ipsa
 eadem ipse presedit Episcopus? Vos ausem freti superba tyrannide, fratribus nostris perempiis,
 ipsam vestro conculastiis imperio. Ecce, iterum ausu temerario in eos militare disponitis. Itane
 50 vobis iustum videatur, quod si suam terram modo recuperare volant, neque quicquam de vestro
 vobis afferre moluntur, vos & regione, gladiis accineti in insenses insurgatis? Mandant
 igitur quod si pacifici recederitis, omnia vestra vobis absportare permetterent; & si quid velleis
 de suo gratis contraderent: Si autem, quod melius esset, ad Baptismum suspiraretis, Sacramen-
 tum illud vobis libenter impertirent: & terram istam dictiori vestra resistirent; & semetipsos
 inimici vestris, pro vobis, tanquam veterini fratres, opponerent. Sin autem accingimini gla-
 dio & si audetis cogitare de prælio, pugnabit securius, quem eiusdem causa, pro qua pugnatur, iusti-
 cia tuetur: sed nos, in voluntate DEI, & DEV M promerebimus adiutorem, & iusticiam
 habebimus assistricem. Si quid respondere habetis, respondentes audiemus. Tunc Curbaran-
 nus, toruo vultu respondisse fertur: Longè aliter trutinamus: Christianitatem enim ve-
 stram, que idololatria & abominatione est, omnino respuius & abominationur. Crucifixus ve-
 ster, quem præzenditis, qui se crucis improprio non potius eripere, vos nostris eripies manib[us].

Miramur, quō hīa n̄ terrā, quād dīu p̄sēdimus, vestrā vocare p̄sumētis, quām ante Petrum illum superstitiosum vestrūm, progenitores nostri p̄sēderunt: sed illos fallaciū suis, à DEITATIS suā culturā auerterit; eos i, in nūgacissimā sectām vestrām decepere seduxit. Poorò, & terra nostri iuris ēst ab antiquo, & virtus nostra, vobis erās, nobis eam mox restituet. Quod si nobiscum velleis Turci fieri, quod nobis ad vitā rūtāndā effet p̄necessariū, & istam ciuitatē, & mūles alias Regiones vobis committeremus: & quicunque pedites sunt equites sublimaremus; & pro vobis ubique pugnaremus. Quod si & hoc respūs, vos cogitatē de fuga: nos enim prouidebimus nobis de terra subigenda, in oīam subactā. Legati retrogradum iter arripiētē, fētini redierunt; & exercitū Christianū de bello imminēti, certiorem reddiderunt: Interim famēs in ualeſcebat; & timor Turcorū, corā pauitāntium Christianorū, adhuc aliquatenus euirabat. Tandem, Sacerdotū edictō, triduanis expletis ieiuniis; processionibusque per Ecclesiās cum lētaniis celebratis; & Christianorū singulis sacrosancto viatico munitis, pugnam ordinauerunt. Sex igitur acies in ipsa ciuitate stabiliuerunt. In acie prima, fuit Hugo & Magnus cum Francigenis & Comite Flandrensi: In secunda, Dux Godefridus cum suo bellicoſe exercitu: In tertia, Robertus Normannorum Dux: In quarta, Podiensis Episcopus, secum portans lanceam, quam Christiani sibi p̄ferri desiderabant; & p̄ſidium & tutamentū sibi magnum credebant: Raimundus quoque Comes Sancti Aegidii remansit, quatinus obſeruaret ne Turci de Castello descendērēt, & in ciuitatē pede libero irruerent: Acie quintam regebat Tancredus, princeps & miles strenuus: Acie sextæ p̄ſedit Boamundus, vt omnibus prouideret, atque singulorū in necessitatib⁹ totus adēſet. Episcopi & Presbyteri ſermocinabantur, & orabant, & ſigno reverendæ crucis, editioribus ſtantes in locis, omnes conſignabant. Exibant autem ordinatē, per portam quā est ante Machomariam. Nec illud silentio ſupprimendum arbitror: quod dum exirent de ciuitate, pluuiola, tanquam roſcida ſilla, cecidit: quā, quaſi ros matutinus, irroratos equos & equites ita lētificauit vt equi tanquam exhilarati hincire cœperint: equitum animi dulcorati, vegetiores & alacriores fuerint; & omnes ſe-ipsos promptiores & expeditiores ſenſerint. Fuit tamen pluuiā illa tam ſubtilis & modica, vt vix pluuiam fuiffe dixerint; ſed quādam guttulas rorantes plus ſenſerint, quām viderint. Hoc enim nobis à multis relatum oſt probabilibus personis. Quis autem, hoc diuini munēris largitatē dubitauerit? quis, guttularum irrorantiam Dei ſuos viſtantis benedictionem neſcierit? Ad bellū igitur iam maiori fiducia procedebant animati. Curbarannus dixiſſe fertur: Plus ad fugam hi properant quām ad pugnam. Tantæ ſiquidem animositatis & ſoliditatis erat, vt nullam generationem audere ſibi obuiam venire arbitraretur. Postquam tamen illos vidit nec hac nec illac formidolosos deuiare, ſed gressu maturato procedere, iterum non erubuit dicere: Ha contemptibiles canicule de bello forſitan audēbunt p̄ſumere? Dicitur etiam aliquantulum timuisse, & p̄ſe ira efferum expalluisse. Prius enim dixerat ſuis dum Christianos videſet etexeunteſ: ſinete eos huc uſque accedere, vt liberius de-glutiamus eos in noſtra potestate. Exeant; ueniant: nos enim eos ſlatim circumcingemus, & preualebimus, & ſuffocabimus. Christiani verò gradatim ibant, nec aliud alium inordinatē p̄ſproperabat. Iccirco Curbarannus, vt dictum eſt, maiori metu diriguit, ſolutisque ſolitis viribus corporis, animo friguit. Mandauit igitur clam procuratori ſuo, quem Admiralium vocant, qui ſuis rebus p̄zeraſt, vt ſi videret in capite ſui exercitus ignem accensum furnigare, ſuos ſciret ſuperatos: & ille confeſtim dato ſigno, ſuisque omnibus ſublati ſecederet: ne forte populus qui cum eo erat, vel in papilionibus, totus deperiret. Curbarannus autem acies ordinatas ſpeculatus, & maiores quām audierat copias intuitus, pedem paulatim aſtutus ad montana retrahere cœpit, vt eos fugere putantes, Franci p̄cipites ſo inſequerentur; & ob id exordinati, poſſent faciliū laedi. Tunc & Turci, cū nihil ita proficerent, diſgregati ſunt ab inuicem: pars à mari ueniebat; alii ſtabant in loco, ſperantes includere poſſe ſe Christianos. Econtra Franci hostilium inſidiarum non ignari, ex acie Ducis Godefridi & Roberti Normanni partem aſſumpſerunt, quam aciem ſeptimam ſtatuerunt; & illis quendam Reinaldum p̄ſecerunt, qui venientibus à mari Gentilib⁹ confeſtim obuiauerunt. Turci verò in eos inſtanter p̄ſliabantur, & naukos ex illis ſagittauerunt; ſeu illis qualibet alia mortis genera atrociter intulerunt. Aliꝝ Christianorū turmæ ordinauerunt ſe extendendo à mari uſque ad montana: quod interſtitium quaſi duorum dicitur
clue

esse miliariorum. Et à montanis & à mari sagaciter instabant Turci, Christianos circumcingentes, & eos vndique infestantes. Ecce Deo gratias, ab ipsis montanis visus est exire exercitus innumerabilis, equis albis insidentes, & vexilla candida in manibus præferentes. Hoc multi viderunt Christianorum, & sicut putant Gentilium; & hæsitanter, mirabantur quidnam esset. Tandem utrique cognoverunt signum de cœlo factum: Cognoverunt enim duces illius agminis, Sanctum Georgium & Sanctum Demetrium, & Sanctum Mercurium; sua signa ferentes, præcedere. Sarracenis ergo visio hæc multum incusit timorem; Christianis autem spem auxit meliorem: Istos animauit, illos exanimauit. Hoc, qui affuerūt multo contigisse testati sunt: non tamen id omnes videre potuerunt; sed quibus Dominus voluit arcanum suum reuelare: Reuelauit autem aliis ad confusionem, aliis ad instantis triumphi ostensionem. Porro mendacii nemo nos redarguat: quia nihil ex corde nostro fingimus; sed quod audiuimus, id testamur: & testimonium nostrum, ex ore eorum qui affuerunt, verum est. Gentiles è regione maris pugnates, postquam pondus belli sustinere non poterant, sicut Curbarannus prædixerat, in herbam ignem miserunt; vt videntes qui erant in tentoriis, fugam inirent; & spolia quæcumque possent, secum absportarent. Signo autem quod diximus, cognito, pernices & irquieti aufugiebant; & tremuli suppellebilem prætiosiorem diripiebant. Christiani autem qui ex aduerso pugnabant, iam ad eorum tentoria pugnam diuertebant, vbi maiorem eorum virtutem remansisse non nesciebant. Obstabant adhuc Turci, tota qua poterant obstinatione: alii siquidem pugnabāt, alii tendis spoliandi intendebant. Dux Godefridus, & Robertus Flandrensis, & Hugo Magnus, iuxta flumen equitabant, vbi rursus maxima pugnantium erat copia. Hi constanter eos aggressos, vnam imiter, repellebant; instabant Gentiles illi pertinaciter, & utrinque pugnabatur irremediabiliter. Resonabant æneæ cassides, tanquam percussæ iacudes, minutatim scintillabat ignis; mutilabantur enses, clipeo cerebro humi procumbebant homines; rumpebantur loricæ, fundebantur exta; fatiscentes sudabant equi, nec equis nec equitibus vlla præstabatur requies. Agmina consertæ, tenui armorum discrimine vix à seipsis iam distabant; alii siquidem alios, coaminius impingeabant; & manus manibus, pedes pedibus, corpora corporibus repellebant. Timor tamen super Turcos illapsus diuinitus, eos extermit; & constantia Francorum invincibilis, illos admirari & obstupecere fecit, & infagam coëgit. Cœpit ergo legio tota labare, nec buccina, nec tympanum, nec lituus, nec præco poterat eos reuocare. Impossibile siquidem est tot Gentes, fuga inita, denuoreuerti, denuopraliari ipse quippe impetus, & communis metus eos exanimat, & infagam lapsos precipitat. Declinauerunt autem Turci fugitantes ad tentoria, vbi multos suorum quos ibi dimiserant succenturiatos æstimabant: sed illi, dum isti decettabant, fugam inierant, postquam vt dictum est, ignem succensum prospexerant. Franci verò despoliandi papilionibus manus & oculos ad tempus continentes, eosque diligenter & immisericorditer occidendo persequentes, & ad Pontem Ferreum usq; fugauerunt; & adhuc ad Tancredi castellum, passim obtruncando persecuti sunt. Tandem ad tendas eorum reuertentes, quicquid erat concupiscibile diripuerunt; & gazas omnimas, & equos & iumenta innumera, & oves lanigeras & alimenta copiosa, & quæcumque indigentibus erant necessaria, detulerunt in ciuitatem. Hanc etenim Gentiles habent consuetudinem, vt si quando vadant in hostem, vel causa necessitatis suæ supplendæ, vel supercilie iactantæ, opes copiosas secū deuehat: & equos & asinos & camelos ad subiectum, clittellarios faciant; & oves & boves ad comedendum deduci præcipiant; nec annonam, nec farinam, nec fabam, nec oleum, nec vinum prætermittant. His igitur omnibus in ciuitate abundanter illatis, optatoq; triumpho potiti, cōdignis laudibus Deum benedixerunt; eumq; sui protectorem ac defensorem præsentialiter cognoverunt; hymnosq; gratulabundos in cœlum extulerunt. Suriani etiam & Armeni qui illas incolebant regiones, videntes Turcos irrecuperabiliter in bello superatos, notos montaneorum anfractus oppilabant, callesq; angustos præoccupabant; & illis immensam deletionem, strictis gladiis, parturiebant. Macabant siquidem eos velut oves errantes, utpote præpauore nimio, totius defensionis immemores. Admiratus quoque qui in municipio ciuitatis remanserat, cui Curbarannus castellum illud commiserat, videns suos longè lateque indecenter effusos, antequam omnes Franci rediissent timore perterritus, Christianorum vexillum rogauit; & accepit, & in municipio in loco edi-

tiori collocauit. Hoc autem ideo fecisse dino scitur, ut sic & suis & sibi parceretur, nec de municipio reddendo dubitaretur. Erat autem signum illud, quoniam dum rogaretur præsentior aderat, *Comitis Sancti Ægidii*. Quod Longobardi videntes vehementer indignati sunt: quoniam non erat illatum *Boamundi* vexillum, cui confratres illi ciuitatem prælibatis pactionibus, conesserant. Admiralius autem ille pro controversia pacificanda illa, reddito Comitis signo, *Boamundi* in turre sublimauit: & tempore colloquii petito, de pace commilitonumque suorum salute loquutus est. Pacti sunt ergo *Boamundus*, & *Admiralius* ad inuicem quod illi castellani, qui Christiani fieri vellent, de vita securi liberalitate Christiana tractarentur: qui verò legem suam seruare voluissent, indemnes ad tuta loca conducederentur; nec ibi ab eis quæ secum detulissent dolosis exactionibus priuarentur. Pactum hoc ab omnibus firmatum est; & municipium *Boamundo* confessim redditum est. Admiralius autem ille nec multo post baptizatus est, & liberali Francorum munificentia donatus est: Solebat autem dicere postea, quod sibi Christianitatem peculiariter adoptasset à diurno tempore. Qui fidei Christianæ recalci trauerunt, *Boamundi* conductu in terram suam remigrauerunt. Hoc prælium factum est quarto Kalend. Iulii, in vigilia *Apostolorum Petri & Pauli*. Gentilibus autem sic deuictis, & aliis à ciuitate procul explosis, & Christianis *CHRISTO* suo Duce, glorioso triumpho potitis, & condignis *DEO* laudibus exhibitis, Duces illius speciosæ Christianitatis, in unum conuenerunt; & communicato consilio, *Hugonem Magnum*, virum non imperitum, ad *Alexium Imperatorem*, *Constantinopolim* direxerunt: quatinus ad ciuitatem recipiendam, quam calamitatis passionibus ei adquisierant, festinaret; iisque similiter iuratas pactiones illibatas conseruaret: ipsi etenim à suis declinare nullatenus volebant: veniret ergo, quatinus neuer à promissis & debitis fraudaretur. *Ad nos, inquit, veniam, & sicut nobis pactus est, & irremotum comitem à modo se nobis in Ierusalem impetrat.* *Nolumus de Sacramento quod eis fecimus, adhuc aliquas pretendere occasu nulas, quod tamen certè possemus: nec ipse quin veniat & iuramentum suum teneat, ullam excusationem praferat.*
 „*Periurii siquidem ipsares est, non simulachrum periurii, nisi ultra vires etiam, omni dolositate remota, obseruare iuramentum elabores.* Iuit *Hugo Magnus* huiusc Legationis officio functus; sed, quamuis in ipsa expeditione gnauiter multâ manu consilioque peregerit, ibi tamen multum deliquit, vbi ad fratres sicut promiserat, & debuerat, coruini generis Legatus, postea non rediuit. Postquam *Hugo* prædictus ad Imperatorem recesserat, *Francorum Duces* consilium ordinauerunt, & de conducendo in Ierusalem populo DEI consiliati sunt. Dixerunt ergo: *Populus iste qui multis passus est calamitates, ut Sepulcrum Domini DEI sui videre promereatur, iam multis fatigatus infortunis, de accelerando itinere palam conqueritur: & nos itidem multo affecti tadio conquerimur. Prouidcamus igitur ipsis quid magis utile sit: Moras nequaquam ulterius quolibet censemus innectendas, præter quas inevitabilis opposuerit necessitas. Sed tamen singula non impetuose, sed diligenter & modeste sunt astimanda: Terra per quam ituri sumus, in aquosa est; agas ultra modum torrida est: aeris ad presens inclem tam ferre non possemus. Longa obdizione, & viribus, & sumptibus exhausti sumus. Sileamus ergo, & quiescamus; & vulneratos & infirmos nostros reparemus; & interim pauperum nostrorum miserecamur. Expectemus humida solstitia; & declinemus *Cancri* & *Leonis* nocuos successus. Calendis *Quembris*, tempus refrigerabitur: & tunc congregati, unanimiter conditum iter aggrediamur. Alioquin totum populum intempestivis ardoribus affigeremus. Hoc autem consilium, turbis flagitantibus, enucleatius differatur: Tempus intractabile necesse est declinemus; & hoc omnibus virillimum perpendicularis. Id in toto exercitu annunciatum est, & tandem ab omnibus collaudatum est. Dispersi sunt ergo duces & familiæ, per finitimas regiones, æstuandi gratia: & egeni eos subsequebantur, viuendi causa. Dixerant enim Duces: *Siquis egenus est & corpore vegetus, iungatur nobis, & nos omnibus, datis unicuique stipendis, subsidiabimur: infirmi publica stipe donec conualuerint, suffiententur.* Erat in eodem exercitu miles quidam pectoris non modici, de familiaribus comitis Sancti Ægidii, cui nomen *Raimundus Piletus*: Hic collegit sibi plures homines, milites ac pedites. Collecto igitur quantum potuit exercitu, *Sarracenorum* audacter introiuit terram; & ultra duas ciuitates protectus, ad quoddam deuenit castrum, cui nomen *Thalamania*. Habitatores autem illius castrorum, quoniā erant *Surians*, sponte sua se reddiderunt ei. Requieuerūt autem eo in loco ferè diebus octo. Nunciatum est igitur illis, quoniā non longè*

longè aberat castellum Sarracenorum plenum. Cingulis itaque militaribus accincti, pannisque obiectis protecti, castellum vndique aggredientes coangustauerunt; & prævaluerunt, & deprædati sunt, & colonos illos humotenus pessimiderunt: Si qui tamen ad Catholicam voluerunt conuerti fidem, illos reueauerunt illæsos. Reuersi sunt ergo ad prius castellum, viatorum potiti gaudie. Iterum die tertia exierunt; & venerunt ad quandam ciuitatem nomine *Marram*, quæ propè eos erat. Conuenerant ibi multi Gentiles ab *Aleph*, & aliis circumcisis ciuitatibus, qui contra eos exierunt ad bellum. *Franci* pugnatos eos arbitrati, ad pugnam se; nec morâ, castris more militum præparauerunt; sed deluisit eos exinanita spes illorum. *Turei* namque versus ciuitatem cautè reuersi sunt, non fugientes neque cominus propugnantes; sed quodam astu se pugnæ subducentes, & iterum Francos celeri gestu impugnantes: Inuadebant eos & gyro facillimo reuertebantur; & mox reducti equi rursus indifferenter gyrabantur. Franci frequentes sustinebant impetus; nec tuto deuitare poterant instantium concursus: si enim attentarent recedere, Gentiles à tergo, quod & accidit postea, cedentibus insisterent. Sustinuerunt igitur usque ad vesperam, & laborem & sitis ardorem: æstus quippe erat quam maximus. Postquam amplius nec labore n. poterant sustinere, nec sitis pestem compescere: quoniam ad refocillandum nulla inneniebatur aqua: conati sunt & condixerunt ad castellum suum conglobati gradatim redire: Sed gens inualida & indecta, pedites videlicet & *Surianni*, ordine spredo, & edicto militum neglecto, cœperunt disaggregatim fugere, nimio correpti paurore: Instabant eis Gentiles indefessi, & terga præbentes insequebantur, & cedebant; & lupis atrociores, nemini parcebant. Suggerebat illis vires optata victoria, & præsentis temporis opportunitas. Multi itaque de gente plebeia & pusillanimi, perempti sunt; alii necati gladio, alii suffocati sitibundarum faucium incommodo. Qui viui evaserunt, cum suo Raimundo ad castellum suum redierunt, feceruntque ibi dies aliquot: facta est illa occasio in prædicto mense *Iulio*. Neque enim semper fœliciter successit Christianis: castigabat siquidem eos D. minus de insolentia, ne forte propter frequentes viatorias, mentes eorum aliquantula liuidarentur superbia. Qui verò in *Antiochia* remanserant, votorum compotes, potiti sunt quiete & lætitia: excepto quod dux & patronus eorum *Podiensis Episcopus*, graui corporis detentus incommodo, cœpit ægrotare; & infirmatus, ægritudinis lecto recubuit. Paterno igitur ore filios lugubres allocutus, & affatim eos consolatus, viam vniuersæ carnis ingrediens, irgrauescente morbo, migravit in Domino. Factus est itaque luctus immoderatus, in tota CHRISTI militia: quoniam ipse fuerat consilium nobilium, spes orphanorum, imbecillum sustentamentum; militibus homo militaris, clericos clericaliter educebat, & educabat; singulari prudentia præcluebat, eloquens & iocundus, omnibus omnis erat. Vnde factum est, ut eum sicut patrem & Dominum toto venerarentur animo, quoniam singulis affectu patrocinebatur interno. Celebrauerunt autem singultuosus exercitus eius exequias, episcopali honorificencis, & condito eius corpori, quibus potuerunt aromatibus, imperatiibus exeniis illud prosecuti sunt; & pupillorum examina patrem defunctum, lachrimabiliter, & solenniter in Ecclesia beati Petri sepelierunt. Vix autem ab eius sepulchro populi, crines & ora discerpentes, aulsi, Episcopo defunto, diutinas immolauere lachrimas, quibus extersis rursum sibi consolueré. Comes enim *Santi Egidi*, nullatenus adquiescens pigritiæ vel socordiæ, quin Gentibus zelo continuo inimicaretur, Sarracenorum ingressus est terram; & peruenit ad *Albaram* non ignobilem eorum ciuitatem: quam exercitus eius violenter expugnatam, apprehendit; & omnes virtusque sexus ciuitatis incolas, ad nihilum perimendo redigit; urbemque subactam, suo dominio mancipauit. Electum autem in ea Pontificem, virum prudentem & honestum, consecrandi gratia, miserunt Antiochiam: præfecerunt igitur eum in eodem loco antistitem, & populo Christiano dignum dispensatorem. Ordinatis igitur ibi quæ ad Religionis cultum attinebant, mensis Nouember appropinquabat. Instabat igitur eundi iam conditum tempus; ac de peragendo itinere omnes sollicitabantur. Conueniebant ergo omnes Optimates in Antiochiam, in qua maior pars exercitus æstuauerat. Inuenerunt autem eos lætantibus & exultantes, excepto quod Kalend. Augusti, Podensem tumu-

lauerant Pontificem. Cœperunt autem postquam omnes conuenerant, de im-
 minenti negotio differere, ne videlicet vterius disturbarentur ab itinere. *Boa-*
mundus interim in propatulo conquerebatur de ciuitate, quod nondum totam
 eam haberet in sua potestate. Alloquebatur enim eos de foederatis, quas ei fece-
 rant, pactionibus, dum necdum capta ciuitas obsideretur. Pepigerant enim ei
 totius ciuitatis dominationem, donec res ex integrō referretur ad Imperatorem.
 Comes Sancti Egidii nullo modo poterat emolliri, quin semper de sacramento lo-
 queretur, quod imperatori fecerat, sicuti *Boamundus* ipse collaudauerat. Periurii,
 aiebat, nusquam volo redargui; nec interimpatiar ut tu solus huic urbi domineris. Sit dum-
 taxat Ciuitas sub communi custodia, & de via peragenda exoccupatus disceptemus. Sin autem, 10
 pares & coæquales nostri, quod iustum est determinando diiudicent. Hæc erat insopibilis al-
 teratio inter Boamundum, & Comitem de Sancto Egidio. Congregati sunt ergo
 omnes maiores natu, & quorum præminebat peritia, in Ecclesia Beati Petri, si
 qua posset sopiri tanta similitas. Auditæ sunt diligenter utrinque litigantis que-
 stiones, expectantes iudicium pèritorum definitiones: Itum est in partem, & à viris
 peritis luculenter & abundè disputatum: dilata est sententia, ne augmentaretur
 discordia. Dixerunt ergo & Dux Godefridus, & Flandrensis Comes, & Robertus
 Normannus & alii maiores: quoniam ad præsens nullam dare possumus sententiam, qua al-
 teri non dispiceat, prout poterimus causam istam sub pacis obtenu procastinemus: interim
 fieri aliquid. Responderunt autem expectantibus: Nullam in præsentiarum dare possu- 20
 mus sententiam: sed volumus & collaudamus, quatinus istare pacificè induciata, viam nostram
 acceleremus, qua peracta, vel ordine iudicario vel consilii nostri auctoritate, postquam DEO
 prosperante redierimus, tantum nobis credite,) vos ad inuicem concordabimus. Id totum ita
 concessum est, & sic se simpliciter prosecuturos, manu in manu Episcoporum,
 firmatum est. *Boamundus* itaque muniuit quod ei redditum fuerat castellum, ali-
 mentis & hominibus, armis & excubitoribus: Comes similiter, quod præoccupave-
 rat Palatium *Cassiani* Admirallii, & turrem quæ est supra pontem, à portu Sancti
 Symeonis. Tantæ enim erant & ambitiones & similitates, vt neuter alteri crederet,
 vter sub palliata ambitione ciuitatem sibi attentaret. Nec mirum quantum ad
 honorem & utilitatem. *Antiochia* siquidem, ciuitas est pulcherrima & mu- 30
 nitissima, & copiosorum reddituum opulentissima. Sunt intra ipsam quatuor
 montanæ satis altæ, in quarum vna, sublimiori scilicet, castellum est, quod omni
 ciuitati prominet. Deorsum ciuitas est decenter ædificata, & dupli muro cir-
 cumambita: Murus interior amplius, & in aera porrectus est, & magnis quadris-
 lapidibus compactus, & compaginatus est: in qua muri compagine, turres sunt
 quinquaginta quadringentæ, formosis venustatæ mœniis, & defensæ propugna-
 culis: murus exterior non tantæ est celsitudinis, sed tamen admirandæ venustatis.
 Continet in se trecentas & quadraginta Ecclesiæ. Pro suo magno primatu Patri-
 archam habet, cuius Patriarchatui subiiciuntur, centum quinquaginta & tres E- 40
 piscopi. Ab Oriente quatuor clauditur montaneis; ab Occidente vero, Ciuitatis
 muros præerfluit fluuius, cui nomen *Farfar*. Octoginta & quinque Reges eam
 constituendo sublimaverunt & nobilitauerunt: Quorum Maximus & primus
 emersit *Antiochus*, de cuius nomine *Antiochia* nuncupata videtur. Et quoniam
 tantæ fuit auctoritatis & nobilitatis, noluerunt eam deuictam temere
 dimittere *Franci*: vt pote quæ Caput totius *Syria* extiterat; & primatum suum
 longè lateque protulerat; & Regiones etiam longinquas, eis erat subiugatu-
 ra. Hanc Christiani per octo menses & diem vnum obsederant, & appre-
 henderant. Iterum in ipsa ciuitate iam capta, Gentiles obsecros eos tenuerunt per
 tres hebdomadas. In qua obsidione diurna tantus confuxit Gentilium
 conuentus, vt nullus meminerit copiosiorem, vel se vidisse vel audisse, popu- 50
 lorum frequentiam. Requieuerunt igitur in ea quinque mensibus & nouem die-
 bus. Tot rebus occurrentibus, noluerunt eam incaute dimittere, sed fideli
 delegauerunt tutelæ: Comes tamen & *Boamundus* peculiariter super ea sibi-
 met cogitabant. Ciuitatem ergo, vt dictum est, munierunt; & in mense Nouem-
 bri, alias profecturi, rebus quibuslibet compositis, Antiochiam exierunt. Co-
 mes *Raimundus* cum suo exiuit exercitu & pertransitis duabus ciuitatibus, *Rugie*
 & *Albaria*, quinto Kalend. Decembris, applicuit ad *Marram*, ciuitatem munitam
 & opimam, & multis Agarenorum nationibus refertam. Die vero crastina ci-
 uitatem

uitatem expugnare adorsus est; sed obstantibus mœniis & defensoribus, tunc quidem nihil profecit. Subsequutus est *Boamundus* & in die Dominica prædictam venit ad urbem. Altera vero die, feria scilicet secunda, urbem viriliter aggressi sunt: Nam & scalas pro muro ciuitatis erexerunt; & tutores mœniorum tota die variis assultibus infestauerunt, & similiter parum eis nocuerunt. Nam & scalæ ad murum erant erectæ, sed *Turci* oclamantibus & oppugnantibus, nemo præsumebat scandere. Credebant etiam ciues illi se similiter istis obstatre posse; sicut & *Raimundo Plerio* dudum obstiterant: sed ad ultimum spes præsumptuosa fecellit eos. *Raimundus* enim *Comes* ligneam compaginari machinam fecit: quæ ut habilior esset ad conducendum, super quatuor eam collocauerat rotulas: fuit autem tantæ proceritatis, ut mœniorum culmen despiceret, turrium quoque porrecturam adæquaret. Admouerunt igitur struem illam, propter quandam turrem. Lituorum & tubarum clangebant classica; phalanges armatae circumuallabant mœnia; Balistarii & sagittarii spicula dirigebant; & qui in arce lignea erant, lapides immensos sursum iactabant: Sacerdotes & Clerici Deum suppliciter exorabant, quatinus suam defendeter Christianitatē, præstans illis hospitatem & victoriā. *Wilhelmus de Monte Pislerio* erat in machina, & alii multi. Et quoniam ædificium illud erat muris porrectius, facilius eis nocebant: vt pote super quos lapides iaculati desursum ruerant. Percussi verò vel in ancilibus vel in Galeis vel in capitibus, indifferenter operebant, & omnimodis deficiebant. Hiebant etiam vincinos ferreos, quibus sine intermissione infestabant alii alios. *Turci* nihilominus qui erant in turribus, Christianos sagittis & lapidibus impugnare; ignem, quem *Grecum* vocant, in machinam iacere; & nihil otiosum admittere. Christiani è contra, oleum quod maximè illum ignem extinguit, effundere; ascensum attentare, pedem querere trahere: qui muris supererant, formidare, in nullo tamen deficere. Sic prælium illud usq; ad vesperam protelatum est. Tantum siquidem erat infatigata virtus Agarenorum, ut audacter refellerent versutias Christianorum. *Gulferius* tamen de Turribus, vir altri sanguinis, & audaciæ mirabilis, Lemouicensis oriundus prosapiæ, primus audacter scalam ascendit, & usque in murum pedem tetendit. Ascenderunt post eum aliquot; sed non multi: Scala siquidem confracta dissiliuit. Defensabat tamen murum viriliter; & Paganis expugnatis, socios & nutu & voce conuocabat. Interim alia scala festinanter erecta est, & per eam gradiebantur multi pedites ac milites: denique toti ascenderunt ut murum magna ex parte præoccupaverint, & ciues expugnando reiecerint. Insurrexerunt tamen Pagani, totisque viribus Christianos aggrediuntur. Tanta siquidem virtute illos aliquotiens impetierunt, ut Francorum aliqui è muro se dimiserint, timore subacti. Piores tamen in muro remanserunt, qui tamen diu frequentes impetus tolerauerunt, & recompensauerunt, quo usque Christiani murum suffodissent, & aditum patefacerent. Quo Turci cognito ad desperationem usque timuerunt, & in fugam irreuocabiliter præcipitati sunt. Capta est 40 igitur *Marra* ciuitas opulenta, horâ vespertinâ, die Sabbathi, tertio idus Decembris. Viùm est Maioribus ciuitatis, in tanta trepidationis miseria, filiis & vxoribus suisq; suppellestilibus ascitis, coire in Palatium quod supra portam erat: ut sic saltet mors repentina dilata temperaretur; & ad viuendum lucrarentur momentum. Sperant enim omnes morituri summum lucrum, si possint prolongare vitam ad modicum. Christiani verò urbem deuictam ingressi sunt; & quicquid gazarum, vel in domibus vel in fociis inuenire potuerunt, rapaciter abstulerunt. Sarracenis autem perimitis, tanto conatu institerunt, ut vix aliquem viuere permiserint. Non itaque in tota ciuitate, vel platea vel angulus vel domus vel locus aliquis vacabat à cadaveribus: gressus quoque viantium grauiter offendebatur, ab extinctis & condensis corporibus. Pauor qui viuis oriri solet ex mortuis, ibi nullus erat: quoniam mortuos, ubique locorum, tanquam viuos sibi contiguos didicerant: Fœtor illis dumtaxat officiebat: nam sentire vel videre vel inter mortuos dormire sine fastidio iam illis consuetum erat. Qui in Palatio congregati erant, alii perempti sunt, alii in *Antiochiam*, Boamundo iubete, vel seruitum vel venū deducti sunt; & omnes ita, opibus eorum direptis, dissipati sunt: nam qui deficiebant in via, vel lapidibus obruebantur, vel gladiis confodiebatur: passi sunt itaq; Marrenses ciues infelices, exterminium quod diximus. Morati sunt autem Franci in eadem ciuitate, mēsem integrum & tres dies. *Oriensis* Episcopus infirmatus, ibi recessit à superis & ad superos euolauit. Ex illâ morâ successor exercitui famis valida, quoniam omnia quæ in ciuitate inuenierat,

equi vel equites consumpserant: nec extra ciuitatem, totâ terrâ depopulatâ, tantum cunque inuenire poterant, & mercatum nullum habebant: Vnde factum est ut ex ipsa diuturnitate, fames ista, fami quam in *Antiochia* perpessi sunt, præmineret. Compulsi sunt ergo quælibet inhonestâ vel inconsueta vel austera, vel etiam illicita, dentibus infastiditis attingere. Relatum est enim & compertum, quod multi carnes Turcinas, carnes scilicet humanas, verutatis & ignibus assas, inuercundis morsibus tetigere. Exibât itaque furtim à ciuitate, & procul ignibus accensis coquebant; & nefandis dapibus sumptis, sic etenim miseræ consulebant vitæ, tanquam nihil egerint eiusmodi, reuertebantur. Palam gamen hoc verbum factum est in exercitu: sed quoniam fames præualebat, vltio suspendebatur. Maiores tamen pectus & os percutiebant, & horrentes silebant: nec tamen imputabatur eis pro scelere, quoniam famem illam pro D E O alacriter patiebantur; & inimicis manibus & dentibus inimicabantur. Patrabant equidem illicita, sed legem violari compellebat angustiosa necessitas. *Fames* enim Castrensis omnia appetit, nihil respuit. Quid enim non cogis sœua fames? Hæc enim lues incurabilis est, & cibis ablatis fames augmentatur in dies. Nullam enim grauedinem minus potest homo tolerare quam famem: qua de rem multociens contigit, vt quidam famelici, tanquam somniantes, seipso suis dentibus appetierint. Nihil enim homini, fame est intollerabilius. Alii qui viuere volebant honestius, findebant Turcorum corpora: quoniam in eorum visceribus Byzanteos inueniebant; & aurum illud quod glutierant, Christiani sibi tollebant. Tantam inediæ pestilentiam Christiani passi sunt in *Marra*: plerique autem fame perierunt præualida. Ibi rursus de concordia loquuti sunt inter *Boamundum* & *Comitem Raimundum*: quæ res postquam nihil profecit, Boamundus confestim iratus Antiochiam reuersus est: & iter in Ierusalem ad populorum detrimentum disturbatum est. *Priuata* siquidem *Principum* simulantes subiectos pessum dant, & affligunt, dum alter ab altero dissentient. *Dumenim unusquisque* quod suum est querit, à communii prouidentia tepefit: populi quoque ad communem perniciem desolantur, vbi consules seipso non consolantur. Populus itaque Ierosolitanus multum erat impeditus, pro Ducum suorum querelis particularibus. Iam igitur liber iste tertius finiatur, & ad quartum in boandum rursus accingamur.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

 *Q*UAM A simultatis mutuæ inter Principes, re vera erat *Antiochia*: Porro querelarum occasionses erant, quod alias sacramentum Imperatori factum, palam omnibus prætendebat, quod præuaricari nullatenus volebat; alias donum sibi ab omnibus factum de ciuitate dicebat, & 40 iccirco donum sibi factum obtinere volebat. Vtrumque tamen verum erat: Et quamvis ita se res haberet, quoniam tamen nequibant pacificari, magnum impedimentum hoc erat omni exercitui. Postquam *Boamundus* ad Antiochiam recesserat, *Raimundus* Comes per Legatos suos Principes qui erant Antiochiae prosequutus est, & vt ei ad Rugiam confabulandi gratia obuiarent, illos alloquutus est. Venerunt *Rugiam* conuocati Principes, Dux videlicet *Godefridus* & *Robertus* Normannus & *Robertus* Flandrensis, & *Boamundum* secum adduxerunt: Loquuti sunt sicuti heri & nudius tertius de concordandis Proceribus. Postquam iterum res ad nullum processit effectum, Principes illi contristati Antiochiam redierunt: quoniam de via maturanda nihil adhuc profecerunt. Nec Comes nec *Boamundus* ire volebant, quoniam adhuc vehementer de ciuitate disceptabant. *Boamundus* ire nolebat, nisi ciuitas ei tota reddoretur; neque Comes, nisi *Boamundus* eos comitaretur. Comes *Marram* reuersus est, vbi Christianus exercitus fame periclitabatur. Compunctos autem corde, animo suo liberaliter dominatus est; & vt D E I militibus consuleret, eundo in Ierusalem aggressus est. Præposuit enim causam D E I, suæ vel voluntati vel vtilitati. *Summa* siquidem *virtus* est in Principibus, si sibi ipsis dominentur, nisi pertinaciter obstinentur: In Ducibus enim nimia obstinatio, subditorum omnium est periclitatio. Imperauit igitur Comes sibi ipsis, ne omnino noceret

ret Christianitati. Precurauit ergo mandando hominibus suis, de palatio *Cassani* curiosè muniendo. Exiuit igitur *Marram Idus Ianuarii*, nudis pedibus, & coagulauit se spontaneus peregrinis hominibus: hoc enim signum suscepit peregrinationis, humiliatus Comes ostendit. Facta est itaque in populo DEI magna lætitia; & proficiscentibus illis. adiunctus est ad ciuitatem *Capharda*, Comes de Normannia, & ibi tres quieuerunt dies. Rex ergo *Cesaria*, pactionem pacis pactus est cum Comitibus. Multociens enim Legatos suos ante Marram dirrexerat, conuentio nem hanc condixerat, quod pacificus esset Christianis, & multa de hiis libenter eis impertiret, nisi ad eum exhortandum, vel ad regnum suum depopulandum 10 Francorum genus indomitum anhelaret. Fiduciam insuper eis fecit, quod quam diu suum dilataretur regnum, nullum omnino Christianis fieret offendiculum, eisque copiosum mandaret mercatum. Hanc fidelitatem à Rege Cæsariæ suscep perunt, & confidentiores ire perrexerunt. Exeentes à *Capharda*, castra metati , sunt secus fluuium *Pharar* propè Cæsaream. Cumque vidisset Rex Francos pro pè ciuitatem suam hospitatos, vehementer indoluit: quoniam castrorum alienigenarum, iuxta se eum puduit. Dixitque, *Nisi summo diluculo castra vestra, à ciuitatis nostræ suburbio remoueritis, vos fædus initum violabitis; nosque vobis mercatum prouidimus, nosque nobis prouidebitis.* Manè igitur factò duos de suis ad eos direxit, qui eos euadare fluuium edocerent, & exercitum in terram fertilem deducerent. In 20 trauerunt ergo quandam vallem opimam & locupletem, cui super erat *Castellum*, quod extemplo fecit Comitibus securitatem. Deprædati sunt igitur ibi animalium tan quam ad quinque milia. Repertum est etiam ibi multum diuersorum alimentorum, & prævbertate gratuita refecta est tota CHRISTI militia. Castrenses etiam exercitui dederunt equos, aurumque purissimum, multamq; pecuniam; & iuraue runt se peregrinis nullatenus deinceps nocituros, neque subinde mercatum eis prohibituros. Manserunt autem ibi diebus quinque: porrò inde digressi, ad quadam *Arabum* applicuere *Castrum*. Exiuit igitur continuò Castelli Dominus cum eis locuturus, & de pace pascenda tractatus: facta verò pace, quæ utriuscomplacuit parti, ad aliam demigrauerunt ciuitatem, muris pulcherrimam & 30 bonis omnibus opulentam, in quadam valle sitam, nomine *Cephalia*. Ciues autem urbis illius, aduentum Francorum pertimescentes, urbem pauitantes exierunt; & ortos oleribus refertos, & domos alimentorum & opum plenas, absterriti reliquerunt, & inconsulti aufugerunt. Quibus omnibus Franci gratulanter potiti, die tertia inde processerunt; & altam & immensam montaneam præcipitando transcederunt; & iterum in vallem uberem descenderunt, ubi dies duodecim quieuerunt. Erat autem haud procul à valle Castellum, Sarracenorum plenum, quod Christiani viriliter aggressum apprehendere nitebantur: & reuera illud deuicissent, nisi Gentiles animalium & iumentorum & pecorum greges foras eie cissent, quibus Christiani direptis, sic à Castello nocte illa quieuerunt. Reuersi 40 sunt ergo ad sua tentoria, deducentes secum, quæ Castrenses emiserant animalia. Diei crepusculo Franci, suis collectis papilionibus, ad idem castrum redibant, putantes se ibi sua metatum iri castra. Gens autem pagana nimium perterrita, noctu secessit, & castellum hominibus reliquit. Introcuntes ergo festinanter Christiani, quamuis vacuum esset hominibus, illud tamen inuenierunt copiosum omnium abundantiarum consolationibus; neque siquidem deerat frumentum, nec vinum, nec farina, nec ordeum, nec oleum. Si quis egens ibi remansit, egestatis molestiam ignaviæ infortunium ei peperit. Ibi celebrauerunt deuotissimi Purificationem Sanctæ Marie die altera Februarii. Venerunt ibi ad Comites, nuntii Regis de *Camela* ciuitate. Mandauit enim Comitibus Rex illius ciuitatis 50 larga donaria, & de pace cum eis constituit: dixit etiam quod nunquam Christians offendere, imò diligenter ac honoraret: tantum populus Christianus ei talionem retribueret. Rex autem *Tripolis* suos ad Comites acceleravit nuntios, deducentes eis decem equos, & mulas quatuor, & auri pondus immensum. Quibus oblatis, subintulerunt nuntii: *Rex Tripolis in hac verba ista dirigit, ut scilicet pacem & amicitiam cum illo habeatis; & cum tanquam ipse vos in veritate diligatis.* Comites cum eo nec pacem fecerunt, neç oblata receperunt, imò fiducialiter responderunt: *Hac omnia exte respuimus, quousque fieri sat agas Christianus.* Exeentes autem de valle illa optima, transtuerunt ad quoddam *Castrum* quod *Arche* dicitur, pridie idus Februarii: iuxta quod castra locauerunt. Oppidum autem illud innumerabili Pa-

ganorum gente munitum erat, & Arabum & Publicanorum frequentiis: Defendebant igitur se viriliter. Iuerunt autem quatuordecim milites Christiani versus *Tripolim*, quæ non multum ab exercitu differebat: hi Turcos inuenerunt sexaginta, qui ante se multos conducebant homines, *Sarracenos*, *Turcos* & *Arabes*, mille circiter quingentos; & animalia plurima. Hos pertinaciter inuaserunt Christiani; & ex illis sex occiderunt, & equos totidem abstulerunt, & alios fugauerunt, & animalia reduxerunt. Francorum siquidem inuincibilis ferocitas, & finitimos & procul positos omnes deterrebat. Dux etenim sic operabatur in illis, ut etiam nunc quatuordecim, sexaginta superauerint; & residuam multitudinem fugauerint, animalibus ex ipsorum fauibus abstractis. De exercitu *Saneti Aegidi Comitis* 10 exierunt *Raimundus Pileus* & *Raimundus Vicecomes*; & cum militibus non multis, ante *Tortosam* ciuitatem discurrebant: Ibi autem erat Paganorum multitudo non modica. Sero iam facto, secretum recesserunt ad locum, & oportunis in locis pluribus accensis ignibus, tamquam totus ibi aduentasse exercitus, in loco pernoctauerunt. Orto iam sole *Franci* conuenierunt, quatinus ciuitatem aggredierentur: Quam vacuam inuidentam inhabitauerunt, quoisque ad castellum fuit obsidio. Erat alia ciuitas non longè ab ista, quæ dicitur *Maracka*: Admiralius autem qui ei præsidebat, paetus cum Christianis, inuexit in illam Francorum vexilla. Dux interea *Godefridus*, & *Flandrensis Comes*, & *Boamundus* venerunt usque ad *Lichiam* ciuitatem. Boamundus iterum ab illis segregatus reuersus est *Antiochiam*, quam 20 multum desiderabat esse suam. Dux autem & Comes quandam obsederunt ciuitatem, cui vocabulum fuit *Gibellum*, Audiuimus Comes *Raimundus Gentiles* cum magnis militantium cuneis aduentare, bellumque Christianis non anceps præparare. Misit ergo ad socios qui Gibellum obsederant, dicens: *Bellum nobis imminet non incertum, & super nos conueniunt agmina Paganorum.* Cum ciuitate ergo quam obseditis, agatis volumus de pace: fratribus tutandis expeditiores adestore. Melius est nos conuenire & pugnare; quam nos à nobis separari & superari. In bellis mora modica est, sed vincentibus lucrum quam maximum: Obsidiones multa consumunt tempora; & vix obessa subiungantur municipia. Bella nobis subdentes nationes & Regna: Bello subacti, euanescent, tanquam fumus, inimici: Bello peracto & hoste devicto, vastum imperium nobis patebit. Eonum est ergo ut conueniamus, quoniam si D E V M promereri poterimus Ducem, & preambulum, non indubitanter statim de inimicis nostris triumphabimus. Accelerate, inquam, ne nos inueniant amulii nostri, dum venient, imparatos. Dux & Comes Legationem gratanter audiebant, quoniam bellum inhianter esuriebant: fecerunt pacem cum Gibellensi Admirilio; & acceptis ab eo muniberis, auro & burdonibus, & aliis quæ complacuerunt passionibus, ciuitate relata, confratrum ad auxilium profecti sunt: sed tunc minime Turcos quos sperabant inuenerunt. Frustrato igitur quod desiderabant prælio, frustrata est illorum præliandi voluntas in illa die: hospitati sunt autem ultra fluuium, & ex illa parte castellum illud obsederunt. Nec multo post equitauerunt ex Christianis quidam ad *Tripolim*, si qua possent obesse Gentilibus illis attentantes. Inueniunt 40 igitur gentem illam effusam extra ciuitatem, Arabes & ipsos Tripolitanos & Turcos, excursionem Christianorum similiter expectantes, & velut in insidiis latentes. Alii verò pertinaciter inuaserunt alios: Agareni siquidem illos primos impetus aliquantulum sustinuerunt, & diutius obluctati sunt. Tandem percutientibus, terga dedere; & in tergiuersatione illa è suis multos amisere. Ceciderunt etiam ibi multi ex nobilioribus ciuitatis. Mulieres, matres & virginis à pinnarum spectaculis, mala Christianis impræcabantur, & pro suis anxiebantur, & ingemiscabant; & tamen forsitan earum aliquæ probitati Francorum in cordibus suis applaudebant. Tanta fuit eo die Paganorum occisio, & cruoris effusio, ut fluuius qui ciuitatem alluebat, rubuisse vilus fuerit; & cisternæ ciuium, quæ in urbis erant, sinu, quas ille fluuius alebat, sanguine illo contaminatae sorduerint. Incubuit igitur mœror & luctus Tripolitanis quam maximus, tum pro trucidatis suis maioribus, cum procisternis foeda sanguinis incursione pollutis. Porro die illa duobus affecti damnis, duplices profuderunt lachrimas: Angustiabat eos quod inopinabiliter Franci potiti sunt trophæo; contristabat eos cisternarum suarum, quas magnipendebant, sanguinolenta fœdatio. Exterriti sunt usque ad defectionem Tripolitani, & ulterius sine obsidione obseSSI, non audebant exire ciuitatis portam. Tripolitanorum finitimi eisdem percellebantur infortuniis. *Franci* gratulabunda potiti victoria, hymnizantes D e o, reuersi sunt ad suos. Die altera mili-tes de

tes de exercitu equitauerunt ultra vallem *Defem*, deprædatum terram; & inuentis
 bobus & asinis, ouibus & camelis, quorum fuit numerus ferè ad tria milia, tantâ
 onusti prædâ, cum gaudio remearunt ad castra. Sedeant ergo ad castrum illud,
 nam nimis erat inexpugnabile tribus mensibus & vna die: Celebrauerunt etiam
 ibi *Pesche* suum, quarto Idus Aprilis. Naves enim Christianorum, de quibus im-
 primis diximus, ad quendam applicuerant portum satis tutum & castello vicinum:
 quæ suppeditauerant Castris illis frumentum & vinum, caseum, & oleum,
 fabam & lardum, & totius vbertatis mercatum. Iccirco & illic tamdiu conser-
 vant, quoniam & nauigium eos sustentauerat; & terram opulentam deprædatum
 10 frequenter exibant. Exibant, i^u quam: & quoniam nulatenus à suo fraudabantur
 voto, ob id lætiores reuertebantur, & ad discurrendum iterum vehementer inci-
 tabantur. Ibi etiam multi ex Christianis perempti sunt, quoniam & *Saracenorū*
 gladii non semper fuerunt obtusi; nec semper eorum militia fuit otiosa, nec ma-
 nus inualida: quoniam & occiderunt *Anselmum de Rabamonte*, & *Wilhelmu Picar-*
dom, viros alti sanguinis; & gñaros rei militaris, quorū p̄æclara facinora eu-
 dentē comperta sunt in illa CHRIS T I militia: Et plures alii ceciderunt: quorum
 nomina in memoriali vitæ suæ contineat: nos enim, *non omnia possumus omnes*. Tri-
 politanus autem Rex per internuntios s̄pè Christianorum Duces alloquebatur;
 & omnimodis eorum animos pertentabat: vt datis ei muneribus secum pascisce-
 20 rentur; Castrum dimitterent, & paſtas acciperent pecunias. Christiani de Chri-
 stianitate illi proponebant, nec aliter à proposito suo diuelli poterant. Rex ille
 Christianitati nimium recalcitrabat: quoniam Patrum leges, & attauorum con-
 fuetudines verebatur & verecundabatur. Tempore procedente nouæ fruges
 exalbuerant, quoniam tractus ille terrarum maioribus quam citra montanus va-
 porat feruoribus: & iccirco properantior æstas properantiores maturat messes.
 Martio mediante fabæ colligebantur nouellæ: Idus Aprilis frumenta secabantur,
 & vindemiarum redibat autumnus. Loquuti sunt igitur & Dux *Normannus* &
Flandrensis, & *Tholofanus*, & *Tancredus* de via peragenda: quoniam iam instabat, imò
 pœnè transierat temporis opportunitas. Dmisso igitur quod diu obſederant Ca-
 30 stello, ventum est ad *Tripolim*, pætiq; sunt cum Tripolitanis: Rex siquidem
 quindécim milia Byzanteorum dedit illis, & quindécim equos magni pretii; &
 reddidit eis trecentos Peregrinos, quos ex diu tenuerat captiuos. Denique sub
 obtentu pacis, mercatum eis p̄æstitit, vnde refecti sunt vniuersi; & firmiter eis
 pepigit, quod si bellum quod eis Admiralius Babylonicus p̄æparabat aliquando
 euincere possent, ipse met Christianus efficeretur, & terram suam in eorum fide-
 litate retineret. Itaque discesserunt à ciuitate Maio mediante. Eundum illis
 erat, & iuerunt tota die, per artam & arduam atque inuiam viam; & serò perue-
 ne sunt ad Castrum cui nomen *Bethoron*: deinde appropinquauerunt Ciuitati sitæ
 in littoribus maritimis, quæ dicitur *Zebaris*. Ibi propter aquarum penuriam per-
 40 pessi sunt sitis immoderatam angustiam, qua nimis defecti, cursum p̄æparaue-
 runt ad fluum *Braim*: ibi recreati sunt quantum ad potum, & homines & iumenta.
 Die verò *Ascensionis Dominicae* commeare illos oportuit; ē viam angustam:
 ibi discursum Gentilium tota die metuebat; metuendo tamen, ab eundo non va-
 cabant. Signiferi & milites, armati p̄æcedebant; & toto exercitui ab insidiato-
 ribus p̄æcauebant: subsequebantur sarcinarum prouisores, & clitellariorum
 subleuatores: Pone properabat ordo militaris, & omnes omnium aderant necel-
 situdinibus. Sic quotidie sarcinarii medietini properabant, & eos imbellium tur-
 matum comitabantur greges. Audiebantur buccinæ, & gradatim, ne debiliores
 deficerent, in via pergebatur: Excubabant vicissim noctibus, & vbi maiori ringue-
 50 bat metus, ibi vigilantior p̄æparatur excubitus. Nihil enim inconsultum, nihil
 inordinatum admittebant: indisciplinati castigabantur, inscii erudiebantur, re-
 belles obiurgabantur, incontinentes de incontinentia sua redarguebantur, & o-
 mnes in commune ad eleemosinam incitabantur. Omnes etiam frugalitati & pu-
 dicitæ studebant; & vt ita dixerim, quædam schola disciplinæ moralis, in castris
 erat; Is erat modus & hæc erat forma in Ierusalem ambulantium. Dum hunc
 disciplinæ rigorem tenuerunt, & affectu caritatiuo redundauerunt, euidenter
 inter eos Deus conuersatus est, & per eos bella sua bellatus est. Hæc iccirco
 dixerimus quatinus indisciplinatorum illorum, qui huic expeditioni glorioſæ,
 superciliosi successerunt, illos extollentes, vitam & viam redarguerimus. Ni-

Militem est inter homines utilius disciplinā. Montaneis illis, in quibus timebantur hostes, sine hoste transiens, venerunt ad ciuitatem secus mare, cui nomen *Ramulū*; & de illa ad aliam, quæ nuncupatur *Sagitta*; & exinde ad aliam, quæ *Surditum* citatur, & de Sur, ad *Acra*; & de Acra, ad Castellum quod vocatur *Cayphas*; & exinde hospitandi venerunt iuxta *Cesariam*, ubi die *Pentecostes*, quarto Kalend. Iunii quieuerunt. Quod die solenniter, ut Christianorum mos est, exhausto, collectis papilionibus & itinere rursus quod instabat emenso, ad ciuitatem quæ *Ramula* vocatur, deuenerunt; ibique via fatigatis substituerunt: Quorum aduentum ciues Ciuitatis illius reuerentes, quoniam illo in vico contra Christianos configere ausi non sunt, ipsâ vacuâ dimissâ, fugâ elapsi sunt. Extra quam ciuitatulam honorabilis monstrabatur Ecclesia, in qua prætiosissimum Beati *Georgii Martyris* corpus quieuerat: quoniam à Paganis ibi detentus, cursum irroratum fœlix agnista compleuerat. Habuerat hesternis temporibus Episcopum locus iste; sed gentilitati modò mancipatus, amissa Pontificis dignitate, *Sarracenorum* ceruicisitati subdebatur inglorius. Ingemuerunt Christiani, amore inuictissimi *Georgii* duntaxat allecti: quem enim audierant & viderant in bello *Antiocheno* præambulum, & præcursorum, & contra gentem erroneam propugnatorem, volebant etiam semper promereri socium & defensorem: solent enim dicere Gentiles, quoniam & eis semper infestus est. Videbant Ecclesiæ parietes venustatos ædificiis, eamque desertam populis: Restituerunt igitur ciuitati desolatae suam pristinam dignitatem; & electum ei præfecerunt Pontificem. Confidebant enim in Domino, subdendam sibi regionem illam, & iccirco satagebant ad Christianitatis plenitudinem restaurandam. Sed quoniam restitutus Episcopus, quibus viuere passet, possessiunculas nondum habebat: quoniam *veprosa fructificabant* vniuersa Ecclesiæ illius prædia; Christiani facultatum suarum ei decimas obtulerunt, quibus collatis dapsilitatibus, prædictus Pontifex viuere, & Ecclesiam reficere potuisset. Rogauerunt autem eum & de fidei castitate conseruanda; & de plebe ad fidem Catholicam conuocanda. Suggerebant ei, quatinus æquanimiter pauperatæ Regionis desolationem pateretur: quoniam qui pro Christianis instaurandis olim pauper factus fuerat, non habens ubi caput suum reclinaret, ecce inuocatus, utpote non inaudibilis, cum eo efficaciter cooperaretur. Sciret enim suis eum dixisse cooperariis *Ecce ego vobis sum, omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.* Apud *Ramulam* his ita compositis, iter in *Ierusalem* accelerandum dileculo censuerunt: signo dato, viam ingressi sunt; & sicut diu desiderauerant, eadie ad ciuitatem usque peruenierunt. Non enim multum distat à Ramula Ierusalem, sed quasi viginti quatuor miliariis. Nocte illa qua in crastinum venerunt in Ierusalem, nulla nox, ut credo, fuit eis in via importunior, seu tædiosior; quæ in ueteratæ famis quasi quoddam fuit irritamentum. Cum enim esurienti à nudius tertius cibus ostenditur, nec porrigitur; quanto censes desiderio, quasi nouo, iterum afficitur? sic qui viam in Ierusalem arripuerant, & tot noctes intempestivas propter hoc tolerauerant, postquam se die crastina cognouerunt illic ad futuros, quantum impedimentum putas eis nox morosa præstitit? Noctes aliæ, vel algores, vel metus, vel bella illis intulerant; nox ista, quod grauius est, dilatum succedebat desiderium. Vix autemabat diem illam affuturam, quam tam en affuturam non ignorabant, quæ votis suis satisfaceret, quæ desideratam ciuitatem eis ostenderet: Expectabatur illud mane & mox illuscendum non nesciebatur: sed quoniam quasi differebatur, & iccirco dilatus affectus augmentabatur: *Animo quisdem cupienti nihil, satis festinatur.* Illuxit dies, & montana quæ instabant Dei populus indetessus concendit: ibat ergo gaudenter, quoniam annuis laboribus ea finem fuerat collatura dies. Ea dies erat desiderabilis, tanquam dies postrema mercenarii. Vbi vero ad locum ventum est, unde ipsam turritam *Ierusalem* possent admirari, quis quam multas ediderint lachrimas dignè recenseat? quis affectus illos convenienter exprimat? Extorquebat gaudium suspiria, & singultus generabat immensa lætitia. Omnes visâ Ierusalem substiterunt, & adorauerunt; & flexo poplite Terram Sanctam deosculati sunt: Omnes nudis pedibus ambularent, nisi metus hostilis eos armatos incedere debere præciperet. Ibant, & flebant; & qui orandi gratiâ conuenerant, pugnaturi prius properis arma deferebant. Fleuerunt igitur super illam, super quam & *CHRISTVS* illorum fleuerat: & mirum in modum, super quam flebant, feria tertia, octauo Idus Iunii, obsederunt. Obsede-

Matth. 28,
20.

runt,

runt, inquam, non tanquam nouercam priuigni; sed quasi matrem filii. Obsederunt enim, non illa obsidione quâ dixerat Dominus: *Ecce venient dies in te, & inimici tui circumdabunt te, & coangustabunt te & filios tuos qui in te sunt!* Nunc è conuerso circumdederunt eam amici, & filii coangustauerunt aduenas & adulterinos. Ecce enim nulos habebat in se filios, qui ei consulentes principarentur; sed modò patiebatur dominos extores & peregrinos, discolas & impuros, qui ei captiuæ, iugo abusu dominabantur. Obsederunt igitur eam, non ut liberam captiuarent, sed ut captiuam liberarent. Obsedit eam *Robertus* Dux Normannorum à Septentrionali parte, iuxta Ecclesiam beati *Stephani* Prothomartyris, vbi lapidatus à 10 ludæis obdormiuit in Domino: hunc iuxta *Comes Flandrensis* sua tentoria collocauit: Ab Occidente obsederunt eam Dux *Godefridus* & *Tancredus*: A meridie obsedit eam *Comes Sancti Ægidii*, videlicet in monte *Syon*, circa Ecclesiam beatissimæ Dei genitricis *Marie*, vbi Dominus Iesus cum suis cœnauit discipulis. Ierusalem itaque sic oblesſa, filiis suis occlaudebatur; intus autem à populis Mazelinis prophanabatur. Die tertia exierunt castra milites è Christianis, *Raimundus* videlicet *Pileus*, & *Raimundus de Taurina* cum aliis pluribus, vel causa circumspicieudi vel deprædandi: & inuentos *Arabes* ducentos superauerunt & fugauerunt; multos autem occiderunt, & ibi triginta equos apprehenderunt. His ita gestis, alacres reuersi sunt ad suos. Feria secunda, constanter impetierunt ciuitatem: & ut pugabant, reuera tunc præualuisserent, si scalas sufficienter præparassent. Strauerunt tamen murum exteriorem, & scalam vnam erectam admouerunt ad interiorem. Super illam autem vicissim ascendebant milites Christiani; & cominus præliabantur in muro cum *Sarracenis*, & eos percutiebant ensibus & lanceis. In illa congressione ex utroque populo multi perempti sunt, plures tamen ex Gentilibus perierunt. Auditore retrahendiliuo, Christiani ab impetu illo tandem destiterunt, & ad castra remearunt. Victualia verò quæ secum detulerant, interim defecerant; nec iam inueniebatur panis ad emendum, nec ire poterant frumentatum: vel quia regio illa nullatenus est irrigua, immo torrida & perarida, & ideo minus iumentis & animalibus opportuna, ut pote pascuis inopima: nec terra illa est 30 nemorosa, & in circulo minus fructifera, excepto quod palmam alit & oliuam: patitur autem & vineam. *Jordanus* ab Ierusalem stadiis ferè triginta, ut putant, se iungitur: lacus habet, sed remotos. Ciuitas suas habet cisternas vnde alitur. Ad radicem montis *Syon* *Syloe* fons est, sed vix paucos poterat sustentare homines: iuuabat tamen: & magnis expensis modica comparabatur aqua. Equos potum ducebant non sine pauore nimio per sex miliaria. Interim nuntiatum est in castris, naues Christianorum onerarias in portu *Iaphi*, quam antiquo vocabulo *Ioppe* distam putamus, applicuisse: quod valde omnibus complacuit castrenibus. Consiliati sunt Principes, quomodo euntes & redeuntes tutos facherent, qui è nauibus necessaria deueherent: *Ioppe* siquidem vel *Iaphi* à *Ramula*, quasi octo di 40 stat miliariis. Porrò *Ashalonita*, vel indigenæ, qui vagabantur seu in montaneis seu in excisis præruptorum cuniculis, viatores aliquotiens incurritabant, & obtruncabant. Motus iste, vel rumor, negotiatorum commeatus disturbabat. Ad hoc exequendum summo diluculo de exercitu Comitis Sancti Ægidii, *Raimundus Pileus*, & *Acardus de Montinerlo*, & *Willemus de Sabra*, & centum milites exierunt, & quidam pedites, ad mare procedentes. Ibant autem, sua confisi audacia, militantes ad portum: Incertum habemus an industria, an post agitando moras: viæ ignorantia, diuisi sunt ab inuicem. Triginta namque milites, aliam viam gradientes, sciuncti sunt ab aliis: qui triginta centum *Arabes* inuenerunt, *Turcos*, & *Sarracenos* nonnullos, de Admirauisi exercitu; & audacter eos aggressi sunt, & in 50 prælium conuenerunt. Illi verò è regione pertinaciter restiterunt; confisique multitudine sua, multi paucos circumcinxerunt: Sarracenis enim is modus est pugnandi. Iam incluserant Christianos; & iam de mortibus eorum garrientes confidebant, cum nuntius Raimundum Pileum vociferans, sic exciuit: *Nisi citissimus ad commilitones tuos euolaueris, auxilium eis perhibitus, omnes pro certo amisisti: Iam enim circumuallati sunt ab inimicis: adhuc tamen vicunque se defendunt.* Habenat laxant, & calcaribus cornipedes vrgent æneis; & dicto citius omnes aduolant; & scutis petitoribus oppositis, turbas contis depellunt, & oppositos disiciunt; & vnuquisque suum sternit humi. Ex improviso siquidem ignaris supersunt, & rem totam gladiis comittunt. Præualebant igitur illis: qui duo rursus statuentes agmina, pu-

tauerunt se posse resistere; nec quicquam profecere. *Franci* siquidem denuo fero-
 citer eos inuaserunt, suosque ab impetu illo taliter liberauerunt: excepto quod
Cardum de Montinerlo, militem audacissimum, ibi amiserunt, & aliquot ex pe-
 ditibus. Dederunt ergo *Turci* scapulas, & fugam initam maturauerunt: sed plures
 cuspidibus insequentium, confossi sunt: inseguuti sunt enim eos ferè ad quatuor
 millia. Retinuerunt etiam ibi centum & tres equos, & vnum hominem viuum,
 qui quæcumque Christianis præparabantur coactus enarravit per ordinem. In
 obſidione interim Ierosolimitana sitis vehemens grassabatur, & perurgebat Chri-
 stianorum castra: consuebant tamen & boum & buſalorum & equorum coria re-
 centia; & consutis vtribus aquam per sex referebant miliaria. Ducebant equos 10
 suos illuc adaquatum: sed Gentiles eis insidiabantur, & ex locorum angustiis gra-
 uiter eos aduersabantur. Aqua tamen quam velut diremptam duehebant, in tan-
 tum erat olida, vt equi etiam illam alſernarentur, quâ odoratâ nares contiactas
 rugabant, & præ fastidio nauſiæ, sternutabant. Erat autem hæc passio fatigabilis;
 diutius enim poffunt homines famem diſsimulare, quâm ſitum. Si qua fontium signa reppe-
 riebantur, vel illa Gentiles obſtruxerant, & per alios comeatus diriuauerant; vel
 ipſi latitantes nocituri latrunculi obſeruabant. *Cedron* & alii torrentes æstu tor-
 rido aruerant. Panis ordeiceus in castris, erat prætiosus. Indigetes siquidem in
 cauernis vel in speluncis delitescentes, omnes comeatus abdicauerant. Exercitus
 itaque Christianus de die in diem in tanta periclitabatur miseria. Designati 20
 principes ad consilium conuenerunt, & quid eis in tantis calamitatibus agitandum
 instaret, eloquuti sunt. Dixerunt ergo: *Angustia vndeque: Panis defecit, aqua deceit.*
Nos ipſi grauiter obſidemur, dum ciuitatem iſtam obſedit putamus. Extra caſtra egredi vix
*audemus, & tunc vacui redimus. Ex longa mora penuriam hanc contraximus: & niſi præcaue-
 bimus grauorem contrahemus. Armis & brachio, ſine machinis ciuitatem hanc expugnare*
nequimus. Obſtant muri, obſtant propugnacula, obſtant turreſ; obſtant rebelles, qui intrinſecus
redundant, defenſores: Quid ergo, Patres conſcripti, censetis? Miserecamur populo huic; &
tandem aggrediamur aliquid, quod noſtri proſit omnibus, quod inclusis obſit ciuibus: quod noſ et-
iam ab his laboribus expediat. Grauissimum tamen eſt, quod huiuscemodi agendis necessarium
eſt. Terra iſta non eſt arborifera: nam ſi arbores alicubi repperire poſſemus, machinas euidem 30
facere ſatageremus, qua iſta deſpicereat mænia, qua turreſ coequarent altiores. Queramus igitur,
vel ligna de domib; vel trabeſ de Ecclesiis abſortemus; vel de qualibet alia materia machinas
compactas erigamus; & ciuitatem hanc totis niſibus aggrediamur: alioquin tempus incassum con-
sumimus. Inuenierunt tandem ligna, quamuis a loco procul diſtantia, qua quidem
grandi labore attulerunt. Acciti ſunt de toto exercitu artifices lignarii, quorum
artificio machinæ compaginarentur. Iam igitur instant operi, & alii lignorum
inconcinam ſuperficiem componunt, atque alii dolant, alii terebrant, alii ligna
lignis copulant: & iam in modico machinas erigebant. Dux etenim Godefridus v-
nam de ſuis conſtituebat facultatibus: nec non alteram Comes Tholofanus de ſuis
ſumptibus ſtatui mandauerat. Instabant igitur artifices illis operibus ſagaciter. 40
Nec minus Agareni illi indefeffi, de ciuitate munienda ſollicitabantur; & nocte
turribus in altanis inſiſtebant, & vrbi defenſandæ irquieti vacabant. Explora-
uerunt interim viri perſpicatores, qua parte ciuitas immunitior erat; & illuc
quodam Sabbatho, nocte intempeſta Ducis Godefridi machinam tranſtulerunt,
qua ſole exerto erexerunt ab Oriente: Hanc quoque prima & ſecunda & tertia
*feria, tota ſedulitate præparauerunt & coaptauerunt. Comes autem Sancti Egi-
 dii à Meridiana parte, ſuam erigebat machinam: quas machinas pro ſuo magno*
mumimine caſtra lignea poſſumus appellare. Comes autem caſtrum ſuum prope
murum conduxit: ſed inter murum & caſtrum quoddam profundum patebat præ-
cipitum, quod omnino caſtello ſuperuenienti erat inuium: Neque ſiquidem ta- 50
les machinas ad declivia poſſes conducere loca, neque contra montuosos dirige-
re; ſed ut poſſit conduci ſemper æquam expectat planiciem. Clamauerunt itaque
per exercitum præcones: vt quicunque in foueam illam tres lapides iaceret, iactis lepidibus
vnum denarium haberet. Omnes igitur quibus illæ moræ fuerunt tædiosæ: vix enim
ad tinguam refrigerandam pro denario pauxillum aquæ inuenires: vel lepidibus
diuehendis libenter inſiſtebant, vel vrbi aggrediendæ inhiabant. Antequam
ergo ciuitatē aggredierentur, Pontifices & ſacerdotes, amictus amicti ſacerdotales,
alloquantūti ſunt populares; & aliquis in loco conſtitutus editiori ſic orditus eſt: Au-
dite, fratres & domini. Quamuis omnia que vobis ad preſens dicturi ſumus, vos ipſi noueritis:
iam

cum enim ista multotiens audistis; attamen per pulchrum & dulce & voluptuosum est, de Domino DEO nostro semper sermocinari: semper audire, & efficaciter intelligere vos indeſcenſer oportet. Vos in ista ciuitate que coram est, CHRISTVS redemit, in hac Christianismum DEVVS instituit; ex hac Christianitatis sacramentum ad nos usque emanauit. A finibus nostris, ut hic oraremus, & Sepulchrum DEI nostri degularemur, aduenimus. Hec, quam videtis, totius nostri est causa laboris. Hac tamen, Ierusalem caelestis instar est: Hac ciuitatis illius, ad quam suspiramus, forma est. Videtis quanta pertinacia, viles & insulſi & adeo extores, hanc nobis contradicunt? Videtis quanta ſoliditate, quorum iuris non est, quod nostrum eſſe debet nobis contendunt? Nostis denique qua temeritate ſan-
10 tuarium DEI polluant; quam innumeris fœditatibus, sanctam ciuitatem ſubdidérunt. Cer-
te, ſi bene & recte conſiderare volueritis, iſta Ierusalem, quam videtis, cui adueniſtis, cui
adefiſis, illam ciuitatem caelestem, & prefigurat & pretendit: hanc nobis hostes ecce contra-
dicunt viſibiles: porrò ſemitas ad illam pertendentes inniſibiles obſident inimici, aduersus
quos ſpiritualis conſtat conflictus. Et gravius eſt nobis obluſari contra ſpiritualia nequitia
in caeleſtibus, quam aduersus carnem & ſanguinem quos videmus. Hi qui in ciuitatula
illa gannint, illorum umbra ſunt, & ſuis Magiſtri inferioris & imbecilliores ſunt. Quod
ſi iſti, qui propè nihil ſunt, poterunt euincere, & ciuitatem quam videmus nobis aufer-
re, quid putas Domini facient, audent cum taliſ ſerui: Pro certo timendum eſt, ut ciuitas
15 iſla caeleſtis nobis claudatur, nobis auferatur, ſi nobis deſidiosi, à malignis hoſpitibus no-
stra domus abdicabitur. Imbelles omnino & inefficaces in lucta ſpirituali erimus. ſi contra
canes inſipidos, nec oblatrare valentes, effeminateſ, & inermes, pro quibuslibet morti-
bus meticuloſi, non aſſurgemus. Expergiſimini igitur, familiā CHRISTI; expergi-
ſimini, milites & pedites expediti: & ciuitatem hanc, Rem quidem publicam noſtram,
conſtanter capiteſ; & CHRISTVM, qui adhuc hodie in ciuitate iſta proſcribitur,
& cruciſigetur attendite; & de cruce, cum Ioseph, vobis illum deponite; & in Sepulchro
cordis vestri, theſaurum illum incomparabilem, theſaurum concupiſcibilem, collocaleſ;
& iſis impioſ cruciſoribus illum viriliter eripiſ: Quoſiens enim iſti mali Indices, He-
rodis & Pilati complices, fratribus vestris illudunt vel angariant; totiens CHRISTVM
cruciſigunt: quoſiens eos tormentant & occidunt, totiens latere CHRISTI cum Longino
20 lanceam infligunt. Hac quidem omnia faciunt; & quod petus eſt iſpi CHRISTO, legi-
que noſtra ſubſannant & impropereant, & ore temerario nos exacerbat. Quid igitur agi-
ſis? aquilonne eſt vos bac audire, vos iſta videre, nec ingemiscere? Patribus & fi-
liis & fratribus & nepotibus dico: nunquid ſi quis exterminus veſtrum aliquem percuſſerit,
ſanguinem veſtrum non uicifemini? Multo magis DEVVM veſtrum, Patrem veſtrum,
fratrem veſtrum uicisci debet: quem exprobrari, quem proſcribi, quem cruciſigi videtis;
quem clamantem & defolatum & auxilium poſcentem audiatis. Torcular calcaui ſolus, 1a.63.3.
& de gentibus non eſt vir necum. Agite ergo, & arma veſtra confidenter vobis
coaptate; & ciuitatem hanc conſtanter, DEI coadiutores, impetite: & pulchrum ſit
mori vobis pro CHRISTO, in iſta regione, pro quibus CHRISTVS mortuus eſt in iſta.
25 ciuitate. Vos igitur inchoate bellum iſpſe, Dux veſter, belli dabit ſupplementum, & bo-
na voluntatis & glorioſe actionis emolumentum. Finem dicendi fecerat heros,
& omnes iam armis accincti, urbem vnanimitet impetebant, vnuſquisque
iam ſibi ſermocinabatur, vnuſquisque ſibi erat & Sacerdos & Epifcopus: Quar-
ea igitur & quinta feria, nocte & die ciuitati iſſiſtebant. Præmissis ergo & orationibus & ieuniis, ſingultibus & eleemosiniis, & ipliſ ſacri viatici commu-
nione muſitis, ſexta feria ciuitatem ſummo diluculo aggrediuntur; nec præ-
valere poterant: qui enim in turribus vel in moeniiſ erant, ſibi inuicem op-
tulabantur, & ignem & lapides continuo iaculabantur. Tholeamus foueſ
30 completa: tribus enim diebus & noctibus, vix illam consumauerat: conduxit
caſtrum ad murum; moraque ſuis ſuccenſebat. Hora vero, quā Dō M 1-
n v s pro Iudeorum voluntate paſſus eſt, Christiani non immemores illius
paſſionis: tanquam viribus reſumptis recentibus, & quadam noua eis ſu-
perueniente audacia: Dux Godeſridus & frater eius Enſtachius, omnium ma-
nibus ſuisque fortiter præliabantur: duces enim illos reliqui ſubſequen-
tur. Tunc quidam miles nomine Letaldus murum aſcendit, & conſtanter di-
micans, exclamauit. Subſecuti ſunt illum illico & alii. Qui vero muros il-
luc uſque deſenderant, paſſim diffugiebant; nec amplius de ciuitate tutanda
M

procurabant. Christianorum multitudo, ciuitatem ingressa persequebatur fugitiuos; & nemini parcebat. *Admiralius*, qui *Turri David* praesidebat, tremefactus, se Comiti reddidit; eiique portam confessim aperuit, ad quam Peregrini suis pecuniis ut intrarent violenter emungebantur: ibi siquidem vestigalia reddere solebant; alioquin, immisericorditer cohercebantur à porta. Ciues ad *Templum Salomonis* fugientes, conuenerunt; & adhuc in illo se defendere presumserunt. Dederunt igitur ibi magnos impetus Christianis: sed postquam se nihil viderunt proficere, gladiis ptoieatis, colla neci submisere. Numerum eorum qui perempti sunt nemo nouit; sed sanguis eorum qui per *Templum* defluebat, usque ad suras ambulantium attingebat; & cadauerum per totam ciuitatem magni acerui erant, quoniam nec ætati, nec sexui, nec nobilitati, nec cuiilibet conditioni miserebantur Christiani. Tanto siquidem odio persequebantur eos, quia *Templum Domini* & *Sancti Sepulchri* Ecclesiam, & *Templum Salomonis*, & alias Ecclesias suis usibus illicitis peculiauerant; ac indecenter contaminauerant. Super Salomonis templum quidam diffugerant, qui *Tancredi* signo, ut saltem sic liberarentur, rogato & accepto fortunam quamlibet operiebantur: sed parum vel nihil profecerunt, quia nec eis Christiani pepercunt: excepto quod qui mortuos efferent, ad tempus viuos aliquos reseruauerunt, quos denique vel vendiderunt vel à superis alienauerunt. Et tamen Tancredus inde multum contristatus est: nec tamen super hoc, contra Christianos efferatus est: sicut ergo, & à commotione illa totus quieuit. *Tolosanus* Admiralium, qui ei se commiserat, & arcem *David* sibi reddiderat, & alios qui cum illo erant, usque *Acalonam* illæsos conduci præcepit: Ita enim eis pepigerat, paustumque suum illibatum conseruare volebat. Ciuitatem autem illam non more subiugatae urbis spoliauerunt, vel cremauerunt; sed sicut domos omnibus bonis refertas inuenierunt, suis necessitudinibus eas peculatas reseruauerunt: & multi dapsiliter inuenta pauperioribus communicauerunt. Iam vero diu desiderato lœtificati triumpho, manibus à cæde ablutis: multi pedibus discalciatis gaudentes, & præ gaudio plorantes, ad *Sepulchrum* Salvatoris deosculandum, cateruatum properauerunt; & ibi gratulabunda donaria, & hostias pacificas obtulerunt. Quis vero iam conuenienter illud explanabit gaudium? Melius ergo unusquisque cogitet in se, & perpendat quantum debuit esse, quam sterilem & verborum inopem me causetur interpretem: unumquemque ergo transmitto ad se, ut sic saltem neuter insurgat contra me. Fuit enim immensum gaudium, ubi omnes quod diu expectauerant adepti sunt. Ibi finem laboris sui videbant; & iam securiores, ex presentibus de futuris bonis, sibi retributiones affuturas imaginabant. De efferendis autem cadaueribus procurauerunt, quoniam horror & foetor inualescebat immanissimus: viuis ergo Gentilibus illud opus mandauerunt; & quoniam non sufficiebant, pauperibus Christianis, dato præcio, idem negotium iterum commiserunt: illos vero per piras coaceruatos postea combusserunt, & ita ciuitatem ab immundiciis emundauerunt. Sederunt autem in ciuitate condignas Deo gratias referentes, itineris & laboris sui prosperatori, & de perfidis Gentilibus magnifico Triumphatori. Non enim viribus suis hanc ascribebant victoriam; sed Deo, qui operatus est in eis & velle & posse, totum illud attribuebant. Restituerunt etiam dignitates suas Ecclesias; & singulas eas coaptauerunt ad opus orationis. Profundebant igitur lachrimas in earum singulis; & vota sua reddebant tota die cum incenso compunctionis. Ducebant equidem dies illas solemnes, & velut sabbatizabant, ferias cuiusdam Iubilei celebrantes. Diem autem illa, qua ciuitatem recuperauerunt, celebrem instituerunt, quinta decima die Iulii, feria sexta. Diem quippe illam triumphalem meritò diligunt, quicunque liberationi ciuitatis illius, & victoriæ populi Christiani congaudentes applaudunt. Deconstituendo etiā ibi rege consiliati sunt; Et huiuscmodi sermonem ad inuicem maiores habuerunt: *Gratias agimus Domino nostro, Proceres egregii, qui nomini suo dedit gloriam; nobis autem sernis suis præstisit victoriam. Videatis, Optimates nostri, ad quem portum requiectionis, publicam itineris nostri causam D E V S perduxerit: videatis quo in statu summatam nostræ voluntatis munera collocauerit: quid autem singula que per nos ipse, vel*

vel nos per eum operati sumus recapitularemus? Ecce, tempus instat quatinus aliqui nostrum, que diu defiderauimus iam expletis, ad propria redire cogitemus. Sed antequam iste Sanctus soluatur conuentus, prouidendum nobis est, cui haec ciuitas regenda committatur: ad quem plebs qua hic remanebit respiciat, qui ei tuitionis curam sagax prouisor impendas. Quid enim prodest ciuitatem hanc mille mortibus nos obtinuisse, si, quod absit, contigerit eam nos nequaquam conseruar? Sed, cur à finibus orbis huc aduentanimus? cur tot & tantos labores, ad alium Solis axem properantes, sustinuimus, si tandem vrbe inconsulta reuertimur? Prius ergo consulamus vrbi, ut postea qui reuersari sunt vacantes consulant sibi. Ciuitas haec ab antiquo, Regiam habuit dignitatem & simul Patriarchatus obtinuit sublimitatem. Ut enim Melchisedech, Abraha contemporaneum quasi pretermiserimus, si ad moderniora tempora, veniamus, & à David in Iosiam, & à transmigratione Babylonis, genealogiam & lineam regam computauerimus, fabulam satis longam texuisse videbimus: Et tunc ciuitatem hanc Reges habuisse comprobauerimus. Porro in hac eadem Iacobum, fratrem Domini, Episcopum praesedisse non ambigimus. Quia de re hanc Apostolico dignam approbamus, quod dignitatis nomen in Patriarcham usurpat modernior Christianitas. Consideremus igitur virum qui virtute Regali competenter pramineat: qui quantum ad DEV M se seruum exhibeat; quantum ad homines se Regem sentiat; DEI cultum diligit, populum sive tunc, militiam teneat: Neque siquidem, qua Sarracenis adiacet ista monarchia, potest defendi sine militia. Itidem de Patriarcha dicimus: quoniam his duabus consulendum est necessarium. Regnum, sacerdotio indigeret; sacerdotium, Regno sustentandum & tutandum est. Et quoniam haec singula non ignoratis pernecearia; & alia iterum nobis supersunt pertractandi negotia, verbis omissis ad effectum veniamus; & Godefridum Ducem eligamus, quem huic ciuitati subrogatum preficiamus. Multa siquidem in eo conueniunt, que Regiae dignitati competit. Est enim, ut omnes nouimus, vir Regii sanguinis; à proavis Christianae professionis: more Gallico militia peritus; pectore & brachio vir in re militari efficissimus: qua de re per omnia est in hac expeditione singulariter approbatus. Serenitas in eo specialiter praefulget, clementia in eo floret, qua gemina sorores precipue decens Principes. Dapsilitatem unice diligit: quia totum Patrimonium suum & quicquid ex se habuit, in ista militia largiter effudit; imo in DEI seruizio prudenter collocauit. Iste Gentilibus hostiliter inimicabitur; & Christianis viriliter patrocinabitur. Denique ut alienis utamar verbis; & in brevi comprehendendorimus plenitudinem oportuni Principis: iste est, qui ruit parceles subiectis & debellare superbos. Hunc igitur iam Diuino alloquamur oraculo, & potestatio ei mandemus precepto. Audi, fili, & vide & obliuiscere populum tuum & dominum patris tui, & veni in terram, quam demonstravi tibi, faciamque te in gente magnam. Ipse fratres habet, ipse cognatos & notos & affines habet; ipse sub se multos habet milites: qui omnes cum eo sponte remanebunt, & bella DEI, cum eo bellabunt. Tu autem, Princeps optime, quem hodie DEV S elegit in Regem, esto miles DEI & prælia re prælia Domini: Ex DEO, tibi idiniungimus. Et manibus innectis eum apprehendent dicentes, Et ecce, te Regem post DEV M designamus: Dominus sit tecum aetusque tuos dirigat. & prærogatiuam morum tuorum, in bonum adaugeat: hostesque suos in manibus tuis affligat. Id ipsum & de Patriarcha dicimus: erit enim & populo DEI & ipsi Regi pernecessarius. Porro, de persona eligenda nihil ad presens occurrit melius, quam ut dominum Arnulfum, virum litteris apprimè liberalibus eruditum, conueniamus; & hunc huic cura vicarium preficiamus: quo usque consilio deliberatio, vel ipsum vel alium inthronizandum decreuerimus. Nouimus enim eum iustitia censura præminentem, lingua facundia pollutem: insuper plurima qua conueniunt Episcopo in eo concurrunt. Sed quoniam non possumus in præsentiarum hoc statuere consilium (ad alia siquidem properamus) rem istam, (de quolibet videlicet inthronizando) censemus induciandam: excepto quod dominum Arnulfum nominamus, qui vices suppleat Episcopi, & interim respondeat ore pastoris: ipsem, vel postcras, si forsan rogantibus adquieuerit, intronizabitur; vel quoque modo res prouenire debet, consiliabitur. Ecce siquidem, iurans & eiulans, ne & ipse fiat Pontifex irrefragabiliter obiuctatur, sed saltē dandis consilii præsidabitur. Nunc interim episcopetur consilio: donec quem DEV S idoneum sibi prouiderit, episcopetur officio. Die octauo, postquam ciuitas capta est, facta electio est Ducis in Regem. Interea nuntii venerunt Tancredo, & Comiti Eustachio, ut expeditè procederent ad recipiendam Neapolitanam ciuitatem: Habitatores nempe ciuitatis illius, in manibus eorum se dedere volebant; qui asumptis satellitibus, & multis clientibus, ad urbē venerunt: quæ confestim eis & pa-

cificata & reddita est. Manserunt autem ibi, & latentes quieuerunt, quo usque Dux, immo Rex, ad eos legatos direxit velocissimos, qui eis dicerent: *Audiuitus,* & certum est, quoniam *Admirauisus Babilonius Ascalone est;* & ibi contra nos bellum in-gens preparat. Accelerate igitur, & venite, ut & nos ius audacter possimus obuiare, antequam nos possint in urbe concludere. Iam tunc enim non possemus ex equo decertare contra eos: Inclusis etiam grauis est & exitus & introitus; & frequenter obiurgat eos inconueniens metus. Porro si in aperto concurrerimus campo, DEO gubernante, liberior & facilior nobis succedit effectus. Expeditiones equidem sumus armis & manu, quam illi. Et volumus illis obuiare, ubi nihil adhuc sperabunt se timere. Illi ciuitatem exeuntes, continuo discurrebant per montana, inuestigantes si forte alicubi *Sarracenos* inuenirent, quos modo 10 quolibet nocere potuissent. Venerunt itaque iuxta mare ad ciuitatem *Ramulam;* multosque reppererunt *Arabes*, exercitum Admirauisi præcurrentes: quos tota mentis aggressos confidentia, nec mora, disgregauerunt ab inuicem; & quibusdam pereemptis, quosdam viuos reseruauerunt, qui eis noua referrent, & de Admirauiso & eius exercitu quæque nuntiarent, quibus auditis ipsi sibi solertiares præcauerent. Ad vnguem igitur singula rimati sunt: qui essent; quam infinita gens essent; quid præpararent; quo in loco se præualituros disponebant. Quibus diligenter auditis, captiui siquidem pro vita pacta enucleatim loquebantur: *Tancredus*, Regi & Principibus pernuntios ita loquutus est: *Sciatis indubitanter contra nos Ascalone bellum paratum;* & pænè totum orbem conuenisse & coniurasse, qui violenter putant nos opprimere & subiugare. Venite igitur, & collectis omnibus vestris viribus, dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Si enim, proit mandatis, imperterriti eis obuiauerimus, pro eo ipso ipsis longè facilius præualebimus. Ipsi conueniunt ad obfideendum nos, & ad ciuitatem expugnandam suas deferunt machinas: nos ex insperato insurgamus eis. Nam postquam præter spem suam viderint rem procedere, obstupescerint, & arescent; & sicubi poterunt, diffugient: Nos autem in ipsorum visceribus, capulo tensus enses nostros impingemus; & ex ipsis victoriosi triumphabimus. Rex per præconein clamauit, quatinus omnes de bello præmunitur, de quo præmonebantur; & vexillum Regis omnes impigie subseverentur. *Inimici siquidem*, ait, *nostri omnes Ascalone conueniunt, in prælium super nos affuturi:* procedite ergo illis obuiam omnes, & nullus nisi inualidus remaneat. Exiuit itaque Rex, & Patriarcha conditius, & Comes Flandrensis & Martaronensis Episcopus, feriâ tertîâ ciuitatem. Comes namque Sancti Egidii, & Robertus Normannorum Dux noluerunt exire, donec certiores fierent de Admirauisi incurssione: quid enim, inquiunt, frustra fatigaremur? Primò rem competam habeamus, & iam tunc confidentiores exhibimus. Misserunt tamen exploratores de suis, milites qui certa renuntiarent, vt & ipsi renuntiantibus incunctantiū crederent eis: Qui vi-sis omnibus quæ parabantur, pernici redierunt cursu, & quæ viderant fideliter statu sunt relatu. Rex etiam, illorum non satis credulus legationi, Martaronensem Episcopum ditexit in Ierusalem, qui Principibus testaretur quæcumque 40 parabantur. Ille siquidem rem competentiū acceleraret, qui oculis suis ea vidisset, atque à latere Regis eadem die discessisset. *Martaronensis*, vt indicta verba comitum referret Patriarchæ & Regi: (iam enim Tholofano & Normanno loquutus fuerat:) in manus deuenit Paganorum; & dubium est an abductus an pereemptus: sed postea non comparuit. *Tholofanus* autem & *Normannus*, cum multis reliquis ad bellum profecti sunt; & quarta feria Ierusalem exierunt. Clerici, & rara populi imbecillis frequentia, qui in ciuitate remanserant, & *Petrus Heremita*, & genus imbelli mulierum, processiones de Ecclesia in Ecclesiam agitant, orationibus & ieiuniis intenti, quatinus DE vs populo suo propitiaretur; atque illorum inimicos, coram eis, forti manu, irrecuperabiliter proster-50 neret; eosque ab inimicis defensos, cum gaudio sospitatis & triumphi, reduceret. Clerici, sicut dictum est, Missis & reliquis orationibus vacabat. Primo itaque cum suis exercitibus congregati sunt ad flumen quod est contra Ascalonem: illic inuentis armentis copiolis, opima præda ditati sunt; & quicunq; indigebat recreati sunt. Venerunt itaq; trecenti *Arabes*, Francos prosequentes: contra quos irruerunt Christiani; eosq; duobus ex ipsis apprehensis, vsq; ad exercitum suum fugauerunt. Nec iam de pugna rumor erat incertus: quod enim soleranceps fama auribus intimare, illud totum, res non anceps, oculis insinuabat singulorum, cum

cum alii alios indubitanter vidissent: Christiani post illum incursum ad castra remeantes, illa nocte quieuerunt, nisi quod potius omnes excubiis & orationibus incubuerunt. Serò, ex Patriarcha clamatum & interdictum est: ne in *crastinum ad pugnam procedentes Christiani quilibet, spoliis diripiendis intenderent, quo minus expediri bello instarent, & ipsa spoliorum onera ipsis ad vincendum efficerent: Præ operato, spoliis latarentur optimis; & sarcinis, hostibus deuictis incumberent arripiendis.* Sol terris illuxerat, & populus DEI de bello ineundo cogitabat; intrauerunt autem vallem vnam, secus littus maris, formosa planicie venustam: illic unusquisque suas acies gregatim ornauerunt & ordinauerunt. Rex suam acutare instruxit atque; Comes Normannorum *Robertus*, suam *Tholofanus*, suam; *Flandrensis*, & *Gaufron* suam; Comes *Eustachius*, suam; *Tancredus*, suam: horum unusquisque sagittarios & pedites suos ordinauerunt; & ipsis præmissis pedetentim pergebant. Edocebantur autem qualiter oclamarent, qualiter obstarent; qualiter impenetrabiles inimicos feriendo penetrarent; & ut ad signa sua, nihil reuerentes, frequenter respicerent; & seipso ad iactus hostiles sufferendos obdurarent: licet hæc omnia in aliis bellis benè gestis didicissent. Nec minus è regione Gentiles cunctam, stellis innumerabiores densabantur; & per agmina innumeræ legiones à latere in latus extendebantur. Præmisserunt autem quandam gentem, quam *Æthiopes* vocabant, quos in loco statuerunt, & immotos eos manere mandaverunt. Hi genibus humi defixis, dextro tamen postposito, ancilibus corpora superioratutantes, sagittis vtebantur & gladiis: his imperatum fuerat, ne vel ad momentum recederent; vel locum occupatum saltē ad passum excederent. Porro manipuli militares prout erant instructi, loca condita tenebant. Et quoniam sitis immoderantiam, propter æstum & puluerulentam nebulam, & propter laborem & diuturnitatem præliandi, metuebant, aquarum cantarulos plenos à collo suspenderant: quibus recentati, vel constantius obsisterent, vel fugientes indeficientius persequerentur. De fuga quippe sua, nulla mentio fuerat, quoniam iam se vicisse putabant. Confidebant liquide, & in multitudinibus suis innumeris; & in peccoribus gentium animosis; & in Imperialibus, ne unquam figerent, editis. Dixerant enim: *fagientes capitum animaduersione, ineuitabiliter puniantur.* Bello vtrinque parato, vt ventum est ad locum, unde Franci Gentiles aliquantulum iam propiores inspicerent, relatum est nobis, quod iam Christiani parumper subsisterunt; & oculis in cœlum erectis, genibus interram defixis, orauerunt: erant enim auxilium de caelo sperantes. Vbi verò breuiter oratum est; & signum salutiferæ Crucis reuerenter eorum frontibus admotum est, maiori confidentia equitauerunt. Gentiles enim iam substiterant, & immoti expectabant. In dextro cornu iuxta mare, *Tholofanus* equitabat: In parte sinistra Rex cum suis expeditionibus properabat: Porro *Normannus* in medio, & *Flandrensis*, & *Tancredus*, & alii militabant: sed, quid unus ad centum? quid decem ad mille? sed reuera ille qui aliquando in choro cantari fecerat, *Saul* per-^{1. Reg. 18, 7.}

cus sit mille, & David decem milia: ipse die illa operatus est haut dissimiliter in Christianis. Christiani siquidem, in nomine Domini IESV CHRISTI exclamantes, illos viriliter aggressi sunt. Comes Normannorum, ecce, pro rebenè gesta proprio nomine sæpe dicendus, *Robertus*, Admiruisti flantarum a longè considerans, quod in summitate hastæ pomum aureum habebat; hasta verò argento operata decenter albicabat: vt ipsum esse depræhendit, audacter per medias acies super eum irruit; & grauiter ad mortem vulnerauit: *Quod non medicærem* Gentilibus incussit timorem. Comes etiam *Flandrensis* hostiliter eos iuvalit. *Tancredus* per medium tentorum, ipsos imperterritus impetuuit. Milites Pagani confestim fugam inierunt: *Æthiopes* stupefacti substiterunt. Rex autem & Francorum quidam ad *Æthiopes* conuersi, & ibi aliquantulum demorati, eos tanquam segetem in transuerso gladiis secabant; & eorum corpora detruncantes, dimidiabant. Irrorabantur, sed potius inundabantur, campi sanguine; & passim morticina Gentilium obuoluebantur. Insequuti sunt fugientes eos Christiani: nam Gentiles, DEI virtute tremefacti, respirandi locum non habebant, nec aliquatenus respirabant. Si enim credendum est Gentilibus, ipsis frequenter retulerunt postea, quoniam ita stupefacti fuerunt, vt aperitis oculis Christianos vix possent videre; nihil autem omnino eis nocere.

Non audebant se contra Christianos erigere, nec multi contra paucos oblatrare: fugiebant ergo, & alii consensis arboribus vel scopulis, mortem cuitare volebant; alii cauernarum latibula, eadem de causa, introibant: Christiani contra insisteres fatagebant, alios in præcipitum cogebant, alios pugionibus transfodiebant; alios iugulabant, in commune nulli parcebant. Incubuerat itaque Gentilibus letalis dies, qua nec vni dabatur euadendi occasio; illi dumtaxat euaserunt, qui effugere quoquomodo potuerunt. Comes Sancti Egidii à mari militans interfecit innumeros, & fugientes ad ciuitatem arcebat: sed quoniam ab ipsis ciuitas aliquatenus distabat, qui fatigati remanebant, vel confestim percussi oppetebant, vel in mare se præcipitabant; & sic periclitantes à morte in mortem ruebant. Quos enim Franci cursu poterant præuenire, illis nullæ dabantur inducæ. Navigium Admirauisi mare totum occuluerat; & gens illa finem belli expectabat: videntes autem aliam, quam sperauerant, suis imminere fortunam, scaphis ascensis, in ventu obliquauerunt vela, & sic remigrauerunt ad patriam. Dies itaque illa Babylonis illis nimium fuit aduersa: Fuit enim dies tribulationis, & dispersionis; dies mortis, & confusionis: Si qui tamen potuerunt, ad ciuitatem fugerunt. Dicunt autem Admirauisum, vix palpitantem altè ingemuisse, & sic planxisse: *Omnium Creator, quid est hoc? quid accidit? quod fatum nobis infustum nocuit? Ei mihi! quam ineffabile dedecus! quam diuturnum improperium genti nostra contigit!* Gens mendica, gens modica, genti nostra præualuit? unde hoc? Conuentione facta, huc adduxi militum ducentamilia, & peditem non erat numerus, quos omni mundo credebam præualituros. Nunc autem, ut non mentiar, à minus quam à mille militibus, & trigesita milibus peditem, tam indecenter superati sunt. Aut Deus illorum Omnipotens est, & pro eis pugnat; aut noster nobis iratus est, & nos nimis austero furore redarguit, & castigat. Quicquid sit, unum erit: in eos denuo non erigar, sed potius ad patriam meam, ignominiosus donec vixerem, reuertar. His dictis, lachrimabiliter conquerebatur; & ab intimis lamentabatur. Iuro, inquit, per Machometum, & per omnia Deorum numina, quod ulterius non retinebo milites conuentione aliqua: quoniam expulsi sum à gente aliena & aduena. Conduxi omnia armorum genera & machinamenta, ut eos obserrem in Ierusalem; & ipsi præuererunt me ad bellum itinere duorum dierum. Heu mihi! quid amplius dicam? In honoratus ero semper in terra Babilonica. Christiani, cæde peracta, uerili sunt ad Hismaicitarum tentoria diripienda. Inuenerunt igitur, ut breuiter dixerim, quicquid bonæ suppellestilis excogitari potest: Argentum, aurum, annam, farinam, & oleum; armenta pecorum innumerabilium, omnem pom-pam ornamentorum, cumulos armorum; & si quid aliud potest esse melius. His omnibus dirreptis, in ciuitatem sanctam Ierusalem, cum gaudio, reuersi sunt; condignasque Deo gratias, per singulas retulerunt Ecclesiæ. Comes Normannorum Robertus emit stantarum ab his, qui illud ab Admirauiso sauciato retinuerunt, viginti marcas argenti, & intulit in Sepulchrum Domini, ad monumentum memorandi triumphi: alter emit ensem eiusdem Admirauisi, sexaginta byzanteos. Factum est igitur gaudium inenarrabile in vniuersa Christianitate. Sic Christiani Ierusalem à manibus Turcorum impiorum, Anno, ab incarnatione Domini, Millefimo nonagesimo octavo, liberauerunt; & multotiens ex ipsis, Christo duce, triumphauerunt. Hoc autem bellum ingens factum est pridie Idus Augusti, & Christianitas vbique terrarum, Deo gratias, exaltata est. Nos autem liberum quartum istius historiæ in pugnam, post captam ciuitatem infra paucos dies, mirabiliter deuictam, opitulante Deo, claudimus: & sic soluto promisso quiescimus.

A. D.
1098.

EXPLICIT HISTORIA IEROSOLIMITANA A BALDRICO
DOLENSIVM ARCHIEPISCOPO EDITA.

50

RAIMON-



RAIMONDI DE AGILES

Canonici Podiensis,

10 HISTORIA FRANCORVM QVI CEPERVNT IHERVSalem

PISCOPO VIVARIENSI domino meo, & omnibus orthodoxis, Pontius de Baladuno, & Raimondus Canonicus Podiensis salutem, & laboris nostri participationem. Necessarium duximus vobis, & Transalpinis omnibus manifestare magnalia quae Dei nobiscum, solito pietatis sue more, fecit; & assidue facere non desinit: maximè ideo, quia imbellis & pauidi recentes à nobis, falsitatem astruere pro veritate nituntur. Sed qui apostasiam eorum viderit, verba & confortia eorum fugiat. Exercitus enim Dei, & si pro peccatis flagellum Domini sui sustinuit, pro eiusdem misericordia viator super omnem Paganitatem extitit. Sed quia alii per Sclauoniam, alii per Hungariam, alii per Langobardiam, alii per mare venerunt: tardiosum nobis ad scribendum de singulis fuit. Quapropter dimisissis aliis, de Comite Sancti Egidii, & Episcopo Podensi, & exercitu eorum scribere curauimus.

ILLI igitur Sclauoniam ingressi, multa dispendia itineris passi sunt, maximè propter hyemem quæ tunc erat. Sclauonia etenim est tellus deserta & inuia, & montuosa, vbi nec feras nec volvites per tres hebdomadas vidimus: Ingolæ Regionis adeò agrestes & rudes sunt, vt nec commercium nobis, nec ducatum præbere voluerint: sed fugientes de vicis, & castellis suis, debiles, anus, pauperes & infirmos, qui à longè præ infirmitate sua sequebantur exercitum, ac si multum nocuissent, vt pecora trucidabant: nec facile nostri militibus erat latrones infermes, locorum scientes, per abrupta montium & condensa siluarum persequi: sed assidue eos sustinebant, nec pugnare valentes, nec sine pugna esse poterant. Quoddam verò facinus egregium Comitis non prætereamus. Cum conclusus esset aliquando Comes à Sclauis cum quibusdam militibus suis, impetum fecit in Sclauos, atque usque ad sex ex eis cepit. Cumque propter hoc Sclavi vehementius imminerent, & Comes sequi exercitum compelleretur, erui oculos eorum, & aliorum pedes abscidi iussit: & nasum & manus aliorum truncati præcepit: vt taliter aliis deterritis & doloris cognitione occupatis, securè Comes effugere cum sociis suis posset. Itaque per Dei gratiam de mortis angustia, & de loci difficultate liberatus est. Quanta verò ibi fortitudine & consilio Comes claruerit, non facilè referendum est. Quadraginta etenim fere dies in Sclauonia fuimus, in quibus tantam spissitudinem nebularum passi sumus, vt palpare & per motum remouere eas à nobis aliquatenus possemus. Inter hæc Comes assidue in postremis pugnans, semper populum defendens erat; & numquam prior, semper ultimus hospitabatur. Et licet alii meridie, alii vespere, Comes verò frequenter media nocte, vel galli cantu ad hospitium veniebat. Tandem per Dei misericordiam, & Comitis laborem, & Episcopi consilium, sic exercitus transiit, vt nullum fame, nullum in aperta congreSSIONE ibi perderemus. Ob illam reor causam voluit Dei, exercitum suum transire per Sclauoniam, vt agrestes homines qui Deum ignorabant, cognita virtute & patientia militum eius, aut aliquando à feritate resipiscant, aut inexcusabiles Dei iudicio adducantur. Tandem post multa laborum pericula apud Scodram, ad Regem Sclavorum peruenimus: accumeo

Comes frequenter fraternitatem confirmauit, & multa ei retribuit, vt exercitus securè emere & quærere necessaria posset. Sed hæc opinio sola fuit: Nam pacis petitæ nos paenituit: cum per eius occasionem *Sclavi*, de more solito furentes, nostros interficiunt, & quæ poterant ab inermibus arripiunt. Quæsiuimus locum fugæ, non vltionis. Haec tenus de Sclauonia. Venimus *Dirachium*: credidimus esse in patria nostra, existimantes Imperatorem *Alexium*, & satellites suos nobis esse fratres & coadiutores. Illi verò ritu leonum incrudescentes, pacificos homines, nihil minus quam arima cogitantes, inuadunt; per occulta trucidant; in nemoribus, in vicis remotis à castris, quæ poterant per totam noctem furabantur. Et licet sic insanirent, tamen Dux eorum, pacem promittebat; & per pacis inducias *Pontium R inardum* interfecerunt, & *Petrum* eius fratrem mortaliter plagauerunt: & erant hui principes nobis issimi. Cumque locus vltionis nobis offerretur, placuit iter, non iniuriarum vindicta; sed incepimus iter nostrum. Habuimus litteras obuiam *Imperatoris* de pace, de fraternitate; & vt ita dicam, de filiatione: hæc autem verbotenus. Nam antè & retrò, dextrorum & sinistrorum, *Turci*, *Comani*, *Husi*, & *Tenaces*, *Pincenati*, & *Bulgari* nobis insidiabantur. Quadam autem die cùm essemus in valle *Pelagonie*, Episcopus *Podiensis*, gratiâ conuenienter hospitandi, cùm paulisper à castris discessisset, à *Pincenatis* captus est: qui deicientes euro de mula, spoliauerunt; & in capite grauiter percusserunt. Sed quia tantus Pontifex adhuc populo DEI erat necessarius, per eius misericordiam vita reseruatus est. Nam unus de Pincenatis dum aurum ab eo quereret, à ceteris eum defendebat: Interea sonus exit in castris; & sic inter moram hostiuni, & impetum sociorum eripitur. Taliter per insidias cùm venissemus ad quoddam castrum, quod vocatur *Bucinat*, didicit Comes quod in angustiis cuiusdam montis Pincenati exercitum nostrum aggredi vellé: qui cum militibus quibusdam in occultis remanens, Pincenatis occurrit, atq; pluribus interfectis, ceteros in fugâ vertit. Occurrebant interea pacificæ litteræ Imperatoris; circumdabant nos vndiq; hostes Imperatoriis dolis. Cùm verò venissemus *Theffaloniam*, infirmatus est Episcopus, & remansit cum paucis infra ciuitatem. Post hæc venimus ad quandam ciuitatem nomine *Roffam*: vbi cum manifestè eius ciues in nos multa mala molirentur, paulisper nostra solita patientia displicuit. Itaque arreptis armis, diruuntur antemuralia; capitur ingens præda, & ciuitas in ditionem: atque illatis signis in ciuitatem, & acclamata *Tholosa*, quod erat signum clamoris Comitis, discessimus. Venimus ad aliam ciuitatem, nomine *Rodeflok*: vbi cùm milites de roga Imperatoris, pro vindicta sua contra nos agere velient, multi ex ipsis interfecti sunt, & aliquantula capta præda. Venerunt ibi nobis Legati nostri, quos præmisseramus ad Imperatorem: qui accepta ab eo pecunia, omnia prospera nobis apud Imperatorem promiserunt. Quid plura? eò verba Legatorum Imperatoris & nostrorum peruererunt, vt Comes reliquo exercitu, solus cum paucis, & inermis ad Imperatorem festinaret. Dicebant enim quia *Boimundus*, & *Dux Lotharinia*, & *Flandrensis Comes*, & alii Principes hoc præcabantur: vt properaret Comes conuenire Imperatorem de itinere Iherosolimitano; vt assumpta cruce, Dux & Imperator in exercitu DEI fieret: ad hæc aiebant Imperatorem dixisse, omnia cum Comite se aucturum, & de se, & de aliis, quæ itineris usui forent: præterea nuntiabant bellum imminere, & si auctoritas tanti viri abesset, fortassis incommodum fore. itaque cum paucis aduentaret Comes, vt cum exercitus suus venisset, compositis cum Imperatore omnibus, nullis in moram fieret. Viatus tandem Comes est, vt hac sola vice reliquo præsidio in castris, exercitum præcederet: & sic inermis *Constantinopolim* venit. Facile autem res gesta, haec tenus mescriptorem quibusdam latitiae & prosperitatis gressibus comitabatur, quæ tanto acerbitas & mœroris onere nunc premit, vt incepisse me tædeat, cum perficere volum sit. Quid verò potissimum, & primùm aggrediar dicere? An Imperatoris fraudulentissimam ac detestabilem ammonitionis dolositatem? An exercitus nostri turpissimam fugam, & inopinabilem desperationem? An mortes tantorum Principum enumerando, perpetui mœroris monumenta relinquam? Hæc autem quicumque nosse desiderat, ab aliis potius quam à nobis requirat. Hoc unum valde memorabile, silentio dignum excusamus: quod dum omnes nostri castra relinquere, arripere fugam, deserere socios, dimittere omnia, quæ de tam longinquis Regionibus asportauerant, meditarentur, per salutiferam Pœnitentiat.

tiæ atque Ieunii opem, ad tantam constantiæ fortitudinem sunt reducti, ut solus pudor prius habitæ desperationis & fugæ, vehementissimè eos afficeret. Et de his haec tenus dictum sit. Honorificentissimè itaque ab Imperatore & Principibus suis suscepso Comite, postulat Imperator à Comite *hominium* & iuramenta, quæ cæteri Principes ei fecerant. Respondit Comes: *se ideo non venisse, ut Dominum a lium facheret, aut alii militaret, nisi illi propter quem patriam & bona patriæ sua dimiserat.* Et tamen fore, si Imperator cum exercitu iret Ierusalem: *quod se suosque & sua omnia illi committeret.* Sed Imperator excusat iter, dicens: *se premetuere Alemanno, & Vngaro, & Comano, aliasq[ue] feras gentes, qua Imperium suum depopularentur, si ipse transitum cum peregrini faceret.* Interea Comes audita morte suorum & fuga, te proditum esse credidit; & Imperatorem Alexium, per quosdam Principes de nostro exercitu, factæ prodictionis commonefecit. At Alexius dicit, *se nosnos nescisse depopulatos esse, regnum suum; & suos multis passos esse iniurias.* Nihil esse quod Comes quærebatur: *nisi quod, dum exercitus Comitis solito more villas & castra vastaret, exercitu suo conspecto, fugam arripuerit: tamen se satisfacturum Comiti: atque Boimundum obsidem latitudinationis dedit.* Ad iudicium veniunt: cogitur Comes, præter ius, absoluere obsidem. Interea exercitus noster Constantinopolim venit: & post hæc consecutus est nos Episcopus cum fratre suo, quem infirmum dimiserat Dirachii. Mandat & remandat Alexius, pollicetur multa se daturum Comiti, si quæ situm hominum sibi faceret, quod & 20 alii Principes sibi fecerant. Meditabatur autem Comes assidue, qualiter fuorum iniuriam vindicaret; & tantæ infamiæ dedecus à se suisque depelleret. Sed Dux Lotharingiæ, & Flandrensis Comes, atque alii Principes, huiusmodi detestabantur, dicentes: *Stultissimum esse contra Christianos pugnare, cum Turci imminerent.* Boimundus verò se adiutorem Imperatoris pollicetur, h[oc] quicquam Comes contra ipsum molitetur; vel si hominum & iuramenta diutius excusaret. Consilio itaque accepto à suis Comes, Alexio vitam & honorem iurauit, *quod nec ipse, nec per aliud ei auferret.* Cumque de hominio appellaretur, respondit, non se pro capitib[us] sui periculo id facturum. Quapropter pauca laetus est ei Alexius. Itaque mare transiimus, & ad Nicæam usque peruenimus. Præcesserant enim Comitem 30 Dux & Boimundus, atque alii Principes; & obsidioni operam dabant. Est itaque Nicæa vrbis munitissima, tam natura quam ingenio. Habet enim ab occidente lacum maximum, muris influentem; à reliquis tribus partibus vallum de restagnatione quorundam riuiorum plenum: Præterea muris ita eminentibus cingitur, ut nullorum hominum assultus, nullius machinæ impetus vereatur: balistaria verò vicinarum turrium, sic resipientia sunt ad inuicem, ut sine periculo nullus accedere possit; Si quis autem propius accedere voluerit, obesse cum nequeat, facile de altitudine turrium obruitur. Hanc igitur talem, ut diximus, ciuitatem, Boimundus obsedit à Septentrione; Dux & Alemanni ab Oriente; Comes & Episcopus Podiensis à Meridie: Nam Normannia Comes nondum erat nobiscum. Sed 40 hoc vnum reticendum non credimus, quia cum Comes inibi cum suis hospitari vellet, Turci de montanis descendentes in duabus turmis, exercitum nostrum aggrediebantur: eo nimirum consilio, ut dum altera pars Ducem & Alemannos impugnaret, qui ab Oriente erant, pars altera Turcarum, per meridianalem ciuitatis plagam ingrediens, ac per alteram portam exiens, nostros facile à castris propelleret, nil simile cogitantes. Sed qui consilium impiorum subuertere solet Deus, sic apparatus illorum exinanuit, ut veluti dispositio, ingredienti iam ferè ciuitatem Turcarum turmæ, hospitari volentem Comitem cum suis immisit: qui primo impetu eos in fugam vertit; atque pluribus interfectis reliquos insecurus est usque ad montis altitudinem: Pars altera Turcorum, quæ 50 Alemannos oppugnare voluit, exemplo simili fugatur atque prosteratur. Post hoc machinæ extruuntur, atque murus impetratur: sed hoc erat frustra. Nam murus è contra, firmissimus erat; & viriliter sagittis & machinis defendebatur. Sic pro nihilo hebdomadibus quinque pugnatum est. Tandem per Dei voluntatem quidam de familia Comitis, & Episcopi, satis periculosè ad angularem turrim, quæ respicit ad Austrum accedentes, post vim facta testudine, unam de turribus cauare ceperunt, & cauando ad terram prostrauerunt. Itaque capta esset ciuitas, nisi noctis tenebræ obstatissent. Instauratus est autem murus ab eis per noctem, & laborem pristinum nobis inane reddidit. Attamen eo metu perterrita ciuitas, ad ditionem fæcocta est. Accedebat eò quod Imperatoriæ naues, per terram tra-

Et, in lacum descenderant. His igitur de causis cum iam vterius succutsum nullum sperarent, & augeri exercitum Francorum quotidie cernerent, diffisi viribus, Alexio se reddiderunt. Venerat Comes Normannia. Promiserat Alexius Principibus & genti Francorum, quod totum aurum & argentum, & equos, & omnem suppellestilem, quae intus erat, eis redderet; & Monasterium Latinum, & hospitium pauperibus Francorum ibi faceret: præterea tantum de propriis unicuique de exercitu daret, ut illi semper militare velint. Hæc igitur Franci sperantes verba fidelissima, dditionem laudauerunt. Alexius itaque accepta ciuitate, tantam gratiarum actionem exercitui dedit, ut quandiu vixerit, populus semper ei maledicat, & proclamat proditorem eum. Cognouimus tunc quod Petrum ¹⁰ Heremitanum, qui longè antè exercitus nostros cum magna multitudine Constantiopolim venerat, Imperator eum prodidisset. Etenim ipsum, qui ignarus locorum erat, & totius militiae, & suos transfretare coegerit, atque Turcis exposuit. Turce autem de Nicæa, illam inbellem multitudinem videntes, sine labore & mora, ex eis decollauerunt usque ad sexaginta millia. Reliqui vero ad munitionem quandam configuentes, gladios Turcarum euaserunt. Quapropter Turcae audaces & superbi effecti, arma quae ibi ceperant, & captiuos ad nobiles suæ gentis & Saracenorum, longè ea mittebant: scribentes ad populos, & ad ciuitates longinquas nihil valere Francos in bello. Profecti igitur à Nicæa ciuitate in Romaniam, secunda die temerè Boimundus cum quibusdam Principibus, à Comite, & Episcopo, ac Duce, digressus est. Cumque in die tertia digressionis sua temptoria disponeret figere, centum quinquaginta millia Turcarum in pugnam aduentare conspiciunt. Dumque ordines pro tempore instruit, & bellum disponit, plures qui sequabantur de exercitu suo perdidit. Inter haec Comiti & Duci mandauit, ut sibi succurrerent: aberant enim per duo miliaria. Vt autem nuntius Boimundi in castra venit, certatim omnes, equos & arma arripiunt; atque obuiam ire contendunt. Vt autem cognouit Solimannus & qui cum eo erant, exercitum nostrum, id est, Episcopi, Ducis, & Comitis, contra suum in pugnam concurrere, de victoria desperans fugere compulsus est: Et qui captiuos & tentoria plurima de castris Boimundi acceperat, per Dei virtutem sua reliquit. Fertur quoddam insigne miraculum: sed nos non vidimus: quod duo equites armis choruscis, & mirabili facie, exercitum nostrum præcedentes, sic hostibus imminebant, ut nullo modo facultatem pugnandi eis concederent; at vero Turcae cum referire eos lanceis vellent, insauciabiles eis apparebant. Haec autem quæ dicimus, ab illis, qui eorum consortium spernentes nobis adhæserunt, didicimus. Quod vero pro testimonio adducimus, tale est: Per primam & alteram diem, per totam viam equos inimicorum mortuos cum dominis ipsis reperimus. Itaque denictis & profligatis Turcis, pacifice & alacriter per Romaniam usque Antiochiam venimus. Sed Comes aliquantulum exercitum retardauit, causa infirmitatis sua. Quod si incredulis ingratus fore satis cognouimus, tamen quod diuina clementia operatur, reticere non debemus. Erat quidam Comes de Saxonia, in nostro exercitu, qui ad Comitem Raimundum, venit, & legatum se Sancti Egidi asserebat; & semel secundoque se admonitum, ut diceret Comiti, aiebat: Esto securus, non morieris de hac infirmitate: ego tibi inducas à DEO impetravi: ego semper tecum ero. Et licet satis haec Comes crederet; tamen ita ea infirmitate affectus fuit, ut depositus de lecto in terram, vix etiam vitalem pulsus haberet. Vnde Episcopus Aurasice urbis, officium ei quasi defuncto impendit: sed diuina clementia quae eum Ducem perficerat exercitus sui, de morte eum illico relevauit; & sospitati reddidit. Igitur cum Antiochiam appropinquauiimus, non erat consilium multorum Principum ut eam obsideremus, præsertim cum hyems immineret; & exercitus tunc diffusus per castella, & immunitus astiuo tempore fuerat. Imperatoris etiam vires oportere expectari dicebant; & exercitum de Francia, qui venire nuntiabatur, sicque hyemare usque in verno præcipiebant. At alii de Principibus in quibus erat Comes, dicebant: Per DEI inspirationem nos venisse; per ipsius misericordiam nos Nicæam, munitissimam urbem obtinuisse; atque per eiusdem clementiam, victoriam & securitatem de Turcis habuisse; pacem & concordiam in exercitu nostro fuisse: atque ideo ipsi de nobis committendum esse. Non oportere vereri Reges, aut Regum Principes; nec formidare loca, & tempora, cum DOMINVS de tam pluribus periculis nos eripuisse. Igitur ad Antiochiam venimus,

mus, atque iuxta castra possumus, adeò ut frequenter de turribus hostes, & homines & equos nostros in tentoriis vulnerarent. Et quoniam de *Antiochia* se occasio nobis præbuit, de situ eiusdem loci dicere necessarium esse videtur: ut facilius bella & assultus, qui ibi facti sunt, ab his qui non viderunt, intelligantur. Est quædam planities inter montes Libani, quæ in latitudinem per diem unum, tenet viatorem; & in longitudine diem & dimidium. Hæc autem planities, habet ab Occidente paludem quandam; ab Oriente fluuium, qui quandam partem eiusdem planitiei cingens ad pedes montium, quas in latere habet à Meridie, ita recurrit, ut inter montes & fluuium transitus nullus sit; & sic mari Mediterraneo, quod Antiochiae proximum est, influit. In angustiis autem illis quas fluuius iam adhærens supradictis montibus facit, Antiochia sita est: ut ab Occidente fluuius, inferiori muro influens, quandam in modum sagittæ partem terræ, inter se & ipsam ciuitatem relinquat. Hoc modo ab Oriente urbs sita, surgit in Orientem; atque suo ambitu, trium montium iuga complectitur. Ille verò mons quem à Septemtrione habet, quodam maximo prærupto ab aliis diuiditur, ut ab illo ad alios nullus vel difficilimus accessus habeatur. In colle autem Septemtrionali, castellum quoddam est, & in medio collis castellum aliud, quod lingua Graeca *Colax* vocatur. In tertio colle, tantum turrem. Tenet autem ciuitas duo milliaria in longitudine, muris & turribus, & antemuralibus ita munita, ut nullius machinæ impetus, nullius hominum assultus, etiam si genus omne hominum conueniat, vereatur. Hanc igitur ut diximus talem, tam munitissimam ciuitatem, exercitus Francorum à Septemtrione obsedit. Neque tamen, licet tercentum vel trecenta millia armatorum in exercitu essent, aliquem assultum ibi fecerunt; nisi quod iuxta, castra sua posuerunt. Erant præterea in ciuitate duo millia optimi milites, & quatuor vel quinque millia militum gregariorum, atque decem milia peditum, & eo amplius. Muri verò ita eminentes, & vallo & paludibus muniebantur; ut portæ custodirentur, cætera secura manerent. Igitur, ut venimus in principiis, ita temerè castra posuimus, ut si præcogniti ab eis essemus, aliqua pars castrorum ab hostibus corripi potuisset: cum in exercitu nostro nec vigiliæ, nec modus hospitandi vnquam seruatus sit. Accedebat etiam quod omnia castella regionis eiusdem, & finitimaræ ciuitates se nostris reddiderunt, tum timore nostri exercitus, tum amore fugiendæ Turcarum seruitutis. Quæ res exercitum nostrum multum dispersit: *Volebat enim quisque priuatam rem, maximam facere; de publica verò nihil cogitabat.* Interēa hii qui in castris remanserant, tantam copiam victualium habuerunt, ut debubus nil præter femora, & armos, & ratissimi pectus leuare vellent; de annona verò & vino, non est dicendum quam leuissinè acciperentur. Cumque hæc in castris aguntur, hostes sese primò ita occultabant infra mœnia, ut nullus, nisi vigilis, in muris cerneretur. Dum hæc ita didicissent, quod palam & inermes nostri villas & agros vastarent: nescio vel de Antiochia hostes emissi, vel de alia ciuitate quæ per dies duos aberat, nomine *Caleph*, venientes, nostros interficere ceperunt, quos palam euntes & inermes reperiabant. Quæ res aliquantulum copiam in castris nostris imminuerat. Illi verò hostes, facultate cædis & rapinæ, multò acris vías obsidebant. Ut autem hæc in castris manifestè comperta sunt, electus est *Boimundus*, ut iret obuius illis. Profecti sunt autem cum illo Comites *Flandrensis* & *Normannia*: Neque secum plusquam centum quinquaginta milites educere potuerunt: & nisi pudor reuertendi obstitisset, propaucitate militum reuertentur. Itaque perurgente Deo profecti, hostes reperiunt, & persequuntur, atque necari in flumine cogunt. Sic potiti victoria, & spoliis, cum ingenti exultatione ad castra redeunt. Interea *Genuensem* naues littori, quod per decem milliaria aberat à castris, applicuerunt. Vocatur autem locus ille *portus Sancti Simeonis*. Iamque paulatim hostes de ciuitate egredientes, armigeros vel rusticos, qui equos vel boues pascebant ultra fluuium, interficiunt; atque prædam infra ciuitatem deducunt. Posueramus enim tentoria iuxta fluuium, & pontem de nauibus ibi repertis feceramus. Habebat autem & ciuitas pontem quasi in inferiori angulo Occidentali, & monticulum quandam aduersum nos, vbi duæ erant *Bafumarie*, & quædam sepulchrorum *Casalia*. Hæc autem ideo diximus, ut facile manifesta sint, quæ ibi facta narrabuntur. Sicut diximus, cum paulatim hostium audacia aliquatenus crevisset, nostri audacter de castris egredientes, licet hostibus frequenter pauciores, tamen illis incurrere non metuebant. Turcæ

autem licet frequenter fusi & fugati, in bellum illicò resurgebant: tum quia velociissimos equos habebant, & expediti, nec graues aliis armis quam sagittis; tum quia in pontem, quem diximus, spes refugiendi illorum erat, & de monticulo facultatem sagittandi eminus prospiciebant. Aberat enim pons illorum à nostro ponte, quasi per vnum miliarium. In planicie autem, quæ inter vrosque pontes fuerat, assidue assaultus, quotidie pugna erat. Contigit verò in principio obsidionis ut *Comes* & *Episcopus Podiensis*, iuxta fluuim castra poserent; & ideo hostibus viciniores frequentissime ab eis impetebantur. Sicque factum est, per assaultus huiusmodi, ut equos suos omnes deperderent: quoniam *Turci* non lanceis, vel gladiis bellum conferre parati, sed sagittis eminus: iuxta metuendi, dum fugiunt, & dum inseguuntur. Cumque iam in tertio mense obsidionis eatiùs aliamoniz mercarentur, electus est *Boimundus* & *Flandrensis Comes* ut exercitum propter victualia in *Hiberniam* dicerent, Comite & Episcopo Podensi præsidio relieto in castris. Nam *Normannia* Comes eo tempore abeat, & *Dux* maximè infirmabatur. Hoc autem cum hostes comperissent, solitos incepere assaultus. Cogitur autem Comes solito more eis incurrere: atque compositis ordinibus peditum, ipse cum aliquantis militibus assaultatores persequutus est; atque duos ex ipsis in descensu monticuli cepit, & occidit; & hostes ingredi omnes per pontem coegerit. Quod ut pedites nostri viderunt, remissis stationibus suis & relictis signis, usque ad pontem illorum permixtum concurrunt. Cumque iam ibi quasi securi facti, lapides & tela in eos qui pontem defendebant, coniicerent, Turci facto agmine, per pontem & per vadum quod inferius erat, contra nostros currere ceperunt. Interea milites nostri equum quendam, unde dominum suum deiecerant, versus pontem nostrum insequebantur. Quæ populus noster videns, fugam militum arbitratus ad incursus hostium, sine mora hostibus terga præbuit: Turci verò incessanter fugientes interficiunt. Cumque milites Francorum resistere, & pugnare pro suis veillent, à multitudine peditum fugientium apprehensi, perarma & per iubas, & caudas equorum, vel ab equis deiiciebantur; vel pro misericordia & salute suorum, in fugam ferebantur. Hostes verò, sine mora, sine misericordia cædem persequi & spoliare mortuorum ceperunt cadauera. Nostris autem non satis erat relinquere arma, arripere fugam, contempnere pudorem; sed in fluuim immergebantur, obruituri lapidibus vel sagittis hostium, vel sub amne remansuri. Si quem peritia & vis natandi ultrà fluuim euexit, hic ad sociorum castra peruenit. Tenuit autem nostra fuga à ponte illorum usque ad nostrum pontem. Cederunt ibi usque ad quindecim milites nostri, pedites verò circiter viginti. Interfectus est ibi vexillifer Episcopi, & captum est vexillum eius. Interiit ibi quidam nobilissimus iuuenis *Barnardus Raimundus*, patria Bitterensis. Non causentur neque irascantur in nos, serui Dei, si tam aperte pudorem nostri exercitus, memoriz mandamus: quoniam Deus, qui hoc modo flagitosorum, adulterii & rapinae, mentes ad pœnitentiam concuti voluit, exercitum nostrum in Hispania eodem tempore laetificauit. Rumor enim de castris nostris egrediens, prospera omnia, atque Comitem nobilissima potitum victoria, Boimundo & sociis eius nuntiauit. Hæc autem fama non mediocriter animos eorum erexit. Etenim *Boimundus* cum villam quandam expugnaret, subito fugere & clamare quosdam rusticos, de suis audiuit. Cumque obuiaro illis milites misisset, *Turcarum* & *Avarum* exercitum minus inspicerunt. Erat autem inter eos qui profecti fuerant, ad prospiciendum fugæ & clamoris causas, *Flandrensis Comes* & cum eo quidam *Provinciales*; namque omnes de Burgundia, & Aluernia, & Vasconia, & Gothi, Provinciales appellabantur; cæteri verò *Francigena*: & hoc in exercitu: Inter hostes autem *Franci* dicebantur. Hic autem *Flandrensis Comes*, ut diximus, pudorem arbitratus, prius de hostibus referre, quam eis incurrere, irreuocabilis in Turcorum cuneos ruit. Turcae verò insoliti agere bellum gladiis, fugam pro refugio atripuerunt. Nec prius Comes gladium recondidit, quam centum de hostibus à vita subduxit. Cumque iam victor ad Boimundum reuertetur, duodecim milia Turcorum, post se venire conspexit; atque à colle qui proximus erat à sinistris, innumerabilem peditum multitudinem surgere vidit. Tunc communicato consilio cum reliquis de exercitu, rursus assumptis pluribus, viriliter hostes aggressus est. *Boimundus* verò eminus sequebatur cum reliquis, & agmina posteriora custodiebat. Etenim id moris pugnandi apud Turcas est, ut licet pauciores sint, semperni.

pernitantur cingere suos: quod etiam in hoc bello facere conati sunt: sed prudenter Boimundi, hostium insidiaz præuentæ sunt. *Turci* verò & *Arabes* qui contra Flædensem Comitem veniebant, vt videre quod non iam sagittis eminùs, sed comitatu gladiis res gerenda foret, in fugam versi sunt. Prosecutus est eos Comes per duo millaria: atque vt in agros manipulos messis, sic in hoc agro spatio cælorum corpora resupina iacere videres. Hostium verò insidiaz quas Boimundus sustinuerat, simili modo fusæ fugatæq; sunt. Innumerabilis verò turba peditum, quam superè diximus, per loca equis inuia, fugâ lapsa est. Auderem, inquam, nisi arrogans iudicarer, bellum hoc *Machabeorum* bellis præferre. Quoniam si Machabeus in tribus milibus, hostium quadraginta & octo milia prostrauit; hîc, plus quam sexaginta milia hostium, ope quadringentorum militum in fugam versa sunt. Sed nos neq; Machabeum contemnimus, nec virtutem militum nostrorum prædicamus: sed D E V M tunc in Machabeo mirabilem, in nostris mirabiliorem annuntiamus. Operæ præcium est profligatis inimicis, nostris audaciam decreuisse, ne auderet persequi quos præcipitari aspiciebant. Igitur regresso exercitu victore & vacuo, tanta famæ in castris fuit, vt vix duo solidi homini sufficeret in pane per diem: nec certa mintis carè accipiebantur. Ceperunt itaq; discedere pauperes, & multi diuites pauperiem verentes: Si qui amore virtutis in castris remanebât, e quos suos diuturna contabescere fame patiebantur. Quippè nec paleæ habundabant; & annona tam cara erat, vt septem vel octo solidi, non sufficerent equo per noctem. Accedebat etiam & alia exercitui calamitas, quod *Boimundus*, qui clarissimus factus fuerat in Hispania, discessurum se aiebat: eo quod propter honoré venerit, & homines & equos suos deperire consiperet; nec esse se diuité dicebat, cui ad tam lögam obſidionē, rei familiaris opes sufficerent. Quæ postea comperimus eū ob hoc dixisse, quod ambitione princeps ciuitati *Antiochia* inhiabat. Interea terræmotus factus est magnus in Kal. Ianuarii; & signū in cœlo satis mirabile vidimus. Namq; in prima vigilia noctis, ita cœlum rubicundū à Septentrione fuit, vt quasi suborta aurora diem deferre videretur. Et licet hoc modo exercitum suum D E V S flagellaret, vt lumini quod in tenebris oriebatur intenderemus, tamen quorundam mentes ita cœ & præcipites erant, vt neq; à luxuria vel rapina revocarentur. Prædicauit eo tempore *Episcopus* triduanum ieuniū; & cum processione, orationes, & eleemosynas ad populum: ad presbyteros autem mandauit vt vacarent Missis & orationibus; & clerici psalmis. Recordatus itaque pius Dominus misericordiaz suæ, filiorum vindictâ distulit, ne aduersariorum superbìa cresceret. Erat præterea in nostro exercitu quidam de familia Imperatoris, quem pro se *Alexius* nobis tradiderat, *Tatianum* nomine, naribus truncus, & omni virtute. Huius ego penè oblitus fueram: quia obliuioni perpetuæ tradendus fuerat. Hic autem quotidie auribus Principum instillabat, vt discederent ad castra finitima, atq; indè frequenti assultatione, & insidiis Antiochiam propulsarent. Hæc autem omnia vt Comiti manifestè comperta sunt: æger enim fucrat, ex die quo fugere apud pontem compulsus est: principes suos & *Podiensem Episcopum* in vnum vocat; atque habito consilio, quingentas Marchas argenti illis largitur: ea nimirum conditione, vt si quis militum suorum equum suum deperderet, de illis quingentis marchis illi restauraretur, ac de aliis quæ fraternitati concessâ sunt. Hæc autem conditio confraternitatis, multum illo tempore profuit: quoniam pauperes de nostro exercitu, qui pro colligendis herbis ultra fluuium transire solebant, frequentem hostium assultationem metuebant: & quoniam rarissimè aliqui obuiam hostibus ire volebant, cum equi famelici & debiles essent, atque admodum pauci, vt in toto exercitu Comitis & Episcopi vix centum reperirentur. Similiter *Boimundo* & reliquis contigerat. Hanc igitur ob causam milites nostri, hostibus occurrere nō formidabant, præsertim ii qui viles vel debiles equos habebât; cum scirent se, perditis suis, meliores habituros. Accessit autem & aliud, quod omnes Principes, præter Comitē, Boimundo ciuitatē dum caperetur pepigerunt. Hac itaq; pactione Boimundus, & reliqui Principes iurauerūt, se ab oppugnatione Antiochiae non discessuros per septem annos, nisi ciuitas caperetur. Dum hæc in castris aguntur, rumor etiā exercitū Imperatoris venire nuntiavit, qui de multis gentibus collectus esse nuntiabatur: vt sunt *Sclani*, & *Pincenati*, & *Comani*, & *Turcopoli*. *Turcopoli* enim dicuntur, qui vel nutriti apud Turcas, vel de matre Christiana, patre Turca procreantur. Hæc autem gentes, quia nobis in itinere nocuerant, se

præmetueré consortium nostrum fatebantur. Hæc autem omnia Tasc ille trunus, composuerat, qui ut discedere posset talia commentabatur. Hic non solum commentis, verum etiam maximis impendiis, proditione sociorum & periurio cumulatis, per fugam lapsus est. Gōcessit enim Boimunde, duas nescio aut tres ciuitates, *Turfol, Mamislam, & Addeuan*. Taliter igitur sibi & suis mercatus perpetuum pudore, simulato itinere, quasi ad exercitum Imperatoris, dimissis tentoriis & familiaribus suis, cum Dei maledictione profectus est.

Nuntiatum est nobis eo tempore

Bellum unum premaximum, quod fuit inter paludem & fluuum. quod *Dux de Calep*, conducto magno exercitu de *Corrozana*, ad succurrendum ciuitati *Antiochia* veniret. Quapropter habito consilio in domo Episcopi, consultum est, ut pedites castra seruarent; & milites hostibus obuiam extra castra pergerent: ¹⁰ dicebant enim quod multi de exercitu nostro, imbellis & pauidi, si viderent Turcarum multitudinem, timoris potius, quam audaciæ exempla monstrarent. Igitur sub noctem profecti, ne ii qui in ciuitate erant perciperent, atq; his qui in auxilium eorum venerant nuntiarent, longè à nostris castris per duas leugas inter monticulos se occultauerunt. Manè autē facto, cum sole hostes apparuerūt. Audiant igitur, audiant obsecro qui aliquando exercitum lædere conati sunt: ut cum magnificare Deum suam misericordiam in nobis cognouerint, per pœnitentiæ lamenta ipsi satisfacere contendant. Dispositis itaque militibus, in sex turmis, tantum eos Deus multiplicauit, ut qui vix septingenti antè ordinatione apparebant, habita partitione plusquam duo milia inesse vnicuiq; ordinis affirmarentur. De audacia verò eorū 20 quid loquar? Cùm etiam vantis militares tam festiuè milites agerent, ut quasi pro ludo, imminentis bellum haberent. Contigit autē in eo loco bellum fieri, quo palus & fluuius, per milliarium vicina sunt. Hoc autē hostibus euagandi licetiam veruit, ne more suo accingere possent. Namq; Deus, qui cetera nobis dederat, sex valles continuas, prodiéibus ad bellū præbuit: atq; vna hora egressi, campoq; occupato, sole etiam resplidente, in armis & clipeis pugna cōmittitur. Nostri autē, primò pavlatim ceperunt procedere: Turcæ verò discurrere, sagittare, tamē recedere. At nostri tantū patiebantur, dum priores de Turcis, posterioribus infascirerūt. Etenim, ut à profugis eorum didicimus, non minus quā viginti & octo milia Turcarū in hoc bello fuisse referuntur. Utq; satis prior acies Turcarum subsequentibus inclusa est, ³⁰

s. 23. 8. inuocato Deo, procurrūt Franci. Nec morā, adest Dominus, fore & posse, in prælio: protexit filios, & prostravit inimicos. Itaq; prosequuti sunt eos Franci, usq; ad castrum eorum munitissimum, quod à loco pugnæ decem milliaribus aberat. Castellani autem suorum fugam videntes, in censu castro fugā arripiunt. Hoc autem totū, gaudium & exultatio nobis fuit, ut alteram victoriam de incenso castro confiteremur. Eodem itaq; die tāta pugna in castris fuit, ut ibi nullus locus fuerit, versus ciuitatē, vbi bellum nō esset. Composuerant enim hostes, ut dum ab obessis acerrime impugnarēmus, ab improvisis auxiliatoribus eorum, à tergo opprimēmus. Sed Deus, qui militibus nostris victoriam conferebat, in peditibus nostris præliabatur. Nec minorem suscepimus eo die de obessis triumphū, quam de fautoribus eorum ⁴⁰ milites nostri gloriam retulerunt. Igitur potita victoria & spoliis, capita cæsorum ad castra deportata sunt. Et ut hostibus timorem, & testimonium de profligato eorū succursu ostenderemus, delata capita in palis suspensa sunt. Quod dispositione Dei actum esse, postea credidimus. Namq; capto nuper vexillo beatæ semper Virginis Mariæ quasi ad opprobrium nostrum, cuspidem in terra figebant. Itaque actum est, ut visis suorum erectis capitibus ab improperio nostro reuocarentur. Erant eo tempore in nostris castris Legati à Rege Babyloniorum, qui videntes mira quæ Deus per seruos suos operabatur: Iesum Mariæ Virginis Filium glorificabant: qui per pauperes suos, potentissimos conculebat. Hi autem Legati, gratiam & benevolentiam apud Regem suum nobis promittebant: præterea plura beneficia Regis in Christianos Ægyptios, & peregrinos nostros referebant. Itaq; remissi sunt cum illis Legati nostri, qui fœdus amicitiamq; cum Rege inirēt. Eodem tempore visum est Principibus nostris, ut in colle, qui supra tētoria Boimundi erat, castrū firmaretur: ne si rursus hostes contra nos venirent, nullo modo tentoria nostra impellere possent. Cùm hoc factū fuisset, fuerunt castra nostra ita firmissima, ut ad instar ciuitatis clausi, tā opere quam natura vndiq; essemus. Erat enim ab Oriente nobis castrum hoc: à Meridie, muri ciuitatis; & palus, quæ muros muniebat, castra etiam nostra tuebantur, nec facultatem pugnandi, his de ciuitate concedebat, nisi per portas egredierentur: ab Occidente verò fluuius erat: à Septemtrione quod-dam

dam vetus vallum, quod à monte descendens, ad fluuium usque perueniebat. Laudabat etiam populus ut castellum aliud in monticulo, qui supra pontem illorum erat, firmaretur: factæ sunt etiam in castris machinæ, quæ muros ciuitatis impellerent; sed hoc frustra fuit. Cumque iam in quinto mense obsidionis nostræ naues vndique cum alimoniis ad portum nostrum applicarent, Turcæ ciuitatis, vias maris obsidere, atque portiores victualium interficere ceperunt: Nostri verò Principes primo tantum patiebantur; Turcæ autem sceleris impunitate, sperrapinæ, die noctuq; instabant. Consultumq; est tandem ut ad pontem illorum, castrum firmaremus. Sed quia plurimi de nobis ad portum abierant, electus est Comes & Boimundus ut eos indè adducerent, cum rastris, & aliis instrumentis quibus vallum noui castelli fieret. Cumq; compertum esset in ciuitate Comitem & Boimundum absesse, assultus solitos incepérunt. Nostri autem, nimis temerè atque inordinate progressi, turpiter fusi atque fugati sunt. Cumq; die quarto Comes & Boimundus, cum multitidine maxima à portu reuerterentur, à Turcis explorati sunt: nostri autem solo tumultu suo, securi esse arbitrabantur. Sed cur pluribus moror? Ventum est ad pugnam: Nostri autem terga dederunt. Perdidimus ibi usque ad trecentos homines; quantum verò spoliorum & armoriū, non est nostrum dicere: dumq; more pecudum per montes & abrupta quæq; trucidaremur, & collideremur; hii de castris hostibus obuiam procedere ceperunt: Sicq; factum est ut à cæde fugientium reuocarentur. Quidigitur Domine DEVS? in castris vici sunt; & hii duo maximi Principes in exercitu tuo, extra castra vici sunt! An ad castra fugiemus? an hi de castris ad nos? Exurge & adiuua nos Domine propter nomen tuum. Quod si in castris resicatum est quod Principes vici sunt; & si nos castrum fugam nosse contigerit, communis omnium fugafiet. Surrexit itaq; adiutor in opportunitatibus Dominus, atque illos quos prius trudera, priores in pugnam animauit. Videns igitur Cassianus, qui ciuitatis rector erat, & nostrorum spolia, & suorum victoriam, & adhuc quorundam nostrorum audaciam, milites & pedites suos omnes emisit; atq; in spem victorię adductus, portas ciuitatis post suos recludi iussit: denuntians militibus suis, vincere vel mori. Interea nostri paulatim, & pro imperio procedere: Turcæ autem discurrere, sagittare, nimis audacter incurre: At nostri interdum patiebantur, dum densatis incurtere possent: nec ad impetu eorum retardabantur. Tantus verò luctus & clamor in castris ad DEV M erat, ut affluentia lachrymarum DEI pietatem descēdendam putares. Cumq; iam cominus res gerenda foret, quidam Isuardus miles de Gagia, Provincialis nobilissimus, cum centum quinquaginta pedicibus, inuocato DEO, genibus flexis, socios hortatus est dicens: Eia milites CHRISTI! Atq; hostibus incurrit: Similiter & aliæ acies nostræ incurrunt. Hostium itaq; superbia turbatur; porta clausa est, & pons strictus, fluuus verè maximus. Quid igitur: hostes turbati prosternuntur, & cæduntur, & saxis in fluminis obruuntur, fuga autem nulla patet. Quod nisi Cassianus pontis portam aperuissest, illa die de Antiochia pacem habuissemus. Audiu ego à multis qui ibi fuerūt, quod triginta Turcos, & amplius, de pōte sumptis spondalibus in flumine obruiſſent. Claruit ibi multūm dux Lotharingia. Hic namq; hostes ad pontē præuenit, atq; ascenso gradu venientes per medium diuidebat. Celebrata itaq; victoria cum ingenti exultatione, & multis spoliis, & equis multis, nostri ad castra redeunt. Cōtigit ibi quoddam memorabile, quod vtinam qui nos suis prosequuntur votis, vide re potuissent. Quidam enim eorum eques, timore mortis, dum præceps profundū fluminis ingrederebatur, à multis de sua gente comprehēsus, & ab equo suo deicetus, in medio fluminis obrutus est, cum illa multitidine quæcum apprehenderat. Operæ premium est, vidisse quosdam pauperes à victoria reuertentes: alii namque intratentoria in equis variis discurrentes, relegationem suæ paupertatis sociis ostendebant: alii autem duobus vel tribus induiti sericis vestimentis, largitorem victoriæ & muneris DEV magnificabant: alii verò tribus vel quatuor muniti clipeis, victoriæ suæ triumphum alacriter prætendebant. Dumque his & aliis ostentamentis fidem magnificæ victoriæ nobis persuasissent, de multitidine interfectorum suadere non potuerunt. Quoniam victoria sub nocte habita est, cæforum capita ad castra delata non sunt. Cumque postridie castrū ante pontem illorum ædificaretur, in vallo quidam de Turcis reperti sunt: erat enim mons ille in sepulturā Sarracenorum: * Ex his igitur eoru prouocati pauperes, omnia eoru monumenta fregerunt. Effossis itaq; Turcis, qualis victoria fuerit, nulli dubiū fuit. Namque numerati sunt, circiter mille quingenti: taceo modo & in ciuitate sepultos,

& in flumine tractos. Cum autem fœtore intolerabili laborantibus in castello ob-
stitissent cadauera, in flumine proiecta sunt. Nautæ verò, qui in fuga Comitis &
Boimundi dispersi & vulnerati fuerant, de victoria adhuc præ timore dubitabant.
Hi autem videntes tantam multitudinem, quasi de quadam multitudine conua-
lescentes. De v m magnificare ceperunt, qui filios suos corrigeret & læticaret
consuevit. Sic itaque DEI dispositione actum est, ut qui victualium conductores,
in littore & ripis fluminis peremptos, feris & volucribus dederant, in locis eis-
dem feris & volucribus victualia fierent. Celebrata itaque & cognita victoria, &
castro ædificato, ciuitas *Antiochia* à Sepremtrione & Meridie obsessa est. Consul-
tum est eo tempore, quis de Principibus ad custodiendum castrum migrare po- 10
tuisset. Quippe res communis pluribus frequenter negligitur, dum alii ab aliis custodiri eam
arbitrantur. Dumque alii de Principibus, quasi pro mercede, vigilum suffragia ab
aliis quererent, Comes præter suorum voluntatem, castri custodiam arripuit, si-
mul vt desidiam & auaritiam excusaret; & vigoris atque prudentiæ semitam tor-
pentibus demonstraret. Namque præteritæ æstatis graui ac diuturno morbo fati-
gatus, & adeò mollis per totam hyemem fuerat, ut nec ad militandum, nec ad lar-
giendum promptus esse diceretur: & licet multa, quia plura posse credebatur, nul-
lus esse credebatur. Igitur nanctus hanc difficultatem, scilicet materiam virtu-
tis, tantam omnium inuidiam passus est, ut penè à suis priuatis dissociaretur. In- 20
terea dum Comes hæc negligit, sperans hostes de ciuitate maxima ex parte op-
pressos, illico fugituros, quodam diluculo ab hostibus circumdatu s est. Claruit ibi
magnum diuinæ protectionis miraculum, quod sexaginta viri de nostris, pugnam
Sarracenorum septem milium sustinuerunt: atque, quò magis mirum fit, præterri-
tis diebus imber immoderatus terram recentem humefactans, vallum noui ca-
stellii compleuerat. Sicque hostes nulla inuia, sed sola virtus DEI retardabat. Non
arbitror modo quorundam militum nostrorum egregiam virtutem reticendam,
qui præuenti ab inimicis, dum eorum pontem custodiunt, ad castellum refugere
non potuerunt: aberat enim castellum à ponte illorum, quasi iactu vnius sagittæ.
Igitur hi milites, facto giro inter hostium multitudinem, ad angulum cuiusdam
vicinæ domus peruererunt; ibique hostium impetus, & sagitarum rabiem, & sa- 30
xorum vndiq; nebulam, viriliter & imperterriti sustulerunt. Interea sonitus pugne
auditus in castris nostris exciuit: Sicq; castrum ab hostibus liberatum est: & licet
à longè prospetto succursu ab oppugnatione destitissent; & licet ponte illorū pro-
ximo, tamè posteriores eorum interempti sunt. Rursus itaq; instaurato vallo, &
mœnibus castri, victualium conductores securè ire & redire à portu potuerunt. Igi-
tur inuidia quam Comes pertulerat, adeò lenita est, ut ab omnibus pater & con-
seruator exercitus appellaretur. Ab eo itaq; tēpore crevit Comitis nomē, eò quod
solus, hostium assultus sustineret. Obsesso igitur ponte & porta ciuitatis, ceperunt
egredi *Turca* per aliam portam, quæ respicit ad Meridiem iuxta fluuim; atque
emittere equos suos ad quandam recessum, qui inter montes & fluuim erat opti- 40
mia pascua. Explorato itaq; loco à nostris, & terminato die, per quandam montis
difficultatem circinata ciuitate, ad pascua illa venierunt, atq; alii per vacum trans-
cuntes, duo millia equorum inde adduxerunt, exceptis mulis & mulabus quæ
recuperata sunt: etenim præterito tempore hyemis, in itinere maris, multas nobis
mulas abstulerant, quæ modò capræ & recognitæ sunt à dominis suis, & pristinæ
dictioni concessæ. Post hoc tempus muniuit *Tancredus* monasterium quod-
dam vltræ fluuim: & deditei Comes ob hoc centum Marchas argenti; & alii de
Principibus prout potuerunt: hoc enim multum hostes constrinxit. Libet itaque
attendere, quia quād pauciores numero sumus, tanq; fortiores nos DEI gratia fecit. In- 50
terea nuncii venire cœperunt frequentissime, quod succursus hostibus veniret.
Hæc autem fama non solum ab Armenicis & Græcis nobis veniebat, verum etiam ab his qui in ciuitate erant nobis annuntiabatur. Quoniam Turcæ per an-
nos quatuordecim *Antiochiam* obtinuerant, atque Armenios iuuenes, & Græcos,
quasi pro penuria domesticorum turcauerant, & vxores eis dederant. Hii ta-
les, cum libertatem fugæ habere poterant, cum equis & armis ad nos venie-
bant. Cumque hæc fama de succursu hostium crebresceret, multi de nostris
pauidi, fugere ceperunt, & Armenii mercatores. Interea milites boni qui
per castella diffusi erant, venire, atque arma emere, & adaptare & reficere ce-
perunt. Dumque satis contabescens tumiditas ab exercitu nostro defluxisset;
& ani-

& animositas, semper prompta cum fratribus & pro fratribus pericula subire, venisset, quidam de Turcatis qui erat in ciuitate, per Boimundum Principibus mandauit nostris, quod ciuitatem nobis redderet. Igitur communicato consilio Principes, *Boimundam & Ducem Lotharingie, & Flandrensem Comitem*, ad hæc experientia miserunt. Cumque per medium noctis venissent, ad collem ciuitatis, remissus internuncius ab eo qui ciuitatem reddebat, dixit: *Expectate dum lampas transferantur*: Etenim tres viri vel quatuor cum lampadibus per muros ciuitatis tota nocte pergebant excitando & commoventendo vigiles. Post hæc autem appropinquantes ad murum, & erectâ scalâ, ceperunt ascendere nostri. Primusq; quidam Francus, nomine *Fulcherius*, frater scilicet Budelli Garnotensis, murum intrepidus coascendit: quem Comes Flandrensis consecutus, Boimundo & Ducem mandauit ut ascenderent: cumq; omnes festinarent, ut alius alium præueniret, scala fracta est: At verò iiii qui ascenderant, descendentes in ciuitatem, posterulam quandam aperuerunt. Ingressi itaq; nostri omnes, non ceperunt aliquem de his quos inuenierunt. Cumque diei aurora comparuisset, conclamauerunt: Ad hanc vocem cum omnis ciuitas turbaretur, mulieres & paruuli eorum flere ceperunt. Illi verò qui in castello Comitis erant, ad hanc vocem omnes excitati, quippe propinquiores, dicere ceperunt ad inuicem: *Succensus eorum venit*: Alii autem è contra, *Non videtur vox ista latantum*. Cumque dies albesceret, in Meridionali colle ciuitatis signa nostra comparuerunt. Turbati igitur ciues, cum in monte super se nostros conspicerent, alii per portas fugere ceperunt, alii se præcipitare, restitit nullus: quippe turbauerat eos Dominus: Iocundum spectaculum tandem post multa tempora nobis factum; ut qui tamdiu Antiochiā contra nos tenuerant, de illa modo fugere non valerent: quod si quidam eorum arripere fugam ausi sunt, tamen mortem euadere non potuerunt. Accidit ibi quoddam fatis nobis iocundum atque delectabile. Dum enim per prærupta, quæ collem diuidunt à Septentrione, Turcæ quidam subterfugere niterentur, nostris quibusdam obviauerunt: cumque Turcæ regredi compellerentur, tanto impetu se affecerunt repulsi fugientes, ut omnes patriter præcipitarentur. Gaudium quidem fuit nobis de præcipitatis hostibus, sed de equis plusquam trecentis inibi decollatis doluimus. Quanti autem de *Sarracenis* & de *Turcis* tunc perierunt, dicere nescimus: quam diuersis mortibus, & quam variis cæciderunt, explicare crudele est. Quantum verò spoliorum est captum infra *Antiochiam*, non est nostrum dicere: nisi quod ctedite quantum vultis, & astimate supra. Illi autem hostes qui castellum de medio colle seruabant, videntes suorum necem, & nostros ab oppugnatione sui defisterem, castellum suum retineuerunt. *Cassianus* autem egressus per posterulam quandam, ab *Armeniis* rusticis captus & decapitatus, atque caput eius nobis oblatum est: quod ineffabili Dei dispositione actum credo, ut qui multos eiusdem gentis homines decollari fecerat. Capta est igitur ciuitas Antiochiæ tertio Nonas Iunii: obessa autem circiter undecimo Kalend. Nouemb. Interea dum nostri enumerando & recognoscendo spolia, ab oppugnatione superioris castris defisterent, atque audiendo saltatrices Pagani, splendide ac superbè epularentur, nullatenus Dei memores, qui tantum beneficium eis cōtulerat, post tertium diem in Nonis eiusdem mensis lunii à Paganis obsecrati sunt. Sicq; actum est, ut qui tamdiu per Dei misericordiam Antiochenos Tureas obsederant, per eius dispositionem à Turcis obsiderentur. Atque ut magis timeremus, castellum superius dictum, quod quasi ciuitatis custodia est, in manibus hostium erat: Timore igitur coacti nostri, castelli obsidionem arripuerunt. *Corbaras* autem Tucorum dominus, in principio aduentus sui, sperans bellum illicè futurum, longè à ciuitate, quasi per duo miliaria, tentoria sua fixit, atque ordinibus factis usque ad pontem ciuitatis peruenit. Nostris autem prima die castellum Comitis munierunt: metuentes, si ad bellum procederent, ut ab hostibus qui in castello erant, ciuitas corriperetur; vel si castellum quod ante pontem erat deserenter, & hostes illud occuparent, facultatem pugnandi, & aditum egrediendi nobis recluderent. Erat autem in exercitu miles clarissimus, & karissimus omnibus *Rotgerius* nomine de *Barneuilla*: hic cum exercitum omnium reuertentis inimicorum assequeretur, captus & capite truncatus est. Inuasere igitur nostros dolor & timor, adeò ut usque ad desperationem euadendi multi ducerentur. Passi igitur Turcæ semel, & secundò repulsam pugnandi, tertia die castrum oppugnant: atque ibi tanta vi certatum est, ut sola Dei virtus defendere castrum, & resistere

aduersariis crederetur. Namque cum iam transcendere vallum & diruere murum pararent, nescio vnde concepto timore, præcipites in fugam ruunt. Decurso itaque aliquantulo spatio, cum fugæ causam nullam conspicerent, tarditatem suam causantes ad oppugnationem redeunt; & quasi satisfacti pro pudore habitæ fugæ, vehementius imminent; rursus diu vehementius pugnant: Itaque hostes eadie ad castra sua redeunt. Alia autem die, cum maximo apparatu ad castrum redire ceperunt: nostri verò castrum incendunt, atque mœnibus ciuitatis se intrudunt. Auctus itaque timor Francorum est, & hostium excrevit audacia: quippe qui nihil extra ciuitatem haberemus, & ab inimicis nostris castellum, quod caput ciuitatis est, retineretur. Igitur confirmati Turcæ ingredi ad nos per castellum disposuerunt. Nostri autem loci oportunitate, & eminentia confisi, obuiam hostibus contendunt; & primo impetu eos prosternunt: dumq; imminentis belli obliuiscuntur, & prædæ inhiant, fœdissimè in fugam vertuntur. Et enim plusquam centum homines in porta ciuitatis suffocati sunt; equi verò quā plures. Igitur ingressi castellum Turcæ, in ciuitatem deorsum descendere voluerunt. Erat enim vallis inter castellum ipsorum & montem nostrum, non magna quidem; & cisterna quædam erat in medio & modica planities. Nec erat descensus in ciuitatem, nisi per medium nostri montis. Quapropter omni intentione & omni virtute sua nos expugnare, & remouere ab itinere suo in ciuitatem nos contendunt: atque ibi tanta vi à manè usque ad vesperum pugnatum est, ut nusquam simile audiatur. Contigit ibi quoddam nostris satis horrendum, atque haec tenus inauditum, quod inter sagittarum grandinem, & saxonum atque telorum continuos impulsus, & inter mortes tantorum, nostri sopiebantur. Finem huius pugnae si queritis, nox fuit. In nocte autem cum nostri Dei misericordiam sperare debuissent, multi desperare ceperunt; atque præcipites, per funes ab altitudine murorum deiiciebantur. Alii autem à bello discedentes in ciuitatem, communem omnium decapitationem venisse, cunctis nuntiabant: & quo magis timeri poterat, dum alii alios adhortabatur ut viriliter resisterent, ipsi in fugam vertuntur. Itaq;, ut diximus, dum nostri concubarentur, & in desperationem ruerent, diuina eis clementia adfuit; & quæ lasciuentes filios eorum exarata, nimium tristes tali modo consolatus est. Igitur cum capta esset ciuitas Antiochie, usus sua potentia & benignitate Dominus, pauperem quædam rusticum elegit, Provincialem genere, per quem omnes nos confortauit; & Comiti & Podiensi Episcopo hæc verba mandauit: *Andreas DEI & Domini nostri IESV CHRISTI Apostolus me quater olim admonuit, & iussit ut ad vos venirem, ac lanceam qua Saluatoris Latus aperuit, capta ciuitate vobis redderem.* Hodie autem cum ad pugnam profectus essem extraciuitatem cum reliquis, atque comprehensus à duabus equitibus penè suffocatus in regressu suis quasi exanimis illic super lapidem quandam tristis refeci: cumq; præ dolore & timore, sicut tristis titubarem: *venit ante me beatus Andreas cum socio quodam;* & multum mihi interminatus est, nisi citò vobis redderem lanceam. Cumque ab eo Comes & Episcopus reuelationis & visionis Apostolicæ ordinem requirent, respondit: *In principio terramotus, qui apud Antiochiam factus est, cum exercitus Francorum obsideret eam, tam tu timor me inuasit, ut nihil preter Deus ADIVVA, dicere possem. Erat enim nox, & ego iacebam; nec in tugurio meo erat aliquis cuius consortio resouerer. Cum autem, ut dixi, concusso diutius duraret, & timor meus semper excresceret, coram me duo viri adfliterunt, in ueste clarissima: alter erat senior, rufo canoque capillo, oculi nigri, & conuenientes faciei; barba verò cana, & lata atque prolixa; & statura eius media: Alter verò iunior, & procerior erat, speciosus formâ præ filiis hominum: & ait mihi senior: Quid agis? Et ego maximè timui, quia nullum adesse sciebam. Et respondi: Quis es tu? Et ait: surge, & noli timere; & audi quæ ego loquar ad te. Ego sum Andreas Apostolus. Congrega Episcopum Podensem, & Comitem Sancti Egidii, & Petrum Raimundum de Altropollo. & hæc dices ad illos:*

Cur negligit Episcopus prædicare, & commonere, & cum Cruce quam præfert signare populum? etenim multum prodebet illis. Et addidit: Veni, & ostendam tibi, patris nostri IESV CHRISTI lanceam, quam Comiti donabis: etenim eam Deus concessit illi, ex quo genitus est. Surrexi itaque, & sequutus sum eum in ciuitatem nullo circumdatu amiclu, præter camisiam. Et induxit me in Ecclesiam beati Petri per Septemtrionalem portam, quam antea Saraceni Bafumariam fecerant. In Ecclesia verò dualampus erant, que tantum lumen ibi reddebant, ac si Meridies illuxisset: Et dixit mihi, expecta hic. Et iussit me assistere columna, quæ proxima erat gradibus, quibus ascendebatur ad altare à Meridie: Et socius eius à longè stetit, ante gradus altaris. Ingressus autem sub terram sanctus Andreas,

*Qualiter Lan-
ca confitit inuen-
ta.*

Andreas, produxit lanceam, atque in manibus mihi tradidit. Et dixit mihi: Ecce lancea quæ latus aperuit, vnde totius mundi salus emanauit. Dumq; in manibus eam tenerem, la- chrimanda prægaudio, dixi ei: Domine si vis portabo eam, & reddam Comiti. Et dixit mihi: Sine modo, futurum enim, ut ciuitas capiatur. Et tunc venies cum duodecim viris, & quæres eam hic, vnde ego abstraxi, & ubi eam recondam. Et recondidit eam. His ita peractis, super murum ciuitatis reduxit me in domum meam; & sic à me recesserunt. Tunc ego cum mecum recogitans, & paupertatis meæ habitum, & vestram magnitudinem, veritus sum ad vos accedere. Post illud tempus cum profectus essem ad quoddam castrum, quod est iuxta Roiau, propter alimoniam, prima die quadragesima in galli cantu, adfuit mihi beatus Andreas in eodem habitu, & cum eo quo prius venerat socio: & magna claritas domum repleuit. Et ait beatus Andreas: Vigilas ne? sic ex parte factus, respondi: Non, Domine mi; non dormio; & ait mihi: Dixisti ea quæ dudum tibi dicenda mandaui? & respondi: Domine, nonne precatus sum vos, ut alium eis mitteretis? Etenim metuens paupertati meæ, accedere ad illos dubitaui. Et dixit mihi: Nescis ne cur Deus hoc vos adduxit, & quantum vos diligit, & quomodo vos præcipue elegit: Pro contemptu sui, & suorum vindicta, vos hoc venire fecit. Diligit vos adeò, et Sancti iam in lequie positi, diuinæ dispositionis gratiam prænoscentes, in carne esse, & concertare vobis eum vellent. Elegit vos Deus, ex omnibus gentibus, sicut triticeæ spicæ de aueuaria colliguntur. Etenim meritis & gratia præceditis omnes. qui ante & post vos venient, sicut aurum præcio præcedit argentum. Post hac discesserunt, & metanta agitudo oppressit, ut lumen oculorum perderem; & dispositionem tenuissimam paupertatis meæ facerem. Tunc ego cepi mecum cogitare, quod ob negligentiam Apostolica visionis, hoc iustè mihi contingenterent. Confortatus itaque, ad oblationem reuersus sum. Rursus, paupertatis meæ debilitatem recogitans, timere cepi, si ad vos venirem, famelicum me esse, & pro victu talia referre me proclamareris: Itaque & ea vice conticui. Defluente itaque tempore, cum apud portum Sancti Simeonis essem, atque cum domino meo Willelmo Petri, infratentorium unare cubarem, effusit beatus Andreas cum socio, & habitu eodem quo prius venerat, atque sic mihi loquitus est: Cur non dixisti Comiti: & Episcopu:, & aliis, quæ ego præcepeream tibi? & respondi: Non nescio precatus sum te, Domine, ut alium prome mitteres, qui & sapientior esset, & quem vellent audire: præterea Turcae sunt in itinere, qui venientes & abeantes interficiunt. Et ait Sanctus Andreas: Noli timere, quia nihil tibi nocebunt: haec quoque dices Comiti, cum venerit ad lordanem fluuium, non intingatur ibi, sed nauigio transeat: cum autem transierit, camisia & bracis lineis indutus, de flumine aspergatur. Et postquam siccata fuerint eius vestimenta, reponat ea, & conseruet ea cum lancea Domini. Et hec dominus meus Willlemus Petri audiuit, licet non videret Apostolum. Confortatus igitur, ad exercitum reuersus sum. Cumq; vobis haec pariter dicere vellem, coadunare vos non potui. Itaque profectus sum ad portum de Mamista. Ibi vero cum nauigare in Cyprum insulam pro victualibus vellem, comminatus est mihi multum beatus Andreas, nisi citò redirem: & vobis iniunctam mihi referrem. Cumq; cogitarem mecum quomodo reuerterer ad castra: aberat enim portus ille, ab exercitu quæsi per tres dies: amarissimè flere cepi, cum redeundi facultatem reperire non possem. Tandem a socio & domino meo commonitus, nauigium ingressus in Cyprum remigrare cepimus. Et cum per totam diem remis & prosperis ventis ageremur, usque ad solis occasum, orta subito tempestate, in spatio unius hora vel duarum ad烈ictum portum reuersi sumus. Ibi languorem grauissimum incurri. Capta autem ciuitate, ad vos vesi. Et nunc si vobis placet, experimini quæ dico. Episcopus autem nihil esse, præter verba putauit: Comes vero illico credidit, & illum qui hoc dixerat capellano suo Raimundo, custodiendum tradidit. Apparuit in ipsa nocte quæ secuta est, Dominus noster IESUS CHRISTUS cuidam Sacerdoti, nomine Stephano, lachrymanti pro interitu suo & sociorum, quem futurum illico sperabat. Etenim terruerant eum quidam, qui de castello descenderant, dicentes Turcos iam descendere de monte in ciuitatem; atque nostros fugere, & victos esse. Propterea Sacerdos volens habere DEVM mortis suæ testem, ingressus Ecclesiam beatæ semper Virginis Maria, habita confessione, & sumpta venia, cum quibusdam sociis Psalmos cantare cepit: dormientibusque aliis cum solus vigilaret, atque cum dixisset: Domine Psal. 14. quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requiesceret in monte sancto tuo? Stetit coram eo vir quidam, ultra omnem speciem, habens pulchritudinem, & dixit ei: Homo, quanam est hac gens, que ciuitatem ingressa est? Et ait presbyter: Christiani: Et ille dixit: cuiusmodi Christiani? Et Sacerdos, Qui credunt CHRISTVM de Virgine natum, & in cruce passum, mortuum, & sepultum; & resurrexisse tertiadie, atque in celum ascendisse. Et dixit vir

R A I M O N D I D E A G I L E S

ille! *Et si Christiani sunt, cur Paganorum multitudinem verentur?* Et addidit? *Agnoscere me?* Et presbyter respondit: *Non agnoscere Domine, nisi quod pulcherrimum omnium videote.* Et ait vir: *diligentissime intuere me.* Cumque in eum perspicaciter Sacerdos intenderet, de capite eius, speciem Crucis sole multò clariorem procedere videt. Et ait presbyter viro interroganti de se: *Domine, Imagines Domini nostri IESU CHRISTI esse dicimus, que similem tibi speciem preferunt.* Et dixit illi Dominus: *bendixisti, quia ego sum. Nonne scriptum est de me, quia sum Dominus fortis & potens; Dominus potens in prælio? Et quis est Dominus in exercitu?* Et respondit presbyter: *Domine, non fuit ibi unus solus Dominus unquam, sed magis Episcopo credunt.* Et dixit Dominus: *haec dices Episcopo; Populus iste malè agendo me elongauit a se, & ideo dicas eis: Hæc dicit Dominus, Conuertimini ad me & ego reuertar ad vos.* Et cùm pugnam inierint, dicant: *Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua, contere foritudinem illorum, Domine, & disperge illos, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.* Et hæc quoque dices ad eos: *Si feceritis, que ego præcipio vobis, usque ad quinque dies, vestri miserebor.* Hæc autem eo dicente, Mulier quædam supra modum inflammati vultus accessit, Et intuita Dominum, dixit ei: *Domine, & quid huic viro dicitis? & Dominus ad illam: Domina, quare ab eo de hac gente, quæ in ciuitate ingressa est, quæ sit.* Et ait Domina: *O Domine mihi, hi sunt pro quibus ego tantum terogo.* Cumque Sacerdos suum socium qui propè dormiebat pullaret, ut tantæ visionis testem habere potuisset, ab oculis eius sublati sunt. Manè autem facto in montem Sacerdos ascendit, ubi Principes nostri morabatur, contra Turcarum castellum, præter Ducem: ille enim castellum quod erat in Septemtrionali colle seruabat: Conuocata itaq; Sacerdos contione, habuit hæc verba ad nos Principes: atque ut verum esse monstraret, super Crucem iuvavit. Incredulis autem satisfacere volens, vel transire per ignem, vel præcipitare se de altitudine turris voluit. Tunc iurauerunt Principes, quod de *Antiochia* non fugerent, neque egrederentur, nisi de communi consilio omnium: Etenim populus eæ tempestate existimabat, quod Principes vellent fugere ad portum. Confortati sunt itaq; multi. Etenim in nocte præterita pauci steterunt in fide, qui fugere non voluissent. Quod nisi *Episcopus* & *Boimundus* portas ciuitatis reclusissent, admodum pauci remansissent. Fugit tamen *Wilelmus de Granduna*, simul & frater eius, & muliti alii, laici & Clerici. Multis autem contigit, ut cùm de ciuitate, cum maximo periculo evasissent, in manus Turcarum maius periculum mortis incurrebant. Contigerunt eo tempore, nobis plurimæ reuelationes, per fratres nostros; & signum in cœlo mirabile vidimus. Nam stella quædam maxima, per noctem super ciuitatem stetit: quæ post paululum in tres partes diuisa est, atque in Turcorum partes occidit. Confortati igitur aliquantulum nostri, diem quintum, quem prædixerat Sacerdos, expectabant. Die autem alia, præparatis necessariis, cum homine illo, qui de Lancea dixerat, eiectis de Ecclesia beati Petri omnibus aliis, fodere cepimus. Fuit autem in illis duodecim viris, *Episcopus Auraficensis*, & *Raimundus Comitis capellanus*, qui hæc scripsit, & ipse *Comes*, & *Pontius de Baladuno*, & *Faraldus de Thoart*. Cumque manè usque ad vesperum fodissent, in vespere quidam de inuentione lanceæ desperare ceperunt. Discesserat enim Comes propter castelli custodiæ: sed loco illius & aliorum, qui fodiendo fatigabantur, alios recentes inducebamus, qui viriliter operi insisterent. Videns autem iuuenis qui de Lancea dixerat, nos defatigari, discinctus, & discalciatus pedibus in camisia in foueam descendit, atque obtestatus est nos ut *Dux* deprecaremur, quatinus nobis Lanceam suam redderet, in confortationem & victoriam suæ plebis. Tandem per gratiam suæ pietatis commonitus Dominus Lanceam suam nobis ostendit. Et ego qui hæc scripsi, cum solus mucro adhuc appareret super terram, osculatus sum eum. Quantum gaudium & exultatio tunc ciuitatem repleuit, non possum dicere. Inuenta est autem lancea octauodecimo Kalend. Iulii. Secunda vero nocte astigit beatus *Andreas* iuueni, per quem nobis lanceam reddiderat, & dixit ei: *Ecce Deus donauit Comiti quod nulli alii unquam donare voluit, & constituit eum rex illorum istius exercitus siquidem perseverauerit in amore eius.* Cumque ab eo misericordiam pro populo pestu latet iuuenis, Respondit ei Sanctus Andreas, *quod reuera Dominus miseretur populi sui.* Et rursus cùm quæreret ab eodem de socio suo, quis esset quem toties viderat, dixit ei B. Andreas: *Accede & osculare pedem eius.* Festinus itaque volens accedere, vedit plagam vnam super pedem eius ita recentem, & sanguinolentam, ac si modo facta fuisset. Cùm autem dubitaret accedere, propter vulnus & sanguini-

sanguinem, Sanctus Andreas ait: *Ecce ille pater, qui pro nobis vulneratus fuit in Cruce, & hoc inde plaga. Hac etiam Dominus præcipit, ut celebrem habeatis diem illum, in quo lanceam suam vobis reddidit. Et quia in vespera represa est, & non potuit dies illa celebris haberi, sequenti hebdomada in octauis, solemnitatem celebrabitis; & singulis annis deinceps in die inuentionis ipsius Lancea. Hoc quoque dices adilos, ut contineant se sicut epistola docet fratris mei Petri, que hodie legitur.* Et Epistola fuit hæc: *Humiliamini sub potenti manu DEI. Et quotidie clericante Lanceam cantet hunc hymnum. Lustra sex qui iam peracta.* Et cùm dixerint: *Agnus in Crucis lenatur immolandus stipite;* Flexis genibus, hymnum finiant. Cùm autem ad hæc Episcopus Aurasicensis, & ego quereremus, si scriret litteras, respondit:

*ne scio: Existimans si diceret, scio, non crederemus ei. Et erat aliquantulum sciens: sed in ipsa hora ita ignorauit, ut nec literas cognosceret; neque aliquid eorum quæ literis didicerat memor esset, exceptis, *Pater noster: &, Credo in DEVM: &, Magnificat: &, Gloria in excelsis DEO: &, Benedictus Dominus DEVS Israel.* Cætera enim ita perdiderat, ac si nunquam ea audisset: & licet cum maximo labore, pauca postea recuperare potuit. Inter hæc autem tanta fames in ciuitate fuit, ut excepta lingua, caput equinum duobus vel tribus solidis venderetur: Intertina vero caprae, quinq; solidis: Gallina, octo vel nouem solidis. De pane quid dicam, cùm quinque solidi non sufficerent ad pellendam famem ynius? Nec erat mirum, nec graue esse poterat his qui tam care mercabantur, cùm auro & argento & palliis abundarent. Hæc autem ideo cara erant; quia conscientiæ militum, audaciæ carebant. Ficus autem immaturas ab arboribus decerpabant; atq; coctas karissimè vedeantur. Coria vero boum & equorum, & alia neglecta ex longo tempore illa milititer diu cocta, karissimè vendebantur: adeò ut duas solidatas quilibet comedere posset. Plerique milites sanguine suorum equorum viuebant; & expectantes DEI misericordiam, nolebant eos adhuc occidere. Hæc autem & alia multa mala obsessis imminebant, quæ enumerare difficile est. Accedebat etiā aliud satis graue, quod quidam de nostris ad Turcos fugiebant; & miseriam quæ erat in ciuitate eos docebant. His, autem atq; aliis rebus Turce audaces effecti, vehementissimè nobis imminebant. Die autem quadam media, in turrem unam de nostris ascenderant circiter triginta Turci, qui nostros satis exhorruerunt. Tamen nostri pro periculo certates DEI adiutorio, alios occiderunt, alios præcipitari coegerunt. Ob hanc igitur causam, omnes *L'rimundo* obedientiam promiserunt, vsque ad quindecim dies post bellum, ut de custodia ciuitatis, & de bello ipse disponeret. Nam Comes valde infirmabatur, & Episcopus: Stephanus autem Comes, quem antè captam ciuitatem pro dictatore alii Principes elegerant, audiens famam belli, aufugerat. Sicut diximus, ita nostris deuictis & depresso, & angustiatis, celeste auxilium adfuit. Et quomodo ante bellum & in bello agere deberemus. B. Andreas per iuuenem illum qui de lancea dixerat, edocuit. *Offendisti, inquit, omnes grauiter, & ideo humiliati estis: & clamasti ad Dominum, & exaudiuit nos Dominus. Et nunc pro suis offensis unusquisque se Domino committat, & quinq; eleemosynas faciat, propter quinque plagas Domini.* Quod si hæc nequiverit, quinque dicat, *PATER NOSTER, &c.* His ita peractis, in ea sententia quæ coneniant Principes de bello, incipite in nomine Domini, per diem sine per noctem: quia manus Domini erit vobis. Si quis autem de victoria dubitat, aperiatur ei porta, & vadat ad Turcas, & videbit quomodo DEVS illorum, saluum faciet illum. Si autem pugnare aliquis recusauerit, sit cum Iuda pro ditore Domini, qui Apostolos deseruit, & Dominum suum Iudeis vendidit. Pugnent vero in fide beati Petri, tenentes quod CHRISTUS sibi promisit, quod post tertium diem resurgeret. & ei appareret: & pro hac etiam causa, quod hæc terra iuris B. Petri sit, & non Paganorum. Et sit signum clamoris vestri, DEVS ADIVVA: & reuera DEVS adiuuabit vos: Omnes etiam fratres vestri qui obierunt, ab incepto itinere, aderunt vobis in hac pugna: & vos expugnate decimam partem hostium, quia ipsi in virtute DEI, non em partes expugnabunt. Et ne differatis de bello. *Quoniam totidem hostes ab altero latere adducet Dominus, quot habetis ab uno: & tam diu vos hic tenebit inclusos, donec alii comedantur alios. Sed scitote profecto, quia aduenerunt dies illi, quos promisit Dominus beata semper Virgini Maria, & Apostolis suis: quod eleuaret regnum Christianorum, delecto & conculcato Paganorum regno. Adtentoria eorum propter aurum & argentum ne diuertatis.*

Statuit tunc DEI potentia, ut qui nobis per Apostolum tuum supra dicta prædicari iussit, corda omnium adeò confortauit, ut fide & spe iam se triumphasse quisque de hostibus suis videretur. Adhortabantur alii alios, & adhortando vires pugnandi resumebant. Vulgus etiam, quod diebus præteritis inopia atque formidine consumptum esse videbatur, Principibus modò conuiciabatur, debelli dilatione. Constituta autem

*Subauditur si non egerit quæ dico.

die ad pugnam, miserunt nostri Petrum Heremitam ad Corbaran ducem Turcorum, ut desisteret ab oppugnatione Ciuitatis: quia iuris erat Beati Petri & Christianorum. Respondit ille superbus, quia iure vel iniuria, Francos & Ciuitatem habere volebat. Atq; Petrum Eremitam inclinare nolentem, supplicare sibi coegerit. Quasitum est, eo tempore, quis ciuitatem custodiret contra illos qui in Castello erant, dum alii ad pugnam progrederentur. Et fecerunt in colle montis nostri, contra hostes murum calceum, & propugnacula; & munierunt haec multis petrariis: & dimiserunt ibi Raimundum Comitem qui usque ad mortem infirmabatur, & viros usque ducentos. Ventum erat ad diem pugnae: Mane communicauerunt omnes, & se Deo dederunt, vel ad mortem si vellet, vel ad decus Romanæ Ecclesiæ, & gentis Francorum. Constituerunt autem de bello sic: vt de gente Comitis & Episcopi fierent duo ordines duplices; vt pedites praesarent militibus, & pro imperio Principum irent & starent; & milites sequerentur eos, atque a tergo custodirent: De gente Boimundi & Taucredi similiter: de gente Comitis Normannia, & Francigenis similiter; de gente Ducis, & Burgundionibus similiter. Ibant autem praecones per ciuitatem clamantes, vt quisque homo Principibus de sua gente adhaeret. Mandatum est etiam vt Hugo Magnus & Comes Flandrensis, & Normannia Comes, primi ad bella procederent; deinde Dux; post Duxem Episcopus, deinde sequeretur eos Boimundus. Congregati sunt ergo unusquisque ad signum, & cognationem suam, infra ciuitatem ante portam pontis. *O quam beata gens, cuius est*

Dominus Deus eius! O quam beatus populus, quem Deus elegit! O quam immutata faciem huius exercitus, a tristitia in alacritatem! Cuius quippe, præteritis diebus, ibant per plateas ciuitatis, Dei auxilium appellantes ad Ecclesias, Principes & nobiles, & ii qui erant de populo nudis pedibus lachrymantes, & pectora sua percutientes; adeò tristes, vt pater filium obuium non resalutaret, neque respiceret, neque frater fratrem. Modo vero cerneret eos alacres equos emittere, excutere arma & vibrare hastas; nec posse pati quietem, quin dictu vel opere, aliquid iocundum facerent vel dicarent. Sed cur pluribus moror? Concessa est illis egrediendi potestas; & quæ a Principibus consulta fuerant, ordine complentur. Inter haec Dux Turcorum Corbaras, infra tentorium suum Schachis ludebat; & accepto nuncio quod Franci ad pugnam progrederentur, turbatus animo, quod præter spem haec audiebat, appellauit quendam Turcum nomine Miredalin, qui de Antiochia aufugerat, nobilem, & nobis notum per militiam suam, & dixit ei: *Quid est hoc? Nonne tu mihi dixisti, quia Franci erant pauci, & nunquam mecum pugnarent.* Et respondit ei Miredalin: *Non dixi quod non pugnarent, sed veni, & video eos, & dicam tibi, si poteris eos facile superare.* Et iam tertius ordo progredebatur: Cumq; vidisset ordinum dispositiones, Miredalin dixit ad Corbaram: *Occidi quidem possunt isti, sed verti in fugam nequeunt.* Et tunc Corbaras illi: *Nulli eorum propelli aliquatenus possunt?* Et responderit Miredalin: *Non quantum planta pedis habet, cedent, si omne genus Paganorum eis incurrat.* Tunc ille, licet turbatus, ordines multos & multiplices, instruit aduersum nos. Et cum primo potuissent exitum nobis prohibere, pacifice exire permittebant. Nostri tamen acies suas versus montana dirigebant, cauentes ne nos incingerent a tergo. Erant autem montana longè a ponte, quasi duobus magnis miliaribus. Procedebamus ita spaciosi, sicut in processionibus Clerici pergeret solent: Et reuera nobis processio erat: Etenim sacerdotes, & multi monachi induiti albis stolis ante acies militum nostrorum, pergebant, Dei adiutorium & Sanctorum patrocinia inuocando cantantes. At contra, hostes nobis incurrire volebant, & sagittabant. Mandauit etiam Corbaras ad Principes nostros, paratus erat facere modo quod nuper abnegavit, ut quinque vel decem Turci pugnarent cum totidem Francis, & quorum milites vincerentur, pacifice alius cederent. Reponderunt ad haec nostri: *Noluimus, cum hoc voluimus; Nunc autem quia para uimus nos ad pugnam, decerent singuli pro suo iure.* Cumq; ut diximus, pianitiem totam occupauissemus, quædam pars Turcorum post nos remansit, atque peditibus nostris incurrit: Pedites vero illi, facto gyro, impetum hostium viriliter sustinuerunt. Cumque Turci nullo modo eos propellere possent, ignem circa eos accenderunt: vt qui gladios non formidabant, saltem ab igne corripserentur. Itaque cedere eos compulerunt: habebat enim locus ille fænum multum, & siccum. Egressis itaque ordinibus, stabant sacerdotes nudis pedibus & induiti sacerdotalibus vestimentis supra muros ciuitatis, Deum inuocantes ut populum suum defenderet; atque testamentum quod sanguine suo sanciuit, in hoc bello per victoriæ

victoriā Francorum, testificařetur. In hoc autem spacio quōd processimus à ponte vsque ad montana, maximē laborauimus propter hoc quōd ipsi hostes nos volebant accingere. Inter hæc, licet maiores hostium ordines, nobis qui in turma Episcopi eramus incumberent, tamen per præsidium *Dominice Lanceæ*, quæ ibi erat, nullum ibi vulnerauerunt; sed neque sagittam nobis intorserunt. Vidi ego hæc quæloquor, & Dominicam Lanceā ibi ferebam. Quōd si quis *Heraclium* vice-comitem, vexilliferum Episcopi, in hoc bello vulneratum fuisse dicat, sciat quōd & vexillum suū alii tradiderat, & ordinem nostrum longè reliquerat. Ut verò omnes viri bellatores de ciuitate egressi sunt, apparuerunt quinque aliæ acies in-

10 ter nos. Etenim, vt iam dictum est, octo acies nostri Principes tantum constituerant; & tredecim ordines extra ciuitatem fuerunt. Hoc vnum valde memorabile non prætereamus: In principio egressionis nostræ ad pugnam, imbreuium diuinum super omnem exercitum suum misit Dominus, paruum; sed tam gratum, quo qui tactus est, omni gratia repletus & fortitudine, & hostes contemnebat, & quasi in deliciis Regiis semper enutritus exiliebat: Non minus hoc idem mirabile, equis nostris etiam contigit. Cui enim defecit equus suus, nisi peracta pugna? etiam si non gustauerit aliquid præter cortices & folia arborum per septem dies. Multiplicauit insuper adeò Dominus exercitum nostrum, vt qui ante pugnam pauciores eramus quām hostes, in bello plures eis fuimus. Itaque nostris progressis & dis-

20 spositis, nō licuit nobis committere pugnam, quoniam ipsi versi sunt in fugā. Persecuti sunt eos nostri, vsque ad occasum Solis. Operabatur ibi mirabiliter Dominus, tam in viris quām in equis nostris: Quippe viri, auaritia à bello non reuocabantur; & illi equi famelici, quos vix domini sui, in prælium pascendo deduxerant, leuissimè equos Turcarum, pingues & currentissimos, modo consequabantur. Nec hoc solum gaudium voluit nos habere Dominus. Etenim Turcæ qui castellum de ciuitate munierant, videntes suorum præcipitem fugam, desperantes, alii tantum pauci vitam se nostris reddiderunt; alii præcipites fugerunt. Et licet bellum hoc tam atrox atque timidum esset, tamen pauci milites de hostibus ibi ceciderunt: sed de peditibus eorum vix aliquis evasit. Omnia autem temptoria

30 eorum capta sunt, & auri & argenti multum, & spoliorum plurimum: Annonæ vero & pecorum ac camelorum, fine mensura, & numerio. Renouatumque est nobis illud Samariæ, de mensura similaginis & hordei, quæ pro statere accipiebantur. Facta sunt autem hæc in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, quibus intercessoribus Iesu Christu Dominu noster, contulit hanc victoriā peregrinæ Ecclesiæ Francorum, qui vivit & manet cum seruis suis, propitius Deus per omnia secula seculorum, Amen. Factum est autem post victoriā, quōd Principes nostri, Boimundus, & Comes, & Dux & Flandrensis Comes, communiter castrum ciuitatis receperunt: sed Boimundus altiores turres suscepit, iam tunc concipiens dolorem, qui protulit iniquitatem. Etenim consequenter homines Ducis, & Flandrensis, & Comitis

40 Sancti Egidii, violenter de castello expulit, dicens, se iurasse illi Turco qui ciuitatem reddidit, quōd ipse solus haberet eam. Ob hoc etiam, quia impunè id commiserat, castella ciuitatis, & portas quas Comes & Episcopus & Dux, ex tempore quo oblesisti fueramus seruauerant, requirere cepit: Concesserunt ei omnes præter Comitem. Ille enim licet infirmus esset, tamen portam pontis, nec prece, nec promissis, nec minis dimittere voluit. Nec solum Principes nostros eo tempore discordia concussit; verum etiam populis gratiam ita dissoluit, vt pauci essent, qui non cum sociis vel domesticis suis, de furti, vel rapinae causis concertarent. Nec in ciuitate iudex aliquis erat qui posset vel vellet dirimere causas; sed quantum quisque poterat, eo modus iniuria venit. Comes autem & Episcopus valde infirmabantur, nec

50 tueri eos ab iniuria poterant. Sed quid moram in his agimus? Quippe nostri otio & diuitiis remissi, de itinere propter quod venerant, vsque in Kal. Nouemb. contra Dei præceptum, distulerunt. Etenim eo tempore, ita territæ atque confectæ timore Saracenorū ciuitates in fuga Turcorum fuerunt, vt si tunc equitassent nostri Franci, non esset vsque in Hierusalem ciuitas, quæ lapidem, vt nos credimus, eis eremitteret. Interea Dominus *Adamarus* Episcopus Podiensis, dilectus Deo & hominibus, vir per omnia omnibus charus, die Kal. Aug. in pace migravit ad Dominum. Tantusque luctus omnium Christianorum ibi morantium in morte eius fuit, vt nos qui vidimus, cum pro magnitudine rerum scribere curauissemus, comprehendere aliquatenus nequissemus. Quām utilis autem Dei exercitui & Prin-

cipibus fuerat, post mortem eius manifestum fuit: cum inter se diuisi Principes, Boimundus in Romaniam est regressus; & Dux Lotharingiae versus Roais profectus est. Sepulto igitur Episcopo in Ecclesia beati Petri Antiochiae, secunda nocte adstitit Dominus Iesus, cum beato Andrea & ipso eodem Episcopo, Petro illi Bartholomeo qui de Lancea dixerat, in Capella Comitis, ubi Lacea Domini erat. Et loquutus est ei Episcopus dicens: *Gratias Deo, & omnibus fratribus meis, & Boimundo, qui me de inferno liberauerunt. Etenim peccavi grauiter postquam Domini Lancea reperta est. Ob hoc itaque in infernum deductus sum atque ibi flagellatus acerrime; & caput meum & facies combusta sunt, sicut videre potes. Fuit autem ibi anima mea, ab hora qua de corpore egressa est, donec corpusculum meum pulueri traditum est.* Reddidit mihi Dominus, inter ipsa flammarum incendia, vestimentum quod vides: quia cum Episcopatus ordinem suscepit, illud pro DEO cvidam paupert tribui. Et licet exstuvaret gehenna, & insanirent aduersum me ministri Tartarei, nihil tam sub tuus ledere potuerunt. Tamen nihil de omnibus, qua de patria mea detuli, adeo mihi profuit sicut hac candela, quam amici mei hic pro me obtulerunt; & illi tres denarij, quos ego Lancea obtuli: Hec etenim me refecerunt, cum usque ad modum efuriens de inferno progrederer. Dominus meus Boimundus dixit, quod corpus meum in Iherusalem portaret: *Sit illi gratia sua ne me moueat, quia de sanguine Domini adhuc ibi est, cui me sociauit.* Sed si dubitat de his quae tibi disco, aperiat sepulchrum meum, & caput & faciem meam videbit perustam. *Domino meo Comiti familiam meam commisi: beneficiat ei, ut DEVS faciat secum misericordiam, & adimpleat quae illi promisi.* Et ne doleant fratres mei si ego vitam finiu: *Quoniam nunquam tantum eis profui, quantum prodero, si praecepta DEI seruare voluerint. Etenim cum illis habitabo, & omnes fratres mei qui vitam, ut ego, finierunt; & eis apparebo. & multo melius eonsolabor eos quam haetenus.* Et vos, fratres mei, estote memores pannarum inferni, que tam graues & horrenda sunt. Seruite itaque Domino, qui vos liberare potest de his, atque alii malis. Et, o quam bene natus, qui inferni panas ignorabit Poterit hoc illis conferre Saluator, qui praecepta eius seruauerint. *Quod superauerit de hac candela in mane, conferas.* Et eligat Comes cum quibus ipse voluerit, Episcopum loco mei, quoniam non est iustum, ut si ego defunctus sum, beata semper Virgo Maria Episcopum non habeat. Vnum de palliis meis, donate ad Ecclesiam beati Andreae. Et beatus Andras assilens proprius, taliter loquutus est: *Audiant omnes, quid per me loquitur DEVS, dicens: Memor esto, Comes, illius domi quod tibi tradidit Dominus: quae operaris, in nomine eius operare, ut Dominus facta & dicta tua dirigat, & orationes tuas exaudiat.* Primum donum quod vobis contulit Dominus, scilicet Nicam, est auera ab eo: *Dominus donauit vobis ciuitatem hanc, & abstulit eam inimicis vestris; & postea non fuit ibi cognitus: Et si aliquis ibi invocauit nomen Domini, flagellatus fuit, & opera Domini non fuerunt ibi facta.* Sed propter bonitatem suam noluit vos derelinquere Dominus, quin concederet ea vobis quae petiistis; & plus etiam quam querere ausi estis. Ille enim Lanceam contulit vobis, quae corpus suum plagauit, unde sanguis nostra redemptionis effluxit. Et non donauit vobis ita facere de hac ciuitate, sicut de altera fecisti: & videre potestis quia pro meritis vestris, non donauit eam vobis Dominus. *Mandas tibi Dominus, o Comes, ut sapias qui se dominum huius ciuitatis voluerit facere super alios; & quare ab eo quale dominium voluerit portare propter Dominum.* Quod si tu & alijs fratres tui, quibus DEVS dedit hanc ciuitatem, cognoveritis quod fidelis sit, & iustitiam tenere & vel facere voluerit, habeat: *Et si iudicium vel iustitiam tenere & vel facere noluerit, sed per potestat eius suam vult tenere ciuitatem, tu per te & per fratres tuos postula a DEO consilium, & dabit tibi DEVS.* Et illi homines qui viam rectam tenerint, vel DEV M diligunt, sibi non deficient: Illi autem qui viam rectam tenere nolunt, reuertantur ad illum qui noluit tenere iustitiam, & videbunt quomodo DEVS saluabit illos. Sed habebunt maledictionem, ex parte DEI & matris eius, illam quam habuit Lucifer cum de caelo cecidit. Et vos, si unanimes estis, postulate consilium in oratione, & DEVS dabit vobis. Et si concordia sit inter vos, tenete consilium de Patriarcha, qui sit de lege vestra. Illos autem homines qui de captiuitate ad vos venerunt ut legem vestram tenerent, nolite soluere eos: Sed & illos qui ambulauerunt in Corozanam, ut DEV M Turcorum adorarent, nolite recipere eos: sed habete sicut Turcos: & mittite duos veltres ex his in carcerem, & ipsi demonstrabunt vobis alios. Postquam ista a vobis fuerint acta petite a Domino consilium de via pro qua venistis; & ille bene consulet vobis. Ierusalem est prope vos decem dies, & si non vultis tenere supradicta, de decem annis non ibitis in Ierusalem. Et post decem annos, reducam infideles in honore; & centum de illis, praeualebunt aduersus mille de vobis. Et vos, homines CHRISTI, petite a Domino petitionem quam Apostoli petierunt: sicut & illis donauit, ita & vobis nunc donabit. Comes & Boimundus ite ad Ecclesiam beati Andreae, & ille donabit vobis optimum consilium apud DEV M. Et quod in corde vestro posuerit DEVS, illud facite. Et postquam visitauit vos beatus Andreas, visitate illum; & facite ut fratres vestri visitent illum. Inter vos, Comes & Boimundus, sit concordia, & dilectio

*dilectio Dei & proximi. Et si bene vos cōcordaueritis, nulla res poterit vos dissipare. Primā iusti-
tia quam debetis facere, decet demonstrare. Sicut sunt homines de singulis Episcopis suis, profiteāur
dūtias suas; & adiuvent pauperes de patria sua, prout poterūt, & necesse fuerit. Alias autem sicut
cōcordaueritis, facite. Quod si hāc, & alias iusticias tenere noluerint, vos eos constringite. Et si ali-
quis aliam ciuitatē tenere voluerit, de his quas dabit vobis Deus, secundū suprascripta facite ut
se contineat. Si autē facere noluerit, Comes cum filiis Dei eū flagelleret. Hęc vero primū credita,
deinde obliata sunt: Etenim alii dicebant, reddamus ciuitatē Imperatori; alii autem
non. Atq; sic per huiusmodi discordias & seditiones, res pauperū annullatę sunt.
De cōsilio autē quod apud Sanctū Andreā accipere Principes debuerūt, nihil fuit.*

10 *Inter hęc Turci de Calep, quoddā castrum obsederūt. Afflīti igitur Turci qui intus
erant, mandauerūt Duci, qui in illis regionibus erat, vt castrū ipsorū recipere: quia
deinceps, nō aliū nisi de genere Francorū dominū habere volebant. Ob hoc itaq;
Dux Antiochiā reuersus, Comitē, qui iā cōualuerat ex infirmitate, & milites & pedi-
tes suos omnes pro causa pauperū in vnu euocauerat, vt in Hispaniā, deprēdatū eos
deduceret, multū rogauit, vt Turcis qui Deum reclamabāt, pro Deo & pro gloriā
gentis Francorū, atq; pro se succurreret: addens, quod contra machinas obsidentiū
Turcorū, obfessi Turci Crucē prætenderent. His atq; aliis huiusmodi precibus, cū
Duce Comes profectus est. Hęc autē vbi à Turcis cognita sunt, ab obſidione disce-
dunt. Vt verò ad Asa exercitus noster peruenit, suscepit Dux obſides de castello pro
20 fidelitate deinceps: & Comes cū grandi dispendio sui exercitus, Antiochiā reuer-
sus est. Rursus Comitē congregauit milites suos, vt plebē pauperū in Hispaniā condu-
cerent, quę fame & tædio Antiochię deficiebat. Apparuit autē Sanctus Andreas Petrus
Bartholomeo, eo tempore apud Rodiam, infra tentoriū, vbi manebat Episcopus Atenis, &
Capellanus Comitis Raimundus, & alias Capellanus nomine Symon. Hic autē Symon
audiens eos colloquentes sibi, scilicet Sanctū Andreā cū Petro Bartholomeo, ca-
put suū cooperuit; & vt ipse retulit, plurima audiuit, sed hoc solū retinuit: *Domine e-
go dicā, Episcopus Atenis ait: Nescior utrū in somniis fuerit an nō: quidā senex stetit corā me, in-
dutus stola alba, atq; in manib⁹ suis Dominicā lanceā tenēs, ait mihi: Credis hā lanceā esse Iesu
CHRISTI: & respondi: credo Domine, atq; cūm sic ſecūdū & tertio idē quęſiſſet à me,*
30 *dixi: Reuera credo, Domine, hanc esse lanceā, qua ſanguinē de latere Domini nob̄i Iesu
CHRISTI eduxit, unde omnes redēpti ſumus. Et poit hęc cū impetu me, Raimundū, qui prope
dormiebā, excitauit. Ego autē, Raimundus, cū euigilasse, splendorē quidem in-
ſolitū vidi, & quasi quandā gratiam animo contiopiens, ab eis, qui aderant, quærere
cepi: vtrū quiddā, quasi plebis tumultuationē, ſentirent. Et ceperūt omnes alii di-
cere, *minime*: Ille verò Petrus cui hāc reuelatio factā fuerat, cū ad inuicē ea quę ſu-
pra diximus quæreremus, respōdit: *Ei meritō gratificū splendorē hic conficitis, cū ille Pater
diutius hic ſteterit, & quo omnis gratia procedit: Cūm autē ab eo quæreremus, vt quę ſibi di-
cta fuerāt nobis manifestaret, hęc Comiti & nob̄is dixit: Hac nocte venit hic Dominus &
beatus Andreas, in ſpecie, qua prius venire ſoliti ſunt; & tertius quidā, cuius ſtatura erat parua, in-*
40 *datus lineis, & barba longissima. Et cominatus eſt mibi multū beatus Andreas, eo quod reliquias cor-
poris ipsius apud Antiochiā repertas in Ecclesia ipſius, in quodā loco indigno dimiſerā: & dixit: Cū
principatus eſt de quodā monte ab infidelibus, duos digitos mihi cōfregit; atq; post mortē meam hic
vir eos accepit, & Antiochiā detulit. & tu cū eos inueniſſes, negligenter habuſſi: alterū paſſus eſt tibi
ſubripi; alterū ibi indignè dimiſiſi. Et oſtēdit mihi manū, unde duob⁹ digitis. Deinde de te
o Comes, multū cōqueſtus eſt. Nā cūm venerabile munus, nulliq; alij à Domino concesſū accepis,
grauiiter & nequierer peccare, in cōſpectu Domini nō vereris. Vnde tibi Dominus hoc ſignū demon-
ſtravit: Nam, ante quintū diem cū in feſtiuitate beata Fidis candelā magnā obtuliffes, vt per tres
dies & noctes durare potuifſet, nullū quidē illa splendorē dedit; ſed ſtatiū liquefacta, in terrā
corruit. In hac autē nocte cū parua candelā obtuliffes, adeo ut vix usq; ad gallicantū durare poffet, et
50 dies eſt & durat adhuc, nec tertia pars ex ea cōbuſta eſt. Proprietarya hec tibi mandat Dominus: Nihil
incipias, niſi prius penitentiā egeris: Alioquin tu & quicquid egeris, vt candelā liquefacta, in terrā
corrues. Quod ſi penitentiā egeris, quicquid incepis in nomine Domini, Deus perficiet, & con-
ſummabit; vi & candelā vides durare parua ſic faciet Dominus magnū, quicquid incepis, etiā ſi par-
uum ſit. Cumq; Comes, ſe ita grauiiter peccaffe excufaret; tūc Petrus, & peccatū ſibi
nacrauit, & Comes ita cōfelliſſus eſt, & penitentiā egit. Et rursū dixit Petrus ad Co-
mitē: Conqueritur, o Comes, de cōſiliariis tuis beatus Andreas, eō quoddū multa mala tibi ſcīter cō-
ſiliētur. Quare tibi principatur vt illos ad consiliū tuū non admittas, niſi prius tibi turent, quod ſci-
entia tibi mala nō cōſiliētur. Audi adhuc, Comes: Mādat tibi Dominus ne diutius morari facias,
quia niſi prius Ierusalē capta fuerit, ſuccurſū nullū habebis: Cū autē prope Ierusalē fueris, nullus per
duas leugas ibi equisſet. Quod ſi ita feceris, ſciuitatem ſuam donabit vobis Dominus. Post hęc***

O

multas gratias retulit mihi Sanctus Andreas, quod Ecclesia, quæ suo nomine fabricata fuerat, apud Antiochiā consecrari fecerā. Hæc & alia mihi loquutus est Sanctus Andreas, de quibus nunc nō est locus dicendi: & sublati sunt, ipse & socii eius.

Igitur Comes cum populo pauperum, & paucis militibus in Syriam profectus, primam ciuitatem Sarracenorum, Barram nomine, viriliter expugnauit; & multa millia Sarracenorum ibi interfecit, & multa millia ad Antiochiā reducti venundati sunt. Et illos qui dum oppugnarentur timore mortis se ei reddiderūt, liberos abire permisit. Demū habito cōsilio, cū Cappellanis & Principibus suis, satis laudabiliter & honeste quendā sacerdotē Episcopum ibi elegit. Etenim conuocatis omnibus, qui ibi secū aderāt, quidā Comitis capellanus, parietē quendā ascendit, atq; omni conuentui, Comitis desideriū manifestauit. Cumq; populus multū instaret ut electio fieret, idē Comitis capellanus rursū cepit querere, si esset ibi aliquis, de Clero, qui fideliū vota susciperet, & quantū posset Paganis resistēdo, Deo & fratribus ibi seruiret. Cumq; omnes tacerent, Petrum quendā, Narbonensem genere, aduocauimus, cui in præsentia totius cōsilio, labore Episcopatus ostendimus, rogātes ut pro Deo & pro fratribus, illū suscipere non dubitaret, si hoc in animo haberet, ut mallet mori, quam relinquere ciuitatē illam. Quę cum profiteretur, vñanimiter laudauit eum populus, atq; Deo multas gratias egit, qui Episcopū Romanū in Orientali Ecclesia habere voluit, pro sui administrationem. Concessit Episcopo Comes medietatem ciuitatis, & totius territorii. Erat autem Barrā, ab Antiochia longè per duos dies ultra Antiochiam. Et iam instabant Kal. Nouemb. in quibus omnes Principes cōuenire Antiochiā promiserant, & incipere iter propter quod venerant. Igitur Comes relicto exercitu suo apud Bartam eum electo suo, & multis captiuis, & spoliis magnis, cū grandi exultatione Antiochiam reuersus est. Cōuenienterant enim ibi omnes Principes, pr̄tei Balduinū fratrem Ducis. Hic verò Balduinus ante captiā Antiochiā versus Euphratēm profectus, Roā, dītissimā ciuitatem atq; famosissimā, obtinuerat, & multa prælia cū Turcis teatriciter gesserat. Sed antequā ad reliqua perueniamus, hoc vnum prætereundū non videtur de Duce Lotharingia: qui cum Antiochiā eo tempore, cum duodecim militibus veniret, centū quinquaginta Turcos obuiam habuit. Tunc assūptis armis, & cohortatus milites suos, viriliter hostes aggressus est. Turci autē, vt viderūt quia Franci mortē magis pugnando, quam fugam cū salute eligerent: quædam pars Turcorū descēdit, vt altera pars securius pugnaret, cūm seirēt socios suos à bello, dimissis equis suis, nō discessuros. Sic itaq; bellū inceptum cū diu grauiterq; duraret, cōfortati ad inuicē milites Ducis, quod & nūinerū duodecim Apostolorū continerent, & dominū suum quasi vicariū Ch R I S T I haberēt, imperiū agmina Turcorū inuadūt. Contulit ibi Deus tantam victoriā Duci, vt vsq; ad triginta ex eis occideret, & totidē caperet, reliquos persequeutus in paludib⁹ & flumine, quæ vicina etat, alias necari, alias submergi coēgit. Et sic cū magna victoria Antiochiā venit: faciebat enim capita cōsorū ab aliis Turcis viuis deferri: quod nostris satis iocundū fuit. Itaq; cūm omnes Principes cōuenissent in Ecclesia B. Petri, de itinere nostro agere cōperūt. Tunc quidam qui castella & redditus in regione Antiochię habebant, dixerunt: Quid fieri Antiochiā? Quis seruabit eam? Imperator non veniet. Etenim accepto nuntio quod Turci ob siderēt nos, non confidens virtuti sue, et hominū multitudini, quam secum habebat, aufugit. An adhuc expectabimus eum? Certè nō veniet in auxiliū nostrū, qui fratres nostros ad auxiliū DEI venientes, ut reueterentur coēgit. Et si dimittimus hanc ciuitatē, & Turci occupent eā, erunt ultima peiora prioribus. Sed omnes cōcedant eam Boimundo: quoniam & ipse sapiens est, & optimè seruabit eam; & nomen eius magnū est inter Paganos. At Comes Raimundus, & alii ē contra dicēt: Imperatori iurauimus super Dominicā Crucem, & spineā coronam, & super multa alia Sancta: quod nec ciuitatē, nec castellū, de omnibus pertinentibus ad Imperiū eius, retineremus sine eius voluntate. Sic itaq; aliis cōtradictibus, hoc modo & alio modo, in tantā discordiā cōuenierūt Principes nostri, vt penē ad arma veniret. Etenim Dux & Comes Flādrēsis, leuiter de ciuitate Antiochię habebant: propter ea, licet de Boimundo vellēt, quod haberet eā, tamen non audebat laudare ei, metuentes incurrere periurii infamia. Hoc igitur modo de itinere, & de aliis rebus, quę itineri & pauperibus vñfident, differebatur. Hęc autē cū populus vidiſſet cepit dicere quisq; ad sociū suū, deinde palam omnibus: Quoniam Principes, vel propter timorē vel propter iuramēta quæ Imperatori fecerūt, nos in Hierusalē ducere nolūt, eligamus de militibus, aliquę fortē, cui fideliter seruēdo, et tuū esse possimus; & si gratia DEI est, eodem milite duce in Hierusalē perueniamus. Hęc hō: nō sufficit Principibus nostris, quod hic per annū suūmus, & ducētam illia armatorū hic cōsumpta sit? Habeat qui volans

volunt aurū Imperatoris; et qui volūt redditus Antiochia habeant. Nos autē, CHRISTO pro quo
 venimus duce, iter nostrū aggrediamur. Per eant male qui volūt habere Antiochiā, sicut nuper ha-
 bitatores eius perierūt. Quod si hac tāta līs diutius propter Antiochiā datur, diruamus muros eius: et
 pax que ante captā ciuitatē Principes tenuit, destrūta ciuitate eos de tenebit. Alioquin ante quā fā-
 me omnino & tādio hīc deficiamus, ad propria reuerti debemus. His atq; aliis de causis discordem pacē Comes & Boimūdus inter te fecerūt. Igitur terminato die, iubetur popu-
 lis præparari ad devotū iter. Præparatis igitur necessariis, die cōstituta, profe-
 ctus est Comes Sancti Egidii, & Comes Flandrēsis in Syriā; ibiq; Marrā, ditissimā ciui-
 tatē, & populosā obfederūt. Erat autē Marra à Barra longē octo miliaribus. Et erāt
 10 ciues Marra ita superbi, quia quodā tēpore in quadā pugna de nostris multos occi-
 derāt, & exercitu nostro maledicebāt, & cōuiciabātur: & ut maximē nos prouocā-
 rét, Crucis super muros ponētes, multis iniuriis eas afficiebant. Hac itaq; de causa,
 secunda die aduentus nostri, ita acriter eos oppugnauimus, vt si quatuor scalas plus
 habuissēmus, capta esset ciuitas: sed quoniā nō habuimus nisi duas, & illas easdē bre-
 ues & fragiles, adeo ut timidē super eas ascēdere timebamus, cōsultū est ut fierēt mā-
 chinæ & crates, & aggeres, quibus impelleretur murus, & effoderetur, & quoēqua-
 retur. Interea venit Boimūdus cū exērcitu suo, & obfedit cā ex alia parte: rursus nō cō-
 paratis armamētis quę supiā diximus; quasi per cohortationē Boimundi qui priori
 oppugnationi non affuerat, voluimus vallum cōplendo, inuadere murū. Sed hoc
 20 frustra fuit: Nā multò deterius quā antea, tunc pugnatū est. Post hēc tanta famēs in
 exērcitu fuit, vt quod dicta est miserabile, plusquā decem millia virorum, per sata,
 more pecudū, ire videres, fodiendo, & inuestigādo si foītē aliqua grana frumenti,
 vel hordei, vel fabæ, siue alicutus leguminis, reperirent. Interea, licet cōpatarēt
 quę supra diximus ad oppugnandū machinę tamē quidā de nostris videndo mi-
 teriā populi nostri & audaciā Sarracenorū, desperantes de DĒI misericordia, aufu-
 giebāt. Sed DĒVS, cui cura est de famulis suis, viterius misereri populo suo nō distu-
 lit, quē in vltimis tribulationibus positū vidiit. Itaq; per beatos Apostolos Petru &
 Andreā nobis mandauit: per quos voluntatē eius sciremus, & iram eius grauē erga
 nos placare possemus. Illi igitur in capellā Comitis venientes, per noctis medium,
 30 Petru cui Lanceā ostenderāt, excitauerūt. Tunc ille subito, vidēs eos deformi vele
 & sordidissima induitos, scriniis vbi reliquiæ manebāt assistere, pauperes esse aliquos
 credidit, qui aliquid de tentorio vellent subripere. Erat enim Sāctus Andreas indu-
 tus tunica veteri, & ad humeros dirupta, & in foramine sinistri humeri pannus in-
 situs erat, in dextro nihil, & viliter calceatus erat: beatus verò Petrus, camisia gros-
 sa, & longa vñq; id talos induitus erat. Tūc ait ad eos Petrus Bartholomeus: Qui es tu
 Domini? vel quid queritis? Et respōdit beatus Petrus: Legati sumus DĒI. Ego sum Petrus, &
 ipse est Andreas. Sed voluimus tibi in hoc habitu apparere, ut cognoscas quantū proficit qui DĒO
 deuotē seruit: hac in atate & habitu, quales nos vides, ad DĒVM venimus: & tales sumus. Et hoc
 dīcto tales fuerūt, vt nihil eis ciarius, nihil pulchrius. Petrus verò qui hēc videbat,
 40 subita claritate perterritus, veluti mortuus cecidit in tetram; & præ nimia angustia
 sudās, natā sūper quā ceciderat humefecit. Tūc eleuauit cū beatus Petrus, & dixit
 ei: Leuiter cecidisti. Et ille respōdiit: ita ḡs Domine. Et rursus beatus Petrus: Sic cadēt omnes
 qui in incredulitate vel trāsgressione mādatorū DĒI sūt. Sed si penitcat eos de malefactis suis, et ad
 DĒVM clamēt, erigit eos Dominus, sicut ego cī cecidisse te erexi. Et sicut sudor tuus ibi super natā
 cecidit & remansit, sic peccata ad se clamantiū tollit DĒVS & auſert. Dic mihi, quomodo se habet
 exērcitus? Et respōdit ille: Certē Domine in magno timore famis, et totius miseria sunt. Et bea-
 tis Petrus: Et reuera in magno timore esse possunt, qui DĒVM omnipotentē deseruerūt, nec peri-
 culorū de quibus eruit eos recordātur, vt aliquā gratiā eī referant. Etenim cū illic effeis omnes, victi
 & humiliati infra Antiochiā; quia clamaſtis ad Dominū adeo, vt nos qui in celo eramus omnes au-
 50 diremus, exaudieuit vos Dominus, et Lanceā suā quā pignus victoria vobis cōtulit: deinde mirificè
 & gloriōsè de inimicis vestris, qui vos obfederāt triūphare fecit. Et nunc quomodo creditis vos esse
 iustos, qui DĒVM grauiter offenditis? Poterūt vos mōtes excēsi, vel antra tueri? Etenim si effeis in
 aliquo loco excēso, & firmissimos & abundaretis omnibus vita necessariis, non tamen securi posse-
 ris esse, cūm vnicuiq; de vobis centum millia aduersariorum imminerent. Inter vos cades & ra-
 pina ſunt, & furtū; nulla iustitia; & plurima adulteria: cūm DĒO placitum ſit, ſi uxores vos
 omnes ducatis. De iustitia verò, ſic præcipit Dominus: vt quicunque pauperi violentiam in-
 ſuleret, quicquid eſt in domo oppreſſoris, publicetur. De decimis autem dico, quo lī ſi eas red-
 das, quicquid vobis neceſſe fuerit donare paratus eſt. Ciuitatem verò iſtam, pro ſua misericor-
 dia, & non pro meritis vestris, donabit vobis. Cū in autē hēc inanē Comiti nuntiasſet Pe-
 trus, cōocauit populum Episcopis Aurasicēsis & Barię; & ſupra ſcripta eis expo-
 z

suimus. Adducti igitur fideles in magnam spem capiebat ciuitatis, largissimas elemosynas, & orationes Deo omnipotenti offerebat, ut plebe pauperum suorum, pro solo nomine suo liberaret. Fuit itaque post hec velociter scalae, & turris lignea extruitur, & crates iunguntur, & terminata die pugna incipitur. At verò illi qui infra ciuitatem erant, in nostros, qui murum suffodiebat, lapides cum tormetis, & tela, & igne, & ligna, & aluearia cum apibus, & calcem, permixtim iacebant. Sed, Dei virtute & misericordia, nullum vel paucos de nostris ista laedebat. Nostrum vero cum petrariis & scalis, murum imperterriti aggrediebatur. Tenuit autem hec pugna ab ora Solis, usque ad occasum ita mirabiliter, ut nulli in qua requies coegeretur: & adhuc de victoria dubitabatur. Tandem exclamauerunt vnamiter omnes ad Dominum, ut plebi sue propitius fieret; & Apostolorum suorum promissa adimpleret. Assuit illico Dominus, & ciuitatem secundum Apostolorum dicta nobis donauit. Ascendit ante omnes *Golferius de Turribus*: quem subsecuti sunt plures, qui murum, & quasdam turrem ciuitatis inuaserunt. Et nox supernaens, pugnam diremit. Retinebat adhuc Saraceni quasdam turrem, & partem ciuitatis. Ob hoc itaque sperantes milites quod usque in manu, se Saraceni non dedissent, extra muros ciuitatis custodiebat, ne aliquis subterfugeret. At verò ii quibus sua vita non multum chara fuerat, quos longa ieiunia in sui despectu deduxerat, per noctis tenebras inferre bella Saracenis non formidabant. Atque sic pauperes, & spolia ciuitatis, & domos habuerunt. Manu autem facto, ingressi milites ciuitatem, quae sibi tollerent, pauca inuenierunt *Saraceni* verò, concluserant se in specus subterraneos; & nulli, vel pauci apparebant. Cumque nostri omnia, quae super terram repererant, sustulissent, arbitrati omnina esse cum Saracenis, igne & fumo sulphureo antra perquirebant; & quia non multa spolia ibi reperiebant, quos poterant inuenire de Saracenis, donec ad mortem pro spoliis afficiebant. Contigit autem quibusdam de nostris, ut cum Saracenos pro spoliis per ciuitatem duecerent, usque ad puteos Saraceni nostros perducebant; atque se subito intus precipitabant, eligentes magis mortis compendiū, quam sua vel aliqua demonstrare vellent. Quapropter omnes morti subiacuerunt; & proiecti sunt, per paludes ciuitatis & extra muros. Sicque non multa spolia capta fuerunt in ciuitate. Inter ea orta est contentio inter homines Boimundi & Comitis: ob hoc, quia cum milites Boimundi oppugnationi non multum instituerunt, plurimum turrem & domos, & captiuos obtinuerent. Mirabile quoddam fecerat ibi Dominus. Etenim, cum ante captiam Marram precepit Sanctorum Apostolorum Petri & Andreæ, sicut supra scriptum est, ad populum exponeremus: irrigit nos *Boimundus*, & socii eius. Itaque nec ipse nec qui cum eo erant, pugnare profuerunt, sed potius oberant. Et cum modò plurima haberent spolia, quidam de familia Comitis indignè ferebant. Tamen inter ipsos Dominos male conueniebant; ob hoc quod Comes volebat dare ciuitatem Episcopo Albariensi; & Boimundus nolebat dimittere quasdam turrem, quae se ei dederat, dicentes: *nisi Comes dimiserit mihi turrem Antiochia, non ei consentia in aliquo.* Interea de itinere milites & populus quererere ceperunt, quando Principibus placeret ut inciperetur. Etenim licet ex longo tempore incepit esset iter, tamen quotidie videbatur nobis incipi cum iter auge. remus, quia nundum fuerat cōpletum. Boimundus dicebat quod usque in Pascha differtur. Et tunc erat tempus Dominicæ Nativitatis. Desperabat etiam multi, eò quod pauci essent equi in exercitu, & Dux a berat; & multi de militibus abierant ad Baldwinum de Roais. Itaque multi reuertebantur. Tandem conuenierunt Episcopus Albariensis, & quidam nobiles cum populo pauperum, & Comite euocauerunt. Cumque Episcopus prædicationem suam compleuisse, procubuerunt milites, & omnis populus ante Comitem; & cum lachrymis multis deprecabantur eum, ut ipse cui Lanceam suam Dominus contulerat, dux & dominus exercitus eiusdem fieret: addentes quod ob hoc Lanceam Dominicæ promeruisse, ut si alijs Principes defecissent, ipse obnoxius tanto beneficio Domini, securus cum populo pergere non formidaret. Alioquin, traderet Lanceam populo; & iret populus in Ierusalem, i. p. a. Domino duce. Dubitabat autem Comes, propter aliorum Principum absentiam, metuens quod si ipse solus diem itineris terminaret, ob inuidiam sui ceteri non issent. Quid multa? Vincitur Comes lachrymis pauperum, & diem quintum decimum ad iter nominavit. Quā ob rem indignatus *Boimundus*, diem quintum aut sextum obclamare itineri per ciuitatem iussit: & post hanc, Antiochiam reuersus est. Quarebat Comes cum Episcopo, quomodo ciuitatem potuisset retinere; & quos, & quantos viros, pro custodia ibi dimittere possent. Interea mandauit Comes *Duci Lotharingie* & ad alios qui Marræ non interfuerant, ut congregarentur in unum locum; atque de his, quae itineri utilia forent & populo Dei, pertractarent. Atque sic conuenierunt apud Roiam, quae inter Antiochiam & Marram quasi media est. Ibique omnes principes:

Principes, habito colloquio, in deterius vertebatur. Etenim Principes se ab itinere excusabant, & causa eorum, alii multi. Volebat tunc Comes Duci donare decē millia solidorū; & Rotberto Normanniæ Comiti totidē; & sex millia Comiti Flandrensi; & Tancredo quinq; millia; & aliis Principibus prout erant. Inter hęc, cū ad pauperes, qui apud Marrā remanserant, peruentū esset, quod Comes in ciuitate Marrę, multos milites & pedites de exercitu, pro custodia, dimittere veller, dixerūt ad invicem: *Heho! & propter Antiochiam lites, & propter Marram lites; & in omni loco quem DEVS dederit nobis, Principum certamina, et imminentia exercitus DEI erit? Certe, propter hanc ciuitatē vicerius lites non habebuntur. Venite, & diruamus muros eius; & fieri pax inter Principes, & Comiti securitas, ne perdat eam.* Surgentes itaq; debiles & infirmi de cubilibus suis, innixi baculis, ad muros usq; perueniebant; & illos lapides quo s vix tria vel quatuor paria boum trahere possent, facile quidā famelicus reuolutos à muro longè proiiciebat. Episcopus verò Albariensis, causando & interdicēdo ne hoc vlo modo fieret, circuibat ciuitatē, & pariter Comitis familiares. Cū autem pertransiſſent custodes isti, statim reuertebantur ad inceptū opus, qui se occultauerat, & qui declinauerat ad aduentū Episcopi & sociorū eius. Et qui nō audebant per diem diruere, vel nō poterant aliis intēti, per noctē instabāt. Vix erat aliquis de populo debilis vel infirmus, ad cōfringendū murum. Interea tāta famēs fuit in exercitu, vt multa corpora Sarracenorū iam fētentiū, quę in paludibus ciuitatis eiusdem per duas hebdomadas, & amplius iacuerant, populus audiſſimē comedēret. Terrebant ista multos, tā nostrę gentis homines, quām extraneos. Reuertebantur ob ea nostri quām plures, desperantes de itinere, sine succursu de gente Francorū. Sarraceni verò & Turci ē cōtra dicebant: *Et quis poterit sustinere hāc gentē, quārā obstinata atq; crudelis est, ut per annū nō potuerit renocari ab obſidione Antiochie, fame vel gladio, vel aliquibus periculis? & nūc carnis humanis vescitur? Hęc & alia crudelissima tibi, in nobis dicebant esse Pagani.* Etenim dederat Dei timorē nostrū cunctis gentibus; sed nos nesciebamus. Interea Comes à Colloquio Principū regēſſus Marram, grauiter irascebatur, de destructione muri contra populum. Cumq; expositum esset ei, quod neq; Episcopus, neq; alii Principes sui possent amouere, minis vel verberibus, populū à muti destructione, intellexit ilicō diuinum esse, & vt funditus murum diruerent præcepit. Interim ingrauescebat famēs quotidie. Cumq; iam dies proposita itineri instaret, prædicabamus, eleemosynas & orationes fieri in populo ad Deum pro itinere. Cū verò vidisset Comes quōd nulli de Principibus Maioribus ad se venirent, & omnē populū contabescere cerneret, in interiora Hispania pro viſtualibus populum ire præcepit; & ipse cum militibus, præcessit eum. Sed hoc non erat gratum quibusdā suis priuatis: dicebant enim: *in exercitu vix sunt trecenti milites, & aliorum armatorum non est grandis numerus, & alii ibunt in expeditionem, atque alii hic erunt infra ciuitatem hanc defensam, que sine munimine est?* Et intendebant Comiti nimiam leuitatem. Ad ultimum tamen pro causa pauperum Comes profectus est; & castella multa obtinuit, & captiuos; & maximā prædam cepit. Cumq; reuerteretur, cum grandi exultatione & victoria, pluribus Sarracenorum interfectis, sex vel septem de nostris pauperibus à Paganis capti & interficti sunt: hi autē omnes defuncti, crucis in dextris humeris habuerunt. Hęc autē cū Comes & qui cum eo erāt vidissent, Omnipotēti Deus gratias quanta poterant reddebant, qui pauperū suorū memor erat: & ob hoc maximā confortabantur. Itaq;, vt omnibus qui ad sarcinas, apud Marrā remanserant, satisfacerent, vnu de interfictis qui adhuc spirabat detulerunt: & mirū certe in homine illo vidimus: qui, cū vix haberet integrum vbi latere posset anima, per septem aut octo dies sine victu permanſit: testificans Iesus, ad cuius iudicium erat venturus, sine dubio, Crucis illius Deum fuisse auctorem. Igitur prouentu rerum & Crucis confortati, in quodam castro qui vocabatur Capharca, & erat in itinere longē à Marra quatuor leugis, spolia sua dimiserunt; atque illi qui socios habebant Marrę, cum Comite eo reuersi sunt. Constituta itaque die, & incensa ciuitate, proficiscebantur. Sed Comes, cum clericis suis, & Episcopo Albariensi, discalceatus incedebat, inuocantes Dei misericordiam & Sanctorum præsidia. Et consecutus est nos Tancreduſ cum quadraginta militibus, & peditibus multis. Cumq; hoc audissent Reges de terra illa Arabum nobiles, cum supplicatiōnibus, & multis donariis ad Comites mittebant: dicentes se nūc & deinceps tributarii eorum futuri, & allaturi viſtualia gratis, & pro commercio. Itaque acceptis securitatibus ab eis per insurandum, & vadibus, pro condeſtu,

vlterius tendebamus. Habuimus autē à Rege Cæsare & duces, qui nos in prima die vt nobis videbatur, malè duxerunt. Fuimus etenim in hospitio illo, in penuria totius boni, præter aquæ: Secunda verò die iidem duces imprudenter induxerunt nos in quandā vallem, vbi armenta Regis & totius Regionis propter timorē nostrum confugerant. Etenim Rex longè antè, nos ibi venturos sciebat; & vt fugerent ante nos, omnib. Saracenis mandauerat. Sed si iussisset vt omnes de Regione illa obuiā nobis venirent, non ita factū esset. *Raimundus de Insula* & socii eius ea die vnum Saracenu ceperunt, cum literis Regis, quas deferebat ad omnes de illa regione, vt fугerent ante nos. Cumq; hæc Regi cognita fuissent, dixi: *Ego quidē iussoram hominibus meis vt fugerent ante faciem Francorū, quantum possent; & ipsi adeos venerūt. Video quia DEVS 10 hanc gentē elegit: propriea quodlibet faciant, nō eis nocebo.* Tunc Devi ipse Rex benedicebat, qui sufficienter prouidet necessaria timentibus se. Videntes autē tam subitam actatē plenitudinē nostri milites, & multi de plebe viri fortes, assumptis omnibus pecuniis suis *Casarcā* & *Camelam* adibant, vt equos farios ibi mercarentur, dicentes: *Quoniam DEVS de vietu nostro curam agit, nos de pauperibus, & de militia eius curemus:* Sicq; factum est, vt vsq; mille optimos dextrarios haberemus. Conualecebant quotidie pauperes; confortabantur quotidie milites; & sic quotidianus exercitus multiplicabatur. Et quāto vlterius progrediebamur, tanto ampliora nobis beneficia prouidebat DEVS. Et licet omnia sufficienter nobis prouenient, tamen quidam Comitem ad hoc inclinauerunt, vt quasi caus. *Zibelli*, quæ est ciuitas in maritimis, deuiae paulisper vellet. Sed *Tancredus* aliiq; multi viii fortis & boni, ne hoc villo modo fieret effecerunt, dicente: *DEVS visitauit plebem pauperū, & nos declinare ab itinere debemus?* Sufficiant nobis prateriti labores apud *Antiochiam*, *belli* & *frigoris*, & *inedia*, denique & totius miseria. Numquid nos solum mundum expugnabimus? & habitatores mundi omnes interficiemus? Ecce de centum millibus equitum, vix milites mille habemus; & de ducentis millibus pedicium armatorum & amplius, modo non sunt in exercitu nostro quinque millia armati: & expectabimus donec omnes consummamur? Numquid ideo venient atq; de terra nostra, quia audient capias esse *Antiochiā* & *Zibellum*, atq; reliquas ciuitates *Sarracenorū*, nostras? Sedeamus in *Ierusalē* pro qua venimus: & reuera DEVS eam nobis dabit. Et tunc, solo timore eorum qui venient de terra nostra, & de aliis terris, alia ciuitates, scilicet *Zimel* & *Tripolis*, et *Sur*, & *Accaron*, quæ sunt in itinere nostro, ab incolis relinquuntur. Sic itaq; cùm anterius progrederemur, quidam Turci & Arabes exercitū sequebantur; & pauperes qui pro debilitate sua longè post exercitū remanebant, interficiebant & spoliabant. Cumq; hoc semel & secundū fecissent, alia die remansit Comes in occultis, donec omnis exercitus pertransiret. Hostes verò, impunitate cædis, & spe rapinæ, exercitū nostrum more solito insequebantur: sed cùm iam insidias præterissent, egressi nostri de occultis cum Comite, agmina hostiū inuadunt, conturbant & confundunt; atq; ipsos interficiunt, & eum quos eorum optimos, cum grandi exultatione ad exercitū deduxerunt. Et post hæc, nulli hostes exercitū assequerantur: quoniā Comes cum armata multitudine militum post omnes debiles ibat. Alij autē milites armati cum Comite Normanniz & Tancredo, & Episcopo Albariensi frequenter exercitum præcedebant: ne vel à tergo vel à fronte, improvisi, hostes conturbarēt nos. Etenim Comes quia paucos milites secum habebat cum à Marra proficeretur, rogauit Episcopum, vt posito præsidio Barræ, ipse veniret secum. Quod Episcopus audiens, *Guillelmum Petri* nomine de *Cimiliaco* quendam militem suum ibi dimisit, cùm militibus septem & peditibus triginta, virū fidelem ac Deo deuotū; qui res Episcopia auxit, adiutore Deo, in decuplū, breui tēpore: & homines pedites habuit pro triginta, septuaginta; & equites sexaginta, & amplius. Consultū est eo tēpore de itinere nostro, vt dimitteremus viā quæ ducebat *Damascū*, & diuerteremus ad maritimā: quoniā, si nostræ naues quas in portu Antiochiaz reliqueramus ad nos venirent, haberemus cōmerciū cum his de insula Cypri, & reliquarum Insularū. Cùmq; vt consultū est, iter ageremus, relinquēbant ciuitates & castra & villas, plenas omnibus bonis, habitatores terræ. Itaq; circinatis magnis montanis, cū in vallem quandā opulentissimā venissemus, rustici quida in multitudine sua & castris sui munitione superbi, acq; ad nos mittere pro pace, neq; relinquere castrū suum volebāt; sed insuper armigeris nostris & peditibus, qui inermes erant, & per villas discurrebant pro victualibus, incurserunt; & quibusdam interfecitis, spolia intra castellum suum miserunt. Indignati itaq; nostri, ad castellū vsq; perueniunt. Rustici autē obuiam nobis vsq; ad pedē montis, in quo castellū erat, venire non dubitauerūt. Tunc nostri accepto cōsilio, ordines peditū & mili-

& militum cōstituerunt; & sic à tribus partibus, per altitudinē montis ascendētes, agmina rusticorum fugere compulerunt. Erant enim circiter triginta millia Saraceni: & castellum ipsorum erat, in descensu cuiusdam maximū montis: & propterea cūm volebant refugiebant ad castellum, & alii in superiori montis parte, & sic aliquantulum nobis resistebant. Tandem exclamauimus signū solitū in necessitatibus nostris, Deus ADIVVA, Deus ADIVVA: & inimici nostri ita turbati sunt, vt vīque ad centū, solo timore & impetu sociorum suorum, sine vulnerib⁹, in ingressu castelli, mortui retinuerent. Erat autem maxima præda bōum & equorum & ouium extra castellum, vbi populus nōster occupabatur. Dumque Comes cum quibusdam militibus bello intenderet, pauperes nostri acceperat præda; vnu post alium redire ceperunt; deinde pedites viam tenebant, postea milites plebei. Erant autem tentoria nostra longe à castello, quasi decem miliarib⁹. Interea Comes, milites & populū hospitari iubebat. Videntes autem Saraceni, qui ad superiorem montem ascenderant, & ii qui erant in castello, quod maxima pars nostrorum discesserat, ventilare ad inuicem ceperunt, vt coniungerentur: Comes verò dum hæc negligit, pénè se derelictum à militibus suis reperit. Erat collis in quo castellum erat, multum arduus & lapideus; & ardua semita, per quam vnu equus post alium vix ire poterat. Hac itaque difficultate comprehensus Comes, quasi versus illos, qui de superiori monte descendebant, pergere cum sociis cepit, quasi pugnaturus: qui primo paululum ad aduentum Comitis non dubitaverunt. Tunc nostri versi itinere, in vallem quasi securi rendebant. Vidētes Saraceni se frustatos, & nostros securè descendere; & hi de castello, & hi de montibus pariter nostris incurvunt. Coacti itaque nostri alii ab equis suis descenderunt, alii se præcipites per abrupta dederunt; & sic cum maximo periculo mortem euaserunt: quidam verò vitiliter pugnando, mortui sunt. Hoc vnum certum scimus, quod nunquam fuit Comes in maiori periculo vita sua: Itaque iratus sibi & suis, reuersus ad exercitum consilium conuocauit, & conquestus est multum de militibus, quod sine licentia redissent, & se in periculo mortis reliquissent. Tunc promiserunt omnes se nunquam à castelli oppugnatione discessuros, donec funditus, per Dei gratiam, euersum esset. Sed Deus qui eos conducebat, ne in quibuslibet vilibus impedirentur, ita terruit castellanos per noctem, vt nec imperfectos suos sepulturæ tradidissent, dum præcipites in fugam ferebantur. Manè autem factō cūm venissemus ibi, spolia tantum & castrum vacuum ab hominibus inuenimus. Erant autem eo tempore nobiscum Légati ab Ammirato Camela, Rege Babylonis, & à Regē Tripolis. Hicūm vidiſſent audaciam & fortitudinem nostram, incitiam à Comite depicabantur, dicentes, se quā certissimè reuersuros. Dimissi itaque illi cum nostris, breui tempore cum magnis muneribus & multis equis reuersi sunt. Tertuerat enim totam Regionem illam, castelli oppugnatio: quoniam nunquam ante ab aliquibus potuit expugnari. Propterea illius incolæ regionis, cum multis supplicationibus & muneribus, ad Comitem mittebant præcantes, vt dum ciuitas & castella eorum recipi faceret, interim signa & sigilla si a eis dirigeret. Etenim mos erat in exercitu, vt si signum alicuius Franci, in ciuitate aut castello teperiretur, à nullo postea oppugnaretur. Quare Rex Tripolis signa Comitis in castellis suis posuit, erat eo tempore tantum nomen Comitis, vt nullius vñquam nominis priorum impar esse videretur. Cumque milites nostri qui allegati Tripolim fuerant, Regias opes, & ditissima regna, & populosam ciuitatem vidissent, Comiti persuaserunt vt castellum mutatisimur. Archados & inexpugnabile viribus humanis, obsideret: habiturus post quartum vel quintū diem à Rege Tripoli; quantum auri & argenti desideraret. Itaque absedimus pro voluntate eorum castellum, vbi tantos labores sunt passi nostri viri fortes, vt nusquam amplius. Præterea tantos ac tales milites ibi perdidimus, quod relatu gravissimum est. Interfectus est ibi dominus Pontius de Baladano, cum lapide de petraria: cuius ago precibus ad omnes orthodoxos, & maximè ad Transalpinos, & ad te, tenuerend⁹ presul Viuariensis, cui hoc opus scribere curau. Nunc autem quod reliquum est, Deo inspirante, qui hæc omnia fecit, eadem hilaritate, quā incepit, perfecere curabo: Oro igitur & obsecro omnes qui hæc audituri sunt, vt credant hæc ita fuisse. Quod si quicquam ego præter credita & visa studio referre, vel odio alicuius apposui, apponat mihi Deus omnes Inferni plagas, & debeat me de libro vita. Etenim, licet vt alia plurima ignorem, hoc vnum scio, quia cum promotus ad sacerdotium in itinere Dei

sim, magis debo Deo obedire testificando veritatem, quam in texendo mendacia, alicuius muneris captare dispendia. Obiit karissimus meus in Domino. *Pontius de Baladuno*, sicut iam dictum est, apud castrum Archados. Sed quia secundum Apo. Cor. 13, 8. *Itolunt, charitas nunquam excidit*: eadem charitate hoc opus agere volo: auxilietur mihi Deus. Cumque in hac obsidione aliquam moram fecissemus, venerunt ad nos nostrae naues ab *Antiochia*, & Laodicia, & multe aliae naues Venetorum & Græcorum, cum frumento, vino, & hordeo, & carne porcina, & aliis venalibus. Sed quia hoc castrum à mari aberat per miliarium, nec in portu poterant esse naues, reuertebantur nautæ ad *Laodicia portum*, & ad portum Tortosæ. Hanc enim *Tortosam*, ciuitatem valde firmissimam, muris & antemuralibus exstructam, & refertam omnibus bonis, reliquerunt ciues eius Sarraceni, solo timore nostri exercitus. Etenim tantum effecerat Deus timorem nostrum in *Sarracenos* & *Arabes* illius regionis, ut nos omnia crederent posse; & quæ poteramus, velle extermi- minare. Sed hoc autem obsidionem Archados. Hanc autem obsidionem, quia maxime pro aliis contra iustitiam, quam pro Deo posuimus, noluit promouere eam Deus; sed omnia aduersa nobis tribuit. Eterat mirum, cum ad alia bella & assul- tus omnes prompti & parati essent, ad hoc segnes & inutiles inueniebantur. Si qui verò feruenter spiritu agere aliquid vellent, vel ipsi vulnerabantur, vel quod incep- perant frustra eveniebat. Migravit hic gloriose *Anselmus de Ripamondi*: etenim cum surrexisset manæ, vocauit ad se Sacerdotes, & de negligentius suis & peccatis confessus, misericordiam à Deo & ab ipsis deprecabatur; denuncians eis in mi- nere vitæ suæ finem: cumque admirarentur de hoc, quia sanum & incolumen eum videbant, dixit eis: *Nolite mirari, sed audite me potius. Hac nocte vidi dominum Egertonum de Sancto Paulo*. qui apud *Marram* interfectus est; non in somnis, sed vigilanter. Et dixi adeum: *Quid est hoc? quia vos mortuus eratis, & ecce nunc viuitis!* Et ille respondit: *Equidem non moriuntur illi, qui in CHRISTI seruicio vitam finiunt.* Cum verò rursus quaro- rem ab eodem, de pulchritudine eius, quæ nimia erat, unde accidisset ei, respondit mihi: *Non a- bes mirari super pulchritudinem meam, cum in tam pulchram domum habitem.* Et continuo ostendit mihi domum quandam in cœlo ita pulchram, ut nihil pulchrius ego crederem. Cumque ob- pescerem ad splendorem domus illius, dixit mihi: *Mulè tibi pulchrior preparatur, usque in craustum.* Et his dictis, sublatus est. Contigit autem eo die cum hæc pluribus enar- rasset idem *Anselmus*, ut ad pugnam progrederetur contra Sarracenos: qui de castello latenter egredi, usque ad tentoria nostra veniente solebant, ut aliquid inde subtriperent, vel alicui noceant. Sed cum hæc pugna inualuisset ex utraque parte, & Anselmus viriliter resisteret, de lapide tormenti in capite percussus est; atque sic ad locum sibi à Deo præparatum, migravit ab hoc seculo. Venit hic ad nos Legatus quidam à *Rege Babylonie*; & remiserat ad nos Legatos nostros cum ipso, quos tenuerat captos per annum. Dubitauerat enim an faceret nobiscum amicitiam, an cum Turcis. Volebamus nos in hoc conuenire cum eo: *si faceret nobis de Ierusalem auxilium, vel si redderet nobis Ierusalem cum pertinentiis suis; redderemus nos ci- nitates omnes suas, quas ei Turci abstulerant cum caperemus eas: alias autem ciuitates Turcorum, quæ de regno eius non fuerunt, si cum auxilio illius, caperentur, partiremur.* Turci verò ut no- bis relatum est, volebant hoc facere illi: *si venires contra nos in prælium, & colerent A- lim, quem ipse colit, qui est de genere Bahumeth, & acciperent monetam eius, & remitterent tri- buta quedam, & multa ali.*, quæ ego non fatis noui, facerent ei. Sciebat de nobis quod pauci eramus, & quod Imperator *Alexius* usque ad mortem nobis inimica- batur: vnde nos litteras Imperatoris Alexii de nobis factas inuenimus, confessio bello cum eodem Rege Babyloniorum apud *Ascaloniam*, in tentorio eiusdem Re- gis: His atque aliis de causis *Ammiratus* detinuit Legatos nostros per annum ca- ptos, infra Babyloniam. Modò verò cum audisset, quod terram suam ingressi, usque in villa & agros vastaremus, mandauit nobis: *vt sine armis ducenti vel trecenti, iremus Ibe- ro-solymam; & adorato Dominum nostrum reueteremur.* Sed nos irutiimus hoc, sperantes de Dei misericordia, minantes, *quod nisi gratis redderet nobis Iherusalem, Babyloniam calum- niaremur ei.* Habebat enim Ammiratus Iherusalem, eo tempore. Etenim cum au- disset quod Turci essent à nobis superati apud Antiochiam, venit ad oppugnandum Iherusalem, sciens quod Turci toties fusi à nobis atque fugati, non occurre- rent sibi in prælium. Tandem datis maximis muneribus his qui eam defende- bant, recepit ciuitatem Iherusalem; & obtulit candelas, & incensum ad *Sepulchrum Domini*, & in Caluartio monte. Sed iam ad obsidionem redeamus. *Dum vt dixi-*

diximus exercitus noster multum laboraret in oppugnatione *Archados*, nuntiatum est nobis, quod *Papa Turcorum* veniret contra nos in prælium: & quia erat de genere *Bahumeth*, sequerentur cum gentes sine numero. Igitur mandatum est nobis, ut nos præpararemur ad pugnam. Et miserunt Episcopum *Albariensem* ad *Ducem* & ad *Flandrensem Comitem*, qui *Zibellum* obsederant: quod est castrum supra mare, quali loco medio, inter *Antiochiam* & castrum *Archados*, longè ab utroq; duobus diebus. Illi verò accepto nuntio de bello, relicta oblatione, celebiter ad nos venerunt. Interim inuentum est falsum; & quod *Saraceni* illud composuerant, ut nobis taliter deterritis, aliquantulum respirare possent obcessi. Coniunctis itaque exercitibus, cuperunt ostendere illi de parte Comitis, equos farios & divitias suas, quas dederat illis *Dev*s in regionibus Sarracenorum: eò quod morti se pro *Deo* exposuissent: at alii paupertatem suam prætendebant. Prædicatum est eo tempore ut daret *populus decimas de omnibus quacepisset*: quoniam multi pauperes erant in exercitu, & inuti infirmi: & mandatum eit ut quartam partem redderent sacerdotibus suis ad quorum Missas veniebant; & quartam Episcopis; reliquas verò duas *Petro heremita*; quem pauperibus de clero & populo præfecerant: Ideoque duas partes accipiebat, vnam videlicet, pro his qui erant de Clero, & alteram pro his qui erant de populo. Multiplicabat itaque *Dev*s exercitum nostrum, adeo in equis & mulis, & chamelis, & aliis vitæ necessariis, ut ne bis ipsis in mirum & in stuporem fieret. *Orta est itaque ex rerum opulentia, contentio atque superbia inter Principes*: adeo ut illi qui *Dev*m intime diligebant, rerum inopiam atque bella formidolosa nobis imminere præoptarent. Volebat nobis dare *Rex Tripolis*, quindecim millia aureorum *Sarracena monete*; præterea equos & mulos, & vestes multas, & tributa deinceps singulis annis, multò his ampliora, si non expugnaretur à nobis. Valebat q[uod] apparet unus aureus, octo vel nouem solidos monetae nostri exercitus. Erat moneta nostra hæc: *Pictauini, Cartenses, Mansi, Lucenses, Valentinienses, Mergaresi*, & duo *Pogesii* pro vno istorum. Ille ergo *dominus Zibelli* metuens ne rursus oppugnaretur, mitit ad Principes nostros quinque millia aureos, & equos, & mulas, & vinum multum: annonam enim sufficientem habebamus. Baptizabantur etiam aliqui Sarracenorum, timore & zelo nostræ legis, anathematizantes *Bahumeth* & omnē eius progeniem. Ob hoc itaque mittebant quisque de Principibus nostris ad ciuitates Sarracenorum legatos, cum litteris, dicens se esse dominum tertius exercitus. Sic itaque agebant eo tempore nostri Principes. Et maximè *Tancredus* rem conturbabat: qui cum accepisset à Comite Raimundo quinque millia solidorum, & duos equos farios optimos, ut in seruitio eius esset usque Ierusalem, volebat inde discedere, & esse cum Duce Lotharingiæ: & ob hoc multæ lites habitæ sunt. Tandem male discessit à Comite. Multæ reuelationes eo tempore nobis denunciatæ sunt, quæ nobis à *Deo* mandabantur. Quarum una hæc est, quæ sub nomine ipsius scripta est, qui vidit eam. *Anno ab incarnatione Domini nostri IESV CHRISTI*

*STI millesimo nonagesimo nono, indictione septima, Epacta viceima sexta, concurrente quinto Nonis Aprilis: in nocte, cum ego Petrus iacerem in capella Comitis Sancti Egidii ad oblationem *Archados*, cogitare mecum ceperam, de jacerote illo cui Dominus cum cruce apparuit, cum à Turcis obcessi in Antiochia teneremur: atque cum multum mirarer quod nunquam cum Crucem mihi apparuerat, vidi illico Dominum ingredientem, & Apostolos eius Petrum & Andream, & alium quendam magnum & spissum, bruno colore & subcalvo, & magnis oculis. Et ait mihi Dominus: Quid agis? Et respondi: Domine, ego stō. Et ait iterum Dominus: Tu penè cum aliis submersus es. Sed quid modo cogitabas? Et respondi: Domine Pater, ego de Sacerdote illo, cui cum Crucem apparuisti, cogitabam. Et Dominus: Egoscio istud. Et deinceps: Crede quia ego sum Dominus, pro quo omnes huc venisti; & qui pro peccatoribus in Ierusalem in cruce passus sum, sicut modo videbas. Et in ipsa hora vidi quandam crucem de duobus lignis nigris atque rotundis factam, non politam neque adaptata: nisi quod in medio tristes incisa se inuicem complectebantur. Et ait mihi Dominus: Ecce Crucem quam quarebas: Et fuit in Crucē illa Dominus sic distentus & crucifixus, sicut in tempore Passionis: Petrus autem in capite suo, illam à dextris sustinebat: Andreas à sinistris, in collo; tertius verò ille à tergo, manibus sustinebat. Et dixit mihi Dominus: Hæc dices populo meo, quia sic me vidi. Vides has quinque plagas meas? sic vos, quinque ordinibus consistitis. Primus ordo est non reformidantium tela vel gladios, nec aliquod genus tormenti. Ordo iste similia mihi est: Ego enim in Ierusalem veni, gladios & lanceas, &*

A. D.
1099.

genus tormenti. Ordo iste similis mihi est: Ego enim in Ierusalem veni, gladios & lanceas, & fūtes, & baculos, demum & crucem non dubitauit: Moriuntur pro me: ego quunque pro eis mortuus sum: Ego sum in eis, & ipsi sunt in me. Cum vero ii tales obeunt, à dextris DEI collocantur, ubi ego post resurrectionem, in cælum ascendens confredi. Secundus autem ordo est eorum qui in subsidio prioribus sunt; atque à tergo eos custodiunt, ad quos etiam refugere illi possunt: hi vero Apostoli sunt similes, qui me sequebantur, mecumq; manducabant. Tertius vero ordo est eorum, qui lapides & tela prioribus ministrant: hi namque similes sunt illis, qui cum viderent me in cruce, de passione mea dolentes, pectora sua percutiebant, iniuriam fieri mihi proclamantes. Quartus autem ordo, est eorum qui videntes bellū insurgere, se domibus intrudunt atque ad negotia sua conuertuntur, non credentes in virtute mea victoriam consistere: sed in hominum probitate. 10
 Hui tales, illis sunt similes qui dixerunt: reus est mortis, crucifigatur: quia Regem fecit, & DEI Filium se dixit. Quintus autem ordo eorum est, qui cum bellī clamorem audiunt, de longè speculanties clamoris causas requirunt, & ignavia non virtutis atius exempla tribuunt & non solum pericula pro me, verum etiam pro fratribus subire nolunt: sed sub specie cauendi, alios volentes pugnare, vel pugnatoribus arma ministrare, secum ad speculandum inuitant: hi Iudei proditori, & Pilato iudici similes sunt. Erat autem nudus in Cruce Dominus: tamen linteolo praecinctus, à genibus usque ad lumbos: & erat linteolum medio colore, coloratum inter nigru & rubeum. Et circa horam habebat vittas albas, & rubeas atq; virides. Post subiacta Cruce remansit in habitu in quo prius venerat Dominus. Et dixi ad eum: Domine Deus, si hoc dixeris non credent mihi. Et respondit mihi Dominus: Viscognoscere eos qui 20 his non credent? Et dixi, Etiam Domine. Et Dominus: Congreget Comes Principes & populum; disponatq; de bello, vel de castri oppugnatione aliquid, cum tempus fuerit: proclameretq; notissimus praco, Deus Adivva, ter, atque dispositum completere tendat. Tunc sicut tibi dixi, orationes videbis, & tu & alii qui his creditis, & incredulos distingueris. Et dixi: Domine, quid de incredulis faciemus? Et respondit mihi Dominus: Non parcatis eis, sed occidite, quia proditoris mei sunt, fratres Iudei Scariothae: Res vero illorum his qui de priore ordine sunt concedite, prout necessarium fuerit. Si sic agitis, innenisti viam rectam quam haeretus circuitis. Et sicut cetera quae eis dixisti, incommutata prouenerunt, & haec quoque venient. Scis tu quam gentem principue dilexerim. Et respondi: Domine, gentem Iudeorum. Et Dominus: Hi quoniam increduli fuerunt, odio eos habui, & inferiores omnibus gentibus stabiliui. Videte itaque ne increduli sitis: Alioquin, vobis remanentibus cum Iudeis, alios populos assumam, & per ipsos complebo quae volis promiseram. Hac quoque dices ad eos: cur timent facere iustitiam? Et, quid melius iustitia? Hanc iustitiam volo ut teneant: per familias & cognationes ponant indices. Cum autem quilibet offendit alium, dicat qui iniuriam patitur: frater vellesne sic tibi fieri? Posthac nisi malefactor desierit, ex nomine sua potestatis ei contradicat: deinde licenter Iudex à malefactore omnia bona sibi auferat: & medietas sit eius qui iniuriam patiebatur; reliqua vero, potestatis. Si autem Index aliqua de causa hæc facere distulerit, tu vade ad eum & corripe eum: & dic ei, Quod nisi ille se correxerit, non exsoluetur usque ad ultimum seculi diem, nisi remiseris illi. Nescis ne quam graue sit prohibitum? Etenim ego prohibui Adæ, de arbore Scientia ne tangret: transgressus meum prohibitum, & ipse, & posteri sui in capiuitate miserafuerunt: donec ego veniens 40 in carne, eos, morte Crucis moriendo redemi. De decimis vero, bene, quidam fecerunt, quod eas sicut precepi dederunt. Multiplicabo itaque illos, atque inter alios cognoscibles faciam. Cum autem hæc dixisset Dominus, ceipi postulare ab eo; ut pro caritate sua litterarum scientiam, quam nuper mihi abstulerat, redderet. Et ait Dominus: Non sufficiunt tibi ad enarrandum ea que nosti? & tamen vis scire plura. Et continuo ita mihi vixi sum sapiens, ut nihil sapere vitra rogarem. Et ait Dominus: sufficiunt tibi adhuc que nosti? Et respondi: sufficiunt. Et Dominus rursum: Quid dixi tibi? responde. Et ego nihil sciebam. Cumque mihi instaret ut aliquid eorum quæ dixi ait responderem sibi, respondi: Domine nihil noui. Et ait Dominus: Vade & annuntia que nosti; & sufficientib; que scis. Cum autem hæc fratribus ostendissemus, ceperunt quidam dicere, quod nunquam crederet quod huiuscmodi homini loqueretur Deus, & dimitteret Episcopos & Principes, & ostenderet se homini rustico: vnde etiā de Lancea Domini dubitabat. Quapropter conuocauimus fratres illos quibus de Lancea aliquando reuelatus fuerat; & post hæc Arnulfum Capellanum Comitis Normaniæ, qui caput omniū incredulorū erat: & quia litteratus erat, credebāt ei multi: & quæsivimus ab eo, quare ipse dubitaret: cumq; diceret, quod Episcopus Podiensis indebitanerit: respondit quidam Sacerdos Petrus nomine Desiderii. Ego post obitum eius 50 vidi Episcopū Podensem, & beatū Nicolaū cū eo: & post multa alia, dixit mihi Episcopus: Ego

Ego sum in uno Chorocum beato Nicolao: sed quia de Lancea Domini dubitauis, qui maxime credere debuissim, deductus sum in Infernum: ibique capilli mei, ex hac parte dexter a capitis, & medietas barba combusta est: & licet in pæna non sim, tamen clare D E V M videre non potero, donec capilli & barba sicut ante fuerant, mihi succreverint. Hæc & multa alia ex parte D E I, prædictis Sacerdos iste, quæ postea nobis euenerunt: Sed hæc suo loco dici poterunt. Accessit & alius quidam Sacerdos Ebrardus nomine, & dixit: Eo tempore quo Turci obsidebant exercitum nostrum infra Antiochiam, ego eram Tripolis. Veneram enim illic ante captam Antiochiam, pro vita mea necessariis. Cum verò audissem quod Antiochia capta esset; & nostri ita intus tenerentur obseSSI, ut nullus ingredii vel egredi de nostris auderet; & multa mala alia que obseSSI imminebant; & plurima falsa, qua Sarraceni & Turci veris malis addebant, de vita mea dubius, ad Ecclesiam quædam confugi. Ibi ante maiestatem quandam Matris Domini procubui; lachrymisque & precibus appellare per eam D E I misericordiam cepi. Cumque per aliquot dies id fecisset, permanens impransus, & dicens ei: O Regina Domina, isti peregrini sunt qui dimisis parvulis & mulieribus, & omnibus charis suis, pro nomine filii tui, & pro te, buce longinquò venerant; & pro filio tuo pugnant: miserere eorum. Et, o Domina, quid dicetur de te, & de Filio tuo, in terris ipsorum, si in manibus Turcorum eos tradideris? Hæc & alia similia cum mœltus & gemens sepius iteralem, venit ad me quidam Surianus qui Christianus erat, & dixit mihi: Bono animo esto, & vide ne amplius fleueris. Et dixit: Modò eram ante fores Ecclesia beata Mariae matris Domini, & venit quidam clericus ad me albis vestibus induitus: & cum quæsiSEM ab eo quis esset, & unde veniret, respondit: Ego sum Marcus Evangelista, & venio ab Alexandria; & diuerti huc propter Ecclesiam beatæ Mariae semper Virginis. Et cum rursus quererem quo iret, dixit: Dominus noster I E S V S C H R I S T Y S est apud Antiochiam, & mandauit omnibus discipulis suis, ut eò venirent: quoniam Franci debent pugnare cum Turcis, & nos erimus eis præsidium. Et hoc dicto abiit. Cumque ego his parum crederem, nec à dolore nec à lachrymis cessarem, dixit mihi isdem Surianus: Intellige: In Evangelio Beati Petri est scriptum quod nos habemus, quod gens Christianoram quæ capiet Ierusalem, infra Antiochiam clausa erit; nec inde exire poterit, nisi prius Lanciam Domini repererit. Et dixit Sacerdos: Si aliquid horum dubitatis, fiat ignis; & in D E I nomine, & horum testimonio, transibo per medium. Accessit & alius Sacerdos, nomine Stephanus, cognomine Valanti, vir magni testimonii, & honestæ vitæ; & dixit: Ipse Dominus I E S V S locutus est mihi in ipso feroce tribulationis quæ fuit apud Antiochiam: & promisit mihi coram Matre sua, beatissima Virgine Maria: quod in quinta die quæ futura erat, misericordiam populo suo faceret & labores eius quamplurimos completeret, si ad eum reuenerentur ex toto corde: & in die illa Lancea Domini reperta est: ubi ego promissa Domini completa esse credo. Si quid inde dubitatis, Episcopo Podiensi statim ut hac vidi obtuli pro testimonio horum, quorū multitudine omni, quod si ipse vellet, ego transirem per ignes, vel de altissima turre precipitarer: adhuc hoc ipsum vobis offero. Accedit autem & Episcopus Athenensis, & dixit: In somnis ego an vigilans ista viderim, certum nescio; D E V S scit. Vir quidam venit indutus albis, & stetit ante me, & tenebat Lanciam Dominicam istam in manibus suis, & dixit mihi: Credis hanc lanciam esse Domini? Et respondi: Credo Domine. Dubitaueram & ego aliquando de ea. Cum id secundò & tertio grauite exegisset, dixi ad eum: Credo Domine, hanc esse Lanciam Domini nostri I E S V C H R I S T I. Et post hæc dimisit me. Et ego Raimundus, qui hæc scripsi coram fratribus & Episcopis, hæc ibi dixi. Interfui ego dum effoderetur Lancea Domini, & antequam tota super terram apparuissest, mucronem oscularus sum. Et sunt in exercitu plures, qui mecum ista viderunt. Et addidi: Et est alius quidam Sacerdos Bertramus nomine, Podiensis, Episcopo Podiensi in vita ipsius familiaris. Hic autem Sacerdos infirmatus est usque ad mortem: cumque iam de vita sua desperasset, apparuit ei Episcopus Podiensis cum Heraclio vexillifero suo: qui in bello maximo facto apud Antiochiam, in faciem percussus sagitta, cum intrepidus agmina Turcorum prosterret, & inde vitam finierat. Et dixit Episcopus Sacerdoti: Bertrame, quid agis? Et dixit Heraclius: Domine, infirmus es! Et respondit Episcopus: præter incredulitatem infirmatur. Et Sacerdos ad hæc: Domine nonne ego de Lancea Domini credo, sicut & de passione Domini? Et dixit ei Episcopus: Et adhuc multa alia credere oportet. Et licet ad hoc negotium non pertineat, tamen quia ægregium est, gratia bonorum hominum aliquid adiungam. Cum te sedisset Sacerdos ad præsentiam Episcopi, & Heraclii domini sui: infirmus enim erat, nec stare poterat; vidi in faciem Domini sui, vulnus non esse sanatum. Et ait Sacerdos: Quid est hoc? Et respondit Heraclius: Cum ego venissim ante Dominum meum, deprecatus sum eum, ut nunquam hæc plaga clauderetur: quoniam propter eum vitam finieram. Et hoc mihi concessit Dominus. His atque pluribus auditis, credidit Arnulfus, & confessus est: & promi-

sit Episcopo Albariensi, Quod coram omni multitudine populi, pro incredulitate sua veniam peteret. Die autem constituta, cum venisset vocatus ad consilium Arnulfus, cepit dicere, quod bene crederet; sed cum domino suo volebat loqui, antequam veniam inde peteret. Cum vero hoc audisset Petrus Bartholomeus, iratus nimium, dixit sicut homo simplex, & qui veritatem bene nouerat: *Volo ac deprecor, ut fiat ignis maximus; & cum lancea Domini transibo per medium: & si lancea Domini est, in columnis transeam; si autem falsum est, comburar in igne.* Video enim quia nec signis nec testibus creditur. Placuerunt haec omnia nobis; & indicto ei ieiunio, diximus quod eo die fieret ignis, quo Dominus noster pro salute nostra, plagatus, & in Cruce fuit. Et post diem erat Parascene. Itaque illucescente die constituta; ignis paratus est post meridiem. Conuenerunt eò Principes & populus, usque ad quadraginta millia virorum; fueruntque ibi sacerdotes nudis pedibus, & induti sacerdotalibus vestimentis. Factus est ignis de oleis siccis, & habuit in longitudine quatuordecim pedes: & erant duo aggeres: & erat inter utrosque duos aggeres spaciū quasi unius pedis; atque in altitudine aggerum erant quatuor pedes. Cum vero vehementer ignis accensus esset, dixi ego Raimundus coram omni multitudine: *Si DEVS omnipotens huic homini loquutus est facie ad faciem, & beatus Andreas Lanceam Dominicam ostendit ei, cum ipse vigilaret, transeat iste illas per ignem. Sin autem aliter est, & mendacium est; comburatur iste cum lancea, quam portabit in manibus suis.* Et omnes flexis genibus responderunt: AMEN. Exstuvabat ita incendium, ut usque ad triginta cubitos aërem occuparet: accedere vero propè nullus poterat. Tunc Petrus Bartholomeus, indutus solummodo tunica, & flexis genibus ante Episcopū Albariensem, DEVM testem inuocauit, quod facie ad faciem ipsum in cruce viderit; & haec, quae supra scripta sunt ab eo audierit, & a beatis Apostolis Petro & Andrea: & neque quicquam eorum, que ipse sub nomine Sancti Andrea vel Sancti Petri, vel ipsius Domini dixit, se composuisse: & si quicquam mentitus erat, præsens incendium numquam transisset. Cetera qua ipse commisisset in DEVM & in proximum, dimitteret ei DEVS. & pro his oraret Episcopus, atque omnes alii Sacerdotes, & populus qui ad hoc spectaculum conuenerant. Post haec cum Episcopus posuisset ei Lanceam in manu flexis genibus, & facto signo Crucis, cum lancea viriliter & imperterritus incendium ingressus est; atque spacio quodam in medio ignis demoratus est: & sic per DEI gratiam transiuit. Sunt nonnulli adhuc, qui signum hoc ibi videbunt: quod antequam ingredieretur in ignem; quædam ausi defuper volans, lustrato igne, se intus misit: Et hoc vidit Ebrardus Sacerdos ille, cuius superius mentionem fecimus, qui Hierosolymis post ea pro DEO remansit: & Wilhelmus Boni filius, optimus miles, & boni testimonii, patria Arelatensis, hoc ipsum se vidisse testatur. Alius quidem miles est optimus, genere Niterensis, nomine Wilhelmus Malus puer, qui antequam Petrus ingredieretur in flammarum quendam hominem induitam veste sacerdotali; nisi quod casulam habebat super caput replicatam, ingredi in ignem vidit: & cum videret quod non egredieretur, existimans Petrum Bartholomeum esse, lachrimari cepit, credens eum extinctum esse in igne. Erat autem multitudo ibi hominum, nec poterant omnes omnia videre. Et alia multa nobis relata sunt, & facta, quæ nos metuentes legentibus fastidium, scribere noluimus: cùm ad omnem causam tres idonei testes sufficiunt. Vnum vero non prætereamus. Postquam enim Petrus per ignem transiuit, licet adhuc multum exstuvaret incendium; tamen populus ita audiē titiones collegit, & carbones cum cinere, ut in breui spatio nihil inde appareret. In fide etenim illorum, multas per haec virtutes operatus est postea Dominus. Ut vero Petrus Bartholomeus de igne egressus est, ita ut nec tunica eius combusta fuerit; nec etiam ille subtilissimus pannus de quo lancea Domini inuoluta erat signum alicuius læsionis habuisset, accepit eum populus, cùm signasset eos cum lancea Domini, & clamasset, alta voce, DEVS ADIVVA: accepit, inquam, & traxit eum per terram, & conculcauit eum omnis illa multitudo populi, dum quisque volebat eum tangere, vel accipere de vestimento eius aliquid, & dum credebat eum esse quicquam apud alium. Itaq; tria vulnera vel quatuor fecerunt ei in cruribus, absidentes de carne eius, & spinam dorsi confringentes, crepuerunt eum. Expirasset autem ibi Petrus, sicut nos eredimus, nisi Raimundus Pelez nobilissimus miles, & fortis, facto agmine sociorum irrupisset in agmen turbæ turbatæ; & usque ad mortem pugnando liberasset eum. Sed nos in solitudine & angustia modo positi, amplius de his scribere non possumus: Cùm vero detulisset Raimundus Pelez Petrum ad dominum nostram, colligatis vulneribus eius cepimus

cepimus quærere ab eo quare moram fecisset in igne. Ad hæc ipse respondit: *Occurrat mihi Dominus in medio igne, & apprehendens me per manum, dixit mihi: Quia dubi-
casti de inuentione Lanceæ, cum beatus Andreas eam tibi ostendisset, non sic transibis ille sus,
sed infernum non videbis. Et hoc dicto, dimisit me.* Videte itaque, si vultis, adiunctionem meam:
& erat aliqua adiunctione in cruribus, verum non multa: sed plagæ erant magnæ. Post
hæc conuocauimus omnes qui de Lancea Domini dubitauerant: ut venirent & vi-
derent faciem eius, & caput, & reliqua membra; & intelligerent, quod verum est,
quicquid ipse dixerat de lancea, & de aliis: cum pro testimonio eorum non exti-
muisset introire tale incendium. Viderunt itaque multi, & videntes faciem eius at-
que totum corpus, glorificabant DEVM dicentes: *Bene potest nos Dominus custodire in-
ter gladios inimicorum nostrorum, qui hominem istum liberavit de tanto incendio flammarum.*
*Certe non credebamus, quod sagitta aliqua sic transire posset, ille sa per ignem, quomodo iste transi-
uit.* Post hæc Petrus conuocauit ad se Capellanus Comitis, nomine Raimundum,
& dixit ei: *Quare voluisti ut ego ob testimonium Dominicum lanceam, & ceterorum que ex parte
DEI dixeram, per incendium transire? Scio satis quia hoc ex hoc cogitasti.* Et dixit ei quæ
ipse cogitauerat. Cumq; ille se taliter cogitasse negaret, respondit Petrus Bartho-
lomeus: *mihi quidem negare non potes, quia certum hoc habeo: Etenim illa nocte fuit hic beatissi-
ma Virgo Maria, & Episcopus Podiensis, per quos ego quæ tu negas didici. Miror satis cum de
verbis Domini & Apostolorum eius non dubitaueris, quare experimentum cum periculo meo, de
solis his habere volueris.* Tunc deprehensam cogitationem suam, & se culpabilem ante
DEVM Raimundus videns, amarissime in lacrymas prorupit. Et Petrus ad hæc.
*Noli desperare, quia piissima Virgo Maria, & Sanctus Andreas tibi veniam apud DEVM ob-
tinebunt. Tu vero enixius eos deprecare.* Interim tantæ ac tales lites inter Princi-
pes nostri exercitus obortæ sunt, ut penè totus exercitus diuidetur. Sed DEVS.
qui ductor erat, & Dominus noster, ne talia fierent beneficiis suis prohibebat. Erat
ciuitas nomine *Tripolis*, cuius superius mentio facta est, non multum longè à ca-
stris nostris. Huius igitur ciuitatis Dominus, cum discordiam Principum nostro-
rum didicisset, respondit nostris, qui de reddendo tributo eum appellabat: *Et quæ
sunt Franci? Et quales milites suni? Et quanta eorum potentia?* Ecce tertius mensis modo agitur ex
quo exercitus Francorum obseruit castrum *Archados*, & neque assultum eorum habui, neque ali-
quem armatum de ipsis vidi, & tamen sunt propè me per quatuor leugas. Sed veniant huc, & vi-
deamus eos, & comprobemus militiam eorum. *Quare ego eorum hominum tributarius fierem,*
quorum facies non vidi, & fortitudinem ignoro? Ut verò hæc relata sunt ad exercitum
nostrum; dixerunt quidam ad inuicem: *Ecce quod acquisiuimus pro contentionibus & dis-
cordiis nostris: Blasphematur DEVS; & nos contemnimur.* Itaq; conuenientes in unum Princi-
pes nostri, itatuerunt ut *Albariensis* Episcopus cum parte exercitus castra serua-
ret; & Principes cum ordinibus peditum & militum, sicut pugnandi mos est, us-
que ad muros ciuitatis assultarent. Constituta autem die cum nostri taliter profi-
ciscerentur, egressi Tripolitani obuiam illis, in multitudine & tumultu suo confi-
si, pugnare cum nostris parabant. Est quidam murus firmissimus aquæducti in ci-
uitatem & altus, inter quem & mare, non multum ampla via est: à tribus enim par-
tibus Tripolim mare cingit. Hunc igitur murum aquæducti quem diximus, *Sarra-
cenæ* munierunt, ut quasi de castello ad castellum exire & regredi possent, si quid ad-
uersi contigisset. Videntes itaque nostri hanc multitudinem loco & armis confi-
dentem, inuocando DEVM, & erectis hastis congregatim pedites & milites, more
processionis, usque ad eos venerunt; ut si nostros vidisses, amicos nō hostes esse eos
dixisses: ut autem permixti sunt, hostes esse & non amicos crederes. Fœdatur enim
terra sanguine Maurorum; & completur aquæductus cadaveribus eorum. Tantum
namque timorem hostibus immisit Dominus, ut vix fugere, post primos iectus co-
rum aliqui possent. Erat quidem ad videndum satis delectabile, cum aquæducti ri-
nullus raptim truncata cadauera nobilium & vulgi in ciuitatem inferret. Cecide-
runt ibi de nostris unus vel duo: de hostibus vero, usque ad septingentos cecidisse
audiuimus. Reuersi itaque cum grandi victoria, & spoliis multis, dixerunt nostri
Principes ad populum: *Hodie videt nos Rex Tripolis; & nos vidimus vias ciuitatis, & con-
siderauimus accessus: & nunc, si laudatis, iustum esse decernimus, ut cras sapiat Rex quæ
les milites sumus.* Reuersi itaque altera die, extra ciuitatem nullum inuenerunt,
Post hæc autem mandauit Rex Tripolis ad nostros Principes si desisterent ab
oppugnatione *Archados*, donaret eis quindecim millia aureos, & equos mul-
tos & mulas, & vestes, & victualia; atque mercatum faceret de omnibus rebus

omni populo; præterea rodderet omnes captiuos, quos habebat de nostra gente. Venerunt eo tempore ab Alexio Imperatore legati, cum maximis quærimoniis de Boimunda, eò quod retineret ciuitatem Antiochia, contra iuramenta quæ Imperatori fecerat. Habebat enim Boimundus Antiochiam eo tempore. Namq; cùm audisset de Comite, quod profectus esset à Marræ in interiora Syriæ, expulit homines Comitis violenter de turribus Antiochiae, quas seruabant. Et propterea mandauit Alexius ad Principes nostros, quod donaret aurum & argentum multum eis, & veniret cum eis in Ierusalem, si expectarent usque ad festiuitatem Sancti Iohannis; & tunc instabat Dominicum Pascha. Dicebant ob ea multi in quibus Comes erat: *Expectemus Imperatorem, & habebimus donatiui eius, & ipsum, qui faciet nobis venire mercatum per mare & terram; & sub ipsius dominio concordabimus.* Omnes ciuitates se dabunt ei, & ille vesties quas voluerit, & quas voluerit destruet. Propterea populus iste noster, longis & diuturnis defatigationibus conquassatus, si venerit in Ierusalem, volet fortasse reuerti, ut de foris viderit eam. Quæ verò & quanta pericula mancant illos qui perfidere iter desiderant, perpendit. Adhuc autem obſidemus castellum Archados, & usque ad mensam vel ferreddent vel vi capie-¹⁰ tur: & cùm longè notum sit de obſidione ista, si dimittamus eam ut inexplicabilem, mulum con- temnetur noster exercitus, qui hactenus nihil incepit, quod inexplatum dimiserit. At vero alii è contraria dicebant: Semper nocuit nobis Imperator, semper mentitus est, semper aduersum nos cogitauit. Et nunc quia videt se nihil posse, & nos valere per gratiam D E I, ex studio agit quatinus à proposito itineris nos retrahat, ne hi qui audierint, exemplo nostri venire disponant. Sed iam quos ipse multoties lafit verbis & opere, fidei eius fruſtrâ animos adhibere caueant. Fidentes 20 igitur, C H R I S T O Duce, qui nos de tam multis, præter spem liberauit periculis & contra omnia molimina Imperatoris & fraudes eius nos contutatus est, viam pro qua venimus ingrediamur: & facile, ex D E I promissione, quod volumus consequemur. Et cùm hoc audierit Imperator, capiam scilicet esse Ierusalem, tunc liberum iter quod verbis simulabat, opere complebit. Similiter de eius donatiuis erit laus. Populus hanc maximè laudabat sententiam. Sed quia Comitis familiares erant multi: quippe cùm pro populo se Comes, sive aliis Principibus, morti exposuissent; & pluribus magna & priuata beneficia contulissent, propter ea consilia Principum & populi vota impediabantur. Prædicauimus eo tempore ieinium, & orationes & cleemosynas in populo, vt D E V S Omnipotens, qui 30 eum de tam multis regionibus conduxerat illuc, inspirare dignaretur, quid erat gratum de hoc itinere in conspectu suo. Itaq; fidelium vota quod quærebant apud D E V M, facile promeruerunt. Apparuit enim Episcopus Podiensis Stephano Valentino, de quo superius mentionem fecimus, quia Dominum cùm cruce viderit: & percussit eum cum virga, regredientem ad domum suam per noctem Episcopus, & dixit ei: Stephane. & ille respondit, Domine. & respiciens agnouit eum. Et ait Episcopus: Quare neglexisti semel vel secundo quod tibi dixi de Cruce, Domina & matris nostræ semper Virginis Mariæ? de Cruce dico, quam ego præferri faciebam, ut apportaretur in exercitum. Et quod si- gnum melius Crucis? An non est sat illa crux pro nobis lapidata? An non illa crux benè vos 40 conductxit, usque ad Lanceam Domini? Et nunc ait Domina & beatissima semper Virgo Maria, quod nisi illa crucem habeatis, non potestis habere consilium. Et continuo ait Sacerdos, O reverendissime domine, & ubi est beatissima virgo Maria? Et statim Episcopus eam mon- strauit ei. Erat autem beatissima virgo Maria longè ab eo quasi nouë vel decem cu- bitis, specie & ornatu valde admirabilis; & assistebant ei beata Agatha, & quædam altera virgo cum duobus cereis. Et tunc Sacerdos ait ad Episcopum, qui assistebat ei: Domine, quanta dicuntur de vobis in exercitu, quod in inferno vobis barba & capilli combustæ sunt, & alia multa quibus non creditur? Et nunc oro, ut unam de candelis istis in testimoniu horum quæ dicitis, mihi donetis ut deferam ad Comitem. Tunc ait ille Episcopus: Videns, vide faciem meam, & unquid perusta es? Post hæc accessit Episcopus ad beatissimam Virgi- nem, & cognita eius voluntate regressus est ad Sacerdotem, & dixit ei: Quod tu qua- 50 ris, impetrare non potes: sed hic annulus quem habes in digito tuo, nec tibi prodest, nec portare eum debes: Vade, & dabis eum Comiti, dicens: Virgo mater Sanctissima, mittit tibi hunc annu- lum: & quoties defeceras in aliquibus rebus, recordare illius Domina qua tibi mittit hunc annulum: & appellabis eam, & Dominus auxiliabitur tibi. Rursus, cùm quæreret Sacerdos ab eo, quid vellet ut faceret frater suus, respödit Episcopus. Oret benelectum Epi- scopum, ut pro animabus parentum nostrorum celebret tres missas ad Dominum. Et ait ite- rum: Precepit mater nostra, ut deinceps Lancea non monstretur nisi a sacerdote induito sacra- vestibus, & crux ei præferatur; sic. Et tenuit Episcopus Crucem in hastile positam, & quidam indatus sacerdotalibus vestibus sequebatur eum, habens Lanceam in- terma-

Ver manus. Et Episcopus incepit Responsoriū hoc: *Gaude Maria virgo, cunctas heres sola interemisti. Et ilicò incepserunt sine numero centena millia virorum: atq; sic illud sanctum collegium abiit. Manè autem facto venit Sacerdos, & primū quæsivit, si haberemus Lanceam: & cùm vidisset eam, cum multis lachrimis cepit e narrare ea quæ superius diximus. Misit itaque Comes *Guillelmum Vgonem de Montilio*, fratrem Podiensis Episcopi Landiciam, ubi crux dimissa fuerat, cum capella ipsius Episcopi.* Interea *Petrus Bartholomeus*, mox defatigatus ex conuassatione & vulneribus, conuocauit Comitem & Principes eius, & dixit eis: *Finis vita mea appropinquabit: & scio satis quia de omnibus, quæ male feci & dixi, vel etiam cogitavi, antea DEVM iudicabor: in cuius suspectu, hodie testificor ipsum, coram vobis, menihil composuisse ex his omnibus quæ ex parte DEI, & Apostolorum ipsius vobis nuntiaui, & adhuc vobis dicam. Et sicut vidi istis ea quæ vobis nuntiaui, sic sine dubio videbitis ea quæ vobis dicam, siquidem DEO fideliter seruatis. Tu vero Comes, cùm veneris in Ierusalem, fac ut exercitus postulet DEVIM, ut vitam tuam prolonget, atque continuet; & DEVIS prolongabit eam tantundem quantum vivisti. Tu autem cùm reuersus fueris prope quinque leugas, in Ecclesiam Sancti Trophimi Lanceam Domini pones, & Ecclesiam ibi fabricare facies: & fieri ibi moneta, quam tu iterabis ne falsa fiat. Sed neque aliud aliquid falsum ibi permittes. Vocabitur autem locus Mons gaudii: Et sicut haec intra Provinciam. Etenim beatus Petrus Apostolus Trophimo suo discipulo promisit, quod Lanciam Domini ei mitteret. Post hæc Petrus Bartholomeus, se curus & in pace, hora si bi à Deo constituta, migravit ad Dominum: sepultusque est in loco illo, ubi cum Lancea Domini per ignem transierat.* Interea Comes atque alii Principes de itinere Ierusalem, quā melius ac levius fieret, ab incolis regionis perquiebant. Tunc accesserunt ad nos quidam Suriani. Sunt enim ibi montana Libani, in quibus ad sexaginta millia habitabant Christianorum: & terram illam, & montana multo tempore Christiani possederunt, qui propter civitatem Tyri, quæ vulgariter nunc Sur appellatur, Surianum vocantur. Sed insurgentibus, per DEI iudicium, Saracenis atque Turcis, in tanta oppressione seruitutis isti Suriani fuerunt, per quadragesimos & amplius annos, ut multi eorum compellentur patriam & Christianam deserere legem: Si qui, per DEI gratiam, contineplissent, cogebantur tradere pulchros patruulos suos ad circumcidendum vel Turcandum; vel rapiebantur de finibus matrum, intersecto patre & illusa parente. Quippe in tantam malitiam exarserant illa hominum genera, ut Ecclesiæ DEI subuerterent; & eius, vel Sanctorū eius imagines delerent, & quas non poterant délere per morā, oculos eorum erubant, vel sagittabant; altaria vero omnia suffodiebant. In Ecclesiis autem magnis, *Safumarias* faciebāt. Quod si aliquis de illis angustiatis Christianis, imaginem DEI vel alicius Sancti, domi sua habere volebat, vel redimebat eam per singulos menses vel annos; aut cōculata in stercore, corā oculis ipsius comminuebatur. Quodq; adhuc relatu nimis durum est, ponebāt iuvenes in prostibulis, & commutantes sotiores eorum pro vino, ut nequius agerent. Et neque his neque aliis tristibus, illacri mari palam etiam matres audebant. Et quid de his multa narramus? Coniutauerat certè gens illa contra Sanctum Sanctorum, & eius hereditatem. Quod nisi iussu & instinctu DEI, Francorum gentes, his malis occurrisserint, profectò bruta animalia contra illos DEVIS armasset: quod aliquando nobis presentibus fecit. Et de his, haec tenus dictum sit. Illi, inquam, Suriani, de quibus superius diximus, qui ad Comitem venerunt, requisiti de meliori itinere, responderunt: *Est via per Damascum plana sat is, & plena victualium; sed non inuenietis aquam per duos dies. Est alia per montana Libani, ruta sat is & copiosa; sed gravis multum sagmarius, atque camelis. Est & alia secus mare; ubi tam multæ ac tales angustiae sunt, ut sequentia aut centum Saraceni eas retinere voluerint, prohibere possint omne genus humanum. Et tamen in Euangelio beati Petri, quod apud nos est, cōtinetur, quod si vos estis gens illa que Ierusalem capere debet, per maritimam transire debetis, licet propter difficultatem nobis impossibile videatur. Non solum autem hoc, de itinere vestro; sed & alia multa, quomodo vosegistis, & qualiter agere debeatis, in Euangelio suo apud nos scripta continentur.* His atque aliis modis peruidentibus, & contradicentibus aliis, *Guillelmus Vgo de Montilio* cœversus est cum Cruce, de qua superius diximus. Hanc autem Crucem, cum vidissent etiam familiares Comitis, in tantâ itineris commotione deuenerunt, ut præter Comitis & aliorū Principum consilium, incensis tabernaculis suis, & primum Comitis familiares, obsidionem Archados dimitterent. Conturbabatur itaque Comes usque ad lachrymas, & usque ad sui & suorum odium: neque tamen p̄ hoc voluntatem suæ plebis DEVIS imminuebat. Sed Dux Lotharingie, maxime

hoc iter volebat, & plebem ad hoc monefaciebat. Itaque profecti ab invisa illa & odiosa obsidione Archados, venimus ante Tripolim. Nitebatur etiam tunc Comes Raimundus, precibus atque munieribus apud omnes nobiles, ut ciuitatem Tripolim obsiderent; sed omnes ei contradicebant. Apparuit eo tempore Sanctus Andreas Apostolus Petro Desiderii, de quo supradicta facta est, & dixit ei: *Vade & dic Comiti: Noli molestus esse tibi metus neque alius: quia nisi prius capta fuerit Ierusalem nullum successum habebitis. Non te molestet inexpedita obsidio Archados; non te grauet quod hac ciuitas vel aliae que in istipere sunt ad praesens non capientur: quia imminet vobis in proximo bellum, ubi hec & aliae multae ciuitates conquisitae erunt.* Propterea tu noli esse molestus tibi neque tuis; sed quicquid tibi Deus concesserit, in nomine eius libenter distribue; atque tuis hominibus, sociis & fidelis amicus esto. Si sic egeris, dabit tibi Dominus Ierusalem, & Alexandriam, atque Babyloniam. Quod si hac neglexeris, nec promissatibi a Deo consequeris; nec legatum eius habebis: donec in illa angustia positus sis, ut quod declinare possis ignoreas. Accepit itaque Comes haec verba Sacerdotis; accepit inquam verbis, sed operibus abnegauit. Etenim cum acceptisset multam pecuniam a Rege Tripolis, nullivnquam largiri aliquid inde voluit; sed etiam verberibus atque contumeliis quotidie suos lacerabat. Non solum autem haec Sacerdos dixit; verum etiam multa alia quae retro acta sunt, de quibus quædam huic operi apponimus. Aliquando namque cum proficiisci velleraus ab Antiochia, venit Sacerdos iste ad me Raimundum, & dixit mihi, quod quidam sibi in visione apparuerit, qui dixit ei: *Vade in Ecclesiam beati Leontii: & inuenies ibi de reliquis, quatuor Sanctorum, & tolles eas tecum, atque portabis in Ierusalem.* Et ostendit ei in ipsa visione reliquias, & reliquiarum loculos, & docuit nomina Sanctorum. Cum vero euigilasset Sacerdos, & non satis suæ crederet visioni, cepit agere precibus, & obsecrationibus ad Deum, vt si haec reuelatio ab ipso erat, secundò saltē sibi innotesceret. Adstitit ei idem Sanctus in visione post aliquot dies, atque multum comminatus est, quod mandatum à Domino neglexisset, & nisi usque ad quintam feriam sustulisset illas reliquias, esset sibi graue damnum & Domino suo Yloardo Comiti. Erat enim Yloardus Comes Dienensis, vir in quantum nouerat, Deo fidelis, & omnibus nobis sapientia & probitate utilis. Cum hoc mihi Raimundo narrasset Sacerdos, retuli ego ad Aurasensem Episcopum, & ad Comitem Sancti Egidii, & ad alios quosdā. Qui acceptis candelis, venimus ad Ecclesiam Sancti Leonii. Obtulimus candelas & vota Deo, & Sanctis eiusdem Ecclesiae, vt Deus Omnipotens qui eos sanctificaverat, nobis eos cōsortes, & coadiutores donaret; & Sancti illi, peregrinorū & exulum pro Deo non spernerent consortium, sed magis nobis cōiungerentur, & nos Deo coniungerent. Manè autem facto, venimus cum Sacerdote ad Sanctorum reliquiarum loculos, & sicut nobis prædictum fuerat inuenimus. Sunt autem nomina Sanctorū istorum, Cyprianus, Omerios, Leonios, Ioannes Chrysostomus. Inter ipsos autem loculos, capsulam quandam reperimus cum reliquiis: de quibus cum quereremus a Sacerdote, cuius Sancti essent illæ reliquie, se nescire respondit: cum vero ab incolis quereremus si scirent cuius Sancti essent, se nescire dicebant: alii Sancti Mercurii, alii Sanctorum aliorum. Sacerdos vero leuare & colligere cum aliis reliquiis eas volebat. Cui ego Raimundus coram omnibus, qui ibi aderant fortiter dixi: *Si uenire revoluerit iste Sanctus Ierusalem, nomen suum & voluntatem manifestet: alioquin remaneat hic. Numquid de ignoris offibus honorabimur?* Itaque illo die dimissa sunt reliquie illæ. Cum vero Sacerdos alias reliquias collegisset, & pannis atque pallio eas inuolauisset, in nocte quæ sequuta est, astitit ei vigilanti quidam iuuonis, quasi quindecim annorum, pulcherrimus valde, qui dixit ei: *Quare hodie non acceperisti reliquias meas cum ceteris?* Et presbyter ad haec: *Et quis es tu, Domine?* Et ille: *An ignoras quis sit vexillifer huins exercitus?* Et respondit presbyter: *Nescio Domine.* Cumque secundò eidem querenti, eadem Sacerdos respondisset, terribiliter comminatus est ei, dicens: *Tu revera mihi dices.* Et tunc ait Sacerdos: *Domine, dicitur de Sancto Georgio, quod sit vexillifer huins exercitus.* Et ille: *Bene dixisti. Ego sum ille.* Accipe igitur reliquias meas, atque seorsum cum aliis pones. Cum autem Sacerdos per aliquot dies haec facere distulisset, aduenit idem Sanctus Georgius, & præcepit presbytero grauiter dicens: *Nullatenus demittas quod manè reliquias meas non tollas: atque iuxta inuenies in ampullula, de sanguine Sancte Virginis & martyris Tecla, quem pariter tolles: & post hac Missam cantabis.* Haec atque omnia quæ ei dixerat, reperit Sacerdos, & fecit. Sed antequam ad reliqua perueniamus, de his prætermittere non debemus, qui pro amore sanctissimæ expeditionis, per ignota & longissima aquora Mediterranei, & Oceanii

Oceani nauigare non dubitauerunt. Erenim Angli audito nomine vltionis Domini nostri Iesu Christi, in eos qui terram nativitatis Domini, & Apostolorum eius indignè occupauerant, ingressi mare Anglicum, & circinata Hispania, transfretantes per mare Oceanum, atque sic Mediterraneanum mare sulcantes, portum Antiochia, atque ciuitatem Laodiciæ, ante quam exercitus noster, per terram illuc veniret, laboriosè obtainuerunt. Profuerunt eo tempore nobis tam istorum naues, quam & Genuensium. Habebamus enim ad obsidionem, per istas naues, & per securitatem earum commercia à Cypro, & à reliquis insulis. Quippe hæ naues quot die discurrebant per mare; & ob eas Græcorum naues securæ erant: quia ¹⁰ Sarraceni eis incurrire formidabant. Ergo cùm vidissent illi Angli exercitum proficisci in Ierusalem, & robur suarum nauium à longinquitate temporis imminutum: quippe qui usque ad triginta in principio naues habuissent, modo vix decem vel novem habere poterant, alii dimissis nauibus suis & expositis, alii autem incensis nobiscum iter accelerauerunt. Cumq; ante Tripolim nostri Principes moras innecterent, tantum amorem eundi in Ierusalem misit Dominus in populo, quod nullus se vel alium retinere ibi poterit: sed profecti vespere contra Principum decreta, & contra amorem nostri exercitus, tota illa nocte perambulantes, sequenti die Berintum deuenimus: atque post hæc præoccupatis ex improviso angustiis, quæ Buccatorta nominatur, infra paucos dies & sine impedimento venimus Accaron. Rex autem Accaron, metuens ne ciuitatem suam obsideremus, iurauit Comiti, propter hoc ut discederemus: si caperemus Ierusalem: vel si essemus in regione Iudea, per viginti dies, & Rex Babyloniorum nobis in bellum occurreret; vel si possemus superare ipsum Regem, redderet nobis se, & ciuitatem suam: interim vero amicus noster esset. Protecti igitur ab Accaron una die in vespere, iuxta paludes quæ sunt propè Cesaream, castra tetendimus. Dumque, sicut moris est, alii pro necessitate infra castra discurerent; alii autem de sociis ubi hospitati essent, à notis sibi inquirerent: columbā super exercitum volantē, accipiter in medio discurrentiū, mortaliter plagatā deiecit. Cùm autē sustulisset eā Episcopus Atenis, reperit litteras, quas illa deferebat: Eterat sententialitterarum quasi huiusmodi: REX ACCARON, DVCI CÆSAREÆ. Generatio canina per me transiuit, gens stulta atque contentiosa, sine regimine, quibus per te & per alios, quantum legem tuam diligis, nocere desidera: Quod si vis, facile poteris. Hoc idem & ad alias ciuitates, atque castra mandabis. In manè autem cùm exercitum requiesceret præciperemus, expositæ sunt littoræ ad Principes, & ad omnem populum; & quomodo Deus benignus esset erga eos, adeò ut nec etiam aues ad nocendum nobis transire per aera possent; & inimicorum nostrorum etiam nobis arcana referarent. Vnde Omnipotenti Deo, laudes & gratias referebamus. Atque inde profecti securi & alacres, & frequentes cum prima parte exercitus, & in ultima præcedebamus. Cùm verò audissent Sarraceni qui habitabant in Ramulis, quia transieramus flumum qui propè est, deteruerunt munitionem & arma, & frumentum multum in areis, & messes quas collegerant. Cùm autem venissemus eò altera die, cognovimus quia Deus revera pro nobis pugnaret. Itaque obtulimus vota Sancto Georgio: Et quoniam se ducem nostrum professus est, visum est à Maioribus, & omni populo, ut Episcopum ibi eligeremus: quoniam in illam Ecclesiam in terra Israël, primam inueneramus; ac simul ut B. Georgius pro nobis Deo supplicaret, & per terram incolatus sui nos fideliter educeret. Sunt autem Ramule prope ab Ierusalem, quasi sedecim milliaria. Itaque habuimus ibi colloquium: & dicebant alii: Non eamus ad præsens in Ierusalem, sed versus Agyptum & Babyloniam: & s, per gratiant DEI, superare poterimus Regem Agypti, non solum Ierusalem, verum etiam Alexandriam & Babyloniam, & plurima regna obtinebimus. Quod si modo eamus in Ierusalem, & non inuenientes aquam sufficientem defrateremus obsidionem, nec hoc nec illud postea perficiemus. At verò alii contra dicebant: vix sunt in exercitu mille quingenti milites, & armatorū peditum grandis numerus nō est: & laudatur modò, ut ignotas & longissimas regiones adeamus, ubi nec succursum de nostra gente habere possumus, nec sanctam Ciuitatem capiamus; nec præsidium ponere, nec etiā inderuerti, cum necessarium fuerit, valeamus? Sed nihil est hoc: teneamus viam nostrā; & de obsidione, & defensu & defame, & de aliis, DEVS prouideat seruis suis. Dimisso itaq; præsidio cū Episcopo nouo in castro Ramulis, onerauimus boues & camelos, deniq; & omnia iumenta nostra, & equos; & ad Ierusalē iter vertimus. Verbum autē quod præcepérat nobis Petrus Bartholomeus, ut nō nisi discalciati, ad Ierusalē per duas leugas appropin-

quaremus, & oblii sumus, & vile habuimus, dum vnuquisq; volebat alium præuenire, ex ambitione occupandi castella, & villas. Erat enim ista consuetudo inter nos, vt si ad castellum vel villam quis prior venisset, & posuisset signum cum custodia, à nullo alio postea contingebatur. Itaque hac ambitione, de media nocte surgentes, non expectatis sociis, omnia illa montana obtinuerunt, & villas quæ sunt in campis tribus Iordanis. Pauci autem, quibus hoc mandatum Dei chatrius erat, nudis pedibus incedentes, pro contemptu Diuini verbi grauiter suspirabant: & tamen nullus socium vel amicum, ab illo ambitioso cursu reuocabat. Cùm autem sic superbè incedendo venissemus propè *Ierusalem*, egressi *Sarraceni* de ciuitate obuiam prioribus de nostris, homines & equos grauiter plagauerunt; & 10 de ipsis ea die ceciderunt tres vel quatuor, & multi plagiati sunt. Obsederant autem ciuitatem à Septemtrione *Dux* & Comes *Flandrensis*, & Comes *Normannus*: obsederunt verò eam, ab Ecclesia Sancti Stephani, quæ est quasi ad medium ciuitatis, à Septemtrione usque ad angularem turrim, quæ proxima est turri David. Comes autem & exercitus eius, sedit ab Occidente, & obsedit eam ab obsidione Ducis, usque ad descensum montis Syon: sed quia non poterant homines eius planè accedere ad oppugnandum murum ciuitatis: quia vallis quædam erat in medio: volebat mutare castella sua & locum. Quadam autem die cum circuisset Comes ciuitatem, & venisset in montem Syon, & vidisset Ecclesiā, & audisset mira, quæ Deus ibi operatus est, dixit ad Principes, & ad eos qui ibi aderāt: *Si dimittamus hac sacra qua 20 nobis Deus hic præsentauit; & deinceps Sarraceni occupent ea, quid erit de nobis? Quid si propter odium nostrum contaminent ea, atque confringant? Quis scit, an in tentationem Deus nobis dederit hac, ut comprobaret, quantum diligemus eum?* Certo hoc unum scio, quia nisi diligenter conseruemus hac sacra, non tradet nobis Deus illa qua sunt infra ciuitatem. Itaque Comes Raimundus, præter suorū Principum voluntatem, tentoria sua illuc transferri iussit: vnde tantam inuidiam suorum passus est, vt neque hospitari, neque excubias per noctem agere vellent; sed manebat ynisquisq; in loco suo, in quo prius hospitatus fuerat, nisi pauci qui cum Comite illuc transmigraverunt. Sed conducebatur quotidie Comes milites & pedites, cum magna mercede, qui castra sua seruarent. Sunt autem in Ecclesia illa hęc sacra: Sepulchrum regis David, & Salomonis, & Sancti prothomartyris Stephani: migravit ibi beatissima Virgo Maria de seculo: cœnauit ibi Dominus; & resurgens à mortuis, discipulis ibi apparuit, & Thomæ: ibidem Apostoli inflammati sunt aduētu Spiritus Sancti. Itaq; posita obsidione, vna dierum cum venissent Principes ad reclusum qui est in mōte Oliueti, dixit eis: *Sic ras ciuitatem oppugnaueritis usque ad nonam gradet vobis eam Dominus.* Cui cùm respōdissent: *Non habemus armamenta quibus oppugnari murus possit.* Ad hęc ille respondit: *Deus Omnipotens est, qui in scala iuncta, murum oppugnabit, si voluerit. Presto est Dominus laborantibus pro veritate.* Itaque comparatis armamentis quæ per noctem illam potuerunt comparari, ita fortior à manè usque ad tertiam ciuitas oppugnata est, vt compellerentur Sarraceni deserere interiorem murum fracto à nostris antemura- 40 li, & quibusdā de nostris ascendentibus usq; ad altitudinem muri interioris. Cumq; iam ciuitas caperetur, subrepente desidia & timore, oppugnatio intermissa est: & multos de nostris tūc perdidimus. Altera verò die, nulla oppugnatio incepta fuit. Post hęc profecti sunt omnes per regionem illam, ad congreganda victualia: & nō erat verbum de necessariis comparandis ad capiēdam ciuitatem; sed quisq; ventri & gulæ seruiebat: & quod multò deterius erat, non inuocabant Dominum, vt liberaret eos de tantis actam multiplicibus malis, in quibus usq; ad mortem grauabatur. Etenim ad aduentum nostrum Sarraceni, clauserant ora portorū, & cisternas dissipauerant, & obstruxerant venas fontium. Iam ipse Dominus posuerat flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, à malitia eorum qui terras illas incolebant. Propterea 50 cum magno labore ibi aqua conquirebatur. Et quidam fons in descensu montis Syon, qui *natatoria Siloe* appellatur; magnus quidē fons, sed non profluebat nisi terciadie. Dicebāt autē incolæ de illo fonte, quod in sexta feria tantū erat solitus profluere; per reliquos verò dies, erat quasi palus. Quid autem id fuerit, præter Dei voluntatem ignoramus. Cùm verò, vt dictum est, nobis in tertia die aqua decurreret; cum tāto impetu & oppressione aqua hauriebatur, vt mutuò se homines in eā præiicerent, & iumenta atq; pecora multa deperirent. Itaq; replete fonte & collisione & cadaueribus animaliū, ad exitum ipsius aquæ, quæ per quandam rupis incisurā egrediebatur, fortiores se usq; ad mortem opprimebant: debiles autē nihilominus illam

illam aquā immundissimam sibi tollebant. Iacebant autem multi infirmi secus fontem, ex ariditate linguæ non valentes emittere vocem; sed tantum ore aperto, manus prætendebant illis quos videbant aquā habere. Per campos verò stabant equi, muli, boues, & plurima pecora non valentia mutare gressum: sed vbi ex ariditate sitis confecta atque ficcata fuerant, vbi diu steterant, corruerant: vnde in castris nostris fœtor grauissimus erat. Sic itaque afflitti, ad fontes longè per duas leugas & per tres, mittebant pariter, vt inde aqua deferretur, et animalia adaquaretur. At vbi Sarraceni cognouerunt nostros inermes discurrere ad fontes, per montana quæ sunt asperrima, insidias eis tendebant; & quantos ex eis volebant trucidabant, & 10 captiuabant; & iumenta eorum & pecora deducebant. Itaque si aliquis detulisset aquam venalem in plateis, quantum volebat inde accipiebat: quippe quinque vel sex nummi, satis non sufficiebant alicui sitienti per diem, si aquam limpidam nesciari vellent. De vino autem nullus, vel rarissimus sermo erat: præterea calor & puluis, & ventus, si non satis per se sitis posset, eam instigabant. Sed quid de his multa dicimus? Pauci etiam Dei memores erant; nec illorum quæ vel ad oppugnandam ciuitatem opus erant, vel quæ misericordiam Dei prouocarent, curam gerebant. Sicq; neque Deus inter verbera agnoscebamus; neque ipse ingratis propitiabatur. Inter hæc venerunt nuntii, quod nouæ naues de nostris applicuerant Ioppen; & mandabant nautæ, vt præsidiū mitteretur illuc, quo & turris Ioppe custodi- 20 retur, & ipsi securi in portu essent. Est autem Ioppe ciuitas destructa, præter castellum; & illud etiam satis dissipatum, præter ynam turrim. Sed est ibi portus; & prope est Ierusalem, itinere diei vnius: ibi est mare proprius Ierusalem. Audientes itaque de nauibus, omnes nostri gauisi sunt: & misit ibi Comes Galdemarum, qui Carpinellus dicitur, cum viginti militibus, & peditibus circiter quinquaginta; & post ipsum, Raimundus Peleth cum quinquaginta militibus, & Willemu de Sabrano cum sociis suis. Cum verò aduenisset Galdemarus ad campestria, quæ sunt citra Ramulas, occurserunt ei quadringenti Arabes, & Turci circiter ducenti. Ille verò secundum paucitatem, dispositis militibus suis, & sagittariis in prima fronte, versus hostes tendebat nihil dubitans, confisus in Dei auxilio. Hostes autem credentes se eum posse 30 absorbere, cum suis hominibus, & incurrebant, & sagittabant, & circumdabant. Ccciderunt ibi de parte Galdemari, tres vel quatuor milites, & Achardus de monte Merulo, nobilissimus iuuenis, & inclitus miles; & alii plagati; sagittarii verò omnes ceciderunt: de parte verò inimicorum, multi ceciderunt. Neq; tamen ob hoc imminentia hostium imminuebantur belia; neque fortitudo nostrorum militum, de Dei misericordia desperabat: sed ex vulneribus, & ab ipsa morte incalescentes, tamquam actiores instabant hostibus, quanto grauiora se ab eis perpresso sentiebant. Sed dum nostri duces, iam magis fatigati ex lassitudine quam ex timore confecti, declinare ab acie vellent, cognito puluere à longè, Raimundus Peleth, præcepis & festinus in pugnam intravit; atq; tantum puluerem commouebat, vt crederent hostes 40 cum eo esse plurimos milites. Sicque per Dei gratiam, & nostri liberati sunt, & hostes fusi atque fugati; & circiter ducenti ex eis interfici, & plurima spolia capta sunt. Etenim ista consuetudo est apud illas gentes, quod si fugiant, & imminere hostes suos sentiant, primùm proiiciunt arma, post hæc vestimenta, deinde subsellia. Itaque in hoc bello contigit, vt nostri pauci milites, donec ad lassitudinem, ex illa multitudine inimicorum occiderent; & reliquorum spolia retinerent. Collectis igitur, & diuisis spoliis, cum venissent nostri milites Ioppen, cum tanta lætitia & securitate nautæ eos suscepserunt, vt nauium etiam suarum obliuiscerentur, & vigilias per mare non agerent; & panem & vinum & pisces, quæ secum detulerant eis communicarent. Sic itaque ex alacritate & securitate nautæ negligentes effe- 50 sti, dum vigilias per noctem non agunt, de improviso per mare ab hostibus per noctem circumdati sunt. Cumque vidissent diluculò quia non possent pugnare contra tantam multitudinem, expositis nauibus suis spolia tantum detulerunt: atque sic pariter victores & victi Hierosolymis reuersi sunt. Sed una de nauibus non est intercepta, quæ prædatum abierat. Hæc autem nauis cum maxima præda regrediens, cum vidisset reliquas nauies inclusas classe inimicorum, remis acta & velo, Laodiciam reuersa est: ibique sociis & amicis nostris, de nobis qui eramus Hierosolymis, sicuti erat, denuntiauit. Sed hæc omnia adhuc iuste contigisse cognouimus, cum & sermonibus, qui à Deo mandabantur nobis, fidem abnegaremus: & desponentes de Dei misericordia, ad campestria Jordani descendebant, & colligebant

abi palmas, & baptizabatur in flumine: & ob hoc maximè vt trāsferrent se loppen, visa Ierusalem, & dimissa obsidione; atque sic quomodo cunq[ue] possent reuertentur. sed de nauibus, prouidit Dominus suis incredulis. **H**abuimus eo tempore conuentus: quia Principes malè inter se conueniebant. Et quæstio habita est de **Tancredo** cò quod Bethlehem occupasset; & super Ecclesiam Dominicæ Natiuitatis, quasi super communem domum vexillum suum posuisset. Quæsitum est vt aliquis de Principib[us], in Regem eligeretur, qui ciuitatem custodiret, ne communis facta, si nobis illam traderet **D E V S**, à nullo custodita communiter destrueretur: quibus ab Episcopis & à clero responsum est: **N**on debere ibi eligi Regem, ubi **D E V S** paf-
jus & coronatus est. **Q**uod si in corde suo diceret: **S**edeo super solium David, & regnum eius obi-
neo, degener de fide & virtute David, fortassis disperderet eum **D E V S**, & loco et genti irasceretur.
Praeterea clamat Propheta, dicens: **C**ùm venerit Sanctus Sanctorum, cessabit vñctio: quod adueni-
se, cunctis gentibus manifestum erat. **S**ed esset aliquis Aduocatus, qui & ciuitatem custodiret; &
custodibus ciuitatis, tributa regionis dñuideres & reddiess. Atque his & aliis de causis multi-
tis, dilata electio; & impedita, donec ad octauum diem post captam Ierusalem. Ne-
que hoc solum, verùm etiam aliud aliquid nobis non proueniebat: sed labor & tri-
bulatio per dies singulos in populo duplicabatur. Tandem propter nomē suum,
misericors & propitius Dominus, simul ne aduersarii nostri legi eius insultarent,
dicentes. **V**bi est **D E V S** eorum? mandauit nobis per Episcopum Podensem dominū
Ademarum, qualiter iram eius placare possemus & impetrare misericordiam. Sed & **20**
nos, de mandato Domini reticentes, faciendum esse illud prædicabamus: ne si
populus hoc mandatū præterisset, culpabilis magis, maximè affligeretur. Etenim
tam benignus erga nos erat Dominus, vt legatos suos ad nos mitteret: sed quia fra-
tres erant, non credebant eis. Loquutus est ergo Episcopus, **P**etro Desiderio di-
cens: **L**oquere ad Principes & ad omnem populum, & dices: **V**os qui venistis de tam longinquis
regionibus, ut **D E V M** & Dominum exercituum hic adores, sanctificamini ab immunditiis ve-
streis & reuertatur unusquisque ab operibus suis prauis. **E**t post hac, nudis pedibus circuite Ierusalē,
invocantes **D E V M**; & ieunate. **S**i sic egeritis, & oppugnaueritis Ierusalem viriliter usque ad no-
nū dies, capietur. **A**lioquin, omnia mala qua passi estis, vobis à Domino multiplicabuntur. Cum-
que hæc dixisset sacerdos ad fratrem ipsius Episcopi Willelmum Vgonem & ad **30**
Ysoardum Comitem dominum suum, & ad quosdam de clero, coadunauerunt
consilium de Principibus, & de omni populo, & dixerunt: **V**iri fratres, vos scitis, que
causa itineris nostri sit, ac tanta defatigationis: & negligenter agimus, adeò ut neque comparemus
ea que necessaria sunt ad oppugnandam ciuitatem; neque curam gerimus quomodo **D E V M** nobis
reconciliemus, quem tam multipliciter omnes in omnibus offendimus; quem à nobis expulimus, &
longè multum per nostra praua opera à nobis effugauimus. **E**t nunc, si vobis iustum videtur, recon-
cilietur unusquisque fratri suo quem offendit. & frater benignè fratri condonet. **E**t post hac humili-
iemur DEO, & circumeamus Ierusalem nudis pedibus; & DEI misericordiam, per Sanctorum
patronia appellemus: ut ille **D E V S** omnipotens, qui pro nobis, de nobis, seruis suis carnē assump-
xit, exinanita forma Domini sui; & qui humiliter super asinā sedens, paſsurus in Cruce mortis suppli- **40**
ciū pro nobis, hanc ciuitatē ingressus est, turbis ei occurrentibus cum magno processionis honore: ille
nos ad honorem & gloriam nominis sui, & ciuitatem nobis aperiat & facere iudicium de inimicis
suis & nostris, omnibus nobis concedat, qui locum passionis sua & sepultura eius indignè obtinentes
contaminant; & qui nos à tanto beneficio humilitatis divina, & redemptionis nostra excludere
contendunt. Placuerunt hæc verba Principibus, & omni populo: & ideo publicè ius-
sum est, vt in sexta feria quæ proxima erat, Clerici præpararent se cum Crucibus &
Sanctorum reliquiis ad processionem; & milites atq[ue] omnes viri fortes seque-
ntur eos cum tubis & vexillis, atque armati nudis pedibus incederent. Quæ omnia
secundūm iussionem DEI & Principum letanter expleuimus. Namq[ue] cùm venisse-
mus in montem Oliveti; & essemus in loco, vnde Dominus post resurrectionem **50**
suam ascendit in cœlū, prædicauimus in populo dicentes: **Q**uoniam secuti sumus Do-
minum usque ad locum Ascensionis eius, & ultraius pergere nequimus, condonet unusquisque
fratri suo qui Iesus est, vt **D E V S** omnipotens nobis fieri possit propitius. **Q**uid multa: Condo-
nauerunt omnes; & largissimis eleemosynis DEI misericordiam appellabant, vt in
fine populum suum **D E V S** non desereret, quem usque ad finem gloriose, & mira-
biliiter adduxerat. Placatur itaque DEI misericordia: quoniam omnia quæ prius
nobis aduersa fuerant, nunc commodè nobis proueniebant. Sed licet multa
prætereamus, hoc vnum præterire non libuit. Cùm circuiremus ciuitatem de fo-
ris cum processionis tumultu, Saraceni & Turci infra ciuitatem girabant, multi-
modè

modè nos deridentes; multas Cruces super muros ponebant in patibulis, afficien-
tes eas cum verberibus & contumeliis. Quibus signis nos è vicino misericordiam
Dei sperantes, ad expugnandam ciuitatem, die noctuque operibus in stabamus.
Præfecerant itaq; Dux & Comes Normannia, & Flandria, Gastonem de Betrdo ope-
rariis qui machinas construebant; & crates & aggeres, ad inuadendum murū com-
ponebant. Hic autem Gasto nobilissimus Princeps, apud omnes honoratus erat,
vtilitatis suæ & probitatis merito: atque ideo opus sibi à Principibus commissum
sagaciter operariis diuidēs, sapienter accelerabat. Principes autē tantum gerebant
curam de comportanda lignorum materia; & Gasto, de construendis necessariis
10 solitudinibus agebat. Similiter Comes Raimundus præfecerat Willmum Richa-
operariis suis in montem Syon; & Episcopum Albariensem Sarracenis, & aliis
qui ligna deferebant. Acceperant namq; homines Comitis, multa castella &
villas Sarracenorū; & Sarracenis, quasi seruis suis, opera indicebant: qui qui quā-
ginta vel sexaginta portabant suo collo trabem maximam, quam non deferrent
quatuor paria boum, ad machinas construendas Iherusalem. Quid multa: omnes
vno animo pariliq; consensu opus agebant, atque laborabant, & construebant,
& adiuuabant: nullus segnis, nullius manus remittebantur. Omnes spontanei o-
perabantur, præter artifices: illis dabatur merces de collectis, quæ factæ in populo
fuerant. Sed Comes de censu suo suis operariis debita soluebat. Et certe manus
20 Domini operabatur, & operantes adiuuabat. Cumq; breui interuallo omnia mo-
limina nostra & machinæ comparatae essent, haberunt nostri Principes consiliū,
& dixerunt: *Omnis homo preparet se ad pugnam in quinta feria. Interim orationibus, & vigiliis
operam demus, atq; eleemosynas. Iumenta vestra cum pueris, artificibus nostris & lignariis prestatæ
ut deferant trabes, & perticas, atque palos, & virgas ad crates faciendas. Duo & duo milites
erat enim unam curuam faciant, vel unam scalam: Et ne dubiteris laborare pro DEO, quia in proxi-
mo labores vestros terminabit.* Hæc autē omnia libenter accepta sunt. Potius hæc man-
datum est, quis de Principibus cum sua gente quam partem vibis expugnaret, &
quæ machinæ quibus locis applicarentur. Videntes autem Sarraceni qui in-
fra ciuitatem erant, multitudinem machinarum quæ construebantur, infirmiora
30 murorum loca, adeò aduersum nos munierunt, ut quibusdam desperabile videre-
tur posse expugnari. Instante autem iussæ oppugnationis die, Dux & Comes Flan-
densis, atque Normannia Comes, cum vidissent quod Sarraceni tanta ac talia muni-
mina argumentorum contra omnes machinas nostras compoſuissent, tota nocte
machinas suas, & crates, & aggeres, transportauerunt contra Vrbis partem, quæ
est ab Ecclesia Sancti Stephani usque ad vallem Iosaphat. Vos verò qui hæc legitis,
non putetis paruum laborem atque industriam ibi fuisse. Etenim ferè milliarium
est ibi, à loco vnde machinæ dissolutæ per membra comportabantur, usque ad eū
locum ubi construebantur. Manè autem facto cùm vidissent Sarraceni omnia in-
strumenta atq; tentoria, nocturno tempore illuc deportata, obstupuerūt. Nec so-
40 lùm Sarracenis, verùm etiā nobis in stupore fiebat. Manifestè etenim potuit quis-
que cognoscere fidelis, quòd manus Domini nobiscū erat. Hæc autē transmigra-
tio ob hoc facta est, quia locus planus erat, & conueniens instrumentis ad murum
adiungendis, quæ non poterant nisi per plana conduci: & etiam ob hoc, quia illa
pars urbis infirmior esse videbatur: quia longè steterat à castris, immunita illa pars
remanserat: Hæc autem pars ciuitatis est à Septemtrione. Nihil minus laborabat
Comes & sui in monte Syon, qui est ciuitati ad Meridiem: sed habebat tunc mul-
tos adiutores, scilicet Willmum Ebriacum, & cum eo omnes nautas Genuenses, qui
naues suas, sicut superiùs narrauimus, apud Ioppen perdiderant: sed extraxerunt
de nauibus suis cordas & malleos ferri; atque clavos, & aspas, atque dolabra & se-
50 cures, quæ per maximè nobis necessariæ fuerunt. Sed quid moramur? Iamq;
dies pugnæ constituta aduenierat, & oppugnatio inceptra est. Sed hoc vnum in pri-
mis dicere volumus, quòd, pro opinione multorum & nostra, usque ad sexaginta
millia hominum belligatorum erant infra ciuitatem: exceptis paruulis & mulie-
ribus, de quibus non erat numerus. Et de nostris ad arma valentes, in quantum nos
existimamus, numerum duodecim millium non transcendebant: sed habebamus
multos debiles, atque pauperes. Eterant in exercitu nostro mille ducenti vel tre-
centi milites, & vt ego arbitror, non amplius. Hæc autem ideo diximus, ut intelli-
gatis, quòd siue grande siue parum sit, quod in nomine Domini incipitur, nihil fru-
stra euenerit: quod subsequens pagina continet. Ut autem nostri turres, ac muros

minare cœperunt, ab omni parte volabant lapides excussi à tormentis, arq; pœtrae
etiis; & sagittæ vt grando innumerabiles. Sed ista patienter serui Dei sustinebant,
habentes fidei propositum, quod vel occumberent, vel quod ad præsens se de ho-
stibus vindicarent. Fiebatque pugna nullo indicio victoriæ: sed cum iam proxima-
rent cum machinis ad muros, non solùm lapides & sagittæ, verum etiam ligna &
stipula proiciebantur, & super hæc ignis; & mallei lignei inuoluti pīce, & cera,
& sulphure, & stappa, & panniculis igne succensis proiciebantur in machinas:
Mallei inquam clauati ab omni parte, vt quaqua partē ferirent, hærerent, & hæ-
do inflammarent. Ligna vero & stipula ideò iaciebant, vt saltim incendia inde ac-
censa, retardarent quos neque gladius, & alata mænia retardarentur, nec profundū
vallo retinere poterat. Acta est itaque pugna ab ortu solis usque ad occasum die
illa, ita mirabiliter, vt nusquam mirabilius aliquid gestum esse credatur. Et adhuc
Deum omnipotentem ducem ac conductorem nostrum appellabamus, confiden-
tes de eius misericordia. Nox autem adueniens, utrumque timorem nostrum con-
duplicauit. Metuebant enim Saraceni ne per noctem ciuitas à nostris caperetur,
vel sequenti die, iam fractis antemuralibus, & completo vallo, citissime murus pet-
uaderetur. At verò nostri hoc solùm metuebāt, ne admotas machinas aliquo mo-
do Saraceni incenderent, & sic confortarentur. Propterea ab utrisque custodia, ab utrisque
labor, ab utrisque insomnes curæ. Hinc, spes certissima; illinc, dubius timor.
Operabantur isti pro Deo, spontanei, opera ad capiendum; operabātur illi pro legi-
bus Bahumeth, inuiti, opera ad resistendum. Quæ verò & qualia molimina ab utrisque
per nocte facta fuerint, mirabile credite. Manè autē facto, tantus ardor nostris in-
cubuit, vt usq; ad muros progredierentur, & machinas illuc dederent. At Sarace-
ni tantas machinas fecerant, vt vnicuique de nostris nouem vel decem apponeren-
tur; atq; sic multum molimina nostra impediabant. Et tamen hæc dies nona erat,
de qua sacerdos dixerat, quod usque ad eam ciuitas caperetur. Sed quid nimiam
moram agimus? Iam machinæ nostræ quassabantur ad tam crebros lapidum ictus;
& viri deficiebant nostri, multimodè defatigati. Sed restabat adhuc Dei miseri-
cordia, nunquam expugnabilis, nusquam superata, in tribulationibus semper o-
portuna. Sed hoc præterire non libuit: quod dum duæ mulieres petrariam vnam,
de nostris fascinare vellent, lapis viriliter excussus, mulieres carminantes cum tri-
bus pueris allisit; atque animabus excussis, incantationes auertit. Cumque iam cir-
ca Meridiem omnes nostri conturbarentur, tam lassitudine quam desperatione:
quippe cum vnicuique de nostris plures aduersarii resisterent; præterea murus fra-
misisimus & altus; & multa copia atque oportunitas, quæ hostibus ad munimen, no-
bis autem aduersa. Inter huiusmodi defectum nostrum, & hostium exultationem,
accessit mediatrix Dei misericordia, quæ luctum nostrum in gaudium conuertit,
quod nulla dies à nobis auferat. Etenim cōsilium quorundam iam agebatur, vt ma-
chinæ nostræ reducerentur, quarum pars combusta, altera conquassata fuerat. Tum
ecce Miles quidam, de monte Oliveti cum clipeo suo ventilare cepit, ad eos qui
erant de parte Comitis, & ad alios ut ingrederentur. Quis autem iste miles fuerit,
cognoscere non potuimus. Hoc signo nostri confortati qui iam languebant, cepe-
runt incurrire muris; alii autem scalas, & funes sursum iniiciebant. Præterea qui-
dam iuvenes ignierat sagittas, & sagittauerunt culcitras, quibus muniebatur pro-
pugnaculum quod Saraceni fecerant, contra turrem ligneam Ducis & duorum
Comitum: erant autem culcitras de gambasio. Ibi itaque ignis accensus effugavit
eos, qui defendebant munitionem. Tum velociter Dux & qui cum eo erant solue-
runt cratem de sursum quam muniebantur anteriora turris conductæ, à summo
usque ad medium: atque sic facto ponte, viriliter & imperterriti intrare in Ierusalem
ceperunt. Inter primos vero ingressus est Tancredus, & Dux Lotharingie, qui quā-
tum sanguinem ea die fuderint, vix est credibile. Post illos autem ascendebant o-
mnès; & Saraceni iam patiebantur. Sed mirum quod modò dicam: Cumque iam
ciuitas penè correpta esset à Francigenis, adhuc tamen resistebant Saraceni his
qui erat de parte Comitis, ac si nunquam capiendi essent. Sed cum iam nostri mœ-
nibus potirentur ciuitatis, & turribus, tunc erat videre mirabilia. Alii namque il-
lorū, quod leuius erat, obtruncabantur capitibus; alii autem sagittati, de turribus
saltare cogebantur; alii vero diutissime torti, & ignibus adusti flammeriebantur.
Videbantur per vicos & plateas ciuitatis aggeres capitum, & manuum atque pe-
dum. Per cadauera vero publicè, hominum & equitum discursus erat. Sed parua &
pauca-

pauca ista quæ diximus. Sed ad templum Salomonis veniamus, vbi suos ritus atque solemnitates cantare solebant. Sed quid ibi factum est? Siverum dicimus, fidem excedimus. Sed tantum hoc dixisse sufficiat, quod in templo & in porticu Salomonis, equitabatur in sanguine usque ad genua, & usque ad frenos equorum. Iusto miroque De iudicio, ut locus idem eorum sanguinem exciperet, quorum blasphemias in Deum tam longo tempore pertulerat. Repleta itaque cadaueribus & sanguine ciuitate, confugerunt aliquanti ad turrem David; & poposcerunt a Comite Raimundo securitatis dextram, & reddiderunt ei arcem. Capta autem urbe operæ pretium erat, videre deuotionem Peregrinorum ad Sepulchrum Domini, quomodo plaudebant, exultantes & cantantes canticum nouum Domino. Et enim mens eorum, Deo victori & triumphanti vota laudum offerebat, quæ explicare non poterant. Noua dies, nouum gaudium & exultatio, noua & perpetua lætitia; laboris & deuotionis consummatio, noua verba, noua cantica, ab vniuersis exigebat. Hæc, inquam, dies celebris in omni seculo venturo, omnes dolores atque labores nostros gaudium & exultationem fecit: dies hæc, inquam, totius Christianitatis confirmatio, & Paganitatis exinanitio, & fidei nostræ renouatio. *Hec dies quam fecit Dominus: exultemus & laetemur in ea:* quia in hac illuxit & benedixit Dominus populo suo. In hac die dominus Ademarus Podiensis Episcopus à multis in ciuitate visus est: Et etiam multi de eo testantur, quod ipse primus murum ascendens, ad ascendendum socios atque populum inuitabat. In hac autem die electi Apostoli ab Hierosolymis, per vniuersum mundum dispersi sunt. In hac eadem die, Apostolorum filii, Deo & patribus urbem & patriam vendicauerunt. Hæc dies celebraatur Idus Iulij, ad laudem & gloriam nominis CHRISTI, qui dedit precibus Ecclesiæ suæ urbem & patriam quam iuravit patribus; & reddidit in fide & benedictione filiis. In hac die officium de Resurrectione cantauimus: quia in hac, ille qui sua virtute à mortuis surrexit, per gratiam suam nos resuscitauit. Et de his haec tenus dictum sit. Peractis igitur sex vel septem diebus, solemniter in octaua die ceperunt agere Principes, ut aliquis eligeretur in Regem: qui omnium curam gerens, & tributa regionis colligeret; & ad quem plebes terræ reueterentur, & qui prouideret ne ulterius desolaretur. Cumque id agerent, congregati sunt de Clero quidam, & Principibus dixerunt: *Laudamus electionem vestram, verum si recte & ordinatè faciatis: si cui sunt aeterna priora temporalibus: sic vicarium spiritualem eligite prius; post hac qui rebus aendis secularibus praest. Alioquin in ualidam esse censemus, electionem vestram.* Principes vero cum hæc audissent irati nimium, electionem tamen nihilominus accelerabant. Sed imminutus erat Clerus, ablato domino Ademaro Podiensi Pontifice, qui in vita sua, alter Moyses, nostrum exercitum, rebus & alloquiis diuinis confouens, continebat. Post illum autem cum Willelmus Aurasicensis, vir bonæ memorie & Episcopus, pro viribus nobis prodesse vellet, breui tempore apud Marram in pace conuieuit. Sic itaque bonis ablatis, humiliiter se Clerus agebat, præter Episcopū Albaniensem & alios quosdam. Episcopus namque Martranensis aliter quam recto itinere gradiens, cum Bethlehemiticam Ecclesiam fraudulenter obtinuisse, tertio vel quarto die à Saracenis captus, nusquam inter nos comparuit. Spreta itaque admonitione, & contradictione Clericorum, hortabantur Principes Comitem Sancti Egidij, ut acciperet regnum. At ille nomen Regium se perhorrescere fatebatur in illa ciuitate: Sed præbere se illis consensum, si id alias acciperet. Ob hoc elegerunt pariter Ducem, & obtulerunt eum ad Sepulchrum Domini. Post hæc auatem requirebat Dux arcem David à Comite: At ille hoc excusabat, dicens, se vel le uoram agere in regione illa donec in Pascha; & interim se & suos honestè haberi velle. At Dux potius se aiebat cætera dimissurum, quam Turrem. Indemnificabantur lites. Flandrensis & Normannia Comites fauebant Duci, & omnes etiam penè de terra Comitis, credentes redditia Turre, se consequenter cum eo esse reuersuros. Non solùm autem Prouinciales in hoc domino suo Comiti aduer- sibantur, verum etiam multa de eo turpia composuerunt, ne eligeretur in Regem. Destitutus itaque Comes sociorum & amicorum consilio, pro iudicio subeundo, tradidit Turrem in manu Albaniensis Episcopi. Ille vero non exspectato iudicio, tradidit Turrem Duci. Cumque appellaretur Episcopus de hoc facto, proditor: dicebat seco coactu fuisse, atq; passum violentiam. Sed hoc ego in veritate comperi, plura inarma esse illata in Patriarchalem domum, vbi Episcopus manebat propè Ecclesiam Dominici Sepulchri. Sed de violentia sibi illata ille dicebat; & frequē-

ter clam huiuscerei Comitis familiares insimulabat. Reddita itaque turre, in magnum odium contra suos Comes exarsit, dicens se inhonoratum, non posse manere in illa patria. Itaque profecti ab Hierosolymis Iericho, & acceptis palmis venimus ad lordanem; & sicut præceperat Petrus Bartholomeus, facta rate de viminiibus, & imposito desuper Comite transueximus eum: quippe cum non haberemus nauem, sic nobis melius visum fuit. Post hæc conuocata multitudine exegimus, quatinus rogarent D E V M pro vita Comitis, & aliorum Principum: de hinc induitum camisia, & bracis nouis, sicut nobis præceptum fuerat peregrimus: sed quare taliter homo Dei præceperit, adhuc ignoramus.

10

Hisq; peractis, reuersi sumus Iherosolimā. Eodē tēpore *Arnulfus* Capellanus Normannia Comitis, à quibusdā in Patriarchā eligitur, contradicentibus bonis: Tū quia non erat subdiaconus; maximè etiam quia erat de genere sacerdotali, & in itinere nostro de incontinentia accusabatur: adeò vt vulgares cantus de eo in honeste compoſuissent. Sed ille nec canonū decreta reueritus, tanta ambitione tentus, nec genus, nec conscientiæ infamiam, contra bonos populum concitauit; atq; se cum hymnis & cantibus in sede Patriarchali, magno populorum plausu eleuare fecit: Sed de Episcopo *Matranensi*, qui huiuscerei inceptor & administrator fuerat, vindicta Diuinitus sumpta non modo Arnulfum non terruit; sed insuper 20 clericos qui habebat altaria in Ecclesia Dominici Sepulchri, vel quibus erant pro custodia mercedes constitutæ, priuare beneficiis non desinebat. Naestus itaque *Arnulfus* hanc potestate, cepit requirere ab incolis ciuitatis, vbi *Crux* erat quam Peregrini antè captam Iherosolimam adorare consueuerant: Quibus negantibus, & iuramento & aliis signis se necire probare volentibus, tandem coacti sunt; & hæc dixerunt; *Manifestum est quod DEVS vos elegit, & ex omnibus tribulationibus vos eripuit, & hanc ciuitatem & alias multas vobis tribuit: non in virtutis vestra robore, sed in furore suo execans impios; & ciuitates munitissimas vobis aperuit, & bella formidolosa vobis, ductor & Dominus uester, pro vobis ipse peregit.* Quia itaque pertinacia cum Dominum vobis cum videamus, eius beneficia vobis celabimus? Polthæc deduxerunt eos ad quoddam atrium Ecclesiæ; & ibi effodientes reddiderunt. Gauisi sunt itaque omnes nostri, & D E O Omnipotenti laudes & gratias referebant, qui non solum urbem in qua passus est; sed etiam insignia passionis suæ atque victoriæ nobis reddidit: vt tanto eum manibus fidei arctius amplectemur, quanto certiora nostræ salutis contueremur. Dumque, sicut superius diximus, de *Duce Lotharingie* ordinatum esset, quod ciuitatem retinere deberet; & Comes dolore & iniuria exercebatur, eò quod *archem David*, scilicet totius regni Iudaici caput, leuiter perdiderat, & ob hoc regredi cum maxima parte nostræ gentis disposeret: Nunciatum est nobis quod *Rex Babyloniorum Ascalona* venisset, cum innumerabili Paganorum multitudine: &, vt nobis relatū eit, quod Iherosolimam expugnare venerat, & occidere Francos omnes à viginti 40 annis & supra; & captiuare reliquos cum mulieribus, datus viros mulieribus de sua gente, & iuuenibus mulieres; vt Babyloniorum domini deinceps bellicosas familias haberent, degener Francorum. Sed, non his adhuc contentus, similiter Antiochiæ & Boamundo facturum se aiebat: Damasci etiam, & reliquarum ciuitatum diadema capiti suo impositurū se dicebat: nihil Turcos, nihil Francos, Turcorum victores, esse dicebat, considerata multitudine peditum suorum & militū. Sed nec etiam his contentus, in D E V M blasphemias intorquebat, dicens: quod locū Dominicæ Natiuitatis, & præsepe vbi Dominus reclinatus est; & locū passionis & Golgota, vbi dicitur quod sanguis Domini pendentis in Cruce defluxerit; & locū Dominicæ sepulturæ, & alia omnia loca Sancta quæ in ciuitate, vel iuxta à 50 populo venerantur Christiano, ita deleret, vt etiam à stirpe, à terra abstraheret & cominueret: & posthæc puluerem in mari proiiceret, vt non esset aliquod *Dominicum* memorabile, quod Francorum gens in regionibus illis vltieriū requirent. Cùm autem hæc & alia multa, & de multitudine gentis quæ cum ipso tyranno erat, nobis nunciarentur; & quod omnes isti congregati erant *Ascalona*, quæ proxima erat Iherusalem per diē & dimidium: congregati sunt nostri Principes & Clerus, & nudis pedibus incedentes antè *Sepulchrum Domini* cum multis orationibus & lacrimis, misericordiam à Domino deprecabantur, vt populum suum modo liberaret, quem hac tenus victorem de omnibus fecerat; & qui locum sanctificationis suscun-

suz mundauerat, vtterius contaminari propter nomen suum non pateretur. Post
 hæc similiter nudis pedibus incidentes in Psalmis & hymnis, & Sanctorum præsi-
 diis misericordiam Dei appellantes, ad Templum Domini venimus: Ibiq; animo
 & corpore antè effusi, vt benedictionis suæ ibidem effusæ recordaretur: *Si peccauerit in te populus tuus & conuersus egerit pænitentiā, veniensq; orauerit in loco isto, tu exaudiens de cælo, Domine: & libera eum de manibus inimicorum suorum.* Posthæc percepta benedictione
 ab Episcopis, statuerunt Principes de belli administratione, & de custodia ciuitatis. Profectus est itaque Dux & milites eius vt certissimum comprobarent si de
 mirauis ita res se haberet vt fama ferebatur: qui cum ad campæstria Ramularum per-
 uenisset, causam negotii per Episcopū Matronensem Hierosolymis remisit ad Co-
 mites. Illi autem certificati de bello, communè pugnâdi causam apud omnes for-
 tes qui in ciui tate remanserant, detulerunt: Itaq; supplicantes Deo & acceptis ar-
 mis & Dominicâ lanceam, protecti sumus ab Iherosolimis, & venimus ad campe-
 stria die illa. Altera autē die coniuncto exercitu, per turmas dispositis præsidiis ab
 omni parte, procedebamus. In vespere verò cum venissemus propè fluum qui est
 in itinere euntibus ab Iherusalem Ascalonam, pascebant ibi Arabes greges ou-
 um, & armenta boum innumerabilia, & sine numero camelos. Cum vidissent
 autem nostri hanc multitudinem & hominum & animalium, existimantes bel-
 lum esse, arreptis armis ad prospiciendum milites usque ducentos: cæteri verò ar-
 mati, vt diximus, in nouem turmis incedebant. Erant autē tres à tergo, tres à fron-
 te, tres in medio, sic ordinatæ, vt vbi cumque bellum se emerget in tribus ordinib-
 us illis occurreretur, turma media manente cunctis ad præsidium. Videntes autem
 pastores Arabum nostros præmissos milites, animalia deseruerunt: Et tam si æquo
 modo ad illos vt ad nos repiceret Deus, pugnam cū omnibus nobis inire debuimus.
 Erant in armis, de pastoribus circiter tria millia; in exercitu vero nostro supra
 mille ducentos dubitanter adscribimus: sed & peditum multitudinē ultra nouem
 millia producere nō audemus. Effugatis itaq; pastoribus, cepimus prædati, quantā
 ante diem illam non vidimus; & aliqui de pastoribus interficiuntur, & pauci capti.
 Posthæc autē mansimus in eodē loco, quia vespера erat. Et tūc coegimus captiuos
 ad confitendum hostium voluntatē; & habitudinē, & numerum. Confessi sunt itaq;
 quod voluntas eorū erat obsidere Iherusalem, & expugnare omnes Francos, & in-
 terficere & captiuare: & addūt quod Admirans ibi propè quinq; leugis erat in castris,
 postridiè profecturus aduersum nos. De numero autē vix aliquis certus erat, quia
 quotidie multiplicabantur. De se vero & de sociis qui essent, interrogati, dixerunt
 quod pastores essent animaliū, quæ diuidenda erant in stipendiis per exercitū Ba-
 byloniorū. Certi itaq; nostri de bello & alacres, sociis suis noxiam causas atq; cōtro-
 versiæ remittebant. Posthæc confessi de peccatis, & de negligētiis suis, adeò erexit
 sunt animis, vt vix credibiles eis fieret hostes ad pugnā esse paratos. Innascebatur
 enim tanta securitas in cordibus singulorū, vt crederet suos hostes cœrui timido-
 res, & ouibus innocentiores. Sed hæc securitas ideò nobis erat, quia credebamus
 Dominū nobiscū esse, sicut & in reliquis negotiis; & propter blasphemias sibi illa-
 tas, agere propter seipsum, si etiā causa nostra inualida fuisset: Vnde in nostra parte
 defensorē, & in sua adiutores illi esse voluimus. Deinde cōclamatū est per exercitū
 vt mane ad pugnā omnes parati essent; & quisq; Principibus de sua gēte coniūgeret-
 tur, & nemo prædā tangeret: & excōmunicati sunt quicumq; eā tangerēt nisi prius
 bello cōfecto. Mansimus ea nocte satis pauperrimē: etenim téoria nō habebamus,
 panē pauci, vinū nullus, annonā atq; salem paucissimi: sed copia carnis erat quasi a-
 rena: sed vescebamus carnisbus; & pro pane, ouiū caro erat. Et iā aurora sequēti die
 oriebatur; & per vigil turbæ, tubis & cornubus in pugnā animabatur. Itaq; summo
 diluculo profecti, dispositis, vt iā diximus, ab omni parte præsidiis, exercitū Dei in
 castra Mahumet dirigebamus. At vero hostes infra castra sua demorabantur, nun-
 quā existimantes quod infra mœnia ad aduentū eorū vix cōtineremur. Etenim cū
 audissent de nece & fuga pastorū, dicebant: *propter prædā venerūt Franci, & cū eareuer-
 tuntur.* Quippe edocebatur quotidie ab his qui fugerat ab Iherosolimis, & de pau-
 citate nostra, ac debilitate vulgi & equorū. Præterea numero atq; viribus suis cōfisi,
 in solis sputis nos & castra nostra submergere se posse credebāt. *Cætellatores* etiā eo-
 rū & augures, vt fertur, dixerant vt non mouerent castella sua usq; ad septimā feriā;
 neq; pugnarēt aduersū nos: quod si maturius aliquid de his agere vellēt, in aduersū
 couerteretur. Nos autem vt diximus, ordinati, in nouem turmis progrediebamur.



Multiplicauit De^s exercitū suū , adeò vt inferiores numero hostibus nō videturāmur. Etenim coniunxerant se nobis animalia quę dimiseramus, & factis gregibus, nemine cōpellente, nos comitebātur, adeò vt starent cū stantibus, cū currentibus * currerent; cum præcedentibus præcederent. * Hæc autē præciosarū inæstimabilis multitudo erat. Armorū autem atq; papilionū summā , quis dinumerare sufficiat? Videntes igitur hostes nostri, & suorū cæsam multitudinē, & nostros in castiis suis & vno victoria & spoliis securè & alacriter agere, reuersi ad se dixerunt: *Solum prædiū fugā est: & quid moramur? Si hodie defatigati ex itinere, fame & siti penè semimortui, omnē nostrā multitudinē uno impetu prostrauerūt, quid repausati & refecti, & victores, cōtra seminecces & imminutos atq; pauidos facient?* Itaq; hoites, conturbatis animis reuersi sunt Ascalon., 10 quę miliariū à castiis nostris aberat: sed nō omnes. Tunc placuit Comiti Raimundo, vt mitteret Boamundū quendā Turcū genere, ad Admirauis, obtentu ineundæ amicitię: accusando tū quod noluerit liberā reddere Iherusalem, & qui aduersum nos arma detulerat: simul vt præsentiret, fugā an bellum in animo pararet, & quo modo vietum se haberet.

INTEREA nuntius venit Tancredo, & Comiti Eustachio, vt præpararent se, & pergerent ad recipiendam urbem Neapolim. At illi exierunt, & duxerunt secum multos milites, & pedones, & peruenerunt ad urbem. Habitatores verò illius, rediderunt se illico. Posthæc mandauit illis Dux Godefridus, qui & Rex Ierusalem, vt 20 citò venirent ad bellū , quod Ammiratus Babylonie præparauerat eis Aschalone. Illi autem festinando intrauerunt montanā, quęrentes Sarracenorum bellū , & venerunt Cæsaream. Venientes quoq; iuxta mare ad vrbē Ramore, illuc inuenerunt multos Arabes, qui præcursores erant belli. Quos nostri persequentes apprehenderunt plures ex eis, qui dixerūt omnia belli noua: vbi essent, & quot, aut vbi bellare dispercerent cōtra Christianos. Quod audiens Tancredus, statim misit nuncū Ierusalē duci Godefrido, & Patriarchę, omnibusq; Principibus, dicēs: *Sciatis, quod nobis parati est bellū Ascalonie ab Ammirato. Igitur venite festinanter cū omni virtute, quā habere poteritis.* Tunc iussit Dux commoneri omnes, vt fideliter irent præparati Aschalonam, ob viam inimicis nostris. Ipse verò cum Patriarcha, & Roberto Flandrensi Comite, 30 exiuit de urbe in feria tertia, & Marturanensis Episcopus cum eis. Tum verò Sancti Egidii Comes, ac Robertus Normannus, dixerunt se non exituros, nisi certum bellum scirent. Iusserunt ergo militibus suis, vt pergerent videre si bellum verè esset, & reueterentur quantocv̄s, quia ipsi mox essent parati venire. Iuerunt illi, videruntque bellum paratum, & citò renuntiauerunt se vidisse oculis suis. Continuò Dux apprehenso Marturanensi Episcopo mandauit in Ierusalem, quo milites qui ibi erant præpararent se, & venirent ad bellum. Episcopus verò Marturanensis rediit, reportans verba missa Patriarchę, & Duci: exieruntque Sarraceni obuiam ei, & apprehensum secum duxerunt. Petrus verò Eremita remansit in Ierusalem, ordinando & præcipiendo Græcis & Latinis, ac clericis, vt fideliter Deo processio- 40 nem celebarent, & eleemosynas orationesq; facerent, vt De^s populo suo victoriā daret. Clerici & Presbyteri induiti sacris vestibus ad Templū Domini conduxerunt processionem; ac Missas & orationes celebrabant, vt De^s suum defenseret populum. Denique Patriarcha & Episcopi, aliiq; Seniores, congregati sunt ad fluuium quod est ex hac parte Ascalonie. Illicq; multa animalia, boum, camelotum, ovium, atque omnium bonorum deprædati sunt. Venerunt autem Arabes ferè trecenti, irrueruntque nostri super illos; & apprehenderunt duos ex eis, persequentes alios usque ad eorum exercitum. Sero autem facto, Patriarcha fecit præconari per omnem exercitum, vt in summo manso omnes in crastino essent parati ad bellum, *excommunicans ne ullus homo intenderet ad vila spolia, donec 50 bellum esset factum:* sed eo facto, reueterentur cum felici gaudio, ad capiendum quicquid eis prædestinatum esset à Domino. Summo verò diluculo intrauerunt in vallem nimis pulchram, secus litus maris, in qua ordinauerunt suas acies. Dux instruxit suam, Comes Normannus suam, Comes Sancti Egidij suam, Comes Flandrensis suam, Comes Eustachius suam, Tancredus & Gaston suam. Ordinauerunt quoque pedites & sagittarios qui præcederent milites; & sic ordinauerunt omnia: Statimque præliari ceperunt in nomine Domini nostri I E S U C H R I S T I . In sinistra parte fuit Dux Godefridus cum sua acie, Comes Sancti Egidii iuxtamare, in dextra parte: Comes Normannus, Comes quoque Flandrensis, & Tancre-

Tancredus, omnesque alii equitabant in medio. Tunc nostri ceperunt paulatim ambulare; Pagani verò stabant parati ad bellum. Vnusquisque suum habebat vasculum pendens collo, ex quibus potarent persequentes nos: sed illis non licuit, gratia Dei. Comes autem *Normannus*, cernens Ammirati Stantarum habentem quoddam pomum aureum in summitate hastæ, quæ erat cooperta argento, irruit vehementer super illum, eumque vulnerauit usque ad mortem. Ex alia parte Comes *Flandrensis*, nimis acriter eos inuasit. *Tancredus* igitur impetum fecit per mediū tentorium eorum. Quod videntes Pagani, continuò arripuerunt fugam. Pagano-
rum autem multitudo erat innumerabilis, numerumque eorumque nemo scit, nisi solus Deus. Bella verò erant immensa, sed virtus Diuina comitabatur nobis-
cum, tam magna, tam fortis, quod statim superauimus illos. Stabant verò inimici
Dei excæcati, & stupefacti: ac videntes *CHRISTI* milites, apertis oculis nihil vi-
debant; & contra Christianos erigere se non audiebant, virtute Dei tremefacti.
Pro nimio namque timore ascendebant in arbores, in quibus putabant se effuge-
re, vel abscondere. At nostri sagittando, & cum lanceis & ensibus occidendo, eos
ad terram præcipitabant. Alii iactabant se in terram, non audentes se erigere con-
tra nos. Nostri igitur illos detruncabant, sicut aliquis detruncat animalia ad ma-
cellum. Comes verò *Sancti Egidij*, iuxta mare occidit ex eis sine numero. Alii verò
se præcipitabant in mare, alii fugiebant huc illucque. Veniens itaque Ammiratus
20 Babyloniam antè Ascalon ciuitatem, dolens & mœrens lachrymando dixit: *O DEO-
RVM spiritus, quis unquam vidit vel audiuit talia? Tanta potestas, tanta virtus, tanta militia,
que nunquam ab illa gente fuit superata, modo à tantilla gente Christianorum est deuicta. Heus
mihi, tristis ac dolens: quid amplius dicam? Superatus sum à gente mendica, inermi & pauperi-
m, que non habet nisi saccum & peram. Ipsa modo persequitur & occidit gentem Agyptiacam,
que illi plerumque suas largita est elemosynas, dum olim per omnem nostram patriam mendicar-
et. Huc conduxi ad communionem ducenta millia militum, & video illos Laxis frenis fugientes
per viam Babyloniam, & non audent reuerti aduersus gentem Francigenam. Iuro per Macu-
mesh & per omnia DEORVM numina, quod ultra non retinebo milites conuentione aliqua, quia
expulsus sum à gente aliena & aduena. Conduxi omnia armarum genera, & omnia machinamen-
ta, ut eos obfiderem in Ierusalem, & ipsi prænenerunt me ad bellum itinere duorum dierum. Heus
mihi: quid amplius dicam? In honoratus ero semper in terra Babylonica. Nostri autem acce-
perunt itantarū, quod comparauit Comes de Normannia, viginti marchas argenti,
& dedit illud Patriarchæ in Dei honorem, Sanctique Sepulchri. Ensem verò emit
quidam sexaginta Bisanteis. Superati sunt igitur inimici nostri à nobis, Deo an-
tente. Omnes naues Paganorum ibiaderant: Homines verò qui intus erant, vi-
dentes Ammiratum fugientem cum suo exercitu, statim suspenderunt vela, & im-
pulerunt se in alta maria. Reuersi sunt itaq; nostri ad eorum tentoria, acceperunt-
que innumera spolia, aurum argentumque multum, omniumque animalium ge-
nera, & omnium armorum instrumenta; quæ voluerunt aportauerunt, reliqua i-
40 gni consumplerunt. Reuersi sunt ergo nostri, cum gaudio magno Ierusalem, defe-
rentes secum omnia bona, quæ illis erant necessaria. Hoc bellum actum est, *Pridi-*
Id. Augusti, largiente Domino nostro Iesu Christo fidelibus suis victoriam,
qui cum patre & spiritu Sancto viuit & regnat, *DEVS per infinita
secula seculorum. Amen.**




INCIPIT HISTORIA HIERO- SOLIMITANÆ EXPEDITIONIS EDITA AB ALBERTO

CANONICO AC CVSTODE A QVENSIS ECCLESIA,
super passagio Godefridi de Bullione, & alio-
rum Principum.

L I B E R P R I M V S.

Argumenta Capitum.

- CAP. I. Proemium sequentis operis.
 II. Quomodo Petrus eremita primus au-
 tor extiterit expeditionis in Ierusalem.
 III. Quomodo Patriacham adierit.
 IV. Quid Patriarcha Petro responderit, &
 quomodo auxilia Christianorum inuitarit.
 V. Quomodo maiestas Domini IESV in so-
 nnis Petro apparuerit, eumq; allocuta sit.
 VI. Quomodo Petrus Romanum venerit: le-
 gatione Apostolico retulerit: & de terramotu.
 VII. De quodam V altero eunte Hiero-
 lyam, quidegerit, vel quid pertulerit.
 VIII. Quomodo Petrus cum copioso exer-
 citu tendens Ierusalem, vindictam sociorum in
 Vngaria fecerit.
 IX. Quomodo Maroam fluum cum dif-
 ficultate transserit.
 X. Quomodo Duci Bulgarorum obsides dan-
 tur: quibus receptis, grauis contentio cum Bul-
 garis oritur.
 XI. Quomodo Dux exercitum insecutus
 plurima diripuerit.
 XII. Quomodo Petro cum exercitu canfa-
 pacis obuiam Duci regresso, plurima iuuentus
 prostrata sit.
 XIII. Qualiter exercitus ex magna par-
 te dispersus sit, & iterum ad triginta milia ad-
 unatus.
 XIV. Quomodo Imperator Petro legatos
 direxerit, ut veniret Constantinopolin.
 XV. Quomodo Petrus secundam Impera-
 toris legationem acceperit, ut Constantinopolin
 maturaret iter.
 XVI. Quomodo Petrus & exercitus ab Im-
 peratore benignè suscepimus, & deinde mare
 transierit.
 XVII. Quomodo in terra urbis Nicæa iu-
 ventus pradam fecerit, & castellum quoddam
 Solymani ciperit.
 XVIII. Quomodo Solymanus Dux, con-
 congregatis Turcis, predictum castrum expugnauerit,
 quosdam captiuos duxerit, reliquos occiderit.
 XIX. Quomodo exercitus per dies octo Pe-
 trum expectauerit, & quomodo quosdam Turci
 de exercitu decollauerint.
 XX. Quomodo Christianis, ad ultionem so-
 ciorum armatis, Solymanus cum multa manu
 occurrerit pugnaturus.
 XXI. Quomodo Turci cum Christianis gra-
 uiter confixerint.
 XXII. Quomodo Turci infinitam multitu-
 dinem Christianorum peremerunt.
 XXIII. Quomodo tria millia Christiano-
 rum qui euaserant, à Turcis obfessi, Imperatoris
 auxilio liberabantur.
 XXIV. Quomodo quidam Godescalcus ma-
 gnam manu in eandem expeditionem contraxerit.
 XXV. Qualiter omnis exercitus Godescal-
 ci insolenter agens in Vngaria peremtus sit.
 XXVI. Quomodo ex diuersis regnis copiosa
 gens in eandem expeditionem adunata sit.
 XXVII. De strage Iudeoruzzo Colonia.
 XXVIII. De simili strage facta Moguntia.
 XXIX. Quomodo exercitus negato transitu
 cum Vngaris confixerit.
 XXX. Qualiter subito disturbato exercitu
 innumerabilis multitudo perierit.
 XXXI. De superstitione anseris & capella.



NCIPIT liber primus expeditionis Hierosolimitanae urbis, vbi clarissimi
 Ducis Godefredi inclita gesta narratur: cuius labore & studio Ci-
 uitas Sancta ab infidelibus liberata, sanctæ Ecclesiæ filii est restituta.
 Diu multumq; his vsq; diebus, ob inaudita & plurimū admirāda,
 s̄pius accensus sum desiderio eiusdem expeditionis, & faciendæ o-
 rationis illic, dum feruerem. Sed cùm minimè ob diuersa impedi-
 menta

dimeta intentioni meæ effectus daretur, temerario ausu decreui saltē ex his aliqua memoriarum cōmendare, quæ auditu & reuelatione nota fierētab his, qui præsentes affuissent: vt vel sic nō in ocio, sed quasi in via, si nō corpore, at tota mente & animo cōsocius essem, elaborarē. Quapropter de labore & miseriis, de firmata fide, de robustorū Principū cæterorumq; hominū conspiratione bona in amore CHRISTI; quomodo scilicet reliquerint patriā, cognatos, vxores, filios, filiasq; vrbes, castella, agros, regna & omnē huius mudi dulcedinē, certa pro incertis; & in nomine IESU exilia quæsierint: quomodo in manu fortī & exercitu robusto iter Hierosolymā fecerint, & mille millies Turcorum Sarracenorumq; legiones audaci assaultu triūphantēs occiderint; quomodo introitū & accessū Sacri Sepulcri Domini nostri IESU CHRISTI patefecerint; census & tributa Peregrinorū, huc intrare cūpientium, ex toto reuiserint, pro viribus nostris exiguis, puerili & incauto stylo scribere præsū.

Sacerdos quidā, Petrus nomine, quondam eremita, ortus de ciuitate Amiens, quæ est in occidente, de regno Francorū, omni instinctu, quo potuit, huius viæ cōitantiam primū adhortatus est, in Beru regione præfati regni factus prædicator, in omni admonitione & sermone. Huius admonitione assidua & vocatione, Episcopi, Abbatēs, Clerici & Monachi; deinde Laici nobilissimi, diuersorum regnorū Principes; totūq; vulgus, tā casti quām incesti, ad alteri, homicidē, fuit, periuri, prædonēs, universū scilicet genus Christianę professionis; quin & sexus fœmineus, pœnitentiā ducti, ad hanc lāta iter concurrūt viam. Qua occasione & intentione hanc viā idē elemita prædicauerit, & eius primus ductor extiterit, præsens pagina declarabit.

Hic sacerdos aliquot annis ante huius viæ initū causā orationi Hierosolymā profectus est, vbi in oratorio Dominici Sepulcri, prūh dolor, visa quædā illicita & nefanda tristi animo accepit, & infemit spiritu; ipsumq; Dominū iudicem super istis iniuriis appellat. Tandem super nefariis operibus motus, Patriarcham sanctę Hierosolymitanę Ecclesię expetit: & cur pateretur gentiles & impios Sancta inquinare, & ab his fidelium oblationes asportare; iten Ecclesia uti pro prostibulis, Christianos colaphizari, peregrinos sanctos iniusta mercede spoliari, & multis oppressionibus angustiari, requirit. Patriarcha verò, & venerabilis sacerdos Sepulcri Dominici,

his audiatis, pia & fidelia profert responsū: *O fideliſſime Christianorum, quid ſuper hiſ compellat & inquietas paternitatem noſtram, cum noſtra vires vel potentia non magis quām formica exigua aduersus tantorum superbiam computentur? Vita enim noſtra aut affidis redimitur tributis; aut mortiferis deputatur suppliciis. Et maiorasperamus de die in diem affore pericula, niſi Christianorū affuerint auxilia, quā tua legatione inuitamus.* Cui Petrus in nunc modum respōdit: *Venerande pater, ſatis comperimus, & nunc intelligimus ac videmus, quām inualida manus Christianorū ſit tecum hic inhabitantū: & quantis ſubiacatis oppreſſionibus gentiliū. Qua de cauſa ob Domini gratiā, & veſtram liberationē, & Sanctorū emundationē, Domino comite, vita ſoſtire rediens, in primis dominū Apoſtolicū requiram, deinde omnes primates Christianorum Reges, Duceſ, Comites, & Principatū regni tenēctos, feruitatē vifra miseriā, & anguſtiarū tolerantiā cunctis infinias. Iam omnia inter ſehac nuncia equevidentur ut ſiant.*

Interim tenebris cœlo circu: in quaq; incuinbentibus, Petrus orandi cauta ad Sanctum Sepulcrū redit: vbi sub vigiliis & orationibus fatigatus, ſomno decipitur. Cui in viſu maiestas Domini IESU oblati est, hominē mortale & fragilē ſic ligata alloqui: *Petre, dilectissime fili Christianorū, ſurgens viſitabis Patriarchā noſtrū, & ab eo ſumescū ſigillo ſancta Crucis litteras legationis noſtræ: & in terra cognitionis tua iter quantoſ accelerabis, columnas & iniurias populo noſtro & loco ſancto illatas reſerabis; & ſuſcitabis corda fidelium ad purganda loca Sancta Ierusalem, & ad reſtauranda officia Sanctorū. Per pericula enim & tentationes varias, paradiſi porta nūc aperiētur vocatis & electis.* Ad hanc itaq; mirā, & dignā Domino reuelationē, subtrahita vitione, Petrus ſomno exercefactus est. Qui in primo diei crepusculo processit à lime Tépli; Patriarchā petuit, viſionē Domini ſibi ex ordine aperuit, litteras legationis diuinę cū ſigno ſancta Crucis requirit. Quas ille dare nō recuſauit, ſed cum gratiarū actione accōmodauit. Accepta hinc licentia, in obœdientia legationis ad natales horas regreſſus est. Nō modica anxietate nauigio permare regreſſus, ad ciuitatem Barum reuehitur. Vbi terris redditus, Romā ſine mora proficiſcit. Ibi reperito Apoſtolicō, quā audiuit, & accepit à Deo & Patriarcha, legationē retulit ſuper immundiciis gentiliū, & iniuriis Sanctorum & Peregrinorū. Hæc autem Apoſtolicus mente voluntaria & intēta ut accepit, in omnibus ſe promiſit mandatis parere Sanctorum precibus. Quia de cauſa ſollicitus venit ad ciuitatem Vercellas; transatque Alpibus, conuentum totius Occidentalis Franciæ, & concilium apud Podium, ciuitatem sanctæ Mariæ fieri decreuit, deinde ad Claram montem in Ar-

uernis proficiscitur. Vbi audita legatione diuina & admonitione Apostolica, Episcopi totius Franciæ, Duces ac Comites, magnique Principes cuiusque ordinis ac gradus, expeditionem ex proprio sumtu ad ipsum Sepulcrum Domini annuerunt. Ipso etenim in regno amplissimo conspiratio & coniuratio sancta huius viæ, datis dextris, inter potentissimos exiuit. In quorum affirmatione terræmotus magnus factus est, nil aliud portendens, quam diuersorum regnum iter moturas legiones, tam ex regno Franciæ, quam Lotharingiæ terræ, Teutonicorum simul & Anglorum, & ex regione Danorum. Anno ^{vii.} Dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo quinto, Indictione quarta, ^{A.D. 1095.} Henrico quarto Rege ac tertio Imperatore Romanorum Augusto, anno regni sui ¹⁰ quadragesimo tertio, imperii vero decimo tertio; *Vrbano* secundo qui & Odardus Apostolico, octavo die mensis Martii, *Walterus*, cognomento *Senzuebor*, miles egregius, cum magna societate Francigenarum peditum, solummodo octo habens equites, ex admonitione prædicti Petri eremitæ in initio viæ Hierosolymitanæ intravit regnum *Vngaria*. Vbi cognita virtute, & audita animi illius intentione, & causa assumptæ viæ, à Domino *Kalomano*, rege Christianissimo Vngarorum, benignè suscepimus est; & concessus est sibi pacificè transitus per vniuersam terram regni sui, & emendi licentia. Hic itaque sine offensione, & aliquo aduerso incurru, usque ad *Belegrauam*, ciuitatem Bulgaroru[m], profectus est, transiens *Maleuillam*, vbi terminantur fines regni Vngarorum. Illic pacifice fluuum *Marœ* nauigio traiecit. Sed in eodem loco Maleuillæ sedecim de comitatu illius remorati sunt, vt emerent arma, ignorante Waltero, qui iam diu fluuum transferat. Vngari vero quidam peruersæ mentis, videntes præcul Walteri absentiam & illius exercitus, manus sedecim illis iniecerunt; quos armis, vestibus, auro & argento spoliauerunt: & sic nudi & vacui abire permisisti sunt. Hi vero dolentes, rebus & armis vacui, usque ad prædictam Belegrauam, quo Walterus cum omni manu sua extra muros ad hospitandum tentoria posuerat, iter accelerauerunt; omne infortunium, quod eis acciderat, sibi referentes. Sed Walterus æquo animo, quia redditus ad vindictam tædio erat, accepit. In ipsa denique nocte, qua socii nudi & vacui recepti sunt, Walterus emendi vitæ necessaria requisuit à Principe Bulgarorum, & magistratu ciuitatis: qui si audes & exploratores terræ existimantes, omnia venalia eis interdixerunt. Quapropter Walterus & omnis illius comitatus animo grauiter motus, armenta, boues & oves illorum, quæ per agros ad pabula herbarum emissæ, passim vagabantur, cœperunt virapere & abducere, quo usque grauis seditio inter peregrinos, & Bulgaros, gregem suum excutientes, accrescere cœpit & misceri armis. Dum tandem vii tuto Bulgarorum inualescecente usque ad centum & quadraginta millia, de peregrino exercitu à multitudine societatis quidam diuisi, in quoddam Oratorium fugientes deuenerunt. Bulgari vero accrescente suorum manu, & Waltero deficiente, ac cum tota societate diffugium faciente, oratorium obsidentes, sexaginta ex inclusis combusserunt; cæteros, vix ab hostibus & oratorio, pro defensione vitæ, elabentes, plurimos graui vulnere percusserunt. Post hanc calamitatem & attritionem suorum, Walterus, relictis circumquaque sociis, fugitiuus sylvas Bulgarorum, per octo dies exuperans, ad ciuitatem ditissimam, quæ vocatur *Niczb*, in medio Bulgarorum regno, secessit. Vbi Duci & principi terræ reperto iniuriam & damnum sibi illatum referens, iustitiam de omnibus clementer ab eo consecutus est; quin & arma & pecuniam illi in reconciliatione largitus est: Ac ei conductum Dominus terræ per ciuitates Bulgaria *Sternitz*, *Philopolis* atque *Adrianopolis* pacifice dedit, & emendilientiam, quo usque ad imperatoriam urbem *Constantinopolin*, quæ est caput totius regni Græcorum, cum omni manu sua descendit. Ut autem descendit, omni instantia humilimæ petitionis, qua potuit, ab ipso Domino Imperatore exorauit, quatenus in regno suo pacifice moram obtineret, cum licentia emendi vitæ necessaria, donec Petrus eremita, cuius admonitione & instigatu viam hanc inchoauerant, socius haberetur; & sic coniunctis millibus suis, brachium maris *S. Georgij* nauigio transmeat; & sic tutius Turcis, cunctisque gentilium cuneis resistere valerent. Quod & actum est, & à Domino Imperatore, *Alexio* nomine, benignè de omnibus petenti responsum & concessum est. Post hanc, nec longi temporis intervallo, *Petrus* prædictus, & exercitus illius copiosus, ut arena maris innumerabilis, qui diuersis regnis illi con-

illi coniunctus conuenerat, scilicet *Francigena, Suevi, Baioarii, Lotharingi*, continuabat pariter viam Ierusalem. Qui in itinere suo in *Vngarie* descendens regnum, ante portam *Cyperon* tabernacula sua fixit cum omnibus exercitu, quem eduxerat. His locatis, protinus regnatori *Vngariæ* nuncios direxit, quatenus sibi suisque consociis pateret aditus & transitus per medium regni eius. Quod illi concessum est, ea conditione interposita, ne in terra Regis prædam cōtingeret; sed pacificè viam tenerent; omnia verò, quibus indigeret exercitus, sine iurgiis & lite precio mutuarēt. Petrus ergo auditā erga se suosq; Regis benevolentia, gauisus est; & pacificè regnū *Vngariæ* transiuit, dans & accipiens omnia vñi necessaria in numero, iustitia & mensura: & sic sine turbine vsq; ad *Maleuillam* cum omni legione sua profectus est. Ut autem appropinquauit terminis loci prædicti, fama in auribus suis suorumq; alata est, quomodo Comes regionis illius, nomine *Guz*, vñus de primatibus regis *Vngariæ*, auaritia corruptus, adunationem armatorum contraxisset militum; & pessimum consiliū iniisset cum prædicto Duce, *Nichita* nomine, principe Bulgarorum & præside ciuitatis *Belegrane*: quatenus & ipse collecta virtute satellitum, anteriores agminis Petri debellaret & occideret; ipse verò postremos insecuritione suorum militum detruncaret: ut sic vniuersa spolia tanti exercitus in equis, auro & argento ac vestibus, diriperent & diuiderent. Petrus hæc audiens, quia Christiani erant *Vngari* & *Bulgari*, omnino de illis tantum facinus credere noluit, quo usq; ad 20 *Maleuillam* venientes, consocii illius arma & spolia sedecim sociorum Walteri, in mœnibus & muris pendentia, aspergerunt, quos paulò antè retardatos *Vngari* in dolo spoliare præsumserant. Petrus autem hac confratiū iniuria comperta, visisq; illorum armis & spoliis, socios ad vindictam admonet. Qui fortiter signis cornicium intonant, erectis signis ad mœnia conuolant, muros grandine sagittarum oppugnant, quos tam incessibili & incredibili densitate oculis in mœnibus assistentium intorquebant, ut nequaquam virtutē Gallorum impugnantium *Vngari* sufferre valentes, à muro declinarent, si fortè intra ciuitatem ante vires illorum remanere valerent. Adhæc *Godefridus* quidam, cognomen habens *Barel, de Stampis* ciuitate ortus, magister & signifer ducentorū peditū, qui & ipse pedes erat, fortis vitibus, 30 intuens fugam aduersariorum procul à mœnibus, muros scala, quām fortè ibidem reperit, transuolat. *Reinoldus* de castro *Breis*, eques insignis, opertum habens caput galea, & lorica indutus, pariter mœnia post Godefridum ascendit: donec vniuersi tam equites quām pedites intrare contendunt. *Vngari* verò videntes animæ suæ angustias & imminens periculum, ad septem millia congregabantur ad defensionem; ac per aliam portam, quæ respicit ad Orientem, egressi super verticem præcelæ silicis, quām præterfluit Danubius, & qua ex parte insuperabile erat munimentum, constiterunt. Quorum plurima pars, quæ præ angusto aditu per portam velociter effugere nequieverant, ante ipsam ianuam in ore gladii cederunt: alii, qui in vertice montis liberari sperabant, ab inseguientibus peregrinis 40 trucidati sunt: alii à cacumine montis præcipitati, in ipsius Danubii vndis absorpti sunt: sed plures nauigio elapsi sunt. Ceciderunt illic circiter quatuor millia *Vngarorum*; Peregrinorum centum tantum, præter vulneratos ibidem occisi sunt. Hanc Petrus adeptus victoriā, cum vniuersis suis in eodem castello *Maleuilla* diebus mansit quinque: propter abundantiam alimentorum, quæ ibi reperit in frumento, gregibus ouium & armentis, & poculorum plenitudine & infinito numero equorum. Comperta hac victoria & *Vngarorum* cæde cruenta, & visis ferro cæsis corporibus illorum, quæ plurima extincta atroci vulnere *Danubius* ix. suis procellis aduexerat *Belegrane*, vbi reflexo alueo iter & cursum continuat, à *Maleuilla* distans milliari, Dux præfatus *Nichita*, suos conuocat; & consilio ab omnibus accepto, metu concussus, Belegraue Petrum vltrà expectare recusat: sed *Nichita*, spe defensionis aduersus vires *Francigenarum Romanorum*, & *Teutonicorum*, quia robore murorum ciuitas hæc munita habebatur, migrare disposuit, secum asportatis vniuersis thesauris Belegraue: conciues verò illius, per sylvas & montana ac deserta loca cum armentis suis in fugam misit: quo usque accersito auxilio Imperatoris Constantinopolitani, sociis Petri resisteret; & vindictam *Vngarorum* sumeret propter amicitiam & fœdus, quod cum *Guz*, Comite & principe *Maleuilla*, percussisset. Transactis ab hinc sex diebus, nuncius quidam de villa adueniarum Francorum Petro celeriter mittitur, qui hanc minarum certam legationem milli indicaret, dicens: *Rex Vngaria, collecto exercitu uniuersi regni sui,*

in vltionem suorum ad vos descensurus est, de quibus ne unum quidem certum est ab armis illis euadere: nam dolor occisorum & lamenta, Regem & vniuersos parentes & amicos illorum commouerunt: quapropter quantocum fluum Maroam superantes, viam vestram hinc matu- rate. Petrus intelligens iram regis, & illius grauissimam adunationem, cum vniuersis sociis Maleuillam deserens; sed cuncta spolia gregesque ac prædam equorum abducens, Maroam transire disposuit. Sed paucas naues, numero tantum centum quinquaginta in toto littore inuenit, quibus tanta multitudo subito posset transire & euadere, propter timorem Regis in fortitudine graui superuenientis. Vnde quam plurimi, quibus naues defecerant, iunctura lignorum & copulatione viuminum transire certabant. Sed à Pincenariis, qui Bulgariae inhabitabant, plurimi in ipsa lignorum & viminum copulatione fluctuantes sine gubernaculo, & à societate interdum diuisi, sagittis confixi interierunt. Videns autem Petrus interitum & submersionem suorum, quæ fiebat, Baioariis, Alemanis cæterisque Teutonicis ex promissione obedientiæ imperauit, ut Francigenis fratribus subuenirent. Qui illico septem ratibus inuesti, septem nauiculas Pincenariorum submerserunt cum inhabitantibus; septem tantum viuos captiuantes, quos in presentiam Petri adductos ex præcepto illius trucidauerunt. Hac vltione suorum facta, & Maroam fluuium transitio, ingentia & spacioſissima nemora Bulgarorum Petrus ingreditur cum vehiculis cibariorum & omni apparatu, & spoliis Belgrave. Et septem diebus in saltu spacioſissimo expletis, ipse cum suis urbem Niczb 20 munitissimam applicuit: ubi flumen quoddam per lapideum pontem ante ciuitatem tranſeuntes, pratam, viriditate & amplitudine voluptuosum, & ripam fluminis fixis tentoriis occupauerunt. Hosipatis itaque peregrinis legionibus, ex prouidētia Petri & Maiorum consilio fit legatio ad Duxem Nichitam, principem Bulgarorum, qui in eadem ciuitate præsens habebatur, quatenus licentiam emendi cibos acciperent. Quod benignè annuit, sub hac tamen condicione, ut obſides ei darentur, re aliqua iniuria aut vis, sicut Belgrave, à tanta multitudine fieret. Walerius filius Waleramni de Bretoil castello, quod est iuxta Beluatium, & Godefridus Burel le Stampis, Duci obſides constituti & dati sunt. His missis, & à Duce recipitis, omnium tecum sufficientia ad emendum vndique illis concessa 30 est; & non habentibus vnde emerent, plurima largitio eleemosynarum à ciuitate largita est. Hac igitur nocte cum omni tranquillitate peracta, & obſidibus Petro & Principe fideliter restitutis, centum viri Alemanorum propter contentionem vilissimam, cum quodam Bulgaro vespere habitam in venditione & emtione, paullisper subtracti à tergo agminis Petri, septem molendinis, quæ sub prædicto ponte in flumine degebant, ignem submiserunt, & in fauillam redigerunt; quin & domos quasdam, quæ extra urbem erant, simili incendio in vltiore furoris sui succenderunt. Cives autem videntes ædificia suorum igne conflagrare, vnanimi conuentu suum Duxem Nichitam adeunt, Petrum & vniuersos sequaces illius falsos Christianos afferentes; raptores tantum esse & non homines pacificos, qui Pincenarios Ducis Belgrave, & Maleuilla tot Vngaros occiderint; & nunc incendium hoc præsumplerint, nequaquam pro benefacto remunerationem restituenteſ. 40

xii. Dux audita hac iniuria & querimonia suorum, præcepit, vt vniuersi ad arma contendenter cum omni equitatu, quem illic adunauerat, cognita inuasione Maleuillæ; & absque mora vt peregrinos insequerentur, in caput eorum reddentes vniuersa mala, quæ sibi illata sint. Ad hoc denique Ducis imperium Bulgari, Comanitæ, Vngari plurimi cum Pincenariis, qui conuentione solidorum ad urbis defensionem conuerterant, arcus corneos & osseos arripiunt, loricas induunt; & vexillis hastæ innexis, Petrum cum exercitu suo securè gradientem insequuntur; ac tardos & extremos exercitus detruncare & transfigere non parcentes, 50 currus & plausta lento gressu subsequentia retinuerunt, matronas, puellas, pueros teneros abducentes, qui exules & captiui in terra Bulgariæ usque in præsentem diem cum vniuersis rebus & armentis inuenti sunt. Protinus in hac repentina Peregrinorum distributione & occisione, quidam Lambertus nomine, velocitate equi elapsus, ad Petrum peruenit: cui rem hanc ignorantis, & omnia quæ acciderant, retulit; & quomodo hæc initia malorum & dolorum ab Alemanis extiterint propter incendium, quod fecerant. Petrus vero millari remotus hæc omnia ignorabat: qui ad hæc verba nuncii grauiter turbatus, conuocat sapientiores & magis sensatos de exercitu, quibus sic loquitur, dicens:

Grane

*Grane & durum nobis infortunium, ex furore insipientium Teutonicorum ortum, imminet. Nostris XII.
quam plurimi cum ipsis Alemanis, à Duce Nichita & suo satellito, in arcu & gladio ceciderunt,
in ultione incendii, quod me prorsus latebat: nostra autem plastra omnia, cum opibus & armariis
retenta sunt. Nihil aliud super his video vilius, quam ut obuiam Ducis redeamus, pacem cum illo
componamus: quia iniuste nostri cum eo egerunt, cum omnia nobis necessaria pacificè ciues suis
ministraverint. Ad hanc vocē & sententiā Petri repetito ita, cie, exc. citius reuersus
est ad ipsam ciuitatem Niczb, & in prato praefato tentoria sua relocauerunt, vt ex-
cusaret se Petrus & vniuersitatem legionem, quae præcesserat: vt sic mitigato Duce,
captiuos suos & plastra recuperarent. In hac itaque intentione & consilio Petrus
cum prudentioribus dum satageret, & verbis cautis excusationem suam ordinat et,
mille insensatorum hominum iuuentus, nimiae leuitatis & duræ ceruicis, gens in-
domita & effrenis, sine causa, sine ratione, trans praedictum pontem lapideum ad
mœnia & portam ciuitatis in graui assultu vadunt: quibus mille eiusdem leuitatis
iuuentus, trans vada & ipsum pontem concurrentes, ingenti vociferatione & fu-
rore in auxilium iunguntur, Petrum ductorem suum hæc prohibentem, & pacem
fieri volentem, cum omnibus sensatis audire recusantes. In hac igitur dissensione
grauiissima discordantium legionum, totus cum Petro, hanc seditionem prohibe-
rente, præter hæc duo millia, remansit exercitus, qui nullo modo ad operem his se
contulerunt. Bulgari videntes hoc schisma in populo, & facile hæc duo millia posse
superari, è duabus eruperunt portis in sagittis & lanceis & graui vulnere; & sic in
virtute magna oppressos vniuersos in fugam verterunt. Quorum viginti à ponte
corruentes, vndis immersi ac suffocati sunt: Alii verò in latere pontis trecenti, ad
vada incognita fugam inierunt, quorum alii armis, alii vndis perierunt. Tandem
qui in altera parte fluuii ab hac insania reuocati cum Petro in viridario reman-
serant, videntes quia sui tam saeuo mortio consuinebantur, non vlt̄ se potuerunt
continere ab auxilio; sed induiti loricis & galeis, nolente volente Petro, ad ipsum
pontem conuolant. In quo crudeliter hinc & hinc bellum exoritur, in sagittis, gla-
diis & lanceis. Sed à Bulgaris vado & ponte prævento, ne quaquam transire potue-
runt, sed fortiter in fugam remissi sunt. Petrus visa hac suorum contritione &
fuga, legationem per quendam Bulgarum, qui Sanctam Viam decreuerat in Ierusa-
alem, Ducis praefato misit, quatenus colloquium secum paulisper habere dignare-
tur, & pacem in Domini nomine vtrinque componerent. Quod & actum est.*

*Pace hac diuulgata in populo Petri, & turbine sedato, quo usq; omnia redirent XIII.
in concordiam, pedestre vulgus rebelle & incorrigibile, currus & plastra reparans
& onerans, viam instabant. Quibus Petrus, Folkerus, Reinoldus interdicentes, donec
viderent, si colloquium procederet in concordiam, ne quaquam insensatos & re-
belles ab incepto auertere poterant. Ciues autem videntes, quia Petrus & Maiores
exercitus obstaculo viæ cunctibus erant, & plastris ac curribus obstabant, arbitra-
tisunt, quod cum vulgo fugam aptassent. Quapropter à portavrbis exilientes cum
40 militibus Dicis, infecuti sunt eos in manu torti; & ad duo milliaria grauis oecisio
& captiuatio facta est ab his retardati exercitus. Plastrum, super quod erat scri-
nium Petri plenum innumerabilis auri & argenti, captum & retentum est, & ad
Niczb vna cum captiuatis reductum, & in æratio Dicis repositum: cætera spolia
militibus diuisa sunt: viri sine numero cæsi sunt; pueri cum matribus abducti, mu-
lieres nuptæ & innuptæ, quarum ignoratur numerus. Petrus verò & omnis manus
illiusq; euadere potuit, per opacum & spacio- n nemus, pars per abrupta mon-
tium, pars per deserta loca dispersi, vt oues à lupis fugam maturabant. Tandem Pe-
trus, Reinoldus de Breis, Walterus filius Walerani de Bretoil, Godefridus Burel, Folke-
rus Aureliensis, omnes hi cum quingentis solummodo post hanc fugam in vertice
50 ciuuldam montis casu conuenerunt. Nec enim de quadraginta millibus plures
remansisse visi sunt. Tunc verò Petrus considerans, quia gens & exercitus eius gra-
uiter imminutus est, anxiè in diuersa meditatur; & vehementi suspicio dolet dissi-
patas legiones, & tot millia suorum cecidisse; Bulgarorum autem vnum solummo-
dò perire: miratus, si adhuc quispiam de quadraginta millibus profugis ac disper-
sis viueret. Vnde ex ipsius sententia & visione hi, qui secum in montis cacumine
constiterant fugientes, signis & cornibus peristrepunt, vt Peregrini, quacunque
dispersi essent per montes & sylvas ac loca deserta, auditio signo Petri suorumque,
in vnum reuertentes coadunarentur; & iter, quod cœperant, iterarent. Nec
primū dies inclinata fuit, quod auditio signo ad septem millia collecta sunt. Sic*

adunati, & à dispersione reuersi, viæ iteratò insistunt, & ad ciuitatem quandam rebus vacuam & ciuibus, applicuerunt: vbi castra figentes, socios profugos ac dispersos præstolati sunt. Sed minimè alimenta in locis desertis reperire aut inuestigare potuerunt, nimiam ibi tolerantes penuriam: quia plaustra & currus, frumentum, hordeum, carnesque ferentes ad edendum, supra duo millia amiserant, neminem videntem aut aliquid offerentem inuenientes. In mense itaque Iulio hæc aduersa illis contigerant, quando hac in regione frumenta & segetes maturæ iam ad messem flauescunt. Angustiato itaque fame populo, visum est vitis consilio cautissimis, vt segetes maturas repertas in campestribus desertæ & vacuæ ciuitatis igne torrerent; & torrida grana excuterent, quibus populus iejunus sustentari posset. Hoc etenim sustentaculo annonæ tribus diebus vixit populus: quo usque profugi & dispersi ad triginta millia readunati sunt, præter decem millia quæ perierant.

XIV. Interea nuncii Ducis ad Dominum Imperatorem Constantinopolin præcesserunt, qui sibi vniuersa in malo deactibus & infortunio retulerunt: ne in peccato qualiter exercitus Vngaros Maleuillæ occiderit; & quomodo ad ciuitatem Niczb veniens, pro benefactis mala ciuibus reddiderit, sed non tamen hoc impune præsumserit. Imperator hæc audiens, Petro legatos dirigit, qui Petrum, vacua & deserta ciuitate relicta, in urbem Sternitz cum omni comitatu suo profectum repererunt, ex edicto Imperatoris hæc illi nuncia ferentes: *Petre, Domino Imperatori graues dete tuisque querimonia allata sunt, eò quod in regno ipsius prædam & seditionem tuus fecerit exercitus. Quapropter ex Imperio ipsius interdicitur tibi, ne ultra tres dies moram facias in aliqua regni sui ciuitate, donec urbem Constantinopolin ingrediaris. Ciuitatus autem omnibus, per quas transiurus es, ex Imperatoria iussione præcipimus, ut pacificè tibi omnia tuisque vendant; & quia Christianus es, Christianique tui consocii, non ultrà iter tuum impediант. Et quicquid in superbia & furore satellites tui aduersus Ducem Nichitam deliquerunt, prorsus tibi remittit: scit enim, quod pro hac iniuria graniter pœnas exoluisti.* Petrus hac audita Domini Imperatoris legatione pacifica, non modicū gausus, & præ gaudio lachrymatus, gratias Deo retulit, qui post nimiam & seueram correptionem, nec immeritam, sibi suisque dedit gratiam in conspectu tam magnifici & nominatissimi Imperatoris.

XV. Igitur mandatis illius obediens, à Sternitz ciuitate processit; & ad urbem Phinopolin cum omni populo suo secessit. Vbi vniuerso casu & infortunio suo recitato in audience omnium Græcorum ciuium, plurima Byzantiorum, argenti, equorum & mulorum munera suscepit pro nomine Iesu & timore Dei, omnibus super eum misericordia motis. Deinde post tertiam lucem hilaris & latutus in largitate rerum necessiarum migrans, Adrianopolin secessit. Vbi duobus solummodo diebus hospitio remoratus extra muros urbis, tertia luce exorta inde recessit. Nam secunda legatio Imperatoris solicitabat eum, ut Constantinopolin maturaret iter: quia feruebat Imperator desiderio videendi eundem Petrum propter famam, quam de illo audierat. Ut autem ventum est Constantinopolin, exercitus Petri iussus est procul à ciuitate hospitari, quibus emendi licentia pleniter concessa est.

XVI. Petrus verò staturâ pusillus, sed sermone & corde magnus, in presentiam Imperatoris cum solo Folkero introduxitur à legatis ipsius Imperatoris, vti videret, si esset, sicut de illo fama erat. Petrus verò introiens ad Imperatorem confidenter, in nomine Domini Iesu Christi salutavit; & quia in ipsius Christi amore & gratia ad visitandum Sanctum eius Sepulchrum ex patria sua secesserit, recitat per singula; & aduersitates, quas iam in breui pertulerit, commemorat; viros potentissimos, Comites & Duces nobilissimos, se post modicum subsecuturos denunciat, qui causa visendi Dominicum Sepulchrum, ardenter desiderio pariter viam insistere Ierusalem decreuerint. Imperator autem viso Petro, & animi illius intentione ex ipsius verbis cognita, quid velit aut quid de suo cupiat, requirit. Qui ut misericorditer accipiat precatur, vnde sustentationem vitæ cum suis habeat, afferens quanta & quam innumerabilia bona ex imprudentia & ebrietate suorum amiserit. Imperator hac Petri humilitate audita, motus misericordia, ducentos Byzantios aureos sibi dari iussit; de moneta verò, quæ dicitur Tartaron, modium vnum exercitui illius erogauit. Post hæc Petrus à colloquio & palatio Imperatoris regressus, & benignè ab eo commendatus, solummodo quinque diebus requieuit in campis & prædio ad Constantinopolin: vbi simul Walterus Senzauehor sua locauit tentoria, socius factus ab ipso die & deinceps, admixtis copiis, armis, & vniuersis vñi necessariis. Deinde diebus quinque completis, tentoria sua

hūa amouentes, *Brachium* maris *S. Georgii* nauigio & auxilio Imperatoris superant; & terminos Cappadociæ intrantes, per montana ingressi sunt *Nicomediā*, ibidem pernoctantes. Et post hæc ad portum, qui vocatur *Ciuitot*, castra metati sunt. Illuc assidue mercatores admouebant naues onustas cibariis vini, frumenti, olei & hordei caseorumque abundantia, vendentes omnia Peregrinis in æquitate & mensura. In hac itaque necessariorum plenitudine gaudentibus, & corpora fessa curantibus, assunt nuncii Christianissimi Imperatoris, qui Petro exercituique eius interdixerunt iter versus montana *Nicæa* vrbis, propter insidias & incursus Turcorum, donec amplior numerus affutrorum Christianorum illis accresceret. Petrus vero audiens, legationi & consilio Imperatoris acquieuit, vt & vniuersus populus Christianorum. Et curriculo duorum mensium illic in pace & lætitia epulati, moram fecerunt, securè ab omni hostili impetu dormientes. Post duos ita- XVII.
que menses, lasciui & effrenes facti præ ocio & inæstimabili copia ciborum, vocem Petri non audientes, sed contra voluntatem illius, in terram *Nicæa* vrbis & regni Solymani, ducis Turcorum, per montana ingressi sunt, deprædati armenta, boues, oves, hircos, greges Græcorum Turcis famulantium, & ad socios deferentes. Petrus hæc intuens, tristi animo acepit, sciens, quia non impunè ferrent: vnde sa-
pius admonuit, ne vterius prædam hanc iuxta consilium Imperatoris contingere: sed frustra insipienti & rebelli populo locutus est. His itaque prosperè suc-
cedentibus, & nullam adhuc prædatum excussionem metuentibus, visum est animo-
sis & ventosis iuuuenibus, quatenus assumta manu de exercitu, prædam in pratis &
pasculis ante muros ciuitatis Nicæa in conspectu Turcorum raperent & abduce-
rent. Quapropter ad septem millia peditū congregati, cum equitibus tantum tre-
centis loricatis, in vexillorum suorum eleuatione & tumultu nimio profecti, se-
ptingentos boues cum cæteris pecoribus à pratis Nicæa vrbis abduxerunt; & ad
tabernacula Petri remeantes, plenum & pingue fecerunt conuiuum: plurimum
verò gregis vendiderunt Græcis & nautis Imperatori subditis. Videntes autem
Teutonici, quia *Romanus Francigenis* res prosperè successit, & quod sine impedimento
toties cum præda sua reuertri sunt, accensi & ipsi rapinarum auaritia, ad tria millia
in vnum conferuntur peditum, equites ducenti tantum: & in signis ostreis & pur-
pureis semitam per eadem montana ingressi, ad castellum quoddam Solymani, vi-
rim magnifici, ducis & principis Turcorum, peruererunt, vbi montana terminan-
tut & sylua, distans à Nicæa spacio trium milliarium. Aggressi sunt autem omni
virtute armorum & fremitu bellico præfatum castellum, quoisque habitatores illius expugnatos percusserunt in ore gladii, Græcis Christianis solummodo par-
centes: cæteri omnes in ipso præsidio inuenti, aut cæsi aut electi sunt. Expugnato
itaque præsidio, & habitatoribus eius expulsis, in abundantia alimentorum illic
reperta lætati sunt. Et victoria hac iocundati, consilium inuicem dederunt, vt in
præsidio hoc remanentes, terras Solymani & principatum eius facile in virtute
sua obtinerent; prædas & escas vndique comportarent, & securè Solymatum de-
bilitarent, quoisque magnorum principum promissus exercitus propinquaret.

Solymanus autem, Dux & Princeps exercitus Turcorum, aduentu Christiano- XVIII.
rum auditō, tum præda & rapinis, suorum quindecim millia ab omni Romania &
regno Corrozan contraxit, viros peritissimos belli in arcu corneo & osse, & sa-
gittarios agilimos. Quibus congregatis, post duos dies Teutonicorum victoriæ,
ad urbem Nicæam reuertitur de terra longinqua cum adunatione validissima: vbi
amplior ira & dolor illi austus est ex fama Alemanorū & invasione præsidii, quod
amiserat, & strage ac electione virorum suorum. Deinde tertiae diei sole orto, So-
lymanus cum omni comitatu suo castra metatus, à Nicæa, præsidio, quod Teuto-
nici inuaserant, applicuit. Quod signiferi illius in virtute sagittariorum fortior
assilientes, Teutonicos in mœnibus atrociter resistentes sagittis crudeliter infi-
gunt ac fatigant, quoisque ad defensionem vtrrà stare non valentes, à muro &
mœnibus immoderato grandine sagittarum retrusi sunt, infra præsidium prote-
ctionem à iaculis nudi & angustiati querentes. Turci verò videntes, quia Alema-
nos à muris & mœnibus reppresserant, trans muros & mœnia transcendere parant.
Sed Alemani, qui infra præsidium erant, vitæ solliciti & studiosi, penetrare volen-
tibus lanceas opponebant; alii gladiis & bipennibus in faciem illis resistebant,
quoisque non vtrrà concendere ausi sunt. Turci igitur hac sagittarum impugna-
tione, & nimio grandine Alemanos abstergere non valentes, comportauerunt o-

mnia lignorum genera ad ipsam ianuam præsidii: Quæ igne submisso combusta est, & plurima ædificia, quæ erant in arce, donec flamma & calore inualescente, alii exusti sunt, alii à muris salutem sperantes desiliunt. Sed Turci, qui foris erant, exeuntes & fugientes ense trucidabant: alios, vultu & corpore iuuenili venustos, circiter ducentos abduxerunt captiuos; cæteri omnes gladio & sagitta consumti sunt.

xix. Vltione hac graui *Solymano* cum suis & cum Alemanis captiuis regrefso, fama tam crudelissimæ necis Teutonicorum perlata est in castris *Petri*. Vnde animi & corda cunctorum, vehementi consernata sunt dolore super interitu confratum suorum. Hoc ergo infortunio suorum moti, sæpius consiliis inter se vtuntur, vtrum recenter in vltionem illorum insurgerent, an Petrum operirentur. Ante hos enim dies Petrus Constantinopolin ad Imperatorem migraverat, pro exercitu suo rogatus, ut illis venditionem necessariorum alleuiaret. Consilium autem inter se habentibus, *Walterus Senzauehor* omnino se in vltionem fratrum ire contradixit, donec euentus rei planus innotesceret, & præsentia Petri adesset, cuius consilio omnia acturi essent. Hoc consilio Walteri sedatus est populus octo diebus, præstolans aduentum Petri. Sed nequaquam adhuc potuit ab Imperatore redeundi licentiam habere. Octauo dehinc die Turci viri militares, & aite belli illustres, surrexerunt ab urbe *Nicæa*, numero centum, regionem & urbes in montanis sitas perlustrantes, scire & intelligere volentes de præda & rapinis, quas Galli adduxerant. Ibi ipsa die plurimos peregrinos, hæc & illac vagantes, diuersis in locis, interdum decem, interdum quindecim, aut eo amplius, decollasse perhibentur. Hoc denique rumore in castris Petri rursus ventilato, scilicet Turcos adesse, & suos circumuagos decollasse, omnino excusant credere, tam longè eos à Nicæa descendisse. Sed tamen aliqui consilium dederunt, ut eos persequerentur, si

xx. adhuc in finibus illis reperiri possent. Interea veritate comperta, exoritur tumultus in populo; & vnanimiter pedites conueniunt *Reinoldum de Breis*, *Walterum Senzauehor*, *Walterum quoque de Breoil & Folkerum Aureliensem*, qui erant principes exercitus Petri: quatenus ad vindictam fratrum consigerent aduersus Turcorum audaciam. Sed hi prorsus ituros se negant, donec Petri præsentiam & consilium haberent. *Godefridus autem Burel*, magister peditum, illorum responsis auditis, timidos minimè in bello valere tam egregios milites asserens, sæpius sermone aspero improperabat viris his, qui Turcos persequi in vltionem fratrum cæteros socios prohiberent. E contrâ primores legionis contumelias & improperia illius suorumque sequacium vltre ferre non valentes, ira & indignatione grauiter moti, ituros se pollicentur aduersus Turcorum vires & insidias, etiamsi mori contigit illos in prælio. Nec morâ, surgente primo diluculo quartæ diei, per vniuersa castra iubentur armari vniuersi equites & pedites, & signis cornicinum intonare, & bellum congregari. Soli inermes & infirmi cum foemineo sexu innumerabiles in castris relicti sunt. Armati verò, & vniuersi congregati ad vigintiquinque millia peditum & quingentos equites loricatos, viam insistunt ad urbem Nicæam, ut **40** Duce *Solymanum* & cæteros Turcos, bello lacestantes, in vltionem confratum eum eis prælium committerent. In sex acies itaque diuisi & ordinati, & quibusque vexillis attitulati, in dextro & in sinistro incedebant. Vix tria milliaria à portu & statione *Ciuitot* processerant, absente, & omnia ignorante Petro, per prædictam syluam & montana in vociferatione & tumultu vehementi gloriantes & intonantes, & ecce *Solymanus* cum omni comitatu suo intolerabili candem syluam ex fronte altera intrauerat, à Nicæa urbe descendens, ut repentina tumultu Gallos in castris incurreret; & nescios ac improuisos in ore gladii vniuersos consumeret atque deleret. Hic audito aduentu & vehementi strepitu Christianorum, miratur nimium, quidnam tumultus is voluerit: nam latebant eum vniuersa, quæ Christiani **50** decreuerant. Statimq; peregrinos adesse intelligens, suos sic alloquitur: *Ecce Franci, ad quos tendimus, assunt. Certum autem sit vobis, quia aduersum nos pugnaturi veniunt. Sed quantocius à sylua & montanis recedamus in apertam camporum planiciem, ubi liberè cum eis pralia conferamus, & nullum inuenire possint refugium.* Quod ita ad vocem *Solymani* a-

xxi. ctum est, & in silentio magno à syluis & montanis egressi sunt. Francigenæ autem, *Solymani* ignorantes aduentum, à syluis & montanis in clamore & alta vociferatione procedebant, tunc primùm *Solymani* acies mediis campis intuentes, & eos ad prælium operientes. Quibus visis, inuicem se confortare in nomine Domini cœperunt; duasque acies præmittunt, quæ quingentos equites habebant.

Solyma-

Solymanus autem duas acies præmissas intuens, frena sine tardatione laxat equi, laxantque sui; & inaudita atque intolerabili vociferatione reddunt attonitos & stupefactos milites catholicos. Dehinc sagittarum grandine per medias irruunt acies, quæ grauiter attritæ & dissipatæ, à subsequentे sua multitudine diuisæ sunt. Audita hac armorum concussione, & vociferatiū Turcorum crudeli insæcutione, postremi exercitus, qui nondum à sylua processerant, in unum conglobantur in angusta semita, per quam venerant, ad resistendum & prohibendum semitæ angustiam & montana: Prædictæ verò acies, per quas Turci à societate diuisas irruerant, ad syluam & montana redditum non habentes, versus *Nicæam* iter arripiunt. De qua extemplo reuersi, fortiter inclamantes per medios Turcos reuolant: & se-
 set in equites quām pedites invicem commonentes, ducentos milites Turco-
 rum in momento peremerunt. *Turci* autem videntes quia virtus equitum præua-
 luisset in concertatione suorum, equos eorum transmissis sagittis vulnerant; & sic
 in pedibus fortissimos athletas *CHRISTI* reddunt. Vbi *Walterus Senzane* xxix.
hor trans loricam & præcordia septem sagittis infexus occubuit, *Reinoldus de Breis* &
Folkerus Carnutensis, viri nominatissimi in terra sua, simili martyrio ab hostibus cō-
 sumti ceciderunt; sed non sine magna strage Turcorum. *Walterus* vero de *Breuil*, fi-
 lius *Walramni*, & *Godefridus Burd*, magister peditum, inter vespes & dumeta fuga
 elaphi, per angustam temitam, qua tota manus subtracta à prælio, & in unum col-
 lecta habebatur, reuersi sunt. Quorum fuga ac desolatione cognita, vniuersi in
 fugam versi sunt, accelerantes iter versus *Civitatem*, eadem via qua venerant, parum
 se defendantes ab hostibus. Turci itaque gaudentes prospero successu victoriae,
 detruncabant miseram manum Peregrinorum, quos spacio trium milliarium cæ-
 dendo usque ad tentoria Petri persecuti sunt. Tentoria vero intrantes, quorundam
 repererunt languidos ac debiles, clericos, Monachos, mulieres grandævas, pue-
 ros lugentes, omnemque ætatem gladio extinxerunt; solummodo puellas teneras
 & moniales, quarum facies & forma oculi eorum placere videbatur, iuvenesque
 imberbes & vultu venustos abduxerunt; pecuniam, vestes, mulos, equos & omnia
 preciosiora cum ipsis tentoriis *Nicæam* asportârunt. Est autem supra littus maris
 iuxta prædictum *Civitatem*, præsidium quoddam antiquum & desertum, ad quod
 tria millia Peregrinorum fugam arripientes, ingressi sunt dirutum præsidium pro-
 spe defensionis. Sed portas & obstacula nulla reperientes, clypeos pro porta, sic-
 et auxii & auxilio destituti, cum ingenti mole litorum ostio aduoluerunt, lanceis
 tantum & arcu ligneo & missilibus laxis viriliter pro vita necessitate se defenden-
 tes ab hostibus. *Turci* vero videntes se parum proficere in cæde inclusorum, vnde
 que cinxerunt præsidium, quod erat sine testo, sagittas in altum intorquentes, ut
 ab æthere reuertentes in verticem, & in corpora inclusorum corruentes, miseros
 extinguerent; ceterique hoc viso in ditionem cogerentur. Plurimi sic læsi &
 extinti illuc fuisse referuntur: sed crudeliores ab impiis pœnam metuentes, non
 armis, non vi exire coacti sunt. Iam sol medianum diem peregerat, quando hæc xxxiii.
 tria millia præsidium ingressa à Turcis obsecssi sunt. Sed fortiter pro vita necessita-
 te se defendantes, nullo tamen ingenio, aut in ipsis noctis umbra ab hoc præsi-
 dio potuerunt diuelli: donec nuncius quidam *Græcus* fidelis & catholicus, noctu
 nauigio mare transiens, *Petro*, in ciuitate regia reperto, omnia pericula eorum
 retulit, & ceterorum casum & consumtionem. *Petrus* agnito periculo suorum
 & infortunio consumtorum, lugens ac dolens, Imperatorem humiliiter depreca-
 tur, quatenus misellis peregrinis paucis, tot millium reliquis, in nomine *Iesu*
CHRISTI subueniat; & non à tantis carnificibus desolatos & anxiatos consumi-
 patiatur. Imperator audito *Petro* de casu & obsidione suorum, motus est miseri-
 cordia; & vndique *Tarcopoli* accitis, & cunctis nationibus regni sui, præcepit sub
 omni festinatione trans brachium maris fugitiuis & obsecisis Christianis subueni-
 re, & Turcos ab obsidione expugnatos effugare. Turci autem Imperatoris edicto
 comperto, media nocte cum captiuis Christianis & spoliis plurimis à præsidio
 se mouerunt; & sic inclusi & obsecisi peregrini milites ab impiis liberati sunt.

Non multo temporis intervallo post Petri transitum, quidam presbyter *Gode-* xxiv.
Schalcus nomine, Teutonicus natione, incola fluminis Rheni, eiusdem via in
 Ierusalem amore & desiderio succensus ex Petri admonitione, plurimorum cor-
 da ex diuersis nationibus ad instandum pariter viam suo excitauit sermone; & ex
 diuersis regionibus Lotharingiæ, Orientalis Franciæ, Bauariæ, Alemaniæ supra

quindicim millia contraxit, tam militaris quam pedestris vulgi, qui pecuniam ineffabili cum ceteris rebus necessariis collecta, iter suum pacificè vique in regnum *Vngariae* continua se perhibentur. Ad portam verò *Mesemburg* & eius præsidium, gratia regis Kalomani venientes, honorificè introducti sunt. Quibus etiam concessa est licentia emendi vitæ necessaria; & pax utrinque indicta ex præceptore regis, ne qua seditio à tanto exercitu oriretur. Sed dum per aliquot dies moram illic facerent, & vagari coepissent; *Bauari* verò & *Suevi*, gens animosa, & ceteri facti modum potandi excederent, pacem indictam violent, *Vngarum* vinum, hordeum & cetera necessaria paulatim auferentes; ad ultimum oves & boues per agros rapientes occiderunt; resistentes quoque & excutere volentes peremerunt; ceteraque plurima flagitia, quæ omnia referre nequimus, perpetrârunt, sicut gens rusticano more insulsa, indisciplinata, & indomita. Iuuenem quendam *Vngarum*, ut aiunt qui præsentes fuerunt, pro vilissima contumelie palo per secreta naturæ transfixerunt in fori platea. Cuius rei, & ceterarum iniuriarum querimonia, usque ad

xxv. aures Regis suorumque principum perlata est. Rex hac inquietatus infamia, tota que illius domo turbata, præcepit satellitibus suis se armare, & signo totam *Vngariam* in ultionem huius facinoris ceterarumque contumeliarum commoueri, & nulli peregrinorum parcere: eò quod fœdam rem perpetrassent. Mox exercitus *Godescalcii* tam crudele mandatum Regis ad internecionem eorum intelligentes, signis intonuerunt per vniuersas societas, & in campis *Belegraue* securitoriorum S. Martini congregati sunt. Nec morâ, regia virtus totius regni *Vngariæ* in armis affuit, ut populum congregatum disturbaret. Sed fortiter resistentes, sicut anxiis & vitæ sollicitos, in gladiis & lanceis & sagittis Teutonicos repererunt. Quapropter & ipsi minus eos aggredi ausi sunt. Ut ergo viderunt, quia illis res erat pro anima, & non sine inestimabili danno cum Gallis committere possent, blandè eis in dolore locuti sunt in hunc modum: *Peruenit querimonia ad Dominum nostrum Regem de iniuriis, quas regno suo intulisti. Sed arbitratur vos non omnes huius facinoris reos: eò quod plurimi inter vos sensati habeantur, & non minus vos molestauerit pax violata, quam ipsum Regem & suos. Unde si Domino Regis satisfacere vultis, & principes terra placare, oportet & necesse est, ut omnia arma vestra in manum Domini Regis reddatis, & ex consilio nostro pacificos vos exhibatis; in ditionem verò Regis cum omni pecunia, quam habetis, intrantes, iram eius mitigatis, & sic gratiam in oculis eius inueniatis. Si autem aliud geritis, nec unus quidem vestrum ante faciem eius suorumque vivere poterit: quia contumeliam & iniuriam nimiam in regno eius exercutis. Godescalcus igitur & ceteri vii i sensati hoc audientes, & puram fidem ex his credentes verbis, & quia *Vngari* Christianæ erant professionis, vniuerso cœtui consilium dederunt, quatenus iuxta hunc sermonem ad satisfaciendum Regi armareredderent: & sic omnia in pacem & concordiam redirent. Acquieuerunt vniuersi huic consilio, & lorias, galeas & omnia arma totamque pecuniam, (stipendum vitæ suæ scilicet in Ierusalem) in manus magistratus Regis reddiderunt; ac humiles & tremefacti colla sua Regi subdiderunt, totius misericordiæ & humanitatis certi erga Regem consequendæ. Ministri verò Regis & milites vniuersa arma palatio Regis intulerunt in conclavi; pecuniam & cetera preciosiora, quæ tantus congesserat exercitus, in ærarium Regis deputauerunt. Sic armis vniuersorum in conclavi repositis, omnem clementiam, quam policii sunt Regem in populo habiturum, mentiti sunt: quin potius crudeli strage irruentes in eos, inermes ac nudos detruncabant; ac cædem immanissimam in eos exercebant: adeò ut sicut hi pro vero affirmant, qui præsentes vix euaserunt, extintis & occisis corporibus & sanguine tota planicies *Belegraue* occuparetur, & pauci ab hoc martyrio liberarentur.*

xxvi. Eodem anno, æstatis tempore inchoante, quo Petrus & Godescalcus congregato exercitu præcesserant, postmodum ex diuersis regnis & terris: scilicet è regno Franciæ, Angliæ, Flandriæ, Lotharingiæ, gens copiosa & innumerabilis Christianorum, igne diuini amoris flagrans, & Crucis signo suscepto, vnde incessanter per turmas suas confluebant cum omni suppelleabile & substantia rerum & instrumentis armorum, quibus Ierusalem proficiscentes indigebant. His itaque per turmas ex diuersis regnis & ciuitatibus in unum collectis, sed nequam ab illicitis & fornicariis commixtionibus auersis, immoderata erat commissatio; cum mulieribus & cum puellis sub eiusdem leuitatis intentione egresis, assidua delectatio; & in omni temeritate sub huius viæ occasione gloriatio.

Vnde

Vnde, nescio si vel Domini iudicio, aut aliquo animi errore, spiritu crudelitatis aduersus Iudeorum populum surrexerunt per quascunque ciuitates dispersum; & crudelissimam in eos exercuerunt necem, & præcipue in regno Lotharingia, afferentes, adesse principium expeditionis suæ & obsequii contra hostes fidei Christianæ. Hæc strages *Iudeorum* primùm in ciuitate Coloniensi à ciuibus acta est: qui subito irruentes in modicam manum illorum, plurimos graui vulnere detruncauerunt; domos & synagogas eorum subuerterunt, plurimum pecunia inter se diuidentes. Hac ergo crudelitate visa, circiter ducenti in silentio noctis Nauigio fugam inierunt, quos Peregrini & cruce signati comperientes, nec vnum quidē viuum reliquerunt, sed simili multatos strage rebus omnibus spoliauerunt.

Nec mora, post hæc viam insistentes, sicut deuouerant, in multitudine graui Mogeniam peruererunt. Vbi Comes *Emicho*, vir nobilissimus, & in hac regione potentissimus, cum nimia Teutonicorum manu præstolabatur aduentum Peregrinorum, de diuersis locis regia via illic confluentum. Iudei verò ciuitatis illius intelligentes necem confratrum suorum, nec manus tantorum se posse euadere, ad Episcopum *Rothardum* spe salutis configiunt, thesauros infinitos in custodiam & fidem illius reponentes; multumque de protectione eius, quia ciuitatis eiusdem erat Episcopus, confidentes. Hic autem summus Sacerdos ciuitatis pecuniam inauditam ab eis receptam cautè reposuit; Iudeos in spacioſissimo domus suæ solario à specie Comitis Emichonis & eius sequacium constituit, ut illic in tutissimo ac firmissimo habitaculo salui & sani remanerent. Verùm *Emicho* & cætera manus habitu consilio, orto sole diei in sagittis & lanceis in solario Iudeos affiliunt, quos, fractis seris & ianuis, expugnatos ad septingentos peremerunt, frustrà resistentes contra tot millium vires & assultus: mulieres pariter trucidauerunt; pueros teneros cuiusque ætatis & sexus in ore gladii percusserunt. Iudei verò videntes Christianos hostes in se suosque paruulos insurgere, & nulli ætati parcere, ipsi quoque in se suosque confratres, natosque, mulieres, matres & sorores irruerunt, & mutua cæde peremerunt. Matres pueris lactentibus, quod dictu nefas est, guttura ferro secabant, alios transforabant, volentes sic potius manibus propriis periore, quā in circuincisorum armis extingui. Hac Iudeorum cæde tam crudeliter peracta, paucisq; elapsis, & paucis timore potius mortis quā amore Christianæ professionis baptizatis, cum plurimis illorum spoliis Comes *Emicho*, *Clareboldus de Vinduil*, *Thomas*, & omnis illa intolerabilis societas virorum ac mulierum viam Ierusalem continuârunt, tendentes versus regnum Vngariæ, vbi transitus regia via vniuersis Peregrinis minimè negari solebat. Sed his ad præsidium Regis *Mesburg* venientibus, quod fluuii, *Danubius* & *Lintax*, paludibus firmant, pons & porta præsidii clausa reperitur, ex precepto Regis Vngariæ: quia timor magnus invaserat vniuersos Vngaros pro cæde, quam exercuerant in confratres eorum: & adhuc fœtebant corpora occisorum, cùm tantus subsecutus est exercitus: Erant enim ducenta millia equitum & peditum, sed equitum vix ad tria millia computabatur numerus. Clusa itaque ianua, & vniuersis transitu per regnum negata, locauerunt castra per camporum planiciem, & nuncios Regi dirigentes, pacemq; quærentes, minimè in pace & promissione sua auditи sunt. Hinc *Emicho*, *Thomas*, *Clareboldus*, viri militari actione illustres, cum cautoribus ineunt consilium: ut Regis terras ex hac parte iacentes vastarent, nec hinc recederent, donec trans paludem & fluuium *Lintax* pons locaretur, per quem muro præsidii aliqua arte appropinquantes transforarent, vt vel sic transitus in virtute sua patet. Qui diebus multis à medio mensis Iunii ante præsidium residentes, & pontem componentes, sæpius inclusos expugnabant: defensores verò præsidii fortiter resistentes hinc & hinc iacula intorquebant, & plurimam stragem virtutique faciebant. Interdum hi ex arce erumpentes in virtute loricatorum, fortiter Gallos citra fluuium & pontem vrgebant: interdum *Galli* præualentes, Vngaros bello & vulnere aggrauatos usque in præsidium remittebant. Die autem quodam circa nonam, *Thomas*, *Clareboldus* & *Willehelmus* cum trecentis, lorica & galea induitis, & equo doctis militibus, descendenter ad insidias, vbi transitus Vngarorum nauigio sæpius fiebat ad tuëdam terram, si forte cum illis configere, & bellum committere opportunitas daretur, aut armenta illorum inuenta deprædarri possent. Illis ergo hac in spe descendantibus, septingenti milites Regis ad explorandum exercitum Christianorum occurserunt in equis militaribus & armis. Qui videntur, R. 2

tes, ab eis se nequaquam posse effugere, subito Gallorum turmas incurrerunt; & prælia committentes, superati & vulnerati grauiter attriti sunt, fugam per nota loca facientes, & suam in terram tristes & dolentes nauigio remeantes. In hac conflictione Willehelmus Principem exercitus Vngarorum & collateralem Regis aggressus, virum illustrem, & niueis crinibus renitentem, decollauit. Ex hac victoria vniuersæ legiones totam noctem illam in lætitia vigilem duxerunt, & multos

xxx. Vngarorum captiuos habuerunt. Postquam huiusmodi plurimas congreſſiones, & cotidianas strages per longum temporis spaciū, exercitus tædio victus, & escarum defectione attenuatus, die constituto in virtute loricatorum trans pontem, quem firmauerant, alii conferuntur, alii per paludes diffusi præſidium 10 Mefeburg fortiter aggrediuntur. Et applicitis ingenii, duobus in locis muros perforant; Vngaros non parcè angustiant, donec ferè omnibus, in crastino si persistenter, aperiretur. Rex autem Kalomanus & omnis comitatus eius mature equos ascenderunt, parati ad fugam versus regnum Russiæ, si tantam vim Gallorum, superato præſidio, terram ingredi viderent. Pontes, nimirum longa vetustate dirutos reparauerant, per quos transire possent paludes & fluuios in terram Russiæ, sine cœlitate cogerentur. Sed dum ferè omnia prosperè successissent Christianis, & muros grandi foramine penetrassent, nescio quo casu aut infortunio tantus timor vniuersum exercitum inuasit, vt in fugam pariter redderentur, vt quasi oues à lupis irruentibus dispersi & concussi, hac & illac diffugium quærentes, sociorum 20 obliuiscerentur. Vngari verò videntes tam subito athletas fortes deficere, & fugam matūrare, in virtute magna è portis cum Rege exiliunt; sine tardatione fugientes persequuntur, plurimam cædem exercentes, & plurimos captiuantes, ac plerumque noctis in persecutione consumentes. Pedestrīs vulgi vtriusque sexus tanta facta est occisio, vt aquæ Danubii & Lintax in sanguineas mutarentur vndas. Plurimi verò & numero incomparabiles per aquas liberari sperantes, præ timore imminentis occisionis Danubii vndis cæco ausu inferuntur, & aquis vehementibus suffocantur. Mirabile dictu: tanta futigiuorum submersio facta est, vt tam spacioſi fluminis aquæ præ tot millium corporibus per aliquantum tempus videri non possent. Emicho autem, Thomas, Clareboldus, Willehelmus, & alii pauci, quorum equi cursu adhuc valebant, incolumes euaserunt, & aliqui, qui in palustri herba 30 fruste cœtisqué latuerunt, aut in opaca nocte fugere potuerunt. Emicho & quidam suorum, via qua venerant, redditum fugiendo tenuerunt: Thomas, Clareboldus & plures suorum versus Carinthiam & Italiam fuga elapsi sunt. Sic manus Domini contra Peregrinos esse creditur, qui nimis immundiciis & fornicario concubitu in conspectu eius peccauerant; & exules Iudæos, licet C H R I S T O contrarios, pecuniæ avaritia magis, quam pro iustitia Domini graui cæde maſtauerant, cum iustus iudex sit Dominus, & neminem inuitum aut coactum ad iugum Fidei Catho-


xxxı. licæ iubeat venire. Fuit & aliud scelus detestabile in hac congregatione pedestris populi stulti & vesanæ leuitatis, quod Domino odibile & omnibus fideli- 40 bus incredibile non dubitatur. Anserem quendam diuino spiritu afferebant afflatum, & capellam non minus eodem repletam; & has sibi duces huius secundæ viæ fecerant in Ierusalem, quas & nimium venerabantur, ac bestiali more his intendebant ex tota animi intentione. Quod absit à fidelibus cordibus, vt Dominus Iesu à brutiſ animalibus & insensatis Sepulcrum sui sanctissimi corporis visitari velit; & haec fieri duces Christianarum animarum, quas precio sanguinis sui ab idolorum spurciis reuocatas redimere dignatus est: cum cœlos ascensurus duces & rectores populi sui sanctissimos & D E O dignos præſules & Abbates præordinauerit, non bruta & insensata animalia. Sed quid mirum, si modernis temporibus huiusmodi abominationes, & tam fœda scelera, inter aliquas societates tot 50 millium inuenta sunt, quæ Dominus in caput eorum reddiderit? cum temporibus Moysi & Iosuæ & cæterorum seruorum Domini in medio iustorum inuenta sit iniqitas, & ab eo, qui est Dominus vltionum, virga sua maiestatis correpta & purificata.

ALBER-

197
ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS
HIEROSOLYMITANÆ LIBER SECUNDVS.

Argumenta Capitum.

- I. Cum quibus & quo tempore Dux Godefridus secundam inierit profectionem.
- II. Principes per internuncios conuenerunt Pannonie regem, quare perdiderit populum Domini.
- III. Responsio Regis, & quomodo Ducem accerserit.
- IV. Dux Pannoniam ingrediens quam decenter susceptus sit, & quid inter eum & regni primores conuenerit.
- V. Vbi exercitus iussu Ducis castra posuerint.
- VI. Obsidibus datis, qualiter Vngariam transierint.
- VII. Vbi rex obsides reconsignat, & qualiter Rex Graecia Ducem per internuncios interpellauerit.
- VIII. Quid Dux resalutato Regi manda-
uerit, & pro retentis Principibus quid egerit.
- IX. Rex Graecorum quomodo captiuis prin-
cipibus absolutis, regno suo consuluerit, Ducem simul accersens.
- X. Post aliquantas utrinque animositates tandem Dux cum Imperatore pacem componit.
- XI Causa Imperatoris Dux castrorum loca-
mutat: benevolentia nuncios ad eum mittit, ro-
gatus venire dissimulat.
- XII. Imperator alimenta emenda subtra-
bit, exercitus partes Graecia inuadit.
- XIII. Frater Ducis cum periculo populum Ducis transduxit, dimicantes inter se partes Dux dirimit.
- XIV. Imperator promissis obsidibus Du-
cem ad se insitat, & quid ipse Dux legatis Boe-
mundi responderit.
- XV Filio Imperatoris obside accepero, Dux curiam ingreditur.
- XVI. Quam gloriose Dux ab Imperatore suscep-
tus sit & exhibitus, & quid inter eos con-
uenerit.
- XVII. Monitu Imperatoris populus Do-
mini in Cappadociam migrat: Dux Imperato-
rem pro necessariis rebus sapientius interpellat.
- XVIII. Boemundus adueniens, egrave per-
suasus est Imperatoris homo fieri.
- XIX. Nepos Boemundi clanculo digredi-
tur: Dux cum suis decenter ab Imperatore di-
mittitur: Robertus Comes homo illius efficitur.
- XX. Exercitus versus Niceam iter diri-
git: de Reymundo Comite & Petro eremita &
- de quibusdam aliis Principibus.
- XXI. De Obsidione urbis Nicæa.
- XXII. Item dispositio obsidionis, quibus principibus que partes civitatis delegate sint.
- XXIII. Item de eodem.
- XXIV. De viris sacri ordinis & vulgo inermi, & de lacu civitatis.
- XXV. De principe urbis Nicæa & de ex-
ploratoribus eius.
- XXVI. Item de uno exploratorum illorum,
& quam sollicitè populus Domini gentilium pre-
stolaret aduentum.
- XXVII. Aduentus Solymani: exhorta-
tio Podiensis Episcopi: conflictus & victoria po-
puli Christiani.
- XXVIII. De munificentia Imperatoris in
Principes, & de Turco falsi nominis Christiano.
- XXIX. De viris capitaneis in eadem obsi-
dione occubentibus.
- XXX. Item de aliis ibidem pereuntibus.
- XXXI. Demurorum & præcipue cuiusdam
turris oppugnazione.
- XXXII. Populus Domini supra dictum la-
cum nauali obsidione circundat.
- XXXIII. Profani resistentes valde Chri-
sticolas defatigant: Vbi Dux ipse Turcorum bel-
licissimum sagitta traiecit.
- XXXIV. De occiso Christiano bellatore qui
ad ludibrium fidelium in muro suspenditur.
- XXXV. Quomodo Longobardus quidam
nouum genus machine operatus sit.
- XXXVI. De euerfione immanissima tur-
ris, & domina civitatis quomodo capta sit.
- XXXVII. Deditio civitatis Nicæa, & de
quadam sanctimonialis fæmina captiva.
- XXXVIII. Qualiter ex consultu Princi-
pum populus DEI in duas partes divisus sit.
- XXXIX. De immanissima cæde Christia-
norum per insidias Principis Nicæni.
- XL. De nuocio fidelium CHRISTI ad
Ducem.
- XL I. Vbi Dux & qui cum eo erant subue-
niunt pereuntibus.
- XL II. Vbi Dux & alii quidam procerum
ex nomine notantur, qui tunc fortiter pro DEO
egerunt.
- XL III. Post victoriam quid inter fideles
Domini conuenerit, & quomodo sacerdos cu-
rauerit cadauera prostratorum.



G I T V R post Petri Eremitæ profectionem, post Waltheri Senzaue-
hor, militis egregii, occisionem, eiusque exercitus grauissimum ca-
sum; dehinc modico intervallo post crudelē stragem Godescalci
presbyteri, & eius exercitus, post infortunium Comitis Alemaniæ,
Emichonis, cæterorumque fortium virorum & Principum de terra

Gallie, scilicet *Drogonis de Nabella*, *Clareboldi de Vinduil*, ac contritionem sui exercitus crudeliter factam in regno Vngariae ad portam Meleburg: *Godefridus*, Dux Lotharingiae, vir nobilissimus, fraterque eius *Vterinus*, *Baldewinus*, *Vuernerus de Greis*, cognatus ipsius Ducis *Baldewinus* pariter de Burg, *Reinardus* Comes de Tul, *Petrus*que frater eius, *Dudo* de Cons, *Henricus* de Ascha, ac frater illius *Godefridus*, fortissimi milites ac principes clarissimi. eodem anno medio menses Augusti viam recto itinere in Ierusalem facientes, in terram Osterreich ad ciuitatem *Tollenburg*, ubi fluuius *Lintax* regnum Galliae terminat & diuidit, hospitio resederunt curriculo trium hebdomadarum mensis Septembris, ut audirent & intelligerent, qua occasione exorta seditione, Peregrinorum exercitus paulo ante hos dies perierit, & a proposito eundi Ierusalem cum suis Principibus & ductoribus auersus fuerit, iamque eis obuiam desperatus redierit. Tandem post plurimum mali rumoris, quid pri-
mum, quid cautius & consaltius ageret ad explorandam rem & crudelitatem Vngarorum, quam fecerant aduersus Christianos confratres, dum sapienter tractaret, visum est omnibus utile consilium, ut neminem ex nominatissimis & Capitaneis viris ad inquisitionem tam nefandi homicidii & sceleris praemitterent, praeceps *Godefridum de Ascha*, eò quod notus esset *Kalomano*, Regi terrae, ante multum tempus huius viæ in legationem Ducis Godefridi mislus ad eundem Regem Vngarorum. Alios vero duodecim electos ex familia ipsius Ducis, *Baldericum* inquam, *Stabelensem* & quorum nomina latent, vna cum illo direxerunt, ut legationem tantorum Principum hoc modo aperirent: **REGI VNGARORVM KALOMANO, GODEFRIDVS, DVX LOTHARINGORVM, ET CAETERI COMPRIMORES ALIÆ, SALVTEM ET OMNE BONVM IN CHRISTO.** Mirantur Domini & Principes nostri, cum Christiane professionis sitis, cur tam crudeli martyrio exercitum DEI viventis interemistis, terram vero & regnum per transire interdixistis, & variis calumniis eos affecistis. Qui propter nunc timore & dubietate concussi, Tollenburg moram facere decreuerunt, donec ex ore Regis intelligent, cur tam crudele facinus à Christianis, persecutoribus Christianorum, commissum sit. Respondit Rex, vniuerso cœtu suorum audiente: Non Christianorum persecutores sumus, sed quicquid crudelitatis ostendimus, aut in illorum interitu commisimus, nimia necessitate compulsi fecimus. Cum enim primo exercitui vestro, quem Petrus Eremita contraxit, omnia acconmodaremus, emendi licentia concessa in mensura & pondere aquitatis, & pacifice illis per terram Vngarie transitum constitucremus, malum pro bono nobis reddiderunt, non solum in auro & argento, equis & mulis & pecore regionis nostra auferentes, sed & ciuitates & castella euententes, hominesque nostros ad quatuor millia mortificantes, rebus & vestibus expoliauerunt. Post has à comitatu eti nobis tam innumerabiles, sed iniuste illatas iniurias, subsequens exercitus Godescalcii, & nunc recenter attritus, quem infugiam conuersum obuiam habuisset, castellum ac munitionem regni nostri Meleburg obfederunt, in superbia & impotencia virtutis sine ad nos intrare volentes, ut nos punirent & exterminarent, de quibus DEO auxiliante vix defensi sumus. Rex autem ut hæc respondit, iussit eodem legatos Ducis honorifice in patatio suo hospitari in loco qui dicitur *Pannonia*, ubi per dies octo omnia illis necessaria in ipsa Regis mensa affluenter ministrata sunt. Post dies vero octo Rex super legationem Ducis consilium primatum suorum accepto, remisit legatos cum legatis de domo sua, ut Duci & primis exercitus in hunc modum responsa portarent. **REX KALOMANVS DVCI GODEFRIDO ET OMNIBVS CHRISTIANIS SALVTEM ET DILECTIONEM SINE SIMULATIONE.** Audiuimus dete, quia vir potens & princeps tuas in terra, & fidelis inuentus ab vniuersis, qui te nouerunt. Iccirco te semper diligens ex sola bona fama, nunc te videre & agnoscere optauit. Et exinde consilium accepi, ut descendas ad nos in castellum Cyperon sine opinione alicuius periculi, & utraque ripa paludis residentes, totum colloquium teneamus de omnibus, quæ à nobis requiri, & quorum nos reos arbitrariis. Hoc Regis nuncio auditio, Dux vniuerso cœtu
rent, ex consilio Maiorum trecentis tantum militibus assuuntis, ad Regem profectus est in loco præsignato. Et utrinque hinc & hinc omisso comitatu suorum, Dux solummodo *Werner de Greis*, viro nobilissimo & propinquuo eius, *Reinardo de Tul*, & Petro euocatis, pontem, qui paludi imminet, ascendit, in quo regem reperiens, benignissime salutavit, & humili deuotione osculatus est eum. Dehinc interfide diversa habuere colloquia de concordia & reconciliatione Christianorum, quo usq; ratio hæc pacis & dilectionis adeo firmiter processit, ut se Dux fidei eius credens duodecim ex trecentis suscepit; cum quibus cū Rege in Pannoniam & terram Vngarorum descendit, fratrem vero *Baldewinum*, telictum *Tollenburg*, populū regere & procurare,

curare, remisso exercitu trecentorū, constituit. Dux itaq; Pannoniā ingressus, honorificè ab ipso Rege & primatibus suis suscepitus est; eiq; benignè & copiosè omnia necessariaparata sunt de domo Regis & mensa, quæ tam egrū gium virum decabant. Dehinc Rex per dies octo plurimum conuentum suorum habens, qui etiā advidendum tam nominatissimum Principem cor. fluxerant, querebat cor sūlum: qua fide & fiducia saluo regno suo rebusque fuorum tam copiolus exercitū fortiter armatus intromittetur. Tandem repertum est consilium & Duci declaratū quomodo, nisi darentur obsides viri egregii & primores exercitus, nullus sibi sisque concederetur transitus, ne aliqua occasione assūpta, in virtute tam innumerabilis gentis terram & regnum amitteret. His auditis, Dux voluntati Regis in omnibus celsit, & obsides, quos petebat, dat i nō abnuit, hac tamē conditione: vt ultra Peregrinorū exercitus, tam prætens quā fucurus, per terram eius transiret sine aliquo obstatulo, & pacificè mutuaret vitæ necessaria. Nec mora, percussit Rex fœdus cum Duce; percusserunt & vniuersi Principes regni sui in iureiurando, non ultra nocere Peregrinis transiuris. His ergo sic utrinque in vera fide firmatis, Rex ex consilio suorum requisuit *Baldevinum*, fratrem ipsius Ducis, obstatem fieri, vxorem quoque ac familiam eius. Quod Dux tine villa cōtradictione adimpleri concessit: statimque post dies octo missa legatione, Dux vniuersum exercitum præcepit properare ad castellū *Cyperon*, ac tabernacula sua hac altera in ripa fluminis & paludis collocari. Ad hanc Ducis legationem cœpit exercitus nimium hilarescere, & v. gauisi sunt vniuersi, qui antea ex diutina Ducis absentia hætabant, existimantes eum in falsa fide traditum & extinctum: sed nunc quasi de graui somno expergefacti, surrexerunt; & iuxta ducis mandatum venientes, in ripa fluminis & paludis castrametati sunt. Collocatis itaq; tentoriis, Dux de regno Vngariæ reductus, & suis restitutus est, referens, quantam ei Rex curam & honorem exhibuerit, & omnia, quæ cum Rege & Principibus eius pactus sit; & quomodo frater eius Baldevinus à Rege in obstatem cum vxore & familia requisitus sit, donec populus cum silentio & pace transeat: alioqui nullam sibi dari licentiam transeundi. Et post pauca statim admonuit fratrem suum Baldevvinum, obses fieret pro populo, sicut decretū erat. 30 Qui vehementer cœpit reniti & contradicere, donec Dux hæsitatione illius turbatus, constituit, vt ille curam exercitus Deigereret, & ipse pro fratribus obses fieri non dubitaret. Tandem Baldevvinus omni mentis suæ fluctuatione exclusus, cōcessit obses fieri, & exilio pro salute fratrum suorum transferri. Igitur tam præclaro Principe iam obside facto, & Rege vna cum illo in Pannoniā regresso, vniuersus exercitus ex iussu & concessu Regis per pontem trans paludem intromissus est, & ad fluvium *Lintax* castra metatus est. Castris verò positis, & vniuersis hospitio sedatis, *Godefridus* Dux præcones per singulas domos ac tentoria acclamare constituit sub iudicio mortis: ne quicquā contingerent, aut violenter in regno Vngariæ raperent, & nullam seditionem mouerent; sed omnia æquo precio mutuaretur. Si militer & Rex per vniuersum regnum acclamari præcepit, vt omnē copiam rerum necessariarū reperiret exercitus in pane, vino, frumento, hordeo, in bestiis agri & volatilibus cœli: iussumq; sub iudicio vitæ, ne iniusta venditione Vngari grauarent exercitum aut conturbarent, sed potius omnia venalia illis allevarent. Sic & sic per singulos dies in silentio & pace, in mensura æqua, & iusta venditione Dux & populus regnum Vngariæ pertransiens, ad *Drowa* fluum peruenierunt. Vbi congerie lignorum composita, & plurima viminiū copulatione facta, eundem fluiū traiecerunt, assidue Rege cum validissima manu equitum à sinistris gradiente vna cum Baldevino & cæteris obsidibus, quousq; ad locū, qui dicitur *Francauilla*, peruenit est. Illuc per tres dies remorati, vitæ necessaria, & quibus indigebat exercitus, precio mutuantes, cum omnibus *Malciuillam* descenderunt, in littore Sow diebus quinque pernoctantes. Illuc Duci cæterisque Principibus exercitus innotuit, quam intolerabilis virtus militiæ Imperatoris Constantinopolis affuisset ad prohibendam Peregrinis viam per regnum Bulgariæ. Quapropter Dux & vniuersi consilium inierunt, vt partem exercitus in armis trans fluum præmitterent ad reprimendos hostes, milites Imperatoris, quousque populus enauigaret. Non amplius enim quam tres naues illuc repartæ sunt, cum quibus mille equites locati ad præoccupandum littus transmissi sunt. Cætera multitudo, copulazione lignorum & viminiū, fluminis aluecum superauerunt. Vix enauigauit VII?

populus & eorum princeps; & ecce Rex cum omni apparatu suo, & fratre Duci Baldewino, eiusque vxore & cunctis obsidibus affuit, quos ibidem in manu Ducis restituit. Ac dehinc nimia dilectione commendato Duce fratre; eius in donis plurimis & osculo pacis, in terram regni sui reuersus est. Dux verò & omnis exercitus illius altera in ripa constituti, in villa *Belegraue* Bulgarorum hospitio pernoctarunt, quam Petrus & illius exercitus non longè antea deprædati combusserant. Mane autem facto, Dux & exercitus illius exurgentes, sylvas immensas & inauditas regni Bulgarorum ingressi sunt. Vbi legati Imperatoris illis occurrerunt, in hæc verba nuncia deferentes: ALEXIVS, IMPERATOR CONSTANTINOPOLIS REGNI GRÆCORVM, DVCI GODEFRIDO SVISQVE SEQACIBVS INTEGRAM DILECTIONEM. Rogote, Dux Christianissime, quatenus regnum & terras meas, quas ingressus es, gentem tuam vastare & depradari non patiaris; sed emendacentiam oblineas, & sic omnia sufficienter ex nostro Imperio emenda & vendenda tui reperiant. Hanc itaque Imperatoris legationem Dux intelligens, in omnibus se Imperatoris parere pollicetur mandatis. Vnde vniuersis indictum est, ne deinceps quicquam, aliqua iniusta vi contingat, præter pabula equorum. Sic verò pacifice ex rogatu Imperatoris pertransiunt, peruerentur *Nizh* præsidium eius. Vbi mira affluentia ciborum in frumento, hordeo, vino & oleo plurimaque venatione ex Imperatoris dono Duci oblata est, cæteris licentia vendendi & emendi concessa. Illic siquidem per dies quatuor in omni opulentia & iocunditate recreati sunt. Post hæc Dux cum omni exercitu *Sternitz* profectus est: vbi non minori pinguedine donorum Imperatoris sibi satisfactum est. Dehinc post aliquot dies discedens, ad *Phinopolin*, ciuitatem præclaram, descendens, illic similiter ex Imperatoris dono omnem abundantiam necessariorum habuit per dies octo. Vbi nuncia illi allata sunt, quomodo Imperator *Hugonem Magnum*, fratrem regis Franciæ, *Drogonem* & VIII. *Clareboldum*, in vinculis & carcere tenuisset. Hoc audito, Dux Imperatori legationem misit, quatenus hos Principes terræ suæ, quos tenebat captiuos, libertati restitueret, alioqui se fidem illi & amicitiam non posse seruare. *Baldewinus*, Hamacorum Comes, & *Henricus de Ascha*, intellecta Ducis legatione ad Imperatorem destinata, primo diluculo, Duce ignorantie, viam anticipauerunt in Constantinopolir, ut legatos præuenientes ab Imperatore maiora dona consequerentur. Dux verò audiens grauiter accepit; sed tamen dissimulans iram, *Adrianopolin* profectus est: vbi quodam flumine natatu equorum superato, tentoriis positis perniciavit. Pons denique, qui trans fluuium per mediam ciuitatem porrigitur, sibi & suis ab incolis interdicitur. Deinde exurgentes, & *Salabriam* properantes, tentoria posuerunt per amena loca pratorum. Vbi reuersi nunci Ducis ab Imperatore, retulerunt, quomodo captiuos Principes minimè reddidisset. Vnde Dux & omnis societas in iram exarserunt; & ultra illi fidem & fœdus pacis seruare noluerunt. Statimq; ex præcepto Ducis omnis terra illa in prædam data est Peregrinis & aduenis militibus: qui per dies octo illic moram facientes, totam regionem illam depopulati sunt. IX. Imperator autem intelligens regionem grauiter depopulari, *Rudolfum Peel de Lan* & *Rotgerum*, filium Dagoberti, viros disertissimos, de terra & cognatione Francigenarum, Duci misit, rogans; ut à præda regni sui & vastatione cestaret exercitus, & captiuos, quos petebat, sine dilatione redderet. Dux verò initio consilio cum cæteris Principibus, acquieuit legationi Imperatoris, & amouens castra, præda interdicta, secessit ad ipsam urbem *Constantinopolin* cum vniuerso comitatu Peregrinorum. Vbi fixis tentoriis, hospitati sunt in manu robusta & intolerabili, loricis & omni bellica armatura muniti. Et ecce in occursu *Hugo*, *Drogo*, *Willehelmus*, *Carpentarius* & *Clareboldus*, laxati ab Imperatore, Duci affuerūt, gaudentes illius aduentu & suæ multitudinis, & in amplexum Ducis cæterorumque plurimo osculo corruentes. Similiter & prædicti legati Imperatoris Duci occurrerunt, rogantes eum, ut intraret palatium Imperatoris cum aliquibus primis de exercitu, ut audiret verbum Regis; cætera multitudo extra muros ciuitatis remaneret. Vix hanc legationem Dux accepit, & ecce quidam adueniæ de terra Francorum occulte in castris Duci affuerunt, qui plurimum eum monuerunt, ut caueret versutias & venenatas vestes ipsius Imperatoris ac verba dolosa; & nequaquam ad eum intraret aliqua blanda promissione, sed extra muros sedens omnia quæ sibi offerret, securè susciperet. Dux igitur sic præmonitus ab aduenis, & Græcorum deceptions edatus, ad Imperatorem minimè introiuit. Quapropter Imperator indignatione vehementer

hemente motus aduersus DuceM & omnem eius exercitum, vendendi & emendi licentiam illis interdixit. *Baldewinus* verò frater Ducis, agnita hac Imperatoris indignatione, & videns populi indigentiam, nimiamque defectionem necessarium, egit cum Duce & Magnificis exercitus, quatenus rursus per regiones & terras Græcorum prædas contraherent, escas comportarent, donec Imperator his cladibus coactus, rursus emendi vendendiq; licentiam concederer. Imperator ergo videns terræ regni sui prædas & mala ingruere, licentiam vendendi & emendi omnibus iterauit. Erat *Natalis Domini*: ideoq; in tam solenni tempore & diebus **x.** pacis & gaudii, visum est vniuersis bonū & laudabile & acceptū corā Deo, vtrinq; **10** concordiam renouari, inter domum Imperatoris & DuceM ac vniuersos præpotentes exercitus. Et sic pace composita, conçinuerunt manus suas ab omni præda & iniuria. His ergo quatuor diebus sanctis, in omni quiete & iucunditate refederūt antovrbis mœnia Constantiopolis. Post quatuor verò dies legatio Imperatoris processit ad DuceM, quatenus castra moueret eius causa & precibus, & intra palatia, quæ in littore Brachii maris sita erant, cum exercitu suo hospitaretur propter medios algores niuis & hyemis, qui pluuiali tempore imminebant, ne tentoria eorum madefacta & attrita deperirent. Cessit tandem Dux & cæteri complices Imperatoris volūtati, & amotis tentoriis, per palatia & turritas domos, quæ spaciū triginta milliarium in littore maris comprehendunt, hospitati sunt **xii.** cum omni exercitu Christianorum. Ab ea die & deinceps omnem plenitudinem cibariorum & rerum necessariarum, ex Imperatoris iussu repererunt & emerunt. Post paululum dehinc rursus Imperatoris legatio Duci affuit, quæ eum admonuit ad eum ingredi, & eius verba intelligere. Quod Dux omnino renuit, præmonitus ab aduenis ciuibus de versutia illius: sed viros egregios direxit illi nuncios, *Cunonem* Comitem de Monte acuto, *Baldewinum de Burg,* & *Godefridum de Ascha*, qui excusarent eum, & in hunc modum loquerentur: *Godefridus Dux Imperatori fidem & obsequium: Libenter & optato ad te ingredener, honores & dimitias domus tuae considerarem* sed terruerunt me plurima mala, que auribus meis de te innotuerunt: *nescio tamen si vel inuidia aut odio tui hac adiuuenta & vulgata sint.* Imperator hæc audiens, plurimum de omnibus **30** se excusauit, dicens: nunquam oportere DuceM vel aliquem de societate, quicquā fallaciæ de eo timere; sed eum suosque quasi filium & amicos seruare & honorare. Regressi autem nuncii Ducis, omnia, quæ benè promissa & fideliter ex ore Imperatoris audierant, in bonum retulerunt. Verū Dux adhuc minimè mellifluis illius promissis credēs, prorsus colloquiū eius refutauit. Et sic inter hæc nuncia hinc & hinc, quindecim dies euoluti sunt. Imperator itaque cognoscens Ducis **xiii.** constantiam, eumque ad suam præsentiam inuitari non posse, iteratò molestè accepit; & hordeum & pisces ad vendendum subtraxit, deinde panis alimentum, vt vel sic coactus Dux Imperatoris præsentiam non recusaret. Sed nec sic Imperatore proficiente, vt animum Ducis emolliret, quadam die ex instinctu Imperatoris **40** quingenti *Turcopoli* nauibus inuecti per Brachium maris, armati arcu & pharetra, matutinos milites Ducis sagittis infixerunt, alios mortificatos alios sauciatos à littore arcentes, ne illic emere ex solito alimenta liceret. Continuò hæc crudelis fama in folio Ducis allata est. Qui illico iussit cornua perstrepere, populum vniuersum armari; & ante ipsam urbem Constantinopolin redire, tentoriaque relo- care. Ad hanc Ducis iussionem signo dato cornicinum, eruperunt vniuersi ad arma; & palatia & turres, in quibus hospitio manserant, alia incendio vastauerunt, alia comminuerunt, damnum irrecuperabile Constantinopoli inferentes. Ex **xiii.** orta denique iam in palatio fama tam vehementis incendii & exterminii, *Dux* ni- mium expauit, metuens, ne flamma ædificiorum & strepitu moti exercitus perce- **50** pto, pontem, per quem transierant à ciuitate Constantinopoli ad palatiorū man- siones, subito in manu robusta præoccuparent milites & sagittarii Imperatoris. Ideoque sine mora præmisit *Baldewinum* fratrem suum cum quingentis loricatis militibus ad obtinendum pontem, ne aliqua vis Imperatoris præcurrrens, illum corrumperet; & sic Peregrinis transitus, & redditus vlt̄a negaretur. *Baldewinus* vix medio ponte constiterat, & ecce à dextris & sinistris Turcopoli, milites Imperatoris, nauigio inuecti circumquaque in transeuntes sagittis irruunt, & fortiter impugnant. Quibus Baldewinus è ponte resistere nullam habens copiam, sagittas illorum effugere properauit; & sic superato ponte, velociter in aliam partem pon- tis sicco littore se contulit, pontem obtinens & obseruans versus mœnia dominaz

& magistræ ciuitatis, quò vsque totus per pontem migrarer exercitus. Dux verò à tergo cum suis custodiam agebat. Interea à portis versus Sanctum Argenium infinita manus Turcopolorum & totius generis militum prosiluit in sagittis & varia armatura ad expugnandum Baldewinum, & vniuersum gentis Christianæ comitatum. Sed *Baldewinus* immobilis & insuperabilis ab omni illorum assultu in loco constituto perstiterit, donec à mane vsque ad vesperam populo trans pontem ante urbis mœnia relato, & castris positis hospitato, eosdem Turcopolos, à portis egressos, & populum impugnantes cum quingentis loricatis fortiter incurrit; & utrinque grauiter commisso prælio, plurimi hinc & hinc ceciderunt, & pluri-mi equi Francorum sagittis interierunt. Sed ad ultimum Baldewinus præualens, 10 milites hos Imperatoris grauatos ac fugitiuos in portas ire compulit, camposque & victoriam potenter obtinuit. Verùm *Turcopoli* & milites Imperatoris indignantes se victos, & bello fugitiuos, iteratò crebrius à portis eruperunt, ad laces-tendum & expugnandum exercitum: quo vsque Dux adueniens, quia nox erat, omnia pace composuit; commonens fratrem suum cum vniuersis in castra redire, & à pugna hac in noctis umbra manus & arma continere. Similiter Imperator, metu-ens amplius & validius hanc belli tempestatem ingruere, & vespero umbro suo deficere & perire, pacem & ipse fieri imperat, latatus Ducem suos à bello pacare

xiv. voluisse. Craftina verò luce exorta, ex præcepto Ducis exurgens populus, terram & regnum Imperatoris perlustrans, curriculo dierum sex grauiter deprædatus 20 est; vt vel sic saltem Imperatoris suorumque superbia humiliari videretur. Quo cognito, Imperator tristari & dolere cepit, quòd terra & regnum sic dissiparetur. Qui statim accepto consilio, Ducis legationem misit, quatenus prædam & incen-dium prohiberet, & in omnibus illi satisfaceret, in hæc verba loquens: *Cessent inter nos & vos inimicitiae, & Dux ad me ingrediatur, fiduciam & obfides sine aliqua dubietate à me recipiens, quòd in columnis veniat & redeat, certus de omni honore & gloria, quam sibi suisq[ue] face-re poterimus.* Quod benignè Dux annuit, si tales darentur obfides, quibus credere possit de vita & salute sua; & sic procul dubio ad eū descendens, libenter sibi & viua voce & ore ad os loqueretur. Vix post hanc Ducis responsionem legati Imperato-ris recesserant, & ecce quidam aliī legati ad eundem Ducem venientes ex parte 30 Boëmundi salutauerunt eum, sic loquentes: *Rogat te Boëmundus, princeps diuissimus Sicilia & Calabriae, ut nequaquam cum Imperatore in concordiam redeas; sed in ciuitates Bulgarorum Adrianopolin & Phinopolin secedas, & tempus hyemale illic peragas; certus quòd mensē Martio inchoante, idem Boëmundus cum vniuersis copiis in auxilium tibi est affuturus, ad expugnan-dum hunc Imperatorem, & illius regnum inuadendum.* Auditâ hac Boëmundi legatione, Dux omne responsum è contia fieri distulit, dum luce proxima exorta, ex consilio suorum respondit: *se non causa questus, aut pro destructione Christianorum, à terra & cognatione sua exiisse, sed in CHRISTI nomine viam institisse Ierusalem; hancq[ue] velle perficere & adimplere consilio Imperatoris, si eius gratiam & bonam voluntatem recuperare & obseruare pos-fit.* Hanc autem Ducis intentionem & responzionem nunci Boëmundi intelligētes, benignè à Duce commendati, in terram Apulię reuersi sunt, omnia sicut ex ore 40

xv. Ducis didicerant, referentes. Imperator verò Boëmundi hanc nouam legationem & suggestionem intelligens, Ducem ac eius amicos amplius de concordia solicitabat, quatenus, si ei placari vellet, & terram eius pacificè pertransire, sibi ve-rò facie ad faciem præsentari in colloquio, dilectissimum filium suum, *Iohannem* nomine, sibi ob sidem daret; & omnia necessaria cum emendi licentia sibi suisque accommodaret. Hæc Imperatoris promissa decreta & firmata Dux intelligens, ex consilio suorum castra mouit à muro ciuitatis, & iterum trans pontem hospitandi gratia in Brachio maris in muratis ædificiis secessit, vniuersum populū admonens, ut pacifici essent, & sine seditione necessaria emerent. Craftina verò luce exorta, 50 *Canonem Comitem de Monte acuto, & Baldewinum de Burg, viros nobilissimos, & in omni verbo disertissimos, iussit coram adesse, quos ad suscipiendum ob sidem filiu Imperatoris confidenter direxit: quod actum est.* Abducto ergo iam ob side filio Imperatoris, ac in potestatem Ducis suorumque fideli custodia constituto, Dux si-ne dilatione nauigio per Brachiū maris Constantinopolin aduectus est. Et assum-tis egregiis viris, *Wernero de Greis, Petro de ** & cæteris Principibus, audacter curiam Imperatoris ingressus, facie ad faciem sibi astitit, vt audiret verbū eius; & viua vo-ce responderet ei super omnibus quæ requireret, aut eum interpellaret. *Baldewi-nus* verò nequaquam tunc palatium Imperatoris introiuit, sed in littore cum mul-titudi-

titudine remansit. *Imperator autem tam magnifico & honorifico Duce viso,* xvi.
eiusq; sequacibus, in splendore & ornatu preciosarum vestium tam ex ostro quam
aurifrigio, & in niueo opere harmelino & ex mardrino grisioque & vario, quibus
Gallorum Principes præcipue vtuntur, vehementer admirans honorem ac deco-
rem illorum, primùm Ducem in osculo benignè suscepit; dehinc vniuersos pri-
mates & collaterales illius eodem pacis osculo honorare non distulit. Sedebat au-
tem Imperator more suo potenter in throno regni sui, non Duci, non alicui assur-
gens ad porrigenda oscula, sed flexis genib; Dux incuruatus est, incuruati sunt &
sui ad osculandum tam glorioissimum Imperatorem & potentissimum. Osculatis
10
deniq; omnibus ex ordine, Duci in hæc verba locutus est: Audiui de te, quoniam mi-
les & Princeps potentissimus tuus sis in terra, & vir prudentissimus ac perfectæ fidei. Quapropter te
in filium adoptuum suscipio, & vniuersaque possideo, in potestate tua constituo, ut per te Imperium
meum & terramea à facie præsenis & futura multitudinis liberari ac saluari possit. His paci-
ficiis & piis Imperatoris sermonibus Dux placatus, & illectus, non longum se ei in fi-
lium, sicut mos est terra, sed etiam vasallum iunctis manibus reddidit cum vniuer-
sis primis, qui tunc aderant, & postea iubsecuti sunt. Nec morâ, aliqua ex æratio
Imperatoris allata sunt dona inestimabilia Duci, & cunctis qui conuenerant, tam
in auro quam argento, & ostro diuersi generis, in mulis & equis, & in omni, quod
preciosius habebat. Sic verò Imperatore ac Duce perfectæ fidei & amicitiae vincu-
20
lo insolubili innodatis, à tempore Dominicæ incarnationis, quo hæc concordia
contigit, vsq; ante paucos dies Pentecostes per singulas hebdomadas quatuor viri,
aureis Byzantiis onerati, cum decem modiis monetæ Tartaron, de domo Impera-
toris Duci mittebantur, quibus milites sustentari possent. Mirabile dictu. Vniuer-
sa, quæ ex dono Imperatoris Dux militibus distribuebat, in mutatione alimento-
rum ad ætarium Regis protinus redibant; & nō solùm hæc, sed etiam quæ sub vni-
uerso orbe illuc congregavit exercitus. Nec mirum, iam nullius præter Imperatoris
merces tam in vino & oleo, quam in frumento & hordeo, omniq; esca, vende-
batur in toto regno. Et ideo Regis ætarii assida pecunia abundans, nulla datione
xvii.
euacuari potest. Pace & concordia inter Imperatorem & Ducem hac con-
30
ditione firmata, quam diximus, Dux in hospitia ædificiorum in Brachio maris re-
latus, hactenus ob sidem filium Imperatoris honorifice remisit, certus vltrâ de fide
& amicitia ab Imperatore suscepta. Altera dehinc die, acclamatum est ex iussu Du-
cis per vniuersum exercitum, vt pax & honor Imperatori & omnibus suis deinceps
40
exhiberetur; & iustitia seruaretur in omni mensura venditionis & emtionis, Imperator
similiter interdixit in omni regno suo sub iudicio vitæ, ne quis noceret aut
defraudaret quenquam de exercitu, sed omnia æquo pondere & mensura Peregrini-
nis venderentur, precium verò alleuiaretur. Post hæc quadragesimali tempore in-
choante, Imperator Ducem admonuit suæ adesse præsentia, multum per amici-
tiam & fidem datam illum obtestans & deprecans, quatenus transfretaret, & in-
xviii.
terram Cappadociæ tabernacula collocaret, propter ædificia, quæ populus incor-
rigibilis destruebat. Quod Dux benignè annuit, ac traiecto flumine, alio in litto-
re in pratis Cappadocie, ipse & vniuersus populus castris positis commorati sunt. Ab-
hinc & deinceps, paulatim Peregrinis carè omnia vendebantur, sed tamen mune-
ra Imperatoris nequaquam Duci imminuta sunt: metuebat enim eum valde. Dux
verò venditionis penuriam rerum necessiarum intuens, & populi clamorem
moleste accipiens, Imperatorem sèpius nauigio conueniebat, & de grauitate ven-
ditionis eum arguebat. Sed Imperator quasi inscius, & id fieri nolens, rursus Pere-
grinis omnia alleuiabat. Interea dum hæc ad Ducem cum Imperatore ageren-
xix.
tur, & sanctū Pascha, iam tribus septimanis euolutis, processisset, Boemundus decem
50
millia habens equitum, & plurimas copias peditum, per Valonam & Durax, & cæ-
teras ciuitates regni Bulgarorum descendens, in virtute magna ante muros ciu-
tatis Constantinopolis astitit. Cui Dux ex rogatu Imperatoris cum viginti primo-
ribus de suo assumpto exercitu occurrit, vt eum ad Imperatoris præsentiam sub fir-
ma fide introduceret, priusquam arma reponerent, aut tentoria collocarent. Tan-
dem vero cum se inuicem salutassent, & Dux diu cum ipso Boemundo ageret, plu-
rimisque blanditiis ei persuaderet, vt verbum Imperatoris auditurus curiam intra-
*ret, Boemundus verò prorsus negaret, ac referret, nimium se Imperatorem pe-
ti-mescere, eo quod vir callidus & subdolus haberetur: ad extreum vietus bona
*promissione Ducis & allocutione, fiducialiter palatum Imperatoris introiuit, in-**

- osculopacis, & in omni gratia & honore susceptus. Deinde diuersis colloquis & consiliis inter se habitis, Boemundus *homo Imperatoris factus est*, cum iuramento & fide data pactus cum eo, quod nihil de regno eius sibi retineret, nisi ex eius gratia & consensu. Statimque allata sunt Boemundo sicut Godefrido munera, miri & inauditum thesauri in auro & argento, vasa quoque preciosa opere & decoro, multo-
xix. que ampliora, quam ab aliquo possit estimari. Cum hæc concordia & fœdus inter Imperatorem & Boemundum fiereret, *Tankradus*, sororis filius Boemundi, Brachium maris cum vniuerso comitatu & apparatu tam suo quam Boemundi transfretauit, clam Imperatore, Duce ac Boemundo, ne & ipse subditus illi fieret. Hac igitur Tankradi præsumptione Imperator audita, molestè accepit, eò quod eius colloquium vitauerit. Sed tamen prudenter dissimulans, Boemundum atque Ducem cum amore & immenso honore munerumq; largitione commendatos, trans fluuium ad exercitum remisit. Breui dehinc interuallo affuit *Robertus Flandrensis* cū immensis copiis: qui & ipse audita concordia Ducis & Boemundi cum Imperatore, fœdus iniit, homo illius factus: Vnde ipse quoque sicut & illi, ingentia munera de manu Imperatoris meruit accipere. Dehinc post aliquot dies ab Imperatore benignè commendatus est, & flumine prædicti maris emenso, in regione & pratis Cappadociæ sociis & Christianis Principibus admixtus, armis & copiis associatus
xx. est. Non multo dehinc tempore tam egregiis viris in vnum collatis, placuit ex communi consilio, quatenus iam congruum tempus expeditionis operti, sicut deuouerant, deinceps viam continuarent versus civitatem Nicæam, quam gentilis virtus Turcorum, Imperatori iniuste eruptam, suo subiugauit dominio. Eadem siquidem die, qua castra mouerunt *Rufini* applicuerunt. Et ecce legatio *Reymundi*, Comitis Sancti Ægidii affuit, quomodo & ipse in ciuitatem Constantinopolin ingressus cum Imperatore fœdus percussisset, rogans & obtestans, quatenus eum & Episcopum de Podio *Reymerum* nomine, præstolati vellent. Hiverò se minimè cum præstolari, aut longius his partibus immorari astruxerunt; sed paulatim se præcedere, ipsum verò Comitem recto & non nimium maturato calle posse subsequi, rebus suis cautè & diligenter cum Imperatore ordinatis. Ibidem *Rufinus*, *Petrus Eremita*, præstolatus Principes, cum paucis reliquis suæ attritæ multitudinis adiunctus est. Comitis verò Reymundi legati, accepto Ducis responso, Constantinopolin reuersi sunt. Dux siquidem & Boemundus & Robertus Flandrensis, donis à Rege preciosis donati & nimium commendati, iter suum continuant. Reymundus gratus & dilectus factus Imperatori, diebus quindecim Constantino-
 poli moram fecit, plurimum honoris & doni ab Imperatore consecutus, sub fide &
xxi. sacramento homo illius factus. In his itaque diebus *Robertus*, *Normanorum* Co-
 mes *Stephanus Blesensis*, *Eustachius*, frater prædicti Ducis, cum ingenti manu equitum & peditum similiter attuerunt: qui & ipsi cum Imperatore fœdus & amicitiam in-
 euntes, hominesque illius in fidei iuramento facti, nimiis donis ab eo honestati sunt. Dux verò & qui cum eo erant, interea *Nicæam* urbem adierunt: quod ipse 40
 Dux primùm obsidionem, ante maiorem portam urbis positis castris, constituit fieri. Subsecutis verò Principibus, paucissima requies in terminis Cappadociæ fuit trans prædictum Brachium maris S. Georgii; sed festinato itinere & ipsi castra metati, circa Nicæam urbem concenterunt: quæ mœnibus, muris, munitionibus turrium insuperabilis videbatur. In hac urbe antiqua & robustissima, *Solymenii*, unus ex principibus Turcorum, vir nobilissimus, sed Gentilis, dominio præerat. Qui auditio Christianorum intentionis aduentu, omni armatura fortium virorum ciuitatem muniuit, quin & alimenta copiosa, vnde cunque collecta, intulit; portas verò vndeique seris firmissimis obstruxerunt. Ut enim circa Nicæam & eius mœnia in equis velocissimis prædicti Principes conuenerunt, alii in assaultibus & dis-
 cursibus equorum delectabantur, turres & fortissima mœnia admirantes, murosque duplices. Sed neq; his circumspectis, aliqua formidine concuti potuerunt; verum omni virtute & militari habitu animati, urbem assiliunt & oppugnant: alii verò pedestri aggressu, non minus arcu & sagittis defensores urbis bello laces-
 sunt: sed plures grauissimis iictibus & iaculis desuper repugnantium attriti sunt, qui incautè & cæco impetu ac fragore subito prælia iuxta muros tentare ausi sunt.
xxii. Principes verò exercitus, videntes sic frustra & inutiliter bello populum perire, nec quicquam inclusis huic præsidio posse nocere, nil melius senserunt, quam ut obsidione circumquaque posita, urbem cogerent, & custodes murorum. Vnde in pri-

in prima obsidione *Godefridus*, Dux Lotharingie, Princeps ac Dominus de castello Bullionis, cum vniuerso comitatu Lotharingorum constitutus est: *Botmundus* Princeps Siciliæ & Calabriæ, natione Normanus, vir alti cordis & miri ingenii, ac omni militari virtute in rebus bellicis aptissimus, & opibus ditissimus, vicinus sedē collocauit: *Tankredus*, tiro illustris, iuxta eundem Boemundum, auunculum suum, cum suis sodalibus considerare decernitur. *Taritus* quidam truncati nasi, familiaris Imperatoris Constantinopolis, & eius secretorum conscius, duxctor Christiani exercitus, eò quod loca regionis nota sibi essent, cum auxiliari manu militum eiusdem Imperatoris, vrbē in decreta sibi parte premebat. *Robertus*, Comes Flandrensis, nulli illorū dispar in armis, diuitiis & viribus; & Comes *Robertus*, princeps Normaniæ, filius regis Anglorum ferociissimus, armis rebusque militaribus ditissimus, iuxta prædictos in obsidione eiusdem vrbis in ordine locatis sunt. *Wernerus* de Greis castro, miles irreprehensibilis in arte bellica, *Eustachius*, frater prædicti Ducis Godfridi, cum *Baldewino* fratre eorum, viro clarissimo, & bello inuictissimo, pariter in ordine confederunt. *Baldewinus* de Monte castello, Hamaicorum Comes & princeps, vir illustrissimus in omni militari actione; *Thomas de Feria* castro, Francigena, miles acerissimus, vna cum *Baldewino de Burg*, *Drogo* de Nahella, *Gerhardus* de Keresi castello, *Anselmus* de Riburgis monte, *Hugo* Comes de S. Paullo, *Engitradus* eiusdem Hugonis filius, miles egregius, *Wido* de castro Porsessa, tiro in armis fortissimus, *Baldewinus* de castello Gant, *Baldewinus* quoque vir bello nominatissimus, cognomine Calderim Comes, vna *Willehelmus* de Foreis castello, omni virtute & potentia bellica præclarus, ad obseruandam vrbem, vix humanis viribus superabile, omnes viri fortissimi, in decreta sibi parte confederunt. Episcopus verò de Podo, *Reymerus* nomine, omni bonitate repletus, non modica manu & apparatu circa vrbem vires augebat. *Stephanus*, Comes Blesensis, & caput & primus consilio in omni exercitu, in multitudine graui vno in latere vrbem tuebatur. *Hugo*, cognomine Mignus, frater regis Franciæ, illustrissimus socius, ad custodiendam vrbem suo sedit in ordine. *Robertus*, filius Gerhardi, *Reymundus* cognomine Pellez, *Bonwakerus* de Capis castello, *Milo* quoque cognominis Louer miles fortissimus; *Stephanus* de Albemarla, filius Vdonis Comitis de Campania; *Walterus* de Dromedart, & eius filius *Bernhardus* dilectissimus, in omni facto & forma delectabilis; *Gerhardus* de Gorna, *Gothardus*, filius Godefredi, iuuenis clarissimus, *Rudolfus*, ditissimus copiarum; Dominus *Aleerus*, cognomine Ferrans, *Conanus* quoque, ambo Principes Britanorum, *Reinoldus* de ciuitate Beluaciæ, *Walo* de Calmont, *Willehelmus* de Montpelir, viri imperterriti, fixis papilionibus cum ceteris præfatis in circuitu vrbis considerunt. *Castus* quoque de Berdeiz ciuitate, *Gebardus* de Roselon ciuitate, *Giselbertus* de Treua, vnu de Principibus Burgundiae, *Oliuerus* de castro Iussi, miles audax & pugnax; *Achar* de Motinerla, candidus capite; *Reimboldus*, Comes de Oringis ciuitate, quo non alter valentior; *Lodowicus* de Monzons, mirabilis in operè militari, filius Comitis Dirici de Monthiliart; *Dudo* de Cons, rufus capite, bello doctissimus; *Gozelo* & frater eius *Lambertus*, bello peritissimus, cum patre suo *Cunone* de Monte acuto, viro illustrissimo, iuxta prædictorum papilioes tabernacula collocauerunt. *Petrus* de Stadeneis, *Reinardus* de Tul ciuitate, *Walterus* de Verueis, *Arnoldus* de Tyr, *Johannes* de Namecca, *Herebrandus* de Boillon: hi omnes ad omne bellorum incendium indefessi vrbem cingebant. Nec dubitandum est, cum tot Capitaneis primis nō paucos affuisse sequaces & inferiotes, seruos & ancillas, nuptas & innuptas, cuiusq; ordinis viros & mulieres. His omnibus, Episcopi, Abbates, Monachi, Canonici & Presbyteri præterant ad instruendos & corroborandos. Obsessa ab his copiis tota continetur ciuitas præter locum, quem ad tuendum, & vacuu relictum, Comiti Reymundo decreuerant. Vistū, & omne quod necesse est corpori, nullis immitti portis nam copiosus sinebat exercitus. Sed lacus quidā miræ latitudinis & lōitudinis, in modū matis altus, aptus remis & nauigio, in quodā latere murorū ciuitatis habebatur, per quē s̄epius ingressus & egressus vires Solymani, necessaria inferentibus, ipsiq; Solymano, patere solebat. Nondū verò *Reymundus*, præfatus Comes de terra S. Ægidii, quæ dicitur *Provincia*, vires & opem contulerat. Nam cum Imperatore Constantinopoli cum suis cuneis moram faciebat, multum ei foederatus præ donis magnificis, quibus de die in diem de domo Regis augebatur. *Solymanus* audita tantorum virorum belligatorum adunatione, à præsidio Nicææ egressus est propterea auxilium cæterorum Turcorum &

Gentilium, spacio plurimorum diuersum desudans, quousque quingenta milia vi-
rorum pugnatorum & ferratorum equitum ex omni Romania contraxit. Quibus
vndique collectis & admonitis, fama obsidionis Nicæ & exercitus Christiano-
rum ad aures eius perlata est; & quia numerus tot millium supra quadringenta
millia illic consedisse referatur. Fama autem hac attonitus, cum vniuersa collec-
tione suorum iter suum per montana mouit versus mœnia Nicæ, si forte è spe-
cula rupium posset oculis deprehendere, si tot, ut audierat, illuc millia con-
uenissent, & qua parte hos sanius aggredi posset. Tandem ex consilio suorum
quarta die obsidionis transacta, idem Solymanus duos ex suis sub falsa specie
Christianæ in morem Peregrinorum ad explorandam virtutem & actus Christiani 10
exercitus direxit, qui custodibus arcis, & defensoribus Nicæ vrbis, in hunc mo-
dum nuncia deferrent: *Scitote, quia Princeps & Dominus vrbis nostra, Solymanus, mittit nos
ad vos, ut spem firmissimam in suo iuuamine teneatis. Nil formidinis vobis ab his circumfeden-
tibus incutiatur, qui longinquò fatigati itinere, & huc in exilium progressi, prostulti computabun-
tur, quos simili pena & martyrio, ut Petri agmina ante hos dies tractabit; & in proximo vobis
succurrere in manu robusta & in millibus infinitis paratus est.* Hac Solymani legatione ac-
cepta, viri duo præmissi per loca nota & deuia versus locum, quo vrbis inobessa
erat, viam insistunt, si forte enauigare occultè ad ipsos vrbis defensores vale-
rent, & nota facere, quæ illis à Solymano iniuncta erant: qualiter Solyma-
nus, factis cuneis, in breui peregrinos aggredetur, & vt omnis virtus Turcorum 20
à portis erumperet, & sic in fortitudine admixta populum Domini deleret. Sed
ex Domini voluntate à custodibus Christianis, circumquaque diffusis ad tuenda
loca & semitas, ne qua fraus aut vis ex aduerso noceret, hi duo præmissi à Solyma-
no, capti & retentis sunt, quorum alter in impetu occisus est, alter ad præsentiam.

xxvi. Christianorum principum adductus est. Virum itaque apprehensum Godefridus Dux & Boemundus, & cæteri minis suppliciorū coegerunt, vt cuius rei causa mis-
sus venerit, sola veritate explicaret. Ille autem tot electorum Principum minas
expauescens, & vitam suam in articulo mortis positam agnoscens, flebili vo-
ce, humili vultu lachrymarumque continua inundatione de vita & salute sua
multum precatur; omnibus trepidans mentbris, & rei veritatem policetur aperire, 30
& quod vtile & salubre vniuerso populo futurum esset. Fatetur enim se à Solymano
missum, quem iugis montium cum innumerabilis gente hospitatum, & adeò vicini-
num asserit, vt in crastino die circa horam tertiam eum ad pugnam credant af-
futurum, & eius dolos ac repentinus incursum sua relatione posse præcavere.
Rogabat enim se in custodiā usque ad prædictam horam teneri, quousque rei
veritas & Solymani probaretur aduentus; sin autem aliquando his se felliisset, ne-
quaquam sibi vitam donari, sed collo amputato velle perire. Instabat etiam multa
& humili prece, quatenus Christianitatis professione baptismum susciperet, &
Christianio iure Christianis cōmunicaret. Sed hoc potius petebat timore suscep-
mortis, quam aliquo catholicæ fidei amore. Tandem miserabili fletu illius & ni- 40
mia Christianitatis promissione, primorum exercitus mollita sunt corda, ac illius
mīrati, vitam sibi donauerunt; sed tamē mittitur in custodiā, quam petebat. Ab
hinc & deinceps peruigili cura totus solicitatur exercitus Christianorum, die ac
nocte, armis & apparatu prouidus, usque ad hanc horam, quam ex captiui pro-
missione Solymani copias ab Alpibus innumerabiles ebullire didicerant. Dux
Godefridus, Boemundus, Robertus Flandrensis & vniuersi, qui aderant, Comiti
Reymundo tota nocte hac legationem direxerunt, quatenus plus solito viam ma-
turaret, si cū Turcs bellum committere vellet, & sociis subuenire. Sciebant enim
eum in proximo iam ab Imperatore laxatum, & multis honoribus & diuitiis com-
mendatum. Qui tantorum Principum legatione cognita, & Solymani tam matu- 50
rata aduentatione, nihil moræ ultræ faciens, toto huius noctis tempore accelera-
uit iter; ac prima hora diei, iam sole mundum replente, cum Podiensi Episcopo in
signis variis coloris & decoris affuit, in loricens & galeis, in fortitudine vehementer e-
xxvii. questris & pedestris exercitus. Itaq; ipsius Comitis vix tentoria ponebatur, cū
Solymanus circa horam tertiam ab altitudine montium descendebat, & omnis co-
mitatus eius, vt arena maris per diuersas semitas factis aciebus exundās: omnes viri
fortissimi, & bello cautissimi, loricens & galeis & clypeis aureis valde armati, signa-
que plurima miræ pulcritudinis in manibus præferentes. Horum in prima acie ad
decem millia, viri omnes sagittarii, in conuallē Nicæ præcucurrerant, arcus cor-
neos

neos & osceos, ad ferendum rigidissimos manu ferentes; & vniuersi equis insidentes cursu velocissimis & bello aptissimis. Sic Solymanus & sui descendentes, per portam vibis irrumpere in impetu nitebantur, quam *Reymundus*, predictus Comes ad tuendum obsederat. Sed ab ipso Comite & à *Baldewino*, fratre Ducis, illis ex adverso cum *Baldewino Calderim* occurrentibus plurima manu, grauiter retrusii & expugnati sunt. In hoc horrore crudelissimi belli inter manus festinantes, sermo Episcopi sic populum consolatur: *O gens Deo dicata, omnia pro DEI amore reliquis, diuitias, agros vineas & castella: nunc in promptu vita perpetua est ei cui contigerit hoc in prælio martyris coronari. Indubitanter hos inimicos, DEO viuenti contrarios, adite; DEO donante hodie victoriæ suscipietis.* Hac admonitione *Paganus* de Garlanda, dapifer Regis Francorum, *Wido* de *Horsella*, *Tankradus* & *Rogerius* de Barnauilla, *Robertus* Flandrensis, *Robertus* Normannorum Princeps, confratribus in CHRISTO sine mora subueniunt, per medias acies fulmineis ictibus & equoru celeritate discurrentes. Dux *Godefridus* & *Boemundus* non equo tardantes, laxis frenis per medios hostes aduolant, hos lanceis perforantes, hos ab equis deicientes, & socios saepe hortantes, ad trucidandos hostes virili admonitione consolantur. Ilic non modicus fragor hastarum, tinnitus gladiorum & galearum in hoc luctamine belli est auditus; non modica Turcorum ruma ab his egregiis viris, eorumque sociis facta est. Hac victoria DEI gratia in populo catholico habita, *Solymanus* & sui in montana fuga reuersi sunt, nulla ulterius pugna in hac obsidione populum DEI aggredi audentes. Ab illo die omnem clementiam erga captiuum legatum Solymani fideles CHRISTI exhibebant: quia eum verum & fidelem in sua promissione experti sunt: & priuatus inter familiares summorum Principum diligebatur. Occisorum vero & vulneratorum capita Christiani amputantes, secum in signu victoriae defientia in sellatum suarum corrigiis ad tentoria sua detulerunt; & ad societatem, partim in tabernaculis reliectam, circa urbem ad prohibendum exitum inclusorum, cum gaudio reuersi sunt. At huius primi belli turbine sedato circa Nicæam, capita Turcorum amputata intra urbem in cœnia iactabant, ad terréndos magistros arcis & custodes murorum. Deinde mille capita Turcorum collecta, in curribus & saccis plaustrisq; reposita, detulerunt ut vsq; ad portum, qui Cittas dicitur; & sic nauigio Imperatori Constantinopolin missa sunt. Imperator visis tot capitibus aduersariorum suorum, & militum Solymani, cuius iniusta vi urbem Nicæam in dolo amiserat, plurimum in hoc fidelium triumpho exhilarescit; ac disponit, vt pro labore belllico magnam recipiant remunerationem. Vnde pecuniam non modicam, ostra diuersi generis, & omnia necessaria ad remunerandum quenq; potenter in vehiculis mulorum & equoru direxit: vietus innumerabiles pariter attribuit; vendendi & emendi vndiq; suo in regno largissima facultas concessa est. Nautæ & mercatores certabat ex Imperatoria iussione nauibus plenis cibariis frumenti, carnis, vini, olei & hordei per mare discurrere, quo usque ad portum Cittas anchoras iaciunt, ubi fidelium turmæ ad refocillandum corpus, ante ieiuniis aggrauatum, omnia venalia reperiebat. Hac frequentia escarum frumentis & gaudentes, conspirant & affirmant, le non recessuros, quo usq; urbs superata & capta Imperatoris potestati restituatur. Promiserant enim iuramento, nihil de regno Imperatoris, non castra, non ciuitates, nisi ex eius voluntate aut dono, retinere. Hoc competito & inuestigato, & visa Christianorum victoria & Turcorum cæde cruentissima, captiuus ille, quem prediximus, diffusus vita, & Christianitatis iugum effugere cogitans, quodam die visa opportunitate clarissima, & custodiæ negligentia, facilis saltu pedis, vallum murorum urbis transuolar; Turcos per moenia præsentes, & tunc belli otio vacantes, ad subueniendum sibi intessibili voce admonet ac precatur. Qui sine mora funiculo à moenibus dimisso inter manus fallacis & fugitiui, * pereni mox in ipso pendente & manibus ha- fente, intra moenia non paruo clamore ac fragore facto interius & exterius, levauerunt. Nullus tamen Christianorum fugientem sequi aut retinere præsumuit, propter Turcorum iacula desuper infestantium. Cùm in decretó firmissimo obsidionis & destructionis urbis, curricula septem hebdomadarum ibidem circa moenia eius versarentur; & Principes alii iactus & tormenta lapidum ad minuendos muros & turres aptarent; alii arietes ferratos componerent, & diversa ingenia quererent, assultusque plurimos inferrent, *Baldewinus Calderim* incessanter muros impugnás, nimisq; temerario & audaci conatu præcurrens, in iectu premissi lapidis fractis ceruicibus vita expirauit. *Baldewinus de Gant* dum ibidem in ali-

sultu vrbis desudaret, & incaute muros appeteret, vertice transfixo in impetu sagittæ, vitam exhalauit. Post hæc dum ex consilio & decreto Principum rursus exercitus iteraret assultum, *Comes de Foreis* & alter de Insula Flandriæ *Wale* nomine, in eodem assultu nimium feruentes, & bello vehementes, dum hostes lacecerent, sagittis infixi interierunt. *Wido de Porseffa*, illustris eques ibidem infirmitate occupatus, vita dececessit. Fleuit super his omnis populus catholicorum, quoniam fortis consiliarii & auctores rerum capitalium habebantur. Tantos etenim viros nobilissimos cum omni honore & religione Episcopi & Abbates sepelierunt, non modicam eleemosynarum largitionem pro salute animarum illorum diuidentes

xxx. egenis & mendicis. Dehinc quadam die dum plurimorum Principum strues & machinæ muro Nicææ applicarentur, & quædam non in vanum, quædam frustra laborarent, *Henricus de Ascha* & *Hartmanus Comes*, vñus de Maioribus Alemaniæ, vulpem ex proprio sumtu quercinistrabibus composuerunt, cuius in gyro tutos intexuerunt parietes, vt grauissimos Turcorum sufferret iactus armorum, omniumque iaculorum genera; ac sic in ea manentes, tuti & illæsi vrbem fortiter impugnando perforarent. Hoc tandem *vulpis instrumentum* dum ad vnguem, opere & ligaturis perduceretur, milites prædictorum Principum loricati ad viginti in eadem vulpis protectione sunt constituti. Sed magna virorum inundatione & conamine iuxta muros applicata, non æquo subedit aggrete, non recto impulsu aut æquo conductu moderata: & sic trabes, postes, vniuersaq; ligaturæ contritæ, viros in ea latentes in momento oppresserunt. Hartmanus ac Henricus dolentes, & magnum de casu suorum luctum habentes, sepultura extinctos honorificè condiderunt; sed non parum gaudere potuerunt, quod cum suis non in hac

xxxi. momentana suffocatione perierunt. Alia post hæc die dum creberrimi assultus plurimorum in vanum consumerentur, *Comes Reymundus* turrim quandam duobus tormentis lapidum, quæ vulgo dicuntur *Mangena*, fortiter quassatam oppugnauit. Sed minui & dissolui vel lapis vñus ab hoc antiquo opere, & cémento vix solubili, robustissimo tam iactu non potuit, dum ad extremum plura adacta sunt lapidum quassantium instrumenta, quibus tandem muri concussi rimas per loca pertulerunt, & aliqui lapides præ creberrima iactatione cum cémento minui ac labi cœperunt. Quod videns exercitus *Dei viuentis*, adunata manu, & facta testudine viminea vallum superans, audaci transitu muros impetunt; turrim muris eminentem vncis ligonibus perrumpere & perforare moluntur, quam Turci interius coaceruatione lapidum compleuerant, vt validius staret densitate lapidum, & si forte exterior murus à Gallis corrumperetur, volentibus penetrare impedimento esset congeries infinitorum lapidum. Populus autem *Dei viui* accensa magis ac magis ira, & strage suorum commotus, turrim percurrit acumine mordacis ferri, quoque foramen trans turrim tanta virtute reddunt, vt hiatus cauati muri duos in simul penetrare præsumētes capere videretur, qui coaceruationem lapidum singulatim eruerent & minuerent, viamque ad hostes patem- 40

xxxii. teraperirent: Sed nec sic proficere potuerunt. Nocte verò quadam ab hac colluctatione, & plurima stragis conamine, circa vrbem populo vexato, & interdum in castris relato, deprehensum est, Turcos nauigio per lacum ab urbe saepius exire; viros coadiutores arma & omnia necessaria clam inferre, mercatores vsqueaque illuc conuenire, & à Turcis omnia venalia in eodem lacu reperi. Ex hoc denique Principes plurimis vñsi sunt consiliis, quid agerent vel insistarent, qualiter lacus his interdicatur, & inclusis exitus & introitus vtrà nauigio negetur, dicentes non aliter suos assultus vel laborem posse perficere. Tandem inter plurimas discussiones tale repertū est consilium, quia nisi nauali custodia tam spiosus obseruaretur lacus, nequaquā hostes posse reprimi, nec vrbem alimentis posse vacuari. Vnde magnis & paruis in vnum vocatis, decretum est cōmuni consilio, vt ad portum *Civitot* innumerabiles copiæ equestris & pedestris vulgi mitterentur, qui naues à Domino Imperatore impetratas, eiusque dono concessas, à mari per siccum iter vehiculis, arte lignorū aptatis funibus canabinis, & loristauris humero & collo hominū & equorū impositis, vsq; ad lacum Nicææ perducere valerēt. Quod actū est; & noctis in silentio viam septem milliarium trahentes, has naues miri ponderis & magnitudinis, quæ numerum centum virorum capere poterant, orto Sole ad prædictū locū applicuerūt, has in littore & vndis reponentes. Nec mora, Principes exercitus exurgētes vndiq; peruenērūt ad lacū, videre & scire de nau-

de nauibus; gauisi, quod sui incolumes, & sine hostili infestatione, & naues sine læsione receptæ sunt. Nauibus itaque receptis sanis & illæsis, fortissimi milites xxxiii. Gallorum in eis sunt constituti, qui vlt̄rā exitu Turcis interdicto obstarēt, & nihil prorsus necessariorum eis inferri paterentur. In una autem naue de *Turcopolis* Imperatoris viri sagittarii habebantur, qui nauali certamine in aquis multum præualebant. *Turci* verò, & vniuersi custodes præsidii, circa lacum tumultum populi, & Principum tam matutinos conuentus intelligentes, ad mœnia versus flumium concurrunt, multum de nouiter adductis nauibus admirati, quas procul dubio suas astimassent, nisi quod suæ adhuc altero in littore iuxta muros & mœnia catenatæ ferro & seris stare videbantur. Sic lacu nauali obsidione præoccupato, & militum illic in flumine loricata manu, in lanceis, arcu & sagittis armata, relicta, Comes *Reymundus*, & sui satellites, ac plurima manus de exercitu iteratè prædi-
ctam turrim conueniunt; assultus & lapidum iactus multiplicant; Turcos non par-
cè vexant & impugnant, ariete ferrato muros crebra hominum vociferatione im-
pellentes. *Turci* siquidem videntes crebro ariete muros impelli & concuti, & tur-
rim ligonibus perfodi, adipem, oleum, picemque stuppis & facibus ardentissimis
commixtam, fundebant à mœnibus, quæ instrumentum arietis & crates vimineas
prorsus absenserunt: alii sagittis & corneo arcu plurimos interimebant; alii saxo-
rum læsione secus muros & torrim laborantes opprimebant. In hac Turcorum
defensione & reluctancee, quidam miles illorum ferocissimi animi & cordis non
parcè desudabat arcu & iaculis; & quod dictu mirabile est, in vulnere sibi illato dif-
fusus vitæ, procul abiecto clypeo, manifestè opposuit pectus telis cunctorum, & ru-
pea saxa in medium vulgus ambabus manibus torquebat. Hic quamuis, vt aiunt
pro vero qui affuerunt, viginti sagittis adhuc hærentibus in præcordiis premere-
tur, non continebat manus à iactura lapidum & percussione Gallorum; sed am-
plius & sæuius damnum exercebat in populo. Dux verò *Godefridus* videns tam feroci-
ssimum & crudelissimum sæuire, nec tot sagittarum ir fixione deficere, sed plu-
res fidelium illius iaculatione perire, arrepto arcu baleari, & stans post scuta duo-
rum sociorum, eundem Turcum trans vitalia cordis perculit; sicque mortuum vi-
trà à cæde horrenda compescit. Tandem fatigato populo Christianorum, & Sole
declinato, & assultu tam horribili sedato, Turci angustiati præ foramine turris,
rursus saxorum aceruos comportant interius noctis in silentio, ne facilis aditus in
trastino reperiretur. Manè autem Sole relato, populus Dei ad iterandum xxxiv.
assultum, & ampliandum turris penetrale, animatur & armatur. Sed visa & agni-
ta rursus lapidum collatione opposita in recenti foramine, memor periculi &
anxietatis, quam priori luce pertulerat, coepit animo mollescere, & quisque a-
lium commonere, vt præiret. Tandem miles quidam illustris, de tabernaculis
prædicti *Robertii* Nortmanorum Comitis exiliens, galea opertus & lorica, & tectus
clypeo, trans vallum muros imperterritus inuadit, ad turrim properat, & aceruos
40 lapidum à foramine eruere nititur, & aditum saxis occupatum vacuare. Sed gran-
dine saxorum, & assidua inundatione iaculorum incepti obliuiscitur. Videns
autem idem miles omni auxilio se destitutum, & præ oppressione immensorum
lapidum nihil posse proficere, cominus muro se astringit ad deuitanda iacula Tur-
corum, quæ sine intermissione fatigabant virum egregium. Sed nec sic, euaden-
di manus illorum vlla via aut facultas illi monstratur. Tandem tot millium la-
pidibus à collo & capite illius scuto auulso, fractis ceruicibus iuxta muros ob-
tinetur; & in ipsa lorica & galea moritur in aspetto omnium fidelium, nequaquam
illi subuenientium. *Turci* ergo videntes virum immobilem iam obisse, ab ipsa ne-
fanda turri catenā proiiciunt, vngues ferreos acutissimos & rapacissimos ex fabrili
ingenio & opere habentem quasi hamos, quæ anulo loricæ extincti militis infixa,
eundem arripiens ac retinens, cum cadavere mortuo intra mœnia leuatur.
Dehinc corpus militis apprehensum, licet extinctū, in laqueo funis ad mœnia sus-
penderunt, vt Christianos per hanc inhumanitatem amplius offenderent. Of-
fensi igitur & tristes vniuersi lamentabantur confratrem, tam crudeli nece & vili
tractatu obisse. Quem post hanc diutinam illusionem nudum à mœnibus pro-
iectum, honorificè suscepimus cum cæteris præfatis & ibidem occisis fidelibus, in
eleemosynarū distributione, sacerdotumq; commendatione sepelierunt. Hac
ruina virorum fortium, & creberimis damnis Christianorum, quæ in assultu vr-
bis per singulos dies patiebatur, Duce *Godefrido* & *Boemudo* cunctisq; Principi-xxxv.

bus turbatis; & quia nullo conamine machinarum & balistarum aut impetu viri
muris aliquam læsionem inferre poterant, sed omnis labor, & virtus eorum in-
casum consumebatur, quidam Longobardus genere, *magister & inuentor ma-
gnarum artium & operum*, videns miserias & strages Christianorum, vltro se obtu-
lit præfatis Principibus, quorum animum huiuscmodi solatione & promissio-
ne releuat, dicens: *Video, quia omne opus machinarum nostrarum in vanum laborat, ve-
ffrates crebra morte circa muros minuuntur, & magnis periculis vita residuorum adhuc sub-
iacet.* Nam Turci inclusi confidenter & securi à turribus & mænibus repugnant, incertos & mu-
dos sagittis & saxis obruant: quin murus antiquorum astutia fundatus, non ferro aut aliquo ro-
bore potest rescindi. Vnde quia omnem virtutem vestram sic frustrari perspexi, maiestatem 10
vestram adire & compellare disposui, quatenus si consilii meis acquiescatis, & aliquod laboris mei
præmium à vobis consequar, Deo auxiliante, turrim hanc, qua valida & insuperabilis vide-
tur, humicogam procumbere sine damno & vestrorum periculo commilitonum, per quam aditus
patebit ad iniacitos, vobisq; contrarios: tantum necessaria artimea & communis summa & iuuani-
ne administrentur. Aucta hac viri promissione, cum omni benevolentia pacti sunt
ei dare quindecim libras Cartanensis monetæ, præmium laboris sui; & quicquid
necessarium operi requereret, inde sinenter administrare, gauisi & confidentes in
spe promissi artificii. Magister itaque artis facta prædicta conuentione, ingenia sua
aptat, parietes declives connectit, & virgeas crates assuit mirifico instrumento,
sub cuius protectione ipse ac secum desudantes capita sua tuta à iaculis Turco. 20

xxxvi. rum, desuper resistentium, haberent. Ad vnguem verò instrumento suæ pro-
tectionis perducto, viri Christianorum loricati & clypeati circa machinam con-
globantur. Quam in virtute sua trans vallum impulerunt trahentes; & iuxta mu-
ros, inuitis & prohibentibus desuper omnibus Turcis, cominus adiunctam statue-
runt. In qua magister artis cum cæteris opificibus suis tutus relinquitur, regressis
sine magna læsione fidelium turmis. Turci verò videntes huius ingenii instrumen-
tum in detimento vrbis posse præualere, faculas ardentes cum pice & adipe ia-
ctant super machinā, & saxeas moles conuoluunt à mœnibus, si sicut aliqua arte ars
muro illata destruatur, & inclusi in ea absterreantur. Sed frustra omnia iactant aut
conantur: quia parietes declives nil ingestum ignis aut lapidis retinebant. Magi- 30
ster verò artis fiducialiter latens in machina cum sociis secum habitis, sub funda-
mento turris ligonibus & acutissimo ferro cauare terram non desinit, donec tra-
bes, postes & cætera immanissima robora lignorum in ipsa cauatione sub funda-
mento componeret, quibus muri, ablata terra, ne subito super adhuc fodientes ru-
erent, inniterentur. Iam verò cauatione per maxima facta in latitudine & longitu-
dine, ex admonitione magistri artis, vniuersi de exercitu, parui & magni, sarmen-
ta, stipulas, tegulas, calamosque aridos, stuppas, & omnia fomenta ignis confe-
runt, & inter postes & trabes & magnificas arbores coaceruant, vndique his lignis
cauatione occupata: Post hæc ignis à magistro operis immissus, magno spirami- 40
ne suscitatur, quoisque perstrepens & discurrens flamma insuperabilis magis ac
magis inualuit, que postes, trabes & omnia ligna supposita in cinerem redigit. His
ita in fauillam redactis, & fundamentis sustentaculo deficiente, tam terræ quæ
lignorum ædificium vetustissimæ turris resupinum in momento, noctis medio,
corruens, tantum reddidit sonitum, vt tonitrui fragor, omnibus somno excitatis,
videretur. Igitur tam intolerabile pondus collapsæ turris licet repentino casu pro-
cumberet, non cæmentorum aut petrarum collisione, in plurimas partes dissiliit;
sed quasi & corrupti per loca muri ipsius arcis iacentes rimirum læsione hiabant,
aditumque, sed tamen difficilem, exhibebant. In hac itaque turris ruina & contri-
tione, vxor nobilissima Solymani vehementer exterrita, non vlt̄ in vrbis confisa 50
præsidio, noctis in silentio, à suis in lacus flumine immissa est, vt sic nauigie Christia-
nos euaderet. Sed percepto eius abscessu à militibus, lacum tuentibus, remigio no-
uiter adductarum nauium capta, & in custodiam Principum cum duobus tenellis
xxxvii. filiis reposita est. Turci & arcis defensores pariter, turri humili procumbente
perterriti, ac matronæ huius captiuitate stupefacti, & lacus enauigatione a modo
desperati, suorum occisorum interius graui imminutione desolati, longa obsidio-
ne fatigati, nec se euadere posse videntes, consilio inuicem habito de vita & salu-
te membrorum precantur sibi parci ab exercitu Christiano, claves vrbis policii
reddere in manus Imperatoris Constantinopolis, sub cuius conditione vrbis pri-
mitus hæreditario iure seruiens habebatur, quoisque iniusta vi Solymanus sibi
subiuga.

subiugatam iniuit. *Tatinus* verò truncatæ naris, familiaris Imperatoris, consilio Maiorum exercitus satisfaciens, precibus illorum, suscepta vtrinque fide & reddita, apud Christianos proceres pro eis intercessit, hac conditione, vt ab urbe incolumes excant, & in Imperatoris ditionem veniant, cum uxore Solymani nobilissima, quæ nuper capta, in custodia Principum Francorum habebatur cum duabus filiis suis tenellis. Sic vtrinque sedato assultu, dum diuersa consilia reddendæ ciuitatis agerentur, & plures captiui Christianorum redderentur, quædam sanctimonialis foemina de cœnobio S. Mariæ ad horrea Treuirensis Ecclesiæ cum cæteris restituta & absoluta est in manus Christiani exercitus, quæ se de attrito Petri agmine captam & abductam professa est, parumque intermissionis à foeda & abominabili cuiusdam Turci & cæterorum commixtione habuisse conquesta est. Dum verò super his iniuriis miserabiles gemitus in audientia Christianorum proferret, inter proceres & milites C H R I S T I *Henricum de Ascha* castello recognovit. Quem ex nomine lachrymabili & humili voce compellans, ad auxilium suæ emendationis adesse commonuit. Qui statim hac recognita, super infortunio eius motus est, omniq[ue] industria & misericordia, qua potuit, apud Ducem Godfridum obtinuit, quatenus ei à Domino *Reymero*, venerabili Episcopo, consilium pœnitentiaz daretur de huiuscmodi incestu. Tandem consilio accepto à Clero, facta est ei remissio illicitæ copulationis cum Turco, & alleuata pœnitentia; cò quod vi & nolens ab impiis & sceleratissimis hominibus hanc foedam pertulit oppressionem. Post hæc modico intervallo solius noctis, per internuncium eiusdem Turci, qui eam violauerat, & cæteris abstulerat, plurima suasione & blanda promissione ad illicitos & incestos thalamos reinuitatur. Exarserat enim idem *Turcus* in illius inestimabilem pulcritudinem, vnde nimium ægrè ferebat ipsius absentiam, cui adeò præmia promiserat, quæ illius animo sic insederant, vt ad nefandum maritum rediret. Promitterebat enim se idem *Turcus* in brevi Christianum fieri, si forte à captiuitate & vinculis Imperatoris exiret. Tandem misella, si vi ante deliquerit, nunc blanditiis & vana spe decepta ad impium sponsum & adulterinas nuptias recurrit, vniuerso ignorantie exercitu, quæ astutiæ & lasciuia ab eis subtrahæ est. Post hæc à relatoribus innotuit; quod ad eundem Turcum reuersa sit in exilio quo erat, non alia de causa, nisi propter libidinis intolerantiam. Iam sic turbine sedato belli, & Christianis captiuis ab urbe restitutis, Turcisque in ditionem Imperatoris susceptis & transmissis, exercitus DEI viuentis hanc diem in magno gaudio & exultatione ibidem in castris exegit: quia pro spe illis adhuc omnia contingebant. Crastino verò die illuefcente, usui summis necessariis, xxxviii. mouit omnis populus, iter faciens per medianam *Romaniam* securus, & nihil metuens affuturæ aduersitatis. Biduo autem communi agmine gradientes per iuga montium, & angustas fauces viarum, decreuerunt tanti exercitus divisionem fieri, vt liberiùs & spatioſius in castris populus habitaret; sicque diuisus, pleniū escis & pabulo equorum abundaret. Conuenerunt quidem inter duos montium apices; ubi per pontem flumine quodam superato, *Boemundus* prorsus cum suis sequacibus turmis à Duce Godefrido dissociatur. Quem quidam magnifici primores sunt secuti, *Robertus Comes Normannorum*, & *Stephanus Blesensium Princeps*; sic semper viam ad dexteram insistentes ac moderantes, vt amplius milliaria à contribus non elongarentur. *Dux* suique contubernales cum Episcopo *Podiensi* & *Reymundo* Comite semper ad dexteram tendebant. Hac ergo diuisione facta, Boemundus cum omni exercitu suo in vallem *Dogorganhi*, quæ à modernis *Ozellis* nuncupatur, hospitandi gratia, circumquaque sociis in gramine diffusis, circa horam nonam descendit, vt alimentis, cæterisq[ue] necessariis, in locis, aptis riuis & pratis, castra locarent. Vix verò *Boemundus* & cæteri viri fortissimi ab equis de- xxxix. scenderant, & ecce *Solymanus*, qui ab eo tempore, quo in fugam ab urbe Nicæaversus est, auxilium & vires contraxit ab Antiochia, Tarso, Alapia & cæteris ciuitatibus Romanis, à Turcis sparsim positis, affuit in impetu vehementi & multitudine graui. Nec mora, nec requies villa cædendi & expugnandi exercitum, ac discurrendi per castra fuit, aliis sagittis transfixis, aliis gladio detruncatis, nonnullis à tam crudeli hoste captiuitate: adhæc vnde clamor magnus & tremor in populo excitatur; mulieres nuptæ & innuptæ vna cum viris & infantulis detruncantur. *Robertus* verò Parisensis miseris volens succurrere, sagitta volatili confixus & extinctus est. Boemundus hac strage grauissima attonitus cæterique priores, equos

reparant, ad loris & arma festinantes in vnum congregabantur, ac plurimum se ex improviso defendentes, diu prælia cum hostibus committebant. *Wilhelmus iuuenis audacissimus, & tiro pulcerrimus, frater Tankradi, dum multum in armis resistenter, Turcos hasta saepius perforaret, in conspectu ipsius Boemundi sagitta percussus corruit.* *Tankradus viriliter in gladio defensus, vix viuens euasit; sed signum decoris, quod in hasta prætulerat, ibidem cum fratre reliquit.* *Turci cum Principe suo Solymano magis ac magis inualescentes, fortiter irrumunt in castra, sagittis & corneo arcu ferientes & mortificantes pedites, peregrinos, puellas, mulieres, paruulos ac senes, nulli parcentes ætati. Hac crudelitate atrocissime mortis stupefactæ teneræ puellæ & nobilissimæ, vestibus ornari festinabant, se offerentes Turcis, vt saltem amore honestarum formarum accensi & placati, dif-*

XL. *cant captiuarum misereri.* Cùm sic afficerentur fidelium greges, & Boemundi virtus iam minus resistere valeret, eò quòd ex improviso in se suosq; armis exutos irruissent, iamque ad quatuor millia de exercitu Christianorum in manu hostili cecidissent, nuncius per abrupta montium sine mora equo transuolat, quo usque ad castra Ducis tristis & exhaustus spiritu venit. Quem vt *Godefridus Dux, ab ostio tabernaculi aliquo spacio transgressus ad considerandos socios, à longè perspexit rapido cursu festinantem, & mœsto vultu pallentem, qua de causa viam accelerauerit, requirit, vt sibi cæterisque primoribus referat & exponat.* Hic amara & grauia nuncia retulit, dicens: *Nostræ Principes cum ipso Boemundo grauissimum bellum laborem sustinent; vulgusque sequens iam totum capitem subiit sententiam, qua & domini Principes nostri sunt casuri in præsens, nisi festinatio manus vestra subueniat.* *Turci quidem castra nostrâ irruerunt, & per vallem, qua dicitur Ozellis vel terribilis, descendentes ad vallem Degorganhi Peregrinos trucidare non cessant.* *Robertum Parisensem capite deciso iam interemerunt: Willehelnum iuuenem egregium, sororis Boemundi filium, dignum planctu, percusserunt.* *Et iccirco vos omnis inuitat societas ad ferendum auxilium: nulla vos mora aut dilatio impedit*

XLI. *aut retardet.* Hac audita miseria & Turcorum audacia, Dux per vniuersa agmina iussit oornua perstrepare; socios commonere vniuersos & arma capere, signa erigere, sociis sine vlla dilatione aut requie subuenire. Tanquam si ad conuiuium omnium deliciarum vocarentur, festinant arma capere, loris induere, gladios recingere, equis frena referre, sellas tergis imponere, clypeos resumere; & ad sexaginta millia equitum è castris procedunt cum cætera manu pedestri. Iam dies clarissima illuxerat, Sol radiis fulgebat lucidissimus: cuius splendor in clypeos aureos & vestes ferreas refulxit; signa & vexilla gemmis & ostro fulgida eræcta, & hastis infixa coruscabant. Caballi celeres calcaribus vrgebantur, nullus socium aut fratrem expectabat, sed quisque, quo velocius poterat, ad auxilium & vindictam Christianorum viam insistebat. Hos denique Turci ex improviso ut persenserunt ad auxilium sociorum omni velocitate & belli instantia animatos esse tam robusta manu, & in armis & veste ferrea, & in signis luciferis ad bella eræctis, fugam arripunt; & timore concusssi, à cæde horrenda declinant, alii per deuia, alii per semi-
tas notas diffugium facientes. Sed *Solymanus cum ampliori manu & densioribus cuneis in montis cacumine fuga elapsus consistens, Christianis insequentibus occurrere ibidem, & in faciem resistere dispositus.* Dux autem *Godefridus, qui solus cum quinquaginta sodalibus in equi velocitate præcesserat, subsequentis populi in breui adunatis viribus, indubitanter ad ardua montis concendit, cum Turcis ferire & armis committere, quos congregatos & immobiles ad resistendum in montis vertice respiciebat.* Iamque vndique suis receptis & adiunctis, hostes immobiles incurrit, hastas in eos dirigit, sociosq; vt cōstanter eos adeant, virili vocem adhortatur. *Turci verò cum Duce suo Solymano Ducis Godefridi & suorum constantiam nequaquam animo ad præsens bellum deficere videntes, à montis* **summitate laxis frenis equorum velocitate fugam parant.** *Quos Dux via sex milia insecutus, alios in ore gladii percussit, nonnullos captiuos cum suis tenuit; prædas & spolia illorum non pauca cepit; puellas & iuuene & omne, quod asportare vel abducere sperabant, ab hostibus excusserunt.* *Gerardus de Keresi in equo laudabili residens, in eadem hostium insecutione in supercilio montis adhuc Turcum manentem, & nimium audentem viribus, respiciens, scuto tectus fortiter hasta incurrit: Quem sagitta illius emissâ & clypeo excussa, trans iecur & pulmonem perforat, eumque morientis & labentis abduxit.* *Baldewinus Comes Hamaicorum, vir & largitor magnarum eleemosynarum, cum Roberto Flandrensi*

Turcos

Turcos fugientes sternit; hortatur socios, circumquaque concurrentes, ut feriant & trucident, & ab insecuritate illorum nunquam retardari aut manus continere videantur. *Baldewinus de Burg, Thomas de Feris castro, Reinoldus Beluacio, Walo de Calmont, Gonthardus filius Godefridi, Gafus de Berdeiz, Rudolphus etiam: hi omnes vnamimes in luctamine belli desudabant*, Turcorum agmina in virtute militari insequentes ac scindentes. Equorum ilia grauis anhelitus pulsat, fumus ab ipso anhelitu per medias acies in nubem densabatur. *Turci* verò interdum recuperatis viribus, in virtute multitudinis suæ freti viriliter resistebant in grandine sagittarum denso volantium & cadentium. Sed huius grandinis tempestate citò transmissa, fidelium turmæ, tela manu retinentes, illorum globos attenuant & mortificant, viatosque tandem cogunt in diffugium per deuia viarum & abrupta montium, quorū semitas notas habebant. Christiani ergo victores, quicquid in stipendio suæ expeditionis Turci conduxerant, frumentum, vinum non modicum, buflos, boues & arietes, camelos, asinos, equos & mulos, præterea aurum preciosum & argentum infinitum, papilioes mirifici decoris & operis abstulerunt. In huius victoriæ prospéro successu omnes vnamiter, *Boemundus* scilicet & cæteri Principes præfati, qui erant ductores & columnæ exercitus, in concordiam & cōfiliū redeunt, & ab illo die commixtis cibariis cunctisque rebus necessariis, omnia communia habere decreuerunt: *Quod & actum est. In hoc conflictu belli,* Turcorumque diffugio, nonnulli Christianorum militum sagittis vulnerati périerunt; Turcorum autem tria milia cecidisse referuntur. Hoc tam crudeli certamine finito, circa flumen quoddam & eius cætum Christiani milites spatio trium dierum quieuerunt, curantes corpora nimis fessa ex abundantia escarum, quas Turci occisi reliquerant. Episcopi verò, presbyteri, monachi, qui aderant, corpora occisorum terræ tradiderunt, animas fideles illorum in manu I E S V CHRISTI precibus & Psalmis commendantes. *Solymanus* iam denuò vietus, Alpes Romanæ vix euadens condescenderat, nihil ultra speci habens urbis Nicæ, vxoris filiorumque; ac nimium luctum faciens suorum, quos ante hos dies in campo Nicæ extintos à Gallis amiserat, & nunc eorum, quos in valle Gorgonia captos & peremptos reliquit.

XLIII.

ALBERTI A QVENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER TERTIVS.

Argumenta Capitum..

- I. Post victoriam CHRISTI fideles ubi castra locauerint, & miserabiliter cruciati, 40 quanti expirauerint.
- II. Item de eodem.
- III. Ultra progrediuntur: exercitus in geminas partes diuiditur: primores venati uacant.
- IV. Dux cum uero configens, grauiter sauciatur: sed auxilio alterius militis perempta beneficia uiuus eripitur.
- V. Tankradus fixis iuxta Tarsum ciuitatem tentoriis, apud ciues de urbis traditione 50 nunc minis nunc blanditiis agit.
- VI. Ciues ditionem pollicentur: viri exercitus DEI longè à se diuisi, hostes adesse de alerustris suspicantur.
- VII. Obsides fædus rumpunt: Tankradus & Baldewinus mixtis copiis obsidionem reparant, & de situ urbis.
- VIII. De mutua querundam Principum altercatione: ubi & Tarsenses Tankradum sibi praesse desiderant.
- IX. De eadem re.
- X. De eodem, & qualiter Tankradus urbem Azaram intrauerit.
- XI. Vbi Baldewinus, princeps ciuitatis factus, Christianos partis Tankradi intromittere non vult.
- XII. Christiani extra portam ciuitatis manentes, noctu à gentilibus extincti sunt.
- XIII. Huius necis populus DEI Baldewinum insimulans, ad armariuit, cui satisfaciens, contrare reliquos DEI inimicos vehementer insurgit.
- XIV. Vbi viri Baldewini cum piratis Christianis fædus incunt, & Tarsum simul petunt.
- XV. Tankradus Mamistram ciuitatem armis capie, & de instinctu cuiusdam Richardi castri Baldewini hostiliter inuadit.
- XVI. Baldewinus & Tankradus bellum conserunt, in quo Tankradus inferior inuentus est.
- XVII. Tankradus & Baldewinus pacem interferebant.

XVIII. De prospere eventu Baldewini in expugnandis munitionibus, & de perfidia cuiusdam Armenii. Iam inuitus idem Armenius commissum sibi praesidium reddit.

XIX. Dux ciuitatis Rohas Baldewinum in auxilium vocat: Baldewinus vocatus, ire perrexit: a Turcis vetitus iter atque reproperat.

XX. Balde^xinus qualiter in urbe Rohas exceptus est, & quam magnanime Ducis illius dona respuerit: & petitio seniorum.

XXI. A Duce orbis Rohas Baldewinus in filium adoptatus, petitione ipsius Samusart ciuitatem impugnat: sed infecto negotio reuersus est inanis.

XXII. Conspirate plebis consilium in Ducem suam Balde^xinus volens reprimere, nihil proficit.

XXIII. Quam miserè idem Dux interfecit.

XXIV. Occiso Duce, Balde^xinus surrogatus venalem arcem Samusart emere primò contempsit, postmodò consilio suorum rebus precessimis comparavit.

XXV. Praesidium Sororgia in manus Balde^xini non sine labore traditur, & Balduci fraudentia notatur.

XXVI. Tankradus damna Christianis praesidia destruit, & oblati sibi ab hostibus munera prudenter reponit.

XXVII. De ciuitate Maresch, ubi & uxor Balde^xini obiit.

XXVIII. De ciuitate Arthesia, ubi Christiani Armenii secum manentibus Turcis capita defecantes, fratres benignè recipiunt.

XXIX. Papulus DEI profana multitudine circumplexi, ferro sibi viam aperiunt, & vix euadunt, obseci fiducialiter agunt.

XXX. Profani Arthesiam obsidentes, de aduentu Christiani exercitus per exploratores edocti, nequaquam, usque in noctem, obsidionem solvant.

XXXI. Exercitu DEI adueniente, Arthesia fidelium tuitiope munitur: Balde^xinus triumphis clarus nouis nuptiis illustratur.

XXXII. CHRISTI populus adunatus non ultra diuiditur, quem Podiensis Episcopus circumspiculum fore, paternè alloquitur.

XXXIII. Relicta Romania, praelectos sequentes signiferos ad pontem usque flumini Farfar peruenient: ubi a Turcis bellicose excepti sunt.

XXXIV. Dura conflictio fidelium & Turcorum pro transi^uponeis.

XXXV. Monitu iudicis Episcopi pontem saperant: commisso prælio bellatores CHRISTI victores redeunt: Principem Antiochia nuncta dura percellunt

XXXVI. Iter Antiochiam indicitur: auctis populum alloquitur, & per eum qui principi-

pes exercitus præcedere, qui extremas custodias obsernare debeant, ordinantur.

XXXVII. Antiochiam peruenientes quidegerint, & quantus astimatus sit exercitus DEI.

XXXVIII. Descriptio qualiter obessa sit urbs.

XXXIX. Item de eadem re.

XL. De posse fluminis, ad cuius defractionem machina exquisita componuntur. 10

XL I. Congressio validæ pontis, ubi machina Christianorum in fauillam redigitur, & instaurantur alia instrumenta.

XL II. De navalí posse fidelium ad evitandas Turcorum insidias.

XL III. Qualiter Turci Christianos, adequorum pabula missos, clam inuaserint.

XL IV. Fideles, in ultionem juorum convergentes, post mutuam cadem partim gladiis consumiti, partem in flamine submersi sunt. 20

XL V. Custodia porta pacto pecunie Tankrado mandatur.

XL VI. De Clerico & matrona, qui dum a leis ludarent, insidiosè peremti sunt.

XL VII. De milite propria incuria prostrato, & de pomario, quod fidelibus nocuum succiditur:

XL VIII. De Hugone Comite, qui fidelium neces dolens, Turcorum fraudibus prudenter occurrit.

XL IX. Ubi Comitis eius filius Turcorum saeuissimum post nonnulla vita discrimina prosternit, victorique regredieatur. 30

L. Deficientibus victui necessariis, Principes in hoc electi de circumpositis terris predas innumeras abducunt.

L I. Ubi a gensilibus preda excutitur.

L II. De præda Roberti Comitis, & inuolente fame, minores quidegerint, vel quid passi sunt.

L III. Mors atrocissima cuiusdam Archidiaconi & comitum eius.

L IV. De morte filii Regis Danorum, & Florina cuiusdam matrone, & eorum, qui in balneis occisi sunt. 40

L V. Porta Christianis mortifera: Reymundus Comes profanos aliquantum à fidelium inuacione coerget.

L VI. Pro redemptione cuiusdam captiuis inuenis, parentes eius volentes turrim suam Christianis tradere, expulsi sunt, & inuenis à Christianis occisus est.

L VII. Decretum populi DEI, & denotatio duorum, qui in adulterio deprehensi sunt.

L VIII. Dux Godefridus iam recuperata salute, & Reymundus Comes, per regiones diuisi, ad contrahendas prædarum copias destinatur.

L IX. Legatio Babylonici Regis ad populum DEI,

DEI, & quomodo Winemarus Laodiceam & stenue ceperit, & stulte amiserit.

L X. Consilium obfesse Antiochia catholicae proditur: Episcopus Podiensis & Dux Godefridus populum DEI verbis consolatoriis adhortantur.

L XI. Electi milites hostilia castra inuaderet, multitudine graui superueniente, non terrentur.

L XII. Pontificis sermone peregrini robati, septingentos hostium palam triumphant, felisque ceruicibus dehonestant.

L XIII. Boemundus & comites eius dum

pontem hostibus incommeabilem facere nituntur, partim casis partim lesi sunt, & hoc Duci Godfrido flebiliter nunciatur.

L XIV. Fidelibus in ultionem suorum cōsurgentibus, anceps utrinque pugna diutius agitur.

L XV. Vbi Dux loricatum Turcum unū icū medium diuidit: & post cruentam pugnam fideles victoria comitatur.

L XVI. Quidam obfessorum Antiochie ad Christianos clanculo confugerunt: & praedium iuxta pontem extructum custodia Rey mundi delegatum est.

PO ST Q V A M hostilis impetus abscessit, quartæ imminente lucis crepusculo, Francigenæ, Lotharingi, Alemani, Bawari, Flandrenses & vniuersum genus Teutonicorū castra mouerunt cū omnibus rebus sibi necessariis & spoliis Turcorum; & in vertice *nigrorum montium* castra metati, hospitio pernoctauerunt. Manè autem facto, Normanni, Burgundiones, Britani, Alemani, Bawari, Teutonici, omnis videlicet exercitus, abhinc descenderunt in valle nomine *Malabyumas*, vbi propter difficultates locorum & angustarum faucium inter rupes iter per dies abbreviabant, & ob innumerabilem multitudinem, & nimios calores mensis Augusti. Sabbati dehinc die cuiusdam instantे eiusdem mensis, defecitus aquæ magnus accreuit in populo. Quapropter satis anxietate oppressi, utriusque sexus quam plurimi, vt dicunt, qui affuetunt, circiter quingenti ipsa die spiritum exhalarunt. Propterea equi, asini, camelii, muli, boves, multaque animalia eodem fine grauissimæ sitis extincti sunt. Comperimus etiam illic non ex auditu solum, sed ex veridica eorum relatione, qui & participes fuere eiusdem tribulationis, in eodem sitis articulo viros & mulieres miseros cruciatus pertulisse, quod mens horrescat, auditus expauescat, & de tam miserabili infortunio in suis contremiscat. Quam plurimæ namque foetæ mulieres exiccatis fauibus, arefactis visceribus, venisque omnibus corporis, Solis & torridæ plague ardore inestimabili exhaustis, media platea in omnium aspectu foetus suos enixa relinquebant: Aliæ miseræ iuxta foetus suos in via communivolutabantur, omnem pudorem & secreta sua oblitæ præ memoratae sitis difficilima passione. Nec ordine mensium aut hora instanti parere compellebantur, sed Solis æstuatione, viarum lassitudine, sitis collectione, aquarum longa remotione ad partum cogebantur: quarum infantes alii mortui, alii semiuiui media platea reperiebantur. Viri autem quam plurimi sudore & calore deficientes, aperito ore & fauibus hiantes, aërem tenuissimum captabant ad medicandam sitim: quod nequam prodesse potuit. Nam plurima pars, ut prædictimus, illic periisse hac die perhibetur. Nisi vero, & accipitres, aues domitæ & gratissimæ procerum & nobilium, calore eodem & siti moriebantur in manibus eas ferentium. Sed & canes in venatoria arte laudabiles inter manus magistrorum extinguebantur. Iam sic omnibus in hac pestilentia laborantibus, optatus quæsitusque aperitur fluuius. Ad quem festinantes, præ nimio desiderio quisque alium in magna pressura præuenire studebat, nullum modum bibendi habentes, quovisque infirmati plurimi ex nimia potatione tam homines quam iumenta perierunt. Post III. hæc egressis ab angustis rupibus, decretum est communii benevolentia, propter nimietatem populi, exercitum in partes diuidi. De quibus *Tankradus* & *Baldewinus*, frater Ducis Godefridi, cum suis recedentes, per medias valles Ozellis transibant. Sed *Tankradus* cum suis præcedens, ad urbes finitimas, *Reclei* & *Stazona* descendit, in quibus Christiani ciues habitabant, Turcis, viris Solymani, subiugati. Baldewinus cum suis montanis semitis perplexis incesserat, graui cibariorum defectione cum omni manu sua agrauatus; quin equi pabulo deficiente vix sequi, nedum viros portare poterant. Dux vero *Godefridus*, *Boemundus*, *Robertus*, *Reymundus* regia via à longè sequebantur, & *Antiochiam minorem* reclinantes, quæ in latere *Reclei* sita est, hospitio nona hora moram facere decreuerunt. Vespere autem facto, Godefridus Dux cæterique primores iuxta montana per amœ-

na loca prætorum tentoria locauerunt, aptam & voluptuosam regionem considerantes & venationibus fœcundissimam, quibus nobilitas delectari & exerceri gaudent. Illic accubantes, armis cunctisque exuviis repositis, syluam aptissimam venatibus reperientes, sumto arcu & pharetra, gladiis accincti, saltus montanis contiguos ingrediuntur, si fortè obueniret, quod configere & persequi catulorum

¶ sagacitate valerent. Tandem diffusis per opaca nemoris singulis in sua semi-taad insidias ferarum, Dux *Godefridus* vrsum immanissimum, & horrendi corporis, Peregrinum inopem, sarmenta congerentem, inuasisse respicit, & in circuitu arboris fugientem ad deuorandum persequi, sicut solitus erat pastores regionis aut syluam intrantes deuorare, iuxta illorum narrationem. Dux verò, sicut solitus erat & promtus ad omnia aduersa Christianis fratribus subuenire, educto raptim gladio, & equo fortiter calcaribus admonito, misello homini aduolat, eripere à detribus & vnguis lanionis anxiatum festinat, & clamore vehementi per media frumenta accelerans, obuius crudeli hosti offertur. Vrsus itaq; viso equo eiusq; sessore sceleri cursu premente, ferocitati suæ fidens & rapacitati vnguium suorum, non segnius facie ad faciem Duci occurrentis, fauces vt iugulet, aperit, totum se ad resistendum, imò ad inuadendum, erigit, vngues suos acutissimos exerit vt laniet: caput & brachia, ab istu gladii diligenter cauens, subtrahit, ac sàpe volentem ferire decipit; quin murmure horrisono totam syluam & montana commouet, ita ut homines mirarentur, qui hoc audire poterant. Dux ergo astutum & pessimum animal considerans in feritate audaci resistere, motus animo, vehementer indignatur, & verso mucronis acumine, temerario & cæco impetu propinquat bellua, vt iecur eius perforaret. Sed infelici casu istum gladii effugiens bellua, subito curuos vngues tunicæ Ducis infixit; ac complexum brachiis, equo deuolutum, terræ applicans dentibus iugulare properabat. Dux itaque angustiatus, reminisces multorum suorum insignium factorum, & de omni periculo se adhuc nobiliter erectum, nunc verò vili morte à cruenta bestia se suffocari dolens, recuperatis viribus in momento resurgit in pedes, gladiumque in hoc repentino lapsum ab equo, & cum insana bestia luctamine, propriis cruribus implicitum, celeriter in eiusdem feræ iugulum rapiens, & capulo retinens, suras & neruos proprii cruris graui incisione truncavit. Sed tamen licet sanguis incessibili vnda proflueret, vires que Ducis minueret, iniquæ belluae non cessit, ad defensionem stans asperimus: quo usque audito in opis rusticis, & ab ursis liberatis, clamore ingenti, & murmur lanionis vehementi, quidam *Husechinus* nomine ex consociis, per syluam diffusis, velocitate equi, Duci in auxilium affuit: qui stricte mucrone horribilem feram impetiit, & vna cum Duce iecur & costas illius transfixit. Sic tandem ferocissima fera extincta, Dux primùm vulneris dolore, deinde nimia sanguinis effusione cœpit corde deficere, vultu pallescere, ac totum exercitum impiâ famâ conturbare. Concurrunt vniuersi ad locum, vbi athleta & vir consiliorum, caput Peregrinorum, lœsus ferebatur. Quem Principes exercitus gestatorio imponentes, ad castra cum ingenti luctu, cum planctu virorum & v lulatu mulierum detulerunt, medicos peritissimos ad sanandum ei adhibentes: feram verò inter se diuidentes,

v. nullam illi magnitudine similem antea se vidisse fatebantur. Duce verò sic graui vulnere impedito, exercitu lentiore gradu subsecente, *Tankradus*, qui præcesserat, & regiam viam tenebat versus maritima, prior Baldewino fratre Ducis, per vallem *Buetrenton* superatis rupibus, per portam, quæ dicitur *Inda* ad ciuitatem, quæ dicitur *Tarsus*, vulgari nomine *Turfoli*, descendit, quam etiam Turci, primates Solymani, tubiugatam cum turribus suis retinebant. Illic Armenius quidam, qui cum Tankrado aliquandiu moras fecerat, & eius notitiam habuerat, promisit se ciuibis vrbis, graui Turcorum iugo depresso, suggerere, vt in manu eiusdē Tankradis vrbem cautè, & Turcis nesciis, redderent, si fortè locum & opportunitatem reperirent. Sed timidis ciuibus, nec consiliis Armenii fratres acquiescentibus propter Turcorum præsentiam & custodiam, Tankradus, qui præcesserat, finitimas oras prædictæ vrbis deprædatus est, ac contractis infinitis copiis prædarum in vsum obsidionis, in circuitu murorum tentoria sua extendit. Locatis ergo tentoriis, Tankradus plurimum minarum Turcis, per moenia & turres diffusis, exaduentu Boemundi, & subsequentis exercitus virtute intulit, nisi exeuntes, portas vrbis aperirent, asserens, non prius subuenientem exercitum ab huius obsidione recedere, quam vt *Nicas* cum omnibus inhabitantibus caperetur superata: Sive-

rò vo-

ro voluntati eius acquiescerent, urbem aperirent, non solum in oculis Boemundi gratiam & vitam inuenirent; sed & præmia multa accipientes, eidem ciuitati & aliis præesse præsidiis mererentur. His blanditiis & promissis, interdum nimis magnificis, Turci molliti, Tankrado hac conditione urbem pollicentur, ne quid periculi aut seditionis ab villa subsequenti manu ultra eis inferatur, donec Boemundi potestati cum urbis præsidio subdetentur. Quod *Tankradus* minimè recusans, fœdus in hunc modum cum illis innodari instituit, quatenus vexillum ipsius Tankradi in cacumine magistræ arcis in signum erigerent, quòd *Boemundo* præcurrrens, hanc Tankradus vendicauerit ciuitatem, & sic intacta deinceps ab omni hostili impetu haberetur. *Baldewinus* verò frater Ducas Godefridi, *Petrus* Comes de Stadeneis, *Reinardus* Comes de Tul ciuitate, vir magnæ industriae, *Baldewinus* de Burg, iuuenis præclarus, coniuncti per amicitiam, alio itinere diuisi, per dies tres ab exercitu errantes per loca deserta montium & ignota, graui afflitti ieunio, necessariorumque penuria, tandem per errorem perplexarum viarum in cuiusdam montis cacumine casu constituerunt. De quo tentoria Tankradi speculantes, per camporum planiciom in obsidionem *Tarsi* locata, timuerunt timore magno, existimantes Turcorum hunc apparatum fore. Nec minus *Tankradus* viros in montis cacumine à longè contemplatus, expauit, Turcos ad eis arbitratus, qui sociis urbi inclusis ad subueniendum properassent. His tandem descendenteribus, vita diffisis, fame semiuiuis, Tankradus ut miles acerrimus, socios ad nonet, ut eis res sit pro anima defendenda. *Turci* autem, qui in turribus & mœnibus ad spectaculum & defensionem ad quingentos conuenerant, & ipsi pariter Baldewinum eiusque comitatum, acies Turcorum existimantes esse, Tankrado impropertantes in hunc modum minabantur: *Ecce manus auxiliari nobis properantium: nos non intua, ut existimabas, sed tu tuique in manu nostra & virtute hodie conterendi es sis.* Quapropter te hoc in fædere, quod frustâ pepigimus, iam deceptum credas. *Nec aliam ob causam temorari in castris fecimus, nisi quia spes auxilii in his, quas vides, aciebus intram tuorum, perditionem prestolabamur.* Tankradus, iuuenis imperterritus, Turcorum minas parvus pendit, & brevi responso impropertantibus resistit: *Si hi vestri milites aut Principes habentur, in DEI nomine eos parvupendimus; adire non timemus. Qui si à nobis, DEO opitulante, victi fuerint, superbia vestra & iactantia pœnas non euaderet.* Quod si peccato nostro adversante stare equiuicerimus, nequaquam tamen manus Boemundi & sui exercitus subsequentis, euaderet. Hoc dicto Tankradus cum vniuersitate tua adunatione, quæ secum confluxerat, insignis armis, galeis & loricis, & equis rapidissimis Baldewino in occursum properat. Turci verò tubis & cornibus horrisontis ad terendum ipsum Tankradum à muris fortiter intonant. Sed vtrinque Christianitatis signis recognitis, & visis amicis ac compatriotis, præ gaudio in lachrymas defluunt, quòd sic DEI gratia à pœnis & periculis nunc liberatis sint. Nec morâ, deinceps commixtis copiis, reuatoria communi consensu pariter ante urbis mœnia reponunt, & ex præda, quam contraxerant ex montanis & regione in bobus & armentis, cibos maestant, & parant, igniq; apponunt: quos sine sale costos diutina fames manducare coegit, prorsus pane illic cunctis deficiente. Erat enim ciuitas ex omni parte munita, habitatoribus, riuis & pratis apta & commoda, sita in campus fertilibus: cuius mœnia adeò admirantur fortissima, ut nullis vinci humanis viribus, nisi DEO annuente, credatur. *Craftina* verò luce exorta, *Baldewinus* exurgens suique sequaces, atque ad urbis mœnia tendentes, signum Tankradi, quod erat notissimum, in eminentiore turris arce, ex consensu & fœdere percusso Turcorum, positum contemplantur: Vnde nimia indignatione & ira accensi, in verba amara & seditionis aduersus Tankradum suosque eruperunt, Tankradi & Boemundi iactantiam & principatum flocci pendentes, luto & faci æquiparantes. His & huiuscmodi verbis amaris ferè ad armamentum est, nisi viri pacifici & prudentes tali consilio interuenissent, ut ab ipsis ciuitibus Armeniis ex amborum legatione cognosceretur, sub cuius dominio & ditione urbem magis subesse intenderent, cuiusque parti meliori optione fauerent. Continuò responsum est ab omnibus, magis velle subiici & credere Tankrado, quam alterius Principis ditioni. Dicebant enim hoc non ex cordis deuotione, sed ex Boemundi, quam semper habebant, inuasionis suspicione. Nec mirum, cum longè ante hanc expeditiōem in partibus Græciæ, Romaniaæ, Syriæ Boemundi semper fama clauruit, bellum inhorruit; Godefridi verò Ducas nunc primum nomen scintillabat.

His auditis, Baldewinus feruētiore animo aduersus Tankradū in irā extollitur, ix.

& grauioribus verbis in eius præsentia tam ciues quām Turcos per verba interpre-
tis sic allocutus est: *Boemundum & hunc Tankradum, quos sic veneramini ac formidatis,*
nequaquam magistros maiores & potentiores Christiani exercitus credatis; nec fratri meo Gode-
frido, Duci Principiū militia totius Gallia, nulliq; sui generis istos esse comparandos. Princeps e-
nim idem frater meus, Dux Godefridus, regni magni & primi Imperatoris Romanorum Augu-
sti hereditario iure suorum antecessorum nobilium, ab omni honoratur exercitu, cuius voci &
consiliis ad omnia magni paruq; obtenerare non desinunt, cum caput & Dominus ab omnibus
sit electus & constitutus. Scitote quidem vos & omnia vestra, urbem quoq; ab eodem Duce in ore
gladii & flammis deleri & consumi; nec Boemundum, nec hunc Tankradum stare vestros propu-
gnatores aut defensores. Sed nec is Tankradus, ad quem intenditis, hodie manus nostras euaderet, I 0
nisi vexillum, quod nobis in contumeliam, sibi ad gloriam erexit, à culmine turris iactetis, por-
taq; nobis aperiri faciat. Si verò nostra voluntati in huius vexilli electione & urbis redditione
satus feceritis, vos exaltabimus super omnes in terminus his confidentes, & gloriemus in conspectu do-
mini & fratris mei, Ducis, vosq; dignis munieribus honorati, semper eritis. Hac igit; bona &
blanda promissionis ciues & Iurci illecti, Tankrado penitus ignorante, fœdus &
amicitiam cum Baldewino firmauerunt, & sine mora vexillum Tankradi de cul-
mine turris est amotum, & procul à mœnibus in loco palustri viliter electum:

x. *Baldewini verò signum in eiudem turris apice promotum est. Tankradus viso*
signo Baldewini promoto, suo verò remoto, licet tristis, patienter tulit. Qui se-
ditionem oriri inter suos & Baldewini satellites ex hac vexilli mutatione percipiens, & quia pars sua numero & armis erat inferior, ultrà hac in discordia morari noluit, sed ad vicinam ciuitatem, nomine Azaram, munitam & locupletem, transiuit: cuius portas clausas reperiens, minimè introire permisus est. Obtinuit enim hanc ciuitatem quidam Welfo, ortus d' regno Burgundiæ, miles egregius, qui electis & attritis Turcis, urbem possederat, aurum & argentum, pallia preciosa, cibaria, oves, boues, vinū, oleum, frumentum & hordeum, & omnia necessaria illic reperientes. Præcesserat enim idem Welfo cum cæteris ab exercitu sequestratis.
Tankradus portas ciuitatis inueniens clausas, & principem Christianum urbem tenere intelligens, missis nunciis fide data, intromitti hospitandi gratia, precatur, & alimenta iusta venditione & emtione sibi impertiri. Qui perentem exaudiens, 30
iussit urbem aperiri, virum cum suis sociis induci, & cuncta vita necessaria illis

xii. *administrari. Post huius Tankradi abscessum, Baldewinus iteratò Turcos ad-*
monet, instat & promittit honores & præmia à Duce consequi ingentia, & non so-
lùm illi, sed cæteris ciuitatibus præferri, si urbem aperiant, si se suosque datis dex-
tris in fidei obligatione intromittant. Turci autem & Armenii videntes Tancradi
fugam & absentiam, Baldewini verò præualere potentiam, vtrinque fide data &
firmata, portas urbis aperiunt, Baldewinum suosq; intromittunt; sed in omnibus
munitionibus turritis mansionem retinere decreuerunt, donec Dux Godefri-
dus & subsequens exercitus propinquaret, & tunc dono & gratia ipsius Ducis de
eadem ciuitate & cæteris rebus iuxta promissum Baldewini cum eis ageretur, siue 40
in promissione Christiana, siue in ritu Gentilium persistere delegissent. Duas tan-
tum turres magistras Baldewino contulerunt, in quibus securus & fiducialiter
manere & quiescere posset: cætera multitudo exercitus per domos & loca ciuita-
tis passim diffusa est. His itaque cum Principe suo Baldewino intromissis, & hospi-
tii quiete recreatis, proxima dehinc die iam vespere instantे, trecenti ab exercitu
Peregrinorū sequestrati, ac vestigia Tankradi secuti, de familia & populo Boemū-
di, ante urbis mœnia in armis & clypeis astiterunt, quibus ex iusu Baldewini &
consilio Maiorum urbs & ianua interdicta est. Hi verò longo fessi itinere, & rebus
necessariis vacui & exhausti, multum precantur urbis hospitalitatem & rerum ne-
cessariarum venalitatem: precati sunt etiam plebeii ordinis de comitatu Balde-
wini, eò quod confratres, & Christianæ essent professionis. Sed nequaquam pre-
ces eorum à Baldewinino exauditæ sunt, hac de causa scilicet, quod in auxilium
Tankrado descendissent; & propter fidei firmationem, quam cum Turcis & Ar-
meniis fecerat, nullum præter suos ante Ducis Godefredi aduentum in urbem re-

xiii. *cipi aut intromitti. Confratres autem & Peregrini societatis Baldewini, vi-*
dentes sic exclusos nullo modo posse impetrare intromissionem, miserti sunt
eorum, quia fame videbant eos periclitari: quibus in portis panes & perfunes
pecora ad vescendum porrigerere decreuerunt. Illis ergo ita refocillatis, & no-
ctis in silentio præ itineris lassitudine graui sopore occupatis, Turci, qui erant in
præsidis

præsidiis turrium sub fidei tutamine, prorsus desperati, nec Baldewino suisq[ue] conchristianis perfecte se credentes, occulto habito intet se consilio, trecentis thesauris omnibus suis secum & cæteris rebus auctis, per vada cuiusdam fluminis, eis non incognita, quod media vrbe præfluebat, Baldewino & vniuersis suis somno deditis clam egressi sunt, ducentis solummodo ex sua humili clientela & familia in præsidiis relictis, ne fugaz eorum suspicio aliqua apud Christianos oriatur. Egressi autem in viros Christianos, qui per prata ante urbem membra fessa sopori dederant, subito irruunt, alios decollantes, alios trucidantes, alios sagittis transfigentes, neminem aut paucos de omnibus vitæ relinquentes. Manè **xxxv**

¶ dehinc facto, Christiani, qui intra urbem erant, somno exurgentes, & ad mœnia tendentes scire & videre, si adhuc moram in pratis Christiani fratres haberent, viderunt vniuersos armis Turcorum detruncatos, & sanguine illorum prata foedatanimum redundare. Sicque Turcorum perfidia & iniquitas propalata est. Nec mora, per vniuersam ciuitatem tumultus in populo catholico exoritur, arma ab omnibus capiuntur, & in vltionem sanguinis confratum, in fraude mortificatum, turres infringere, & Turcos illic inuentos extinguere festinant, tubis & ingenti clamore non modicam seditionem concitantes. Tam vehementi strepitu, populi que tumultuoso concursu **Baldewinus** attonitus, à turris præsidio perme diam urbem equo aduolans, turmas armatas à bello cessare, & in sua commonebat redire hospitia, ne tam subito foedus mutuo datum corrumperetur, donec cædes Christianorum illi plenius notifigarentur. Sed magis ac magis tumultu ingrumente, & populo necem Christianorum agræferente, & Baldewinum huius occisionis, tanquam mortiferi consili, reum acclamante, talis ac tantus in eum fit concursus, sagittarumque immissio, ut turtim, refugii causa, & vitæ suæ necessitate compellus, subire cogeretur. Qui illico ad se reuersus, animi sui ferocitate deposita, populo satisfaciendo excusat se de omnibus, & crudelitatis Turcorum se nescium asserit; nec populum Dei vivi aliam ob causam exclusisse, nisi quia iureiurando **Turci** & **Armeni**s promiserat, neminem præter suos ante Ducis aduentum vrbi intromitti. Sic Baldewinus excusatus, populoque suo reconciliatus, Turcos in singulis turribus, qui de humili familia & clientela remanserant, afflit & expugnat; expugnant & sui, dum in vltionem suorum fermè ducenti decollati sunt. Accusabant enim eosdem Turcos plurimæ illustres foeminæ ciuitatis, ostendentes eis aures & nares, quas sibi detruncaverant, eo quod stupri suis eas consentaneas inuenire nequiuierunt. Hac infamia & horrenda accusatione magis populus IESV CHRISTI in odium Turcorum exarserat, eorumque stragem eo amplius multiplicabat. Post hæc diebus paucis elapsis, virtu Baldewini **xxv**, per mœnia diffusi, à longè nauium diuersi generis & operis multitudinem in medio mari trans tria millaria ab vrbe contemplantur, quarum mali miræ magnitudinis & altitudinis auro purissimo operti, in radiis Solis resulgebant; & viros ab iisdem nauibus in littus maris descendentes, & plurima spolia, quæ longo tempore, seu annis fermè octo contraxerant, inter se diuidentes. His visis, hostiles vires accitas ab his, qui noctu, cæde Christianorum facta, effugerant, existimabant. Vnde ad arma contendentes, equo alii, pede alii usque ad ipsum littus concurrunt; cur aduenerint, vel ex qua natione processerint, intrepidò ore perquierentes. Illi se Christianæ professionis milites esse respondent; è **Flandria** & ab **Antwerpia** & **Frisia** cæterisque Galliae partibus se venisse fatentes; & piratas annis octo usque ad hanc diem se fuisse. Requirebant etiam qui adiecti fuerant, quæ de causa ipsi à Romanis & Teutonicis partibus descendissent; & in longinquum exilium, inter tot barbaras nationes aduenissent. Qui causa Peregrinationis, & adorandum in Ierusalem, venisse se testati sunt. Et sic vtrique lingua & sermone suo recognito, foedus dextris datis inierunt pariter eundi Ierusalem. Erat in hoc nauali collegio quidam **Winemarus** nomine, caput & magister vniuersorum consodalium, de terra Bulonæ & de domo Comitis Eustachii, magnifici Principis eiusdem terræ. Iam hinc & hinc fide ad inuicem firmati, cum spoliis & vniuersis sarcinis, relictis nauibus, cum Baldewino urbem **Tarsum** subierunt, per aliquot dies in omnibus bonis terræ ibidem iocundati & epulati. Dehinc habito inter se consilio, in custodiā & defensionem vrbis trecenti ex nauali exercitu sunt electi, sicut & ex legione Baldewini ducenti attitulati. His ordinatis & constitutis, profecti sunt à Tarso Baldewinus & sui, coniunctis armis & viribus

- xv.** in tubis & cornibus & potentia magna, regia via gradientes. Interea *Tankradus* ab Azara ciuitate, & Welfone ciuitatis Princeps, migrans, *Mamistrum* ciuitatem, à Turcis possessam & munitam, descendit: quam resistentem & contradicentem sibi fortiter cum loricata manu assilit; humi in breui muros illius deiecit, portas & vesticos ferreos diruit; Turcorum superbiam, quæ in hac dominabatur, crudeli strage attriuit. Tali modo eiecit hostibus, *Tankradus* turrem suorum custodia muniuit, alimoniam, vestes, aurum & argentum grande in ea reperiens, Christianis consodalibus diuisit, ibidem per aliquot dies remoratus. Dumque illuc securè moram faceret, & de verbis custodia solicite ageret, *Baldewinus*, frater Ducis, cum armis & sociis regia via incedens, in terminos eiusdem ciuitatis descendit; & in viridario quodam spaciose, arboribus consito, quod erat iuxta vrbem, tentoria ipse suique fautores & comprimores in ordine locauerunt. Hæc quidam *Richardus*, Princeps Salerni ciuitatis Italæ, de genere Nortmanorum, proximus *Tankradi*, intuens, molestè accepit; & verbis amarissimis super hoc *Tankradum* compellat, dicens: *Ah Tankrade, hodie vilissimus omnium factus es. Baldewinum praesentem aspicis, cuius iniustitia & inuidia Tarsum amisisti. Ah, si nunc aliquid virtutis in te haberes, iam tuos commoueres, & tibi illatam iniuriam in caput eius rependeres.* His auditis, *Tankradus* infremuit spiritu; & illico arma & milites requirens, sagittarios suos in virtute magna præmisit ad lacestendos hostes in tentoriis, & ut laederent equos, per pascua & prata vagantes. Ipse quoque cum quingentis lorica-tis equitibus repente in eiusdem *Baldewini* castra & satellites ruit, vt in omnibus
- xvi.** iniuriis, quas sibi intulerat, dignam sumeret vltionem. *Baldewinus* sine mora, *Baldewinus* quoque de Burg, & qui uocatus eius, & *Giselbertus de Claro monte*, omnisque illius comitatus, agnito tam repento assaultu & impetu *Tankradi*, ferro induuntur, signa erigunt; sociisque virili voce admonitis, obuiam *Tankrado* in multa vociferatione turbarum & cornuum raptim exhibentur, vtrinque prælia grauiter committentes, & graui vulnere corruentes. Sed manus *Tankradi*, dispar numero & viribus, terga vertit, belli pondus sustinere non valens: ac in vrbis præsidium vix trans arctum pontem aquæ cum ipso *Tankrado* fugam faciens, à belli turbante elapsa est. In huius pontis angustia *Richardus* princeps Salerni, proximus *Tankradi*, & *Robertus de Ansia* ciuitate, milites acerrimi, nimirum retardati, capti ac retenti sunt; plurimi equites & pedites de societate *Tankradi*, alii extinti, alii vulnerati perierunt. Solus *Giselbertus de Claro monte* nimium insecurus, & in mediis hostibus inuolutus, in ipsius pontis angustia captus & abductus est; quem *Baldewinus* & sui peremptum existimantes, planctu magno lamentabantur.
- xvii.** Craftina verò die orta, vtrinque de absentia captiuorum viorum nobilium dolentes, ac recordati quia ambo deliquissent, tam sacræ viæ Ierusalem deuotione violata, ex consilio Maiorum suæ legionis pacem firmam composuerunt, captos pro captiuis sibi inuicem restituentes. Hac pace composita, & vniuersis spoliis cum captiuis restitutis, *Baldewinus* cum suis septingentis equitibus diuisis consilio cuiusdam Armenii militis, *Pancratii* nomine, terram Armeniae ingressus, præsidium mirifici operis & roboris, nomine *Turbayfel*, obsedit. Quod Armenii ciues, viri Christianæ professionis, videntes, consilio clàm cum ipso Princepe Baldewino habito, Turcis expulsis, qui arcis præerant, in manus eius tradiderunt, volentes magis sub Christiano Duce seruire, quam sub Gentili dictione. Hac itaque ciuitate cum arce præsidii subiugata, & viris suis in hac repositis: *Rauenel* præsidium humanis viribus inexpugnable, similiter obsedit & apprehendit. De quo Turci, captione *Turbayfel* exterriti, fugisse & abiisse referuntur. Apprehendit & multas ciuitates cum castellis, quæ in circuitu erant, exterritas à facie exercitus *Antiochiam* tendentis: quas itidem Turci diu subiugatas custodientes, nunc formidine concussi fugitiui noctu relinquebant. *Rauenel* itaque apprehensum *Pancratius* Armenio prædicto commisit, viro instabili & magnæ perfidiae, quem à vinculis Imperatoris Græcorum elapsum *Nicæa* retinuit, eo quod audisset eum virum bellicosum esse & multiformis ingenii, & quia omnis Armenia & Syria & Gracia illi notæ haberentur. *Pancratius*, vt erat perfidus & astutus, Turcis apprimè notissimus, astimans tobore commissi sibi præsidii huius *Rauenel* terram se posse obtinere, nullum de comitatu *Baldewini* intromittens, filium suum adolescentem illustrem, in eo constituit: & tandem hoc fraude fieri, cum *Baldewino* ambulans & manens, dissimulabat.

Tandem

Tandem quidam Principes, qui audita Baldewini industria & nobilitate, fœ- xviii.
dus cum eo pepigerant, virti Armenii, quorum alter *Fer*, præpositus Turbaysel, al-
ter *Nicetus* nomine dictus est, cuius castra & præsidia spaciola *Turbaysel* adiace-
bant, intellecta perfidia Pancratii, quam cum Turcis moliebatur, scientes eum vi-
rum noxiū & facilem, Baldewino retulerunt, afferentes, sitali viro, & tam faci-
moroso, Imperatoris pèriuro, longius præsidium *Rauenel* crederet, in breui ter-
ram, quam subdiderat, posse amittere. Baldewinus hoc auditio ab his viris credu-
lis & fidelibus, sèpius versutias illius ipse expertus, præsidium illi commissum re-
quisuit: quod Pancratius obstinato animo in manu vel custodia Gallorum red-
dere recusauit. Postremò Baldewinus post plurimam requisitionem præsidii
indignatus, quadam die sibi assidentem & contradicente in teneri iussit, vinculis
astrigi, tormentis affligi, quo usque præsidium coactus redderet. Sed nec sic ad-
huc reddore ullius tormenti labore aut vitæ necessitate compulsus est. *Baldewinus*
tædio tormentorum illius victus, ad ultimum iussit, ut viuus membratim discer-
peretur, nisi præsidii de redditione sibi satisfaceret. Qui hanc atrocem membro-
rum & neruorum discerptionem metuens, in manu Fer literas direxit filio, ut
præsidium festinatò pro vitæ suæ & membrorum suorum liberatione Baldewino
redderet. Quod astum est; & Pancratius à vinculis absolutus, & deinde à colle-
gio Baldewini dissociatus. Baldewinus ergo suscepit præsidium custodiaz ac
fidei suorum contulit Gallorum; & Turbaysel, quod dicitur *Bersabee*, discessit,
terram & regionem vndique expugnans, suæque potestati subiiciens. Post xix.
hæc diebus aliquot euolutis, & fama *Baldewini* longè lateque crebescente, & bel-
lorum suorum virtute super omnes hostes suos diuulgata, Dux ciuitatis *Rohas*, quæ
dicitur *Edeffa*, sita in regione Mesopotamiæ, Episcopum eiusdem urbis cum duo-
decim Maioribus ciuitatis, quorum consilio omnis status regionis fiebat, ad
ipsum Baldewinum misit, quatenus cum Gallis militibus ad urbem descenderet;
terram aduersus Turcorum infestationes defendenderet; & cum Duce communis po-
tentia & dominio vniuersos redditus & tributa obtineret. Qui tandem consilio
accepto acquieuit, & descendit solùm cum quingentis equitibus, cætera multitu-
dine dimissa ac relicta Turbaysel ac Rauenel, & multis in locis, quæ Turcis expul-
sis nunc suæ suberant potestati. Dum autem via maturata usque ad *Euphratem*,
fluum magnum transfretare parauissent, Pancratii consilio & instinctu, quem
soluerat à vinculis, Turci & cæteri hostiles copiæ eductæ, & vndique conglobatae
ad viginti millia affuerunt obuiam transfire volentibus. Sed vim & equitatum eorū
comperiens, & minimè nunc tot millia sufferre valens & debellare, via, qua vene-
rat, Turbaysel reuersus est. Dehinc Turcis dispersis, ac in sua tutamina reuersis,
Baldewinus iteratò ducentis equitibus assumptis, Rohas prefectus est conductu vi-
rorum fidelium, sine impedimento & hostili incursu itinere suo peracto, & Eu-
phrate flumine cum omni prosperitate enauigato. xx.
Huius tam egregii & no-
minatissimi Principis aduentus fama, vt aures senatorum urbis penetrarārat, gaudiū
& iocunditas facta est in vniuersis, qui audierant; ac in tubis & omnigenere musi-
corum, tam maiores quam minores in occursum eius conuenerunt, omni honore
& gaudio, sicut tantum decebat virum urbi introducentes. Inducto tam honorificè
viro, & gloriosè portis ciuitatis & hospitio cum suis constituto, Dux, qui cum cō-
silio duodecim senatorum ad resistendum aduersariis ciuitatis eum acciuerat, in-
dignatus super laudibus & honoribus, quos illi populus & senatus exhibuerat, sub
arcano cordis sui grauiter cœpit ei inuidere; sed & eum penitus ciuitati & regioni
præesse interdixit, nec parem sibi ad aliquos fore redditus vel tributa. Dicebat e-
nim, illi plurimum auri, argenti, ostri, mulorum & equorum armorumq; copiam
se daturum, si sibi & ciuibus acregionis contra Turcorum insidias & assaultus propu-
gnator & auxiliator in locis sibi constitutis esse non negaret. Qui omnino Ducis
hæc munera sub tam vili conuentione suscipienda refutauit, rogans, vt tantum
conductus sui fiducia sine periculo & iniquo machinamento ad ducem *Godefridum*
& confratrem suum sanus & in columnis redire possit. Hoc duodecim proce-
res senatores & primi ciuitatis, cæteraque multitudo audientes, quia non auro vel
argento vel ullis preciosis muneribus possit retineri, Ducem adierunt, omni-
bus modis & precibus instantes, vt virum tam nobilem & propugnatorem fortis-
simum recedere non pateretur, necc à se alienaret, sed de regno & ciuitate sociū sibi

faceret, cuius protectione & militari ope ciuitas & terra semper posset defendi, &
xxi. nequaquam de promisso virū molestaret. Dux quidē duodecim præfectorum
& omnium conciuium constantiam & benevolentiam erga Baldewinum videns,
eorum nolens petitioni satisfecit, ac Baldewinum sibi filium adoptiuum fecit, sic
ut mos regionis illius & gentis habetur, nudo pectori suo illum astringens, & sub
proximo carnis suæ indumento semel hunc inuestiens, fide vtrinque data & acccep-
pta. Sic vtrisque firmatis paternitate & filiatione, Dux Baldewinum die quadam
loco filii admonuit, vt omni militia & solidorum conuentione conuocatis suis,
pariterque ciuibus Rohas assumtis, ad munitionem Samusart, quæ erat iuxta Eu-
phratem, proficisciens, expugnaret Balduc, principem Turcorum, qui eandem ar-
cem & ad Rohas pertinentem, inuaserat iniuste, & obtinebat. Intulerat enim
idem Balduc ciuibus intolerabile malum: nam filios Maiorum ciuitatis non pau-
cos obfides sibi dari minis extorserat, propter annuos reditus & tributa Byzantio-
rum, quæ illi ad redimendas vineas & sata dare conuenerant. Baldewinus primam
petitionem hanc Ducis & Maiorum ciuitatis non refutans, assumtis ducentis so-
ciis & omni ciuitatis pedestri, & equestri comitatu, castrum Samusart est aggref-
sus, multam vim in virtute suorum hostibus inferens. Sed Balduc & suis occur-
rentibus in grandine sagittarum & tubarum stridore, grauiter repressi sunt. Nam
illic infinita manus ciuium Armeniorum effeminatorum, incaute & segniter di-
miciantum, corruit, sex tantum strenui & probi milites Baldewini sagittis con-
fixi perierunt: quorum exequiis Christiano more completis, planctus & dolor
magnus per vniuersam ciuitatem factus est. Baldewinus videns arcem præsidii
Samusart insuperabilem, & in ea Turcos bello fortissimos & indefessos, apud s.
Johannem, quod erat in præsidio non longè ab arce, suos in lorica, galea & equo re-
liquit, qui semper Turcis ad resistendum occurrerent, & belli assiduitate vexarent:
xxii. ipse solus cum duodecim Gallis Rohas reuersus est. Post hæc paucis diebus
euolutis, omnis senatus & vniuersi ciues considerantes Baldewini prudentiam &
constantiam aduersus Turcorum insidias, militumque sub manu eius ciuitatem &
eius munitiones posse saluari ac defendi, in vnum conuenerunt, Constantino de
montanis accito ad commune consilium, viro potentissimo, quatenus Ducem suū ;
interimerent, & Baldewinum loco eius Ducem & Dominum exaltarent. Erat
enim idem Dux valde eis contrarius: nam multis eos calumniis affecerat, aurum
& argentum incomparabiliter cunctis abstulerat: si quis verò resistebat, Turco-
rum inimicitias & odium non solum in periculum vitæ suæ, verùm etiam in vineis
& in satis suis succidendis, & in præda gregum suorum suscitabat. Hoc auditio
consilio, die quadam vniuersi parui & magni ciuitatis, ad arma conuolant, ar-
mati & loricati Baldewinum conueniunt, vt cum eis ad interitum Ducis sui con-
tendant, afferentes eum loco suo dominum & Ducem communi consilio fieri, se
decreuerint. Qui tale facinus præsumere omnino contradixit, cum vice filii sibi sit
constitutus, & nihil causæ vel mali adhuc in eo repererit, vnde perditionis eius 40
confectaneus & socius fiat. Ait enim: Inestimabile coram DEO peccatum esset, vt in hunc
virum manum sine causa mitterem, quem in patrem assumpsi, cui etiam fidem contuli. Sed pre-
cor vos, ne sanguine & morte eius pollui me sinatis, & nomen meum inter Principes Christiani
exercitus viles cerefaciatis. Peto etiam vos, vt sibi ore ad os loqui mihi liceat in solio turris, super
quam usque in præsens habitare vestro dono exaltatus consuevit. Quod mox ei annuerant.
Et ecce currunt ascendens, sic ei loctus est: Omnes ciues & præfetti ciuitatis huīus in ne-
cem tuam conspirati, in orni genere armorum ad turrim hanc in furore & impetu animi prope-
rant: quod doleo & molestè fero. Sed vt aliquaratione liberari possis, vel rerum tuarum datione
præuenire non neglexi. Vix Dux colloquenter sibi audiuit, & ecce in circuitu turris
multitudo ciuium in obsidione & impugnatione confluxit, incessibili mangena- 50
xxiii. rum & sagittarum iactu muros & turris ostia quatentes. Dux videns animæ
suæ angustias, thesauros suos incomparabiles in ostro, in vasis aureis & argenteis,
in Byzantiis copiosis Baldewino aperuit, rogans, vt suscipiat, quatenus apud ciues
pro vita & salute sua interueniat, & nudū ac vacuum à turri exire & abire patientur.
Baldewinus preces illius exaudiēs, misericordia motus super desperato, præfertos
populi obnixa suasione adhortatur & instat, vt Duci suo parcentes non occidāt, &
thesauros innumerabiles, quos viderat, inter se partiri non refutent. Senatus & v-
niuersi ciues ad Baldewini & promissionem thesaurorum minimè auscultant, non
viuum,

viuum, non sanum pro villa rerum commutatione aut datione illum euadere vna-
nimiter exclamantes, iniurias & calumnias sibi obiicientes, quas sub eo & à Turcis
eius instinetu sèpè sustinuerant. Dux itaque vitæ suæ diffusus, nec precibus suis aut
vllis preciosis donis videns se quicquam proficere, Baldwinum à turri remisit, se
per fenestram funiculo à solio laxans, exiuit: quem mille sagittis in momento con-
fixum mortificantes, media platea proiecerunt; caputque eius amputantes, ad lu-
dibrium omnibus hastæ præfixum per omnes vicos ciuitatis detulerunt. Cra- **xxiv.**
stina verò die *Baldwinum*, plurimum renitentem & contradicentem, Ducem ac
Principem ciuitatis statuerunt; turrim insuperabilem cum vniuersis thesauris ex-
tincti Ducis, in ea repertis, illi contulerunt, iure iurando subiecti illi facti & fideles.
Baldus hac Baldwini noua promotione audita, timore magno percussus est, ne in
virtute Gallorum, virotum belligerorum, obsidione facta præsidium *Samusart* a-
mitteret. Vnde legatione ad Baldwinum facta, arcem illi venalem pro numero
decem millium Byzantiorum obtulit, & quia abhinc & deinceps illi pro solidoru-
conuentione fideliter militaret. Qui ad eius verba nequaquam attendit, eò quod
iniustè Christianis hanc arcem abstulisset, quondam ad ciuitatem *Rohas* non longè
ante hoc tempus pertinente. Baldus videns feritatem & constantiam Ducis
Baldewini, dixit se arcem incendio consumere, obsides ciuium & præfectorum,
quos plurimos tenebat, decollare, & semper insidias aduersus Baldwinum no-
te ac die moliri. Tandem ut plerunque temporis processit, Baldwinus auditio
consilio suorum, Baldui talentum auri & argenti & ostra preciosæ cum purpura,
equos & mulos, non modico precio dignos, contulit; & sic præsidium Samusart
ab hostili manu & potestate redemit. Ab eadēque die & deinceps Baldui Balde-
wino subditus factus est, in domo eius condomesticus & familiares inter Gallos
constitutus. Baldwinus arcem suscepit fideli suorum custodia muniuit, obsi-
des illic repertos primoribus quibusque & ciuibus restituit. Post hæc, quia æquè
Gentilibus & Christianis non conuenit, & inuicem sibi semper sunt suspecti, Bal-
dwinus vxorē Baldui & filios pro fidei stabilitate requisivit: qui benignè annuit,
sed de die in diem occasione adiuuenta, obsides hos dare differebat. *Baldewi* **xxv.**
no Duce sic exaltato, & militari actione diuulgato, *Balas*, qui & ipse Princeps & in-
uasor præsidii ciuitatis *Sororgia* erat, duci Baldwino legationem misit, quatenus
exercitu adunato, ad ciuitatem, quæ à prædio & montanis distabat, & rebellis
adhuc resistebat, descendere, & præsidium in eius manu, ciuibus & vrbe supera-
tis, absque dilatione reponeret: erant enim ciues *Sarraceni*, qui sibi resistebant, &
tributa dare contemnebant. Baldwinus promissis illius credens, fœdere ad inui-
cem percesso, cum omni apparatu suo urbem obsidere & expugnare dispositus, do-
nec ciues vieti cederent, & deinceps tributarii fierent. Verū ciues Baldwini ad-
uentum & indignationem ex Balas suggestione intelligentes, Baldui conuentio-
ne solidorum, cæterosque Turcorum milites multis præmiis sibi asciuerunt, spe-
rantes sub eorum tutamine mœnia vrbis posse retineri ac defendi. Baldui miles, &
vnus de Principibus Turcorum, auaritia Byzantiorum iam corruptus, cum suis ad
vrbum accessit, sperans eidem vrbis adhuc præesse & dominari. Baldwinus hoc
comperto, in manu forti die statuto ad obsidionem vrbis Sororgia proficisci di-
sposuit cum mangenis & omni apparatu armorum, quibus vrbis scindi aut expu-
gnari posset. Ciues verò & Sarraceni milites apparatum intolerabilem audientes,
formidine concussi, nuncia illi miserunt, ut pacifice ad illos descendere, vrbem si-
ne contradictione reciperet, redditusq; singulis annis suæ ditioni nō negarent. Bal-
dwinus precibus eorum cessit; diem statuit, qua omnia hæc cum pace & fide rata
& credula cōponerentur. Baldui videns, quia ciues à defensione defecerant, & ti-
more perterriti resistere tanto Principi nequiverant, vrbem cum suis egressus, *Ro-*
has ad ipsum Baldwinum simulata fide in his verbis, descendit: *Nequaquam credas,*
ut arbitris me ideo urbem Sororgia intrasse, ut ciuibus auxiliū aduersus te ferrem, sed veni, ut
eos quolibet consilio ab incepto rebellionis sua reuocarem, tibiq; subditos facerem ac tributarios.
Quod Baldwinus patienter accipiens, Baldui in excusatione hac manere se cum
ab illo die concessit; sed tamen minimè fidei illius se credebat. Nec morā in manus
eius vrbis est redditus, ciues tributarii facti; præsidium Balas, quod in montanis pre-
eminebat, in manum eius & suorum custodiam reposuit. Baldwinus ciuitate cum
prædio suscepta, *Folkerum Carnutensem*, virum militarem & belli peritissimū, ad
procurāda & tuēda mœnia in eis reliquit; ipse Rohas in magna gloria reuersus est.

xxvi. *Tankradus*, qui à Baldewino diuisus, Mamistræ ad maritima remanserat, cum ad-auctis sibi viribus de nauali exercitu, quem Baldewinus aduexerat, *castrum puellarum*, quod vulgariter appellatur *de Batess*, obsedit & expugnauit: similiter *castrum pastorum* expugnatum diruit; castrum quoque *adolescentum*, quod dicitur *de Bakelers*, quæ in montanis erant præsidia, in manu robitorum militum deiecit & attruit. *Alexandriam minorem* portis & muris dirutis subiugatam obtinuit. Turcos in eis repertos in ore gladii percussit. Omnia autem castella & præsidia hactenus Peregrinis nocentia, aut cepit aut incendit; hostes Gentiles in eis inuentos alios occidit, alios captiuos tenuit. Hostes verò, qui Christianis subiugatis, per montana dispersi Christianorum præsidia & loca iniustè inuaserant, audita illius virtute misitari, alii fugam capicabant; alii missis equis & mulis, auri argentiique donis preciosissimis, amicitiæ illius iungebantur, quatenus eum pacificum in omnibus, quæ obtinebat, reperirent. *Tankradus* de omnibus, quæ osterebatur, nihil refutabat; sed sicut cautus & prouidus omnia suscipiens reponebat, memor præteritarum angustiarum,

xxvii. & maiorum adhuc credulus futuratum. Interea totus apparatus & viitus gradi exercitus accelerabat, rectitudine itineris per mediam *Romaniam*, per abrupta montium & declivia vallium incedens, quen *Godefridus Dux, Boemundus, Reymundus Comes, Robertus Flandrensis, Reymerus Episcopus de Podio, Robertus de Normania, communi consilio & pari conductu* moderabantur. Hi ad ciuitatem, quæ *Maresch* dicitur, in manu forti descendentes, hospitio pernoctauerunt, tabernacula in locis virentibus ante urbis mœnia extendentibus, nullam vim Christianis illic ciuibus inferentes; sed pacificè ab urbe vita necessaria venalia suscipientes. *Turci*, qui aduentum tantorum ac tot Principum intellexerant, ab urbis præsidio aufugerunt, quam iniqua vi & iniustis tributis ante multos hos annos oppreserunt. Hac in regione Maresch, *uxor Baldewini* nobilissima, quam de regno Angliae eduxit, diutina corporis molestia agrauata, & Duci Godefrido commendata, vitam exhalauit, sepulta catholicis obsequiis, cuius nomen era *Godwera*. *Vdebrandus* similiter de Wizan infirmitate corruptus, ibidem obiit, honorificè sepulcro illic conditus; miles irreprehensibilis, & in omni bellorum consilio & actione utilis, de domo Ducis

xxviii. *Godefridi*, semper secretorum illius ante omnes conscius. Egressi à montanis & regione Maresch prædicti Principes cum omnibus sequacibus legionibus, cōpererunt à quibusdam Christianis Syriæ, sibi occurribus, ciuitatem *Arthesiam* non procul abesse, rebus necessariis vita locupletem, sed à Turcis possesiām. Hoc comperto, *Robertus de Flandria* assumptis secum viris cautissimis, *Rotgero de Roscit, Gozelon filio Comitis Cunionis de Monte acuto*, cum mille loricatis, ab exercitu exurgens, ad Arthesiam descendit, ciuitatem muro, mœnibus & præsidio turrito munitionissimam, in qua Turci manentes, Armenios Christianos seruili iugo subegabant. Urbi itaque & eius mœnibus appropinquantes in signis erectis cuiusque colore pulcerissimis, in galeis æneis auro lucidissimis, totam regionem fama aduentus sui concusserunt. Turci in mœnibus Arthesiæ & præsidio, causa defensionis & repugnationis, repentina hac Gallorum congreßione perterriti, astiterunt, portas ciuitatis obice & seris munitentes. Verùm ciues Armenii, quos eidem Turci longa seruitute de presserant, secum in eisdem munitionibus constituti, reminiscentes iniuriarum suarum, quas ab eisdem Turcis diu pertulerant in raptu vxoru & filiarum, in actione cæterorum nefariorum, in exactione tributorum iniistorū, nunc freti auxilio & aduentu Christianorum eosdem Turcos inuadentes, in ore gladii peremerunt; & capita eorum amputantes, è fenestris & mœnibus eiecerunt, portasque urbis confratribus Christianis aperientes, aditum reddiderunt tutum in occisione Gentilium, in extinctione extinxitorum corporum: benignè etiam & omnipia susceptione fideles fratres inducunt, armis & sarcinis familiariter exonerantes; cibis diuersis & amicis potibus recreant, equis & mulis eorum pabula sufficienter subministrantes.

xxix. Ab hac urbis statione usque ad Antiochiam decem milliaria computantur: & fama nouæ cædis Turcorum veloci pede transuolans, Turcos ab Antiochia & de cunctis finibus eius, ad viginti millia congregatos acciuit usque ad prædictam ciuitatem Arthesiæ. Ex his millibus Turcorum astutiores & agiliores triginta, equis in modum venti currentibus insidentes, in dolo præcesserunt, post terga relictis insidiis totius legionis, quatenus in arcu corneo & osse Gallos è præsidio laceſſere & protrahere valerent. *Galli* equidē fraudes & latentes insidias ignorantis, pede & equo, armis muniti & loricis induti, illis mediis occurserunt campis,

vt cum

vt cum hostibus committerent. Sed non aliquis successus illis vlo conflictu potuit contingere. Nam Turci, qui erant in insidiis, transuerso itinere viam in graui multitudine anticipant, ne Galli redditum aut refugium ad vrbem haberent, sed momentaneo interitu suffocarentur. Hoc viso repentino impetu & improuiso, *Robertus de Flandria & Rotgerus cæterique capiteles exercitus*, fortiter sociis admonitis, & in vnum congregatis, per medias densas acies Turcorum à campi planicie freais reductis transuolantes, rigidis hastis hostes irruperunt: Irruit & omnis societas virili audacia, quoisque incolumes à manibus inimicorum intra portas & mœnia illapſi sunt. Turci verò elapsos in portis grandine mille sagittarum insequuntur, portas cum eis intrare conantes: Sed retrusi à limine in manus valida, licet exigua, portas intrare cum Gallis nequaquam permitti sunt. Multi tamen in repentinis sagittarum ictibus hinc & hinc armigeri, equites & pedites, muli quoque & equi grauati sunt. Turci ergo videntes, se nihil profecisse, & adhuc in copiis suis confidentes, obsidionem circa prædictam vrbem constituerunt. Sed fideles inclusi ex sufficientia ciborum in arce reperta murali robore firma & inex-pugnabili, tuta & quieti resederunt. Illic in præsidio Arthesia *Gozelo* filius Comitis Cunonis, languore grauissimo occupatus, post dies aliquot vita dicitur, & à confratribus Christianis debitum sepulturæ honorificè & catholicè suscepit. In- xxx.

ter quos latenter exploratores degebant, qui ab exercitu occulte, visa opportunitate subtrahiti, Turcis referebant & audierant de auentu & consiliis catholicæ legionis. Delatores prædicti audientes, quia ab Arthesia fama obsidionis suorum ad Principem Godefridum, Boemundum, cæterosque peruererat, & quia ad subueniendum consilium inierant, festinato ad castra Turcorum redierunt, iam Romanos Francigenas & Teutonicos in proximo aduentare nunciantes; nec vires eorum sustinere posse, nec à manibus eorum eripi, nisi citò ciuitate relata, in sua remearent tutamina. Nequaquam tamen his sinistris nunciis admoniti expauescūt, freti nimium in suis prædictis millibus; sed per integras vnius diei horas vrbem impugnant, & in assultibus plurimis laborant: Sed laborem suum in cassum consument, Gallis ab arce & mœnibus non parcè resistentibus. Dehinc nocte tela- xxxi.

& tenebris incumbentibus, plurimis consiliis inuicem habitis, consilium reper-tum est, vt primo diluculo apparente, ad pontem *fluminis Fernæ* redditum pararent, & Antiochiam, vrbem turribus munitam & fundatam & humanis viribus insuperabilem, securi intrarent, ne ponte præuento & flumine ab exercitu Christianorum, periculum vitæ expugnati paterentur. Vix Antiochiam prædicti Turci subierant, cum sequentis lucis crepusculo magnus exercitus catholicorum in terminos *Arthesia* castra applicuit, ibidem pernoctans in latitia & iocunditate. Illic ex decreto Maiorum mille & quingenti viri loricati electi, ad Arthesiam sunt directi ad auxilium confratum, qui erant in arce, vt sic sani & incolumes copiis & viribus communii via, minus de hostili impetu solicii, ad exercitum repedarent. Cimirate Arthesia fidei Christianorum tuitione munita, ad exercitum sine vlla offensione sunt reuersi: Redit & *Tankradus* ab Alexandria minore & maritimis regionibus; redierunt & vniuersi, quibusqne locis ad subiugandam terram & castella & ciuitates præmissi & dispersi, præter *Baldewinum*, fratrem Ducis Godefridi: Qui ad meridianam plagam profectus in terram Armeniæ, expugnaturus Turcos, Turbaysel & Rauenel & cætera præsidia suæ ditioni subiecerat. Idem verò Baldewinus sic de die in diem bellis actriphis magis ac magis accrescens, ex consilio duodecim præfectorum ciuitatis, vxorē nobilissimā de genere Armenio magnificis & legalibus duxit nuptiis, filiam cuiusdam Principis, & fratri Constantini, nomine *Taphnuz*, qui in montanis præsidia & plurimas munitiones obtinebat, quoru[m] vniuersorum ha-redem Baldewinum constituit. Sexaginta etiam millia Byzantinorum illi dare spopondit, de quibus conuentionem solidorum militibus suis soluens, terram potenter aduersus Turcorum incursus retineret. Spopondit quidem, sed tantum septem millia illi dedit; quæ verò restabant, de die in diem differebat. Nuptiis Baldewini inæstimabili apparatu celebratis, decretum consilio communi & Maiorum ciuitatis & regionis, vt idem Taphnuz cum genero suo de statu terræ & utilitate ciuitatis tractaret, eò quod vir esset prouectus ætatis & senioris consilii: sicque se inuicem mutuo præuenirent honore: quod & actum est. Postquam in vnum conuene- xxxii.

runt congregati, non vlt̄ ab hac die diuisi sunt propter copias Turcorum inæstimabiles, qui à montanis & omni Romania profugi, ad vrbem Antiochiam, quæ

erat inestimabilis murorum firmitate, & inexpugnabilis, pro defensione properauerant. Nec mora, Episcopus Podiensis, *Reymerus*, sermonem ad populum faciens, huiusmodi exhortatione vniuersos paternè admonuit & docuit, iuxta quod instas necessitas, & creberima fama vicinæ nimium Antiochiae exigebat: *O fratres & filii carissimi, Antiochiam ciuitatem nimium vicinam, ut compertam habemus, scitote fundata murali munitione firmissimam, qua ferro vel iactu lapidis rescindi non potest, inauditi & insolubili camenti opere, & mole magnorum lapidum constructa.* In hac omnes hostes Christiani non minus, Turcos, Sarracenos, Arabes, è montanis Romania & ex omni parte à facie nostra fugientes, conuenisse procul dubio cognouimus. Vnde caudendum sumus opere nobis est, utrè aliquos ex nostris divisionem facere, nec temere præcurrere, sed in communi & unani virtute in crastino usc.

xxxiii. que ad pontem Ferne nos commovere, consilio cautissimo definiuimus. Omnis ergo populus venerabilis sacerdotis ad munitioni acquieuit; & crastino sole exorto, cum sociis ab Arthelia receptis, cum *Tankrado & Welfone* Buloniensi, maritimisque Galiorum sociis vniuersis relatis, cum camelis & alinis, omnibusque vehiculis sarcinarum rerumque necessariarum, in uno comitatu & armorū fiducia usque ad pontem fluminis Ferne, quod dicitur *Farfar*, profecti sunt, relictis asperis Alpibus vallibusque grauissimæ Romaniæ. Hac enim die *Robertus Normannorum* Comes, præelectus est cum suis milibus exercitum præire, sicut mos est in omni exercitu militari: quatenus si aliqua vis aduersariorum latuisset, nunciaretur catholicæ legionis Ducibus & Principibus, ut ad arma, loricas & parandos cuncos quantocius properarent. Huius inter millia *Rogerius de Barneuilla, Euerhardus de Poisat*, milites in omni negotio militari laudabiles, signa præferentes, equitatum regebant, quo usque ad ipsum pontem prænotatum sine dilatione constiterunt. Pons denique iste mirabilis arte & antiquo opere in modum arcus formam accepit, subter quam Farfar fluuius Damasci, Ferne vulgariter dictus, cursu rapidissimo alueum perluit. In utraq; pontis fronte duæ prominebant turre ferro insolubiles, & ad resistendum aptissimæ, in quibus Tuci corum semper erat custodia. Subsecuta est societas duum millium peditum virorum egregiorum, qui etiam ad pontem consistentes, minimè transire permissi sunt. Nam Turci, qui in turribus pontis ad centum defensionis causa constituti erant, fortiter in arcu & sagittarum grandine transire volentibus resistebant; equos crebris vulneribus lædebant, fessores equorum trans loricarum te-

xxxiv. gmina volatili sagitta plurimos transfigebant. Orta hinc & hinc tam graui contentione, his transire volentibus, illis è contrâ transitum prohibentibus, & adhuc præalentibus, septingenti Turci, qui ab *Antiochia* acciti exierant, videntes constantiam & defensionem suorum in ponte, in equis celerrimis nimium bello animati aduolantes, vada præoccupant, ne quispiam Christianorum transeundi licetiam obtineat. Equites & pedites Christianorum videntes copias Turcorum loricatorum in fluminis ripa ad resistendum diffusas, diffunduntur & ipsi spatiose altera in ripa; & utraque parte sagittis virili conatu intortis & immisis, longa fit certatio, hominesque & equi quam plures confixi in utraque ripa moribundi cedentes deficiebant. Turcis tandem plurimum præalentibus, & sagittarum notitia & luſtamine præuentibus & perdurantibus, exercitus fidelium armis & equis paratus, ad subueniendum præmissis sociis vndique accelerabat. Sed nec Turci à ripa tunc quidem recedentes, maluerunt mori quam cedere, incessanti conatu sagittarum transmittere volentibus obſistentes.

Episcopus Podiensis, qui audita tam graui contentione magnum præcessit exercitum, videns corda suorum metu fluxa aliquantulum deficere læsione equorum, peccatumq; suorum transfixione, sermonem iterat, populumque in Dei viui nomine sic roborat ad defensionem: *Nemimueritis impetum aduersariorum state viriliter, insurgeite contra hos canes remordaces. Iam enim hodie pro vobis pugnabit Deus.* Ad hæc verba & monita tam præclari Pontificis facta taurorum testudine, testis galea capitibus, & induitis lorica pectoribus, fortiter pontem penetrant, hostes à ponte retrudentes in fugam conuertunt. Alii totum videntes auxilio sibi cōueniente exercitum, nimium freti, vada intrantes equis transnatant: alii pedibus vadis repertis, transire aquas properant, ex desiderio belli committendi; & ictus percussorum & fundibularios sustinentes, cæcoque aggressu Turcos impetentes, & à statione effugantes, in altero fluminis littore siccо confidunt. *Wido*, lapifer Regis Franciæ, equo & lancea Turcos incurrit: *Reinoldus Beluacensis*, tiro asperimus, minimè iacula sagittarum curans, in medio hostiū lancea & gladio præcurrrens, seuissimas strages operatur: miscentur utrinque vehementi

menti impetu agmina fidelium & infidelium, & belli sudore feruescunt, cædes & strages operantur. *Boemundus, Godefridus, Reymundus, Robertus, Rotgerus*, acies & signa bellica diuersi coloris pulcerima moderantur, donec Turci equis celerrimis fugam ineuntes, Antiochiam reuersi sunt, per deuexa montium & loca sibi nota viâ accelerantes. Christiani viatores ab insecuritione & plurima strage inimicorum revertentes, neque ulterius hostem in sequentes, eò quod nimium proxima mœnia Antiochiae viderentur, & omnium Gentilium vires in ea confluxissent, iuxta fluuium Ferne pernoctarunt; prædas & spolia usquequaque contraxerunt, plurimos de exercitu Petri, quos Turci per Antiochiae regionem diuiserant, à vinculis excluderunt. Hæc nuncia sinistra, euentumque suorum in contraria versum, *Darsianus* Princeps & caput ciuitatis coimperiens, vultu deiecto, corde metu contrito, magnis ardoribus doloribus; quid aucturus sit, mente inuoluens, si sibi eueniat, quod & Solymano in amissione vrbis Nicææ euenit. Nec morâ, consiliis creberimis inuigilans, escas comportare, arma & vires sociorum congregare sine intermissione studet, portas & mœnia fideli custodia munire non cessat. Præterea illucescente die, Dux *Godefridus, Boemundus* & vniuersi Capitanei exercitus exurgentis, armis & loricis atque galeis rursus induiti, iter intermissum ad urbem Antiochiam iterare vniuersos iubent, cum omni necessario apparatu, & omni genere armentorum vehiculisque cibariorum, quibus tantus opus habeat exercitus. His in unum congregatis, & viæ præparatis, prouidus Antistes in hunc modum loquitur, dicens:

*Viri fratres, & filii dilectissimi, verba, quæ ad vos refero, diligenter audite, & attendere vos non pigeat. Vrbs Antiochia proxima est, nobisq; vicina: quatuor inter hanc & nos sunt millaria. Hæc vrbis mirifica, & opus nobis inauditum regis Antiochi immanissimis saxis & turribus fundata est, quarum numerus trecentū & sexaginta computantur. In hac Santadoriā filium Regis Darsiani, Principem fortissimum, dominari scimus & Ammiralos quatuor nobilissimos & potentissimos, ac si Reges essent, ex imperio Darsiani accitos conuenisse comperimus, & se suosq; prætimore aduentus nostri in manu forti præuidisse & armasse. Horū nomina sunt: Adortonius, Copatrix, Rossleon, Carcornutus, quorum omnium Rex & caput & dominus Darsianus esse refertur. Hi quatuor Ammiraldi ex triginta cinctatibus, quæ in circuitu longè, lateq; ad Antiochiam pertinentes, Regi Darsiano tributarie suberant, quatuor ditiones dono & gratia Darsiani in beneficio tenent, singuli singulas centum castellis. Quæ de causa nunc admoniti ab ipso Darsiano, Rego Syriae & totius Armeniae, non in modica virtute ad resistendum, & defendendum urbem, dominam harum omnium urbium & regnorū, aduenisse perhibentur. Unde & nobis necesse est, ut cautè & ordinatè ambulemus. Serò, ut nostis, commisimus bellum: fatigatus sumus: equi exhausti viribus sunt. Godefridus Dux, Boemundus, Reinardus de Fau, Petrus de Stadencis, Euerhardus de Poisat, Tankradus, Wernerus de Greis, Henricus de Ascha, ad condendum exercitum in fronte præcedant, factis aciebus: Robertus Flandrensis, Robertusque Comes Nortinanorum, Stephanus Blesensis, Reymundus Comes, Tatianus familiaris Imperatoris Constantinopolitani, Adam filius Michaelis, Robertus de Barnauilla, si gratum vobis est consilium, extremas acies equitum & peditum moderantur. Hoc taque confilio cunctis ab Antistite, & cæteris viris astutis, ordinatis, regia via usque ad ipsos muros horribiles Antiochiae vñanimiter in splendore clypearum coloris aurei, viridis, rubei, cuiusque generis, & in signis erectis auro distinctis omni opere ostreo visu decoris, in equis bello aptissimis, in loricis & galeis splendidissimis, profiscuntur, tabernacula potenter extendentes iuxta locum, qui dicitur *Altalon*. Illic pomaria & arbores diuersi generis in securi & ascia succisas extirpauerunt, terram protentis papilionibus occupantes. His locatis, certatim indulgent operi eborum, cornibus mille & mille perstrepentes, prædis & pabulis equorum vndique insistentes, quorum fragor & strepitus usque ad terminum milliaris fermè posse audiri referuntur. Nec mirum, cum numerus tanti exercitus sexcentis millibus viatorum pugnatorum ab vniuersis procul dubio computetur, absque sexu fœmineo & pueris sequentibus, quorum millia plurima esse videbantur. In hoc Christianorum aduentu & obsidione recenti, illo die tanto silentio vrbis conquieuit, ut nec sonus nec strepitus ab urbe auditetur, & vacua ciuitas à defensoribus crederetur, cum foeta nimis armis & gentilium copiis in omnibus turribus & præsidiis redundasset. Dies quartæ feriæ illuxit, quando in-gressi sunt terram Antiochiae, & muros eius obsederunt. Hac die *Tankradus* primus fecus *Altalon* sedem ponit. Iuxta hunc *Rotgerus* de Barnauilla socius augetur: *Adam* filius Michaelis, iuxta cum suis sequacibus ordinatur, ne in hac parte Turcis aliqua*

necessaria inferrentur. Ad portam verò quæ respicit ad Persidem plagam, vbi iugum montium deficere incipiunt, *Boemundus* cum robustorum manu locum occupat; ibique firmato præsidio, tutus morabatur. *Tatinus* verò familiaris Imperatoris, aliquantulum remotus ab urbe, in campo, Conbrus nomine, tentorium fixit, semper fugæ intentus. Ante eundem *Tatinum* *Baldewinus* Comes Hamaicorum, sedem posuit cum sua manu. *Robertus* dehinc Normannorum Comes, & *Robertus* Flandrensis ad obsidēndos muros cum omni sua militia ordinantur. *Stephanus* Blesensis pariter ad cingendam urbem iuxta prædictos Principes suo sedit in ordine. *Hugo Magnus*, regis Franciæ Philippi frater, similiter cum suis sociis ad hanc obsidionem consedit. Vrbs hæc *Antiochia*, ut aiunt, ad plenum duo milliaria continet in longitudine, vnum & semis in latitudine: quam præfluit amnis præfatus Farfar, muris & turribus occupatus, quorum quarumque munitione & opus usque in supercilium montis extenditur, vbi principalior arx & magistra urbis & omnium turrium fundata præminet: In circuitu huius arcis quatuor insuperabiles turrem, positæ ob custodiam mediæ arcis in medio sedent, referuntur, quarum præfati Ammiraldi semper custodes & defensores regis Darsiani attitulati sunt.

XXXIX. Adhuc ad ipsam Antiochiam obsidēndam, quam tam spaciose audistis, ad portam, quæ dicitur à modernis *Warfarum*, quæ insuperabilis est, ipse *Antistes* assidet, sociato sibi Comite *Reymundo*, cum quibus Provinciales & *Valcones*, & omnes sequaces eorum, concederunt. In loco ulteriore, vbi postea pons ex nauium copulatione constructus est, *Godefridus* Dux super ripam fluminis, portam unam ciuitatis cum vniuersis millibus Lotharingis, Saxonibus, Alemanis, Bawaris, gladio seuissimis, obsidet. Cum Duce eodem *Reinardus* de Tul, *Petrus* de Stadeneis, qui Mamistræ à Baldewino, fratre Ducis, sequestrati, ad exercitum & Ducem redierant, *Cuno* etiam de Monte acuto, *Henricus* de Ascha, fraterque eius *Godefridus*, milites semper hostibus infestissimi, ad prohibendum Turcis introitum & egressum pariter confederunt. His feruentior & maior in-

XL. cumbebat labor. Super hunc amnem prædictum, qui longissimo alueo usque in mare protenditur, præterlabens muros, ab ipsa urbe pons porrigitur lapideus, opus antiquum, sed minimè turritum, qui prorsus terminata legione, hac ex parte inobscenus remansit. Per hunc siquidem pontem saepius Turci egrediebantur, & necessaria, vidente exercitu, cum suis erumpentes & remeantes inferebant; & populum Iesu Christi, per regiones & montana dispersum ad quærendum victum vel pabula equorum, eodem ponte emissi frequenter, illius dispersione nec comperta, trucidabant. Similiter ab ipsa porta *Warfarum*, quam Præsul *Reymarus*, Reymundusque obseruabant, pons alias etiam infestus, ingenio antiquorum fundatus, porrigitur trans paludem quandam, satis lutulentam & profundissimam ex impetu & inundatione assidui fontis, iuxta urbem extra muros emanantis. Per hunc pontem interdum exercitui insidiarum oblio, aut in die aut in noctis obscuro, egredientes Turci sagittas intorquebant, aut in impetu aliquos gladio percutiebant, subitoque recursu per eundem pontem in urbis præsidium euadebant. Cuius pontis infestationem Episcopus & omnis primatus conquerens, inito consilio, ad eius destructionem conspirauerunt; ac die statuto cum instrumento malleorum ferroorum, cum ligonibus & securibus à castris exierunt. Sed nequaquam vis eorum in huius pontis destructione præualuit. Erat enim opus insolubile antiquorum cæmentis & ingenii fundatum. Hinc frustrato in conamine malleorum exercitu, machinam, ex strue lignorum & vimineo opere intextam, componere Principes decreuerunt: cuius ligaturas ferro fabricatas & connexas, coriis equinis, taurinis, camelinis operuerunt, ne igne cum pice & sulphure injecto, à Turcis combureretur. Hanc verò perfectam usque ad medium pontem ad portam *Warfarum* vi loricatorum dedentes, Reymundum Comitem, custodem & magistrum machinæ constituerunt.

XLI. Turci hac visa structura, ad mœnia contendentes, sagittis & mangenarum iactu in ponte luctantes feriunt Gallos, quatenus percussos à ponte & machina arcere valeret. Similiter ex aduerso Christiani in sagittis & baleari arcu resistentes, fortiter hostes in mœniis impugnant, quibusq; filium cuiusdam Ammiraldi sagitta trâs iecur perfodiunt. Illius verò interitu & fidelium repugnatione Turci indignati, ampliore ira feruescunt; & tandem in vnum collecto robore suorum, repente portam aperientes, egressi viriliter machinæ assiliunt; custodibus subito instat & expugnant;

gnant; ignem piceasque faces & sulphureum fomentum fortiter machinæ inge-
runt, totam eam in flumnam redigentes. Custodes autem machinæ periculum vi-
tæ suæ metuentes, licet inuiti, exire coguntur in fugam præcipites, vix defensi &
elapsi. Peregrinorum itaque milites & Principes hac arte nihil se proficeret viden-
tes, sequenti die instrumenta trium mangenarum (Franci *bârbacles* vocant) op-
ponunt ponti, quæ portam Warfaru & turrim portæ eiusque nœnia crebro ia-
etu & impetu saxorum quaterent & attererent, murosque exteriore, qui erant
ante murale, in plurima frusta minuerent: Sed nec sic in contritione portæ value-
runt. Cùm verò nihil proficerent, quadam die ex communi consilio robora ar-
10 borea ingentia, vixque mobilia, & faxa mebilia miti ponderis ac magnitudinis, in
virtute & conatu mille loricatorum trans pontem portæ aduoluerunt, impedi-
mento Turcis exire & nocere volentibus. Ex his ambobus pontibus cùm **xliii.**
plurima damna & incursiones ex exercitu Christianorum ingruerent, sed nunc por-
ta & ponte Warfaru robore lignorum & saxis immanissimis occupato & obstru-
to, frequentius ex eo ponte, quem in altera parte ciuitatis trans flumnum *Farfar*
locatum diximus, de quo Turcorum egressus erat, & qui præ virbis amplitudi-
ne inobscus remanserat, insidiæ fierent ad perdendos fideles, pontem ex nau-
ibus componi constituerunt in funium retinaculis, per quem ad portum *Simeonis*
eremita liberum iter haberent: nam ante alento nauigio ex utraque ripa expectan-
tes, singulatim & tardè transibant. Nunc verò hac de causa pons iste naualis
constructus est, ut egressis Turcis per pontem lapideum Farfar in insidias Chri-
stianorum, per hunc ligneum pontem Galli festinanter occurrentes, suis sub-
uenirent, à portu maris escas afferentibus, & Turcos sine mora repellerent.
A ponte lapideo prædicti fluminis usque ad pontem nauium lunibus vimineis cra-
tibus aptatum, dimidium milliarum computatur. Ponte autem ex nauium col-
lectione & coniunctione perfecto, Christiani tam milites quam pedites quadam
die trecenti transmeant flumnum *Farfar*, ad quærenda pabula equorum & victui ne-
cessaria. Quod Turci agnoscentes, & à moenibus speculantes, per pontem virbis
lapideum raptim sociis collectis, armis & pharetris sumitis, in equo pariter exeun-
tes, ex improviso assunt Christianis in tergo ad pabula missis, quorum plurima
corpora, amputatis capitibus, humi prostrata reliquerunt; cæteros verò, quibus
fugiendi facultas erat, usque ad nouum pontem insequuntur: felices, qui tam
crudeles hostes euadere potuerunt. Alii ad vada contendentes, vndis ihuoluti
suffocantur, à facie Turcorum fugientes, quibus pons nouus præ multitudine
transcurrentium negabatur. Hoc tam græue infortunium ad proceres exerci-
citus ut est perlatum, ad quinque ferè millia armati, complures loricæ induiti, &
equis insidentes, è tentoriis aduolant ad reprimendos hostes temerarios. *Henricus*
filius Fredelonis de Ascha castello, auditus hostes insequi, sicut erat bello & a-
ctis nominatissimus, trans flumnum equo natauit, licet è lorica & galea clypeo que-
40 grauatus: nam transitum naualis pontis, præ longa mota expectate nequivuerat:
Caput verò huius temerè vada intrantis cum equo, fluctus profundissimi operu-
erunt: Attamen Deo protegente, cuius gratia vitam opponebat peritulo, viuens
& sospes in equo adhuc residens, cum cæteris transnatantibus siccum littus rece-
pit; & in persecutione Turcorum nimium perdurans, usque ad ipsum pontem so-
cios equites & pedites imperterritus insequi adhortatur. Turci itaque alii tetenti;
alii vix elapsi, socios qui erant ad pontem Farfar & in porta congregati, ad auxi-
lium sibi magno fragore vogiferantes, exierunt; equosque ad freна in exitu & fre-
mitu subuenientium reiicientes, Galli hactenus se infestantes in fugam grauissi-
mam retulerunt usque ad ipsum pontem, quem ex nauibus composuerunt. Hac
50 remordatione & inundatione Turcorum grauissima, & celeri fuga & reversione
Christianorum ad pontem, plurimi pedites interierunt, à Turcis sagitta confixi.
Plures post terga mortem momentaneam videntes, sola aqua liberati sperantes,
vndis profundi fluminis inferuntur: quorum non modica pars ab amne submersa
& suffocata periclitari & mori visa est: Alii verò è ponte præ pressura fugientium
cum ipsis equis & galeis ac loricis corruebant, qui submersi vndis & extinti, non
ultra reperti sunt. Sic Turcis sèpè à ponte hoc, & à porta per quam postea **xlii.**
vrbs est tradita, quæ sursum in montanis sita exitum præbebat, ad nocendum
populis egredientibus, Principes exercitus consilium inierunt, quatenus *Tankra-*
dus illic locato præsidio custodiā ageret, & ab utraq; porta Turcos egredi audentes

repente reprimerebat; hacque pro custodia per singulos menses in conventione quadraginta marcas argenti ab exercitu reciperebat. Qui dum die quadam in praesidio, in montanis locato, iuxta aras Turcorum custodiam ageret trans flumen Farfar, eos scilicet in loco, quo longè ab urbe ferè semimilliate profluit, Turcos, sicuti erant soliti, vada tranteuntes fortiter incurrit; atque cum eis prælio commisso, tandem præualens, quatuor ex Turcis gladio occidit, cæteros trans flumen in fugam conuertit, vique ad locum, quo armenta illorum herbis pascebantur. His ultra flumen fugatis, prædam de armamentis cum camelo uno abduxit, & ad præsi-

XLVI. dium nouum; quod firmauerat, in victoria hac reuelatus est. His duabus portis, una versus montana, altera ad pontem lapideum Tankradi custodia obseruatæ, & Christiano exercitu sedato, atque à rebus bellicis aliquantulum lecuro, aliquibus sociis interdum aleis præ otio intendentibus, constigit quodam die siuum Comitis Conradi de Lutzelenburg, ~~Adelberonem~~ nomine, clericum & Archidiaconum Metensis Ecclesiæ, iuuenient nobilissimum de regio sanguine, & proximum Henrici III. Romanorum Augusti, alearum ludo pariter et creari & occupari cum matrona quadam, quæ magnæ erat ingenuitatis ac formositatis, invictario pomiferis arboribus & herbarum abundantia plenissimo, & sylua, quæ iuxta sedem & tandem portam urbis habebatur, quam Dux Godefridus & Teutonicorum comitatus obſidione premebat. His, ut dictum est, otio & ludo intentis, Turci solicii insidiarum & necis Christianorum, tiam è porta procedunt; & caute se abscondentes inter astam & supereminente herbam arborumque densitatem, Archidiaconum & sibi colludentem matronam, subito clamore nescios & obstupefactos incurrint, sagittis infigentes, sociosque, qui iudices ad ludum conuenerant, iam præ timore oblitos alearum, dispergunt & vulnerant. Et ipsi quidem Archidiaconi caput amputatum per poitam, raptim & in momento hoc facta, repedante secum detulerunt; matronam vero viuam, & intactam armis, rapientes traxerunt in urbem, per totam noctem immoderate libidinis lux incesto concubitu eam vexantes, nihilque humanitatis in eam exhibentes. Tandem tam abominabili & sceleratissima plurimorum commixtione abusam ad moenia deducentes, capitali sententia peremerunt; caput vero illius continuo mangenellis suis impoventes, una cum capite archidiaconi procul à muris in medios proiecerunt campos. Arborum itaque capita inuenta Dei Godefrido allata sunt & monstrata, qui Archidiaconi recognito capite sepulchrum corporis illius iam inhumati iussit aperi, & caput proprio loco restitui, ne tam nobilissimi viri membra remanerent insepulta.

XLVII. Dehinc alio die Turci succellu suæ fraudis gaudentes, & similem deceptionem adhuc Christianis se inferre arbitrantes, à porta egressi, & inferisci potum densitatem fragilesque calamos palustris loci clanculum accedentes, Peregrinis quibusdam in praediis pomerio insurrexerunt solita feritate & vociferatione; sed à militibus subuentientibus retrusi & in fugam coerti sunt. Nullus quidem ab his percussus tunc aut vulneratus est præter ~~Arnolphum~~ de Tyrus castello, qui eques semper bello feruidus fuit & prouidus; huc nunc intactus sine tegmine lucti & indumento ferri ad clamorem Peregrinorum subito in pomarium contenderit. Vbi à cæco & volatili telo sagitte cuiusdam Turci lethali vulnere transfixus, mortuus est. Dux ergo siique contubernales moleste ferentes à pomario hoc Turcos insidiias Christianis moliti, & tam egregios viros illic in dolo cecidisse, decreuerunt, ut in ferruginentis & securibus Christiani de exercitu conuenientes, hoc radiitus extirparent, herbas, scirpos & calamos mitterent, ne qua fraudulenta manus illic ultrâ latere aut noceire posset. Turci enim dolositates suas hac in porta, & ab hac porta populum de viventis præcauere videntes, rursus per portam Farfar exeuntes, inuigilabant perditioni Peregrinorum, per pontem nauium transireantum, lignorum sarcimenta comportantium, herbas & pabula equorum quantum: & quotquot à specula montis hac & illac pro necessariis rebus vagari conspiciebant, illico infrequentes gladiis & sagittis intetemperiant.

Cum vero haec cædes, insidiaz, incisiones, mane, meridie, vespere, singulis diebus fierent, & cotidiana lamenta super occisis audirentur in castris, nec ~~Tankradus~~ toties hostibus occurtere valeret præ diuersis opinionibus hostilis fraudis, & eo ignorantia sape ab urbe per pontem erumperent, Hugo Comes de S. Paulo ex regno Franciæ motus

motus est pietate super hac cotidiana strage fidelium, & ceterisque potentibus famulariis, & res necessariae afferentium. Vnde filium suum Engelradum, tironem armis agilem, paterha suggestione admouuit, ut & ceteros ibi familiares, quatenus in una voluntate secum accensi, pauperes suos atque confratres Christianos a tot Turcorum cedibus & assultibus liberare & vicitisci velint; & absterre re toties in sequentes hostes. His factis, & voluntariis inuentis, ipse grandeuus pater primus arma & equum requirens, ascendit; pontemque nauium in noctis umbra transiens, iuxta montana in latibulo valle cum dilectissimo filio & secum assumtis sociis occultatus, summo manu peditem Christianum reliquit in campestri planicie, vbi Turcorum oculis manifeste pateret. Turci itaque non immemores suae crudelitatis & cedis Christianorum, ab urbe per pontem fluuii Farfar rursus procedentes, in montis vertice, sicuti soliti erant, consistunt, de quo a montanis ad montana per camporum planiciem longe spectacula ferme ad duo millaria dantur. Ilici solum Peregrinum vagantem, & larmamenta legentem, contemplantes, ad eius intersectionem velocitate equorum conuolant, & subito clamore exterritum usque ad montana & frumenta profugum insectantes, insidias latentium comitus Christianorum praeterierunt. Peregrino vero iam in montibus abscondito, viam remensi sunt hi quatuor Turci, iuxta Christianorum insidias fiducialiter redire sperantes. Sed exempli Comes & sui a valle exurgentes, in eisdem irruerunt equorum velocitate; duos in momento attritos solo relinquentes, equis & armis eorum abductis, alios veo duos vitæ teserantes vincitos ad exercitum perduxerunt. Concurrunt vndiq; Peregrini, nobiles & ignobiles, ad videndos Turcos captiuos, glotiam Deo dantes super hoc prospero euentu: laudesque multiplicant Comiti Hugoni & filio eius Engelrado, quorum prudencia & virili audacia tam noxii aduersarii capiti & attriti sunt. Primores vero Turcorum, & omnis manus eorum, audita suorum contritione, dolibibus acuunt iras, consilia ineunt, quibus in brevi repandant crudeliora damna Christianis in ultione suorum. Unde quidam audacie, atimoque ferociores, ex milibus suis electi ad lacessendos Christianos usque ad pontem nauium, viginti premissi sunt in equis vento velocitate si milibus. Qui multis & propinquis discursibus in littore iuxta pontem praeludentes, & sagittas intorquentes, totum post se commouere conati sunt exercitum, ut vires sociorum, raptem ex urbe inundantes, graui martyrio aliquos, sicut soliti erant, contubarent. Fideles autem Christiani satis & sapienter fallacias illorum, compescuerunt ab insecuritate temeraria populum. Sed ne eos tandem belli viatos asserebant Engelradum filium predicti Hugonis, cum quibusdam sociis obuiam Turcis praemiserunt, qui etiam suo more equos in discursionibus fluctentes, dolosos hostes mutuo conflixi fallere tentarent. Nec unora, pontem transcutentes, equos vexant hic & illuc diversis inter se discursibus, & hi alterna infestatione hastas dirigunt ad ferendum, hi sagittas intorquent ad configendum. Postremo post plurimum cursuum contentionem, honor & laus victoriae Engelrado; Deo auxiliante, collata est. Nam Turcum ceteris insignorem & seu iorem cursum exuperans, in conspectu patris sui & omnium, qui conuenerant ad perspicendum rei euentum, altero in littore constituti, equo deliciens, hasta perfodit; ceterosque illius casu & infortunio concussos, & mox in fugam versos, cum Christianis sodalibus actriter insecurus est, sed non longe a ponte, idque propter insidias sapienter ab urbe occurrentes, & in sequentibus resistentes. Saluo abhinc filio recepto aliisque consociis, cor longe patris in himiam erigitur latitiam, omniumque fauore & plausu maiorum & minorum; glotiosus iuuenis attollitur unde cum suis adiutoribus & cotiuiditoribus. Inter haec aspiditatis ludibria, & treberrimas incuriones, mora aliquanti temporis transacta, populus Dei rebus & eis attenuari coepit, praedefectione urbium & regionum, quas in circuitu tantus exhauserat exercitus. Vnde cotidie fame inualecente, & exercitu prætidigentia motiente, præcipue humili populo, miserabiles gemitus & dolores piissimum Antistitem & viueros Principes legionis pulsant & solicitant, quatenus super his miseriis consulant quomodo populus posset sustentari. Nulla tamen via reperta, qua populo subueniretur, visum est omnibus, ut in terram Sarracenorum opulentissimam, adhuc præda intactam, Boemundum, Tankradum & Robettum Flandrensem, cum comitatu equitum & peditum, mitterent ad contrahendas prædas & necessaria, quibus fames extingui, & populus ab inopia posset relevari. Tantum

kradus, iam tunc custodij operacta, à montanis ad exercitum reuersus fuerat. *Boemundus* verò & *Robertus* idemque *Tankradus*, sicut decretum erat in principic neminem magnum aut paruum contradicere debere, quæcumque imperaret exercitum, quindecim millia peditum, duo equitum electorum, in armis assumentes, regna Gentilium sub spacio dierum trium ingressi, prædarum & pecorum vniuersique generis alimentorum copias inauditam contraxerunt, quas sine impedimento biduo abduxerunt. Sed die tertia vespere superueniente, fatigati itinere, & onere rapinarum grauata omnis societas, in campestri planicie iuxta montana quiescere decreuerunt.

LII. Interea fama & clamor omnium in circuitu regionum ad aures Gentilium primatum festinans, à diuersis partibus & montanis sedibus tot millia exegit ad persequendum Boemundum, Robertum & populum eorum, & prædas excutiendas, quod dictu & auditu mirabile est. Boemundo siquidem hæc ignorante, nihilq; aduersitatis affuturum existimante, sed securè cum Roberto somniante, prima diei aurora prædicta inimicorum affuerunt millia, à quibus se suosq; sic obfessos viderunt, ac si sylam densissimam ex omni parte decreuisse mirarentur. His visis stupefacti & vitæ diffisi, subito in vnum conuocatis equitibus ad latus suum, bellum se cōmittere, & tot millium vires non posse sustinere profitentur. Vnde facta scutorum testudine, & densata militum fronte, aditum & fugam explorant, quo rarior & debilior coadunatio visa est. Mox distracti mucronibus, & frenis impetu laxatis, vnanimiter irruentes, obstantes penetrant acies; ac solam fugam meditantes, celeriter ad montana contendunt, reliqui desolatis peditibus cum omni collectione prædarum ac spoliorum. His per abrupta montium & deuia ereptis, plurimi tamen ex corum sequacibus retentis & attritis, Gentilium acies miseris & profugos pedites inuoluerunt, quos gladiis & sagittis consumere non pepercerunt: plures tamen captiuantes, armisq; expoliantes, prædas & omnia sibi suisq; ablata reducebant.

Hac miserrima contritione Boemundo disturbato, & ad exercitum & confratres in humilitate lachrymosi vultus relato, luxit populus vehementer, mulieres, iuuenes, pueri, patres, matres, fratres & sorores, qui dilectissimos amicos, filios & cognatos amiserant. *Robertus* quidem Flandrensis, qui cum ipso Boemundo in terram Saracenorum descendebat ad deprædandum, & tunc Boemundo cum copiis suis attrito, & in fugam misso, ab eo diuisis recesserat, licet inuitus, sequenti die ducentis equitibus readunatis, Turcis Sarracenisque dispersis, & securè gradientibus, ex aduerso occurrit: cum quibus fortiter dimicans, victoriā gloriosè, his in fugam conuersis, obtinuit; atque cum immensis copiis prædarum, quas illuc Turci fugientes reliquerant, ad castra *Antiochia* est reuersus, multo solamine reueans populum, in hac Boemundi calamitate desperatum. Modico de hinc tempore transacto, & paucis diebus præda Roberti consumta, nec ultra audente aliquo longè ab exercitu prædam querere præ crudeli occisione Boemundi sociorum, amplior & validior fames in populo cœpit multiplicari, & inestimabilis mortalitas humilis plebis fieri, & exercitus attenuari. Nec mirum. Nam solus paniculus, qui antea denario Luculensis monetæ poterat mutuari, nunc duobus solidis vendebatur indigentibus. Bos duabus marcis vendebatur, qui paulò ante decem solidis poterat comparari: agniculus quinque solidis appreciabatur. Sic itaque grauissima penuria cogente populum Dei viui, plurimi vagabantur, se subtrahentes in omnem regionem Antiochiae ad quærendas escas, trecenti aut ducenti conspirati ad defensionem contra Turcorum insidias, & ad æquam diuisionem omnium rerum, quas reperire aut rapere possent. *Turci* audita & intellecta populi angustia, famisq; miseria, & Boemundi recenti contritione quam maxima, & exercitus vagatione assidua, per vicinas horas exiliunt à porta ex ea parte urbis, quæ inobscella prominebat in montanis, grandi differente interuallo à porta, quam Boemundus obseruabat, per declivia rupium descendentes, & fideles Christi circumquaque diffusos insequentes, &

LIII. atroci cæde consumentes. Quadam die inualescente inedia, & urgente plu- res nobiles & ignobiles, quidam Tullensis ecclesiæ Archidiaconus, nomine *Ladowicus*, defectione sui stipendi compulsus, & famis gladio expugnatus, cum characteris clericis & laicis, numero trecentis, inopia coactus, ab exercitu secessit in loca vbertate alimentorum diffamata, sita in montanis Antiochiae interuallo trium milliarium, vbi securè prædari & morari arbitrabantur. Turcia autem compre-

comperio illorum abscessu per delatores, qui assidue inter populos fraternitatem habitabant falsa, ad sexaginta milites armatos ab eadem praedicta parte urbis & porta claram per notas semitas montium egressi, persecuti sunt Christianos ad locum, quo viam constituerant spe recuperandi alimenti. Quos ferociter inclinantes aggrediuntur, sagitta perforantes trans caput & latus & viscera; vniuersos, vel lupi oves, laniantes & fuga dispergentes. Archidionum vero, nequicquam fugam ad montana conantem, quidam Turcus velocissimo equo insecedutus, sagitta celeri transfixit, eductoque ense ex utraque parte colli grauissimo vulnera illius secuit scapulas: & sic sanguinis riuo in terram defluente, spiritum vita emisit. Hanc crudelissimam famam primores exercitus ut compererunt, spiritu macroris conturbati sunt, indignati tot cades a Turcis per portam inobligam singulis diebus fieri, & nunc amplius dolentes necem tam nobilissimi Archidionis, & crebermos vultus in perditione quorumque amicorum audiri. In LIV.
 Inter haec plurima aduersa adhuc recentia, impius rumorares totius sacrae legionis perculit, qualiter post deuictam & captam Nicetam filius regis Danorum, Sueno nomine, nobilissimus & forma pulcherrimus, per aliquot dies retardatus, & benignè ab Imperatore Constantinopolis suscepitus & commendatus, per medium Romaniam securus iter agebat, audita Christianorum victoria: qui locis mille & quingentos viros belligeros secum in auxilium obsidionis Antiochiae adducebat. Sed a Solymano, qui in montanis vicius, Gallos euaserat, intra Finiminis & Ferna, urbes Romaniae, hospitatus, in media densissima sylua vicorum & calamorum recubans, in grandine sagittarum occisus est; totusque comitatus illius eodem martyrio ab inquis carnificibus consumtus est. Nec mirum, si vniuersi Turcorum viribus oppressi interierunt: Nam quorundam iniquorum Christianorum, Graecorum scilicet proditione propalati sunt, & improuisè a Solymani manu in montanis adunata, circumuenti sunt. Attamen filius regis, Sueno multa armorum defensione resistens, multos Turcorum gladio straxit, strauerunt & sui. Sed ad ultimum fessi & armis exuti, ineffabilem aduersariorum multitudinem sufferre non valentes, pariter sagittis confixi, interierunt. Ibidem matrona quedam, Florina nomine, filia Ducis Burgundiae, Philippensem Principi copulata, nunc vero miserabiliter viduata, in eodem comitatu Danorum erat, sperans post triumphum fidelium tam magno tantoque sociari marito. Sed hanc spem Turcorum abrupte ferocitas. Nam eandem in mulo sedentem sex confixerunt sagittis, versus montana fugientem: quæ licet percussa; non tamen a mulo elapsa est, semper mortem euadere credens, dum tandem cursu superata, cum filio Regis capitali sententia extincta est. Turci ergo milites Solymani, gaudentes suo vetrici euentu & caede Christianorum immanissima, ad lacus calidorum fontium, qui ibidem iuxta Finiminis fumabant, celeriter aduolant. Qui mendicos & febricitantes peregrinos in his ad curandum debile corpus repertientes, sagittis infixerunt, totam vndam sanguineam reddentes; aliosque sub vnda caput abiectos ferentes abscondentes, saeuo fine demersionis suffocati cogebant. His LV.
 crebermis Turcorum insidiis, & assiduis a porta praedicta exitibus, suorumque miserrimis casibus, primores exercitus conturbati, acuuntur ira ampliori; & portam præfatam, quæ ex difficultate montium, & inæqualitate scopulorum, obsideri non poterat, hoc obstaculo impediri consulunt: videlicet, ut munitionem quandam in dorso cuiusdam silicis, stantis ad radicem montium, locarent: obstatum (inquam) firmissimum valle & congerie lapidum. Nam penuria illic erat lignorum. In hac ergo, custodiam quisque Primorum statuto tempore agebat; Turcorumque exitum a porta per montana & vallium notas semitas, è specula silicis & munitione contemplabatur; & per planiciem regionis descendentes ex templo persecuti, a Christianorum cædearcebant. Facta denique ipsa praedicta munitione, a comite Reymundo, in ordine vicis suz custodiam in ea faciente, quadam die collocatis in abscondito insidiis suorum militum; Turci equites ferme ducenti armati & loriciati in prima aurora diei exurgentes, a solita porta egressi, & per deuexa montium descendentes, repento assultu ad munitionem contendunt, custodes in ea impugnantes; & murorum congeriem destruere moluntur, quia egressioni eorum, & insidiis contraria erat. Illis tandem frustra circa nouam munitionem laborantibus, insidiæ Comitis Reymundi surrexerunt; in equis velocissimis ad auxilium sociorum, qui erant in praesidio, contendentes;

& Turcos, iam diem ultimum metuentes, & regredi sursum ad portam præparantes, vehementi insecutione opprimerunt, solumq; iuuenem de nobili parentela procreatum, retinuerunt; cæteri fugâ elapsi sunt. Capto autem iuuenie, cæteris fugatis, milites Comitis Reymundi in castra ad exercitum regressi sunt in lætitia & victoria. Turci quoque in ciuitatibus suis remcantes aliquot diebus quieuerunt, non temerè ab illo die Christianos circumuagos insequi præsumentes.

LVI. Crastina die Christiani Principes hunc ortum ex nobilibus Turcorum competentes, & plurimo dolore infligere corda suorum, eundem iuuenem carnalibus cognatis suis, in vna arce turri ad defensionem à Rege *Darsiano* constitutis, præsenterunt: si forte pietate moti in redemtionem illius, arcem, cui præserant, redderent, & Christianos clanculum intromitterent. Illis vero omnino arcem negantibus, sed pecuniam nimiam pro redemtione & vita illius offerentibus, Christianis autem omnia contradicentibus præter urbem & arcem, quia sciebant eum ex altis parentibus, corda cognatorum mollescere coepérunt, & priuata colloquia inter se & Christianos haberi: quo usque res propalata ad aures *Sensadonie*, filii Regis Darsiani, peruenit, quod in redemptione capti iuuenis inter cognatos illius & Christianos concordia fieret, per quam vrbs, nisi præcauerent, citò posset amitti. *Darsianus* itaque rex & filius eius Sensadonia hæc præsentientes, habito cum suis primatibus consilio, vniuersos cognatos capti iuuenis fratresque illius, & vniuersos familiares, ab illa turri, qui præserant, iussit expelli, ne per eandem turrim pro redemptione propinquai vrbs Christianis intromissis tradetur. His expulsis, consiliis cotum patefactis, Christiani nullam spem ultrà reddendæ turris habentes, eò quod nimium in palam omnia egerint; post longam fatigationem, & diuersos illi cruciatus illatos, ferè sub vnius mensis spacio vexatum in aspectu omnium Turcorum ante urbis mœnia trahentes misellum, vixque palpitantem præ tormentis, amputato collo peremerunt: & præcipue ex accusatione Græcorum fidelium occisus est, qui referebant, hunc plus quam mille

LVII. Christianorum propriis mortificasse manibus. His finitis, & Christianorum aliquantulum persecutione ex noua munitione & istius decollatione repressa, Christiani Principes aduersitates suorum Boemundiq; societatis attritæ recolentes, ac famis pestilentiam clademq; mortalitatis in populo recensentes, ex peccatorum multitudine hæc fieri asserebant. Quia de causa consilio habito cum Episcopis & omni clero, qui aderant, decreuerunt omnem iniustitiam & fœditudinem de exercitu abscondi: videlicet ut nullus in pondere aut mensura, nec in auri vel argenti ambitione, nec in alicuius rei mutatione aut negotio confratrem Christianum circumueniret; nullus furtum præsumeret; nullus fornicatione sine adulterio contaminaretur. Si quis vero hoc mandatum transgredieretur, deprehensus sauvissima pœna affligeretur: & sic populus DEI ab iniquitate & immundiciis sanctificaretur. Hoc quidem decretum plurimi transgredientes, severè à iudicibus constitutis correpti sunt, alii vinculati, alii virgis casiti, alii tonsi & cauteriatæ, ad correctionem & emendationem totius legionis. Deprehensi ibidem in adulterio vir & fœmina, coram omni exercitu denudati, & post terga manibus reuinctis, à percussoribus grauiter virgis verberati, totum circuire exercitum coguntur, ut sauvissimis illorum plagiis visis, à tali & tam nefario scelere cæteri absterreantur.

LVIII. Hac iustitia in populo DEI corroborata ex Maiorum sententia, quatenus ira Domini placaretur, dux *Godefridus* iam à vulneris sui infirmitate conualuit. Quem in terram *Sarracenorum* & *Turcorum* direxit exercitus ad repetendas prædas & spolia, quæ *Boemundus* attritus & profugus deseruit; ut gaudium ex infortunio leiuæ & attritæ plebi reportaret: quod DEI anhuente aetum est: sed non multas prædarum contraxit copias. Nam *Sarraceni* & Gentiles ab eo tempore, quo *Boemundus* terram eorum intravit, prædasque abduxit, prouisi, armamenta sua cum vniuersis rebus & pecuniis per montana & loca inuestigabilia absconderunt. *Reymundus* similiter & cæteri Principes ex decreto exercitus missi sunt. Sed paucas prædas contraxerunt, propter diffugium, quod *Sarraceni* cum rebus, armamentis & pecudibus per montana & longinquam regionem faciebant.

LIX. Huius autem longæ obsidionis aliquo transacto curriculo, & grauissimis pœnis afflicto populo in laboribus vigilarum, famis & pestilentia, ac frequentia incursantium Turcorum; *Ammirabilis Babylonia Rex*, quoniam inter se & Turcos grauis diu ante expeditionem hanc Christianorum erat discordia & odium, per Abbatem quendam Christianorum legatione & intentione cognita-

cognita, de pacis & regni sui ad inuicem confœderatione quindecim legatos; linguae diuersi generis peritos, ad exercitum D E I viuentis direxit, hæc ferentes nuncia: **REX AMMIRABILIS BABYLONIAE GAVISVS ADVENTV VESTRO, ET PROSPERE ADHV C VOS EGISSE, SALVTEM PRINCIPIBVS MAGNIS ET HVMILIBVS CHRISTIANORVM.** Turci, gens externa, mihi & regno meo infesti, sape terras nostras inuasere, urbem Ierusalem, qua nostra ditionis est, retinentes. Sed nunc viribus nostris hanc ante aduentum vestrum recuperavimus, Turcos eiecmus, fædus & amicitiam vobiscum inimus, genii Christianorum urbem sanctam & turrim David montemq; Sion restituemus; de fides Christianæ professione discutiemus, qua discussa, si placuerit, hanc apprehendere paratis sumus: si autem in lege & ritu Gentilitatis persistenter, fædus tamen, quod ad inuicem habuerimus, minimè rampetur. Precamur & monemus, ne ab hac ciuitate Antiochia recedatis, quo usque in manu vestra refluiatur, Imperatori Gracorū & Christianis iniuste ablata. Winemarus, qui Mamistræ à Baldewino & Tankrado recesserat ad maritima, iterato nauigio Laodicea cum omni armaturâ naualis exerceitus properauit: quam vallatam nauali obsidionem & expugnatam in virtute suotum apprehendit, nil auxili & respectus de omnibus quæ acquisierat, Christianis confratribus, Antiochiae considentibus, conferens aut impertiens. Laodiceam denique apprehensam dum securè obtineret, suique commilitones & conspirati ocio vacarent, ac bonis terre & ciuitatis fruerentur, à Turcopolis & militibus Regis Græcorum ex industria cœ-
si sunt & exuperati; arx ciuitatis recuperata; ipse Winemarus captus & in custodia carceris constitutus est, Duce Godefrido cæterisque Principibus hæc Antiochiae adhuc ignorantibus. Interea Turci obfessi in Antiochia, opem quæ rere non tardantes, & amicos admonere, à montanis & finitimis regionibus magnas & copiosas vires Turcotum contraxerunt, quotum in breui tringinta millia congregata sunt in unum. Disposuerant enim in animo suo & consultu obfessi, ab ipsis exterioribus primo diluculo assultum fieri in populum sanctum D E I; deinde intiores urbis ad roborandum & augendum assultum ex impetu affore; Christianos armis & sagittarum grandine fatigare; quo usq; cæsis cœllis consumerentur in brevi gladii. Tam nefandorum consiliorum & sceleratæ conspirationis delatio peruenit in castrâ catholicorum virorum, Godefridi Nucis & Episcopi Podiensis, ceterorumque primum quibus præ inopia annona, & diuturna laßatione, diuerti saque clade, non amplius quam mille valentes equi habebantur. Nunc ad hanc curam & angustiam profertur sententia Episcopi, quæ in hoc modo fuit: *Viri Christianissimi, & qui estis flos electus Gallia, quid modò sit virtius in consilio, videre necio, nisi ut spem in nomine Domini I E S V habentes, illis ex improviso occurras. Gentiles quamvis usque quaque adunati in tot millibus, ut audistis superueniant, nullis aggrauati laboribus, nec longo itinere à terra sua egressi & fatigati, & iam usque Barich ciuitatem profecti, tamen non est difficile in manu D E I tot millia cœcludi, & à vestris paucis copiis consumi.* Ad hæc verba Pontificis Dux Godefridus, in officio beli semper indehiciens, in auditu & præsentia cōuocatæ legionis sic respondit: *D E I viui & Domini I E S V CHRISTI sumus cultores, cuius nomini militamus. Hi in virtute suis, nos vero in nomine D E I viuentis adunati sumus. In cuius gratia confidentes, impios & incredulos impetrare non dubitemus: quia sine viuimus sive morimur, Domini sumus. Sicut enim salute & vitam diligimus, sic oportet, ne in palam verbum istud fiat; ne hostes solliciti & prouidi de aduentu & impetu nostro, nimis exterrantur, & nobiscum præliari non expauescant.* Hæc Duce monente & exhortante, Septingenti equites virti præliatores eliguntur, quos tamen res prorsus latebat præter aliquos primores exercitus: defecerant enim plerisq; equi, prædiuersis plagis; ut prædiximus, & paucissimi valentes fuere equi: vnde alii iumentis, alii mulis & asinis, pro ut necessitas exhibebat, insidentes; intempestæ noctis silentio iter mo-
uerunt, per pontem nauium transeuntes, Turcis his ignoratis, qui in præsidio Antiochiae fuitunt ad defensionem. *Boemundus, Tankradus, Robertus Flandrensis, Robertus de Normania,* vna cum Duce Godefrido in loco decreto pariter conuenerunt. *Rogerius de Barnauilla* pariter conuocatus affuit, qui infideliis Turcotum assiduus, & strages saepius exercens, apud eosdem Turcos notissimus & famosissimus laudem eam obtinuit, ut saepius inter Christianos & ipsos de omni cohouette utrinque captiuorum & cuiusque rei interhuncius audiretui. Ipse pariter Antistes, socius in omni admonitione sancta sequebatut ad confortandos vitos D E I. His vero per noctem iam supérata via, & ad castra Turcotum properantibus, *Boemundus* quidam de genere Turcorum, qui *Veritatem cognita, quæ CHRISTVS est, baptismi gra-*

tiam percepit, & à Boemundo Principe recenter de sacro fonte leuatus, nomine eius est vocatus: & *Walterus de Drommedart* p̄mittuntur, cautissimè gradientes, quo usque primo diluculo gentem innumerabilem, ad auxilium Antiochenorum venientem, inspectant à sylua & fructuīs vndique properare. Hi autem ut hostes à longè speculantur, redditum parant, ad septingentos socios laxis frenis reuolant,

LXII. rem uterat aperientes, sed omnem tētrem bono solamine adiumentes. Antistes verò egregius auditis verbis Walteri & Boemundi, admonet socios, metu & anxietate aliquantulum h̄sistantes, ne dubitarent mori pro eius amore, cuius vestigia cum signo sanctæ Crucis sunt secuti, & cuius gratia patriam, cognationem & omnia reliquerunt, certi quia cum Domino Deo Zebaoth, quem hodie hic mori contigerit, cœlos possidebit. In hac beata admonitione roborati, decreuerūt vnamiter malle mori, quām inimicis viliter terga dare. Ad h̄c *Comes Reymundus hilari animo vibrata hasta, clypeoq̄ pectori obducto, & Godefridus Dux non minus æstuans desiderio conserendi prælia, cæterique septingenti viri bellicosi, ex improviso per medios aduolantes infringunt, & eorum multitudinem copiosam, disturbantes, palmam Deo donante victores accipiunt, Turcis attritis, & in fugam comuersis. Dei etiam auxiliū & misericordia nerui arcuum eorum, præ pluia molliti ac defecti, nil poterant: quod illis fuit magno impedimento, & fidelibus in triumphi augmento. Victores ergo Christiani facti, videntes se prævaluuisse, & paucos suorum cecidisse, ab equis descendentes, capita occisorum amputant, sellis al-*

ligant, sociis nonnullis, in castris Antiochiae rei euentum expectantibus, in magna lætitia afferunt cum mille equis valentibus & spoliis multis, quæ deuictis hostibus acceperunt. Affuerunt in eodem prælio nuncii Regis Babylonie, qui etiam capita Turcorum amputata in sellis ad exercitum detulerunt. Contigit autem h̄c victoria Christianis in manu paucorum præcedente die *capitis Ieiunii*. Ipsis etiam fidelibus in magna gloria repedantibus ad populum suum, & tentoria in pratis Antiochiae relicta, Turci, qui obsessi auxiliū attritæ multitudinis operiebantur, in mœnibus suis stantes, contemp'abantur à longè viætrices aquilas fidelium. Quas suæ expectatæ gentis æstimantes, subito fragore clamantium, & cornicinum strepitum, ad arma conuolant, è portis fortiter exundant, putantes ab intus & deforis in momento omnem illam sacram consumere legionem. Sed cominus appropinquantibus Christianis, & visis capitibus Turcorum, exuuiis quoque & caballis eorum, recognitis, fragorem & tubarum sonitum compresserunt; gaudere cessauerunt, & in munitionem celeri fuga relati sunt. Christiani verò ad augendum Turcis dolorem, capita Turcorum trans mœnia & muros iactauerunt, cætera fermè ducenta, hastis & palis infixæ, in conspectu omnium astantium ad mœnia contulerunt.

LXIII. Crastina autem die illucescente, Principes fidelium consiliis inuigilant, læti de recenti victoria, quatenus præsidū cuiusdā machine locarenſiuxta præfatū pontē ciuitatis, qui porrigitur trans fluuiū Farfar: ut sic auferret locatā machinā, introitum & exitum ab vrbe commeantibus, & escas inferentibus, & insidias per eundem pontem Christianis molientibus. Tandem reperto consilio, *Boemundum* Principem Siciliæ, & *Euerhardum de Poisat*, *Reymundum* Comitem de Prouincia, *Wernerum de Greis*, ad portum maris, qui dicitur Simeonis eremitæ, propter emendos cibos cum plurimis peditibus dirigunt; & vt vocarent socios ad opem construendi præsidii, qui in ipso littore maris propter naues, quæ escas adducebant, morabantur. Reduxerunt etiam in eodem comitatu legatos Regis Babylonie, quos magnificis muneribus honoratos in bona fide saluos nauigio remiserunt. Tam egregiorum virorum consilio & discessu per delatores comperto & manifestato, Turci gauisi sunt gaudio magno. Qui assumitis quatuor millibus electorum militum, per postem prædictum ab vrbe egressi, viros prædictos, duces ex exercitus, per notas sibi semitas insecuri sunt, hoc magno exercitu ignorante, in montanis insidias ponentes inter vepres & fructuā, quo usque missi Principes à portu maris repedarent. Repedantibus autem sociis tam in equis quām in pedibus, ex admonitione Boemundi, cæterorumq; primorum iam quatuor millia confluerant. Turci improvisos & cibariis onustos, raptim ab insidiis exurgentibus, incurruunt sagittis trans pectus & viscera confodientes, alios gladio trucidantes. Et quia à dextris illis erat victoria, manus suas à fidelium martyrio non ante continuerebant, quām per sylvas & cāpos, quingentos amputatis capitibus extinxerūt. Vulnerorum quidem & captiuorum non erat numerus. *Boemundus* igitur, qui retro agebat

agebat custodiam cum ceteris viris magnificis, intellecta hac cæde crudelissima, vidensq; suos semineces, per abrupta montium, per opaca loca latere, celeri fuga hac illacq; tendere: & perspicies se fugitiuis ac victis nequaquam prodesse, sed sibi in promtu esse mori, reductis frenis cum sociis, equo insidentibus, se substraxit, & ad maritima, via recta, cendens cum paucis repedabat. Nec mora, quidam, qui vix velocitate equi per deuexa collum elapsus, ab armis declinauerat, Godefridum Ducem, qui ab exercitu trans pontem nauium veniens, mediis a distensis campis ex Pontificis monitu Turcos & armenta eorum in urbem redire coegerat, graui inquietauit fama, asserens, quomodo Boemundus ceterique comprimores in mottis articulo positi, intra inimicorum insidias arrestarentur, & quanta crudelitate populus, à porta repedas, sit attritus. Dux verò his auditis, nuncios per vniuersa misit ten-
toria nunciare famam crudellem, & ut parati essent ad omnia nūc sibi aduersan-
tia. Conturbati & exterriti vniuersi fideles, omnibus è tentoriis sine dilatione con-
fluunt, humerisque squammosas vestes ferri itingerunt, hastis vexilla præfigunt, fe-
stinanter equos frenis & sellis reparant, ordinat acies, aditum pontis & vrbis celeri
viadisponunt appetere, quod inimicos ad præsidium vrbis reddituros sperabant. His
sine vlla tardatione pontem nauium transcurruntibus, & Duce Godefrido mediis campis
trans amnem reperto, & tristi vultu de sociorum nece mutato, adest alter nuncius,
qui ex legione Boemundi, Reymundi, Wernerii ceterorumque per montana fe-
gam facientium, Ducem in campo aliosque priiores secum, consistentes com-
monuit, quatenus in tentoria redirent propter insidias Turcorum & assultus, quorū
vires & multitudinem intolerabiliē arbitrabantur, quām fuisset. Dux verò imper-
territus, & vindictam attritorum fidelium sitiens, prorsus hinc abiit, aut aliqua for-
midine locum hunc deserere, contradixit; sed cum iuramento afferuit, se aut ho-
die montem, quo firmatum erat præsidium concendere, aut in eodem cum suis
vitam amittere. Hac in Duciis responsione & affirmatione, & cunctorum ordina-
tione, assunt præfati Principes incolumes, Boemundus, Reymundus, Wernerius, de quo-
rum aduentu & vita vniuersi lætati, & confortati, contendunt ad locum montis.
prædicti ante pontem vrbis, decemque equites ex multitudine electos præmis-
te in illius montis cacumine, ad videndum, si quæ insidiae Turcorum altera in val-
le montis iuxta montana haberentur. Vix decem in equo præmissi milites in mon-
tis arduo constiterunt, & ecce totam manum Turcorum illorum, scilicet qui à
recenti cæde Christianorum in circuitu per montana & notas semitas claram rea-
dierant, contemplantur. De quibus aduersus se viginti equites præcurrere intua-
entur, qui decem à montis cacumine arcerent. Christianis verò decem cedentibus
propter nimium vicinas Turcorum insidias, & his viginti montis cacumen obti-
nentibus, subuenere triginta Christiani confratres, qui illos viginti fortiter in-
cursantes de montis apice usque ad ipsas Turcorum insidias in fugam reddide-
runt. His viginti fugam ad societatem maturantibus, sexaginta Turci equites ab
insidiis erumpunt, viri fortissimi, & in equis doctissimi, qui mox triginta Christia-
nos equites in arcu & sagitta amouentes, in eodem permanserunt. Visa siquidem
illorum audacia & incursu, sexaginta pariter equites Christiani, sexaginta oc-
currere Turcis in monte, interim toto exercitu Christianorum appropriante, qui
eos repente de monte fugatos, in valle, quo Turcorum manus & virtus iuxta mon-
tana adunata erat, celeri fuga remiserunt. Ad hæc tota vis Turcorum ab insidiis
consurgit, & sexaginta equites Gallorum, iam prauium montis tenentes, grauissi-
ma cœperunt insecurione vrgere, ac per medium montis cacumen usque ad ipsam
vallem, quam appropians Christianus exercitus occupauit, retulerunt. Turci
quidem videntes, se nimium processisse, & Christianum exercitum immobile per-
manere, nec aliqua formidine posse auerti à proposito, sed aduersum se festinato
contendere, frustra fugam arripiunt. Galli nihilominus ad persequendum instanti,
qui in momento permixti, quia eominus ad inuicem confluerant, eruentia cæde
in Turcos sœuunt in ultionem suorum attritorum, & à portu Simeonis redeun-
tium. Hac in fuga Turcorum & proximatione Christianorum, non parcè eos ex-
dentium, plurimæ copiæ, quæ à mœnibus vndique ad portam confluerant, Tur-
corum ceterorumque redditū operientes, sed non videntes fortunam illorū euersā,
& casus eorū miserrimos, patefaciunt ianuā, & in patulis cāpis armati procedunt,
vris augerent vires, & fiduciam darent vrbem intrandi. Iam ex utraque parte
fidelium & infidelium permixti erant equites & pedites. Dux verò Godefridus,

cuius manus bello doctissima erat, plurima capita, licet galea tecta, ibidem ampulla, refertur ore illorum qui præsentes oculis perspexerunt. Dum sic plurimo belli labore desudaret, mediisque in hostibus plurimam stragem exiceret, Turcum, mirabile dictu, sibi arcu importunum acutissimo ensis duas diuisit in partes lorica induitum: cuius corporis medietas à pectori sursum sabulo cecidit, altera adhuc cruribus equum complexa, in medium pontem ante urbem invenia referatur, ubi lapsa remansit. Hoc prospero eventu letati, Robertus Flandrensis, Robertus Comes Nortmanorum, Cuné de Monte acuto, Comes Reymundus, & omnis nobilitas Gallie quæ aderat, hostes impetu equorum per rumpunt, multos hasta & gladio perforant, in pontem moribundos cogunt tendere. Vbi præ nimia pressura, quam pons sustinere nequieverat (quia tot fugientibus sua latitudo non sufficiebat) plurimi è ponte cadentes vndis Fernæ inuoluuntur. Boemundus, qui per iugarium, solis hibicibus peruvia clapsus cum ceteris comparibus ad societatem gratia Dei saluus redierat, in eodem sanguinis opere atrociter desudans, socios commonet & consolatur; à ponte vero labentes hostes hasta perforatos gladio trucidat. Pedites denique iocundati hoc triumpho, corruentes & densatos in pontis margine & aluei crepidine lanceis impetunt, ab occisione non ante manum continentes, donec sanguinem occisorum totus immutaretur fluuius. His itaque prosperè finitis, Christianisque readunatis, & Turcos adhuc in sequentibus in ponte, & portam cum eisdem intrare conantibus, porta ab interioribus extemplo obstruitur, sociosque miserè exclusos inter percussorum manus relinquunt. Hæc certamina, & Christianorum recens victoria, una die acta sunt mense Martio: & viri Turcorum, tam qui in bello ceciderunt, quam qui in vndis pereiunt, LXVI. mille & quingenti computati sunt: Vtis in nomine Domini Iesu Christi tam ferocissimis Turcorum eunis, & crudeli eade fugaque in portam urbis coactis, atque Christianis cum magna victoria gloria in tentoria relatis, ab ipsa die & deinceps Gentilium animi cœperunt moliescere, & assultus eorum ante creberrimi pro rorū deficere, insidiæ quiescere, virtus eorum languescere, timor quam plurimos eorum adeò inuadere, ut aliqui à ciuitate & suorum societate subtrahi, in noctu migrarent, & Christianos se velle fieri confitentes, Christianorum se Principibus commendarent. Commendati vero, & Christianorum turbis sociati, retulerunt, quanta suorum pertulissent damna, & quanta de casu illorum per totam urbem exercuerint lamenta: Ammiraldo etiam duodecim potentissimos Regis Darsiani vespere illo in eodē praedio cecidisse asserebant, de quorum necesse placetus & genitus totam conturbabat Antiochiā. Quarta debincora die, Dux & vniuersi Principes exercitus Dei à tentoriis egressi in virtute magna, praedium quod decreuerant, in vertice prædicti montis ante pontem & portam vibis congerie lapidum & bitumine fragilis luti ædificantes, tutissimo vallo munierunt, Comitis Reymundi custodiā in ea constituentes cum quingentis viris militaris audacem & industriæ.

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER QVARTVS. Argumenta Capitum.

- | | |
|---|--|
| I. Audiens Princeps Antiochia Christiano. | IX. De munificentia Baldewinis in Princrum victoriam, quid facto opus sit, à suis fidelibus sciscitur. |
| X. De consentu nationū, ad obsidionē Christianus festinatū, et de accusatione Baldewinis. | |
| II. Innovatio nunciorum Darsiani, & qui sunt, quos ad auxilium inuitati. | XI Profanis Rohas obſidere parantibus Baldewinis obuiat, dimicat & triumphat. |
| III. Allegatio causa apud Regem Corrozan. | XII Corbahan triduo, Rohas fruſtra obſidet: Baldewinus inus recedentem bellicose insequitur. |
| IV. Qualiter ipse Rex acceptis verba nunciorū. | XIII Christiani exercitus quidam caſtruscubilibus exploratum pergunt. |
| V. Insultatio Corbahan contra populum DEI in conspectu vocatorum Regis. | XIV Percepto nationū apparatu, quod Principes inierint consilium. |
| VI. Expugnata Nicæ Princeps virtutem predicat Christiani exercitus. | XV Mysterium arcani consilij Boemundi. |
| VII. Corbahan in superbiam magna minatur, sein breui Christiana fortitudine experturum. | XVI. De traditione Antiochia. |
| VIII. Rex Corrozan de bello euētu Magos consulit, & Turcorū Principes ex nomine vocantur. | XVII. Quam |

- XVI. Quoniam prudenter ipsum consilium inter primates ventiliatus est catere ignorantibus.
- XVII. Quamcaecesibl conuenerint fideliū interpres & traditor ciuitatis.
- XVIII. Godefridus & Robertus electos in hoc bellones, ne primum mutorū ascensum horreant, adhortantur.
- XIX. Viri cordati qualiter per coriacē sciam intramissi sint.
- XX. Scalsadisrupa nonnulli perierunt, sed denouo reparata, fiducialiter ascendunt.
- XXI. Immissi strage custodū operatur: genitiles alii somno expērge facti Christianos impugnat.
- XXII. Tumuli uātibus hinc inde partibus, Principes tunc primum, tradicam esse ciuitatē, muleitudini indicant.
- XXIII. Fideles portas urbis aperinnt: vexillum Boemundi in arce praeminet: prima luce geritur bellicosissimus Mars.
- XXIV. Pagani, quō quisque poterat, fugam incurit: aliqui de altissimis rapibus cadentes clisi sunt & extinti.
- XXV. De opiblā inuentis in ciuitate, & quidie capta sit urbs.
- XXVI. Desaga & nece Regis Antiochiae.
- XXVII. De Rotgero, qui gentiles, exercitum precedentes, bellator & excipiens, insperata morte prauentus est.
- XXVIII. Excusatio fratrū, quare non subiuerent coram se pereunsi.
- XXIX. Obsidio nationum circa Antiochiam.
- XXX. Dux Godefridus bellans in fugā vertitur, & plurimi comitumi eius daueris in mortibus profugantur.
- XXXI. Boemundus acriter impugnatur: sed auxilio fratribus superior efficiuntur: & quancessitate profanū remotus castra locantur.
- XXXII. Voi Corbahan hos & illos per singulas portas distribuit, & Tankradus mēnia 40 oppugnantes aggreditur.
- XXXIII. Christiani praesidium se retinere possē desperantes, demoluntur incendio.
- XXXIV. De magnitudine famis in populo DEI. & quam carē vendebantur vilissima.
- XXXV. Turci urbem latenter recuperare volentes, detecti sunt: qui post diutinā colluctationem in fugā, quādam suorū indicans, & nisi diligentē & sollecite prouideat, Antiochiā ceterasq; finitimas oras illius in breui eum amissurū.
- Rex Darrianus, homo grandissimus, audiens praesidiū firmatū, sudrum q; tuinā irtecuperabile, hactenus in omni cōflictu & euentu diuersi satū rerum securus, in q; follio dormiens, nunc primum suspirio angustiatut; & filiū suū Sanjaloniam, cūnctosq; sibi subditos primores ad suū inuitat cōsiliū.
- Solymanus, de Nicāia urbe expulsus & Romāniē finibus, quē prafatus Darrianus cōpulās, nunciū suę legationis fieri obnoxē petet, sciens tū virum facundū, & omnibus regnis Gentiliū noctissimū, dicens ad eū: Tu generis mei proximus tū duodecim legatus.
- tionem muro depulsi, miserè perierunt.
- XXXVI. De quibusdam Christianis viētū extra muros quarentibus, & de nece nauarum, obfessis alimenta vendentium.
- XXXVII. Quomodo primorū quidā desperatione viuendi de ciuitate clam fugerint.
- XXXVIII. Verba consolatoria Clerici cuiusdam ad populum.
- XXXIX. Item exhortatio principalium virorum, & fugitiū Principes quomodo Constantinopolin nauigare cōperint.
- XL. Quomodo predicti viri Gracum Imperatorem ab auxilio fratrum reuocauerint.
- XL I. Alij quidā Principes sua meditantes bonorum virorum exhortationibus retinetur.
- XL II. De milite Christiano, cuius equus cum fugiente cecidit.
- XL III. De inuentione Dominica lancea.
- XL IV. Vbi Petrus legatione fungitur apud Corbahan, Principem obſidionis.
- XL V. Item de eōdē, & quam tumidē Princeps verba legationis accepere.
- XL VI. Petrus reuertitur, responsio Maioribus aperiuntur, & quid factō opus sit, in communē discutitur.
- XL VII. Bellum indicitur, omnes quasi morituri in crastinū preparantur, et distributae acies subducib; ordinantur.
- XL VIII. Relicto in urbe Reynaldo Comite fideles portis erumpunt, quibus Gentiles à magistris arce signo acceptio occurunt.
- XL IX. Christi populus in prima acie victor Gentilium sumo impeditur.
- L. Peregrini multisariē dissipantur: acies Boemundi in mortis articulo posita Godefrido Duce nunciatur.
- L I. Dux hostes fugat & proterit, fratres a porta mortis educit.
- L II. Item de eōdem.
- L III. Corbaha vicit, suis spē viuendi ponit in fugā, quem Podiensis Episcopus infectatur.
- L IV. Vbi notantur Principes qui prā inopia mendicant.
- L V. De eadem re & fuga & cade hostium.
- L VI. De direptione castrorum & diversitate vincolorum.



ANDEM à Duce Godefrido, populoque fideliū; triumphatis & obtutis in gurgitis flamine aduersariis Christianæ plebis, & praesidio firmato nemine obstante, quidā nuntius ex Turcī festinus ad turrim & palatiū Dariani, registratoris Antiochiae, quod est in montanis, transuolat, quāta sint damna suorū indicans, & nisi diligentē & sollecite prouideat, Antiochiā ceterasq; finitimas oras illius in breui eum amissurū.

Rex Darrianus, homo grandissimus, audiens praesidiū firmatū, sudrum q; tuinā irtecuperabile, hactenus in omni cōflictu & euentu diuersi satū rerum securus, in q; follio dormiens, nunc primum suspirio angustiatut; & filiū suū Sanjaloniam, cūnctosq; sibi subditos primores ad suū inuitat cōsiliū.

Aderat in cōspectu eiudē scōp̄trigeri 11. Solymanus, de Nicāia urbe expulsus & Romāniē finibus, quē prafatus Darrianus cōpulās, nunciū suę legationis fieri obnoxē petet, sciens tū virum facundū, & omnibus regnis Gentiliū noctissimū, dicens ad eū: Tu generis mei proximus tū duodecim legatus.

meis, & filio meo Sansadonia, Corrozan, in terram & regnum nativitatis nostra profectus es. Co-patrix & Odorsonius, duo ex Principibus meis fidelissimi, in hac legatione tecum erunt ad facientia querimonia iniuriarum nostrarum. Vos vero transentes, Br. de a de cimate Alpia, confratre & amicū, ad auxiliū nostrū commonete. Pulair, cuius milites & armā sunt copiosa, ad opē nobis conferendā similiter admonete, cō quōd nobis sit semper sedere coniunctus. Sceperiger autē de Corrozā et Soldano, qui caput & Princeps est Turcorū, aduersitates & calamitates nostras exponite; Cor-bahanq; familiaris eius de sceptrigeri suggeste, ut mihi familiares opes exhibeat & copias. Voce-tur ergo nobis scriptor & notarius meus, ut sigillū meum & litteras vobis sum deferatur, quatenus cōfidentius credat necessitates nostras. Plurimi enim dies transferunt, ex quo in initio obſidionis hu-ius urbis filius meus Buldagis, Corrozan vos processit, ut aduentū Christiana gentis confratribus & Principibus nostris noīn faceret, & aduersus eam ut nobis subueniant, vniuersos commoneret.

III. Hac Regis audita volūtate & imperio, ipsiūq; acceptis cū ligillo litteris, ex urbe & palatio Regis procedētes, in terrā Corrozā profecti sunt. Venerūt siquidē in appa-ratu & sumtu nimio & in gloria magna ad ciuitatē magnā Samnarchā, quā erat de regno Corrozā: in qua ipsū Principē magnū & sceptrigeū Soldanū per omnes Reges & Principes oriētalis plagā, Corbahanq; Principē, & secundū a Rege, in gloria magna repererūt. Quē Solymanus, quia erat e. at prior, & industria nominatissimus ac facūdia, salutauit. Salutato autē Rege, antequā legationē aperiret, sicut mos est Turcorū, de infortunio & iniuriis cōquerentiū, in conspectu eiusdē magni ac po-tentissimi Regis, & prēsentia suorū, pileos à capite humi iaciētes, barbas vnguibus 20 ſeuifimis dicerūt, & in magnis lamentationibus ſuſpiria trahūt. Rex Corrozā his Turcorū diſcissionibus viſit, in superbia magna ſic respondit: *Solymane, amice & frater nōſter, quid vobis cōtigerit, expone, & vobis illatas iniurias aperi: viuere nequaquam poterit à facie noſtra, quicunq; eſt ille, qui vos cōturbare p̄aſumferit.* Solymanus gauſlus & cōtidē in respōlis tā potētūlū Regis, & in virtute illius, amaritudinē, quā grauiter in corde tenebat, & omnē rem ex ordine retulit, quodq; vina voce nō poterat, literarū aſſer-tione memorabat: *Nicaea, inquit, quā noſti nominatissimā, & terram, quā dicūt Romaniā, de regno Gracorum, quam auxilio tuisq; viribus ex tuo dono et gratia nobis collatā acquifimus, quādā gens ſuperueniens, quam dicunt Christianos, de regno Francia, in manu forti & exercitu vehe-mensi nobis abſulerunt, & captam cum uxore & duabus filiis meis Imperatori Constantinopolis tradiderunt, me autem in fortitudine ſua aeritum & fugatum, ad urbem Antiochiam, in qua ſperabam remanere, inſecuti ſunt: ubi non ſolum me meosq; ſed etiam Regem Darsianum de- genere noſtro virum nobilissimum, tibi ſubiectum & amicum, tuog; munere urbem & terras te-nentem, armata manu obſederunt. Mifit ergo nos ad te idem Princeps, & tibi ſubiectas Darsi-anus, maior & consanguineus noſter, ut ſibi auxiliari digneris in virtute multa, qua potes: ni-mium enim, & ſuprā quām credis, neceſitas expoſit. Populus & exercitus noſter attritus eſt; terra & regio noſtra diſperata eſt; noſtra vita & omnia noſtra nunc in manu tua: ſpem aliam*

IV. *sicut in te, non habemus.* In riſu & deliramento ve. ba & querimonias huius Rex Corrozan accepit, leuiter in aures misit; minimē has calamitates ab vlla mundi pla-ga poſſe Turcis inferri ſe credere fatetur; virtutem Solymani, hactenus nomina-tiſſimam, militiæque illius audaciam, pro patuo reputans, audiente ſuorum cō-etu. *Solymanus*, ſicut is, qui nuper expertus erat virtutem Christianorum non leui animo ſententiam Regis accepit. Vnde quia nequiuerat omnia viua voce explicare, litteras cum ſigillo Darsiani aperit, in quibus nomina regnorum & nomina Principum vniuersorum Christianorum, Turcos expugnantium, intitulata erant, & quanti eorum ſint exercitus & vires. Rex vero & omnis primatus Gentilium, qui ſecum erant, agnitis litteris & rebus vniuersisque Gallorum, conſternati ſunt animo; & vultu in terram dimiſſo, non vlt̄a ſuper querimoniis Solymani fruſtra mirati ſunt. Ad hęc ſine intermissione in vniuersas terras regni ſui miſſa legatione, omnes primates & Ammiraldoſ ſuos in vnum iubet conuenire, die determi-nata, quātunc captior videbatū. Iam die adueniente, vñanimitet ex decreto & iuſſu Regis conuenierunt, quibus Rex verba & querimonias Solymani, & calum-nias à Christianis illatas, aperuit, dicens: *Vniuersi, qui conueniſtis, penſate ut penſandum eſt; quia Christiani, qui ſuperuenierunt, ſicut fecerunt caeteris ciuitatibus & amicis & con-fratribus noſtris, ſic nobis facient, ni reprimantur.* Corbahan vero familiaris, & pri-

v. mus in aula Regis & ſecundus à Rege in regno Corrozā, vir contumax, & plenus ſuperba feritate, virtutes Christianorū parui pendens, in hęc verba ſpiritu ſuper-biā erupit: *Miror verba & querelā Solymani, Sansadonia & Buldagis, filiorū Regis Darsiani, ſuper infeſtatione Christianorū, quorū obſidione Solymanus terras & urbes ſuas amifit, ac quibus naſfa-*

non facilius possent defendi, quam si à tot miseris & brutis animalibus fuissent obsessi. Olim centū millia Christianorū strati, amputatis capitis, iuxta Ciuitatē, ubi montana terminatur, in auxiliū Solymani accitus contra Imperatōrē Gracorū, dissipato illius exercitu, & fugato ab obſidione urbis Nicæe. Post hac Petri eremita agmina innumerabilia satellites mei, in auxiliū Solymani missi, attererint, quorū cadauere & offib⁹ campi regionis nunquā poterūt vacuari. Solymanus, qui vi.
 erat vir mir⁹ & magnæ industria, audita illius tuperbia, & verborū iactantia, & quo animo hęc illi respondit: O frater & amice noster Corbahan, quare sic nos parui pendis, & perū aduentos astrais, nosq; tuo auxilio viciſſe, & Imperatōrē Constantinopolis & Petri Eremita inaudita millia attriuiſſe? Imperatoris exercitus, gens Gracorum mollis & effeminate, bellorumq; exercitiis raro vexata, facile in virtute robustorū potuit superari, superata decollari. Petri similiter Eremita agmina, pusilla manū & mendicā, & iners vulgus fæminarū, pedites omnes longa via fatigatos, quingentosq; solūmodo equites reuera cōprobauit: quos leui incurſu et cāde cōsumere nobis nō maleuerat difficile. Hos verò, quorū nomina & virtutes & bella & industrias litterarū notitia didicisti, & aduersū quos difficile est bellū committere; scitote viros foriūſſimos, miro ehorū volumine doctos, in prālio non morte, non aliquo genere armorū posse abſterreri. Horū ferreae vesteſ, clypeo auro & gemmis inserti, variisq; coloribus depicti: Galea in capitib⁹ eorū splendentes super solis splendorē coruscāt. Hastæ fraxinea in manib⁹ eorū ferro acutissimo p̄fixa, sunt quasi grandes perticae. Equi eorū curſu & bello doctissimi. Vexilla in hastis eorū nodis aureis & fimbriis argenteis montes in circuitu nimio lucis decore coruscare faciūt. Audaciā eorū tanitā citote, quod mille equites illorū,
 20 si ad pugnā processerint, nō dubitet viginti millia nostrorū adire, sicut leones et apri mortiferis iectibus armorū fulminantes. Ego autē vires illorū pro minimo duxi, nec stare aduersū me eos estimauit, congregata fortitudine meorū, sed sic virtutē illorū conterere sperauit, ut paulo antē Petri Eremita exercitiū deleui. Sperabā etiā eos ab urbe Nicæa me posse abſterrere in virtute meorū, uxore meam filiosq; meos, milites & Principes meos, qui infra urbis mœnia erāt, liberare: denū cū his bellū commisi: sed fruſtrā consumto labore, vix per iuga montium manus illorū evasi, nō paucos meos occisos reliqui. Illi meis attritis, & cāde suorū nō aque ferentes, Nicæam redeūt: obſidionē iterante firmius & tutius quam antea, quo usq; meos viētos cū uxore & filiis meis in deditione tenētes, cū clausib⁹ urbe Imperatori Constantinopolis reddiderūt. Præterea oppida et castella Romaniae, qua mea ditionis erāt, deuicta & subiugata eidē Imperatori restituētes, plurimas munitiones nostras inuaserūt. Nō
 30 amplius de omnibus terris & ciuitatibus & præsidis, qua tenui, mihi relētū est, quā Foloraca arx, que est iuxta mare & confinia regni Russie. Adhac hī Christiani milites, quos tu credis inuālidos, Turſolt, Azarā & Mamistrā, ciuitates Romaniae, cū plurimis præsidis expugnatas obtinēt. Ciuitates verò Armenia & castella Dandronuch & Harimnu & Turbaysel & montana Constatini, Armenia Principis, & Pācratij, terramq; Ducis Corrozaſilij, ferro & viribus coacta sibi subdiderūt. Ciuitatē verò Robas, mœnibus & murali adiſicio munitissimā, fertilitate quidē famosissimam, obſinent. Sed & Princeps quidā Baldevinus, caput & ductor huius Christiani populi, filiā Principis terra uxore duxit; & vice Ducis extincti à ciuib⁹ promotus, terrā totam et regionē sibi tributariā fecit: & sic usq; ad Malatinā omnia loca et regna iudē Christiani inuaserunt. Nunc Antiochiā, his à dextris & sinistris subiugatis, obſident. Gentes hæmiri laboris sunt & exercity: non curant corpora villa mora aut requie, sed inimicos sibiq; contrarios de die in diē requirunt, quos inuētos & expugnatos mittunt in perditionē. Corbahan ſuperbus hac Solymani audita narratione, amplius in elationē & iactantiā os ſuū aperuit, dicēs: Si, inquit, vita ſospes fuero, nō sex mē ſum pertransibūt dies, & hos Christianos experiar, utrum ſic fortes ſint, ut afferis quos (in DEO
 40 meo iuro ſic delebo, ut omnis hoc eorū posteritas doleat. Rex autē Corrozan in verbis horū ad inuicē cōtendētiū, Corbahan & Solymani, magos, ariolos, artuspices deorū ſuorū inuitat, de victoriā futura requirit: qui omnia prosperè ſuccedere, Christianos triūphare, facili bello ſuperare, Regē promiferūt. Hoc auditō Corbahan respōſo diuinorū ſuorū, in quo cor & consiliū Regis intēdebat, multiplici legatione diffusa per vniuersū regnū Corrozan, ex magnifica Regis iuſſione omnes primores & nobilifī ſi mos inuitat, quatenus in armis & sagittis vehiculisq; cibariorū expeditionē maturarēt. Fabros, qui in omni regione cōmorabātur, catenas & vincula fabricare cōſtituit, in quibus vincti & captiuati Peregrini in barbaras terras abducerētur. Pulat, qui erat vñus Turcorū potētissimus, qui iuxta flumē Euphratē habitabat, Brodaā de Alapia ciuitate præclara, qui & ipse abundabat ſatellitio, in vltionē Turcorum & iniuriarum, quæ à Christianis illatæ erant Solymano Darsianoq; Regi Antiochię, amicis & cognatis Turcorū, vnanimes Regis Corrozā inuitat legatio, res explicat, & instantes denunciat necessitatēs. Damascenorū quoq; Princepē eadē fama & legatio pulsat & admonet, qui & ipse terram Syrię magna ex parte ſubiugauerat, & potens erat vbertate glebz & equitum robore. Amasam etiam de Niz regione, lita in-

latere *Corrozan*, qui nimium diuulgabatur fama militiae & audaciæ, Regis pariter solicitabat legatio, eò quod ipse in fronte aciei semper in quoconque periculo signifer haberetur. Eiusdem Amasæ hasta & sagitta omnium Turcorum sagittis incomparabilis erat, arcu omnes præibat in sagittando: ad omnem expeditionem non minus centum equis, cursu velocissimis, munitus erat, vt uno sagitta percusso, aut aliquo aduerso casu percunte, alii sufficerent in belli assiduitate, quo semper præuolans & infestus hostibus ferebatur. *Boesas* ex eadem seita Turcorum, & non dispar apparatu & armis, inuitatur. *Amasa* alter de Curzh terra amplissima & ditissima, virisque sagittariis abundans, similiter ex Regis mandato adesse commonetur. *Balas* de præsidio Amacha & Sororgia ciuitate; *Baldas* de Samusart, Turci doloſi, milites verò armis & bello famosi; *Karageth* de Karan, ciuitate mœnibus & muris firmissima, ad eandem expeditionis diem adesse commonentur. Hi in regno Corrozan ex regia admonitione, aut aliis in regnis quicunq; dispersi præerant, ad hanc expeditionem sunt conuocati, ab initio obsidionis Antiochiæ, & à die, qua secunda legatio Regis Darsiani per Solymanū facta est. Et in Corrozan rebus necessariis operam dabant, milites armabant, & in omni apparatu bellico sine intermissione intenti feruebant. Exercitus Christianorū & vniuersi Principes, qui in obsidione & labore erant circa Antiochiam, prorsus de hac re ignorabant expeditionem: sed de die in diem non solū escarum, sed equorū armorūq; defectione arctaabant, & ante omnes curas graui in opia vniuersos reddebat solicitos. Dū hæc longo tempore indigentia magis ac magis accresceret, & plurimi præ imminutio ne necessiarum rerum desperarent, *Baldewinus*, qui Edessam ciuitatem vel Rohas dux promotus subiugauerat, plurima talenta auri & argenti fratri suo, Duci Godefrido, Roberto Flandrensi, Roberto Nortmanorum Comiti, Rymundo, cæterisque præpotentibus, per *Gerhardum*, nimium sibi familiarem, misit, ad instaurandā defectionem, quam tales & tam nobiles Principes comperit tolerare. Equos etiam cursu laudabiles & præstantis corporis cum ornatu sellarum & frenorum honorifico, eidem fratri misit & cæteris Principibus. Misit etiam arma miri honoris & decoris. Deinde post aliquot dies *Nicuſuſ*, Princeps Armenius, de regione Turbayfel, tentorium miri operis & decoris Godefrido Duci misit, vt gratiam & amicitiam illius inueniret. Sed à Pancratio insidiis positis, pueris ipsius Nicuſuſ tentorium ablatum est, & ex eius dono Boemundo transmissum. Quod dum *Godefriduſ* Dux & *Robertuſ* Flandrensis, qui ad inuicem dilectissimi amici & consocii tæderati erant, ex verbis Nicuſuſ sibi allatum intellexissent, *Boemunduſ*, vt redderet, quod iniuste acceperat, verbis pacificis admonuerunt. Qui omnino admonitioni eorum contradixit & petitioni: Indignati ergo Principes prædicti, rursus ex consilio Maiorum ablatum requirunt tentorium: qui nequaquam sereddere afferit; sed graui responsione animos prædictorum Principum aduersus se concitauit. Concitativerò, Boemundum, conuocata manu suorum, aggredi in castris statuerunt, nisi quod iniuste acceperat, citò remitteret. Tandem Boemundus ex consilio primorum exercitus, ne dissidium fieret in populo, tentorium Duci restituit, & pace composita, rursus ad inuicem amici facti sunt. Dehinc inedia inualesce, & copia escarum deficiente circa regionem Antiochiæ, *Baldewinus* Duci & fratri suo vterino Godefrido omnes redditus Turbayfel constituit, in frumento, vino, hordeo & oleo, in auro solū singulis annis quinquaginta millia Byzantiorum. Iam dies determinata expeditionis Regis de Corrozan, à longo tēpore indictæ & procuratae, propinquauit. Et ecce vniuersæ nationes regni illius, & Principes prædicti, per regionem Armeniæ, Syriæ, Romanicæ, dispersi, in armis & copioso apparatu ad castrum *Sooch* cōuenerunt, habentes ducenta millia equitum bellatorum absq; exiguo vulgo & fæmineo sexu, absque iumentis & camelis, & cæteris animalibus, quæ nullo numero poterant cōputari. Affuit & *Corbahan*, princeps & caput militiæ, qui in vehiculis cibariorū, qui in copiis & armis militum, qui in tentoriis & nimio apparatu super omnes affluebat: quæ vniuersi Principes & nationes, quæ cōuenerat, tanquā Dominū venerabātur, & in omnibus magistrū ac præceptorē audiebant. Hic suo in vnu collecto exercitu, viā iuxta onera currū suorū & sarcinas iumentorū & camelorū diebus multis morabatur, donec terrā & ciuitatē *Rohas* ingressus est, vbi per aliquot dies remoratus, pernoctauit. Hanc per regionē descēdēs, dū iter per dies prænimia pressura gētis & iumentorū abbreviaret, plurimi de diuersis locis accurrerūt, plurimā maq;

maque de exercitu & obsidione Antiochiae retulerunt. Inter haec & alia Baldwinus apud eum est accusatus, eò quod Turcis attritis & extintis, non solum ciuitatem Rohas, sed & omnia in circuitu praesidia suo subiugasset dominio. Hoc audit, ^{xii.} Corbahan & comprimores sui exercitus ad inuicem consuluerunt, vt ciuitatem Rohas obsidentes & expugnantes, Baldwinum & suos conchristianos captiuerent atq; punirent, & ciuitatem ac regionem Turcorum restituerent ditioni. Sed Baldwinus, quem nec minē, nec aliqui terrores poterant mouere, cōperto adūetu Corbahan & consilio eius aduersum se & ciuitatem Rohas, conuocata & armata vniuersa manu suorum, in equis, cursu valentibus, occurrit militibus Corbahan, & praeiussis ab obsidionem Rohas. Quos fortiter assiliens, & cum eis in arcu Armeniorum & lancea Gallorum dimicans, vsque ad castra Corbahan in fugam remisit, spolia, nempe camelos & iumenta cum rebus necessariis praeiissa, in ciuitatem Rohas adducens. Corbahan verò Baldwinum hoc aduersum se praesumisse, cùm præsens fuerit, ne dum absens, vehementer admiratur. Et indignatus super eius audacia, obsidionem circa Rohas nunquam se prætermittere in Deo suo iurat, sed admonito exercitu suo, hanc in momento irrumpere, & Baldwinum captiuum abducere. Vix Corbahan, Princeps & homo metuendus, ^{xiii.} focios admonuit, & ecce vniuersi exurgentes ciuitatem Rohas obsederunt in tubarum & cornicinum stridore & tumultu, plurimam vim & assultus triduo circa vrbis mœnia & portas inferentes. Sed & à defensoribus & custodibus ciuitatis vindentes sibi validè repugnari, nec se in momento vel breui spacio posse proficere, quia vrbis muris & turribus esset inexpugnabilis, Corbahan consilium dederunt, vt nunc castra ab obsidione moueret, viam quam decreuerat, ad Antiochiam maturaret; Antiochia verò deuicta redditum faciens, ad obsidionem circa Rohas reiteraret, donec Baldwinum suosque tanquam oves in ouili trucidaret. Corbahan huius rei consiliariis acquiescens, iter suum versus Antiochiam continuans, propter montium difficultates, exercitus inaudita millia diuisit in partes. Et quia nauigio longum erat tot millia flumen magnum Euphratem transmeare, Baldwini & eorum, qui cum eo erant in ciuitate, non immutati sunt vultus præ angustia tantæ multitudinis; sed Corbahan recedente à statione vrbis, equos ascendentibus, postremos exercitus insecuri sunt, si forte aliqua pars tardaret, cui possent aduersari. Sed dum parum eis succederet propter prouidentiam & custodiā Turcorum, Rohas reuersi sunt, Dominum cœli exorantes, vt Ducis Godefridi, Roberti, Reymundi Boemundi, & omnium Christianorum misereatur; & de manu inimicorum, in tanta fortitudine superuenientium, defendat, & sua gratia tueatur. Nec mora, à delatoribus Syris & Armeniis cœpit crebescere fama aduentus Corbahan suorumque militum per aures Christiani exercitus. Sed alii credere renuebant; alii credentes Ducem ad prouidendā rem solicitabant. Inter ^{xiv.} has diuersas opiniones, nescia qua de causa, Stephanus Blesensis infirmitate occupari se plurimum testatus est, nec se posse ultra moram facere in obsidione: fratresque commendans, & ab eis recedens, hac infirmitatis occasione versus maritima ad Alexandriam minorem profectus est. Eò itaque recedente, quatuor millia viorum belligerorum eum secuti sunt, qui de eius fuerant comitatu Godefridus Dux, Boemundus, Robertus, Reymundus, Capitanei exercitus, magis ac magis fama Gentium superuenientium attoniti, vnanimiter decreverunt, viros industrios de exercitu eligere, & ad explorandam rei veritatem per montana & loca difficilia, unde tuius specularentur, præmittere. Præmissi sunt ergo Drogo de Naheilla, Clareboldus de Vinduil, Ivo de regno Francorum, Reinardus de Tul, viri clarissimi: vt si quæ de aduentu Gentilium pro vero comperta in aures eorum sonuissent, aut oculis eorum deprehendissent, absque mora ad exercitum referrent, vt prouisi Principes minus iacula infestantium timerent. Præmissi milites & rei exploratores, quidam ad Arthesiam, quidam versus Roffam, quidam versus viam Romaniæ sunt diffusi ad intelligendam rei veritatem: qui exercitum vnde ebullire à montanis & diuersis viis ut arenam maris perspexerunt, infinita millia eorum admirantes, & minimè denumerare valentes. Vtis autem tot millibus & armatura Corbahan incomparabili, & gloria rerum suarum, sub omni festinatione Antiochiam reuersi sunt, diebus septem priusquam Corbahan & suæ acies terminos & campos regionis Antiochiae attingerent. Reuersi deniq; sicut didicerat, & oculis viderant, aduentū & omnem apparatum Corbahan, & omnē militiā, quā eduxerat, Duci & cæteris Principibus clām rectulerunt; ne populus exterritus, eō

quod longa obsidione & graui penuria affectus esset, desperaret, minusque resisteret; ac diffugium, tenebris ingruentibus, præpararent. Dux *Godefridus*, *Robertus*, *Reymundus*, *Boemundus*, *Eustachius*, *Tankradus*, omnisque primatus proxima die, postquam reuersi sunt præmissi milites ad explorandum exercitum Corbahan, in vnum conuocati conuenerunt, quid melius agerent, quod sanius consilium inirent, discusserunt, ne subito præoccupati, ab irruentibus millibus inimicorum in gladio & arcu consumerentur. Godefridus Dux, Robertus & alii multi contendebant, ut exurgentis in loricis, in galeis & clypeis, in signis erectis, in aciebus ordinatis, occurrerent *Corbahan* in millibus superuenienti; & in Domino Iesu omnem spem suam ponentes, cum eis bella committerent, & in Deo nomine illic martyrio vitam finirent. Alii consilium dabant, quatenus pars in obsidione remaneret, ne Turci ab urbe ad auxiliū Corbahan erumperent; & fortior pars iuxta consilium Ducis & Roberti Flandrensis non longius quam trans duo

xv. millaria obuiam hostibus irent. His in consiliis dum quilibet suam proferret sententiam *Boemundus*, vir apprimè prudens & astutus, Godefridum, Robertum, Flandrensem & Reymundum seorsim à conuentu sociorum abduxit in loco secreto, quibus omnia, quæ habebat in corde suo, in hunc modum loquens, professus est: *Domini & fratres mei dilectissimi: secretum habeo, quod nunc vestra fidei aperiam, in quo DEO annuente & opitulante, omnis exercitus & Principes nostri liberari & salvare poterunt. Civitas Antiochia, ex quo mihi promissum est, quod in manum meam tradatur, iam septem transierunt menses. Et sic firmata inter me & traditorem hæc est conuentio sub fidei illius alligatione,* quod nequaquam solvi aut mutari possit; sed in quaunque hora monuero, una ex turribus, quæ ducit in ciuitatem, & in qua idem traditor habitat, in manum meam reddatur. Multum enim pro hac re laboravi, videns urbem humanis viribus insuperabilem. Multam & innumerabilem pecuniam pactus sum illi dare; & non minus illum exaltare & ducere inter amicos meos, quam *Tankradum*, filium sororis meæ, sub fidei firmatione spopondi. Huius secreta conuentionis & traditionis *Boemundus*, equiuocus meus, vir de genere Turcorum, actor factus est à principio Christianitatis sue. Et nunc è processit ratio, ut nequaquam de omnibus, qua traditor polititus est, fallat, & in eo, quod spopondi, magnum illi premium conferre, me paratum inueniat. Vnde quia non paruum talentum debeo illi dare, & huius rei totum pondus sustineo, unum vobis secreto aperio, qui estis columna & Capitanei exercitus, videlicet; ut si vestra fuerit voluntatis & ceterorum, ubi ciuitas capta fuerit, in manu mea reddatur. Hanc conuentionem & consilium ad finem per traham; & quod pactus sum traditori, ex meis sine dilatione conferre paratus sum. Hæc audientes Principes, magno gaudio gauii sunt, & ex omni benevolentia Boemundo ciuitatem annuerunt, ceterosq; comprimores pariter eiusdem doni

xvi. & concessionis voluntarios reddiderunt. Factis omnibus Capitaneis voluntariis, sub admonitione summæ fidei ad inuicem datis dextris indictum est, ne istud verbum palam fieret, sed suppressum silentio nulli pateret. Aiunt etiam quidam, quod in conflietu & assultu hinc & abhinc dimicantium adolescentis filius eiusdem Turci captus, in manum Boemundi peruererit, cuius fedemtionis causa, pater pueri Boemundi coepit priuatus fieri. Et ad ultimum malens vitam filii, quam omnium in habitantum salutem, perfidiam aduersus *Darsianum* Regem assumit, & fidem in restitutione filii cum Boemundo init, & sic in ciuitatem fideles Christi milites intromisit. * *Boemundo*, si caperetur, ciuitas concessa est. Vnde vespere iam terras operiente, ex ipsis consilio decretum est, vt *Godefridus* & *Robertus* Flandrensis septingentos milites illustres de exercitu assumerent; & Turcis per incœnia diffusis, nuncque domesticæ curæ intentis, in umbra noctis versus montana iter insisterent, quasi ad insidias prefecturi aliquorum de exercitu Corbahan ad urbem præcedentium. His vero septingentis in obscuro noctis iam versus montana gradientibus per loca inuia & vix commeabilia, per angustas fauces, conductu Boemundi, nuper facti Christiani, Godefridus Dux vniuersis hæc firmiter iniunxit, dicens: *Viri fratres & Peregrini, DEO deuoti, Turcis & hostilibus aliis, nobis propè hospitatis, decreuimus in occursum ire, & cum illis configere, si forte aliquis eventus victoria nobis detur. Tumultum vero & strepitum aliquem in nobis fieri sub indicio vita prohibemus. Sed aliud erat ei in mente, quam quod cum populo loquebatur. Nam in montanis cum scis solummodo rei consciis contendens, hanc scilicet in partem, qua vrbis & præsidiū Darsiani in summo situm est cacumine, valles & abrupta montium superat; ac longo in recessu ab urbe, & secreto, in valle cōsistens vna cū Roberto Flandrensi, cūcta ordinat, quæ caute de vrbis traditione agēdæ erat & solicite.*

Ordina-

Ordinatis itaq; vniuersis cauto consilio, quendam *interpretem linguarum*, gene- XVII.
 re Longobardum, de domesticis Boemundi præmiserunt ad turrim, quam tradi-
 tor tuebatur, quatenus de conuentione intromissionis Christianorum ex parte
 Boemundi eum admoneret, & super hoc eius responsa audiens, Principibus
 renunciaret. Qui ad muros perueniens, *traditorem*, qui in ipsa nocte constitu-
 ta in turris fenestra Gallos præstolabatur perugil, Græco sermone appellat: si
 solus sit, requirit, vt fiducialius cum eo sermonem de legatione Boemundi habe-
 ret. Qui verbis & signis certissimis Boemundi recognitis, per annulum videlicet,
 quem *Boemundus* ab eo suscepimus nunc in signum illi remiserat, verba interpre-
 tos abhinc credula non refutauit, sed si Boemundus aut sui adessent, diligenter per-
 contatus est. Interpres vero audiens, quod traditor non in dolo sibi loquebatur,
 Boemundi milites non longè abesse profitetur, & ad omnia paratos, quæ ex eius
 consilio inire deberent. Qui eos appropinquare sine dubio aut metu commonet,
 murosque securè ascendere, nec aliqua mora hoc differre propter breve spaciun-
 noctis & lucem diei appropinquantis. Solicitabat etiam eos hac maxime de cau-
 sa, ne custos murorum suæ vici in ordine faculâ in manu ferens mœnia urbis mu-
 ros & turres perlustrans ad prouidendum, ascendentibus propalaret; sicque in peri-
 culo vita suæ, expergefactis hostibus, haberentur. Interpres audito hoc consi- XVIII.
 lio traditoris, ad Principes in montanis relictos celeri gressu tendit, omnia quæ au-
 dierat, referens, & vehementer eos solicitans, vt quos velint audacieores eligant, qui
 sine intermissione muros ascendentibus, ciuitati immittantur. Continuo viri electi
 sunt ad ascensionem murorum; sed metu & dubietate corda eorum concussa sunt,
 singuli que hæsitantes de prima ingressione & ascensione murorum plurimum re-
 nitebantur. *Godefridus* vero Dux & *Robereus* viros sic videntes expauescere, nec qui
 præcederent, inuenientes, eò quod diffidebat de promissione Turci, hæc machi-
 na menta dolum arbitrantes, nimirum spiritu infremuerunt, sic vniuersos solamine
 reficientes. *Mementote, in cuius nomine à terra & cognitione vestra exiisti,* & quomodo ter-
 rea vita abrenunciasti, nulla pericula moreis pro CHRISTO inire metuentes. Nec mora, credere
 debetis, scilicet feliciter cum CHRISTO vivere, ideoq; eius gratia & amore, quacunque occurrerint
 30 in via hac, aquo & libenti animo suscipere. Eia, dilectissimi CHRISTI milites, non pro terrena re-
 muneratione hoc periculum incurritis; sed illius meritum expectatis, qui post mortem presentem
 eterna vita præmia suis conferre nouit. Mori enim habemus quocunque modo. Iam quidem lux <
 matutina diei manifestat consilium nostrum; iam si ciues & Turci nos persenserint, non unus <
 saltus ex nobis vienus enadet. Ite, & ascendentibus vitam vestram DEO offerite, caritatem DEI <
 scientes vitam pro amicis ponere. Ad hæc tam magnanimorum Principum verba & XIX.
 solatia, plurimorum mentium dubietas detersa est. Et scala assumta, quæ ex corio
 erat taurino, ad id negotium aptissima, paulatim muro appropinquavit cum inter-
 pretes suo, vbi ad mœnia traditor viros aduentantes operiebatur. Ut ergo præmissi
 aliqui affuerunt, alii ex domesticis Ducis, alii ex comitatu Roberti, quidam ex fa-
 40 milia Boemundi, Turgum eos ad mœnia præstolantem, interpres compellat,
 vt funem à mœnibus iaciatur, qua scala innodata in mœnia subleuetur, per quam mil-
 ites ascendentibus intromittantur. Turcus, sicut deuouerat, scalam fune subleuat,
 circa mœnia fortiter alligat; & submissa voce viros confortans, monet vt indu-
 bitanter ascendant. Nec mora, lorica & galea induti, gladio accincti, hastis inni-
 tentes, & manu se trahentes, scalam ascenderunt viri audaces, quos alii subse-
 quentes in dubia spe viuendi, iam ad vigintiquinque immisssi sunt. His immissis, &
 nimio silentio conquiscentibus, confratres iuxta muros existentes, & euentu-
 ri expectantes, sed neminem audientes, viros immisso iugulatos, & in fide falsa
 subito suffocatos existimabant, vnde ascendere & subsequi retardabant. Mili- XX.
 tes vero immissi, intelligentes quod socios Christianos adeò timor inuaserat, vt se
 subtrahendo, à scala abirent, trans mœnia à muro se inclinantes, submissa voce so-
 cios ascendere hortabantur, afferentes, se nihil illic periculi passuros. Hi fratum
 voce audita adhuc viuentium, certabant vehementi studio scalâ ascendere, & vr-
 bem intrare, donec præ nimia pressura & pondere, mœnia antiqua & inueterata,
 dissolutis axis cum cémento, scissa sunt & diruta: sicq; scala, retinaculo carēs, pror-
 sus humili corruit cum viris adhuc in ea consistentibus. Erant autē iuxta muros lan-
 gearum hastæ positæ & erectæ in quibus cōfixi, qui corruerant; alii à axis de muro
 cadentibus oppressi & semineces facti, aliqui mortui sunt. Quod multum populus
 Dei inhorruit, existimans omnia hęc in dolo à Turcis contigisse, & nunc, vniuer-
 sis immissos pulso dubio iniqua morte deperiisse. Non sonus, non fragor aliquis,

licet à coruentibus & infixis maximus extiterit, in vrbe aut in mœnibus est auditus. Dominus enim D^evs ventum validè spirantem hac suscitauit nocte. *Turci* fidem, quam Boemundo in vrbis traditione deuouerat, seruans, funem iteratò ad reeuandam scalam dimittit. Qua rursus mœnia fortiora in eodem loco circundans, desolatos & perterritos per interpretem reuocat, ascensumque repetere vniuersos fideliter admonet. Non vlt̄rā viri hæsitanter, sed ex interpretis verbis roborati, & confratrum agnita salute, rursus scalam ascendunt, & mœnibus inferuntur, donec fermè sexaginta super muros inuesti constiterunt.

xxi. Interea custos murorum in gyro ciuitatis perlustratis mœnibus ad visitandos vigiles Turcorum & commonendos, faculam manu ferens viris immissis occurrit. Sed in momen-^{to} itū gladii capite illius amputato, transeuntes turrim vicinam ingressi sunt. In qua vniuersos reperientes adhuc sopore grauatos, in ore gladii percusserunt; ac in eodem impetu in alias turres irruentes, stragam plurimam operati sunt; donec ferrè decem turrium custodes in ea parte vrbis graui somno immersos sine villa vociferatione peremerunt. His ita in gladio prostratis, per posticum quoddam, quod in montanis erat iuxta eundem locum, quo ascenderant, subito fractis seris plurima manus ex septingentis immissa est, cornibusque fortiter intonantes, *Godefri-dum, Robertum*, & cæteros comprimores aduocant, quatenus ad auxilium intromissis quantocius properantes vrbem penetrarent. Hi cornibus auditis, & pro signo dato recognitis, quia secretorum omnium consocii erant, in manu robusta ad-²⁰ uolant, ad portam, quæ sursum in montanis prominebat, contendentes ut intrarent. A magistra autem arce *Darsiani*, quæ huic portæ proxima erat, Turci ex-urgentes auditio tumultu, lapidum iactu Gallos abegerunt, sociosque eorum, qui immisssi erant, minimè ad portam peruenire, ut hanc aperiarent, passi sunt. Vnde ad posticum prædictum reuertentes milites, qui scala vrbem intrauerant, pene-trale huius postici ferro acutissimo, ingeniis Turcorum parato, fractis muris ampliauerunt: & sic Principes ac socii eorum equo & pedibus spatiösè intromissi sunt.

xxii. Turci itaque hac subita vociferatione & tumultu buccinarum, cornuum-que stridore, expergefacti, ad arma festinant, arcus & sagittas arripiunt, turres de-fensant, utrinque ad inuicem grauia certamina à sursum & deorsum conserentes.³⁰ In hac clamosa hinc & hinc contentionem milites Darsiani, qui in montis cacumine & eminentiore arce erant, cornibus fortiter insonuerunt, quatenus Turci, qui in ciuitate erant & turrium præsidiis, & adhuc in summo diluculo sterteabant, euigilantes, ad auxilium sociis exurgerent, sicque immisssi Christianis resistere vale-rent. Quod exercitus magnus, qui adhuc extra muros altera in partes spatiösè vr-bis confederat, de aduentu & ingressione *Corbahan* hos in montanis & in arce vo-ces exaltare, cornibus strepere & congregari arbitrati sunt, penitus ignorantes, quo-modo vrbis tradita & capta in manu Gallorum sit. Boemundus, Reymundus & Tankradus, quibus res tota innotuit, quiique in obsidione remanserant, loricas in-duti, armis accincti, vexillis elatis ad vrbem exterius impugnandam aduolant, i.⁴⁰ gnaros actæ rei plurimum confortantes in vrbis assultum, & omnem illis rem enu-cleantes.

xxiii. Interea dum sic interiore & exteriorē pugna Turci nimium arctaren-tur, *Graci, Syri, Armenii* ciues, & viri Christianæ professionis, ad portas aperi-en-das & seras incendendas latenter concurrunt, per quas Boemundus & vniuersus ex-ercitus intromissus est. Signum nempe *Boemundi*, quod sanguinei erat coloris, primo diei crepusculo ea in parte, qua vrbis facta est traditio, super muros in mon-tanis rutilabat, ut pateret omnibus, quod D^e gratia & opitulatione vrbis ab homi-ne insuperabilis, in manus Boemundi & omnium fidelium C H R I S T I, tradita & capta sit. Sic seris auulsis, & vndique portis patefactis, vniuersi admirati & gaudi-⁵⁰ si, quomodo consilium istud non omnibus patebat, expergefacti celeriter ar-ma rapiunt, aliis alium admonet, & rapido cursu omnes armati vrbem & por-tas intrare contendunt. Milliare quispiam transcurrere poterat, priusquam vni-uersa multitudo Christianorum intromissa est. Mox intrantium tot millium fra-gore vehementē & strepitu, tubarumque sonitu horribili, & plurima vexillorum eleuatione, armatorum ingenti clamore, equorum hinnitibus Turci stupefacti, alii adhuc in strato suo quiescentes improvisi & inermes euigilant. Quorum pars subito spe defensionis adunatur, arcus & arma arripientes; alii in turribus & præ-sidiis persistentes, plurimos incautos Christianos inertis vulgi, viros & mulieres, sagittis feriunt: concursus & diuersi conflictus inter se fiunt & cæco Marte agun-tur. Chri-

tur. Christiani, quorum virtus & copia magis ac magis affluebant, inualescentes, per domos & plateas, & vicos ciuitatis Turcos diffusos & errantes in ore gladii percutiebant; nulli ætati parcebant aut sexui de genere Gentilium, donec terra sanguine & cadaveribus occisorum operta est, pluribus etiam cæsis exanimis Christianorum corporibus tam *Gallorum* quam *Gracorum, Syrorum, Armeniorum* admixtis. Nec mirum, cum vix luce agnita adhuc superte ram essent tenebræ, & quibus parcerent, & quos ferirent, penitus ignorarent. Nam voce & signo Christianæ professionis *Turci* & *Sarraceni* timore mortis acclamantes, pluri-mi Peregrinos fallebant, & ideo communi strage vitam amitterebant. Decem milia fuere occisorum, quorum corpora per vicos & plateas ciuitatis cæsa, & ferro à Gallis extincta sunt. Plurimi Turcorum videntes cædem grauissimam, quæ **xxiv.** fiebat, & quia tota vrbs armis & viribus Gallorum redundabat, vitæ diffidentes, è turribus & præsidii ciuitatis fugientes, ad montana contendunt notitiâ viarum perplexarum, vbi præsidium magistræ arcis intrantes, arma insq[ue] quantum Gallo-rum euaserunt. Hæc autem arx & palatum in montanis situm, nulla arte, nulla vi superari potest; nullus in ea manentibus aduersari aut nocere potest. Alii circiter mille à longinquis partibus acciti auxilio & immissi, tubarum ac cornuum stridore exterriti, nimiaque suorum occisione desperati, quos proi-sus notitia via-rum & fugæ latebat, pariter & ipsi ad montana, superiusque præsidium festinan-tes, ut Christianorum manum euaderent, in angustam & incognitam semitam cæco errore inciderunt. Vbi proi-sus via deficiente, in sublimi colle nequaquam vltra reuertendi facultas esse poterat; sed à sursum per decliuia & scopulos arctissimos & incommeabiles cum equis & mulis corruentes, fractis collis, cruribus, & brachiis vniuersisque membris, inæstimabili & admirando casu vniuersi perie-tunt. Populus autem Dei viui reuersus à cæde & insecuritate Gentilium, in **xxv.** præsidium & montana fugientium, Sole iam altius radiante, & die plurima adulata, vrbum perlustrant, victus queritant, sed paucos repererunt. Ostra tantum diuersi generis & coloris, piper quoque & pigmenta plurima, vestes & papiliones Gentilium, tesseras & aleas, quin & pecuniam, sed non multam, inuenierunt. Nec mirum: quia diuturna obsidione nouem mensium vallata, tot Gentilium millia illic congregata, totum consumserunt. Feria quintæ erat dies serenissima, quando tertio Non. Iunii mensis tradita & capta est ciuitas *Antiochia* in manu Christianorum, Turcis prostratis & effugatis. *Darsianus* autem Rex Antiochiae, intelli-gens fugam suorum, & totum iam præsidium & arcem fugitiuis repletam, timens ne Gallorum manus, capta vrbe, præsidium vallans expugnaret, mulo ascenso e-gressus est ut lateret in deuiis montium, dum finem & eventum rei pleniū co-gnosceret, & an arx à facie Gallorum à suis retineri posset. Hic dum solus per de-uaia montium diffugio errareret, quidam de *Syria* Christiana professionis, qui causa rerum necessiarium iter per montana carpebant, ipsi Principem à longè in-tuentes & agnoscentes, plurimum admirati sunt, cur solus ab arcis præsidio per deuaia declinauerit. Vnde ad inuicem locuti sunt: *Ecce dominus & Rex noster Darsi-anus non sine causa per hac deserta loca montium iter facit: forsitan vrbs capta est, sui occisi, ipse nimirum fuge intentus est. Qui ne manus nostras effugiat, videamus, à quo tot damna, iniurias & calumnias pertulimus.* Hoc modo idem tres Syri de morte illius tractantes, sed omnia dissimulantes, submissis ceruicibus illi falsam reuerentiam exhibentes, & in dolo salutantes, cominus ad eum accedebant, donec ipsius gladio accepto & educto, eum à mulo præcipitauerunt, caput illius amputantes, & in sacculo suo reponentes. Quod mox in vrbum Antiochiam in conspectu omnium Christianorum & Principum attulerunt. Caput verò miræ grossitudinis erat, aures latissimæ & pilosæ, capilli cani cum barba, quæ à mento usque ad umbilicum eius proflu-
bat. Comperto deinde iam proximo aduentu *Corbahan* & suorum, quia in **xxvii.** Antiochia pauca alimenta reperta sunt, ad portum *Simeonis eremite* festinato mit-tentes, pecunia escas nauigio allatas mutuauerunt, singuli prout sua erat possi-bilitas, quas Antiochiae vesperi manè sequenti intulerunt. His ita expletis, & Turcis partim occisis, partim in præsidium fugatis, & Gallis circumquaque in turribus, domibus, palatiis, mœnibusque diffusis, sequenti die, quæ est sexta feria, trecenti equites Turcorum de gente Corbahan armati arcu, pharetra & sagitta, insignis ostreis, totum Gentilium præcesserunt exercitum ad aliquorum fidelium repentinum interitū, si quislibet improuisos extra muros reperirent. Ex his verò

trecentis, triginta præcedentes, viri belli peritissimi, & equo agilimi, ad muros & portas ciuitatis frena laxant, post terga sociis in valle quadam relictis ad insidias & incursus fidelium, si forte præmissos triginta usque in vallem insequerentur, & in impetu irruerent super latentes viros. His itaque triginta muro ciuitatis appropinquantibus, & in arcu fideles **CHRISTI** per mœnia diffusos, acriter lacescentibus, *Rotgerus de Barnanilla* cum quindecim probatissimis sociis equo residens, armis & lorica induitus, in occursum ab urbe properat, ut aliquid insigne cum eis agearet. Sed sine mora in fugam equos triginta præmissi Turci reiiciunt, & ad insidias contendunt, Rotgerum rapido eos cursu prementem usque ad insidiarum locum perducentes. Insiidiis ergo à valle exurgentibus, Rotgerus frena reiicit, ad urbem cum sociis viam velociter relegit. *Turci* non parcūs equorum cursibus urgunt fugientem, quo usque muro ciuitatis appropians cum suis ferè trans vadā *Farfar* elapsus est. Sed aduersante fortuna in conspectu omnium, in mœnibus altaniū, nobilissimus athleta cursu velocior is equi à Turco milite superatus est: cuius tergo sagitta infixa iecur & pulmonem eius penetrauit; & sic ab equo labens mortuus expirauit. Mortuo itaque tam egregio viro, & suorum auxilio destituto, Turci crudelissimi carnifices ab equis descendentes, caput illius amputantes à collo, & ad *Corbahan* & eius exercitum repedantes, caput hastæ præfixum in ostensione recentis & nunc primæ victoriæ detulerunt. Hoc denique prospero successu gloriantes, multum legiones Gentilium ex hoc confortabant, quod iuxta muros sic audacter egissent; & neminem ex Peregrinis ad opem Rotgeri occisi & decollati ab urbe egredi, aut audere, vidissent.

xxviii. Non mirum alicui videatur, nec quisquam Gallos hebetudine mentis, aut timore superuenientis multitudinis, concusso mollescere arbitretur, & ideo tardatos ad opem & vindictam confratriis ante omnium ora percussi, & decollati, cum nulla plaga mundi ante Galliam audaciores & in bello promptiores nutriat. Verum equorum defectione eos fuisse retardatos procul dubio credat, quos aliquando pestilentia, aut diurna fame, aut interdum fallaci Turcorum sagitta amiserunt. Vix enim Gallis centum quinquaginta equi remanserant, & ipsi attenuati fame pabulorum; Turcis verò pingues & non fatigati erant: quapropter celeri cursu euadere, & Galli eos nequam præuertere potuerunt. Quædringenti tantum equi Turcorum in *Antiochia* reperti & capti sunt, quos minimè adhuc suo more ad equitandum domuerant, aut in persecutione hostium flectere, & calcaribus vrgere didicerant. Dehinc post Turcorum discessiōnē Peregrini tristes & dolentes, extinctum corpus Rotgeri urbi intulerunt, cum eiulatu magno & fletu, ingemiscentes, quomodo unus fortiorum de populo cecidisset, qui semper erat per uigil in insidiis & strage Gentilium, cuiusque facta insignia ampliora fuere, quam noster stylus queat explicare. Fama quidem eius apud Turcos omnes antecessit, & libenter eum videre & audire solebant in omni negotio, quod cum Christianis agebant, aut in restitutione utrinque captiuorum, aut cum aliquando pacem inter se componebant. Sepultus est autem in Antiochia idem miles fortissimus in vestibulo basilicæ B. Petri Apostoli à Principibus Christianorum, & à Domino *Episcopo Podiensis*, & ab omni clero catholico, qui aderat; animaque commendata **CHRISTO** Domino orationum victimis & psalmorum hymnis, cuius amore & honore exul factus, mori non dubitauit.

xxix. Vix incliti militis expletæ sunt exequiæ, & ecce in ipso manè Sabatti, quod illuxit tertia die postquam urbs capta est, assunt vniuersæ barbaræ nationes & legiones Gentilium in apparatu copioso, quas Corbahan ex vniuersis regnis, terris & locis Orientalis plague contraxerat, in campis & planicie tentoriis locatis, obsidionem faciens circa spatiis urbis muros & mœnia. Tertia dehinc die postquam fideles **CHRISTI** obfedit longè à muris residens, inito consilio, ut proprius ciuitati hospitaretur, sustulit castra; & in multitudine virtutis suæ in montana in circuitu magistræ arcis, & in ea parte, qua urbs capta est, in excelsa rupium sedem posuit, ut *Sensadonie* & *Buldagie*, filiis Darsiani, cæteris in præsidio manentibus, esset solatio; utque locum videret, per quem urbs tradita & Christiani immisisti sunt. Similiter ex iisdem montanis alii ex populo *Corbahan* in dextro latere præsidii, quo Dux Godefridus turrim & portam hanc infrà tuebatur, qua *Boemundus* ante urbis captionem extra confederat, tentoria vi locauerunt perdeuera montium, ne aliqual centia & oportunitas exeundi Christianis villa parte concederetur. Dux autem *Godefridus* virtutem & constantiam illorum nimium aduer-

xxx.

aduersus se videns excreuisse, statim cum ingenti manu suorum per portam processit aduersus hostes, ut tentoria, quæ à foris extra muros locata erant, inuaderet, ac terneret, Turcosque inde expugnatos arceret. Sed ecce Turci exurgunt in occursum Ducis ad defendenda tentoria. Vbi diu prælio vtrinque commisso, grauissimus labor incubuit, dum Dux & sui viribus exhausti, belloque fessi, in fugam conuersi, vix per portam, qua exierant, reuertentes euaserunt. Alii verò multi, circiter ducenti, quibus porta angusta negata est, aut mortui, aut vulnerati aut capti sunt. Sic Duce fugato & retruso, plurimisque suis in porta attritis, Turci à præsidio & à porta præsidii erumpentes, eò quod aduersus Ducem prævaluissent, 10 per semitas notas & vallem perplexam accedentes mœnia, subita vociferatione Christianos vagantes incurrebant, sagitta in impetu lœdentes, & sine mora ad arcem & montana recurrentes. Dum sic mane, meridie & vespere à montanis & valle exilientes, Christianos impeterent, *Boemundus* & *Reymundus* ira moti, sine dilatatione vallo immenso, quod dicitur *fossatum*, montanis & ciuitati deorsum interposito, & præsidio quodam murali ædificio desuper firmato, tutelam suis sic fieri constituerunt: ne subito à montanis aduersarii erumpentes, peregrinos milites incautè per urbis spatia vagantes, armis & sagittis inuadendo detruncarent. Turci verò, qui in montanis præsidium adhuc obtinebant, sàpius ad id nouum præsidium erumpabant, assultus faciebant, multum & grauiter custodes ac defensores noui præsidii in sagittarum grandine & armorum virtute vexantes & perimentes. Christiani verò milites *Walbricus*, *Iuo*, *Rudolphus* de Fontanis, *Euerhardus* de Poisat, *Reiboldus* Creton, *Petrus* filius Giliz, custodes & magistri noui præsidii, non minus Turcis in lancea & omni armatura cum suis resistebant; viam vallis eis contradicebant, interdum hinc & hinc graui strage & vulnere pereuntes.

Dum hi creberrimi assultus à Turcis aduersus nouum præsidium fierent, & xxxi. Turci acriter à Gallis reprimerentur, milites *Corbahan* pedestri agmine facto per portam insuperabilem præsidii ingredientes, & montana ac deuia deserentes, Boemundum compertum habentes in novo præsidio esse, fortiter eum assiliunt. Vbi grauis belli contentio exorta est, & plurimorum occisio facta. Et ferè Boemundus victus ac sui fuissent, nisi ab omni urbe Christianis confluentibus, Comes *Robertus* Flandrensis Duxque *Godefridus*, licet primò assultu victus; & *Robertus* Nortmanorum Princeps, cæterique magnifici proceres vires & opes contulissent; & Turcos in virtute loricatorum ab urbe & novo præsidio retrulissent. Turci ergo retrorsi cum Principe suo Corbahan, moram extra portam & muros abhinc per duos dies in montanis constituerunt, arbitrantes adhuc Christianis nocere. Sed pabulo herbarum in collibus minimè reperto, quod equis eorum sufficeret, castra amouerunt, & vadum flumini *Farfar* transcurrentes, longè ab urbe, spacio semi-milliaris tentoriis positis confederunt. Altero veò die Corbahan ex scientia suorum, exercitum suum copiosum sic in multis millibus in gyro ciuitatis ad 40 obsidionem omnium portarum diuisit, vt ex omni parte inclusis Peregrinis nec à dextris, nec à sinistris ullus introitus pateret, aut exitus aliquis daretur. Sic xxxii. ex omni parte locata obsidione, & paucis diebus transactis, quadam luce clarissima aliqui Turcorum milites è castris procedentes, & ad mœnia *Antiochiae* equo aduolantes, sagitta & arcu corneo Gallos prouocant: sperantes pari succello præualere, quo antea in *Rotgeri* decollatione gloriati sunt, & insigni tama in castris Corbahan præire. Quapropter amplius & validius in assultu mœnum desudantes, ab equis descenderunt, vt liberius, & sine læsione equorum in muro stantes expugnarent, & nunc pedites facti, faciliùs peregrinis iacula intorquerent. *Tankradus* autem miles acerrimus, & nunquam Turcorum sanguine satiatus, sed semper cædi eorum inhians, comperta illorum infania, fiemitu & audacia, artus ferro assuetos lorica vestiuit; assumtisque conlociis, equo & lancea doctissimis, & à porta, quam *Boemundus*, cùm adhuc fieret obſidio, tuebatur, inter muros & ante murale, quod vulgo *Barbicanas* vocant, claram egrediens, Turcos pugnare intentos ex improviso inclamans, fortiter assilit; incautos, atterit & perforat. Illis verò, viso mortis periculo, non prius ad equos recurrendi vlla fuit facultas, quam sex percussi in ultionem capit is Rotgeri, ante muros decollati, sua capita gladio amiserunt. Tankradus in gloria magna & lætitia in urbem ad confratres regressus est, qui Turcorum capitæ secum in testimonium victoriarum detulit. Alio dein- 45 de die, post castra Corbahan locata & ordinata suæ cuiusque congregationis,

post obsecos vndique viarum exitus & introitus, decretum est communis consilio Gentilium, ut Turcorum milites ad duo millia eligantur ad expugnandum & prosterendum praesidium, quod *Godefridus* Dux ceterique comprimores firmauerant in victoria & virtute magna, quam audistis: quando attriti Turci, in vnda ferre fluminis submersi sunt sub ipso ponte, qui trans fluuium ab urbe dirigitur, & in quo firmato praesidio *Reymundus* egit custodiam, quo usque a Christianis capta est. Nunc verò quia neglectum & vacuum erat, Comes *Robertus Flandrensis* accitis quingentis viris belligeris, aduentu Gentilium auditu, ipsum praesidium ingressus, tueri disposuit, ne virtus Turcorum illud subito occupans, Peregrinis pontem & aquam transire volentibus magno effet impedimento. Praefata itaque duo 10 millia Turcorum, destinata ad ruinam praesidii, in virtute magna & armorum tumultu confluxerunt ad locum praesidii, vndique irruentes & impugnantes iaculis & arcu: Qui tandem pedites facti, trans vallum moliebantur currere, in ingenti tubarum stridore, & solita vociferatione rugientes; à manè usque ad inclinatum diem defensores praesidii grauiter vexantes. Sed *Robertus* suique consolades, videntes sibi angustias imminere ab hostibus, & scientes se crudelibus modis consumi, si victi eorum ditioni subderentur, viriliter pro anima inimicis resistebant, lanceis & balistis hostes fortiter impetentes, & via vallo arcentes, qui grauiter ea die hinc & hinc vulnerati fuisse referuntur. *Turci* verò videntes se nihil proficere, sed omnem laborem suum in cassum consumi, hos in praesidio vix defensos deserentes, ad *Corbahan* Principem multitudinis regressi sunt, vires sibi hominum augeti adhuc præsentes; & sic in crastinum praesidium eiusque tutores deleri posse, astuentes. *Robertus* autem & qui cum eo erant, videntes Turcos recessisse, recordati sunt, quod propter maius auxilium socios adissent. Quare consilio inito, in noctis caugine exierunt à munimine praesidii, eò quod inualidum contra tot militum vires videretur, & ideo praesidium totum igne succenderunt; vallumque illicius diruentes, in urbem Antiochiam a confratribus recepti sunt. Crastino deinde Sole orto, duo millia Gentilium, iussu *Corbahan* duobus praedictis millibus addita, praesidium in manu robusta, in tubis & cornibus adierunt, sperantes illud repentina aggressu prostertere; inclusosque hesterna die in defensione fatigatos, 30 celeri interitu consumere: Sed vallum dirutum & munimen praesidii combustum reperientes, delusi & frustrati ad tentoria sua repedauerunt. Sic vndique urbe vallata, & de die in diem Gentilium copiis accrescentibus, & omni parte exitum prohibentibus, tanta inter Christianos inualuit famis, ut pane deficiente non solum camelos, asinos, equos & mulos comedere non abhorrerent; sed etiam coria, quæ indurata & putrefacta per tres & sex annos in domibus erant reperta, nunc calidis aquis madefacta & mollificata, tum ea, quæ recenter ab armentis auulsa, pipere, cumino aut quolibet pigmento condita, manducabant: Tam graui fame arctabantur. Scio, quod horrescant aures, mala & tormenta inaudita famis austultantes, quibus populus Dei inclusus opprimebatur. Pro uno namque ouo 40 gallinæ, si inueniri poterat, sex denarii Lucensis moneta numerabantur; pro decem fabis, denarius; pro capite vnius asini, equi, bouis, camelii, Byzantius unus dabatur; pro pede vel aure, sex denarii; pro visceribus cuiuslibet horum animalium, quinque solidi accipiebantur mutuo. Iners denique & modicum vulgus calceos suos ex corio, praefamis angustia deuorare cogebatur: plures verò radibus urticarum, ac quarumlibet sylvestrium herbarum, igne coctis & mollitis misserum ventrem impleuerunt: & sic infirmati, cotidie moriendo minuebantur. Dux verò *Godefridus*, ut aiunt, qui affuerunt, quindecim marcas argenti pro carnis viliissimi camelii expendit; pro capra procul dubio dapifer eius *Baldricus* tres 50 marcas venditori dedisse perhibetur. Post aliquot dies, postquam Corbahan firmauit obsidionem in circuitu *Antiochia*, & omnem exitum ac introitum urbis clauserat, populumque Dei diuersis assultibus vexauerat, cibosque inferri omni parte interdixerat, clade longaque abstinentia & bellico labore Christiani afflitti & fessi, minus vigiles esse cœperunt in tuitione urbis & moenium. Ergo turris quædam incustodita remansit versus montana, eo videlicet in loco, quo munitione ex bitumine fragilis luti fundata est ad reprimendos hostes, ad obsecra porta egredientes per montana, & Peregrinos diffusos persequentes, & ubi à * prouincial liber ille iuuenis captus est, in cuius redemtionem turri quadam requisita, sed à cognatis & amicis eius denegata, idem capitali sententia peremptus est.

est. Hanc itaque turrim prædictam vacuam ab inhabitatoribus quidam audacissimi milites ex Turcis præsentientes, scalas & ingenia sua latenter muro applicuerunt, sperantes in silentio noctis per eam aliquot Gentiles inducere; & sic urbem amissam recuperare. Interea quidam, qui urbem lustrabat ob negotia sibi necessaria, eleuans oculos, contemplatur Turcos in medio cacumine eiusdem turris incautè deambulantes: nec mora, alta vociferatione perstrepens, socios, qui in vicinaturri commorabantur, solicitat, Turcos urbem inuasisse afferit; & sic commotionem magnam in populo suscitauit. Ad hæc *Henricus de Ascha* castello, miles sua in terra nominatissimus, filius Fridelonis, unus de collateralibus Dycis 10 Godefridi, auditu clamore & strepitu, scutum & gladium atropiens, velociter ad arcem turris properat, duobus sibi adiunctis probis tyronibus. *Francone* scilicet & *Sigemaro*, carnaliter cognatis, incolis villæ, quæ dicitur *Mechela* super Mosam fluuium, ut inimicos immissos à turri repellerent, existimantes se cum urbe ab aliquibus fratribus, auro vel argento corruptis, venditos fuisse. *Turci* verò cognoscentes se detectos, nec aliquo ingenio à manibus Peregrinorum posse liberari, in sola spe defensionis in limine turris occurrunt, & atroci iætu gladiorū resistunt. Nam Franconem, multam vim inferentem, in cerebro percusserunt vulnere graui & vix sanabili; *Sigemarum* verò cognato suo subuenire volentem, ense per aluum transfixerunt, capulo tenus, miroque & inaudito conamine fideles 20 *CHRISTI* à limine arcebant. Tandem fidelium circumquaque crescente auxilio, & additis viribus, *Turci* fessi, & spiritu exhausti præ nimio labore, cœperunt in defensione deficere, arma & brachia remittere: quorum quatuor in gladio ceciderunt; alii ab altitudine depulsi, ceruicibus, cruribus, & brachiis fractis mortui sunt. Post hæc Peregrinis famis angustia, pro ut audiuitis & multo amplius, xxxvi. coactis, nec aditum aliquem reperientibus ad inferendos vel acquirendos cibos, præ obsidione vndique constituta, quidam de humili vulgo vitam periculo destinentes, in magna ambiguitate & formidine claram procedebant, ab urbe in umbra noctis, ad portum *Simeonis*, quondam illic in montanis eremitarum, descendentes: & dato precio à nautis & mercatoribus victum accipientes, per vespes & fructus in 30 tenebris ante lucem repedare soledant. Qui verò frumentum attulerant, octauam partem Laodicensis monetæ, tribus marcis vendebant; caseum Flandrensem, quinque solidis; pauxillum vini vel olei, vel quodlibet vitæ sustentaculum quantulumcumque, graui & inaudita comparatione auri vel argenti mutuabantur. Ex his aliqui die quadam plus solito retardati, & quia nox erat breuis, in luce velocissimæ diei manifestati, à Turcis trucidati & expoliati fuisse referuntur: paucidumis & fructus latentes, vix liberati urbi restituti sunt. Cuius rei occasione assumta, *Turci* ad duo millia congregati, & ad portum prædictum profecti, universos illic nautas repertos repentina aggressu disturbauerunt, sagittis eos confodientes; nauesq; iniecto igne comburentes, escas & omnia allata nauigio vi rapientes, asportauerunt. Sicque deinceps vendentes & ementes à portu absterruerunt, ne vtrrà à Christianis aliqua escarum sustentatio illic reperiiri posset. Hæc itaque, vbi fama crudelissima in aures Christianorum inauditæ famis grauitate laborantium, pertulit, iam illis diuersæ Turcorum infestations oneri esse cœperunt, multorumque animi in diuersa fluxerunt, qualiter ab hac obsidione & ab imminentibus periculis evadere possent. Sic donique plurimi, quocunque conamine vel occasione exitum querentes, ab exercitu se nocte subtraxerunt. Talis xxxvii. formido, viuendique desperatio, dum abundantius inualeceret, atque cogitationes in corda multorum ascenderent præ pondere cotidianæ tribulationis, quidam principales viri de exercitu, *Wilhelmus Carpenterius*, *Wilhelmus* alter, 40 quondam familiaris & domesticus Imperatoris Constantinopolitani, qui & sororem Boemundi, Principis Siciliæ, vxorem duxerat, adeò magnis concusssi sunt terroribus, ut in silentio noctis concordi consilio claram subtracti à sociis, versus montana conuenirent, & à moenibus & muro in funium depositione laxarentur. Laxaverò per deuia montium, propter Turcorum insidias, iter sine requie habuerunt, quoisque in *Alexandriam* minorem profecti sunt, vbi *Stephanus Blesensis*, ab obsidione *Antiochiae* sequestratus causa infirmitatis, morabatur, euentum rei & finem sociorum illic auditurus. In eodem siquidem loco idem Stephanus, intelligens ab iisdem viris, pericula confratrum de die in diem magis acreuisse: nempe famis intolerantiam, Turcorum iactantiam & assultus, virorum & equorum

cladem: diffusus est vitæ, minimè se tutum credens in hoc loco, nec siccum iter insistere ausus, nauigio redditum suum ac diffugium cum prædictis Principibus patrat. Ventilato deinde rumore per Antiochiam, tam egregios proceres ab hib exisse propter timorem infestantium Turcorum, plurimi pariter fugam meditabantur; & robustorum pectora metu deficiebant, nec sic prompti erant in defensione, ut solebant; præsidiumque nouum, quod in medio vrbis aduersus arcem, quæ est in montanis, firmauerant, lentius defendebant, desperati & fugæ intendententes.

XXXVIII. Adhæc quidam frater fidelissimus, genere *Longobardus*, vita & ordine *Clericus*, iuxta præfatum nouum præsidium consistens, desolatis *CHRISTI* militibus omnibus, qui illic aderant, clericis, laicis, nobilibus & ignobilibus, magnum exhibuit solarium, quo dubia corda conditorum, metuque fluxa, releuauit, dicens: *Fratres uniuersi, qui laboratis fame & pestilentia, qui Turcorum & Gentilium turbis vallati, mortem temporalem speratis incurrire: non hunc gratis sufferre vos credatis laborem; sed audite & pensate præmium, quod Dominus IESVS omnibus his redditurus est, qui eius amore & gratia hac in via morituri sunt.* In initio enim huius vie quidam Sacerdos vir boni testimonii, & eximie conuersationis, in Italie partibus manens, mihi à pueritia notus, quadam die more solito Missam celebraturus, ad diæcesin sebi commissam solus carpebat iter trans spaciū cuiusdam agelli: cui in affabilitatis obsequium quidam Peregrinus affuit, de via huius instantia requiriens, quid super hac audierit; aut quid primū sibi de hoc videatur, quod tot regna, tot Principes, & uniuersum genus Christianorum sub una intentione & desiderio ad Sepulcrum Domini nostri IESU CHRISTI, ad sanctam confluxerint cinitatem Ierusalem. Qui respondit: Diversi diversa super hac sentiunt via. Atii dicunt, à DEO & Domino nostro IESU CHRISTO hanc in omnibus Peregrinis suscitatam fuisse voluntatem: alii pro leuitate animi hanc Francigenas primores plurimumque vulgus insistere; & ob hoc in regno Vngarie & aliis regnis tot Peregrinis occurrisse impedimenta; nec ideo intentionem illorum ad effectum posse pertingere, putant. Vnde meus adhuc hasitat animus, alioqui dum huius viae desiderio tactus & totus in ipsa intentione occupatus. Cui protinus prædictus Peregrinus ait: Non leuitate aut gratis huius via credatis fuisse exordium; sed à DEO, cui nihil impossibile est, dispositum: & procul dubio inter martyres CHRISTI in aula cœli noueris esse computatos, ascriptos & feliciter coronatos, quicunque in hac via morte preoccupati fuerint; qui in nomine IESU exiles facti, puro & integro corde in dilectione DEI persecutari, & sine avaritia, furto, adulterio, fornicatione se continuuerint. Presbyter vero admirans in verbis & pronostione Peregrini, quis tuerit, aut de qua ortus regione, perquirit; vel unde hoc certum didicerit, quod gloria cœlesti cum beatis sint coronandi, qui in hac expeditione vita decellerint. Protinus sciscitanti sacerdoti, totius rei veritatem in hunc modum detexuit, dicens: *Ego sum Ambrosius, Mediolanensem Episcopus, seruus CHRISTI. Et hoc tibi sit signum. & uniuersis populis Catholicis, viam hanc insistentibus, quia non fallo de omnibus, qua de ore meo audisti: Ab hodierno tribus annis euolutis, scias Christianos, qui super fuerint, post multos labores ciuitatem sanctam Ierusalem, & victoriam de cunctis nationibus Barbaris feliciter obtinere.* His dictis sine mora euanuit, nec ultra post hæc vultus est. Hæc te vidisse & audisse à sancto DEI Episcopo idem egregius presbyter cum veritate summa assertuit: & nunc, ex quo visio & promissio illa facta est, duo completi sunt anni; tertium adhuc restare, omnibus certum est. Posthæc, sicut prædictit *B. Ambrosius*, Episcopus Mediolanensis, in tertio anno CHRISTI milites Peregrini & eorum Principes obtinuerunt Ierusalem; & mundauerunt

XXXIX. illic sancta, Sarracenis fugatis & attritis. Audita hac visione & promissione ex veraci fratris relatione, uniuersi timore amittendæ præsentis vitæ hæsitantes, ac fugitiuorum Principum amissione turbati, spe & desiderio vitæ cœlestis accensi, animo fiunt stabiles; nec ultra aliquo metu mortis à confratribus & vrbe se recedere fatentur, sed cum eis viuere & mori, & omnia pro CHRISTO sufferre. *Codfridus* Dux pariter & *Robertus* Flandrensis ferè uniuersos Principes, tanta formidine concusso, ut iam fugam conspirassent, humili vulgo nesciente, miro reuocauerunt solamine, & constantes ad omne reddiderunt periculum, in hunc modum loquentes: *Cur desperatis, de DEI auxilio diffidentes in tot aduersis, que superueniunt, & confratres, hamile & pedestre scilicet vulgus, fide vestra deficiente, deserere, aut fugam inire dispositi? State, & virili animo vobis adversantia pro CHRISTI nomine sufferre, fratresque vestros nequaquam in tribulatione deferatis; nec DEI iram incurruatis, cuius grazia & misericordia non deficit in seconfidentibus.* Hæc dum cum lachrymis magnisque 450 50 550 600 650 700 750 800 850 900 950 1000 1050 1100 1150 1200 1250 1300 1350 1400 1450 1500 1550 1600 1650 1700 1750 1800 1850 1900 1950 2000 2050 2100 2150 2200 2250 2300 2350 2400 2450 2500 2550 2600 2650 2700 2750 2800 2850 2900 2950 3000 3050 3100 3150 3200 3250 3300 3350 3400 3450 3500 3550 3600 3650 3700 3750 3800 3850 3900 3950 4000 4050 4100 4150 4200 4250 4300 4350 4400 4450 4500 4550 4600 4650 4700 4750 4800 4850 4900 4950 5000 5050 5100 5150 5200 5250 5300 5350 5400 5450 5500 5550 5600 5650 5700 5750 5800 5850 5900 5950 6000 6050 6100 6150 6200 6250 6300 6350 6400 6450 6500 6550 6600 6650 6700 6750 6800 6850 6900 6950 7000 7050 7100 7150 7200 7250 7300 7350 7400 7450 7500 7550 7600 7650 7700 7750 7800 7850 7900 7950 8000 8050 8100 8150 8200 8250 8300 8350 8400 8450 8500 8550 8600 8650 8700 8750 8800 8850 8900 8950 9000 9050 9100 9150 9200 9250 9300 9350 9400 9450 9500 9550 9600 9650 9700 9750 9800 9850 9900 9950 10000 10050 10100 10150 10200 10250 10300 10350 10400 10450 10500 10550 10600 10650 10700 10750 10800 10850 10900 10950 11000 11050 11100 11150 11200 11250 11300 11350 11400 11450 11500 11550 11600 11650 11700 11750 11800 11850 11900 11950 12000 12050 12100 12150 12200 12250 12300 12350 12400 12450 12500 12550 12600 12650 12700 12750 12800 12850 12900 12950 13000 13050 13100 13150 13200 13250 13300 13350 13400 13450 13500 13550 13600 13650 13700 13750 13800 13850 13900 13950 14000 14050 14100 14150 14200 14250 14300 14350 14400 14450 14500 14550 14600 14650 14700 14750 14800 14850 14900 14950 15000 15050 15100 15150 15200 15250 15300 15350 15400 15450 15500 15550 15600 15650 15700 15750 15800 15850 15900 15950 16000 16050 16100 16150 16200 16250 16300 16350 16400 16450 16500 16550 16600 16650 16700 16750 16800 16850 16900 16950 17000 17050 17100 17150 17200 17250 17300 17350 17400 17450 17500 17550 17600 17650 17700 17750 17800 17850 17900 17950 18000 18050 18100 18150 18200 18250 18300 18350 18400 18450 18500 18550 18600 18650 18700 18750 18800 18850 18900 18950 19000 19050 19100 19150 19200 19250 19300 19350 19400 19450 19500 19550 19600 19650 19700 19750 19800 19850 19900 19950 20000 20050 20100 20150 20200 20250 20300 20350 20400 20450 20500 20550 20600 20650 20700 20750 20800 20850 20900 20950 21000 21050 21100 21150 21200 21250 21300 21350 21400 21450 21500 21550 21600 21650 21700 21750 21800 21850 21900 21950 22000 22050 22100 22150 22200 22250 22300 22350 22400 22450 22500 22550 22600 22650 22700 22750 22800 22850 22900 22950 23000 23050 23100 23150 23200 23250 23300 23350 23400 23450 23500 23550 23600 23650 23700 23750 23800 23850 23900 23950 24000 24050 24100 24150 24200 24250 24300 24350 24400 24450 24500 24550 24600 24650 24700 24750 24800 24850 24900 24950 25000 25050 25100 25150 25200 25250 25300 25350 25400 25450 25500 25550 25600 25650 25700 25750 25800 25850 25900 25950 26000 26050 26100 26150 26200 26250 26300 26350 26400 26450 26500 26550 26600 26650 26700 26750 26800 26850 26900 26950 27000 27050 27100 27150 27200 27250 27300 27350 27400 27450 27500 27550 27600 27650 27700 27750 27800 27850 27900 27950 28000 28050 28100 28150 28200 28250 28300 28350 28400 28450 28500 28550 28600 28650 28700 28750 28800 28850 28900 28950 29000 29050 29100 29150 29200 29250 29300 29350 29400 29450 29500 29550 29600 29650 29700 29750 29800 29850 29900 29950 30000 30050 30100 30150 30200 30250 30300 30350 30400 30450 30500 30550 30600 30650 30700 30750 30800 30850 30900 30950 31000 31050 31100 31150 31200 31250 31300 31350 31400 31450 31500 31550 31600 31650 31700 31750 31800 31850 31900 31950 32000 32050 32100 32150 32200 32250 32300 32350 32400 32450 32500 32550 32600 32650 32700 32750 32800 32850 32900 32950 33000 33050 33100 33150 33200 33250 33300 33350 33400 33450 33500 33550 33600 33650 33700 33750 33800 33850 33900 33950 34000 34050 34100 34150 34200 34250 34300 34350 34400 34450 34500 34550 34600 34650 34700 34750 34800 34850 34900 34950 35000 35050 35100 35150 35200 35250 35300 35350 35400 35450 35500 35550 35600 35650 35700 35750 35800 35850 35900 35950 36000 36050 36100 36150 36200 36250 36300 36350 36400 36450 36500 36550 36600 36650 36700 36750 36800 36850 36900 36950 37000 37050 37100 37150 37200 37250 37300 37350 37400 37450 37500 37550 37600 37650 37700 37750 37800 37850 37900 37950 38000 38050 38100 38150 38200 38250 38300 38350 38400 38450 38500 38550 38600 38650 38700 38750 38800 38850 38900 38950 39000 39050 39100 39150 39200 39250 39300 39350 39400 39450 39500 39550 39600 39650 39700 39750 39800 39850 39900 39950 40000 40050 40100 40150 40200 40250 40300 40350 40400 40450 40500 40550 40600 40650 40700 40750 40800 40850 40900 40950 41000 41050 41100 41150 41200 41250 41300 41350 41400 41450 41500 41550 41600 41650 41700 41750 41800 41850 41900 41950 42000 42050 42100 42150 42200 42250 42300 42350 42400 42450 42500 42550 42600 42650 42700 42750 42800 42850 42900 42950 43000 43050 43100 43150 43200 43250 43300 43350 43400 43450 43500 43550 43600 43650 43700 43750 43800 43850 43900 43950 44000 44050 44100 44150 44200 44250 44300 44350 44400 44450 44500 44550 44600 44650 44700 44750 44800 44850 44900 44950 45000 45050 45100 45150 45200 45250 45300 45350 45400 45450 45500 45550 45600 45650 45700 45750 45800 45850 45900 45950 46000 46050 46100 46150 46200 46250 46300 46350 46400 46450 46500 46550 46600 46650 46700 46750 46800 46850 46900 46950 47000 47050 47100 47150 47200 47250 47300 47350 47400 47450 47500 47550 47600 47650 47700 47750 47800 47850 47900 47950 48000 48050 48100 48150 48200 48250 48300 48350 48400 48450 48500 48550 48600 48650 48700 48750 48800 48850 48900 48950 49000 49050 49100 49150 49200 49250 49300 49350 49400 49450 49500 49550 49600 49650 49700 49750 49800 49850 49900 49950 50000 50050 50100 50150 50200 50250 50300 50350 50400 50450 50500 50550 50600 50650 50700 50750 50800 50850 50900 50950 51000 51050 51100 51150 51200 51250 51300 51350 51400 51450 51500 51550 51600 51650 51700 51750 51800 51850 51900 51950 52000 52050 52100 52150 52200 52250 52300 52350 52400 52450 52500 52550 52600 52650 52700 52750 52800 52850 52900 52950 53000 53050 53100 53150 53200 53250 53300 53350 53400 53450 53500 53550 53600 53650 53700 53750 53800 53850 53900 53950 54000 54050 54100 54150 54200 54250 54300 54350 54400 54450 54500 54550 54600 54650 54700 54750 54800 54850 54900 54950 55000 55050 55100 55150 55200 55250 55300 55350 55400 55450 55500 55550 55600 55650 55700 55750 55800 55850 55900 55950 56000 56050 56100 56150 56200 56250 56300 56350 56400 56450 56500 56550 56600 56650 56700 56750 56800 56850 56900 56950 57000 57050 57100 57150 57200 57250 57300 57350 57400 57450 57500 57550 57600 57650 57700 57750 57800 57850 57900 57950 58000 58050 58100 58150 58200 58250 58300 58350 58400 58450 58500 58550 58600 58650 58700 58750 58800 58850 58900 58950 59000 59050 59100 59150 59200 59250 59300 59350 59400 59450 59500 59550 59600 59650 59700 59750 59800 59850 59900 59950 60000 60050 60100 60150 60200 60250 60300 60350 60400 60450 60500 60550 60600 60650 60700 60750 60800 60850 60900 60950 61000 61050 61100 61150 61200 61250 61300 61350 61400 61450 61500 61550 61600 61650 61700 61750 61800 61850 61900 61950 62000 62050 62100 62150 62200 62250 62300 62350 62400 62450 62500 62550 62600 62650 62700 62750 62800 62850 62900 62950 63000 63050 63100 63150 63200 63250 63300 63350 63400 63450 63500 63550 63600 63650 63700 63750 63800 63850 63900 63950 64000 64050 64100 64150 64200 64250 64300 64350 64400 64450 64500 64550 64600 64650 64700 64750 64800 64850 64900 64950 65000 65050 65100 65150 65200 65250 65300 65350 65400 65450 65500 65550 65600 65650 65700 65750 65800 65850 65900 65950 66000 66050 66100 66150 66200 66250 66300 66350 66400 66450 66500 66550 66600 66650 66700 66750 66800 66850 66900 66950 67000 67050 67100 67150 67200 67250 67300 67350 67400 67450 67500 67550 67600 67650 67700 67750 67800 67850 67900 67950 68000 68050 68100 68150 68200 68250 68300 68350 68400 68450 68500 68550 68600 68650 68700 68750 68800 68850 68900 68950 69000 69050 69100 69150 69200 69250 69300 69350 69400 69450 69500 69550 69600 69650 69700 69750 69800 69850 69900 69950 70000 70050 70100 70150 70200 70250 70300 70350 70400 70450 70500 70550 70600 70650 70700 70750 70800 70850 70900 70950 71000 71050 71100 71150 71200 71250 71300 71350 71400 71450 71500 71550 71600 71650 71700 71750 71800 71850 71900 71950 72000 72050 72100 72150 72200 72250 72300 72350 72400 72450 72500 72550 72600 72650 72700 72750 72800 72850 72900 72950 73000 73050 73100 73150 73200 73250 73300 73350 73400 73450 73500 73550 73600 73650 73700 73750 73800 73850 73900 73950 74000 74050 74100 74150 74200 74250 74300 74350 74400 74450 74500 74550 74600 74650 74700 74750 74800 74850 74900 74950 75000 75050 75100 75150 75200 75250 75300 75350 75400 75450 75500 75550 75600 75650 75700 75750 75800 75850 75900 75950 76000 76050 76100 76150 76200 76250 76300 76350 76400 76450 76500 76550 76600 76650 76700 76750 76800 76850 76900 76950 77000 77050 77100 77150 77200 77250 77300 77350 77400 77450 77500 77550 77600 77650 77700 77750 77800 77850 77900 77950 78000 78050 78100 78150 78200 78250 78300 78350 78400 78450 78500 78550 78600 78650 78700 78750 78800 78850 78900 78950 79000 79050 79100 79150 79200 79250 79300 79350 79400 7945

& deinceps stabiles cum eis in omni angustia permiserunt, nullam abhinc fugam
meditantes. *Willehelmus* & itidem *Willehelmus, Stephanus* & eorum consocii formi-
dolosi & profugi, aptant naues, remos & vela, alto mari inferuntur, *Constantinopolin*
remeare disponentes, relictis fratribus in obsidione, quos nunquam à manibus *Cor-
bahan* liberari posse existimabant. Aliquanto autem tempore cum nauigassent, x L.
in quibusdam insulis de regno Græcorum pernoctantes, vel propter motum mar-
ris commorantes, intellexerunt Christianum Imperatorem Græcorum ad urbem *Fint-
minis* peruenisse, in comitatu magno & apparatu copioso, ad succurrentem Pere-
grinis, sicut fide promiserat, quando sacramento & foedere percusso iuncti sunt illi
in amicitiam. Is *Turcopolos, Pincenarios, Comanitas, Bulgares*, arcu doctos & sagitta; *D-
nusq[ue] b[ea]tus in i[n]nata natura dimicare peritis; Gallos exules, exercitum simul
conductitum, populum diuersi generis à desertis locis & montanis & à maritimis
insulis, ab omni scilicet regno suo spatioissimo, ad quadraginta millia contraxit.
Hunc prædicti Principes in hac fortitudine armatorum virorum, equorum, atque
in copiis cibariorum, tentoriorum, mulorum ac camelorum inuenierunt; & cum
eo nouum exercitū Gallorum, circiter quadraginta millia, per longam hyemem
congregatum; *Tatinum* quoq[ue] truncatæ naris, qui similiter timore attonitus, in falsa
fide à sociis receperat ad ipsum Imperatorem, propter promissum auxilium lega-
tionem latus, quam minimè fideliter peregit, non ultra Antiochiam reuerlun-
to *Imperator* ingressos ad se Principes recognoscens, miratur valde, quomodo à sociis
diuisi habeantur; ac percontatur de statu fidelium CH R I S T I commilitonum, de
salute Duci *Godefridi, Reymundi* Comitis & Episcopi *Podiensis*, utrum in prospero
vel aduerso eorum res sita sit. Respondent, eos minime in prosperitate & salute es-
se; sed sic obsecros à Corbahan, Principe Corrozan, & à nationibus Gentiliis,
ut ne unus quidem patescat aditus vel exitus à tam spatiova urbe, & quod nunquam
manus illorum, nisi furtim aliqui, possint euadere. Deferebant autem quanta fa-
me arctarentur; quomodo mercatores & naues odio illorum Turci attriuissent.
Nullum verò ex omnibus viuere posse fatebantur à facie tantæ multitudinis, se-
ipso vix in astutia sua liberatos; suggerentes Imperatori ut rediret, nec fructu
30 suum exercitum vexaret ad tantas hostium copias. Imperator his Chri- x L.
stianorum auditis periculis, & Gentiliis copiis compertis, cum primatibus suis
habito consilio, tremens ac stupefactus, protinus totum redire præcepit exercitū.
Quin terram Romaniz, quondam iniuste à Solymano sibi ablatam, sed nunc Pere-
grinorum viribus restitutam, incendio & præda vastauit, vrbes & præsidia vniuer-
sa subuertit, ne forte à Solymano recuperata illi seruitio prodeffent. Tantus ergo ru-
mor Imperatoris regressi, & sui exercitus dilpersi, mœnia *Antiochia* transuolans,
Peregrinorum corda magno dolore infixit, & multum audacie ab eorum excussit
animis. Ideo sèpius Principes exercitus CH R I S T I consilium conferebant, quate-
nus si aliqua arte valerent, clàm ab urbe recedentes, humile vulgus illic in périci lo-
40 relinquerent. Quod Dux *Godefridus, Robertus* Flandrensis & Episcopus *Podiensis* in-
telligentes, iterum eos confortare cœperunt, sic ad vniuersos loquentes: *Nontur-
bemini, neque formidet cor vestrum in hac Imperatori vulgata reuersione.* Potens est DEVS
de manu inimicorum nos liberare, tantum stabiles esto in amore CHRISTI; & nunquam
fraudem hanc in fratres vestros faciat, ut fugam, clàm ab eis subtracti, ineat. Procul dubio e-
nim si fugam interitis præ timore inimicorum Corbahan & omnis multitudo illius vos persequen-
tur; & nequaquam manus illorum effugietis, cum primum fama vestra fugae ad aves cornuti per-
uenerit. Stenus igitur, & in proposito vita nostra in nomine Domini moriamur. Ad hæc verba
vniuersi stabiles facti sunt, & cum fratribus mori & viuere statuerunt Corba x L.
han & omnes legiones Gentiliis, auditio Imperatoris recessu, amplius assultu in-
ualescabant; & in globis suis è castris procedentes, insidiabantur, si quis ab urbe
procederet, quem solito more detruncare possent. Quadam igitur die quosdam
Turcos, sub eadem intentione in globo quadraginta militum ab hospitio taberna-
culorum egressos, Christiani à mœniis urbis speculantur. Quibus, licet tri-
ties & exterriti de aduersis sibi rebus, protinus trans vada Ferne aliqui armati oc-
currerunt: sed exemplò ab ipsis Turcis repressi, trans vadum fugientes, alio stete-
runt in littore, videntes se fanælicorum equorum cursibus non posse contendere.
Tandem post plurimam sagittarum grandinem, Turcos procul ab amone remean-
tes, quidam robusti pectoris miles adhuc sui equi fidens virtute, & sociorum vi-
res post tergum sequi existimans, immoderato cursu persequitur. Sed nemine
50*

sociorum ad auxilium sequi præsumente, duo atrocissimi equites ex globo in faciem Peregrini equo laxis frenis reiiciunt, & in fugam redditum veloci equorum vrgent leuitate, remensis eadem via ad socios noualibus: cui in impetu & offenſione pedis equus humi totus corruit, & sic ferè in extremo vitæ suæ constitutus est: lapso itaque & auxilio penitus deſtituto, cùm iam propè ad feriendum affuſſent carnifex, ſic equi eorum immobiles perſtiterunt, calcaria obliti, ac ſi in fronte percufſi, retrò ire compellerentur, donec Peregrinus miles equum in pedibus reſurgentem ascenderet; & Deo ac Domino Iesu Christo donante, fugam ad sociorum stationem iteraret. Vniuersi in littore & mœnibus ad ſpectacula ſtanties præ gaudio lachrymati ſunt, ſic incolumi fratre recepto, in cuius li-¹⁰
xliii. beratione manifestè digitum Dei affuſſe experti ſunt. In hac itaque famis afflictione, quā audiſtis, & timore obsidionis, & ſollicitudine inſidiarum affluuumq;, quos à foris Turci adhuc affiduè inferebant, populoq; Dei humiliato ac desperato, Clericus quidam de terra Prouinciae per visionem ſibi Lanceam reuelatam aſſeruit, qua Dominus noster Iesu Christus in latere perforatus eſt. Hic enim clericus Epifcopo Podiensi, domino Reymero, & Reymundo comiti locum, quo prelioſum theſaurum Lancea reperirent, retulit: videlicet in Ecclesia B. Petri Apoſtolorum principis: visionem ſuam ſub omni veritate, qua potuit, attestatus. Qui verbis illius credentes, ad locum quem clericus aſſerebat, communi decreto ve-²⁰nerunt. In quo fodientes, Lanceam, ſicut à clericō didicerant, inuenierunt; inuen- tam autem in præſentiam omnium Christianorum Principum in ipſo oratorio protulerunt, plurimum hanc diuulgantes, & oſtro prelioſo inuoluentes. In huius denique inuentione ſpes & lætitia magna facta eſt in populo Christianorum, qui non modica celebritate & oblatione innumerabilis auri & argenti hanc venerati ſunt.
xlii. Transactis deinde aliquot diebus, omnis primatus & Duces Christiani exercitus adhuc hæſtantes, & vitæ diffidentes in tot aduersitatibus, & famis pestilentiā, bellumq; cum tot nationibus committere metuentes, eò quod viribus hominum & equorum valetudine exhausti eſſent, consilio inito, decreuerunt legationem mittere Corbahan magistro & Principi exercitus & obsidionis. Sed neminem inuenierunt, qui tam ferocissimo & ſuperbo loqui auderet, quoque Petrus, qui principium huius viæ extitit, ſe iturum indubitanter obtulit, & homini magnifica nuncia diſteturum. Sinemora iniuncta ſibi legatione à Duce Godefrido, Boemundo & aliis Principibus, Petrus prædictus ſtatura puſillus, ſed meritis magnus, ad tentorium Corbahan, in medio Gentilium iter præsumens, Deo protegente ſolus peruenit. Cui per interpretes nuncia Christianorum in hunc modum retulit: Corbahan, Princeps clarissime & glorioſiſime in tuo regno, nuncius ſum Godefridi Duci, Boemundi & Principum totius Christianæ multitudinis: decreta & conſilium eorum, quod porto, ne dedituris accipere. Ductores Christiani exercitus decreuerunt, ſi CHRISTO Domino, qui verus eſt DEVS, & DEI Filius, credere conſerteris, & Gentilium ſpuriitiis abrenunciaueris, tui fieri milites: & Antiochiam ciuitatem in manu tua reſtituenteris, tibi ſicut Domino & Princi-⁴⁰ perire paratiſunt. Quod audire, ne dum facere contemnit. Petrum vero eremitaſ facilegos ritus ſuos & ſectam Gentilium edocet, afferens ſe nunquam ab hac rece-
xlii. dere. Petrus audito Corbahan, nempè quod in deriſum nomen & admonitionem Christianæ fidei acciperet, alia ei aperuit nuncia: Viſum eſt, inquit, adhuc Christianis Principibus, quandoquidem tam egregios homines tibi ſubdi recuſas, & Christianus fieri renun- cias, ut viginti tirones de tua eligas multitudine, quod etiam Christiani facient; & datis utring obſidibus, & facto iuramento utring tu in DEO tuo, ipſi in DEO ſuo, ſingulari certamine in me- dio configant. Et ſi Christianis victoria non contigerit, ipſi in terram ſuam pacificè & ſine danno redeant, Antiochiam tibi reddentes; ſi vero tui triumphare nequiuuerint, pacificè tu tuiq; ab obſi- dione repedetis, urbem & terram nobis relinquentes: & non patiaris tantum exercitum perire ⁵⁰ mutuo configentem. Si autem hoc à Christianis decretum contemferis, certus ſis, quia crastina luce vniuersi tecum pralia conſeruent. Corbahan his auditis, Petro in ſuperbia magna reſpo- dit: Vnum, Petre, te ſcire volo, quod Christiani eligant, ſcilicet ut omnis imberbis iuuentus ad nos tranſcant, mihi & Domino meo, Regi Corozan, feruientes, quos magnis beneficiis & munerialibus diſtabimus: puella adhuc intacta ſimiliter ad nos accessum habeant & viuendi licentiam: barbati vero, & aliquam canicem habentes cum mulieribus nupis decollati ſunt: Alioqui nulli parcam atati, ſed omnes delebo in ore gladii; quos autem voluero, in catenis & vinculis ferreis abducā. Hoc diē ostendit ei omnis genetis catenarū & vinculorum copiam innumerabilem &
xlii. inauditā. Petrus ad hæc à Corbahan accepta licentia redeundi, vibem Antiochiā introi-

Intrauit, renunciatutus iactantiam, quam audiuerat à Corbahan. Et ecce vniuersi Principes in circuitu Petri congregabantur cum cæteris Christianis militibus, quid Corbahan responderit, auscultare desideratæs, & scire, verum bellū attulerit, aut aliquod fœdus pacis constituendæ. *Petrus* circumfusus fidelium turbis, *Corbahan* bellum desiderare indicat, nihilque nisi in superbia magna & fiducia multitudinis sua locutum fuisse afferit; & cætera minarum, quæ audierat, referit & incipit. Sed eum procedere vltius dux *Godefridus* non patitur; sed seorsum ductum monuit, ne quicquam de omnibus, quæ audierat, vlli indicet, ne populus, præ timore & angustia deficiens, à bello subtraheretur. Iam trium hebdomadarum & totidem dierum processerat tempus, quo populus Christianus obseßus coepit angustari penuriâ necessariorum & defæctione panis. Vnde non vltrà sufferre hæc valentes, in vicem consultum vadunt magni & parui, dicentes utilius esse mori in bello, quam fame tam crudeli perire, & de die in diem populum attenuari & mori. Ad hanc vocem conquerentis populi indicitur bellum crastina die futurum: **XLVII.** omnibusque iubetur, vt in orationibus pernoctent; & delictorum suorum confessionibus purgati, Dominici corporis & sanguinis sacramento muniantur; sicque in primo die diluculo armis accingantur. Manè autem facto, omnes in armis, loricis & galeis, Christiani milites convenierunt quarta Kal. Iulii, & acies ordinant adhuc intra urbem commorantes. *Hugonem Magnum*, fratrem Regis Franciæ, præfecerunt primæ aciei ductorem, & signiferum constituerunt equitum & peditum. *Robertus Comes Flandriæ*, & *Robertus princeps Normannorum*, duabus præficiuntur aciebus; & sic iuncti hi duo propinqui in uno latere constituuntur. *Episcopus* verò *Podiensis* suam per se aciem versus montana dirigebat, erecta in mediis illius circa Laucea, quam repererant, & in manibus cuiusdam Clericis constituta. *Petrus de Stadeneis*, *Reinardus de Tul*, frater eius *Wernerus de Greis*, *Henricus de Alcha*, *Reinardus de Heinebach*, *Walterus de Dromedart*, suum cuneum regere disponuntur versus hæc montana & viam, quæ dicit ad portum maris Simeonis prædicti quondam eremitæ. *Comes Reiboldus de Oringis*, *Lodewicus de Monzons*, *Lambertus filius Cunonis* de monte acuto, vnius aciei ordinis præfese destinantur. Dux *Godefridus* cum *Teutonicis*, *Alemanis*, *Bavaris*, *Saxonibus*, *Lotharingis*, ex duobus millibus equitum & peditum suam aciem compoſuit, quorum manus & gladius solet esse squamissimus in cervicibus inimicorum. *Tankradus*, solus suam aciem ex equitibus & peditibus constituit. *Hugo de S. Paulo*, & filius eius *Engelradus*, *Thomas de Feria castro*, *Baldewinus de Burg*, *Robertus filius Gethardi*, *Reymundus de Peleiz*, *Reinoldus Beluacensis*, *Walo de Calmont*, *Euerhardus de Poitiat*, *Drogo de Monzei*, *Rudolfus filius Godefridi*, *Conans Britanus*, *Rudolfus similiter Britanus*, hi omnes duas acies regere eliguntur. *Gastus de Berdeiz*, *Gerhardus de Rosson ciuitate*, *Willehelmus de Montpelir*, acie talcum una contenti sunt. *Reymundus de Sicilia* in extrema acie, quæ erat densissima, equitibus & peditibus ductor attitulatur, vt cæteras acies tueretur, & forte auxilio indigentibus subueniret.

Sic omnibus istis ordinatis & dispositis, comitem *Reymundum*, aliquantulum **XLVIII.** infirmitate laborentem, ad tuendam urbem propter Turcos, qui erant in eminentiore arce cum *Sansadonia*, filio Darsiani, reliquerunt cum plurima virtute Christianorum. Hoc ex parte, omnes unanimiter, sicut ordinati erant, & Principes singuli cum suis aciebus aperta porta, quâ porrigitur trans *Fernam* pons lapideus, aduersus Barbarorum legiones procedere decreverunt, in vexillis mille variis & decoris, in loricis & galeis. *Corbahan* similiter & *Solymanus* in dextro & sinistro cornu, in fronte & à tergo, multiplices statuunt acies, arcus osseos & corneos in manibus ad pugnandum tenentes. Celerique pede è castris procedentes, Christianis ob aiā inuehuntur, vt primi grandine sagittarum certamen ineant, buccina, tubis & cornibus intolerabili clamore intonantes. Prouiderant enim sibi nō solū ex legatione Petri, qui bellum in crastino eis prædixerat affuturum; sed cotidie suspecti & solicii erant, ne Christiani ex improviso bellum cum eis committerent. Vnde ad arcem *Sansadoniam* nuncios assidue dirigebant, quatenus si quando persentiret Christianos armari, authortari ad pugnam, eis nunciaret: eo quod ab arce, in supercilio montis sita, spectaculum rerum vniuersarum vndique in urbe habuerit: quò & ipsi parati & cuneati occurtere possent, & minus prouisus Galli nocerent. *Sansadonia* nuncia mittere negat, sed pannum latissimum nigerrimi & horrendi coloris, in summitate hastari præfixum, in culmine sua ar-

sociorum ad auxilium sequi præsumente, duo atrocissimi equites ex globo in faciem Peregrini equo laxis frenis reiiciunt, & in fugam redditum veloci equorum vrgent levitate, remensis eadem via ad socios noualibus: cui in impetu & offen-
fione pedis equus humi totus corruit, & sic ferè in extremo vitæ suæ constitutus est: lapso itaque & auxilio penitus destituto, cùm iam propè ad feriendum affu-
sent carnifex, sic equi eorum immobiles perstiterunt, calcaria oblii, ac si in fron-
te percussi, retrò ire compellerentur, donec Peregrinus miles equum in pedibus
resurgentem ascenderet; & D E O ac Domino I E S V C H R I S T O donante,
fugam ad sociorum stationem iteraret. Vniuersi in littore & mœnibus ad specta-
cula stantes præ gaudio lachrymati sunt, sic incolumi fratre recepto, in cuius li- 10
xliii. beratione manifestè digitum D E I affuisse experti sunt. In hac itaque famis af-
flictione, quā audiatis, & timore obsidionis, & solicitudine insidiarum assultuum q̄, quos à foris Turci adhuc assidue inferebant, populoq; D E I humiliato ac despera-
to, Clericus quidam de terra Prouinciae per visionem ubi Lanceam reuelatam asse-
ruit, qua Dominus noster I E S V S C H R I S T V S in latere perforatus est. Hic enim clc-
ericus Episcopo Podiensi, domino Reymero, & Reymundo comiti locum, quo precio-
sum thesaurum Lanceæ reperirent, retulit: videlicet in Ecclesia B. Petri Apostol-
orum principis: visionem suam sub omni veritate, qua potuit, attestatus. Qui
verbis illius credentes, ad locum quem clericus asserebat, communi decretro ve-
nerunt. In quo fodientes, Lanceam, sicut à clero didicerant, inuenierunt; inuen- 20
tam autem in præsentiam omnium Christianorum Principum in ipso oratorio protulerunt, plurimum hanc diuulgantes, & ostro precioso inuoluentes. In huius denique inuentione spes & lætitia magna facta est in populo Christianorum, qui non modica celebritate & oblatione innumerabilis auri & argenti hanc venerati
sunt. Transactis deinde aliquot diebus, omnis primatus & Duces Christiani exercitus adhuc hæstantes, & vitæ diffidentes in tot aduersitatibus, & famis pesti-
lentia, bellumq; cum tot nationibus committere metuentes, eò quod viribus hominum & equorum valetudine exhausti essent, consilio inito, decreuerunt legationem mittere Corbahan magistro & Principi exercitus & obsidionis. Sed ne-
minem inuenierunt, qui tam ferocissimo & superbo loqui auderet, quo usque Pe- 30
trus, qui principium huius viæ extitit, se iturum indubitanter obtulit, & homini magnifica nuncia dicturum. Sinemora iniuncta sibi legatione à Duce Godefrido, Boemundo & aliis Principibus, Petrus prædictus statura pusillus, sed meritis magnus, ad tentorium Corbahan, in medio Gentilium iter præsumens, D E O protegente solus peruenit. Cui per interpres nuncia Christianorum in hunc modum retulit: Corbahan, Princeps clarissime & gloriofissime in tuo regno, nuncius sum Godefridi Duci, Boe-
mundi & Principum totius Christianæ multitudinis: decreta & consilium eorum, quod porto, ne dedigneris accipere. Ductores Christiani exercitus decreuerunt, si C H R I S T O Domino, qui verus est D E V S, & D E I Filius, credere concesseris, & Gentilium spiritu itis abrenunciaueris, tui fieri milites: & Antiochiam ciuitatem in manu tua restituenter, tibi sicut Domino & Princi- 40
seruire paratis sunt. Quod audire, ne dum facere contemnit. Petrum vero eremitam facilegos ritus suos & sectam Gentilium edocet, asserens se nunquam ab hac rece-
xlv. dere. Petrus audito Corbahan, nempè quod in derisum nomen & admonitionem Christianæ fidei acciperet, alia ei aperuit nuncia: Visum est, inquit, adhuc Christianis Principibus, quandoquidem tam egregios homines tibi subdi recusas, & Christianus fieri renun-
cias, ut viginti tirones de tua eligas multitudine, quod estiam Christiani facient; & datis vtrinq;
obsidibus, & facto iuramento vtrinq; tu in D E O tuo, ipsi in D E O suo, singulari certamine in me-
dio configant. Et si Christianis victoria non contigerit, ipsi in terram suam pacificè & sine damno
redeant, Antiochiam tibi reddentes; si verò tui triumphare nequiuierint, pacificè tu tuiq; ab obsi-
dione repedetis, urbem & terram nobis relinquentes: & non patiaris tantum exercitum perire 50
mutuo configentem. Si autem hoc à Christianis decretum contemiseris, certus sis, quia crastina luce
vniuersi tecum prælia conseruent. Corbahan his auditis, Petro in superbia magna respō-
dit: Vnum, Petre, te scire volo, quod Christiani eligant, scilicet ut omnis imberbis iuuentus ad nos
transcant, mihi & Domino meo, Regi Corozan, seruientes, quos magnis beneficiis & munieribus
ditabimus: puella adhuc intacta similiter ad nos accessum habeant & viuendi licentiam: barbari
vero, & aliquam canicem habentes cum mulieribus nupis decollati sunt: Alioqui nulli parcam
atati, sed omnes delebo in ore gladii; quos autem voluero, in catenis & vinculis ferreis abducā. Hoc
dicto ostendit ei omnis generis catenarū & vinculorum copiam innumerabilem &
xlii. inauditā. Petrus ad hæc à Corbahan accepta licentia redeundi, vibem A ntiochiā
introi-

Introiuit, renunciatus iactantiam, quam audiuerat à Corbahan. Et ecce invi-
versi Principes in circuitu Petri congregabantur cum ceteris Christianis militibus,
quid Corbahan responderit, auscultare desiderates, & scire, utrum bellum attulerit,
aut aliquod foedus pacis constitueret. *Petrus* circumfusus fidelium turbis, *Corba-
han* bellum desiderare indicat, nihilque nisi in superbia magna & fiducia multitu-
dinis suæ locutum fuisse asserit; & cetera minarum, quæ audierat, referit inci-
pit. Sed eum procedere vterius dux *Godefridus* non patitur; sed seorsum ductum
monuit, ne quicquam de omnibus, quæ audierat, vlli indicet, ne populus, præ ti-
more & angustia deficiens, à bello subtraheretur. Iam trium hebdomadarum &
totidem dierum processerat tempus, quo populus Christianus obsecus cœpit an-
gustiari penuriâ necessiorum & defœctione panis. Vnde non ultra sufferte hæc
valentes, inuicem consultum vadunt magni & parui, dicentes utilius esse mori in
bello, quam fame tam crudeli perire, & de die in diem populum attenuari & mori.

Ad hanc vocem conquerentis populi indicitur bellum crastina die futurum: **XLVIII.**
omnibusque iubetur, ut in orationibus pernoctent; & delictorum suorum con-
fessionibus purgati, Dominici corporis & sanguinis sacramento muniantur; sic-
que in primo die diluculo armis accingantur. Manè autem facto, omnes in armis,
loricis & galeis, Christiani milites convenerunt quarta Kal. Iulii, & acies ordi-
nant adhuc intra urbem commorantes. *Hugonem Magnum*, fratrem Regis Franciæ,
præfecerunt primæ aciei ductorem, & sigerum constituerunt equitum & pe-
ditum. *Robertus* Comes Flandriæ, & *Robertus* princeps Normannorum, duabus
præficiuntur aciebus; & sic iuncti hi duo propinqui in uno latere constituuntur.
Episcopus verò *Podiensis* suam per se aciem versus montana dirigebat, erecta in me-
dio illius cœno Laucea, quam repererant, & in manibus cuiusdam Clerici con-
stituta. *Petrus* de Stadeneis, *Reinardus* de Tul, frater eius *Wernerus* de Greis, *Henri-
eus* de Alcha, *Reinardus* de Hemelsbach, *Walterus* de Dromedart, suum cuneum
regere disponuntur versus hæc montana & viam, quæ dicit ad portum maris Si-
meonis prædicti quondam eremitæ. *Comes Reinboldus* de Oringis, *Lodewicus* de
Monzons, *Lambertus* filius Cunonis de monte acuto, vnius aciei ordinis præf-
se destinantur. Dux *Godefridus* cum *Teutonicis*, *Alemanis*, *Bavaris*, *Saxonibus*, *Lo-
tharingis*, ex duobus millibus equitum & peditum suam aciem compotuit, quorum
manus & gladius solet esse sequissimus in ceruicibus inimicorum. *Tankradus*,
solus suam aciem ex equitibus & peditibus constituit. *Hugo* de S. Paulo, & filius
eius *Engelradus*, *Thomæ* de Feria castro, *Baldwinus* de Burg, *Robertus* filius Gerhar-
di, *Reymundus* de Peleiz, *Reinoldus* Beluacensis, *Walo* de Calmont, *Euerhardus* de
Poitac, *Drogo* de Monzei, *Rudolfus* filius Godefridi, *Conans* Britanus. *Rudolfus* simili-
ter Britanus, hi omnes duas acies regere eliguntur. *Gaffus* de Berdeiz, *Gerhardus* de
Rousseon ciuitate, *Willehelmus* de Montpelir, acie talcum una contenti sunt.
Reymundus de Sicilia in extrema acie, quæ erat densissima, equitibus & peditibus du-
ctor attitulatur, ut ceteras acies tueretur, & forte auxilio indigentibus subueniret.

Sic omnibus istis ordinatis & dispositis, comitem *Reymundum*, aliquantulum **XLVIII.**
infirmitate labrantem, ad tuendam urbem propter Turcos, qui erant in emi-
nentiore arce cum *Sansadonia*, filio Darsiani, reliquerunt cum plurima virtute
Christianorum. Hoc expletio, omnes unanimiter, sicut ordinati erant, & Princi-
pes singuli cum suis aciebus aperta porta, quæ porrigitur trans *Fernam* pons lapi-
deus, aduersus Barbarorum legiones procedere decreuerunt, in vexillis mille va-
riis & decoris, in loricis & galeis. *Corbahan* similiter & *Solymanus* in dextro & sini-
stro cornu; in fronte & à tergo, multiplices statuunt acies, arcus osseos & corneos
in manibus ad pugnandum tenentes. Celerique pede è castris procedentes, Chri-
stianis obuiam inuehuntur, vt primi grandine sagittarum certamen ineant, buc-
cina, tubis & cornibus intolerabili clamore intonantes. Prouiderant enim sibi in
solùm ex legatione Petri, qui bellum in crastino eis prædixerat affuturum; sed co-
tidie suspecti & solliciti erant, ne Christiani ex improviso bellum cum eis com-
mitterent. Vnde ad arcem *Sansadonia* nuncios assidue dirigebant, quatenus si
quando persentiret Christianos armari, authortari ad pugnam, eis nunciaret:
eo quod ab arce, in superculo montis sita, spectaculum rerum vniuersarum vndi-
que in urbe habuerit: quò & ipsi parati & cuneati occurtere possent, & minus pro-
uisis Galli nocerent. *Sansadonia* nuncia mittere negat, sed pannum latissimum
nigerrimi & horrendi coloris, in summitate hastarū præfixum, in culmine suæ ar-

cis erigere policetur, deinde horrisona buccina vehemēter perstrepere; & ita Gentiles certos reddere de apparatu belli Christianorum. Hunc itaque pannum fuscum in signum conferendi Martis erigens in montanis, super ipsam prædictam arcem fixit, eadem hora, qua Christianorum apparatus summo diluculo fieri cœperunt, & acies ordinabantur: ut viso hoc signo, etiam Gentiles ad resistendum prouiderent, arma & acies ordinarent. Protinus panni huius signo & fragore buccinæ, horribiliter tonantis, præmoniti, densantur & cuneantur; & Christianis turmis in occursum tendunt, ab equis circiter duo millia descendentes, ad proximam hibendum pontem eiusq; fluuii transitum.

XLIX. Christiani autem Principes in eadem porta ordinati & conglebati, suspicantes ac præcientes Turcos in arcu & sagitta sibi in exitu suo aduersaturos, omnem manum sagittariorum pedestris vulgi præniserunt à porta trans pontem & fluuum *Farfar*. Qui Deo fauente pontem anticipantes, in Turcos sagitta infestos irruerunt, scuto tectis pectoribus ieiunates, & à loco amouentes, quo usque ad stationem equorum ipsorum sagitta Christianorum transvolante, peruentum est. Turci itaque, qui ad pontem ab equis descendentes pede præcurrerant, videntes se non posse obsistere, nec viros Christianos à ponte abigere, sed equos suos posse sagittarum grandine perire, ve*si* si in fugam & ad equos quantocius properantes, ipsos ascenderunt: & sic liberum exitum Christianis, licet inuiti, concederunt. Adhæc *Anselmus de Riburgis pro parte*, qui erat in prima hac acie constitutus cum *Hugone magno*, gaudens prospéro successu & prima victori fidelium, vibrata hasta medio Turcorum inuoluitur; qui hos deiecit, hos perforat, alios resupinat, & ingenti illorum occisione laborat. Hugo siquidem Magnus, videns quod Anselmus sine aliquo timore mortis hostes represserat, sine mora aduolat, simili cæde multans inimicorum cateruas. *Robertus Flandrensis*, *Robertus Nortmanorum comes*, *Baldwinus Hamacorum princeps*, *Eustachius quoque*, audacter & fortiter cum hostilibus cuneis luctabantur, quos non modica strage interemerunt. *Solymanus* verò Dux Turcorum, miles fæuissimus, & *Rossillon* consocius eius, unus ex quatuor capitalibus *Antiochia* sub Darsiano Rege, cum suis cuneis circiter quindécim millibus à cætera multitudine sequestrati, aduersus hæc montana & viam, quæ respicit ad portum *Simeonis*, festinato contendunt: ut si Christiani vici fortè illuc fugam meditarentur ad maritima, eis occursetent, & incautos attererent. Hoc in proposito audiè feruentes, properata via plus solito, super aciem *Reinardi* comitis, *Petri de Stadeneis*, *Walteri de Dromedatt*, *Henrici de Ascha*, *Reinardi de Hemersbach*, militis illustrissimi, *Wernerii de Greis* casu irruerunt; quibus subito ad impedimentum ignem præcerunt ab ollis in faciem terræ, quod eorum transitus erat ad societatem Christianorum. Ignis itaque ut hæsit terræ, arreptis herbis aridis & frondibus siccis venit, statim vires in altitudine & amplitudine acquisiuit; & sic à vento suscitata nebula, fumus concreuit tenebrosus, solummodo oculos fidelium obumbrans, &

L. aspectum impediens. Igitur Turci callide eos post fuminebulam insequentes, errore caliginis dissociatos alios trucidabant, alios sagittis transfigebant: Solummodo equis insidentes velocitate equorum euaserunt, sed non omnino illæsi à sagittis: peditum verò trecenti occisi, & pars in vinculis retenta est. Karieth autem Turcus de ciuitate *Caran*, viso Solymani profero successu in contritione aciei Reinardi, Petri, Wernerii & cæterorum, confidentius iter accelerans, in circuitu vnâ cum Principe *Damascenorum* à montanis iuxta ciuitatem & *Fernam* fluuium descendit, appropinquante simul *Brodoan* de Alapia ciuitate Turcorum, ad coronandam aciem *Boemundi*, quæ erat extrema, peditibus & Francigenis plurimum densata: quam incurrentes, sagittis & virtute suorum irrumpere ac dispergere conati sunt. Oppressi siquidem viribus Turcorum, & fraude astutorum hominum circumuenti, comitatus Boemundi in miserum & anxiū globum, quasi oves inter lupos perituras, cogebantur, nec ultra reniti valebant; sed in proximo erat, ut morituri, vndeque ab infidelibus turmis inuoluerentur. At *Godefridum* Ducem cum *Buldagis*, *Amasa*, *Boesa* & *Baldus* atrociter dimicantem, & in nomine Iesu, Filii Dei vivi, triumphantem, nuncius trans spatiū viæ vnius, vocis percurrit, flebili rogatu pulsat & admonet, ut respiciat & cognoscat, quām in arcto res Boemundi suæque societatis sit sita: quibus, nisi citò subueniret, omnes

LI. in breui à Turcis consumi asserebat. *Godefridus* Dux ex relatione velocis nuncii, Boemundi intellecta inuasione, suæque aciei à Turcis ferè coronata, cle-

et, eleuans oculos, iam intuotur quomodo virtus Boemundi & cohortes illius pondere belli fatigabantur, & vix inimicorum vires sufferebant. Vnde festinus in faciem aduersariorum cum Alemanis, Bavaris, Saxonicis, Lotharingis, Teutonicis, & Romanis, qui in sua erant acie, aduolet in vexillis ostreis variis & decoris, ut vires Gentilium repelleret, & in angustia positis subueniret. Hugo verò Magnus, qui in exitu primæ aciei à ponte, qui ab urbe trans Farfar portigitur, fugatis Turcis & attritis, spatium campi cum Christianorum præmissis sagittariis victor obtinebat, videns quod Ducis Godefridi acies & vexilla reuertebantur viâ quæ ducit ad fluuium Farfar, vñà ipse festinus eodem itinere ad aciem Ducis cum sua legione ad vires & arma augenda, refertur, sciens quia hac parte maior angustia belli inguebat. Moderabantur ambo Principes cursus suorum equitum, secundum quod pedites appropinquare poterant. Quos vbi Turci indubitanter in se tendere viderunt ad subueniendum Christianis consociis, paulatim ab inuasione & assultu cœperunt subtrahi; & dato dorso remensi viam, ad tabernacula sua fugam atripiunt, Duce cum Christianis tironibus atrociter insequeute & cedente.

Tandem superato quodam humili & modico torrente, à montanis defluente, paululum Christianis militibus in valle retardatis, Turci in vertice cuiusdam montis consistentes, ad defensionem frena reiciunt, & sagittis suis Gallos insequentes absterrere nituntur. Ad hoc Peregrini Teutonici, corda intrepida habentes, altis vocibus CHRISTI clementiam inuocata, obstantes Turcos indubitanter incurunt, quos tunc & deinceps sic in fugam continuam mittunt, ut non aliquis eorum stare aut remordere in eodem confliictu præsumeret. Boemundus ergo Princeps magnus, & Adam filius Michaëlis, visa virtute Godefridi resistentis, & populu in alleiantis, & quia cæde cum suis inter hostium agmina fulminabat, cum omnibus acie & fortitudine quam ultimus regebat, abrumpit moeras, & in impetu ac vociferatione per medias Turcorum acies inferunt. Quorum immanissima strage facta, sic campi operiebantur corporibus occisorum, quasi grandine hinc & hinc saeuissime commixtis cuneis. Sed DEO auxiliante, ingrauatum est bellum Gentibus; totumque prælia pondus versum est illis in contrarium. Corban autem superbus, qui ampliores sibi retinuerat vires & copias, & à sinistra Christianorum, stationem occupauerat, nequaquam suis fugitiis & attritis sociis ad opem contendere poterat. Nam illi Podiensis Episcopus cum omni manu Provincialium fortiter in faciem resistebat, eiisque Lanceam Dominicam semper opponebat. Vnde colligendum est, quod DEO & Domino nostro IESU operante, virtus illius, divinitus sibi timore immisso, elanguit, & corda suorum tremuerunt: quia sic immobilis permanebat in obstaculo & visione cœlestis armaturæ, ac si omnis pugnæ immemor cum infinito suo satellite haberetur. Sic DEO volente, in stupore & ecclasi posito quidam affuit, sinistra illi portans nunc, & dicens: Corban princeps illustrissime, quid longius moram prostrabis aduersus hanc Christianorum aciem? an non vis des, quomodo iuus, quem eduxisti, exercitus, vietus & attritus fuga dilapsus es? ecce in castra tua tuorumque Galli diffusi spolia auferunt, & res uniuersas colligunt, & ecce sine mora, ad te peruenturi sunt. Corban hac tristi & dura legatione pulsatus, eleuatis oculis videns acies suas fuga defluxisse, continuò ipse cum omni comitatu suo dorsa vertit in fugam, via qua venerat, ad regnum Corozan & flumen Euphratem insistens. Quem sacer Episcopus cum omni acie sua persecutus est, non longè tamen, præ detectione equorum, & peditum lassitudine. Defecerant enim Christianis equi, quos à Gallia eduxerant, præ diuersis plagis, ut affirmant ex veritate, quia derant. Nam vix ducenti supererant equi bello apti, in die quæ prælium cum tot nationibus Gentilium commiserunt. Plurimi siquidem egregii milites & nobilissimi, quorum latet numerus, equis mortuis & præ famis inopia consumtis, in numero peditum computati, pedites prælia discebant, qui à pueri æuo semper equis assueti & inuesti certamen inire solebant. Ex his vero egregiis viris, qui mulum aut asinum, vel vile iumentum, vel palefridum, tunc acquirere poterat, pro equo vtebatur: inter quos fortissimi & ditissimi sua in terra Principes asino insidentes certamen inierunt: nec mirum. Nam diu deficiente illis proprio sumtu, egentes mendicauerant, & suis armis venditis propter inopiam, armis Turcorum insuetis & incongruis in bello vtebantur. Horum in numero Hartmannus, duces & nobilissimus, vñus de præpotentibus in terra Alemaniæ fuisse, asinoq; insides, vmbonem Turci & gladium tantum in die illo ad pugnā habuisse perhibetur;

nec mirum. Nam rebus omnibus exhaustus, lotica, galea & armis venditis, dia mendicauerat, & eò ferè peruererat, quod nec mendicando viuere poterat. Per uenerat vna *Henricus de Ascha*, miles nobilis & laude militari dignus. Sed Dux *Godefridus* gloriosus, illorum misertis, panem vnum cum portione carnis vel piscis ex suo proprio sumtu Hartmano constituit; Henricum verò, quia miles & homo suus multis sibi seruierat annis & bellorum periculis, coniuam & mensa suæ so-
 LV. cium attitulauit. Super his miseriis & attenuationibus nobilium procerum, mirantur solummodo hi, qui nunquam huic simile audierunt, nec mala viderunt, quæ in tam longo exilio contigerunt tam egregiis viris; sed non mirantur, qui ipsum ducem *Godefridum*, & *Robertum* Principem Flandriæ, ad ultimum egere re- 10 bus & equis, se vidisse testati sunt. Eguit siquidem dux *Godefridus*, qui equum, in quo die magni belli sedit, dono Comitis Reymundi suscepit, multa prece extor- tum. Nam defecerat illi pecunia præ angustia memoratæ famis, & nimia largi- tione eleemosynarum & rerum, quas in mendicis & attenuatis militibus expen- dit. Eguit pariter *Robertus*, dittissimus & potentissimus Princeps pinguis Flandriæ, quem saepius in exercitu mendicasse asserunt, qui affuerunt, & oculis inspicerunt; ipsumque equum quem in die belli ascenderat, mendicando acquisuisse, multo- rum relatione didicimus. His denique equis, labore acquisitis, nunc tam egregii Principes in die belli inuicti aduersus infidelium acies, considerantes *Corbahan* cum omni comitatu suo terga vertisse, veloci cursu post eum frena dirigunt; cae- 20 dendoque & sternendo fuga deficientes & fugientes, in spatio trium milliarium sine intermissione insecuri sunt. *Tankradus*, qui etiam Christianorum aciem diri- gebat, ut fugam persensit aduersariorum, vna cum equestri manu in cæde illorum affuit velociter, quos via sex milliarium fugientes insecurus est. *Corbahan* viso suo- rum diffugic, & exercitus sui dispersione, semper intendebat fugæ, quo usque ad
 LVI. Euphratem, fluuium magnum perueniens, cum suis nauigio elapsus est. His præfatis Christianorum Principibus audiè inimicorum cædi & insecutioni inten- dentibus, societas comitis *Reymundi*, & Episcopi *Reymeri* prædæ inhians, & spo- liis Turcorum, in loco eodem quo victoria data est, parum persequens, permansit; & grandia spolia auri, Byzantiorum, frumenti, vini, vestimentorum & papilionum 30 deprædata est. Alii verò qui pugnæ intenti erant, videntes illos spoliis manus inferre, eadem auaritia corrupti, manus similiter prædæ iniicientes, cum spoliis copiosis & infinitis in laude & lætitia & voce exultationis *Antiochiam* reuersti sunt: & qui antè inopes erant & famelici, nunc omnibus bonis satiati sunt. Coditi- 40 es verò innumerabiles in iisdem castris Gentilium repererunt, in quibus sacrilegi ritus Sarracenorum & Turcorum inscripti erant, & nefanda crimina hario- lorum & aruspicum cum characteribus execrabilibus. Catenarum, vinculorum, laqueorum ex funibus & ferro coriisque taurinis & equinis diuersa genera ibidem in tentoriis reperta sunt ad vinculandos Christianos: quæ omnia Antiochiam al- lata sunt, plurimo numero infinita; cum plurimis rebus & tentoriis, & cum ten- torio ipsius Corbahan, quod in modum ciuitatis turribus & mœnibus diuersi coloris, & preciosi serici ædificatum erat. Habebat idem mirabile tentorium vi- cos à se defluentes, in quibus duo homū in millia spaciose habitasse referuntur. Mulie- res, pueri teneri & adhuc lactantes, quotquot in castris reperti sunt, alii trucidati, a- lii equoru pedibus conculcati, misero & lacero cadauere campos impleuerunt, destituti suorum auxilio Gentilium de bello terga vertentium. Cætera, quæ in hoc bello acta sunt, tam in populo Christiano quam Gentili, quæ etiam in ob- sidione urbis Antiochiae mira & inaudita gesta sunt, nullius stylo, nullius memo- ria æstimo retinenda, tot tamque diuersa fuisse referuntur.

50

ALBERTI A Q V E N S I S EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER QVINTVS.

Argumenta Capitum.

- | | |
|--|--|
| I. De diuinorum mysteriorum restituzione,
& de Patriarchæ recollatione. | II. Quibus Principib. subiecta sit Antiochia.
III. De duobus Principibus directis, quo-
rum unus |
|--|--|

rum unus periret, alter vix evasit.

IV. De plaga mortalitatis, qua facta est in populo DEI.

V. De insidiis Turcorum, & de quodam Folkerio & uxore eius.

VI. De inimicitiis inter Brodoan de Alapia & Principem Hasart.

VII. Consilium Turci Christianae mariti, de adipiscenda Christianorum amicitia.

10 VIII. Legatio Principis Hasart ad Godefridum Ducem, & quomodo Dux hesitat cum Turcis fædus inire.

IX. Mahumet, filius Principis Duci Godefrido datur obses: columba fæderis nunciaemittuntur.

X. Brodoan Hasart obsidet, Christianorum superuenit exercitus.

XI. Boemundus & Reymundus Duci Godefrido assitantur: obsidio soluitur, sed per insidias quidam de Christianis occiduntur.

XII. A Principe Hasart cum magna gratiarum actione suscipitur Dux Godefridus: fædus renouatur.

XIII. Dux inualecente pestilentia, coatus necessitate temporis, recepit ab Antiochia.

XIV. Dux ipse cum paucis Christianis praesidia inimica subiicit.

15 XV. Balde & inus confluentes ad se Christianos donis plurimis munerat, Turcos edomat.

XVI. Balde & inus conspirantes aduersus se proscriptit, & custodia mancipat.

XVII. Balde & inus nimia datione exhaustus, pro redemtione captivorum munera suscepit, quosdam excruciat, & urbe depellit.

XVIII. Desocero Balde & ini & de dolo Baldis in præsilio Amacha.

XIX. Quomodo quidam viri sensati Balde & inum contra perfidiam Turci munitunt.

20 XX. Quomodo Balde & inus perfidiam Turci in captione suorum experitur.

XXI. Balde & inus grauiter torquetur de captione suorum militum.

XXII. Balduccipitetruncatur: sex de sociis Balde & ini restituntur.

XXIII. Multitudo Teutonicorum superueniens predictam mortalitate consumitur.

25 XXIV. Sansadonias matrem cum filiis redimit: Winemarus reducitur: Mahumet ob ses diligenter custoditur: nauigia reparantur.

XXV. De prodigo cælitus ostendo, & de variis super hoc conjecturis.

XXVI. De gestis Principum, & Boemundi dominio in Antiochia.

XXVII. Qualiter Dux Godefridus Turcorum deprehendit insidas, & in paucis prostrauit plurimos.

XXVIII. De murmure Christianorum &

colloquio Principum.

XXIX. De horrenda famis angustia in obsidione Marrae.

XXX. Quomodo Comes Reymundus castellum deicerit, & Marram cepit.

XXXI. Quomodo Reymundus, Turcorum & Sarracenorū præsidii expugnatis, præsidium Archas obsederit, & de difficultate eiusdem obsidionis.

XXXII. Quomodo quæstio facta est de lancea Dominica, & quomodo puer Mahumet ob ses mortuus, & à Godefrido Duce patri honorificè remissus.

XXXIII. Quomodo Dux Godefridus & Robertus Flanærensis ciuitatem Gybel obscederunt, & quomodo Reymundus Comes, pecunia corruptus, eosdem Principes dolosa legatione ab obsidione reuocavit.

XXXIV. Quomodo Principes ab obsidione Gybel castra mouerunt, & Reymundo in auxilium properauerunt.

XXXV. Predicti Principes falsa legatione seducti, a societate Reymundi se separant, quos ille blanditiis & donis revocat ad concordiam.

XXXVI. Qualiter crevit murmur in populo DEI, quod tam diu different viā in Ierusalē.

XXXVII. Obsidio ab Archas soluitur: Principes procul ab urbe Tripolis figunt tectoria: calamellois mellitos per plana repertos sūxit populus.

XXXVIII. Initio fædere, præses ciuitatis Tripolis ductorem via populo DEI concessit, cuius ductu loca difficilima pertransit.

XXXIX. De Difficultate itineris, & quomodo fædus inierint cum incolis urbis Baumirum.

XL. Quomodo à serpentibus multi perierunt in regione Sidonis, & de amissione cuiusdam Walteri.

XL I. Quomodo transferint ciuitates Tyrum, Ptolemaida, Cayphas, Casarea, sicq; Pentecosten celebrauerint.

XL II. Quomodo ciuitatem Ramam inuenerunt & possederunt, ac Episcopum in ea constituerunt.

XL III. Dum ad montana progreditur exercitus nocte eclipsis Luna apparuit.

XL IV. Quomodo Christiani incola urbis Bethlehem Duci Godefrido legatos dirigunt, ut maturaret ad subueniendum, & de gratulabunda susceptione sociorum.

XL V. Qualiter exercitus maturauerit Ierusalem comperta legatione à Bethlehem, & de præda à finitimis urbis abducta, & qualiter ante muros Ierusalem in laudibus & hymnis constituerint.

XL VI. Qualiter & à quibus Principibus ciuitas obfessa sit.

ACCEPТА hac victoria in campo Antiochiæ, magnæ & regiæ ciuitatis Syriæ, Episcopus Podiensis & cæteri Principes, à fuga & cædo exercitus Corbahan reuersi in præfatae vrbis mœnia, basilican B. Petri Apostoli, quam Turci suis sacrilegis ritibus profanauerant, ab omnibus iniquinamento mundantes, altaria sancta, quæ subuersa erant, in omni honestate redificauerunt, imaginē verò Domini nostri Iesu Christi & figuras Sanctorum, quas in modum viuentis personæ obcepctatas & obductas cœmento obscurauerant, summa reuerentia renouabant, cultores Catholicos in exequendis ibidem diuinis mysteriis restituentes in omni clero tam Græcorū quam Latinorum. Deinde ex ostro purissimo & serico precioso & reliquis ornamentis, quæ in Antiochia sunt reperta, infulas, dalmaticas, cappas & omnem decorum ad usum Ecclesiarum Dei viui fieri constituerunt, quibus diuina officia in templo B. Petri celebraturi sacerdotes & ministri ornarentur, vel quādo in processione Dominicarum dierum, aut in celebri festo, ad Oratorium S. Mariæ, matris Domini nostri Iesu Christi, in psalmis & hymnis migrarent. Hoc idem oratorium breui interuallo distans ab ecclesia B. Petri, adhuc ab iisdem Turcis inuolatum & intactum permanxit; & Christianis, inter se post sibi subiugatam urbem dono & libertate eorum commorantibus, solummodo concessum est. Patriarcham verò vrbis, virū clarissimum & Christianissimum, quem Turci, cùm adhuc Christianorum obsidione circumdarentur, sèpius funibus astrictum viuum ad mœnia suspenderunt in oculis omnium, ad augendas Christiano populo molestias, & cuius pedes frequenter compedū lassione attruerant, decentur in cathedra sua relocauerunt, & Principem Antiochiæ cum omni subiectione & religione præfecerunt. His itaque diuinis rebus prælati & præordinatis, Boemundum Dominum & Aduocatum vrbis constituerunt, eò quod multum in traditione vrbis expendisset, plurimumque laboris pertulisset, vt custodias per turres & mœnia aduersus Turcorum insidias faceret. Boemundus assumta potestate & dominio vrbis, in præsidio, quod in eminentiore loco in montanis habetur, sedem & custodiam suorum posuit, nulla illic Turcorum defensione sibi aduersante. Nam audita fuga & contritione suorum, Sansadonias, & qui in arce erant, pariter etiam ipsi per montana fugerunt, vacuum & immunitum relinquentes præsidium. Verùm Reymundus Comes de regione Provincia, semper insatiatus desiderio acquirendi, turrim eam, quæ ponti Ferne imminet versus portum S. Simeonis, inuadens, suo muniuit satellitio, partemque hæc vrbis suæ ditioni subesse coégit. Cæteri verò Principes, Godefridus Dux, Robertus Flandrensis, Robertus, Princeps Nortmanorum, cunctiq; qui non minus laboris circa urbem pertulerant, minimè vibi præesse, aut eius redditus vel tributa sibi impertiri quæsiuerunt, nolentes fidem & sacramentum, Imperatori Constantinopolis factum, violare. Iurauerunt enim sibi, vt si caperetui Antiochia, quia de regno eius erat, sicut Nicæa cum omnibus castellis & vrbibus, ad regnum eius pertinentibus, sibi reseruerent, suæque maiestati restituerent. Ex tunc & deinceps Boemundus Comiti Reymundo cœpit inuidere, sed tamen occulte. Prædicti verò Principes, quibus curæ erat fidem & iusurandum seruare, Baldevinum Hamaicoru Comitem, vnâ cum Hugone Magno, fratre Regis Franciæ, paulo post victoriam à Deo collatam, direxerunt in legationem ad ipsum Imperatorum Græcorum, vt causam ab eo inuestigarent, cur tam impiè se gesserit erga populum Dei, & auxilium, quod politus esset, cur in tanta necessitate exhibere neglexerit, cùm in aliquo eos fallaces aut seductores adhuc inuenire nequiverit. In iunctum est etiam illis, vt eidem Imperatori dicerent, quomodo ab omni promissione & sacramento Principes exercitus soluti haberentur, eò quod omnia, quæ promiserat auxilia ex timidorum & fugitiuorū suggestione mentitus esset. Sic quidem duo prædicti Principes, assumta sociorum confratrum legatione, ad ipsum Imperatorem viam insistunt per mediâ Romaniam. Vbi in confinio Nicææ in insidiis Turcopolorum fortè inciderunt, non à dextris vel à sinistris declinare valentes. Turcopoli itaque gens impia & diæta Christiana nomine non opere, qui & Turco patre & Græca matre procreati, videntes viros sibi inter manus oblatos, subito irruerunt in eos, Baldevinumq;, qui Hugonem aliquantulum præcesserat, vt aiunt, sagittis confixerunt; quidam verò asserunt, quod viuum illum & captiuum abduxerint; sed latet usque in hodiernam diem, quo fine tam nobilissimus & Christianissimus princeps perierit. Hugo autem Magnus, qui modico interuallo viam post Baldewinum continuabat, cernens angustias

gustias animæ illius, celeri cursu iter remensus est ad syluam quandam, montibus contiguam, cuius absconsonie protectus, manus impiorum evasit. Post hæc, iv.
ex omni parte crèbrò affluente nauigio in cibariis ad portum S. Simeonis, & Peregrinis in victoria Dei ab obsidione Barbarorum liberatis, felicia abundantia cibariorum, omniumque necessiariorum fructibus, plaga maximæ mortalitatis facta est intra urbem Antiochiam, quâ plurima & innumerabilis multitudo Christiani exercitus tam nobilium procerū quam humilis vulgi absurta est. Hac cladem mortifera primum venerabilis *Presul de Podio* percussus vitam finiuit Kal. Augusti : quæ nimia lamentatione nobiles & ignobiles deflentes, in ipsa basilica S. Petri sepulturæ contulerunt, in eodem loco, quo Lancea Dominica reperta est. Sepulto itaq: tam venerabili sacerdote, amplior & grauior inualuit hæc plaga saeuissima; & morte minuadeò Christianorum cœpit exercitus, ut per spacium fermè sex mensium vix aliqua oriretur dies, quin centum & quinquaginta vel triginta ad minus, tam nobiles quam ignobiles spiritum vitæ exhalarent. Eiusdem cladem atrocitate *Henricus de Ascha*, miles nobilis genere, moriens occubuit in castello Turbaysel, illic catholice sepultus. *Reinardus* pariter de Hemersbach, miles clarissimus opere & genere, vitam amisi, sepultus in atrio basilicæ B. Petri Apostolotum principis. Præterea multi tam equites quam pedites, nobiles & ignobiles, nonachi & clerici, parui & magni, quin & sexus fœmineus, supra centum millia sine ferro morte vastati sunt.

v. Interea multi gaudentes pace & victoria, mortalitatemq; hanc vitantes, & causa necessiariorum dum viam frequenter *Rohas* insisterent, sperantes aliquid accipere de manu Baldewini, plurimas insidias & cædes à Turcis, qui habitabant in præsidio *Hafart*, patiebantur; & sepius capti aliqui abducebantur. Quadam autem die quidam *Folkerus*, miles egregius, de castro Bullon orgis, dum cum uxore sua, quæ erat formæ elegantis, *Rohas* cum ceteris fratribus iter faceret, fortè in Turcorum insidianum manus incidit: qui illico cum ceteris, post multam defensionem, viatus ac decollatus est. Vxor vero illius quia multum p: q honestate vultus sui placuit in oculis eorum, capta in præsidium *Hafart* abducta est. Princeps ergo & dominus præsidii hanc honorificè tractari iussit, dum videret, si in eius redemptione aliquid magni precii consequeretur. Nec diu post, quidam Turcorum miles illustrissimus, qui ad dominum præsidii *Hafart* in conuentione solidorum venerat, in concupiscentia formæ uxoris *Folkeri* captus, immoderato amore exarsit, ac nimiū pro eo dominum præsidii efflagitabat, ut eam dono eius pro conuentione solidorum in coniugium accipere mereretur. Quod & actum est. Miles itaque Turcūs nuptiis his letatus, multo amplius, quam solebat, insidias & bellum hostibus domini *Hafart* inferebat; & prædam de Alapia ciuitate magna *Brodoan*, cuiusdam Principis Turcorum, sepius abduxit, in sequentes ad excutienda spolia frequenter captiuabat, aut viatos detruncabat. Erant enim ad inuicem, inter *Brodoan* de *Alapia* & Principem de *Hafart*, odium & graues iniuriae. Transactis dehinc alijs quot diebus, *Brodoan* indignatus, quia miles prædictus manusq; militum de *Hafart* sepius sibi aduersarentur, devniuersis partibus ciuitatis Alapiæ Turcos suæditionis collegit, ut die decreto, *Hafart* in manu valida obsidens, expugnaret. Hoc comperto, Princeps *Hafart* anxiè ineditatur, qualiter vires auxiliares acciret, cum quibus occurrere congregatis tot millibus *Brodoan* valeret. Ad hæc interdiuersa colloquia quæ siebant, miles Turcus, qui Christianam duxerat vxorem, instinctu eiusdem coniugis sic Principem *Hafart* adhortatur, dicens: *An vides, quomodo Brodoan undique Turcorum magnum intrahat & vires, atque in multis milibus te & præsidium, quod habes, vallare & expugnare disponit? Nunc si meo vis credere consilio, Godefri-dum, Ducem Christiani exercitus, qui Antiochiam, fugato Corban, potenter obtinet, ami-cum, datis dextris tibi facere non tardabis; & sic uniuersam Christianorum opem & comitatum in hac instanti necessitate scias te adepturum. Nostri enim, quod hac gens Christiana cuncta gen-tibus militari actu & audacia prefertur, & nulli eis fide & honore comparantur. Unde nequaquam consilium hoc parui pendas, sed sine dilatione eius tibi amicitiam apprehendas; & sic cofa-derato, uniuersos Christianos ad omne tibi scias auxilium voluntarios. Hic verò Princeps, sciens hoc tanum esse oonsilium, sequit *Brodoan* eiusque copiis innumeris sic posse resistere, nuncium Christianæ professionis, genere Syrum, hominum mirè discretum, Godefrido Duci Antiochiam misit, in hæc verba loquentem.* PRIN-viii.
CEPS HASART, GODEFRIDO MAGNO PRINCIPI AC DUCI CHRIS-TI-ANORVM, SALVTEM, ET QMNE QVOD MELIUS OPTARI POTEST.

Confilio nostrorum ad te direximus, pacem & concordiam inter nos componere, fidem & amicitiam statuere, atque ad omnem bellicam necessitatem arma nostra esse communia. Comperimus enim, quomodo vir & Princeps potens es viribus, & quod auxilium ferre vales tibi conferatis, & nulla lenitate à fidei tua vinculo poteris resolui. Vnde prae omnibus te elegimus, te conuenimus, opem à te querimus, fædus percutimus, fiducia hac, qua certus nostra fidei semper habearis. Brodoan de civitate Alapia nobis factus inimicus, Turcorum undique contraxit auxilia, in brevi ad praesidium nostrum Hasart in virtute magna & copioso exercitu peruenturus. Cui non in alio auxilio Turcorum Principum occurtere & resistere decreui, sed in manu tua, si credere mihi & succurrere non recuses. Godefridus Dux audita hac legatione, consilio suorum habite, induciam statuendæ pacis requirit, hæsitans, ne Turcorum perfidia sibi suisq; aliquo iniquo machinamento obesse possit, corrupto fædere sub aliqua præna occasionis industria.

xix. Audiens verò Princeps de Halart ex legati sui relatione, quia Dux & sui de hac concordia hæsitarent, & non multum in Turcorum promissis considerent, Duc filium suum, *Mahomet* nomine, quem tenerè diligebat, obsidem misit, ut certior inter se statuendæ pacis ac foederis abhinc & deinceps redderetur. Dux filio illius obside accepto, fidem & amicitiam cum illo pepigit; & se ad omnia aduersantia sibi auxiliari, & nunquam deficere, stabili iuramento promisit. His *ta* promissis, diem certam statuit, qua ad auxilium contra Brodoan Christianū conduceret exercitum, & Turcorum legiones ab obsidione Hasart, Domino DEO suo IESV CHRISTO auxiliante, effugaret. Hæc Dux dum constanter policetur, legati de præsidio Hasart vehementer iocundati & lœtati sunt; & sine mora columbas duas, aues gratas ac domitas, secum allatas eduxerunt à sinu suo, ac charta, Ducis respōsis promissisque fidelibus inscripta, caudis illarum filo innodata, è manibus suis has ad ferenda lœta nuncia emiserūt. Dux & vniuersi, qui cum eo aderant, de hac auī emissione mirantur. Sed Nicò, cur per aues hæc fiant nuncia, illis à legatis responsum est: *Non dominus noster Dux, eiusque fideles super emissis miretur columbis, quas non pueriliter non frustrâ præmissimur; sed hac de causa præmissa sunt, ut rapido & incessibili volatu legationem fidei, quam erga eum habes, accelerent, & de auxilio tuo certifcent, qualisunque nobis in via fortuna vel impedimentum occurrerit. Est & aliud, quare haæ aues cum chartulis præmisuntur, ne si in sinu nostro reperta fuerint ab aliquibus fratribus nostris Turcis, rei morti damnamur. Iam cuius chartis libi communillis aues auerterunt, in solium & mensam Ducis Hasart fideliter reuersæ. Princeps autem de Hasart ex more solito aues domesticas pie suscipiēt, chartas intitulatas à caudis earum soluit, secreta ducis Godefridi per legit, diem aduentus sui ad auxilium, & in quantis millibus Christiani exercitus subueni et, pernoscit.*

x. His perlestit & agnitis, & Godefridi certus amicitia, & fidei, præsidium Hasart plurimis militum muniuit armis & copiis Turcorum sibi auxiliantium, quas è diuersis acciuit locis. Et ecce *Brodoan* in manu forti & numero quadraginta millium virorum Turcorum descendit in campos Hasart; sedemque in circuitu murorum illius *castrorum* tentoriis locauit, graui assultu mœnia & turre de die in diem oppugnans. Vix quinque sederat diebus, & ecce dux *Godefridus* in fortitudine multa ab Antiochia est egressus in vexillis mirè pulcritudinis, in loricis & galeis, in sagittis equitum & peditum, spacio dierum trium iter faciens. Peraacta via vnius diei, *Baldewinus*, frater ipsius, à Rohas proficiscens cum tribus millibus viorum pugnatorum, occurrit in vexillis per aërem corruscantibus, ex Ducis legatione accitus. At *Boemundus* & *Reymundus* vehementi inuidia indignati sunt, quod ipse Princeps de Hasart primùm ad Godefridum mittens, fædus inierit, filiumq; suum ubi oblide mutuæ fidei dederit: & ideo oīno se in hanc Ducis expeditionem proficisci recusarunt.

xxi. Dux iam itinere vnius diei expleto, videns quod Princeps hi præ inuidia remanserant, nec blandis monitis nec humili prece fleeti poterant, vt venirent, iteratò eis legationem misit, in hunc modum locutus: *Non decet vos, qui estis columna & ductores Christiani exercitus, ut vos fratres vestros conchristianos auxiliis vestri immunes relinquat, occasionem falsam aduersum nos sumentes, cum adhuc in nulla angustia vel necessitate vobis defuerimus; sed semper in via etiam pro vobis meri parati fuerimus. Credite procul dubio, quod si hodie remanseritis, nec opem nobis ad id negotium tuleritis, hostes vestri erimus, nec ad villam causam, ad vos pertinentem, ultræ pes noster mouebitur. Boemundus & Reymundus videntes, quod manus vniuersa Christianorum ad vocem Ducis Godefridi viam Hasart insistebat, & quod Dux cæterique confratres eis in ira loquerentur, recordati sunt, quod iniuste egissent erga fratres suos; ac compuneti, socii suis tam equitum quam peditum circiter quatuor millia adunatis, Godefridum*

defridum via regia seuti, in regione *Hasart* associati sunt. Erat numerus congregatorum Principum & eorum exercitus triginta millia virorum pugnatorum. *Brodoan* & qui cum eo in obsidione *Hasart* conuenerant, cognoscentes quia agmina Christianorum campos vicinos introiissent, à longè è castris eorum ignes in nocte relucere, & nebulam humorum ascendere intuentes, ex consilio & pari mente casta ab obsidione mouerunt, scientes, quod tot millibus resistere minimè valerent. Ex his ad decem millia in circuitu longæ remotione viæ per notas semitas & montana gradientes, tardatos & subsequentes Peregrinos ac postremos exercitus sagittis à tergo incurrerunt, & sexcentos subito expugnatos & exterritos, clam Duce & eis, qui longo spatio duorum milliarium præcesserant, in ore gladii percussi runt. Hanc famam crudelē Dux & sui comperientes, equorum velocitate xii. inuecti, Turcis à cæde hac reuertentibus in valle montium regionis *Hasart* prope rata via occurserunt, non modicam stragem illorum lanceis & gladiis illic facientes. His attritis, & fuga per montana & veprium condensa dilapsis, Dux & ceteri comprimores ad præsidium *Hasart* applicuerunt. Quibus Princeps illius cū centis, galea & lorica fulgenti opertis, occurrit, multas gratiarum actiones refecit. Duci super omnibus, quæ eius auxilio aduersus inimicorum vires vietiæ illis contigerunt. Moxque renouato fœdere, amicitiâ Duci inuiolabili coniunctus est in aspectu omnium, qui aderant, promittens se stabilem, & nunquam alienari à societate ipsius Ducus & Christianorum familiaritate ac dilectione. Dux ex consilio suorum viro sibi confederato galeam, auro & argento mirè insertam, & loriam magnæ honestatis contulit, qua *Herebrandus de Bullon*, miles nobilis & bellico actu insignis, prælia commissurus semper induebatur. *Brodoan* igitur ab obsidione *Hasart* fugato, & Principe eiusdem præsidii à Duce & omnibus primoribus, benignè commendato, ac pacificè in sua relato, exercitus Antiochiam repedauit; & in victoria ac pace magna vniuersi Principes in ea confederunt. Post hæc, prædi- xiii. & pestilentia tempestate amplius & validius ingruente, multisque Principibus cum plebeia manu morientibus, Dux *Godefroidus*, nemor quomodo persimili clade olim est Romæ tactus in expeditione, quam egit cum Henrico, Rege quarto, Imperatore Romanorum tertio; & quomodo illic in pestifero mense Augusto quingenti fortissimi milites pluresq; nobiles obierint, & plures exterriti, cum ipso Cæsare ab urbe recesserint, nūc idem malum metuens, ab Antiochia recessens, sec' essit versus montana *Pancratii* & *Corouassili*; & habitavit in urbibus *Rauenel* & *Turbaysel*, à fratre Baldewino ante obsidionem Antiochiae subiugatis, & post transmigrationem suam in Rohas eidem fratri & Duci reliquis. In eisdem siquidem præsidiis quidam Armenii fratres, monachici habitu Dæo seruientes, multas passi calumnias à militibus *Pancratii* habitantibus in prædio, prefatis locis *Rauenel* & *Turbaysel* contermino, ipsum Ducem, videntes virum esse pacificum & amatorem iustitiae, sunt aggressi, querimoniam super illatis sibi iniuriis facientes, & super arce xiv. *Pancratii* tempore eiusdem castellis eorumq; habitatoribus infesta. Dux verò Christianissimus querimonias paup' erū *CHRISTI* pulsatus, & harum iniuriarū non immemor, quas sibi idem *Pancratius* fecerat, cùm adhuc à Christianis obsidio circa muros Antiochiae fieret, moleste tulit, omnibus modis de his vltionem sumere meditans. Spoliauerat enim *Pancratius* legatos Baldewini, fratri eiusdem Ducus, magnis & honorificis donis tam pecuniae quam cæterarum rerum, dum iter per terrā & patriam eius agerent, quæ omnia Boemundo Principi ad componendam cum eo amicitiam mittere non expauit. His itaque iniuriis, & pauperum querimonias, nunc Dux commotus, quinquaginta milites suorum sequacium eligens, in loricis, clypeis & lanceis, in balistis & lanceis Armeniacis profectus est ad vicinā arcem, in qua noxi prædones *Pancratii* morabantur. Hanc omni virtute instans, oppugnat repentinio assultu; expugnatam flamma & igne humi cogit procumbere, vingt ex militibus, quos in ea reperit, eius iussu excæcatis in retributionem & vindictâ superbiæ & iniuriarū, quas *Pancratius* sibi *CHRISTIQVÆ* pauperibus inferre presumuit. Similiter arx & præsidium *Corouassili* assultu & virtute militum, Ducus, ex diuersis calumniis & iniuriis, quas Christianis intulerat, crematum, expugnatum, humilique prostratum est. Duce itaque Godefrido ab *Hasart* in xv. Antiochiam reuerso, dehinc obside Mahumet in manu & custodia suorum Antiochiae reliquo, *Turbaysel* & *Rauenel* profecto; Baldewino verò ab *Hasart* cum suis Rohas reuerso, plurimi de exercitu viri nobiles & ignobiles, *Drogo de Nahella*, *Reis*

nardus de Tul, Gastus de Berdeiz, Folkerus Carnutensis, cæterique primates & com-militones per centenos & quinquagenos alii equo alii pede venerunt ad ciuitatem Rohas, ut à Baldewino, duce & principe in ciuitate & regione facto, pro obsequio militari præmia mererentur, moram aliquam apud eum facientes. Erant enim summa necessitate grauati, & longa expeditione rebus exhausti necessariis. Affluebant autem & accrescebant singulis diebus in numero & virtute, dum scilicet tota ciuitas obsessa à Gallis, & eorum hospitalitate occupata est. *Baldewinus* singulis de die in diem in Byzantiis auri, in talentis & vasis argenteis dona plorima conferebat, regiones & cuncta sibi aduersantia congressione belli edomabat, Turcos & omnes in circuitu subiugabat, donec fædus nobiliores & præpotentes ter

xvi. cum eo percusserunt. Hanc Francorum gentem ab Antiochia & è cunctis locis sic ebullire, & præualere in omni actu & arte, duodecim Principes & indigenæ ciuitatis Rohas vel Edessæ intuentes, eorumque consilia suis præponi, & cum eis de omnire & negotio terræ Baldewinum agere; eosque & eorum decreta plus solito negligere, vehementi indignatione aduersus eum suosq; exarserunt. Et omnino ab his exterminari metuentes, nimium pœnituit eos, quod Baldewinum ducē ac dominum ciuitati præfecissent. Vnde facta clàm conspiratione, & missa Turcis legatione, traditionem aduersus Baldewinum machinabantur, qualiter cum suis aut occidi, aut ab vrbe posset depelli. Quod dum inter se frequenti & secreto conuentu aptarent, quidam ex eis, *Enxhu* nomine, fidem puram intimo corde & mente erga Baldewinum seruans, fraudis adinuentores & consentaneos sibi ex ordine aperuit; ideoque se suosque & ciuitatis introitus nocte & die ab illorum traditione necesse esse tueri, ne impropositos & incautos Turcorum vires & insidiæ reperire possent. Baldewinus talem tantamque perfidiam eos machinari nunc veraci relatione, nunc tristis vultus illorum immutatione expertus, missa familiari & deuota sibi manu Gallorum, vniuersos iussit teneri, & carceris custodiæ mancipari; omnè verò substantiam & pecuniam illorum inauditam suo inferri palatio, quam non

xvii. parcè suis sequacibus pro militari obsequio expendit. Deinde pluribus diebus euolutis, & multum illis pro vita & membrorū salute precantibus, plurimumq; se excusantibus, dona verò non modica per exoratores pro sua redemtione offerebant, Baldewinus suorum semper cōsilio ad altiora tendebat, sciens ex ore declatorum, quod per vicina castella & munitiones thesauros ampliores, quodq; preciosius habebant, a facie Christiani exercitus absconderant. Postremò ex nimia datione & solidorū conuentione, & magnitudine donorū, quæ non solùm Gallorū primatibus, sed & inferiori manui contulerat, Baldewinus ex haustus, munera pro redemtione captiuoū suscipienda concessit. Duorum tantum munera recusauit, quos nimium culpatos & reos traditionis iussit excæcari. Plures verò vulgi consocios sceleris, amputatis naribus, manibus aut pedibus, condemnatos vrbe iussit expelli. Non minus à singulis redemptis quā viginti millia Byzantiorum aut triginta aut sexaginta, in ærarium ducis Baldewini illata sunt, præter mulos & equos, vasa argentea plurimaque ornamenta preciosa. Ab illo die & deinceps dux Baldewinus in ciuitate Rohas factus est metuendus; & nomen eius usque ad extremum terræ diuulgatum est, virtute præclarus existens.

Socer autem Baldewini, *Taphnus* nomine, videns quia sic de viris perfidiæ vltionem sumisit, eosq; damnis rerum & tormentis membrorum afflixit, occasione assumta in munitiones suas in montana perterritus fugit; nec ultra reuocari potuit, metuens ne pro pecunia, quam adhuc debebat, capitalem subiret sententiam. *Balas* quoque de Sororgia ciuitate, spe recuperadæ ciuitatis, frustratus de manu Baldewini vel quicquā accipiendi propter affluentiam Gallorum, & quia cor illius omnino ad eos intendebat dolos, in secreto cordis sui aptare cœpit, qualiter Baldewinum ad interitum callido consilio perducet. Tandem via reperta iniquæ fraudis, qua eum decipere aut perdere posset, die quadam, ac si in puritate fidei, eum circumueniens sic locutus est: *Scio, quia vir magna potentia es & industrie, & non parcè eos remuneras, qui tili in obsequio militari voluntarii habentur. Vnde deuoni tacitè mecum, ut non solùm me, filiosq; & uxores meam in manu tua commendem, sed & præsidium meum Amacha, quo terram plurimam subiugare potes, sibi tradas die, quam melius aptam ad id suscipendum elegeris.* Baldewinus verò tam benignè, & sibi fidenter loquenti, gauisus de susceptione præsidii, apprimè credidit; & diē statuit, qua secundum verbum Balas sibi traditio præsidii sine aliquo fieret impedimento.

xix. Iam dic appropinquante, *Balas* doli sui non immemor, Turcos centum, armis & loriciis

& loricis munitos, castro *Amacha* induxit; & per mansiunculas præsidii hac & illae insidias inclusit, ut sic Baldewinū cum suis ingredientē viuū cōprehenderet, siveq; ditioni submitterent, *Baldewinus* fraudis huius nescius, sumtis ducentis militibus strenuis ad omne belli opus, vlsq; ad præsidiū *Amacha* profectus est, & Balam, iuxra quod promiserat, paratū ad reddēdū præsidiū inuenit. Balam verò multū rogantē, & in dolo mellito ore adulantem, ut cum aliquibus de societate electis præsidiū intraret ac susciperet, & in eius custodia fideliores, quos vellet, relinquere ordinaret, ille ferè audivit & credidit, sociosq; secū ascensuros & intraturos iam assumere parabat, & qui extrā remaneret, disponebat. Sed ecce quidā viri sensati Gallorū nihil fiduci in huius verbis & promissis esse a struētes, *Baldewinū* scorsim ducūt, & vehementer arguunt, quod verbis huius Turci Gentilis tā subito crediderit, & sine obside fiducialiter eius præsidiū cum modica manu intrare concesserit. Tandē de hoc xx.
diu dubitantibus, plurimūq; consilii habentibus, & *Baldewinū* ab ingressu præsidiū ex toto auertētibus, decretū est vtrinq; vt *Baldewinus* cū sociis in valle præstolaretur, & duodecim ex sociis, in quibus cōfideret, ad arcē suscipiendā præmitteret, qui eam suæ ditioni, clauibus seriq; sumtis, potenter subiicerent. Nec mora, viri duodecim ad arcē suscipiendā electi, armis & loricis induti, præsidiū & turrim *Amacha* intrauerunt. Qui mox vt mediis insidiis astiterunt, centū Turci ex mansiunculis in impetu exiliētes, viros armis & sagittis circumdegerunt, & parū aduersus tantos in defensione valentes, cōprehenderūt. Duo solummodo ex duodecim se virili & multa repugnatione à manibus hostiū extorquentes, subito in solium, quod fenestratum in vallem respiciebat, euaserunt, gladiis eductis se ab insequentibus hostiis validē adeo defendentes, dum caput à feneris exerentes, *Baldewinū* ad radicem montis cum suis stantē admonuerunt, vt se à dolis obseruaret, afferentes decē in fide falsa captos, & se in periculo mortis euidenter constitutos. *Baldewinus* xxI, intelligens ex illorū anxia vociferatione rem vniuersam in aduersitate positam, & dolos Balas manifestos, magnis doloribus de captiuitate suorū torquetur. Sed quid ageret, aut quid insisteret ad liberandos viros, nullo consilio inuenire potuit. Erat enim præsidiū situm in excelsō rupiū, humanis ingenis aut viribus insuperabile.
Tandem *Baldewinus* de infortunio tam egregiorum virorum condolens, Balam multum de iniqua fraude redarguit, de iureirando admonet, & quatenus captos suos restituat, pondus auri & Byzantiorum pro eorum redēmptione recipiat. Sed is omnia refutat, & solam Sororgiam ciuitatem requirit. *Baldewinus* nequaquam ciuitatem sibi reddere in Deo iurat, etiam si membratim in conspectu eius omnes, quos ceperat, detruncaret. Sic nequaquam Balas *Baldewini* preces & admonitiones audiente, nec eius munera curante, præter Sororgiam, *Baldewinus* mœstus, & grauiter conquerens de captiuis suis, Rohas reuersus est. Ab eo die Turcos eorumque consilium & auxilium ac frequentationes vehementi odio habere cœpit. Post hæc non multi præriere dies, cūm *Baldus* de Samusart, qui vxo- xxII.
rem & filios Baldewino obſides daturus erat, sed plurimis diebus in dolo distulērat, palatium *Baldewini* in adulatioē ingressus, iussu eius à Gallis tentus, ac capitell truncatus est. *Baldewinus* in ciuitate Sororgia *Folkerum Carnutensem* cum centum probis & bello assuetis militibus constituit, vt semper *Amacha* vexarent aſſultu, & Balæ in vltionem captiuorum suorum fratrū dignam vicem rependere conarentur. Die ergo quadam *Folkerus* cum suis egressus est ad capiendas prædas in *Amacha* terra. Qui præmissis aliquibus sociis, Turcos ab arcē vsque ad locum, vbi Folkeri erant insidiæ, pertraxerunt. Tum commisso prælio, sex ex Turcis & militibus Balas capti & abducti sunt. His captis & abductis, Balas sex de sociis *Baldewini* in redēmptione suorum restituit, sex vsque ad diem illius in Ierusalem in sua retinuit custodia. Post hæc quatuor euaserunt ob negligentiam & præ longo tædio custodum. Balas verò *Gerhardum*, priuatum & secretarium *Baldewini*, vna cum *Pise%*, filio sororis *Vbelhardi*, præclarī militis & nobilissimi de *Wizā*, decollari iussit.
Godefrido ob cladem diffusam tam graui mortalitate per Antiochiā, in Rauenel xxIII.
& Turbaysel moram faciente, eodem tempore pestifero mille & quingenti viri de gente Teutonicorum ex *Regnesburg*, ciuitate fluvii Danubii, & ex aliis ciuitatis Rheni fluminis, conspirati & electi, ad urbem Antiochiam nauigio maris aduecti, ad portum S. Simconis descenderunt, vt Christianorum turmis in Ierusalem ituris solatio & auxilio augeretur. Sed sic illa cohors recenter victoriosis Peregrinis in Augusto mense admixta eadē mortalitatis clade consumta & deuasta-

xxiv. tacet, ut de mille & quingentis nec vnuſ quidem supererſe vſpiā videretur. Eodem tempore post victoriam Christianorum, *Sansadonias*, filius Darsiani, regis Antiochiae, matrem suam cum duobus filiis redemit prelio trium millium Byzantiorum de manu *Willehelmi*, viri nobilissimi, commilitonis & compatriotæ comitis Reymundi de Prouincia, quos idem Willehelmus in prima inuasione & ingrefſione Antiochiae sapore grauatos primo diluculo captiuauit. Eodem tempore de terra Buloniæ *Winemarus*, Laodiceæ captus à Turcopolis regis Græcorum, roga-
tu Ducis Godefridi post longa vincula, & diutinas carceris moras, absolutus, sed graui pœna afflictus, Antiochiam reuersus est. Puer autem *Mahomet*, filius Principis de Hasart, obſes Godefrido datus, sub diligentι custodia tam seruorum suo- 10 rum duodecim, quām sub solerti cura clientelæ Godefridi, Antiochiae remansit, cui nihil necessariorum de domo Ducis vllis horis deficiebat. Iam enim quām plures, Ducem & cæteros potentes per loca ab Antiochia ob inaminentem cladem migrasse videntes, alii ex loci infirmitate, alii ex mense pestifero Augusto hanc mortalitatem afferentes, mense Septembri inchoante ad portum præfati Simeonis causa morandi profecti sunt. Vbi nautæ post Turcorum stragem & fugam Corbahan, nauigium iterabant, vitæ necessaria afferentes, & indigentibus omnia ſufficienter vendentes. Mediato deinde mense in silentio cuiusdam noctis, quando omnia ſomni requie ſolent refoueri, cunctis qui aderant in custodia vigiliarum, viſio mirifica in cœli culmine oſtenſa eſt, quaſi ex omni cœlo ſtellæ 20 in vnum collectæ, ſtrictimque densatae, in ſpacio latitudinis vniuſ atrii, tria iugera continentis, igneo fulgore, ſicut prunæ in camino ardentes, & in globo contræ, ſcintillabant, & poſt hanc diutinam & terribilem flagrantiam rarescentes, in modum coron cinxerunt polum ſub ſpacio ciuitatis munitæ; diuque ſic in gyro perſiſtentis indiuīſæ, aditum ad ultimum & viam in uno latere ſui circuli ſciffæ exhibuerunt. Huius ſigni oſtenſione vigiles Christianorum exterriti, tumultuosa vociferatione vniuersos ſopore depressoſ ſuſcitant ad videndum portenti huius indicium. Vniuersi ſuſt mirati, & quid portendat, diuersas protulere ſententias. Alii ciuitatem Ierusalem, Turcorum Gentilium turmis denſatam, portendere afſerebant; & eam à ſuis viribus & densitate ſic rareſcere & attenuari, ut aditum tan- 30 dem Christianis exhibere filiis videretur. Alii Christianum exercitum, adhuc in virtute ſua conglobatum, diuinæque deuotionis ardore flagrantem, aſſerebant; & tandem diuifum per terram & ciuitates, à gentibus iniuste poſſeffas, in circuitu Ierusalem & Antiochiae potenter præualere & dominari. Quidam verò dicebant, ſignificare hanc præſentem mortalitatem & populum copioſum Peregrinorum, qui in vnum vt nubes denſata attenuaretur minuereturque. Et ſic in diuersas contendebant ſententias. Sed Deo volente, vt aiunt, in melius mutata eſt ſententia viſionis. Nam cum duce Godefrido cunctisque Christianis consociis de vniuersis locis accitus & regressus Antiochiam in mense Octobri, caloribus Auguſti temperatis, Comes Reymundus, Robertus Flandrensis, Robertus Nortmanorum Princeps, Boemundus, cæterique Principes, qui adhuc in ipſa Antiochia conglobati motabantur, vniuſ voluntatis compotes effecti, per terras & ciuitates, in circuitu Antiochiae ſitas, diuſi migrauerunt; & reſiſtentis ac rebelles obſidio-

xxv. ne angentes, ſuæ diſtioni ſubdiderunt. Ad Albariam itaque ciuitatem, diuiciis opulentissimam, cum cuneis armatis primū ascenderunt: quam non multo labore expugnatam apprehendētes, Turcos & Saracenos in ea repertos in ore gladii percusſerūt. Deinde verò ſuccedente victoria, come: *Reymundus*, *Robertus* Nortmanorum Princeps, *Eustachius* frater Godefridi ducis, *Robertus* Flandrensis, *Boemundus* Princeps Antiochiae factus, *Godefridus* dux, ad Marram ciuitatem Turcorū, armis & robore fætā, declinauerūt. Sed tantū quindecim diebus Godefridus, Boemundus, Robertus Flandrensis illic morā in obſidione fecerūt. Deinde hi tres Antiochiae reuersi ſunt, Comitē verò Reymundū, & Robertū Nortmanorū principē, Eustachiū & Tankradum circa urbem Marrā cum ſuis millibus reliquerunt. Poſt aliquot deinde dies *Godefridus* dux, assumptis quadraginta ſociis, in armis & equo valentibus, versus Rohas ciuitatem, quæ itinere dierum septem ab Antiochia eſt remota, profectus eſt. Vbi frater eius *Baldewinus*, qui eandem ciuitatem cum omnibus appendiciis ſuis detinebat, mediato itinere trans Euphratem, fluuium magnū, occurrit ei ad agendū ad inuicem colloquium. Boemundus ergo, cuius cor quām maxima inuidia & indignatio animi aduersus Comitem Reymundum mordebat, vi-

bat, videns opportunitatem Godefredi discessione & Reymundi absentia, signo cornicinum sociis suis admonitis & congregatis, turrim, quæ ponti Férne imminebat, in virtute magna assiliit, comitisque Reymundi milites, qui in ea remanserant, bello & sagittariis grauatos, a barce & vrbe eiecit; sicque solus dominium Antiochiae obtinuit. Post hæc *Godefredis* dux cum fratre habito colloquio, & eidem valedicto, Antiochiam, ad contrates & Principes redditurus cum quadraginta prædictis sociis, iter festinus mouit, Turbaysel, Ravenel aliisque locis pacificè & prosperè hospitio suscepimus. Deinde via maturata in regione veniens, quæ *Episcopatus* a nominatur, quadam die iuxta fontem quendam in loco prati herbosí ad prandium cum sociis discubuit, vres vino repletos depositi, & cætera, quæ vitæ necessaria secū in mulis & equis detulerant. Illic vero dum securè prandiceret cum sociis, à pueris, quos ad speculandum Turcorum it: fidias miserat, intellectis, centum Turcos in earecto & palustri laco grandis piscesque lacus secus montana ab Antiochia vrbe quinque milliaribus distante, latere, qui eiusdem Ducis redditum illic occultati operiebantur. Mox illorum insidiis patefactis, Dux dilato prandio, cum adhærentibus sibi subito equos ascendit, qui arma atripientes, & loricas induentes, viam contendunt in hostem. Turci haud segnius aduersi hos frenas vertentes, sagittis & arcu fortiter commisere prælium. Sed duci suisque numero paucis pro vita pugnantibus fors victoræ collata est. Tandem 20 Dux & sui prævalentes, Turcos fugaces lanceis transfodiunt; aliosque decollantes, capita eorum in sellis suis dependentia secum usque ad ciuitatem Antiochiae portauerunt cum spoliis & equis illorum. Vbi idem dux Boemundum, totius urbis principem factum, inueniens, omnia sibi cæterisque principibus ac fratribus retulit, & quomodo in manu paucorum tot Turci vici & attriti sunt. Reuer- 25 so autem duce *Godefrido* hac victoria, post aliquod spacium temporis murmurauerunt vñanimiter Christianorum populi: quomodo in hac vrbe Antiochia sola mora eorum haberetur, & quod nullo modo Ierusalem viam intinerent, cuius desiderio natales horas relinquentes tot aduersa pertulerint. Et facta est dissensio magna in populo: ac subtraxerunt se multi de populo ducis Godefredi, Roberti Flandrensis & Boemundi, qui in responsis & verbis eorum nullam habuere fiduciam ante multum tempus eundi in Ierusalem. Tandem prædicti Principes cognoscentes, quomodo iam populus tædio affectus paulatim dilaberetur, ne ultrâ aliquis nauigio pararet redditum, interdixerunt, vndique in portis maris custodiam ponentes. Conuentum vero & colloquium super hac populi querela quarta Non. Februarii decreuerunt habere. Collatis itaque in unum, & colloquio habito ibidem intra Antiochiam, decretum est ab omnibus, magnis & paruis, ut in Kal. Martii *Laodiceam*, quæ Christianæ erat potestatis, pariter conuenirent; & illic collecto circumquaque robore, nil periculi vitæ posthac considerantes, minimè ultrâ differrent viâ insistere in Ierusalem. Interea comes *Reymundus* longa obsidione quin- 30 qæ hebdomadarum circa *Marram*, ciuitatem vexabatur, vniuersique in comitatu suo ibidem commorantes. Qui circa urbem diu sedentes, & à Turcis vehementer repressi, magnæ famis angustias pertulerunt. Nec mirum: quia præ longa obsidione Antiochiae, & nunc harum ciuitatum, plurimæ in circuitu regiones exhaustæ erat cibariis, & plurima pars habitatorum cum rebus & armamentis suis per montana fumgam fecerant. Erant enim decem millia exercitus comitis Reymundi & suorum, compatriorum. Mirabile dictu, & auribus horrendu. Tanta ipsa famis angustia has vrbes invuluit, quod nefas est dicere, nedū facere. Nam Christiani nō solù Turcos vel Sarracenos occisos, verùm etiam canes arreptos & igni coctos comedere non abhoruerunt præ inopia, quam audistis. Sed quid mirum? *Non est acutior gladius, quam à longo contracta famæ.* Comes ergo *Reymundus* videns afflictionem, & populi dolore fame defientis, assumto labore equitū in montana profectus, interdū copias infinitas prædarū & cibariorum attulit, quibus Dei populus sæpe refocillatus est. Ibidem per deserta & montana Libani plurimi Christiani, qui vicitur quærebant, præfata necessitate compulsi, à Turcis trucidati reperti sunt. A *Damasco* leniq; quæ præcipua virtus erat Turcorum, sæpe procedebant insidiæ; dispersi; ac circumuagis de exercitu & obsidione occurserant, alios trucidantes, alios sagittis mortiferis transfigentes. Sed comes Reymundus intelligens mala, quæ suis circà sedentibus ab insidiis Turcorum inferebantur, moleste accepit, & hoc malum omnibus modis finire meditabatur. Vnde *Talariam*, castellum in mon-

tanis situm, aggreditur: quo in manu virorum fortium expugnato, & attrito cum Turcis in eo repertis, materiam lignorum de eodem castro attulit, ex quibus machinam composuit ad superandam urbem predictam *Marram*, quæ muris & mœnibus munitissima erat. Facta autem machina, & ingenii ordinatis, vrbis post non multum tempus à comite *Reymudo* & ceteris Principibus, Roberto, Tankrado & Eustachio superata & capta, deiicitur; ac Christiani milites scutati & loricati in virtute magna media vrbe assistentes, Turcos acriter repugnantes, seque defensantes, gladio percusserunt, alios verò ad arcem fugientes insecuri, conbusserunt; & pacifice per tres hebdomadas in ea remanserunt, paucos illic cibos piater olei abundantiam reperientes. *Engelradus*, filius *Hugonis* comitis, iuuenis mīræ audaciæ, in hac vrbe ægritudine detentus, vita discessit, & in basilica *B. An-*

xxxi. *dres* Apostoli corpus eius humatum est. Prædicta autem Marra ciuitate victa & attrita, ad vallem quandam, quam nominârunt *Gaudium*, prædictorum Principum descendit exercitus. Vbi reperta abundantia rerum necessiarum, per cœlo dies corpora fessa & fame attenuata recreauerunt, duo præsidia in montanis expugnantes, in quibus Turci & Sarraceni habitabant. Deinde ciuitate *Tortosa* expugnata, & non multo labore capta, & in manu comitis *Reymundi* eiuique custodiæ mancipata, in vallem, quæ dicitur *Camelorum*, iter suum continuantes applicuerunt. Vbi prædam & escas plurimas contrahentes, præsidium quoddam, ingenii & humanis viribus insuperabile, nomine *Archas*, profecti sunt. Illic ten-*toria* sua figentes, moram sibi per aliquod tempus fieri statuerunt, donec eadem arx, expugnatis eius defensoribus, cuperetur. Ibi tandem machinas fecerunt & instrumenta mangenarum, moles lapidum in impetu iactantium per turrem & antiqua muralia, quibus inclusos milites eiusdem præsidii absterrerent & effugarent. Sed eos defensores indefessos repererunt & invictissimos. Deintus enim simili iactu mangenarum & impetu lapidum resistebant, damnique Christianæ gentis tam sagittisquam lapidibus faciebant. *Anselmum* de Riburgis monte, vi-*rum* nobilissimum & bellicosum, multam vim defensoribus arcis inferente, im-*petu* saxi ab eadem arce volantis fracto cerebro percusserunt. Dolentes & turbati Principes de interitu fratris & commilitonis viri clarissimi, atque reulatione in-*clusorum* Sarracenorū, disposuerunt montes sub fundamento murorum castri arte sua cauare; vt sic fundamento cum mœnibus & muris corruente, Gentiles, qui in his vel arce consisterent, simul obruti lapidum testorumque ruina perirent. Sed frustra hic labor consumitur. Nam qui de intus erant, è contrafodientes, instru-*menta* Christianorum suis ingeniis retinebant, & opus eorum ad effectum peruc-

xxxii. hire non sinebant. Illic in eadem obſidione facta est contentio & quæſtio de Lancea Dominica: vtrum ea fuerit, qua latus Domini apertum est, an non. Nam plures dubitabant, & schisma erat in eis. Quare auctor & predictor eiusdem inuen-*tionis* per ignem transiens, vt aiunt, illæsus abiuit, quem ipse *Reymundus* comes de Prouincia & *Reymundus* Pelleiz à manibus & pressura inuidorum abduxerunt, Lan-*ceam* verò cuius omni comitatu suo ab ea die venerati sunt. Post hanc à quibusdam relatum est, eundem Clericum hac examinis exustione adeò fuisse aggrauatum, vt in breui mortuus & sepultus fuerit. Vnde minus in veneratione à fidelibus Lancea cœpit haberi, creditibus magis auaritiæ & industriæ *Reymundi*, quam aliqua De-*itatis* veritate omnia fieri. Dum hæ obſidiones circa *Marram*, *Tortosam* & *Archas* fierent, puer *Mahumer*, qui à Principe de Hasart, patre suo, Antiochiam obſsus fuerat, fidei & custodiæ Ducis Godefridi commendatus, ægritudine correptus, obiit. Quem iuxta morē Gentiliū preioso ostro inuolutū patri remisit, excusans se sub omni fidei puritate, quod ex causa suæ negligentiae minit è puerobiſſet, ob-*testans* etiam se non minus eius morte, quam fratri sui *Baldewini*, molestè ferre. Qui Ducis excusatione benignè accepta, & ex vero comperta abbis, quos de domo sua custodes pueri misit, nequaquam immutatus est à fide, quam promisit, sed immobilis in omni ſedere & pace cum ipso Duce & fratre eius *Baldewino* per-

xxxiii. mansit. Interea Kalend. Martii suis in ordine relatis, *Godefridus* dux, *Robertus* Flā-*drensis*, *Boemundus* & vniuersi Principes adhuc Antiochię comitatē, sicut decreuerat, collecto Laodiceę exercitu suorū, ad viginti millia equitū & peditū, ad ciuitatē *Gybel*, nittore maris sitā, diuitiis locupletē, castra applicuerūt, in circuitu obſidionē ponētes, vt Sarracenos, cunctosq; Gentiles, in ea ad defensionē cōstitutos, expugnare valcent & exterminare. *Boemundus* verò Laodicea regressus, Antio-*chiam*

chiam cum suis repedauit, semper sollicitus & suspicans ne vrbe ipsam, huma-
nis viribus insuperabilem, aliqua fraude vel odio amitteret. Nec mora, audita Al-
baria & Marræ destructione, & inhabitantium Turcorum occisione, & nunc Ar-
chas longa obsidione, eiusq; expugnatione, *Sarraceni* nilites inito consilio cū ciui-
bus, infinitam pecuniam duci Godefrido & Roberto Flandrensi obtulerunt, qua-
tenus vrbs *Gybel* à facie eorum cum ciibus suis, vineis & omnibus frugibus, in-
tacta permaneret, & aliò eorum migraret exercitus: quod à prædictis Principibus
omnino refutatum est, nisi eorum potestati ciuitas cum clavibus redderetur. In-
telligentes ergo ciues & yrbis magistratus, quòd non pecunia, non aliquid pre-
10 ciosis muniberibus corrumpi possent præfati Principes, vt castra amouerent, nun-
cios clām ad Archas comiti Reymundo, factis & potentia inter primores Gentilium
diffamato, miserunt, vt pecuniā à duce cæterisq; refutatam acciperet, quatenus ab obsidione Christianos Principes prece aut aliqua arte recedere suaderet.
Comes idem super auro & argento insatiatus, dolos & ingenia versat, qualiter
eosdem præpotentes ab obsidione Gybel remoueret, atque pro pecunia accipi-
enda ciues & eorum vineas ac fruges liberaret: nam precibus eos ab incepto auer-
tere, prorsus diffidebat. Vnde hanc finxit occasionem: videlicet, quòd Turci quo-
rum copia multa erat in Damasco, consilium iniiscent cum Sarracenis, Arabibus,
cunctisque gentibus in proximo aduersus se apud Archas bellum constituere: &
20 iam vniuersos in apparatu magno & copioso in terminos illius conuenisse. Hac
itaq; adiuventione aptata, direxit nuncios ad præfatos Principes, in circuitu Gy-
bel iam per hebdomadam residentes, quatenus sibi festinatō ad auxilium Archas
properarent, alioqui se & confiatres, qui secum erant, à facie Gentilium non posse
mortis evadere periculum, eosque dehinc simile posse sperare martyrium. Le. **XXX.**
gatis verò comitis Reymundi auditis, & periculo ac formidine, quæ ex multitu-
dine Gentilium superuenire dicebatur, vnanimiter Dux cæterique comprimores
consultum vadunt, omniumque cor & lingua in hanc erigitur sententia: *Ma-*
gnus Christianorum exercitus, cùm adhuc integer esset simul & indiuisus Antiochia, vix ab in-
numeris Gentilium nationibus & armis est defensatus: nunc autem partim Antiochia est reli-
30 *ta, partim in hac obsidione Gybel, partim ad Archas est diuisus, partim ad expugnanda hostiū*
præsidia & urbes migrauit: sic vires nostrorum imminuta, nequaquam stare poterunt nunc aduer-
sus tot millia Gentilium, ut nobis ex relatione comitis Reymundi innotuit: sed si casu aduersante
nostrorum virtus apud Archas attrita fuerit, idem sperare procul dubio nos, certum est Vnde Gy-
bel, quam subito percutere & vincere nequimus, necesse est ut hoc tempore intactam relinquamus;
& ad opem nostrorum Archas castra & exercitum applicemus, atque Gentibus unā cum sociis
nostris in bello occurramus. Sicut fuerit voluntas in cælo, sic fiat. Hoc omnibus consilium
bonum & utile persipientibus ac proferentibus, amota sunt castra ab obsidione Gy-
bel. Dux verò *Godefridus, Robertusq; Flandrensis* cū cæteris omnibus viam insistunt in
armis omniq; apparatu bellorum; & spacio dierum circiter trium Archas conve-
40 nerūt ad augēdas vires & opem Christianorū consedalium. Verum à Tankrado &
cōpluribus aliis nullas copias vel minas Gentiliū adesse didicerunt; sed comitem
Reymundum non alia de causa hanc collectionē aduersariorum fictè asservuisse, &
ipso nunc ad auxilium inuitasse, nisi vt pecunias acciperet, quas in liberationē suā
policit: sunt habitatores Gybel, vt Christianos cautela sua ab obsidione murorū
auerteret. Hoc itaq; dolo & falsa legatione se à Comite frustratos prædicti Prin- **XXXV.**
cipes intelligentes, molestè ac grauiter acceperunt. Quare à societate & commu-
nicione illius se subtrahentes, spacio dñorū milliarū ab eo sequestrati, tentoria sua
fixerunt, nullo modo in assaultu Archas illi ferentes auxilium, aut aliquod colloqui-
um amoris secum habentes. Erant enim illi apud *Archas* graues exortæ inimici-
50 tiae inter comitē *Reymundū* & *Tankradū* propter conuentione solidorum & Byzan-
tiorū, quæ sibi idē comes pro militari debebat obsequio; sed minimè soluebat iux-
ta labore & militū copiā, quam idem Tankradus procurabat ac ducebat. Ab ipso
deniq; die, quo dux Godefridus se cū cæteris præpotentibus eò contulit, Tankra-
dus sepius comitē de cōventione sua cōmonuit: sed nihil in spe aliqua sibi respōso,
cum Duce remanens, fideliter illi in omni militari subiectione constrictus, Comitē
prosul ex festucauit. Abhinc iniurias sibi à Comite illatas vlciscens, insidiis omni-
bīsq; modis sociis & amicis eiusdē Comitis nocere nō parcerat. Comes igitur *Rey-
mundus*, videns quia dux *Godefridus* & *Robertus Flandrensis*, cunctiq; qui cum eis erat,
odiū graue aduersus se haberent, quòd eos falsa legatione seduxerat, auaritia cor-

ruptus, cœpit animum Ducis lenire blanditiis suis & astutia, quâ doctus erat, & à puerili quo imbutus. Sicq; ad extremum *Tankradi* omnem mitigauit iracundiam. Deinde equum magni precii formosique corporis misit Comes Duci, ut sic perfectius animum eius placaret, ac secū his donis reuocaret ad assultum *Archas*: scilicet eum virum magnæ patientiæ & amoris: quo placato & reconciliato, cæteros in benevolentia posse redire ad concordiam. Nouissimè autem Principes hinc inde, præter *Tankradum*, concordes effecti, pari assultu & obsidione circa præsidium *Archas* vim inferentes, à die, qua *Dux* illic descendit, curriculo quatuor hebdomadarum confederunt.

xxxvi. Omnibus tandem in assultu præsidii tædio affectis, & cauatione montis deficientibus, præ labore intolerabili & defensione ab intus inestimabili, atque inopia necessariorum vitæ, murmur creuit in populo *Ducis* & *Robertis* Flandrensis, afferentibus cunctis, se illic vtrà in obsidione non posse persistere; & hoc præsidium, vi & arte insuperabile, vix per anni spaciū capi, etiam si tunc gladio famis queat expugnari. Vnde attentius instabant *Duci* omnes, parui & magni, quatenus castra ab obsidione amouerent, & viam, sicut decreuerant, Ierusalem insisterent, cuius desiderio, & causa visendi Sepulcrum Domini nostri *I E S U C H R I S T I*, à natalibus horis processerant. E contrâ Comes *Reymundus* omnibus modis & promissionibus meditatur, vt adhuc per aliquantum tempus tecum moram facerent, donec aliqua vi vel arte arx & Gentiles in ea conclusi caperentur, recensens quomodo *Anselmus* de Riburgis monte illic occisus ceciderit; & quod plures commilitones sui sint ab iisdem Saracenis alii morte, alii plagiis damnati saeuissimis. Sed nequaquam à desiderio & proposito suo eos aliquo blanditarum molimine vel promissione valens retinere, se suosque in eodem loco remanere affirmat, quo vsque arx inimica in vltionem suorum attritorum ruina consumeretur.

xxxvii. In hac itaque intentione Comite perseverante, & multa arte discessionem confratrum auertente, quadam die dux *Godefridus*, *Robertus* Flandrensis, *Tankradus* etiam cum vniuersis sequacibus suis, igne castri suis immisso, profecti sunt ab obsidione *Archas*, pluribus adiunctis sibi de comitatu *Reymundi*, qui divitio tædio fatigati, inuiti apud *Archas* remorabantur, præcipue ob desiderium semper oundi Ierusalem. Per duos enim menses & dimidium in circuitu præsidii *Archas* à principio cum ipso Comite confederant. Comes ergo videns, quod p̄st Ducem omnis tendebat populus, & sua manus defluxerat, pauciq; secum essent in auxilio retenti, nolens volens simul secutus est *Ducis* vestigia & cæterorum; & intermos ciuitatis *Tripolis*, vel *Triple*, in littore maris sitæ, cum cæteris suū applicuit comitatum. Vbi procul à ciuitate vniuersi tabernacula sua extenderunt, ne frugibus tætræ, & vineis habitatorū vrbis, tantus noceret exercitus. Intercessores enim & legati ab eadem vrbe s̄p̄ius *Archas* ad præfatos Principes descenderant, plura dona afferentes, & ampliora promittentes, si vrbi rebusq; suis parcerent, & non huic ficerent, sicut *Albariæ* & *Marræ* aliisq; ciuitatibus. Hac de causa procul ab vrbe resedit exercitus & omnis primatus, donec viderent, quo pacto & fôdere vel donorum oblatione placarentur, & inuicem amicitiâ firmari étur. Calamellos ibidem mellitos per camporū planiciem, abundantiter repertos, quos vocant *Zucra*, suxit populus, illorum salubri succo lœtatus; & vix ad saturitatē præ dulcedine exempli hoc gustato valebant. Hoc enim genus herbæ summo labore agricolarum, per singulos excolitur annos. Deinde tempore messis maturum mortariolis indigenæ contundunt, succum colatum in vasis suis reponentes, quo usque coagulatus indurescat sub specie niuis vel salis albi. Quem rafsum cum pane miscentes, aut cū aqua terentes, pro pulmento sumunt, & supra fauum mellis gustantibus dulce ac salubre videtur. Aiunt quidā genus mellis esse quod reperiens *Jonathan* filius Saul regis superfaciē terræ, inobediens gustare prælumisit. His ergo calamellis melliti saporis populus in obsidione *Albariæ*, *Marræ* & *Archas* multū horrēda fame vexatus, est refocillatus.

xxxviii. Præses autem ciuitatis *Triple* gloriose atq; diuitiosę, intelligens legiones fidelium ante muros & portas ciuitatis multo interuallo confedisse, ad primos exercitus *Godefridum* ducem, *Robertum* comitem Flandrensem, *Reymundum* comiten, *Robertum* Nortmanorum Principem, misit, quatenus dona ab eo recipient, & pacifice terram suam obtineret à facie ipsorum, tum etiam terram Gyblith & præsidium *Archas*. Tandem inito consilio, Præses in magna amicitia processit ad tentoria *Ducis*. Et Principibus satisfaciēs donis & verbis pacificis, ductorē vię per montana iuxta littora maris, vbi loca semitarū perplexa & ignota erāt, virū zate

estate senem concessit, qui eos à littore maris via reflexa per angustas fauces montis tam arcta semita duxit, vt vix homo post hominem, animal post animal incederet. Hic mons à montanis proceris longitudine usque in mare porrigitur. In huius summitate turris, per portam quandam imminens, trans viam ædificata erat, cuius in habitaculo viri sex consistere poterant, quorum defensione omnibus, qui sub cœlo viuunt, via contradici poterat: sed à facie exercitus, & præsidis Triple conductu, nemo tunc transeuntibus resistebat. His faucibus arctis & difficilimis superatis notitia ductoris & conuiatoris sui Sarraceni, viam ad littora maris repentes, ad civitatem *Giblith*, pro qua præses urbis *Tripolis* intercesserat, peruerentur. Qua relictâ iuxta promissionem suam ne ei exercitus noceret, peracto tantum ab hac milliari, super flumen cuiusdam dulcis aquæ pernoctauerunt: vbi & sequenti die remanserunt, operientes debile vulgus, præ lassitudine viæ per auaia & scopolosa fatigatum. Dehinc tertia die castra amouentes, & viam rur- xxxix. sus in littore maris continuantes, in semitam cuiusdam montis miræ & inauditæ angustiæ referuntur: quæ repentina imbrum, in præcepsum ruentium, inundatione & cauatione extitisse perhibetur: & per hanc iter esse illuc transeuntium. Hic itaque mons tam vicinis & creberrimis maris vndis tunditur, vt non à dextris vel sinistris liceat ullo modo declinare, ne forte in offensione habeat quispiam in profundum maris cadere promptum. Hoc angustiarum itinere finito, & rursus quodam turris præsidio, vt præfata turris inexpugnabili, per Alpes transito, quod utrumque vacuum omni defensione remanserat, timore à D E o, non ab homine Sarracenis custodibus incusso, ad vesperam applicuerunt iuxta urbem *Baurim* vel *Baruth* hospitati, semper comite Sarraceno conuiatore præcedente, ac eos ducente. Incolæ autem Baurim, cognoscentes aduentum Christianorum, & iam exercitum per campos ciuitatis hospitatum, munera acceptabilia cum verbis pacificis miserunt prædictis Principibus in hunc modum: *Precamur, ut arbores, vites ac sata nostra non vallantes, pacifice transeat*: & si propositum vestrum capienda Ierusalem prosperante fortuna adimpleueritis, vobis cum omnibus rebus nostris seruituri sumus. His precibus & promissionibus donisque incolarum Baurim præfati Principes placati, surrexerunt cum vniuerso exercitu Christianorum, & rursum in littore maris viam insistunt per easdem fauces & asperitates scopulorum, qui procellis maris semper illiduntur. De quibus egressi, in planiciem, quæ urbem, *Sagitta xl.* nomine, continet, descenderunt, vbi super ripam cuiusdam dulcis fluuii hotipio remanserunt. Illic plurimos aceruos lapidum repererunt, inter quos infinita manus debilis & pauperis vulgi dum fessa quiesceret & accubaret, à serpentibus, quos vocant *Tarenta*, quidam percussi, interierunt tumore, & præ intolerabili siti inaudita inflatione membris eorum turgentibus. Ibi quoque *Sarraceni* in virtute sua confidentes, & ab urbe Sidone euntes, lacestere præsumebant exercitum, cæsis Peregrinis, in urbis huius regione viatum & necessaria quærentibus. Sed ab equitibus Christianis grauter repressi, quidam armis, aliqui spem salutis ab armis inter vndas astimantes, submersi sunt, ac suffocati fluctibus perierunt. Hac itaque ciuitatem procul dubio in ultionem suorum Christiani obsidione compressissent: sed desiderio eundi Ierusalem auersi sunt. Hac in regione Sidonis dum plures à prædictis & ignitis serpentibus periclitarentur, & gemitus planctusque magnus super pereuntibus haberetur, medicinam hanc ab indigenis edocti sunt, vt omnis à serpentibus percussus nobiliorem ac præpotentem exercitus adiret: quia dextera manu illius aculei vulnere tacto ac circumplexo, non ultra venenum per membra diffusum nocere videri. Similiter & aliam edocti sunt medicinam, vt vir percussus sine mora coiret cum muliere, cum viro mulier: & sic ab omni tumore veneni liberari utrumque. Didicit etiam populus Christianus ab incolis, quatenus lapides ad inuicem assiduis istibus manu quaterent, vel in clypeis crebra percusione sonitum facerent: & sic à serpentibus, hoc sonitu & strepitu exterritis, securè socii dormire valerent. Altera deinde lucescente die, quidam confrater Christianorum, vir & miles nobili editus parentela, *Walterus* nomine, de *Verna* castello, assumptis quibusdam complicibus suis de comitatu, in montana profectus est. Vbi ingentes prædarum contraxit copias, quas armigeris & aliquibus ex sociis commissas misit ad exercitum, ipse vero ampliores explorare vndique in loco montibus septo concupiuit, per arctum & difficilem aditum ad nimia armenta & res Sarracenorum ingressus: vbi ab eis circumuentus, latet in hodiernum diem,

XLI. quo fine perierit. Principes autem prædicti, & omnis comitatus eorum, ignorantes cur miles egregius ultra terminum faceret moras, adhuc tertia die in regione vrbis *Sidonis* remanserunt, si forte miles honorificus redierit à montanis, vel aliquid de eius aduentu intelligerent: Sed minime eo in prima nec in altera luce reperto, à statione vrbis migraverunt. Ab hinc ergo camporum planiciem habentes usque *Tyram*, quam nunc *Sur* vocant, cum præductore suo descenderūt, castris illic per agrorum planiciem ad hospitandum collocatis. Manat enim illic fons, murato & arcuato opere sic exaltatus, ut impetu & abundantia aquarum rium in origine sua tantum procreet, ut omnis exercitus illum exhaustire nequiret. Sequenti verò die Sur relicta, ad ciuitatem, *Ptolemaidem* nomine, quam nunc moderni *Accaron* vocant, eo quod sit vrbis DEI Accaron, ventum est. Quam ad dextram iu⁹ littore maris relinquentes, super flumen dulcis saporis, quod ibidem mari influit, biduo pernoctauerunt. Illic duæ diuiduntur viæ, una quæ dicit per Damascum & fluuium Iordanis à sinistris in Ierusalem, altera quæ à dextris iuxta litus prædicti maris continuatur in Ierusalem. Vnde quia inter quinquaginta millia virorum vix viginti millia in bello valentium reperiri poterant, consilium inieunt, ut per Damascum nequaquam transirent: propter copiam Turcorum, qui Damascum inhabitabant; & propter apertam illic camporum planiciem, vbi ei in omni latere spaciōsum videbatur ab hostibus incursari. Quare inter mare & montana in littore viam insistentes, vbi fiducialiter transire poterant, protecti mari à dextris, & à montium altitudine incommeabili, ciuitatem *Cayphas*, dictam à Caypha, quondam Principe sacerdotum, præterierunt; eademque die in terminis *Cesarea*, quam quondam urbem, *turrim Stratonis* dictam, Herodes postea in honorem Cæsaris reædificatam, Cæsaream appellavit, castra metati hospitio remanserunt. Ibidem ad radicem montis fons manat, qui ibidem vibi influit per camporum apertam planiciem, vbi Dux *Godefridus* & *Robertus* Flandrensis, positis tentoriis, hospitati sunt. Comes verò *Reymundus*, *Robertus* Normannorum Princeps, post illos interposita eiusdem fluminis amplissima palude, procul ab hinc in eodem flumine castra posuerunt. Per quatuor quippe dies ibidem commorantes, Sabbatum sanctum Pentecostes, ipsumque diem aduentus Spiritus sancti deuotis.

XLII. simè celebrauerunt. Has itaque vides præfatas prætereunte intactas, secunda, tertia & quarta feria in terminis & spaciose planicie prænominata *Cesarea Cornelii* in regione Palæstinorum iter suum continuantes, quinta feria ad fluuium ciuitatis *Rama* vel *Rames* castra applicuerunt, & in crepidine aluei eiusdem fluminis tentoriis, ponentes, pernoctare decreuerunt. *Robertus* verò Flandrensis & *Gastus*, militaris homo de Bordeiz, assumptis quingentis locis tironibus, à societate præmissi, ad portas & explorandos muros præcesserunt. Quas apertas & referatas subierunt, neminem in urbe reperientes: quod audita tribulatione & infortunio Gentilium in circuitu & captione *Antiochia*, vniuersi ciues per montana & deserta loca fugientes à facie Christianorum, cum pueris, vxoribus, armentis & gazis 40 suis se absconderunt. Sic ciuitatem *Rames* ciubus & armis vacuam inuenientes, festinatò nuncium miserunt ad populum Catholicum, qui castra metatus erat in ripa fluminis, ut vniuersos accenseret ad intrandam & possidendam urbem, artusque recreandos, quos magnis & longis afflixerant laboribus. Quod Peregrini audientes, ad urbem sine mora profecti sunt; & in ea per tres dies requiem sibi fecerunt, vino & oleo plurimoque reperto frumento refocillati. Episcopum etiam illic quendam *Robertum* constituerunt, Christianos incolas in ea relinquentes, qui terras colerent & iusticias facerent, agrorum vinearumque fructus redderent.

XLIII. Quarta ve.ò de hinc exorta luce, pariter Peregrini procedentes, viam insistunt, relicta ciuitate *Rames*, qui usque ad locum, quo hæc montana incipiunt, quæ urbem Ierusalem in medio sitam vndique circumstant, proficisci statuerunt. Sed in loco illo penuria aquæ nimia reperta est. Vnde ad castellum *Emmam* trans tria milliaria, cisternis & irriguis fontibus compertis ex relatione coniutoris & ductoris sui Sarraceni, plurima manus armigerorum transmissa est, qui non solum aquarum copiam, verùm etiam pabula equorum attulere plurima. Ibidem *eclipsi Luna*, quæ decimaquinta erat, in ipsa nocte facta est, ita ut ex toto à claritate sua deficeret; & in sanguineum colorem tota usq; in medium noctis commutata, omnibus id perspicientibus timorem non modicum afferret; nisi à quibusdam, quibus pecebat astrorum notitia, hoc solamen redderetur. Dicebant enim hoc portentum non

nō malum omen Christianis esse affuturum, sed Lunæ defectionem, sanguineamque eius obscuritatem, interitum Sarracenorum procul dubio ostendere. Solis verò eclipsin noxiū esse Christianorū portentum affirmabāt. Hospitatis de- XLIV.

nique Christianis in eodem loco iuxta montana *Ierusalem* cum vniuerso exercitu, iam die aduersa sc̄ente, legatio Catholicorū incolarum vrbis *Bethlehem* Duci *Godefrido* innotuit, & præcipue illorum, quos *Sarraceni* suspectos traditionis in adventu Christianorum ab Ierusalem eiecerant, minas mortis adhuc inferentes: quatenus in nomine Domini Iēsū Christi sine aliqua retardatione eis ad subueniendum, viam maturarent. Gentiles enim ex omni plaga regni Babyloniarū, iudito aduentu Christianorum, confluebant in Ierusalem, ad defensionem vrbis & occisionem eorum. Dux verò audita legatione cum precibus, compertoque Christianorum periculo, in eadem nocte centum circiter equites loricatoris, de castris & comitatu suo electos, præmisit ad subueniendum desolatis & congregatis Christi fidelibus in Bethlehem. Qui iuxta imperium Christiani ducis equis insidentes, cum festinatione sex milliaribus pertotam noctem superatis, in primo diei ortu in Bethlehem peruererunt. Ciues verò Christiani cognito eorum aduentu, cum hymnis & laudibus & aspersione sanctificati fontis obuiam procedentes, latenter eosdem equites Christianorum suscepserunt, oculos & manus eorum deosculantes, & hæc ad illos referentes: *DEO gratias, quia temporibus nostris nunc ea videmus, que nobis semper erant in desiderio: videlicet vos Christianos confratres ad excussionem iugis seruitutis nostra adesse; & ad loca sancta Ierusalem in stauranda, & ad auferendos Gentilium ritus eorumque immundicias à loco sancto.* Vix à castris præmisit. XLV.

quites processerant, & ecce fama ad aures primorum vniuersique exercitus est perlata, legationem duei à Bethlehem esse allatam. Qua de causa vix medium noctis processit, & continuò omnes pusilli & magni castra sustulerunt, per angustias viarum arctasque fauces collium arctam viam insistentes. Abinde præire & iter maturare quique feruebant equites, ne in arctis semitarum faucibus multitudine pedicum inundante, magnum fieret equitibus impedimentum. Maturabant siquidem magni & parui iter, sub pari intentione in *Ierusalem*. Cum quibus præmissi milites, à Bethlehem reuertentes, in via associati sunt, cùm primū Solis calore matutini rores in gramine solent exiccati. *Gastus* de ciuitate Berdeiz cum triginta viris, gnaris certaminis & insidiarum, clām subtractus ab exercitu, sicut erat profidus, sciens vires appropinquantium Peregrinorum adhuc latere ciues & milites Ierusalem, per confinia eiusdem vrbis cum suis frena laxat, prædas vndique contrahit & abducit. Sed comperta illius audacia, à ciuibus & Sarracenis militibus præda excussa est; *Gastum* verò sociosque eius usque ad ascensum rupis cuiusdam inscuti sunt. Ab eadem autem rupe *Tankrado* descendenti ex aduerso, qui & ipse exercitum præcessit, causa querendi necessaria, idem *Gastus* obuiam factus est. Qui Sarracenorum ab urbe egressionem, & prædæ suæ excussionem manifestans, ad insectandos eosdem hostes ipsius *Tankradi* animum vehementer accedit. Vnde ambo admixtis sociorum copiis, fortiter in terga aduersiorum e quos laxant, usque ad portam vrbis Ierusalem eos in fugam remittentes; prædam verò retinentes, ad subsequentem Christianorum exercitum perduxerunt. Visis autem prædarum gregibus, ac reuersis fratribus, requirunt vniuersi, vnde has prædarum copias abduxerint. Illi eas à campo Ierusalem rapuisse & abduxisse professi sunt. *Ierusalem* verò nominari audientes, omnes prælatitia in fletum lachrymarum fluxerunt: eò quod tam vicini essent loco sancto desideratæ Vrbis, pro quo tot labores, tot pericula, tot mortis genera perpessi sunt. Mox pro auditæ Vrbis desiderio, & amore videndi Sanctam Ciuitatem, oblii laborem suamque fatigatioνem, amplius quam solebant, iter maturant. Nec mora vlla intermissa est, quo usque ante muros Ierusalem in laudibus hymnorumq; vociferatione præ gaudio lacrymant, sexaginta circiter millia utriusque sexus constituerunt. His ita- XLVI.

que in locis Christianissimo exercitu in variis signis & armis collato, portæ vrbis à militibus regis Babyloniarū clausæ sunt, *turris David* satellitio armato munita; & vniuersi ciues in moenibus ad prohibendum & resistendum populo Catholicō affusi sunt. Ruperat enim *Rex Babylonie* fœdus, quod legati eius Antiochiam missi, cum Christianis Principibus pepigerant, nihil causæ aduersus eos habens, præterquam quod Reymundus Comes Tortosam ciuitatem apprehendit, & præsidium Archas plurimis diebus obsedit. Christiani verò videntes Regis militiam, vrbis

munitonem, Gentilium contradictionem, muros in circuitu locata obsidione vallant, ducemque *Godefridum*, quia erat potens consiliis & viribus cum Teutonicis, bello ferocissimis, in latere turris Dauid, vbi maior vis defensionis redundabat, ordinant, & vnā cumeo *Tankradum* comitem, & *Reymundum* cum duobus Episcopis Italiæ ante ianuam eiusdem turris cum suo comitatu sedere decreuerunt. Deinde *Robertus* Flandrensis, & *Hugo* grandævus de S. Paulo cum suis sodalibus, ad obsidēndos muros ciuitatis in acclivi parte camporum sedere delegerunt. *Robertus* verò Nortmanorum princeps, & *comes Britanus*, iuxta muros, vbi est oratorium protomartyris Stephani, in ordine sociorum tabernacula extenderunt. Comes *Reinboldus* de ciuitate Otingis, *Lodewicus* de Monzun, *Cuno* de Mor¹⁰te acuto, filiusque eius *Lambertus*, *Gastus* de Bordeiz, *Gerhardus* de Roselon, *Baldewinus* de Burg, *Thomas* de Feria caltro, vndique in circuitu vrbis confederunt. *Reymundus* verò Comes, videns quia alias posset proficere, castra sua ab obsidione portarum turris Dauid sustulit, relictis quibusdam sociis ad custodiam portarum, & super montem *Sion* fixis tentoriis, vrbem obsidere profectus est. Hac itaque in circuitu obsidione locata à primoribus Gallorum, exploratisque locis, ne quid vacuum aut opportunum pateret insidiis, ad montem Oliueti ventum est: vbi etiam virorum fortium custodiam posuerunt, ne aliquis assultus ab hac parte fieret ex improviso; & Gentilium insidiæ, per iuga descendantium, Christianos incavatos deciperent. *Vallis* verò *Iosaphat*, super quam erat vrbis, & eius imminebant²⁰ ædificia, remansit inobsessa propter locorum difficultatem & vallum profunditatem. Etant tamen illic, nocte & die, assiduæ vigiliæ & custodiæ Christianorum.

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER SEXTVS.

Argumenta Capitum.

- I. Prima die congressionis diuersè variè affliguntur.
- II. Consilium primorum, quomodo ciuitas capi possit.
- III. De instramētis vincēdæ vrbis appositis.
- IV. Quidam è populo dum viētum longius quererent, mortem incurront.
- V. Vbi unus gentilium illustris, & duo nobiles Christianorum trucidantur.
- VI. Quando obſeffasit vrbis, & de raritate potus.
- VII. Consilium inclusi cuiusdam super negocio incepto.
- VIII. De indicta processione, & quatuor gestasint.
- IX. Machinis muro applicitis, ingenia partium inter se configunt.
- X. Arietem muros perforantem obſeffi disipare moliuntur.
- XI. Qui vndique machina præsint, disponuntur.
- XII. Quanta instantia ciues à machinis feriūscus fatigentur.
- XIII. Vbi porta, quæ Babylonie nuncius peruenie erant, custodia deputantur.
- XIV. De duobus Regis Babylonie nuncius diuerso mortis genere pereuntibus.
- XV. De instrumentis profanorum contra machinas fidelium.
- XVI. Decrucifixo, cui perfidiorum infania nocere non potuit.
- XVII. Item de diuersis perfidiorū machinis.
- XVIII. Vbi ignis acetō sopitur, & catena gentilium vi extorquetur.
- XIX. Qui sanctam ciuitatem obtinuerint primi.
- XX. De diffugio & interitu perditorum.
- XXI. Quid factum sit, per portas totο irrumpente populo.
- XXII. Decisterna regi palatii.
- XXIII. Item de generali cede ciuium & direptione templi Domini.
- XXIV. Relatio de templo Domini.
- XXV. De oratoriis sanctæ ciuitatis, & quæ deuotè Dux Sepulcrum Domini vistauerit.
- XXVI. Vīsio cuiusdam de Duce.
- XXVII. Interpretatio somnii.
- XXVIII. De auaritia Reymundi & Tankradi, & de nece quorundam Gentilium.
- XXIX. Vbi consilio Maiorum ira Tankra-dis edatur.
- XXX. Internecio superstítum gentilium.
- XXXI. De anteriore Turcorum dominio in urbe Ierusalem.
- XXXII. Quomodo Turci eliminati sunt, & de mendosa Babylonici Regis promissione.
- XXXIII. Promotio glorioſi Duci in Ierusalem.
- XXXIV. So-

- XXXIV.** Somnium cuiusdam militis de Duce.
- XXXV.** Solutio somnii.
- XXXVI.** Item visio cuiusdam Aquensis Clerici de Duce.
- XXXVII.** Explanatio visionis.
- XXXVIII.** Qualiter inuenta sit portio lignis salutaris.
- XXXIX.** De obitu Patriarche Hierosolimitani.
- XL.** De clericis & campanorum signis a pad Dominicum sepulcrum institutis.
- XLI.** Quomodo Dux copias hostium occiderit.
- XLII.** Populus à prædagensilium prematus abstinet.
- XLIII.** Praefecto gentili Dux exponit, cur populus pergit ad prælium.
- XLIV.** Plebs Christianorum crucis signata in occursum pergit armatis.
- XLV.** Qualiter fuerit eorum acies ordinata.
- XLVI.** Post altera discrimina parsimina diffugit.
- XLVII.** De noce & spoliis occisorum.
- XLVIII.** Populus rapinis inhibans, feratur, manus continens superior efficitur.
- XLIX.** Item de noce perditionum.
- L.** Quando prælium hoc commissum sit, & de ibidem gestis.
- L I.** Comes Reymundus Ascalonem & Sur contra Christianos consilio suo obfirmat.
- L II.** Dux & Comes Reymundus pacificantur.
- L III.** Principibus repatriare cupientibus Dux valedicit, & cives Sur Ducis confederantur.
- L IV.** Decateris fidelibus repatriantibus.
- L V.** Boemundus Laodiceam, Christianorum urbem, obsedit.
- L VI.** Episcopus Tisanus redeuntes peregrinoshumiliter salutat.
- L VII.** Mutua colloquio Episcopi & peregrinorum.
- L VIII.** Boemundus, nolens obsidionem solvere, deseritur ab omnibus.
- L IX.** Armati fideles Laodiceam persuerientes, Boemundum fugisse reperiunt.
- L X.** Boemundus Laodicenisibus reconciliatur, & quibusdam alios.

A N C T A autem ciuitate sic vndique vallaça, quinto die obsidionis ex consilio & iussione prædictorum Principum, loricis & galeis Christiani induti, facta scutorum testudine, muros & mœnia sunt aggressi, viros Sarracenos fortiter bello lacestantes in iaculis saxonum, fundis & sagittis trans muros volantibus, ab intus & de foris per longum diei spacium dimicantes. Multi ex fidelibus sauciati, & lapidibus quassati attritique sunt: quidam sagittarum infixione oculos amiserunt. Sed primorum nullus, Deo donante, illa die percussus est. Christiani molestè ferentes populi contritionem, labori & bello amplius incumbebant; & muros exteriores, quos Barbicanas vocant, valide impugnantes, ferreis malleis & ligonibus partim sciderunt. Sed tamen non multum hac die profecerunt. Sedato tandem hoc belliturbine, videns Dux & primi exercitus, quod vrbs armis & assultu foret insuperabilis, in castra ab assultu sunt relati, communis consilio vni, quia nisi ingenii machinæ & mangenarum vrbs acquiratur, nunquam aliqua vi armorum possit superari. Quod omnibus vtile visum est consilium, machinas & mangenas arietesque fabricari. Sed deficiebat materia lignorum, quorum in illis regionibus magna est penuria. Ad hæc quidam frater conchristianus, natione Syrus, Peregrinis locum indicat, ubi ligna ad construendas machinas possent reperiri: vide licet in quibusdam montibus versus plagam Arabiarum. Reuelato autem loco lignorum, Robertus Flandrensis, Robertus Nortmanorum Dominus, Gerhardus quoque de Keresi, assumta manu equitum & peditum, trans quatuor milliaria profecti sunt. Vbi ligna inuenta tergis camelorum imponentes, ad sedem sociorum reversti sunt sine damno. Craftina vero luce primùm terris immissa, vniuersitatis operi machinæ mangenarum & arietis instant, alii securibus, alii terebellis, quo usque sub spacio quatuor hebdomadarum opus machinæ arietis & mangenarum ad vnguem perductum est ante turrim Dauid, in aspectu omnium, qui in eodem præsidio morabantur. Deinde, moniti sunt iuuenes, senes, pueri, puellæ ac mulieres, ut conuenirent in vallem Bethlehem, omnes virgulta in mulis ac asinis aut humeris suis allaturi, de quibus crates triplices contexerentur, ex quibus machina vestita Sarracenorum parui penderet iacula. Quod & actum est: vimina & virgulta plurima allata sunt, quibus crates consertæ, coriis equinis & taurinis ac camelorum opertæ sunt; ne facile hostili incendio machina cremaretur. In-

terea in hac mora longæ obsidionis, & prolixa operosaque machinarum structura, compulit quosdam indigentia rerum necessariarum ab exercitu surgere, & viatum querere. Sed dum casu in finitimas oras Rames, prænominatae urbis, incidenter, prædas comportarent, greges cogerent, ab insidiis Sarracenorum, qui ab Ascalone, ciuitate Regis Babylonie, descenderant, attriti sunt, & prædaretenta est. Giselbertus de Treua & Achar de Montinerla, fortis Christianorum Duces, & viri nobiles, illic post plurimum certaminis detruncati corruerunt: reliqui vero ex sociis corum in fugam conuersi, per montana viam accelerabant in Ierusalem. Ad haec Baldewinus de Burg, ad idem negocium contrahendi escas cum Thoma de Feria castro, assunta manu equitum, progressus, obuiam fugitiuis & disturbatis fratribus factus est. Qui rem & casum illorum intelligens, consolatus est vniuersos, vt redirent secum in ultionem suarum calumniarum. Continuo Peregrini, consolatione virorum fortium respirantes, reuersi sunt vnanimiter & recenter in persecutionem inimicorum, & cum eis diu prælia conserentes, hinc & hinc vires occisi ac vulnerati sunt. Baldewinus de Burg aduerso telo in pectore vulneratus est. Tandem Christiani inualescentes, & Sarracenos in fugam cogentes, quandam eorum militem nobilissimum, virum calua fronte, statuta procerum, grandæum ac corpulentum captum tenuerunt. Quem Ierusalem abducentes, in prædicti Baldewini tentorio compedibus religauerunt, sed is nobiliter in throno Baldewini resedit, quod ostro preciosissimo opertum erat. Videntes autem Christiani Principes, quia vir prudens & nobilis & strenuus idem foret Sarracenus, de vita & moribus eius saepius inquirentes ac disputantes, ad Christianitatis fidem eum vocare conabantur. Sed modis omnibus huic professioni abrenunciants, ante turrim Dauid productus, ad terrendos arcis custodes in conspectu omnium ab armigero Baldewini decollatus est. Præfati vero Principes, Giselbertus & Achar, insidiis Gentilium trucidati, ad locum obsidionis in magna lamentatione referuntur: quibus Christiani sacerdotes catholicas exequias exhibentes, in sepulcro Christianorum confatrum, quod erat extra ciuitatem, ossa eorum posuerunt. Obsessa est autem ciuitas Sancta, & mater nostra Ierusalem, quam adulterini filii inuaserunt, & legitimis filiis negauerunt, tertia feria in secunda hebdomada mensis Iuli, qui calore & Solis ardore intolerabilis habetur, & præcipue in his Orientalibus plagiis, ubi etiam non solum riui deficiunt aquarum, sed & fontes viui & modici solùm trans tria milliaria reperiuntur. Hoc Solis ortu flagrantissimi, hoc defectu aquarum intolerabili, & ariditate inestimabili, Christianorum populus in obsidione hac grauiter vexatus est. Quorum socii ad hauriendos & inuestigandos fontes cum sparsim mitterentur, interdum incolumes hausto fonte redibant; interdum amputatis capitibus, insidiis gentilium periclitabantur. Aquam vero turbidam & lutulentam factam in contentione multitudinis haurientium, cum lubricis vermis hirudinum in follibus caprinis afferebant. De qua, quantum os cuiusque à foramine angusto pellis capere poterat, licet vetus & putrida fuit, aut de foedis sumta paludibus, vel antiquis cisternis, duobus nummis vendebatur. Plurimi autem inertis vulgi, qui sitis intolerantia arctabantur, dum sic licentiam bibendi acciperent, lubricos vermes & aquatiles deglutiebant, & sic tumefacto gutture aut ventre extinguebantur. Tantum de monte Sion riuius perexiguus manat, cuius subterraneus ductus à palatio Solumonis est iactu sagittæ, usque ad eum locum, quo ædificium in modum claustrum quadratum habetur: cuius in medium per noctem riuiulus congregatus adunatur, de quo in die ciues utuntur & animalia adaquantur. Ex hoc creberimo haustu exercitus refocillabatur, licet hac parte inobsessa saepius ciues haurientibus iacula intorquerent, & à stillicidio hoc prorsus Christianos absterrere laborarent. Vuarum copia viniq; affluentia primoribus semper abundabat, & præcium habentibus; egenis vero, rebus exhaustis, etiam aqua, ut audistis, nimis erat defectio. Vnde hac sitis pestilentia ingrauescente, populoque Catholicorum in obsidione laborante, visum est primatibus populi ex consilio Episcoporum & cleri, qui aderant, ut consulerent quendam virum DEI, qui erat in antiqua turri proceræ altitudinis in monte Oliuarum solitarius, quid agerent, quid primum insisterent; reuelantes ei, quanto desiderio ad ingrediendum Vrbem, & Sepulcrum Domini videndum, astuarent, & quanta in via pro hac fide & voto pericula sustinuissent. Vir autem DEI audita eorum intentione & desiderio, consilium

lium protulit, quatenus primùm in afflictione ieiuniorum & continuatione orationum deuotè insisterent; & post hæc muris & Sarracenis Deo auxiliante tutius inferrent assultus. Iam ex viri DEI consilio ab Episcopis & clero triduanum indicitur VIII. ieiunium: & sexta feria processionem vniuersi Christiani circa urbem facientes, deinde ad montem Oliueti venientes, in loco, vbi Dominus IESVS cœlos ascen-dit, ac deinde procedentes alio in loco, vbi discipulos suos orare docuit, in omni deuotione & humilitate constiterunt. Illic in eodem loco montis Petrus eremita & Arnulfus de Robes castello Flandriæ, Clericus magnæ scientiæ & facundiæ, ad populum sermonem facientes, plurimam discordiam, qua inter Peregrinos de diuerfis causis ex-creverat, extinxerunt. Dissentuonem vero, quæ inter comitem Reymundum & Tan-kradum diu inualuit, propter conuentionem solidorum, quos ei illuste Comes ne-gauerat, ex admonitione spirituali ambobus Principibus compunctis, concordi amore placauerunt. Placatis autem his, & in concordiam cum aliis multis Chri-stianis confratribus reductis, tota illa Christianorum processio à loco prædicti montis Oliueti descendens, ad proximum montem Sion in ecclesiam sanctæ DEI Genitricis collata est. Vbi Clerici albis induiti, & reliquias Sanctorum cum reue-rentia sumentes, complures idonei laici à sagittis Sarracenorum, qui in mœni-bus urbis obseruabant transentes, percussi sunt. Est autem ciuitas proxima huic ecclesiæ Sion quantum iactus habet sagittæ. Hoc autem in loco ad scitandam iram Christianorum, in derisum etiam & opprobrium, Cruces fixerunt, super quas aut spuebant, aut in oculis omnium mingere non abhorrebant. Dehinc IX. ieiunio cum processione sancta & letania orationeque finita, cœlum iam tenebris operientibus, noctis in silentio deportata est machina per partes, & vniuersa strues mangenarum, ad ipsum locum ciuitatis, vbi situm est oratorium S. Stephani protomartyris versus vallem Iosaphat, in die Sabbati, collocatis tabernaculis in circuitu machinæ ab hac statione sublati. Vbi machina & omnia instrumenta mangenarum & arietis ad uigorem fabricata sunt. Veiùm ex consilio Majorum instrumenta trium mangenarum ordinata eriguntur, quarum priori assultu & im-petu Christiani Sarracos ciues à muris & mœniibus arcentes absterrent; & 30 muralia repentina iactu, si licet quoque tactu, perstringere valerent. Tandem Sar-raceni hoc impetu & iactu perpicientes muros grauter concuti & minui, saccos, stipula paleaque refertos, ac nauium funes magnæ grossitudinis, strictim densa-tes, muris & mœniibus affigentes, opposuerunt, quatenus impetum & iactum mangenarum molliter exciperent, & nequaquam muris mœniibusque nocerent. Dux verò videns hoc impedimentum suis ingeniis oppositum, funibus & saccis sagittas ardentes illico ab igne eductas, baleari arcu intorsit; & sic igne infixo, & aridæ materiei inhærente, à leui aura tenuis flamma suscitabatur, quo usque vires acquirens, saccos funesque consumsit: & rursus impetus muros & mœnia minue-bat. Inter hæc, ad augendam ruinam & stragem murorum allatus est præfa-x. tus aries horrendi ponderis & operis, vestitus vimineis cratibus. Qui virtute & inæstimabili virorum inundatione impulsus, Barbicanas, exteriores scilicet mu-ros, oppositos & quato yallo urbis, à viris arietem impellentibus graui impetu in momento comminuit atque deiecit; & viam machinæ ad interiores muros & antiquos aptauit, foramenq; per grande & horrendum, iam ad urbem pertransiens, infregit. Hoc itaque foramen trans muros urbis defensores intuentes, nec ultra id periculum sufferre valentes, igne sulphureo pice cæreoque suscitato, arietem, nimium muris vicinum, succenderunt, ne deinceps muros ferrata fronte impel-leret, aut foramen ampliaret. Tunc subito clamore DEI populus commotus, vn-dique tentoriis & tiguriis aquam conuehunt, qua tandem aries ab igne restindus 50 est. Interea dum aries extinguitur, mangenarum iactus & impetus assidue XI. muros minuebat, & custodes ac defensores à mœniibus arcebat. Nec mora, inter hæc, machina cum omni structura sua erecta est; parietes, cœnacula, cratesq; illius opertæ coriis taurinis, equinis & camelinis: in quibus constituti sunt milites, qui urbe in impugnarēt, & resistentes, facilius certamine fatigarent. A die autem Sab-bati huius machinæ operi & compagi insudantes, usque ad quintam feriam pro-tractum opus in vespere consummauerunt: & Ducem Godefridum, eiusque fratre-m Eustachium, similiter fratres duos, Ludolfum & Engelbertum, ortos de ciuitate Tornaco, ad tuendam machinam, & urbem bello concitandam ordinauerunt. Ducem ergo suosq; in superiore cœnaculo; Ludolfum cum fratre suo, & cæteris

eorum sequacibus, medio cœnaculo immorari decreuerunt; in inferiore vero, qui machinam trahentes vrbi applicarent. In arce vero machinæ eiusq; cœnaculis his constitutis, arietem, post deletas Barbicanas & æquatum vallum, quia tam difficile onus tedium erat amouere, vltro Christiani suo igne combusserunt, ne tanti robos.

xii. ris magnitudo conductili machinæ esset impedimento. Dehinc autem in sexta feria manè facto, Sarraceni milites, & qui vrbis erant ciues, machinam erectâ intuentes, & in ea habitantes loricatos, stupefacti & tremefacti, mirantur tam matutinos & bello paratos milites in machina apparere; omnesq; per vrbem gradientes sagittis & arcu infigere, ac pugna incessibili quosque per vrbem viros à machina desuper muros prominentes, iaculis & saxis vrgere. Vnde vnanimiter intra ciuitatem Gentiles congregati, volatili telo sagittarum nocere Duci & resistere non abstinent; & per mœnia dispersi, Peregrinos lædebant: Peregrini vero fortiter ex aduerso resistebant. Ad hanc denique nimiam contritionem ab intus & extra, à machina, quæ altitudine hastæ fraxineæ vrbem & mœnia superabat, viri & milites siles immanissimos contorquebant ad lædendos muros, & absterrendos ciues à defensione mœniū, vniuersos per vrbem circumuagos in sagittis & lapide percutientes. Alii vero in latere vrbis supra montem Sion, vna machinâ comiti Reymundi milites contortquebant lapides & iacula, lædentes muros & per mœnia assilentes, huicq; machinæ Comitis frustra nocere querentes: quæ eadem nocte & hora, qua

xiii. & Ducis, erecta & muris applicata est. Cùm hæc obsidio Sanctæ Ciuitatis iam tedium fieret, studioseque in eius captione modis omnibus & operibus feruerent, atque plurima de minis & virtute Regis Babylonie innotescerent, peruenit ad aures Principum exercitus per delatores eosdem qui fratri Tankrado pecuniam & ornatum templi Domini ante captionem vrbis propalauerunt: quod ad vrbem Ierusalem per eam portam montis Oliueti & vallis Iosaphat, quæ inobessa erat, assidua legatio Regi Babylonio mitteretur de omnibus quæ siebant, rursusq; Regis nuncia & consilia per eandem portam sæpe & occulte reportarentur vrbis defensoribus: & Christianis leuiter posse fieri magnum impedimentum. Quare habito cautè super hoc consilio, Principes Christianorum collocauerunt latentes insidias in valle & exitu eiusdem montis, in silentio noctis, antè & retrò munitis viarum semitis vigili custodia: ne forte aliquis ab Ascalone vel Babylonie aut ab aliqua parte regni huius descenderet, vel à porta inobessa solito more in legationem procederet; sed in insidias incidens, subito caperetur, nulloq; diffugio ante laterum occultatus, à manibus vigilantium elaberetur. Sic tandem ordinatis viarum

castodibus, & in loco prædicti montis Oliueti constitutis, duo Sarraceni ab Ascalone properantes, & Regis Babylonie nuncia defensoribus vrbis deferentes, iam noctis silentio incumbente, medio custodum venientes astiterunt, vrbem sine aliquo obstaculo sperantes ingredi. Sed subito à militibus & custodibus portæ inobessa capti sunt & retenti: quorum alter à iuuene immoderato hasta confixus, mox spiritum exhalauit; alter vero viuus & sanus in presentiam Christianorum Principum adductus est, vt ab eo minis extorquerent aut promissione vitæ, cuius rei nuncii aduenissent: quatenus sic iacula præuisa minus nocere posset. Is deniq; multum vitæ suæ solitus & anxious, plurimū de Regis Babylonie consilio & legatione aperuit; & quomodo nunc per eos admonuisset fideles sibi milites vna cum ciuibus, ne aliquo terror & oppressione fatigati, deficerent, sed se iuicem consolando, stabiles in defensione persisteret: scientes, quia post quindecim dies ad auxilium in virtute magna Ierusalem venire decreuisset ad exterminandos Gallos, & suos liberandos. Post hanc cæterasq; relationes militibus restitutus, tormeto cuiusdam mangenæ, ligatis manibus & pedibus est immissus, vt sic post primam & secundam inundationem trans muros iactaretur. Sed pimio eius pondere pellis mangenæ grauata, non longè miserum proiecitur: qui mox iuxta muros corruens super asperos silices,

xiv. fractis ceruicibus, neruis & ossibus, in momento extintus fuisse refertur. Ciues autem & milites Regis Babylonie videntes sic legatione Regis dissipata, & audaciis Christianos vrbē expugnare, & quia hinc & hinc machinæ nimiū vrbis infestæ aduersarentur, apposuerunt & ipsi instrumenta quatuordecim mangenarū erigere, quarū virtute & impetu assidue in machinas lapides iactarentur, quorū crebris ictibus attonitæ quassarentur ac perirent, & in eis positi vna earum ruina periclitarentur. Ex his vero quatuordecim mangenis nouem comitis Reymundi machinæ opponuntur, cum innumerabili manu & virtute ciuum: quarum intolerabili & crebro

Cerebro impetu grauiter machina concussa & attrita est, eiusque compagines dis-
soluta. Quare vniuersi in ea virti belligeri nimium attriti, & obstupefacti inopina-
to excidio, vix à mortis elapsi sunt periculo. Vnde quia tot cereberrimos lapidum
ictus sustinere non poterant, & machinæ protectio defecerat, procul à mœnibus
machina reducta est, nec ultra inuentus, qui hanc iteratò ascenderet, ac ciues im-
pugnando laceßeret. Quinque verò residuæ contra machinam Ducis eriguntur,
ut eam pari impetu & iactu percuterent & attererent; sed Deo protegente, licet
cerebro ictu tacta & quassata, ruinam minaretur, integra permanit & intacta; vi-
mineisque cratibus protecta, muros impetus lapidum molliter exceptos fortiter
tolerabat. Erat Crux in summitate eiusdem machinæ, figuram continens xvii.
Domini Iesu & auro fulgidissimam, quam iidem Saraceni iactu mangenarum af-
fiduè moliebantur percutere: sed nulla eis feriendi facultas aut amouendi con-
cessa est. Illis vero saepius iacturam lapidum aduersus Crucem hanc molientibus,
lapis fortuitò aduolans militem quendam, assistentem lateri Ducis, in caput for-
riter percussit, qui fracto cerebro, & effusis ceruicibus, momentaneo fine ex-
tinctus est. Dux verò vix ab ictu tam repentino obseruatus, multum baleari arcu-
ciuibus, mangenaque in torquentibus, insistebat; & crates, à machina impetua-
uulas, interdum reparabat, & funibus religabat. Saraceni milites videntes, xviii.
quia impetus mangenarum crates vimineas penetrare non poterat, interdum ol-
ias flammiuomas iactabant in crates, machinam protegentes, ut prunæ aut scin-
tillæ aridæ materiei adhærentes, leui aura suscitatae ampliarentur, & machina
consumeretur: sed industria Gallorum artem artè præuenit. Nam coriis lubri-
cis machinæ & crates opertæ, flamas aut prunas iniectas minimè retinebant; sed
subito à coriis ignis labens, humique cadens, deficiebat. Tandem harum quin-
que mangenarum assiduis ictibus Dux siue grauati, applicuerunt machinam
in virtute Christianorum cominus mœnia & muros; ut sic tutior aduersus ma-
chinæ obfisteret; & mangenæ, propter ædificia domorum turrium abduci in loco
spaciose non valentes, minus iacerent; & machinam ferire non possent. Iam verò.
iuxta muros abducta machina, & quinque mangenis ab illa spaciose recessum
non inuenientibus, lapis intortus, & in impetu emissus, nimium vicinam trans-
uolat machinam; aut interdum volatu suo deficiens, iuxta muros cadens, Sarra-
cenos opprimebat. Saraceni tandem intelligentes, quia viri imperterriti in ma-
chine starent, qui mangenarum arte non possent lædi, turrim quandam, qua
in vicino erat machinæ, saccis stipula & fœno vel palea impletis, item vimineis
cratibus & densitate naualium funium aduersus Christianorum mangenas vn-
dique teatam, munierunt, viros pugnatores in ea constituentes, qui assidue moles
lapidum fundibulis, aut paruis mangenellis in machinam iacerent; & eius habi-
tatores diuersis armorum terroribus ardarent. Sed nec sic machina Ducis Gode-
fridi cedente, nec eius custodibus ab assaultu repressis, sed amplius & sauius inua-
lescentibus, Saracenorum artifices aliud aptant ingenium, quo machina eiusque
possessores sine recuperatione consumerentur. Contulerunt enim immanis. xix.
sum magniq; ponderis robur arborum, quod totum clavis ferreis & vincis con-
fixerunt, clavosque stuppis, pice, cera oleoque infusis & impinguatis, impleue-
runt, & omnifomentorum ignis genere. Catenam quoque ferream & onerosam
in medio robore affixerunt, ne eurus & ferreis hamis Peregrinorum leuiter
posset auferri & amoueri, dum ad comburendam machinam trans muros &
mœnia præfatum lignum iactaretur. Aptato perfectoque huius roboris ædificio,
quadam die vniuersi ciues ac milites Regis Babyloniæ intra urbē adunati, circa id
opus conferuntur. Qui scalis, hastis & apparatibus suis grave lignum, incensum
igne omni aqua inextingibili, trans muros in virtute magna & in momento de-
posuerunt, inter muros & machinam hoc iacentes; ut ab illius validissimo ar-
dore postes, quibus tota innitebatur machina, correpti, cremarentur, ruinamq; in
ea habitantes paterentur; nec vlla aqua tam vehementis ignis restinguaretur, quo
vñq; tota machina cum præfato labore in cineres redacta corruiisset. Verum Chri-
stianis ab indigenis conchristianis res innotuit, & qualiter hic ignis, aqua inextin-
guibilis, solo acetili liquore restinguiri valeat. Vnde in vtribus intra machinam ace-
tum, ex prouidentia impositum, super iniectum & effusum est: sic grande incen-
dium restinctum, ultra machinæ nocere non potuit. Ad huius denique roboris
extinctionem concursus Peregrinorum factus est: qui catenam arripientes,

- totis viribus luctamen inierunt, hi exterius trahendo, hi interius retinendo. Sed Christianorum virtus, DEO fauente, præualuit; & sic Sarracenis catena erepta, à totis fidelibus retenta est. In eiusdem verò catenæ contentionem ab intus & deforis, ac quinque mangenarum defectione frustra iam deintus iactantium, Dux, qui in eminentiore cœnaculo arcis obtinuerat mansionem, omne genus iaculorum saxonumque in medium vulgus congregatorum cum suis intorquebat, & stantes in muro sine intermissione à mœnibus arcebat. Tres siquidem Christianorum mangenæ sine requie, incessibili iactu mœnia transvolabant, & custodes hinc & hinc à mœnibus longo recessu absterrebant. Adhæc fratres prænominati, *Ludolfus* & *Engelbertus*, videntes Sarracenos ocio torpere, & manus à defensione continere, atque ex utroq; latere mœnum procul absistere propter mangenarum cætorumque impetum, sine mora, sicuti muro erant propiores, à secundo cœnaculo, in quo manebant, porrectis arboribus, & in mœnia missis, primùm in urbem cum virtute armorum descenderunt, vniuersis murorum custodibus in fugam versis. Dux verò fraterque eius *Eustachius*, hos urbem iam ingressos intelligentes, exemplò à superiore arce descendentes, mox & ipsi in mœnibus consistentes, ad opem illorum descenderunt. Omnis populus hæc intuens; & Principes iam obtinere ciuitatem, inastimabili clamore intonantes, scalis vndique muro applicitis, ascendere & intrare festinant. Ciues autem ac defensores urbis contemplantes capta mœnia & muros, ac media urbe viros Christianos sistere, totumque ciuitatem armis Gallorum inundare, correpti sunt formidine & mentis hebetudine; ac repente diffugium facientes, plurima multitudo spe protectionis ad palatium Regis Solomonis, quod erat spaciosum atque firmissimum, fugam arripiunt. Quos Galli fortiter insecuri lanceis & gladiis, cum ipsis fugitiuis pariter portas palatii ingrediuntur; & in nimia Gentilium occisione perseverant. Equites verò circiter quadringenti, qui à Rege Babyloniam missi, urbem assidue perlustrabant in admonitione defensionis & consolatione ciuium, visa angustia & fuga suorū, ad præsidium turris David veloci cursu equorum diverterunt. Sed Gallis eos graui insecurione prementibus, vix portæ immisfi, equos, ante ianuam vnanimirer descéderes, reliquerunt: quos Christiani arripientes, cum frenis & sellis abduxerunt, habentes ea.
- Interea quidam Peregrinorum ad portas urbis contendentes, seras & vectes ferreos auellunt, totumque vulgus ad auxilium intromittunt. Sed tanta pressura & anxietas ingredientium in porta hac fuisse, perhibetur, vt etiam ipsi equi, nimia oppressione grauati, plurimos dentibus, aperto ore ad mordendum, nolente sessore, inuaderent, sudore inaudito diffluentes. Quare viri circiter sedecim pedibus equorum, mulorum, hominumque conculcati & discripti & suffocati, spiritum vita exhalauerunt. Per foramen etiam murorum, quod aries ferrata fronte infregerat, plurima millia virorum ac mulierum intromissa sunt. Hi omnes congregati, in vociferatione & strepitu magno ad palatium prædictum concursum facientes, fratribus præmissis auxilium contulerunt, Sarracenos per domum, quæ spaciofa erat, crudeli funere sternentes: quorum adeò sanguinis facta est effusio, vt etiam riu per ipsa pavimenta regiae aulæ desfluerent, & usque ad talos fusus crux accresceret. *Sarraceni*, interdum recuperato spiritu & viribus, in defensionem frustra eriguntur: sed tamen plures fidelium incautos mutua cæde perfoderunt.
- In cisternam autem regiam, quæ ante fores eiusdem palatii in modum lacus amplitudinē & magnitudinē cauatione continet, testudinē fornici operis desuper habens, marmoreis vndiq; subnixa columnis, plures Sarracenorū per gradus, qui ad hauriendam aquam introcuntes perducunt, confugerunt: quorum alii aquis suffocati sunt, alii ab insequentibus Christianis in ipsis graibus defensionis perempti sunt. Per ea verò foramina, quæ trans testudinem ora in modum putci habebant, tam Christiani quam Sarraceni præcipiti fuga, cæcoque cursu cadentes, non solum submersione periclitabantur, sed & fractis collis & cœrui cibis, aut ruptis visceribus extinguebantur. Huius quippe cisternæ regiae aqua in omni obsidione urbis ad mensuram ciuibus indigentibus & militibus dari solebat, ad aquandos equos, greges & vniuersa iumenta, & ad omnes usus necessarios. Ex omni stillicidio pluuiarum, ab ipsis tecti palatii canalibus, templiq; Domini testudine, & à tectis multorum ædificiorum, confluente, hæc cisterna adimplitur, per circulum anni frigidam ac salubrem aqua abundè omnibus illic urbe in habitatibus administrans.
- Egressi autem Christiani viatores à palatio post nimia & crue-

& cruentam cædem Sarracenorum, quorum decem millia in ipso loco occiderunt; plures copias Gentilium, per vias ciuitatis errantes diffugio præ timore mortis, in ore gladii percusserunt. Mulieres, quæ in turritis palatis & soliis confugerant, mucrone confoderunt: infantes, adhuc fugentes, per plantam pedis è sinu matris, aut cunabulis arreptos, muris vel ostiorum lichenibus allidentes, fractis cervicibus; alios armis trucidabant, alios lapidibus obruebant; nulli prorsus ætati aut generi Gentilium parcentes. Quicunque ergo domum aut palatium prior invadebat, cum omni suppelleatile, frumento, oleo, hordeo & vino, pecunia aut 10 veste, vel qualibet re, pacificè obtinebat. Et sic possessores totius ciuitatis facti sunt. Intromissis verò Christianis in ciuitatem, & longa strage in palatio & vrbe sanguinibus, spoliis atque diuinitiis Sarracenorum inhiantibus, *Tankradus*, qui festinus in primo vrbis ingressu Templum præcurrit, & auulis seris intravit; pecuniam auri & argenti incomparabilem cum robore & ope sui satellitii à muriis deauratis in circuitu, columnis & pilariis auulsi, biduo in raptione huius thesauri, à Turcis oratorio decorando collati, desudans. Quem thesaurum duo Sarraceni, ab vrbe in obsidione egressi, eidem Tankrado, ut gratiam & salutem vitæ suæ in oculis ipsius inuenirent, propalasse feruntur. Post prædictum verò tempus dierum Templi portas aperieus, & secum pecuniâ aëportans, duci Godefrido, cuius erat miles, fideliter diuisit, quam vix, ut aiunt, quibus tota massa innotuit, sex 20 camelii aut muli portare poterant. Hoc *Templum*, quod dicitur *Domini*, non **xxiv.** illud antiquum ac mirabile opus Regis Solomonis intelligendum est, cùm tota vrbs Ierusalem à Rege Nabochodonosor, deinde à rege Antiocho ante multos annos Dominicæ incarnationis destructa fuerit; templumque Solomonis à fundamento dirutum, ornamenti & vasibus sacrâ spoliatum sit. Rursus post incarnationem, ex prænunciatione Domini Iesus, à Principibus Romanorum, Vespasiano & Tito, funditus cum suis habitatoribus sic Ierusalem deleta est, ut secundum vocem Domini lapis super lapidem non relinqueretur. Verum *Templum* hoc postea à modernis & Christianis cultoribus redificatum, plures attestantur; nempe eo loco, quo Solomon pacificus de lignis cedrinis & Pario lapide pristinum Dei tabernaculum collocauit, & in ea Sancta Sanctorum. In medio autem hoc moderno tabernaculo mons lapideus, natura fundatus, prominet, ferè in latitudine continens tertiam partem iugeri, in altitudine habens duos cubitos: Cuius in uno latere gradus collocati, ad caua loca descendentes perducunt; alio verò in latere, ut in veritate referunt, qui tunc considerauerunt, ostiolum habet lapideum, sed semper signatum. Illic ex quorundam opinione quædam Sancta Sanctorum adhuc seruari prohibentur. In media siquidem testudine eiusdem Templi moderni, quod nunc mirifico opere signorum desuper murorum parietes in circuitu continent, rotundam catenam infixam esse asseuerant, in qua vas aurei fulgoris & operis, ponderis verò circiter ducentarum marcarum, pendere semper solet: Quod vnam auream alii affirmant, alii sanguinem Domini, alii manna in eo absconditum: & sic in varias sententias diversa opinione eriguntur. Hoc **xxv.** itaque vas & promunctorium, quod in medio Templi prominere prædictum, intactum à Tankrado permanxit: quin Turci omni deuotione utrumque venerantes, in uiolatum reseruabant. Vnde & tabernaculum omni honore & decore thesaurizabant, soli, omnibus gentibus cæteris exclusis, in illo suarum cæmoniarum obseruationi vacantes. Sic verò ipsum præfatum *Templum* ad exequendos ritus sui erroris summa reverentia & custodia venerantes, soli etiam *Dominici Sepulcri* semplo, eiusque cultoribus Christianis, parcebant: propter tributa, quæ ex oblatione fidelium assidue eis soluebantur: vna cum *Ecclesia S. Maria ad Latinos*, quæ etiam tributaria erat. In reliqua verò oratoria vrbis sanctæ tam Turci quam Sarraceni suam tyrannidem nimia strage exercuerunt, prorsus ab eis Catholicos cultores exterminantes. Ad hoc denique *Templum Domini*, ut prædictum est, iter suum Tankrado conuertente præ auaritia sibi propalatæ pecuniaz; aliis vero ad præsidium turris David fugitiuos velociter insequentibus; eundisque Principibus rebus & ædificiis Turcicis inhiantibus; vniuersoque vulgo ad palatium Solomonis tendente, & cædem nimiam crudeliter in Sarracenos operante, dux *Godefridus* ab omni strage se abstinentis, mox tribus tantum suorum secum retentis, *Baldrico*, *Adelboldo* & *Stabulone*, exutus lorica, & lanae veste induitus, nudatis pedibus muros egressus, in circuitu vrbis cum humilitate

processit; & per eam portam, quæ respicit ad montem oliuarum, introiens, Sepulcro Domini nostri Iesu Christi, Filiū Dei viui, præsentatus est, in lacrymis, orationibus & diuinis persistens laudibus; & Deo gratias agens, quia videre

xxvi. meruit, quod illi semper fuit summo desiderio. Nam pio Duci proposito impleto, somnii huius visio completa veraciter comprobatur. Ante viæ huius initium cùm sèpe idem Dux suspiria traheret, suique animi optio ante omnia esset, visitare sanctam ciuitatem Ierusalem, & videre Sepulcrum Domini Iesu, ac sèpe privatis famulis cordis sui aperiret intentionem, cuidam de familiaribus suis, Stabuloni videlicet, in hunc modum ostensa est visio. Videbat idem scalam auream, à cœlesti axe proceræ longitudinis usque ad terram porrectam, quam ipse Dux, nimirum desiderio feruens, cum quadam poculi sui prouisore, Rothardo nomine, lucernam in manu ferente, descendere conatus est. Sed prouisore iam media scala consistente, lucerna, quam gestabat, in manu illius extinguitur; & medius gradus scalarum, per quam ad supernum cœli solium scandebat, grauiter lassus & attritus est. Sic prouisor poculi ad inferiora reuersus, præ formidine ultra ad cœlestem portam cum Duce peruenire non potuit ac pulsare. At Stabulo, cuius est ista visio, lucernam extinctam reaccendens, scalam, qua pincerna indignus attolli non meruit, fiducialiter descendit, & lucernam ultra indeficientem ferens, cum ipso Duce cœli penetrauit ad aulam: ubi mensa illis parata, & omni deliciarum dulcedine cumulata, reperta est. Ad hanc denique Dux cum electis & ea dignis recumbens,

xxvii. de omni, quæ aderat, dulcedinis suavitate partitus est. Quid per hanc scalam, ad cœli palatium ducentem, nisi via, quam Dux tota mentis intentione apprehendit, ab urbem Ierusalem, quæ porta est cœlestis patriæ, significatur? Ex auro enim purissimo erat scata: quia ad hanc viam & cœli portam puro corde & perfecta humilitate veniendum. Media autem scala prouisoris poculi lucerna extinguitur, gradus lassus deficit, ascensus negatur, quia opus & onus viæ sanctæ, quod bona & pura voluntate vna cum Duce deuouit, medio labore deseruit cum plurimis, sicut audiuitis. Propter dissidentiam enim & imminentes angustias à Duce subtrahitus est Antiochia, & sic apostata factus, ad aratum reuersus est misericordarum, nec ultra per scalam cum Duce cœli introiens ianuam, sanctorum mensa dignus fuit participari. Stabulo vero, ducis camerarius, lucernam ab ipsis i. anu iuscipiens, recendit: quia voluntatem bonam viæ huius, quam prium assumpsit, fortiter retinuit; & inter diuersas mentis vacillationes lampade benevolentiae reaccensa, reflagrantivoto firmiter habet; sicque insolubili gradu scalam cum Duce superauit. Insuper illius in omni tribulatione socius stabilis, & famulus existens fidelis Dei, eo usque in Ierusalem peruenit, & ad Sepulcrum Domini, quod mensa est & desiderium totius dulcedinis sanctorum, intiatu*n. erit* & orare.

xxviii. Post hæc Duce à sanctuario Dominici Sepulcri regreso in lætitia cordis & exultatione post peractam ibi victoriam, & hospitio quiescendi causa declinato; iam toto exercitu sedato à Gentilium occisione, & nocte ea oculos vniuersorum præ labore aggrauante, quia Ierusalem, ciuitas Dei viuentis, & mater nostra, filiis restituta est in victoria magna, sextaferia, in die solenni diuisionis Apostolorum, quæ est Idus Iulii, comes Reymundus, auaritia corruptus, Sarracenos milites, quos in turrim David fuga elapsos obfederat, accepta ingenti pecunia, illatos abire permisit; omnia autem arma, escas & exuicias eorum cum eodem præsidio retinuit. Proxima ab hinc die Sabbati clarescente, quidam Sarracenorum spe vitæ in summitatem tecti domus præcesserunt. Sed minimè misellis profuit. Nam plurimis super hoc indignantibus,

xxix. & Christianis furore commotis, ne unus quidem illorum euasit. Tankradus, miles glriosus super hac sibi illata iniuria vehementi ira succensus est; nec sine discordia & graui ultiione furor illius quieuisset, nisi consilium & sententia Maiorum ac prudentium illius animum his mitigasset verbis: Ierusalem ciuitas DEI excelsi, ut universi nostri, magna difficultate, & non sine damno nostrorum, recuperata, propriis filiis hodie restituta est, & liberata de manu Regis Babylonie, iugosq; Turcorum. Sed modò cauendum est, ne auaritia aut pigritia vel misericordia erga inimicos habita, hanc amittamus, captiuis, & ahi rebus in urbe Gentilibus, parcentes. Nam se forte à Roce Babylonie in multitudine grani occupati fueri-

fuerimus, subito ab intus & extra impugnabimur; sicq; in perpetuum exilium transportabimur. Unde
 primum & fidele nobis videtur consiliu, quatenus uniuersi Sarraceni & Gentiles, qui captiuit tenet-
 tur, pecunia redimendi, aut redemti, sine dilatione in gladio corruant, ne fraude aut ingenio illorum
 nobis aliqua occurrant aduersa. Consilio hoc accepto, tertio die post victoriā egresso, xxx,
 sa est tententia à Maioribus: & ecce vniuersi arma rapiunt, & miserabili cæde in o-
 mne vulgus Gentiliū, quod adhuc erat residuum, exurgunt, alios producētes è vineu-
 lis & decollātes, alios per vicos & plateas ciuitatis inuentos trucidantes, quibus an-
 te causa pecunia, aut humana pietate pepercérunt. Puellas verò, mulieres, ma-
 tronas nobiles & foetas, cum puellis tenelis detruncabant, aut lapidibus obrue-
 bant, in nullis aliquam considerantes ætatem. E contra puellæ, mulieres, ma-
 tronæ, metu momentaneæ mortis angustiatae, & horrore grauissimæ necis concus-
 sæ, Christianos, in ingulum utriusque sexus debachantes ac sequentes, medios pro
 liberanda vita amplexabantur, quædam pedibus eorum aduoluebantur, de vita &
 salute sua illos nimiū miserando fletu & eiulatu solicitantes. Pueri verò quinquen-
 nes aut triennes matrum patrumque crudelis casum intuentes, vna miserum cla-
 morem & fletum multipieabant. Sed frustra hæc pietatis & misericordiae signa
 fiebant. Nam Christiani sic neci totum laxauerant animum, vt non si ergo in atcu-
 lus aut foemina, nedum infans vnius anni viuēs manum percussoris euaderet. Un-
 de plateæ totius ciuitatis *Ierusalem* corporibus extintis viuorum & mulierum, la-
 q; cærisque membris infantium, adeò stratae & operte fuisse referuntur, vt non solùm
 in vicis, soliis & palatiis, sed etiam in locis desertæ solitudinis copia occisorum re-
 periretur innumerabilis. A die autem, qua Vrbs sancta à Sarracenis obsessa, xxxii,
 munita ac defensa fuit, usque ad hanc diem, qua capta & victa, suisque restitura
 est, nullus Turcorum in ea repertus est, qui paulo ante hanc vi inuadentes, multo
 tempore obtinuerant, & grauia tributa tam à Sarracenis quam Pelegrinis **CHRIS-
 TI** & indigenis fidelius exigebant. Trecenti Turci erant, qui Ciuitatem Sa. Etiam
 captiuauerant, longo tempore in ea dominati, plurimis in circuitu vrbibus Syrigæ
 & Palestinæ regionis illis tributariis factis, quas rex Babyloniæ cum Ierusalé quon-
 dam subditas, & regno suo appendentes, potenter obtinere solebat. Nunc, ut audi-
 stis, Christianorum exercitu in obsidione Antiochiae post captam Nicæam ordi-
 nato, idem Rex Babyloniæ, audita gloria, virtute ac victoria Christianorum Prin-
 cipum, & Turcorum humiliatione, in vrbe Ierusalem, quam amiserat, trecenos
 Turcos in apparatu & exercitu copioso obsecedit: Quos plurimo assultu & mange-
 narum imperu expugnatos fatigauit, multum obstantes ac repugnantes, sed non
 sine magno suorum detrimento. Erat autem *Solymanus* Princeps & apud ho- xxxiii,
 rum Turcorum miles ferocissimus, semper Regi Babyloniæ & eius regno aduersarius. Tandem Turci cum Principe suo, videntes manum suorum exiguum pondus
 belli & tot millium assultus, tolerare non posse, data mutuò fide & dextris de vita
 & salute sua, impetraverunt, quatenus vrbem reddentes, pacifice existent; & con-
 ductum ipsius Regis usque in Damascum haberent, in qua Princeps magnificus
 Donimani frater dominari perhibetur, qui nunc cum præfatis Turcis ab vrbe Ie-
 rusalem electus est. His electis, & conductum Regis usque in Damascum habenti-
 bus, Rex Ierusalem ingressus, *Templum Domini* iuxta ritum Gentilium summa reue-
 rentia & humilitate subiit. Deinde *Templum Dominici Sepulcri* cum omni habitu re-
 ligionis Gentilis introiuit, omnia pacificè perlustrans, & nullum Christianorum
 à fide & ordine sui ritus auertens. Dehinc reuersus, ciuitatem fideli custodia dispo-
 suit; *turrim* verò *David* suo satellitio munivit, *palatium Solomonis*, & cætera regalia æ-
 dificia & defensoria suo iuri mancipauit. Hac itaque ciuitate eius subditione relo-
 cata post Turcorum electionem, nimium gauisus, sed adhuc Turcos sibi à Damasco
 metuens aduersari, dixit legatos ad Christianorum Principes, circa vrbem An-
 tiochiam residentes, referens, quomodo ab vrbe Ierusalem & regno suo Turcos
 siecerit, & quia in omnibus eorum voluntati de Vrbe Sancta satisfacere voluerit;
 & de fide **CHRITSI**, Christianitatisque professione, consiliis eorum acquies-
 cere. Sed omnia mentitus, & in dolo locutus est. Nam vrbis introitum Peregrinis
 negauit omni armorum defensione, & militum virtute, qua poterat, donec cœle-
 stis Regis auxilio, Sarracenis, ut audistis, crudeli nece pereintis, nunc intromissi
 sunt. Hac verò miseranda strage Sarracenorum completa, in proximo die xxxiv,
 Dominico fideles & primores Christianorum inito consilio, dominium vrbis &
 cultidam Dominici Sepulcri comiti *Reymundo* dare decreuerunt. Quo renuente,

& cæteris vniuersis Capitaneis ad id officium electis, *Godefridus* Dux tandem, licet inuitus, ad tuendum urbis principatum promouetur. Promotus ergo consilio & benevolentia omnium Christianorum, *turrim David* regis, quam ipse Reymundus, laxatis fugæ Saracenis, inuaserat, requisuit. Sed Reymundus prorsus reddere negavit, donec minis ipsius Ducis & Christianorum restituere coactus est. Huius verò Ducis electio & promotio nequaquam humana voluntate facta fuisse credatur, sed totum Dei in ordinatione & gratia factum, cum procul dubio ex visione cuiusdam boni & veridici militis didicerimus, ante decem annos huius viæ hunc à Deo electum & constitutum ductorem, Principem atque præceptorem Christiani exercitus, ut præ omnibus primatis actu, victoria & consiliis beatiorem, & fide ac

xxxiv. veritate integriorem. Quadam ergo nocte præfatus miles, *Hezelo* nomine de Kinwile villa, quæ est in rubuario, cum eodem Duce in sylua quadam, quæ vocatur *Kestena*, venatoria arte fatigatus, facilisopore occupatus est, statimque in spiritu ad montem Sina translatus est: ubi Moyses, famulus Domini, ieiunio quadraginta dierum expleto, claritatè gloriae Dei meruit videre, & legem de manu Dei accipere. Super huius denique montis cacumen videbat prædictum cum timore & mansuetudine facilis ascensiū attolli, & duos ei in vestibus albis, & pontificali ornatu obuiam festinare, dicentes: *Qui seruo suo & fidelis Moysi conuulsi benedictionem & gratiam, eiusdem benedictionibus DEI viventis replearis, & gratiam in oculis eius inuenias: dux ac præceptor populi sui Christiani in omni fide & veritate constitueris.* Hoc dicto, miles ex-

xxxv. peractus a somno, surrexit, & vilio subducta est. Quid in hac visione considerandum, nisi quod in spiritu & lenitate Moysi surgeret Dux spiritualis Israël, à Deo præordinatus, & princeps populi constitutus? Vnde hanc visionem & benedictionem verè & manifestè in eo adimpletam cognoscimus: quia reuera, cum plurimi Principes ac potentes, Episcopi & Comites, filiique Regū, viam hanc ante illum & post eum institerint, Christianorumque exercitus duces fuerint, nequaquam prosperum iter fecit illis Devs, aut sui desiderii compotes facti sunt; verum à Regibus & Barbaris nationibus multa illis aduersa, & vniuerso illorum exercitu, illata sunt: quia non erant illi, per quos salus veniret in Israël. At duce *Godefrido* post vniuersos præmissos viam insistente, desperatiq; exercitus duce ac Princeps existente, omnia aduersa in prospera sunt mutata: nec fuit, quod impediret viam, aut quæ noceret aduersitas; nec nisi in sceleratis & transgressoribus inuenie fuit iniurias: inuicta verò iniuritate, ex iustitia vera Dei subsecuta est vltio, qua & sanctificata est legio. Et sic filii castigati nunc fame, nunc gladio, tandem felices, & mundi aliquinamētis, cum duce & principe suo beatum desiderium explentes, Vrbem Sanctam *Ierusalem* intrare meruerunt, ac Domini Sepulcrum adorauerunt:

xxxvi. mœnia etiam possidentes ex Dei prouidentia & voluntate, hinc urbis rectorem ac populi præceptorem gloriissimè præfecerunt. Præterea reuelatum est cuiusdam fratri catholico, & Canonico S. Mariæ Aquisgrani, *Giselberto* nomine, in septimo mense discessionis ac peregrinationis eiusdem Ducis, quod caput omniū & Princeps futurus esset in Ierusalem à Deo præscitus & constitutus. Videbatur enim fratri adhuc somno dedito, quod præfatus Dux in sole potenter sedere accepisset; & ex omni genere auium, quæ sub cœlo sunt, in circuitu illius infinitæ copia confluxissent, quarum pars paulatim auolado minui cœpit, amplior verò pars fixa & immobilis à dextris & sinistris remanebat: posthac sol à radiis suæ claritatis maxima ex parte obscuratus est, sedesq; Ducis breui interuallo prorsus deleta, & tota

xxxvii. ferè auium multitudo, quæ remanerat, auolauit. In Sole sedem Dux accepit, cum in solio regni Ierusalem promoueretur, quæ omnes mundi superat ciuitates nomine & sanctitate, sicut Sol sua claritate vniuersas cœli stellas: quam I E S U S CHRISTVS, Deus viui filius, qui verus est sol iustitiae, sua illustrauit & exaltauit se Deitate, quando in ea crucifixus, passus, mortuus & sepultus tertia die resurrexit à mortuis, suisque dilectoribus apparuit viuus. Congregatae sunt aues corli circa sedentem, cum de vniuersis regnis Christianorum parui & magni, nobiles & ignobiles, illi associati & subditi facti sunt. Auolauerunt aues, cum plurima Peregrinorum multitudo ad terram cognitionis suę ex illius consensu & licentia reuerta est. Sed plurimæ aues fixæ & immobiles permanerunt, cum multi pio amore illius innotati, & familiari eius allocutione delectati, cum eo vlt̄a remanere decreuerūt. Post hanc breui interuallo Sol obscuratur, sedes Ducis aufertur, cum Ierusalem post paululum temporis vidiuata, tam magnifico Principe mortuo, multū obscurata est

de muniti. *Huic Capit & Tathay sapientie.* *qui sunt dulces & be-
de ibi deficit pabulum animalibus pluribus
etiam ibi quædam aues magnitudinis Phœnix
transit per Marc Abeck, quod est in Georgi-*
*viiis solum transire possunt ad eum. Prima est de Turquesten versus Persiam, sicca & arida,
in loco, vocato Cyba, & locus ille munitus semper manet, maximè tempore hyemal. Sunt
fossata & fortititia, & sic hostium produnt aduentum. Tertia via est per mare Maius, quæ*

rata est à fama & gloria sua, multisque militibus & belligeris viris in illius casu at-tenuata. Horum somniorum præsignatione ex Dei ordinatione, populi que **xxxviii.** Christiani benevolentia, *Godefrido* ad Principem & rectorem suorum confratrum in solio regni Ierusalem exaltato, quidam fidelissimus Christianus, vrbis indigena, lege C H R I S T I pleniter instructus, *Crucem* quandam semiulnæ, auro vestitam, cui Dominicil ligni particula in medio erat inserta, sed fabrilis operis expers & nuda, indicauit se abscondisse in loco humili & puluerulento desertæ domus, propter metum Sarracenorum, ne in hoc turbine obsidionis inuenta eadem Crux, auro spoliaretur; & lignum Dominicum ab his indignè tractaretur. Hac sancta reuelatione ligni Dominicini vniuersi lætati fideles, qui aderant, in omni abstinentia pura & disciplina, sexta feria, quæ est dies Dominicæ passionis, processione honori-fica clerus & populus conuenerunt ad locum, vbi absconditum fuit lignum ve-nerable. Quod cum timore & reverentia suscepserunt, & ad Templum Dominicii Sepulcri cum omni deuotione, hymnorumque modulatione, ferre, & ibidem col-locare, decreuerunt. Post hæc placuit vniuerso cœtu fidelium, & visum est **xxxix.** utile acceptumque coram Deo, quoniam vniuersitas Gentiliū ab vrbe sancta ex-terminata est, & sacrilegi ritus, *Godefridus* quoq; Princeps Christianorum in throno Ierusalem exaltatus ad protegendam urbem eiusq; habitatores, vt pastor etiam & Patriarcha restitueretur, qui gregi fidelium, sancte q; præcesset ecclesiæ. Nam viduata erat pastore suo, Patriarchâ, viro sanctissimo, in insula Cypro tempore obsidionis Ierusalem, ex hac luce subtrahito. Migravit idem Patriarcha ab Ierusalem & Sepulcro Domini, auditio aduentu & sede Christianorum circa mœnia Antiochiae, pro-secutus ad insulam Cyprum propter minas Turcorum & importunitatē Sarracenorum. Fuit quippe vir grandæus & fidelis C H R I S T I seruus, qui à prædicta insula pluri-ma caritatis dona duci Godefrido ceterisq; Principibus misit in initio obsidionis Ierusalem, interdum fructum arboris, qui dicitur malum granatum, interdum præ-ciosa poma cedarorum Libani, interdum pauones saginatos, aut laudabile vinum, & quæcumq; iuxta possibilitatem suam consequi poterat; sperans, sub iisdem Princi-pibus adhuc sancta Ecclesia restaurata, pacifice & secure ad Sepulcrum Domini nostri I E S V C H R I S T I, filii Dei vivi, seruire atque præesse. Sed recuperata à fide-libus vrbe Ierusalem, & sacra illius ecclesia renouata, Christianissimus Patriarcha è vita discessit, sicque ecclesia suo pastore viduata remansit. Quapropter consilio inter Christianorum Principes habito, & sapientius discussio, vt prædictū est, quis tan-to viro succederet, non aliquis repetitus est tanto honore & diuino regimine dignus. Ideoque dilatio facta est, donec inueni erat aliquis, qui ad hoc Pontificale officium foret idoneus: & tantum *Arnulfum de Robes*, clericum miræ prudentiae & facundiæ, *Cancellarium* sanctæ Ecclesiæ iherosolymitanæ, procuratorem sanctarum reliquiarum, & custodem eleemosynarum fidelium constituerunt. Pro- **xl.** moto nunc Arnolfo ad hanc dignitate in sanctæ & nouæ Ecclesiæ, donec eligere-40 tur Patriarcha, Deo & populo acceptabilis, placuit summo principi Ierusalem, duc: *Godefrido*, nec nō & ceteris omnibus, vt in Templo Dominicri Sepulcri virgin-i fratres in C H R I S T O diuini cultores officii constituerentur, qui assiduis Domi-nio Deo viuenti in laudibus & hymnis psallerent; hostiam corporis & sanguinis I E S V C H R I S T I deuotè immolarent; deinde coridianam sustentationem de obla-tione fidelium constitutam susciperent. Sic diuino decenter obsequio restaurato à duce Catholico Christianisque principibus, campanas ex ære ceterisque metal-lis fieri iusserunt, quarum signum fratres dum caperent, mox ad Ecclesiam, laudes psalmorum missarumque vota celebraturi, festinarent, & populus hæc auditurus vñā properaret. Nō enim huiuscmodi soni aut signa visa vel audita sunt ante hos dies in Ierusalem. Dehinc curriculo quinque hebdomadarum transacto, dux **xli.**

Godefridus, a iusta fama Gentiliū, munita vrbe & turri David fidei custodia, assum-tis lècum sociis, *Roberto Flandrensi* & *Tankrado*, prefectus est in cäpistris A scalonis, audire & intelligere de rebus & consiliis Gentilium. Vbi fortutiò sibi nuncius occurrat, referens, quod *Merau*, secundus à rege Babylonie, & vniuersa multitudo Gentilium, vt arena maris innumerabilis, ex mādato Regis jam ad Ascalonē nauigio descenderunt; arma, escas & armenta infinita adduxerunt, omnemq; belli ap-paratū opiosum; & quod yrbē Ierusalē & exiles Christianos osidere decreuerunt. Gens enim Publicanorum, & gens nigerrimæ cutis de terra Æthiopiz, dicta vulgari-

ter Aspat, & omnes barbaræ nationes, quæ erant de regno Babyloniz, illic ad urbem Ascalonem conuentum habere statuerunt. Dux verò Godefridus & qui cum eo erant, Robertus Flandrensis, Tankradus & Eustachius, frater ducis, comperta fama aduentantium copiarum armorumque Gentilium, iuxta montana, quæ procedunt ab Ierusalem, hospitati sunt. Deinde missa legatione comiti Reymundo Ierusalem, & Roberto Nortmanorum principi, omnia aperiri iubent: quanta scilicet collectio Gentilium Ascalonem occupauerit, & viam usque Ierusalem habere consti-
tuerit. Vnde eosdem Principes cum omni manu equitum & peditum ad resisten-
dum infidelibus accersunt. Petrum verò eremitam, & Arnolfum, quem Cancellariū ac custodē Sepulcri Domini constituerant, cum ligno Domini adesse monuerunt ad Ascalonem in occursum turmis infidelium sine aliqua dilatione: sed paucos ta-

xlii. men fideles in tuitione ac defensione vrbis remanere decreuerūt. His ita dispo-
sitis, & exercitu per urbem diffuso, admoniti ex legatione Ducis & comprimorū,
equos & arma, breui interuallo deposita, reparant & resumunt, & iter in cornibus,
& tubis & musicis & cytharis, omniq[ue] voce exultationis & l[et]atia per montana
insistentes, duci Godefrido, in terminis Ascalonis residenti, coniuncti sunt, per
prata & loca competitia hospitati. Solus comes Reymundus adhuc stimulo inuidiae
sæuiens aduersus ducem Godefridum, eò quod turrim David amiserat, inuita-
tus venire noluit, cum omni manu suorum sequacium: donec denuò à Duce cun-
ctisque Principibus minis pulsatus & admonitus, tandem ex consilio suorum, &
blanditiis fidelium virorum, exurgens, atque per montana regia via incedens, cum
ingenti manu suorum Duci & prædictis Principibus in campestribus associatus
est. Armenta, camelii, asini, boves, bufli, & omne genus domestici pecoris à Sarra-
cenis in iisdem campestribus in multitudine graui dolosè præmissa ei: at & disper-
sa: vt populus Christianus ex contumescientia raperet & cogeret, prædæ que animū
aduerteret, vt sic rapinis impeditus, facilius ab hoste superaretur. Sed quidam no-
bilissimus ex Sarracenis, quondam vrbis Rametis prefectus, qui pacem & fœdus, supe-
rata Ierusalem, cum Duce iniit, nunc in auxiliū ipsius Ducis Godefredi, licet Gen-
tilis, fideli intentione adueniens, dolositatem Babyloniorum enucleat: dicentes, ar-
menta nō aliam ob causam Sarracenos, Arabes, cunctosq[ue] Gentiles præmisisse, nisi
vt P[re]regrinos impedirent, quod magis prædæ quam defensioni studerent. Hac præ-
monitione Gentilis principis dux & vniuersi rectores Christiani exercitus rem-
præcauente, edictum in omni catholica legione statuunt, vt quicunque de Peregrinis
prædam ante prælium contigerit, auribus & naribus truncatus puniatur. Iuxta verbum & edi-
ctum istud omnes à vetito manus continuerunt, solum quod victui hac nocte suffi-
ceret, contraxerunt.

xliii. Altera autem die, prima autora radiante, vniuersus po-
pulus Dei viui bello armatur, in voce exultationis, & omni dulci modulatione iu-
cunditatis, cytharis & musicis, tanquam ad conuiuum pergentes, l[et]ati: Sancte
Crucis signaculo ab Arnolfo, Petro, ceterisq[ue] sacerdotibus muniti & signati, cōfessio-
nis puritate confortati sunt, sub quorum anathemate rursus præda & aliqua rapina
a h[ab]te agonem interdicta est. Praef. etus autem ciuitatis Rametis videns populum in
tibiis, cytharis, musicarumque sonis, ac voce exultationis iocundari & psallere, tā-
quam ad epulas omnium deliciarum invitati essent, admiratus est vehementer; &
Ducem super his sciscitur, dicens: Miror, & sufficienter mirari nequeo, unde populus hic
in tanta latitia & voce exultationis glorietur, quasi ad conuiuum iturus, cum hodiē mors illi pra-
fens sit, & præsens martyrum vniuersos præstoletur, & varius sit evénitus bellū; atque multa nunc
& intolerabilis virtus aduersariorum congregata, non procul hinc castra sua locauerit. Ad h[ab]c
Dux, fide Christi plenus, & spirituali responsione instructus, sciscitantib[us] viro su-
per his sapienter exposuit, cur in spe hodiernæ mortis præsentisq[ue] prælii, ingenti
gaudio dulciq[ue] melodia Christianus populus delectaretur. Dicebat enim: Populus sic
hic, quem vides & audis in voce exultationis aduersus inimicos properare, & prælum in nomine
Domini IESV CHRISTI, filii Dei viui, committere, scito, quod certus est hodiē de corona Regni
Cælorum; & quia ad meliorem transbit vitam, in qua primum felicitus incipiet viuere, si pro eius
nomine & gratia in hoc prælio mori meruerit. Ideo in gaudiu & iubilationem cor nostru erigitur:
quia si forte corruerimus in manu inimicorum, potestatē habet Dominus IESVS, DEVs noster,
animas nostras in paradiso gloria sua collocare. Iccirco non timemus mortem ante inimicorum im-
petum: quia certi sumus post temporalem mortem, de certa illius retributione. Hoc verò signum sa-
eta Crucis, quo munimur & sanctificamur, procul dubio spirituale nobis scutū est contra iacula in-
imicorum; & in eodem sperantes, tuius aduersus pericula cuncta stare audiemus. In hoc utiq[ue] ligno
sancto

sanctæ Crucis redempti sumus de manu mortis & inferni, ac potestate Angeli nequam. Et in sanguine Domini nostri IESU CHRISTI, filii DEI viui, ab omni inquinamento veteris erroris emundati, fiduciam habemus vita eterna. Dux response audita, rogatur per perennis vitæ instructionem suprà dictus Gentilis, ut cum & ipse causa Christianissimi ducis & Catholici populi contragentem & confrates suos pugnaturus esset, eodem sanctæ Crucis signaculo muniatur & sanctificetur, quatenus fide & spe eiusdem sanctæ Crucis & Crucifixi in columnis ab armis, & inimicorum insidiis, conservaretur: utrum autem statim aut post bellum baptismum suscepere, incertū habemus, præter quod quidam profitentur, quod visa virtute & victoria Christianorū, baptismi gratiā perceperit. Huius verò sanctæ Crucis signaculo de manu Arnolfi vniuersi cœtu Christianorum vnâ cum Gentili Principe sanctificato, ad arma sumenda, loricas induendas, acies ordinandas & vexilla in hastis extollenda, omniū fit labor & intentio. Nulla armamentorum & vetiti gregis sit concupiscentia; sed præmissi greges & armenta ad decipiendos fideles CHRISTI, splendore armorum, clypearum, & vexillorumque stupescunt, & vehementi strepitu ac clamore exercitus attoniti, admirantur. Unde erexit auribus stupefacti, & immobiles diu persistentes, tandem sociantur equitibus & peditibus, & sic armatis permixti cuneis, cum eunitibus ibant, & cum stantibus stabant; atque nubem pulueris multiplicantes, Saracenis, rem ignorantibus, & cum sua multitudine copiosa à longè stantibus, timorem asperserunt. Christianis deinde à montanis egredisis, & in valle ac loco cā pestri consistentibus, ubi Sarracenorum, Arabum, Maurorum, Publicanorumq; tentoria fixa erant, & acies ordinatae, greges & vniuersa armenta, quæ nemo denumerare poterat, sponte segregata & directa sunt sine rectoribus & sine magistris ad locum satis vicini pascui; ac si diuino nutu præmonita & iussa ultrò cuneis Catholicis cederent, ne forte eis impedimentum fierent; sed ut ibidem in loco pascui persistentes, à Christianis post victoriā reperiiri possent. Nec mora, segregatis pecudibus, & visis infidelium turmis, acies Gallorum, sicut constituta erant, hæc in fronte, hæc à dextris & sinistris, aliæ ad extrémum pugnaturæ, bello aptantur. Vniuersi verò equites & pedites circa sua signa & vexilla cateruatim conferuntur. Godefridus dux, & summus post Dominum dominatorum Ierusalem, cum duobus milibus equitum & tribus peditum in omni armatura loriarum, gælearum, clypearum, lancearum & sagittarum portas Ascalonis obsedit, ne villa vis inhabitantium ab urbe hac parte erumperet, Gallosque retro post terga improuisos impugnaret. Comes vero Reymundus à dextris versus pomaria spaciofa ac densissima, quæ extra muros erant, euā ingenti manu suorum aciem suam dirigebat, ut bello ingruente, sociis vires & opes augeret; cordaque metu fluxa ab instanti sublevaret angustia: Robertus Normannorum princeps, & Robertus Flandrensis, Oliverius de Iussi, Gerhardus le Keresi, Reynardus de Tul, densata fronte acies à sinistriis cōtra Mauros, & omne genus Gentium in campestribus moderabantur ad committendum prælium. Vniuersi autem equites & pedites Christianorum congregati in signis & vexillis, ad resistendum illic pari animo constiterunt. Sic vtrique facie ad faciem obstantibus, crudelē bellum inhorruit. Nam Azopart, qui flexis genibus suo more bellum solent cōmittere, præmissi, in fronte belli grauiter sagittarum grādine Gallos impugnauerunt, tubis & tympanistris intonates, ut tam horribili sonitu equos & viros perterritos à bello & locis campestribus absterrent. Habant etiā iidem Azopart, viri horridi & teterimi, flagella ferrea & saeuissima, quibus loricas & clypeos graui ictu penetrabant, equos in frontibus percutebant, & sonitu terribilem per vniuersa agmina fidelium faciebant. Gens verò Arabum & Sarracenorum ac Publicanorum nūc lanceis, nūc sagittis, nunc fundibulis & omni genere armorū in milibus suis acceptentes, aduersus Christianorum acies dimicabant, prælia multiplicantes, & plurimum diei consummantes. E contra Christianorū mantis exigua aduersus tot milia innumerabilia medio inuoluitur certamine, incessanter prælia conferēs, & hostiles acies atterens & attenuans. Tandem bello ingrauato, & Gentiliū cuneis, Deo opitulante, contritis, totus exercitus Regis Babylonie fugam iniit; & per agrorum planiciem versus maritima dispersus, tendebat à facie cædantis & persequentis. Godefridus dux, Reymundus comes, Eustachius, Tankradus, Cuno de Monte acuto & filius eius Lambertus, videntes quod Gentilium exercitus & corum virtus deficiēs cedebat, in impetu equorum & vehementi cōcursu ac clamore pedestris vulgi mediis aduolant hostibus, & nimia cæde inter eos saeuientes; plurimum auxiliū fratri-

bus contulerunt. *Arabes* verò cæteræque gentes, vt perspexerunt quod deinceps bellum sufferre non possent, dispersi & contriti, per campos & angustas semitas fugam arripiunt. Sed vndique ab insequentibus victoriosisque militibus vt misere pecudes passim perimuntur. Horum infinita pars cum vieta cederet, infecutione Christianorum oppressa, spe salutis, & causa effugiendi, ad naues & maritima contendit. Vbi comes *Reymundus* casu illis occurrit, quos crudeliter cædens & insequens, in profundum maris fugientes, submergiad tria millia crebra armorum percussione arctauit. Sarracenorum autem cohortibus sic atroci cæde perterritis, & aliis ad mare fugam meditantibus, aliis ad pomaria, plurimis verò portam *Ascalonis* intrare quærentibus, vniuersi victores Christianorum diffusi sunt per territoria Gentilium, alii rapientes preciosam purpuram, alii vestes & vasa argentea, plurimamque massam utriusque metalli preciosioris, alii camelos, mulos, equos, dromedarios cum asinis fortissimis; & cuiq; prædæ, sicut ieuni & longa abstinen-

XLVIII. tia macerati, nunc totius belli immemores, manus suas inferebant. At Gentiles, quorum innumerabilis multitudo adhuc in littore matis & campestribus locis abundabat, videntes quomodo populus Galliæ rapinis & prædis totus inhabant, & ab infecutione cessauerat, vñqueaque relictis sociis, & signo tubarum & cornicinum readunatis viribus suorum, viros prædæ intentos, & belli oblitos, viriliter incurruunt, graui strage perimentes incautos: totamq; victoriam Christianorum cruentam reddidissent, nisi dux *Godefridus*, princeps summus Ierusalem, qui 20 versus montana extrema acies dirigebat, periculum illorum considerans, & quia auaritia essent cæcati, sine mora in faciem inimicorum aduolans, prædam pri huius, vniuersi, s̄q;ne cum iugio ad defensionem sic hortatus fuisset, dicen: *O viri rebelles & incorrigibiles, quis vos fascinavit, ut ad prædam vetitam & illicitam manus vestra conuerterentur, donec inimici vestri, DEO auxiliante, in gladio corruiſſent? Eia relinquit eprædā, & hostibus infilite, & nolitecedere nunc insurgentibus, & amaram de vobis vindictam querentibus.* Dixit, & n. cd as perrun pens acies strictis mucronibus, in manu suorum sequentium graue hostium reddidit exterminium; & tunc vniuersos à præda reuocatos, secum acciuit in opus belli repetiti. Rursus superati Gentiles, terga vertunt, ab

XLIX. armorum creberrimis ictibus ad Ascalonis vim fugam maturantes. **Dlxv** 30 rō & qui cum eo erant, fugientes persequebantur tam equites quam pedites, & nullo interuallo à tergo aduersorum absuerunt; sed in cæde grauissima persecuentes, vñque ad portam *Ascalonis* eos persecuti sunt. Fortunati, qui in portam recepti sunt, aut intromitti potuerunt. Nam tanta pressura fugiendi & intrandi Sarracenis in ipsis foribus vrbis refertur, vt duo millia & amplius oceisorum & suffocatorum sub pedibus intrantium hominum, equorum & mulorum in foribus & ante fores extincta perierint. Postremi verò & in fuga tardiores, videntes hinc & hinc angustias animæ suæ, & difficilem portarum introitum, & in hoc horrore armorum ianuis clausis se ab urbe exclusos, arbores palmarum, alii ramos oliuarum aut ficorum concindere properabant: vt saltē ramorum foliorum q; densitate latere, vel liberari possent. Sed pedites Christiani nimium propinqui, miseros in arboribus visos, & patefactos subito sagitta transfigebat, & quasi aues volatili teſlo percussas, ab ipsis arborum ramis moribundos humili procumbere, plurimunq; terræ cogebant operire.

L. *Sextaferia, prid. Idus Augusti mensis* commissum est hoc prælium à viginti millibus Christianorum aduersus trecenta millia Gentilium, Sarracenorum, Arabum, Publicanorum, Maurorum de terra Æthiopiarum. Quorum tringinta millia in aperta camporum planicie cecidisse, nobis regulerunt, qui in eodem certamine præsentes affuerunt: præter duo millia suffocatorum & occisorum in porta vrbis; & absq; his, qui armorum pericula vitare existimantes, vndis abyssi maris submersi sine numero perierunt. Nulli vero Christianoi viri nominati illic ceciderunt, p̄pter paucos pedestris vulgi, vt procul dubio à veridicis fratribus cōpertum est. Hac fugâ & contritione Gentilium, ac Christianorum victoriâ, longissima hasta, argento opera per totū, quod vocat *Standart*, & quæ Regis Babyloniæ exercitui signū præferebatur, & circa quam præcipua virtus densabatur, ad quam victi & dissipati reuertebantur, capta est à Roberto Nortmanorum Principe, & in Templum Dominici Sepulcri transmissa; & vñque in hodiernum diem ob memoriam victoriarum Christianorum attitulata est. Nunc ergo hac bellorum terrestre pestate sedata, atque *Meraus*, qui secundus à Rege in omni decreto & consilio habetur, cum tota gente sua triumphato, Christianis lætitia prædarum tam in ceptoriis quam

quādā armētis, camelis, buflis, asinīs, ouibus, hircis, bobus, cū & tisq; rebus tribuitur. Quibus plurimi onusti & refocillati, tota nocte grādiētes, in gāudio cordis & voce exultationis Ierusalē reuersi sunt, ante Sepulerūm sanctissimū Dē o laudes & gratias sūper omnibus referentes, quāe eis prosperē & gloriōsē acciderunt. Dux L.

Godefridus readunatis sociis equitum & peditū circiter duo millia, vrbis Ascalonis portas in omni latere obsegit, vt ciues & milites ex noua cēde & eēcēti victoria stu-pefacti ac trementes, ciuitatem redderent, vtrā desperantes Regis Babyloniæ auxilium, cum totius regni sui virtus congregata, vehementē nunc attrita fuerit & dissipata. Verū vbi aliquid noctis processit, plurimum q; cōsiliī Ascalonitā de vrbis redditione & vitā intercessionē lniissent, comes Reymundus, iuividus omnis gloriā ducis Godefridi propter turrim David, quam amiserat, Sarrazenorum ciuibus occultam in hunc modum misit legationem: *Estate viri fortissimi, & minis Ducis Godefridi ne terreamini, urbem in manus eius reddentes: quia uniuersi Principes nostri redditū in terrā cognationis sua post peractum bellum habere decreuerunt; & exiguum manū pugnatorum bac no-*

de circa urbē cum illo remanere sciat. Hac Comitis legatione & solamine ciues ac milites animati, & à redditione vrbis & dandis dextris auersi orto Sole, in mēnib; ad defensionē constiterunt, sagittis, fundibulis, omniq; armorū genere Ducem cum suis ab obſidione vrbis arcentes. Dux autem vīla illorū audacia & repugnatione, & quia de omnibus suis non amplius quām septingenti equites secūni remanserant, & quia instinctu & suasu eiusdē Comitis vniuersi Principes abierāt, in littore mari viam continuantes, mouit & ipse caltra ab obſidione, viā regia secus maritima usq; ad ciuitatē Assur prēcedentes comprimores consecutus. Illic comes Reymundus per diei vnius & noctis spaciū obſidionē circa ciuitatē Assur egerat, arbitrans ex noua exēde & recenti victoria ciues concusso vrbem in manu eius reddituros. Plūrimas etiam minas & terrores ciuibus inferens, interdū vitam & salutem & omnē gratiā ab eo consequi, si redderent vrbem, promittebat. Sed ducis Godefridi aduentu cōperto, conscius doli aduersus eum, quē per inuidiam fecerat, cum omni comitatu suo ab obſidione Assur recessit, hortatus ciues, ne Godefridū expauescerent, & nō aliqua minarum illatione aut bellico impetu vrbem illi aperirent, plūrū conte-
stans, quia nullus Principū qui præcesserāt, illi ad auxiliū rediret. Taliter ciues L.

adhortatus ad impedimentum Ducis, iter maturauit, & in regione, quā est inter Cesaream & vrbem Cayphas iuxta fluuium quendam dulcis aquā, Roberto Flandrensi, & eq̄ui uoco suo, Roberto Nortmanorū Principi, ceterisq; primoribus associatus est. Godefridus dux ad Assur veniens, ciuitatem per diem obſedit, si forte aliquo euentu aut timore Assyriis incusso, in manu eius traderetur. Sed Reymundi suasione & attestatione hos sicut Ascalonitas rebelles ac resistētes iaueniens, tristi animo diuer-
tit ab vrbe, & admonuit socios, vt Reymundū in castris impete ēt, & omnē nefas, quod aduersus se egerat, in caput illius redderent. Qui statim loriciis induiti, dū vexillis erectis in castra veniūt, & in Comitē animo irato tendere disposuissent, Rey-
mundus verò pariter ex prouidentia armatus ad resistendū illi occurrere decreuif-
set, Robertus Flandrensis & ceteri viri magnifici interuenierūt, viros grauiter ar-
guerūt; quos tandem vtrinq; multo conatu placatos in cōcordiā rēduxerūt. Iam LIII.
Deo & Domino nostro Iesu Christo fauente, his in concordiam reductis, Ro-
bertus Flandrensis, Robertus Princeps Nortmanorū, Reymundus pariter de Prouincia,
& vniuersi Principes redditus sui intētionē Duci aperiūt, ac benevolū in omnibus,
quāe habebant in animo, humili & mansueto habito colloquio inuenerūt. Dux ve-
rò in cunctis volūtati fratrū satisfaciēt, Ierusalē emeare decreuit, ed quōd potestas
vrbis in cūtione & defensione ipsius colla sit: & diu colla sociorū amplexās, & o-
mnes benigne deſculans, obnixē cū lacrymis precatur, eos in bono cōmendans,
vt sūi memores existant, & cōfratres Christianos admoneāt, quatenus ad Domini
Sepulcrum venire non dubitent; ac sibi ceterisq; consociis in exilio remanētibus,
auxilio de die in diem aduersus tot barbaras nationes cōcurrant. Viri verò & ciues
Assur, auditio quōd Dux reueabat, & cū Keymundo ceterisq; in concordiā redie-
rat, de salute vrbis & pace fœdus cum Duce pēpigerunt, obſides tributorū & ciui-
tatis constituentes illi. Ipsū pariter ab eodem Duce pro stabilitate fidei & pacis Ger-
hardum sibi deuotū in militem, ortum de castello Auennis, obſidem, suscepérunt.

Et ecce tot præliis, tot laboribus omnibus seculis inauditis, in victoria & LIV.
bono fine completis, Duce quoque & vniuersis sociis mutuo commendatis, ma-
gni & pusilli, priuiores & subditi, in terram nativitatis suā redditum parant à diutis-

no exilio; & *palmas* vi^ectoriæ in manu sua referunt, præ n^omnia pietate lachrymis affluentes super fratribus in exilio relictis. Quibus, osculo dilectionis dato, valedicentes, viam remensi sunt per easdem ciuitates & montium difficultates iuxta mare Palæstinum, qua & venerant in Ierusalem: vbi illis ab omnibus prædictis ciuitatibus, *Ptolemaide*, *Tyro*, *Sidone*, *Triple*, *Baurim*, & reliquis ciuitatibus, licentia concessa est vendendi & emendi vitæ necessaria. Ab omni denique impetu & insidiis à facie eorum omnes gentes vrbelque carum quieuerunt, pauidæ & tremefactæ super contritione Regis Babyloniaz, & victoria, quæ ipsis fidelibus à D^eo viuente collata est. Sic igitur secure & pacificè loca hæc transeuntes, pauca quidem armæ habentes, sed palmas in signum victoriæ manibus portantes, in regionem ciuitatis *Gybel*, frugibus & vineis opulentissimam, declinauerunt: vbi procul à m^unicipiis urbis propter loca riuis & pascuū commoda in aperta cāmporum planicie tabernacula extendentes, duobus diebus bonis vberrimis terræ illius delectati sunt.

- Lv.** His itaque in locis dum moram fäcerent, nunciatum est illis, quomodo *Boemundus*, avaritia aggregandi & acquirendi insaturatus, *Laodiceam*, vrbem & habitationem catholicorum Græcorum, longa obsidione occupasset; turreisque duas ciuitatis, in littore maris sitas, magistras vrbis à nautis tributa exigentis, iam captas inuasisset auxilio & nauali assultu *Pisatorū* & *Genuensium*; custodesque catholicos alios trucidasset, aliōs visu excætatos ab ipsarū arce eieceret. Sed Pisani & Genuenses nō nimiū super his iniuriis criminandi sunt: nam ex ore Boemundi longè aliter, quam res esset, intellexerunt. Vnde falsa illius adhortatione ducentis nauibus prædictas turres vallauerunt, & malis nauium, procera longitudine nubes tangentibus, & sportas vimineas in summitate affixas continentibus, custodes præsidiorū graviter oppresserunt, creberimis lapidum & sagittarum istib[us] à superueniente arbore turres & viros impugnantes. Audito enim Pisatorū & Genuensium aduentu, *Boemundus*, Princeps subdolus, & frater avarus, ab Antiochia, sex milliaribus Lao-diceæ vicina, illis occutens, omne malum & grande nefas de ciuib[us] *Laodiceæ* resebat: hos enim noxios esse Christianotum calumniatores: vt sic omnium animos in odium ciuium, & vrbis obsidionem, facilius hoc concitaret instinctu. Quare factum est, vt creduli verbi illius primùm turres obsidentes, custodes earum in dictionem cogerent; dehinc turrebus suā arte vel vi superatis, vrbem cingerent. Qui graui & longo assultu ciues vexantes, iam trans vallum murorum pontes duos potenter locauerunt, per quos vsq[ue] ad mœnia facilius ipsis pateret accessus, & sic vrbis angustiata in brevi Boemundo redderetur. In proximo enim fuit, vt ciuitas applicatis huiusmodi ingenii caperetur, ciuēs punirentur, & Boemundo omnia iniuste traderentur. Iniuste quidem: Nam in obsidione Antiochiæ eadem Laodicea nauali obsidione & assultu *Winemari* de Bulonia, piratarū magistri, & quorundam Christianorū, cum præfatis turribus superata & capta est. Hi collectione nauium, è diversis terris & regnis contracta, scilicet ab *Antwerpia*, *Tyla*, *Frisia*, *Flandria*, per mare Provincialibus in terra S. Egidii, de potestate comitis Keymundi, associati, nauigio in circuitu orbis tertæ usque ad ipsam vrbem Laodiceam appulsi sunt. Quam occupantes & expugnates; Turcos & Sarracenos, iniustos dominatores, in ea reportos gladio percusserunt, vrbem vero & eius mœnia apprehendentes, comiti Rey-mundo cū ipsis turribus post obsidionē Antiochiæ contulerunt. *Wittmarus*, nagi-fter & ductor piratarū, post hæc à Turcopolis & militibus tegis Græcorū captus & carceri deputatus est: sed ducis *Godefridi* interventione post plurimum temporis à carcere & vinculis eductus est. Comes vero *Reymundus* post captionē Antiochiæ, de-creto itinere suo in Ierusalē cum ceteris, operatori *Constantinopolis* Laodiceā ciuitatē, Turcis & gētibus ereptā, restituit; & sic fidē iniuolatā illi reseruauit. Iurauerat enim sibi, scđusq[ue] percusserat cū eo vna cū Godefrido & Principibus ceteris, de cunctis vrbibus, castellis & terris, ad regnum ipsius pertinentibus, nihil quoquā de omnibus retinere aut mentiri. Hac de causa Boemundū Principes, ab Ierusalē regressi, & in terminis ciuitatis Gybel hospitati, cōperientes Laodiceā iniuste obsedisse, ac Imperatori comitiq[ue] Reymando iniuriā fecisse, nuncios cōstituūt, qui eū amicabiliter & pacificè ex legatione & rogatu Christianorū confratrū, ab Ierusalem in victoria Dei redeuntiū, cōpellarēt, quatenus ab vrbis obsidione recederet, nullamq[ue] vltra Christiani calumnia inferret. Interea dū ad hoc nunciū eligeretur, Episcopus *Pisanorū*, *Dagobertus* nomine, cognito aduētu & reditu Christianorū Peregrinorū ab Ierusalem, quorum per plurimum tempus fama nota fuit aut memoria usque ad diem

Diem hanc, assumptis aliquibus viris de comitatu suo & gregiis, fratres adire & visitare contendit. Quibus inuentis in regione praedita, nullo modo a fletu praegaudio se continere potuit; sed in omnium Maiorum atque minorum colla ruens, cœpit cum lacrymis vniuersos deosculari, dicens: Verè & absque ulla ambiguitate fateor vos filios & amicos DEI viuentis, qui non solum rebus vestris, urbibus, castellis, prædiis, uxoriis, filiis ac filiabus ab renuncia istis, sed etiam animabus vestris non pepercistis, cum hanc DEI & Domini nostri IESU CHRISTI expeditionem, in tam longinquas & barbaras nationes facere non dubitastis, torgo aduersa, ut compertum habemus, pro redemptoris nostri gratia sustinuistis. Non est auditum a CHRISTI nativitate, ut aliquis Christianorum exercitus, per tot regna & pericula transiens, Ierusalem, in potentia & virtute, expugnatis & electis adulterinis filiis & incolis, obtineret; ac loca sancta mundaret; atque in ea post victoriam ad tuendum magnificentem Christianorum principem Godefridum exaltaret, sicut de gloria & virtute eius & vestra nunc acceptimus. Propter quod gaudi desiderio videndi vos, & salutandi ac colloquendi, hic venire decreuimus. Ad haec fidelibus Peregrinis veritabili Episcopo sic responsum est: Si **LVII.** Christianorum prosperitati congaudetis, & saluti arrideritis, cur Christianis ciuibus, videlicet urbis Laodicea iniuste vim intulistis, turres eorum cepistis, custodes cruciastis, & adhuc urbem obſidione vallasti? His auditis, Episcopus benignè & patienti al. i. no excusauit se, ac se suosque in omnibus ignoranter deliquisse profiteretur, dicens: Mundi à sanguine hoc sumus. Nam cum rudes ac totius guerra ignari, nauigio ad has partes venissimus, Boemundus ab Antiochia nobis obuiam factus est, qui ciues Laodicea & falsos Christianos esse afferuit; eosdem etiā semper Christianis confratribus aduersari, & tradidores Peregrinorum apud Turcos & Saracenos suis scilicet summopere referebat. Ad hoc vltiscendum, opem & virtutem nostrā precatus est. Nos vero verbis & assertionibus illius credentes, hosq; ciues sceleratissimos astimantes, vires & opē sibi ad obſidēndā urbem & eius habitatores contulimus; & obsequiu nos praſtare DEO in occidente illorum arbitratī sumus. Sed nunc veritatē ex ore vestro nouimus, quomodo inuidia & auaritia, non DEI gratia, hos Boemundus persequitur. & nos misere decepit ad obſidendos & puniendos Christianos. Et ideo sine mora ad nos reditū, rem aperiemus. & sic ab urbe eos & ab omni impugnazione cohīebimur. Hoc dicto, nuncii ab exercitu Hierosolymitarū cum Pisanorū **LVIII.** Episcopo profecti sunt. Sed Boemundū in nimia auaritia & lux pertinacia reperiētes, legationē confratrum & comprimorū benignè sibi aperuerunt, quatenus ab urbe Laodicea arma & vires suas amoueret; ne erga Imperatorē Græcorū fidē promissā mentirentur, & redditus sui impedimentū graviſſimum in regno illius paterentur. Boemundus vero auditis nunciorū verbis, petitionē & admonitionē fideliū profsus spreuit; & nunquā se recessurum à muris & mōenibus Laodicea aſſeruit, donec vrbs & ciues suæ manciparētur ditioni. Nuncii autē omnia reponſa & aspera verba Boemundi, eiusq; impallentiā, ad exercitū referentes, primoribus indicant; ac iras omniū vehementer acuentes, eō animos illorū commouēt, vt arma acquiri, & bello aptari vniuersi, parui & magni, monerentur. Adhac Episcopus, Boemundi intentione & respōſionē cognita, in castra & classes suorū delēndēs, vniuersos, qui in suo erant comitatu, causam edocuit & commonitionē Christiani exercitus. Sic cunctis Pisanos & Genuenses, in Domino DEO compunctos, ab obſidione urbis; & auxilio Boemundi, reuocauit, ne vlt̄ ad subueniendū manum in ciues mittere præsumfissent. Boemundus ergo videns, se auxilio destitutū, viresq; suas nimīū attenuatas, & quod fideles CHRISTI ac Principes bello & vi armorū eū amouete cōſpirassent, vespere cōelos terrasq; obumbrante, ab obſidione murorū procul cum omni manu sua fecellit, & confratrū volūtati, nescio amore an timore, nolens vōlensq; obtēperauit. Craftina vero die per vniuersum mundū relata, omnis multitudi Peregrinorū armis & loricis induuntur; & iter insistentes, plurimumq; diei peracto, Laodiceā peruenērunt in vexillis ostreis tubarumq; multitudine. Sed nullā contradictionē sibi resistentiū inuenientes, pacificē portas ciuitatis, vlt̄ sibi à ciuib; patēfactas, introierunt in omni susceptione benigna. Boemundum enim procul abstitisse, & abhinc usq; ad dimidiū milliare cōſedisse, eis nūciatū ēst. Comes ergo Reymundus cū quingentis fratribus suæ societatis munitionē urbis ingressus, suūmū cōxillū, quod erat notissimū, in eminentioris turris erexit cacumine, custodia suorū per vniuersas Laodiceæ turres locata. Cæteri vero fratres & comprimores per omnia qđificia domorū extrā & infra hospitādī gratia diuisi sūt. Circiter viginti millia Hierosolymitanorū erat numerus, quando ab Ierusalē reuersi, Laodiceæ confinia intrauerunt, quibus omnium rerum vitæ necessariarū copia à vñdēribus conceſſa est. Mensis enim September & Autumni tempus erat, quando

Laodiceam peruererunt. Vbi præcipua vbertate frumenti, vnuatum, musti, olei & hordei frumentos, quindecim dierum spacium latanter peregerunt, ciuibus vrbis & Peregrinis Pisanis ac Genuensis omnem familiaritatis & affabilitatis mutuam gratiam exhibentibus. Inter haec mutuæ caritatis gaudia vtrinque sui recordati Christiani nominis, & communiter habitæ tribulationis, passionis & pristinæ dilectionis, internuncios constituerunt, qui Boemundum de iniustitia sua arguerent, & de concordia interpellarent: quatenus compunctus fratribus reconciliari non abnueret, fratres quoque eum satisfacentem benignè in concordiam & caritatem reciperent. *Boemundus* his auditis nunciis, compunctus super omnibus, invitatem & dilectionem festinanter redit. Etenim statuto die in campestribus Laodiceæ colloquio habito, præcipue inter duos comites *Reymundum* & *Boemundum*, dehinc inter alios pax & amicitia firmata est, & omne vetus odium penitus exclusum. Sicque triduo cum illis Boemundus mortam faciens, in obsequio caritatis viatoriam Ierusalem sciscitatus est: post haec Antiochiam cum suis reuersus est. *Robertus* vero Flandrensis, *Robertus* pariter Normanius princeps, *Gastus* de Burdeiz, *Cuno* de Monte acuto & cæteri compares, post aliquot dies redditum nauigio constituerunt ad terram nativitatis suæ. At comes *Reymundus*, in etiens Laodiceam & Tortosam vrbes, quas difficulti labore subiugauerat, ex Boemundi auaritia & instabilitate amittere, cum pluriina manu suorum sequacium remansit.

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER SEPTIMVS.

Argumenta Capitum.

- I. Cives Assur, transgressores fæderis, Dux obfides iterato.
- II. Lacrymosa narratio de Gerhardo milite.
- III. Vbi Dux machina procumblente, pluri mi Christianorum pariter confixarunt.
- IV. Exhortatio Dux admiratus.
- V. Populo paenitentia indicitur, sed concremata simili machina, iterum plectitur.
- VI. Soluta obfatione Assur, Boemundus & Baldwinus sanctam ciuitatem ingrediuntur.
- VII. De ambitione Patriarchatus Pisani Episcopi.
- VIII. Principes cum Duce Iordanæ adierunt.
- IX. Vbi cives Assur graui membrorum abscissione multantur.
- X. Milites decem Christiani triginta equites Gentilium fugant & necant.
- XI. Apud Assur iterum Babylonici à Dux militibus detruncantur.
- XII. Assur ciuitas facta est tributaria, & Ioppæ instauratur.
- XIII. Principes circumiacentium ciuitatum munerarios se Duci sponte offerunt.
- XIV. De eodem, & quod Dux pacem statuerit per terram.
- XV. Suprà dictus Gerhardus in columnis remissus beneficiis honoratur.
- XVI. De pertinacia grossi rustici.
- XVII. Tankradi nuncios Princeps Damascenus perdidit: terram eius Dux inuidens, grossum rusticum ad fædus coegit.
- XVIII. Vbi Dux gloriosus caput egrotare.
- XIX. Venetorum muneribus Dux honoratur, ac deinde vehementius agritudine premitur.
- XX. Consilio Dux castelli Cayphas obfido preparatur.
- XXI. Obitus glorioſis Dux & Wernerimi litus.
- XXII. Obfido castelli Cayphas.
- XXIII. Tankradi hortatu obfido lentata paululum reparatur.
- XXIV. Quanta pertulerint illic fortissimi milites.
- XXV. Oppidum Cayphas expugnatur.
- XXVI. Germarus expulsus, & Tankradus castellum Cayphas obtinuit.
- XXVII. Consilio Maiorum Boemundus adregnandum in Ierusalem vocatur, sed in itinere capit.
- XXVIII. Donimanus, Princeps Turcorum, obfessis Malatina Christianis contemnitur.
- XXIX. Baldwinus liberare volens Boemum, nihil proficit.
- XXX. Baldwinus per legatos conuenitur, ut fratribus loco regnum Hierosolymitanum fuscipiat.
- XXXI. Baldwinus Ierusalem profecturus, a quiocum suum ciuitati Robas praefecit.
- XXXII. Baldwinus, diro imminentis praluncio pulsatus, cum paucis obitum pergit.
- XXXIII. De eodem.
- XXXIV. Ipse fugam simulans, reuersus gloriosam adeptus est victoriam.
- XXXV. Quam sagaciter Baldwinus versutiam Tankradi præuenit.
- XXXVI. Tankrado solo aduentu Baldwini perterritio, Baldwinus sanctam ingressus est ciuitatem.
- XXXVII. Perquisitis rebus defuncti atris, a vniis

- D**ivis fortibus tentare fortia suadetur.
- XXXVIII. Vrbem Ascalonē obſidens, post aliquot dies infecto negotio obſidionem ſoluit.
- XXXIX. Quām ingeniosē vicerit gentem Aſpart ſub terra latenter.
- XL. De eadem re.
- XLI. Cūm per diſſicilia loca militem agit, plures frigore extinguntur.
- XLII. Ciuitas Sufsumus igne deletur.
- XLIII. In natali Domini apud Bethlehem Baldewinus unctus eſt in Regem.
- XLIV. Prima ſeffione Regis, Tankradus acuſatur, vocatus ad eſſe deſignatur.
- XLV. Rege cū Tankrado pacificato, Tankradus Dux electus, Antiochiam proficiſcitur.
- XLVI. Rex contra Patriarcham fedem Apoſtolicam appellat.
- XLVII. Dominus Apoſtolicus Cardinalem Mauriciū cognitorem Hierosolymam mittit.
- XLVIII. Patriarcha multis & grauiis à Rege caputulis impeditus, ab officio ſuſpensus eſt.
- XLIX. In caena Domini dolēs Patriarche eo die officio ſuo priuari, Rege donis promiſſis placat.
- L. Rex Cardinalem alloquitur de reſtituen- do Patriarcha.
- LI. De amicitia inter Cardinalē & Patriar- cham, & Regis concordia, & de conuentione Gentilium cum Rege.
- LII. De matutis legationibus Gentilium:
- LIII. De redēptione Turcorum.
- LIV. Quomodo ciuitas Affar ſubiugatur.
- LV. Caſarea ciuitas obſidetur.
- LVI. Tandem ciuitas Caſarea ſuperatur.
- LVII. Quomodo Rex audita fama Babylo- niorum, eorum preſtolarū aduentum.
- LVIII. Quomodo Rex Patriarcham conue- nerit, ut vel ipſe milites procuret, vel ad procu- randum eos, ſili aliiquid pecunia imperiſtret.
- LIX. Qualiter ora ſit conuenio inter Regē & Patriarcham.
- LX. Contentio inter Regem & Patriarcham preſente Cardinale Mauricio.
- LXI. Patriarcha ratione vietus, milites ſe pro- curare promiſit, quod tamen implere contemſit.
- LXII. Patriarcha potestate & oblātione Se- pulcri Domini priuatur. Pecunia Patriarcha Re- gi aperitur.
- LXIII. Rex pecuniam militibus diuidit, cru- delis legatio à Babylovia venit.
- LXIV. Tres Regis acies à Babylovia attrita deficiunt.
- LXV. Rex à Pontificibus admonitus, coram cruce Dominica proſteritur.
- LXVI. Post confeſſionem delictorum, Episco- po Gerhardo crucem Domini preferente, Rex per medios hōſtes irrumpt.
- LXVII. Mira Domini IESV & sancta Crucis eius victoria.
- LXVIII. Renovato bello, catholici Regis ad fuoshortatio.
- LXIX. De glorioſa Regis victoria & reditu in Ierusalem.
- LXX. De obitu Wickeri, militis, Alemani egregii.

Dicitur quod ciues Affar, vulgariter Arſid, ex consilio inuidiorum, in vrbē & reditus, quos pepigerant Duci Godefrido ſingulis annis co- ferre, cōcūſſi timore victoriarum, quam acceperat iuxta Ascalonē, pror- fūſus negauerunt, obſides illius, pro pafco amicitiae datos, inique reti- nentes, & ſuis gaudētes receptis, qui in fide male ſcruta Ducis eu- ferat custodiā, vlt̄rā ſe à facie Ducis forti muniē tutela. Quapropter Rex ira mo- tūs, cōteriq; nobiles & ignobiles, qui ſecū remanferant, nēpe Wilhelmi de Mont- pelir, Wernerus de Greiz, Geldemarus Carpent: Wickerus Alemanus, vniuersi equites & pe- dites Christiani cū tribus millibus vrbē cinxerunt, in circuitu eius tabernacula ſua extendentes. Collocatis ergo vndiq; tentoriis, aptauerunt machinas & instrumēta mangenatum, ſpacio ſeptem hebdomadarū ſummo studio ea fabricantes. Ap- plicatis tandem muro ingeniis, fortiter ciuēs oppugnabant. Illi veiò non ſegnius pro vita reſiſtebant à turrita arce & mōnib; Sed fruſtra videntes ſe in defenſione de- ſudare, malum naualem procerū altitudinis, qui in media vrbē iacebat, fuib; & catenis aſtrictum leuauerunt in altum, in quo vnum de obſidibus Ducis, Gerhardum p̄diciam, ortum de genere Hamacorum de p̄ſſidio Auennis, militem egregiū affixerunt, in modum crucifixi manus & pedes illius extendētes funib; ſ: quem iā, diu p̄cēnis confundū à carnificib; arbitrabantur Christiani. Sed eretis & affixus in eulmine mali idē Gerhardus, in hanc miserabilē vocē cū lacrymis erupit, ac du- cē alloquitur: O Dux illuſtrissime, nūc reminiſcere, quomodo tu o p̄ateptō huc obſes & exul inter barbaras nationes & viros impios transmiſſus ſum. Ideoq; peto, ut aliqua misericordia vel huma- nitate ſuper me mouearis, et tā graui et ſero martyrio me perire nō patiaris. Cui Du: Nequaquam, o Gerharde, miles acerrime, tui miſereri poſſū, et tot homines auertere à vindicta ciuitatis huius. Et ideo, ſi frater meus vterinus eſſet, ut Euſtachius hac conditione liberā non poſſet, ut urbs illa ſa- permaneat. Moriſquidē habes, et vilius eſt, ut tu ſolus mortaris, quā decretū & iuſtū nō hoſtro-

rum violetur, & urb̄ h̄c semper Peregrinis habetur infesta. Si enim pr̄sentis vita moriaris, viure habes: am CHRISTO in celib⁹bus. H̄c Gerhardus intelligens, & nulla se lacrymarum prece videns proficere, summopere Ducem exorat, ut equum & arma sua Sancto pr̄sentaret Sepulcro, quæ illic Deo famulantibus pro remedio animæ suæ largiatur. Ad h̄c Dux & vniuersa multitudo Christianorum fortiter assilunt urbem, in confratre Gerhardo totius pietatis & misericordia oblii, urb̄is defensores in sagittis & fundibulis & mangenellis circum quaque impugnantes. Et iam inter plurimas sagittas, incaute emissas, decem sagittis eiusdem Gerhardi corpus confixum & vulneratum est.

Gentiles autem cernentes, quia vir strenuus, omni pietate à cordibus suorum exclusa, vulneraretur, sic Duci & omni populo Christiano magnis blasphemis improperabant, dicentes: *Gens impia & crudelis, qui minimè fratri & cochristiano vestro parcere curastis; sed acrius, ill' ovis & eius perditione, urbem atque ciuitates oppugnasti.* Hoc dicto, ab intus mangenellis, balistis & sagittis virili-
ter resistentes, vi bim in machina expugnantes Duci milites nitebantur repellere. Palos enim ferreos & acutos, oleo, stuppis, pice, ignis fomite inuolutos, & omnino aqua inextinguibiles, creberima iaculatione à mœnibus intorquebant machinæ trans taurina cornua, quibus vimineæ crates operæ erant ad executien-
dos injectos ignes. Sed tandem paulatim flamma suscitata, & vires vindique in ari-
da materia rapiente, tota machina combusta humi procumbens corruit cum tribus coenaculis: in quibus viri bellatores amplius quam quinquaginta, à Duce &
ceteris primoribus constituti, nunc vndiq; flammatum inuasionē occupati, cum ipsa machina ruinam perpeſsi sunt. Alii fractis ceruicibus & collo, alii semiputatis & tritibus eorum aut brachiis, quidam ruptis visceribus ab intolerabili massa lignorum, nec vlla opere liberandi, vna cum lignis in fauillam & cineres redacti sunt. In quibus *Franco de Mechela villa, quæ est super Mosam fluuium, miles imperterritus, ab ardentiſſima trabe occupatus, eodem igne inextinguibili incendio concrema-*

ti ab omnibus visus est. Continuò sine mora *Rotholdus*, miles acerrimus, videns quia ars & flamma Sarracenorū inualuit, machinaque cum inhabitatoribus suis humili procubuit, à mœnibus urbis, in quæ à machina descenderat ante incendium vna cum *Petro Longobardo*, milite præclaro, celeri pede desiliit, quod nullum eis auxilium cerebatur; & in vallo iuxta muros corruiſſe, ferratis sudibus, & immensa mole lapidum, viros opprimere certabant, sed Deo protegente, & galea fortissima crebros ictus sustinente, viui & incolume ad societatem Christianorum reueci sunt. Dux itaque cernens, sic suos audaciſſimos milites graui interitu & ruina corruiſſe, alios extin-
ctos & combustos, alios eneruatos, & omne opus machinæ celeri strage & edaci flamma consumtum, ac plurimos Christianæ societatis animo deficere, fugamque meditari, mœstus & dolens, vniuersos desperatos reuocare cœpit ad assultum urbis, ad interitum aduersariorum, ad firmandam obsidionem, dicens: *Amisisti & inutilis, ad quid de terra & cognatione vestra existis, nisi ut animas vestras usque ad mortem pro nomine IESV dareis, & redemtione sanctæ Ecclesie, & liberatione confratrum vestrorum?* Ecce ciuitas h̄c, & vniuersa nationes in circuitu, Ierusalem urbi inimicantur, & insidiantur salutinostra: quarum h̄c una est, quam obſedisti. Videte, ne deficiatis à proposito vestro, & tam viliter effeminati, hanc urbem insuperatam relinquatis. Agite ergo paenitentiam luxuria veſtra fædissima, quam in hac via sancta incesti exercuisti, & omnium iniquitatū vestrarum, quibus gratiam DEI offendisti; & sic Dominum cœli, apud quem non est iniquitas, venti & conſefſione delictorum vestrorum purgati, facite vobis placabilem: quia sine illo nihil potestis facere,

Ad hanc Duci vocem & admonitionem vniuerſi fugæ intenti, & timore concussi, tunc solatio roborti, obsidionem circa Assur amplius & validius, quam ante firmauerunt, donec & altera machina, iteratō fabricata, muris applicaretur, per quam ciuitas capta redderetur. In hac tandem repertis omnibus, crastina luce primū exorta, *Arnulfus Cancellarius Sepulcri Domini, clericus illustris & Deo deuotus*, ipsum Duce & vniuersos magnos & paruos cœpit redarguere de perfidia & duritia cordis, qua in fratres suos, *Gerhardum & Lambertum*, malo affixos, & apud Alsyrios obsides derelictos, peccauerūt. Idcirco omnes de hac impietate, cunctorūq; fecunditate delictorū, ad confessionē & correctionē paternē cohortatus est. Sic itaq; eo adhortate ad cōpunctionē cordis, & veniam culparū suarū, lacrymis profusis in vna erigūtur voluntate ad urb̄is obsidionē, rursumq; cōponentes machinā & tormēta lapidū, lōga tēpora circa muros expleuerunt. Ad instar verò magnitudinē prioris

prioris machinæ altera hæc machina facta & cōposita, muris ciuitatis in virtute loricatorum, ac multitudine virorum & mulierum, trans vallum applicata est, & in eius cœnaçulis viri fortissimi & audaces, ad pugnam ciuib[us] inferendam, constituti sunt. Hæc autem machina dum sic trans vallum traheretur, vt muros ciuitatis plurimam sublimitatem superaret, viri que ex ea arcu, iaculis ac lanceis mœnia oppugnarent, ciues etiam in mœniibus cōstantes grauiter vexarent; simili iacula[n]tione p[ro]litorum ignitorum, vt priorem machinam, *Sarraceni* eam infixerunt, quousque flamma suscitata inualescens crates, postes, trabes inuasit ac combussit. Mox ad extinguentam machinam de omni exercitu & tentoriis concurrunt viri ac mulieres, aquam singuli in singulis vasib[us] afferentes. Sed minimè profecit tanta aquarum suffusio. Nam huius ignis genus aquâ erat inextinguibile; & flamma magna & insuperabilis, ideoque machina nequaquam potuit extingui, donec penitus combusta ruinam magnam faciens, quam plurimos virorum ac mulierum circumstantium diuersis plagiis attriuit. Alii ibidem mortui, alii membrorum læsione enervati iacebant; quidam seminecès quassatis visceribus purpureum sanguinem vomiebant: Alii flammis suffocati, à nemine liberari valentes, miserè periclitabantur. Vnus erat dolor pereuntium, nullaque.

Nihil his ingeniis Duce vi, proficiente, consilio suorum accepto, eo quod ciuitas Assur, hoc tempore gravissimæ hyemis inchoante, præ frigore & nive insuperabilis haberetur, Ierusalem Decembri mense mediato rediit; sed centum equites cum ducentis peditibus Rames vel Ramæ attulauit, qui assidue ciues Assur impugnarent, ac bello lacerferent. Ciues verò præcauentes, ne aliquis impetus aut insidiæ illorum ex improviso nocerent, nequaquam longe à muris procedebant. Vnde milites Duci sata & vineta illorum per singulos dies deprædabantur. Tandem iidem milites Christiani videntes, quia nihil insidiis aut assaultu proficerent, Ierusalem & ipsi reuersti, per spaciū duorum mensium se ab omni impetu & infestatione continuerunt. Sic securi facti viri Assur, & aduersitatis nihil ultra aestimantes, in negotiis suis paulatim ab urbe procedebant incaute, & vites agrosque excolebant. Boemundus s[ecundu]s ciuitatem Antiochia audita Christianorum victoria, & Godefridi Duci gloria & exaltatione in Ierusalem, ex verbis & relatione Roberti Flandrensis, Roberti Normannorum principiis, & ceterorum redeuntium, Baldewino eiusdem Duci fratre, admonito per legatos, viam Ierusalem insistere decreuit ad visitandum locum Dominicæ Sepulcri. Quibus Dagobertus Pisanus Episcopus, cum omni comitatu suo longo tempore (trium mensium) in regione commoratus Laodiceæ, nunc in via hac adiunctus est; datusque muneribus, cum utrisque pactu est amicitiam; de die in diem in omni sermone, & actione simulata religionis, cunctis nimis acceptus. Natali autem Domini in proximo facto, præfati Principes cum ingenti honore & comitatu Christianorum Ierusalem sunt ingressi; duce Godefrido glorijs eis occurrente; & præ gaudio, nimioque desiderio eos videndi, piâ eis oscula faciente. Aliquot deinde diebus transactis, Episcopus Pisanus, multum fuitribus Baldewino & Boemundo sibi conquisis, Duci adeo gratus & dilectus fieri cœpit, quo usque ad Patriarchatus dignitatem prouehi meruit, collatione potius pecunia; quam dilectione nouæ Ecclesiæ. Idem verò Dagobertus cum adhuc Pitanus esset Episcopus; ab Urbano Romanorum summo Pontifice, in Hispaniam directus in legationem Christiani cultus & religionis, honorificè ab Rege, Alfonso nominé, suscepimus est, & ab omnibus Episcopis & Archiepiscopis regni illius, in obedientia & caritate: quin & muneribus preciosis ac magnificis, tam in auro quam in argento & ostro ab ipso Rege cunctisque primoribus ditatus & honoratus est: Innotuit etiam plurimis, quomodo arietem aureum miri decoris & operis idem Rex illustris per manū eiusdem Dagoberti domino Apostolico caritatis causa dono miserit: quem ille cum cetera undecunque collecta pecunia inardescens auaritia, celando retinuit. Et, vt pro vero aiunt, quibus res patuit, hanc massam grandis talenti & arietis aurei, mortuo Urbano Pontifice, Ierusalem detulit; ac Boemundum Baldewinumque corrumpens, Godefrido duci arietem & cetera munera contulit; sicque Patriarchatus honore sublimatus est. Iam VIII, Dagoberto in cathedra Hierosolymitanorum sedis Patriarcha constituto, & consecrato a Roberto Episcopo ciuitatis Rama; quam vulgariter nominant Rames; & Natali Domini in omni lucunditate & lætitia à viris catholicis & Principibus celebrato, Boemundus, Baldewinus & ipse Patriarcha à Duce impetravertint, vt sic

iter moderarentur, quatenus ad Iordanis flumen in vigilia Epiphaniae Domini conuenirent, ubi Dominus Iesus a Iohanne baptizari dignatus est. Qui voluntati & desiderio eorum satisfaciens, in omni apparatu & virtute peditum & equum cum eis ad ipsum flumen descendit: in quo praeterea gaudio loti sunt & delectati. Post haec *Baldewinus* & *Boemundus* in omni hilaritate & mutua gratia cum Duce lætati, illic in regione Iordanis, dato cum lacrymis osculo, ad inuicem dissociati sunt: Godefridus cum Patriarcha reuersus Ierusalem; Boemundus vero & Baldewinus Antiochiam & Rohas reuersi sunt. De hinc mense Februario medante, ciues Assur, dum securè de die in diem in omnibus negotiis studebant, & pacificè ad excolendas vineas & agros procedebant, quidam Sarracenus ex ciibus urbis Assur, ut gratiam inueniret in oculis Ducis, omnia propalauit, quam securi, & nullius mortis respectum habentes, ab urbe ciues exirent ad omnia, quæ eis erant necessaria. Dux autem Sarraceno auditio, benignè illi in omnibus aurem adhibuit, & curam eius egit, ut sic magis viro blandiretur: vnde ab illo tradito è dies designata est, qua illos in vineis agrisque laborantes alios occidere, alios posset comprehendere. Eadem itaque die illucescente, *Godefridus* dux quadraginta milites armatos iuxta *Rames* in insidiis constituit: qui Sarracenos ad mille egressos repentina impetu equorum aggressi sunt; & eos saeuo vulnere interentes, supra quingentos naribus amputatis & manibus aut pedibus in campo semiuuos reliquerunt, ipsi vero viatores cum captiuis uxoribus eorum & pueris *Ierusalem* reversi sunt. Cognita hac strage grauissima, tota ciuitas Assur dolore & lamentis commota est, & vniuersi in ea habitantes: qui sine dilatione Regi Babyloniarum tam crudelis famæ & danni nuncios miserunt. Audito quidem tam crudeli nuncio *Merasius*, qui post Regem secundus imperat, & cuius vocis omnes ciues, & vniuersæ ciuitates de regno Babyloniarum, obediunt, turbatus est vehementer, statimque centum equites Arabes & ducentos *Azopart* mittere se promisit ad subueniendum ciuibus, urbemque tuendam: non enim passus est ad aures Domini Regis Babyloniarum Ammirabilis tam grauem legationem peruenire, ne cor eius nimium grauaretur. Intellecto hoc solamine, quod promiserat Metavis, multum gauii sunt ciues Assur, & ab illo die portas apertis, ipsi & omnia armenta securè in agros procedebant, sed non tam longe ab urbe. Deinde octo diebus transactis, auxilium & vites Regis Babyloniarum illis affuerunt, centum equites Arabes & ducenti Azopart: quoru[m] iussione & consolatione longius, quam solebant, ab urbe & porta procedere presumebant. Audito tandem in Ierusalem aduentu illorum, surrexerunt clam Duce decem milites Christianorum, & in termino *Rames* constiterunt ad explorandam rei veritatem, utrum milites Babyloniarum affuerint in auxilium urbis Assur. Qui protinus quinque armigeros direxerunt ante mœnia urbis ad lassitudos & producendos viros, quorum fama erat; ipsi vero decem in campestria Assur descenderunt. Armigeris autem discurrentibus in equis ante mœnia urbis ex decreto decem militum, triginta equites Arabum ab urbe subito exierunt armati, eosque grauiter insecuri sunt, post tergum relictis insidiis. Armigeri vero quantocius equorum velocitate ad decem equites Christianorum fugam inierunt. Quibus ad subueniendum decem domini sui illico in equis & armis affuerunt; & triginta Arabes in fugam remittentes, usque ad portas & mœnia Assur eos persecuti sunt, tres u[er]o illorum in momento perientes, quorum capita, ab armigeris amputata, cum equis & spoliis eorum afferentes, Ierusalem cum gaudio reversi sunt. Comperta hac victoria, & tam laudabili audacia decem equitum; Dux & vniuersi sui lætati sunt: Vnde centum & quadraginta equites conuocans, in insidiis versus *Rames* conductu *Wernerii* de Greis, ac *Robertii* probi militis de Apulia, ituros, constituit, ut Arabes milites aliqua arte lassitos, & ab urbe Assur productos circumuenientes, aliquid insigne cum eis molirentur. Manserunt itaque hi milites Christiani Ducis iuxta *Rames* in insidiis duobus diebus: donec ciues Assur tertia die egressi fiducia suorum militum per agros cum gregibus suis, ignarri totius infestationis, vagari securè cœperunt. Illis vero sine respectu periculi vagantibus, viginti milites continuo ab insidiis & societate Christianorum egressi, prædam vndeque contraxerunt, vi etiam abducentes: sed mox à militibus Assur excusa est. Ad haec tota manus Christianorum consurgens, ab insidiis fortiter a filierunt: milites quoque Arabum & Azopart omnesque pedites illotum idem fecerunt: & utrinque graue commissum est prælium. Tandem Christiani mœnia invadentes,

lentes, plurimani partem illorum occiderunt; prædamque retinentes, cum plurimi equis & captis ibi, iudeis militibus in gloria & iucunditate Ierusalem reuersi sunt. Residui autem Sarraceni, qui pauci vix euaserant, cum fama luctuosa Babyloniam reuersi sunt: & Regis iram, Babyloniorumque metum, adauxisse, nulli dubium habetur. Dux denique Godéfridus de prospero euentu suorum non ad modicum latatus est. Sicut tandem ciuitas Assur cædio affecta, nec Regis sui auxilio vi-

xii.

dens se posse resistere, pacem compoluit; claves portarum & turrium Ducis obtulit, facta ei tributaria. Cuius tributa Roberto, militi pæclaro de Apulia, pro conventione solidorum à Duce concessa sunt. Post hanc Dux volens adhuc amplius

10

vrgere & subiugare ciuitatem Ascalonem, & cæteras vires sub regno Babylonie deprimere & debellare, Ioppen, quæ vulgariter Iaphet dicatur, antiquo ex termino dirutam, reædificari, mutisque muniri, constituit: quatenus illic portus navium fieret, & ab hac cæteris Gentilium ciuitatibus locus esset resistendi ac nocendi. Firmata ac munita ciuitate Iaphet, ab omnibus regnis & insulis Christianorum mercatores, vitæ necessaria afferentes, ad eius portum accedebant: Peregrini quoque aduentantes vsquequaque securè illuc descendebant, corpora sua hospitio & quiete curantes.

xiii.

Sarraceni autem dolentes & tristes facti sunt, eo quod ab hac ciuitate reædificata & instaurata vniuersæ ciuitates Gentilium in circuitu subiugandæ, debellandæ ac deuastandæ essent; Christianorumque vires per mare aduentantes de die in diem augerentur. Quid aduersus hoc facerent, Gentiles nihil melius senserunt in omni consilio, nisi vt legatio ab Ascalone, Cæsarea, & Ptolemaide vel Accaron, ad salutandum Ducem maturaretur ex parte Ammiralorum prædictarum urbium. Nec mora, legatio ad aures Ducis & omnium primatum suorum Ierusalem in hunc modum delata est.

AMMIRALDV S ASCALONIS, AMMIRALDV CÆSAREÆ, SIMILITER AMMIRALDV PTOLEMAIDIS, DVCI GODEFRIDO IN OMNIBVS S.

Exoramus te, Ducem glorioissimum ac magnificum, quatenus gratia & concessu tuo ciues nostri securi & pacificè ad negotia sua procedant. Et decem valentes equos mulosque tres, corpore elegantes, tibi mittemus; ac singulis mensibus quinque millia Byzantiorum in ratione tributorum reddituri sumus.

Hoc pactum

xi.

30 pax facta & firmata est, quin abhinc amicitia fieri cœpit de die in diem, precepù inter Ducem & Ammiraldum ciuitatis Ascalonis; & donorum copiæ Duci accrescebant in frumento, vino, hordeo & oleo plus quam dici & memorari possit. Similiter Cæsarea & Accaron, datis muneribus auri & argenti, pacem & securitatem obtinebant. Incubuit enim timor Christianissimi Ducis vniuersas terras & regiones Gentium.

Principes dehinc Arabiæ, famam Ducis tam gloriostissimi nam intelligentes, pacem & ipsi pariter & amicitiam cum eo componebant, sub hac conditione: vt pacificè Ierusalem & Ioppen sui mercatores, omnia corpori necessaria afferentes, sine interdictione cum Christianis precio mutuarent. Quod sic actum est: & allata sunt abundanter vniuersa tam Ioppen quam Ierusalem in amentis, bobus, ouibus & equis, vestibus & annona; & omnia a quo precio cum Christianis mutuabant: & sic latitia magna in populo facta est. Omnen verò commutationem & egressionem per mare omnibus Gentilibus interdixit. Errat enim custodes & insidiæ diffusa per mare, ne quicquam Gentiles nauigio suis ciuitatibus inferrent, vnde ciuitates necessariis opibus abundantes, & confisæ factæ, rebelles superbirent; & fœdere neglesto, quod cum Duce pepigerant, exaltatae resisterent. Si qui verò ab Alexandria, Damiate, vel Africa nauigio veniebant, cum opibus suis a militibus Ducis capti detruncabatur. Similiter Sarraceni Christianis nullam in mari pacem seruabant: solummodo pacem & fœdus utrinque statuerunt super terram. Hæc pax nimium adeo inter Ducem & Ammiraldum Ascalonis esse cœperit, vt ciues illius pacificè cum rebus venalibus penetrarent; & viri Christiani similiter Ascalonem sine impedimento proficerentur.

xv.

Cum hæc pax tantum cresceret, & amicitiæ magis ac magis iungerentur, quadam die idem præses & Ammiraldus Ascalonis Gerhardum de præsidio Auennis, ab omni plaga curatum, honorificè vestibus indutum, & equo optimo impositum, duci Christianissimo Ierusalem dono remisit: quem multis iam diebus in Assur obiisse, Dux & vniuersi Christiani existimabant, nescientes quod à malo depositus, ab Assur eidem Ammiraldo missus fuisset. Dux itaque viso, & incolumi recepto, Gerhardo, dilecto milite suo, & egregio adolescenti, gauisus est vehementer. Cui statim in remuneratione sui magni laboris maxima terræ beneficia centum marcarū

cum castello, quod dicitur *ad S. Abraham*, in præsentia omnium fidelium, qui aderant, largitus est. Cœpit denique ab ea die super terram magis ac magis pax hinc

xvi. & hinc multiplicari, donec tardio facta est militibus Galliæ pugnacibus. Post hæc non multa mora *Tankradus* Duci Ierusalem occurrit in aduentu Natalis Domini à præsidio *Tabariae*: quod Dux idem vallo & insuperabili munitione, in montis arduo reædificauerat; & *Tankradus* dono Ducis ad tuendum susceperebat: validè tunc conquestus & auxilium petens, eò quod terra & ciuitas *Grossi Rustici*, regno Ægypti adiacentes, sibi rebellarent, & redditus reddere deditamentur. Hoc Dux audito, & molestè accepto, post dies octo precibus *Tankradis* satisfaciens, ducantis equitibus & mille peditibus terram regionesque *Grossi Rustici* ingressus est; & præda innumerabili vndique contracta, homines Gentiles alios trucidari, alios iussit captiuari, cætera verò omnia in flamas & cædes usquequaque rededit. Moram itaque in regione hac Duce per dies octo strage & incendio faciente, Grossus Rusticus, Princeps regionis, legationem direxit propter auxilium Turcorum, si forte viribus illorum fretus, Duci occurrens, resistere posset. Hic Princeps appellatus est à Gallis *Grossus Rusticus* prænimia pinguique corpulentia vilique persona, in qua totus rusticus esse videbatur. Princeps verò Turcorum & Rex Damascenorum illius auditalegatione, quingentos Turcos sine mora illi misit in auxilium. Iam Christiani milites post diutinam & nimiam stragem de terra Rustici exierunt, Duce semper cum præda gregis & vestium cæterarumq; rerum in fronte gradiente; *Tankrado* verò à longè post tergum cum centum equitibus custodiā faciente. Et ecce post paulum Turcorum milites cum festinatione visi sunt adesse. Quibus *Tankradus* non segniter occurrens, cum illis prælium commisit. Vtique hac die bello grauati sunt, alii occisi, alii vulnerati; *Tankradus* vix elapsus est. Vespere autem facto, Dux & tota manus illius per campestria, positis armis, per noctans, & ignorans, quomodo *Tankradus* cum Turcis conmiserat bellum; totus adhuc de euentu illius erat incertus, quo usque ea nocte media incolumis creptus est cum suis sodalibus, quorum aliqui sagittis grauati sunt. Dux verò vt intellexit, quomodo Turci *Tankradum* à Damasco persecuti fuerint, & cum eo bellum commiscent, iussit summo manè diei sequentis acies fieri, & Turci eos in persecutoribus occurtere. Sed nec unus in regione hac repertus est. Nam ergo Dux præsentiam nimium vicinam persentientes, per totam noctem in sua reuersi sunt, ultrà ab insecutione *Tankradi* cessantes. Post hæc Dux in Ierusalem rediit: *Tankradus Tabariam* cum suis pariter regressus, sexaginta milites secum habens, illic moram fecit, singulis diebus Damascum & municipia Turcorum expugnans, & prædas à terra & regione eorum abducens. Arx autem hæc *Tabaria* sita est iuxta locum, quem appellant mare Tiberiadis, duo milliaria habens in longitudine, & duo in latitudine. Hanc à Duce Christianissimo subiugatam cum præsidio restituto *Tankradus* obtinuit in beneficio, eò quod gratiam in oculis ipsius inuenierit, in officio militari probus, & quia aduersariis Christianorum indeficiens ad resistendum videretur. *Turci* verò *Tankradum* de die in diem videntes inua- lescere, ducisque Godefridi vires illi semper adesse, per aliquod tempus pacem cum eo decreuerunt componere, sub hac conditione: ut post huius pacis terminum, communī consilio inito, aut sibi vellent subesse, aut omnino foedus cum illo refutarent subire. *Tankradus* super his cum Duce sumto consilio, acquieuit Turcorum precibus, & plurima munera Byzantiorum, auri & argenti & ostri ab eis & Grosso Rustico suscipiens, terram minimè posthac bello commouit. Deinde transactis aliquantis diebus, *Tankradus* sex milites, viros disertos & peritissimos, direxit ad Principem Turcorum Damasci; quatenus urbem sibi reddebet, & Christianitatis professionem assumeret, si tamen eius dono vel consensu in aliqua parte regionis illius habitare vel vivere vellet; alioquin propter aurum vel argentum vel cætera dona se illi amicitiam seruare non posse. His igitur auditis, Princeps Damascenorum vehementer ira motus est, apprehensosque viros quinque decollari iussit: sextum autem, quia Turcorum scætam arripuit, vitæ reseruari præcepit. Istorum tam egregiorum legatorum cæde cruentissima Dux ad aures perlata, vehementer vna cum *Tankrado* & omni Ecclesia turbatus est. Qui continuò accitis vndique viribus equitum & peditum, in terram Damascenorum aduersus interfectores fratrum descendit, per dies quindecim terram & regiones depopulatus, nemine sibi resistente. Videns ergo Princeps

xvii. *Tankradus* verò *Tankradum* de die in diem videntes inua- lescere, ducisque Godefridi vires illi semper adesse, per aliquod tempus pacem cum eo decreuerunt componere, sub hac conditione: ut post huius pacis terminum, communī consilio inito, aut sibi vellent subesse, aut omnino foedus cum illo refutarent subire. *Tankradus* super his cum Duce sumto consilio, acquieuit Turcorum precibus, & plurima munera Byzantiorum, auri & argenti & ostri ab eis & Grosso Rustico suscipiens, terram minimè posthac bello commouit. Deinde transactis aliquantis diebus, *Tankradus* sex milites, viros disertos & peritissimos, direxit ad Principem Turcorum Damasci; quatenus urbem sibi reddebet, & Christianitatis professionem assumeret, si tamen eius dono vel consensu in aliqua parte regionis illius habitare vel vivere vellet; alioquin propter aurum vel argentum vel cætera dona se illi amicitiam seruare non posse. His igitur auditis, Princeps Damascenorum vehementer ira motus est, apprehensosque viros quinque decollari iussit: sextum autem, quia Turcorum scætam arripuit, vitæ reseruari præcepit. Istorum tam egregiorum legatorum cæde cruentissima Dux ad aures perlata, vehementer vna cum *Tankrado* & omni Ecclesia turbatus est. Qui continuò accitis vndique viribus equitum & peditum, in terram Damascenorum aduersus interfectores fratrum descendit, per dies quindecim terram & regiones depopulatus, nemine sibi resistente. Videns ergo Princeps

cepis regionis, *Gressus Rufficus*, quia à facie Christianorum nil sibi nil Turcis intactum remanebat, nolens volens foedus cum Duce & Tankrado percussit; Turcos verò renuit, quorum auxilio starcante faciem Christianissimi Ducis prorsus non valebat. Hoc fœdere cum Principe prædicto confirmato sub ratione tributorum, *Dux per Ptolemaidem, Cæsaream & Cayphas regredi dispositus*: cui *Amiraldu Cæsarea* in occursum veniens, benignè prandium obtulit. Sed ille cibum contradicens, tantum de pomo cedrigustans cum omni mansuetudine & gratiarum actione, post modicum graui infirmitate correptus est, diuertensque loppen; *Episcopum & Ducem Venetorum* in apparatu copioso & armorum multitudine reperit. Cognito autem quod conchristiani essent, & non hostilis collectio, secrètò hospitium, quod sibi nouum construxerat, cum paucis subintravit: Nam molestia corporis accrescente premebatur: Cui quatuor ex suis collateralibus assistentes, alii pedes illius in gremio accipiebant, alii capiti eius ad reclinandum peccus suum supponebant; quidam verò super eius dolore nimium ac dolenter flebant, eò quod tanto Principe destitui in hoc longo exilio pertimescebat.

Audientes ergo Christiani Peregrini, quomodo tantus Princeps ægrotaret, *xix.* graui mœrore & luctu concusci sunt, crebro visitandi gratia ad eum venientes: inter quos ipse *Dux & Episcopus Venetiarum*; & eorum primates, introducti sunt ad salutandum ipsum Ducem, videndum & colloquendum. Intromissi etgo, in vestis aureis & argenteis, ostro & veste preciosa, mira & insolita dona Ducis obtulerunt, ac dederunt, propter dilectionem & desiderium, quod videndi eum, semper habebant. Dux quidem *Godefridus* summa cum caritate, ea, quæ obtulerant, suscepit, & benignè eos allocutus, nauali hospitio remisit, asserens se aliquantulum infirmitate detentam; sed in crastino, si ei quicquam temissus fuerit, in aspectu omnium se præsentare, qui eum videre & cognoscere cupiebant, & tunc libenter velle perfungi eorum communis affabilitate. Nocte deniq; eadem, dolore ac languore corporis illius inualesceat, à suis, propter nimietatem tumultus naualis exercitus, Ierusalem se deferri iussit; quoniam hoc tempore, sicut politus fuerat, Peregrinis Venetiarum nulla affabilitate potuit communicare. *Cognita hac Ducis va-* *xx.*

lidia ægritudine, dux & principes Venetorum *Wernerum* de Greis & *Tankradum* aggressi sunt, videlicet ut Duci loquerentur, quid acturi sint? seu an ciuitatem aliquam in littore maris obsidentes debellarent, priusquam Ierusalem descendant; seu expectarent quo usque Deo donante, dux sanitatem recipere. Ascenderat autem tunc festinanter Tankradus à Tabaria in laphet, vehementer Ducis comperta infirmitate. Dehinc Ducem ambo Principes super his, quæ à Venetis audierant, conuenerunt; & consilio cum eo facto, licet ægrotante, & cæteris primoriis, decretum est, ut castellum, *Cayphas* dictum, Peregrini Veneti nauali obsidionem circundarent; Tankradus verò vice Ducis cum Wernerio obsidionem in sicco locarent: videlicet ut ab utroque latere maris & terræ, vrbs obfessa & oppressa caperetur. Aptatis siquidem ingenii, quibus Cayphas vinceretur in terra & in mari, fama luctuosa allata est in loppen, ducem *Godefridum* summum Principem iam obiisse. Quapropter conturbati inuersi tam Veneti quam Galli, relicto omni apparatus obsidionis, festinatò Ierusalem venerunt; Ducemque sic occupatum infirmitate & aggrauatum inuenerunt, ut vix verbum reddere valeret. Sed tamen quantumcunque primores consolatus, se ab hac infirmitate fatebatur conualescere. Ad hanc Ducis consolationem adorato à Venetis Sepulcro Dominico, & locis Sanctis visitatis, *Tankradus* & *Wernerus* yna cum Patriarcha Dagoberto in loppen reuerti sunt, apparatum suum sine otio ad vnguem iterantes. Et post dies quindecim cum omni opere machinarum & balistarum profecti, mari & terra Cayphas applicuerunt. Sed Wernerus laphet remansit, eò quod subito infirmitate fuerit correptus, & abhinc in gestario Ierusalem adiectus est. Post quatuor dies allato *xxi.* Wernerus in Ierusalem, Dux vehementius infirmitate cœpit laborare. Qui confessione delictorum suorum in vera cordis compunctione & lacrymis peracta, Dominici quoque corporis & sanguinis communione percepta, sic spirituali scuto munitus & protectus, ab hac luce subtractus est. Mortuo igitur tam egregio Duce, & nobilissimo *CHRISTI* athleta, maxima lamenta & nimius ploratus omnibus illic Christianis, Gallis, Italicis, Syris, Armeniis, Græcis, & Gentilibus plerisque, Arabibus, Sarracenis, Turcis, fuere per dies quinque. Wernerus deinde cognatus Ducis, & miles illustris, pariter obiit; & in valle lophat in porticu Basilice S. Mariæ

virginis, & matris Domini nostri Iesu Christi, honorificè & catholiscè hunc
matus est, octaua die obitus nobilissimi Ducis & Principis sanctæ ciuitatis Ierusal-

xxii. lem. Gioriosissimo Duce infirmitate curriculo quinque hebdomadarum
Ierusalem laborante, sicut decretum erat ante eius obitum, Patriarcha, Tankradus &
omnis apparatus Venetorum cum Duce & Episcopo illorum ab Ioppe profecti sunt
permare & aridam ad ciuitatem, quæ dicitur Caphas: Quam amari & sicco obse-
derunt in machina miræ & proceræ altitudinis, & in tormentis lapidum septem,
quæ vocant mangas, ad expugnandos urbis defensores eiusque habitatores. Ap-
plicitis itaque muro ingenuis cum ingenti machina, & vnde graui assultu eam
viris Galliz oppugnantibus, ciues, qui ex genere Iudeorum inhabitabant dono
& consensu Regis Babyloniarum in redditione tributorum, in manibus urbis exui-
gentes, multum in defensione urbis obstiterunt, quo usque Christiani variis pla-
gis grauati, per dies quindecim proslis diffisi manus suas ab omni impetu con-
tinuerunt. Nec mirum. Tankradus enim non ut solebat viriliter auxilium cum
suis ferebat fidele præ iudicia, quæ præcordia illius mordebat, eò quod Dux Go-
defridus dum adhuc viueret, & grabato æger cubaret, Geldemaro, cognomine Car-
penel, egregio militi & nobili, urbem in beneficio concellerit, si forte caperetur.

xxiii. Patriarcha verò cognita illius inuidia & animi amaritudine, omni instigatu &
suasione, qua poterat, ipsum Tankradum aggressus est, quem detulcere cœpit,
& iram eius lenire, quatenus ciuitas, quæ fortiter defensa à Iudeis habebatur, non
tam viriliter in statu suo permaneret ad confusione Christianorum, quorum
non modica pars attrita erat. Hanc etiam conditionem Patriarcha intēser-
bat, ut si Deo annuente urbs caperetur, consilio fideliū ei, qui plus in eius
strage laborauerit, traderetur. Dicebat enim: Vides, o frater carissime Tankrade,
quomodo Dux Venetorum cum tota manu sua bello virtus & fatigatus abscessit, nec ultra vi-
res adhibet; sui quoque perterriti, iam classem usque in medium mari procul à ciuitate reduxer-
unt. Tankradus autem audiens haec verba Patriarchæ & eius bonam exhorta-
tionem, in Christi nomine, omni deposita amaritudine, respondit: Non
ultra se aliqua occasione ab urbis assalto & invasione abstinere, licet alius donum eius deinceps
suscepit, cum nondum obessa vel capti fuerit, & cum Geldemari Carpenel virtus & manus
sibi equiparari non posset. Hoc dicto, festinanter cornua sonuit, militesque hoc signo
dato admonuit, quatenus assultum circa urbem intermissum repeterent, & Iu-
dæorum virtutem expugnarent, qui fortiter urbem defendabant. Audito

itaque signo Tankradi, vniuersa manus militum, qui aderant, tam Ducis quam
Tankradi, ad arma contendunt, armati confluunt, machinam sine mora ascen-
dentes. Ascendit autem Winicus, pincerna Ducis, miles egregius, Wickerus Al-
lemanus, in iugladii & Turci cinctione laudabilis, & Milo de Claro monte, milie-
tes Ducis. Sed de omnibus Venetis militibus neminem præter unum in machina
repenerunt, quem nulla mortis pericula ab eius potuerunt absterrere custodiri.
Videns verò idem Venetustiro, sibi illos in auxilium concurrisse, in nimio gaudio
ab imminentia angustia respiravit, in hanc vocem protumpeps: Recesserunt à me omnes
viri nostratium, & solus ex omnibus remans; sed non ultra, Deo annuente, à vobis dissozia-
bor, quo usque nostri assultus & rei euentum aut in urbis aut in nostriraina agnoscam: Stetim
igitur in nomine Domini nunc coniuncti, et si pauci, virtus Dei magna ad omnia, qui pro
eius gratia paratus sumus instare & sustinere pericula: Nec mora his quatuor coniunctis &
conspiratis in Christi nomine ex admonitione Veneti ad omnem assultum ur-
bis, viginti milites Tankradi in momento eis adiuncti sunt, vnanimiter sic con-
spirati, ut ex machina haec compōsita turrim urbis penetrare, aut certè ante ean-
dem turrim in eodem loco vellent deperire. Et subito arreptis bipennibus, securi-
bus & ferreis ligonibus, oppositam turrim fortiter cauantes infregerunt. Quibus so-
Iudei ciues, commixtis Sarracenorum turmis, sine dilatione viriliter resisten-
tes, à turri oleum, picem feruentem, ignem & stupas opposuerunt: grande
videlicet incendium, per quod Christiani milites fumo & calore in machina ex-
tinguerentur, & urbs eiusque turris iniusta cum incolis suis remaneret. Chi-
stiani tandem milites, pro Christo mori non diffidentes, imperterriti stabant,
omnem angustiam sufferentes per diem & noctem, donec seuta eorum flammis
concremata, fundibulis conquaßata, ferreis sudibus perforata; grandis læsura per-
xxiv. uideti potuerunt. Dehinc die altera radiante, & Domino Iesu suo iūniterā-
te, Indai & Sarraceni videntes Christianos insuperables, i.e. suis flammis aut armis

pulli

posse reprimi à turri & eius assultu, ipsam turrim mox relinquentes, nec eā amplius retinere valentes, fugā inierunt: post quos vniuersa ciuitas pariter in fugā conuersa est. Ad hæc milites Christiani ciues hostiles per medium urbem insecuri, & eos crudeliter perimenter, viatoresque facti, portas ciuitatis aperientes, totum Christianum exercitum intromiserunt. Qui vniuersa in ea reperta, nempe pecuniam innumerabilem tam in auro quam in argento, cum vestibus, equis & mulis, hordeo, oleo & frumento, illic deprædati sunt. *Veneti* autem adhuc in mari flexis anchoris consistentes, nunc Gallorum cognita victoria, & virbis inuasione, festinanter leuatis anchoris affuerunt, aliquos Gentilium occidentes; sed nihil per cuniæ illic deprehenderunt. *Capta autem ciuitate Cayphas, Geldemarus Car-* **xxvi.**
penel, quia eandem, si caperetur, dono Ducis suscepserat, quem obusile nondum sciebat, milites & pedites suos conuocat ad ciuitatem retinendam ac muniendam. Sed copiæ Tankradi ampliores & validiores urbis mœni, & eius turres obtinentes, Carpenel & eius gentem ex urbe expulerunt. Carpenel quid ageret, non melius hac hora sensit, quam ut à ciuitate cum omnibus suis migret; & ad castellum validissimum ac ditissimum, quod dicitur ad S. Abraham, versus montana & ciuitates Sodomæ ac Gomorrhæ hoc tempore declinaret. Hoc equidem castellum Dux non longo assultu effugatis Gentilibus subiugauit. Quod ab Ierusalem sex milliariis reuotum, quondam primus Patriarcha Abraham ædificasse & inhabitasse, ibidemque sepultus fuisse, perhibetur. Hoc præsidium Turci & cæteri Gentiles & Iudei nimia deuotione honorantes venerabantur, nec minore celebritate à Catholicis cultoribus obseruatur & colitur. *Patriarcha autem Dagobertus* **xxvii.**
& Tankradus ibidem mortem Ducis audientes, in unum conspirauerunt, nihil de ciuitate *Cayphas* Geldemaro Carpenel sedatuos, sed de ea ad velle acturos; de *Ierusalem* quoque, *regno* Godefridi Ducis, similiter per omnia pro velle deinceps licenter consulere ac disponere. Vnde consilium inierunt in ciuitate *Cayphas*, quatenus auunculo Tankradi Boemundo legationem Antiochiam mitterent, ut in terram Ierusalem proficeretur cum omni apparatu suo, regnumque illic obtineret, priusquam aliquis hæres Godefridi Ducis thronum eius præoccuparet. *Legatio* hæc denique Patriarchæ & Tankradi sine mora directa est. Verum eiusdem legationis portitor, *Morellus* nomine, secretarius Patriarchæ, quia in dolo missus est, & contra iusurandum, quod idem Patriarcha cum Tankrado Ducis fecerat, si forte obiret, nulli regnum Ierusalem se redditurum nisi fratribus suis, aut vni de sanguine eius, ira Dei aduersante Laodiceæ in manus *Reymundi* Gomitis irrituit: & sic tota legatio litterarum irrita fuit, & perfidia vbiique patefacta. *Boemundus* siquidem eo tempore, diuino iudicio, in mense Augusto adunatis trecentis equitibus, versus *Malatinam* urbem descenderat, inuitatus ad auxilium Christianorum ex litteris & legatione *Gaueras*, Armeniæ Ducis, principis & domini eiusdem ciuitatis, eò quod *Donimanus*, princeps Turcorum, urbem hanc in manu gravi angustiatam obsedisset. Hic itaque auditio aduentu Boemundi & eius copiarum, nec illum longè ab urbis obsidione abesse, quingentis militibus ab exercitu suo assuntis illi in planicie regionis occurrit; prælium cum eo commisit intoleraibili grandine sagittarum, donec Boemundi virtus attrita, & vniuersa societas succubuit interemta, aut fugitiua facta ac dispersa. Ex hac, alii subito sunt detruicti; alii viui capti & retenti vna cum Principe suo Boemundo, & in exilium in Nicæa ciuitate eiusdem Turci abducti, & ferreis vinculis alligati sunt. *Ca. xxviii.*
 pto itaque *Boemundo*, eiusque propinquo *Richardo*, & cæteris maioribus domus suæ, *Donimanus* ad urbem *Malatinam* cum spoliis eorum & capitibus decollatorum in magna gloria regressus, ad *Gaueras* legationem præmisit, quatenus ciuitatem in manu eius redderet: sciens quia Boemundum captiuum tenuerit, & omnem equitatum illius attruerit, in quo omnis Christianorum spes & summa fiducia pendebat: alioqui non posse eum viuere à facie Turcorum. *Gaueras* verò iactantiam Doniani intelligens, nequaquam his minis ciuitatem se illi aperire fatetur, nec vallis eius obcedere mandatis, dum adhuc vitam *Baldewini*, Principis Edesæ vel Rohas, incolumem sciret, nec aliquod adhuc infortunium illius narraretur. *Donimanus*, magnificus Princeps Turcorum, hæcaudiens, in superbia magna locutus, hæc viro responsa dedit: *Noli modò nimiam in eo habere spem aut fiduciam: Nam ipsum Baldwinum sicut Boemundum post paululum temporis spero me habiturum.*
 Inter hæc nuncia, *Boemundus*, totius vitæ & salutis diffusus, particulam ca- **xxix.**

pillorum capit is sui, signum captiuitatis suæ & doloris, clàm pér Syrum quenpiam *Baldewino* misit, omnibus hoc Turcis ignorantibus: quatenus sine dilatione sibi subueniens, à manibus Turcorum eum eriperet, priusquam ad ignotas & barbaras nationes illorum perueniret. *Baldewinus* iam tertia luce captiuitatis Boemundi transacta, assumptis centum & quadraginta loricatis equitibus, descendit in campos *Malatine* ciuitatis ad excutiendum Boemundum confratrem in *CHRISTO*, si prosperante *DEO*, aliquo nisu in loco opportuno cum Turcis committere valeret. Sed *Donimarus* Baldewini aduentantis audacia, & plurima virtute illius militari, territus, sine mora ab obsidione castra mouit, & versus mare Russiæ in terram suam fugiendo, cum omni equitatu suo diuertit; gaudens se Boemundum, tam nominatissimum Principem, & caput Christianorum, atripiisse, ac metuens, ne viribus aut arte Christianorum illum amitteret. *Baldewinus* verò fugam eius intelligens, persecutus est spacio trium dierum; quem tamen longius persequi dubitans propter dolos falsorum Christianorum, aut insidias hostium, & quia non multos habebat milites, *Malatinam* reuersus est. *Gaueras* itaque Princeps ciuitatis, benignè eum suscipiens & in fide, in manu & tutamine illius urbem reddidit; ac vniuersum thesaurum ciuitatis cum plurima ueste preciosa illi præsentans, vt de his remuneraretur, exorauit: sed de omnibus sibi præsentatis, nihil suscipiens, retinuit. Cognita itaque *Baldewinus* illius benevolentia & fidei constantia, quinquaginta milites in urbe cum illo constituit manere, ad tuenda & retinenda mœnia ciuitatis; ipse verò, cum cæteris Rohas regressus est. Post hæc *Donimarus*, comperto tam metuendi Principis ac militis recessu, readunatis viribus, iteratò urbem *Malatinam* obsedit diebus multis. Sed viriliter à quinquaginta prædictis tironibus, à *Baldewino* ibidem constitutis, urbē defensa ab hostibus, & intacta atque inuicta remansit; dum tandem *Donimarus* bello fatigatus, & longe obsidionis rædio affectus, Christianorum territus auxilio, urbem dese-

xxx. ruit, & sic deinceps ab obsidione illius quieuit. Interea *Baldewino* Rohas à *Malatina* regresso, crudelis legatio ad eum facta est: scilicet quia frater eius vterinus, *Godefridus*, Princeps magnificus, in Ierusalem obicerit; & omne regnum terræ illius morte tam pii dominatoris in populo Christiano iam desolatum fuerit. Hac tristi legatione audita, in nimios ploratus & lamenta cor *Baldewini* defluxit; sed tamen, vt vir miræ abstinentiæ longè aliter simulauit ex carissimi fratris occasu, quām in eius corde esset. *Robertus*, Episcopus Rames vel Ramæ, & *Robertus* miles, *Gunterus* similiter, huius legationis fuere nuncii, missi à *Geldemaro* Carpenel, *Roberto* filio *Gerhardi*, *Rudolpho* de Mozon, *Iosfrido* Camerario ducis, *Winrico* Flandrense, *Mattheo* dapifero illius, *Wickero* Alemano, & *Arnolfo*, prælato templi Domini: in hunc modum nuncia deferentes: *Milites & Principes regni Ierusalem, hacenus sub Christianissimo Duce seruientes, salutant te in nomine I E S V C H R I S T I, filii D E I vixi, quorum decreto & consilio huc directi sumus, ut tibi notum sit, quod frater tuus Godefridus Dux & Princeps Ierusalem, ab hac luce subtractus est. Quapropter te unanimiter inuitant, ut festinatò venias, & loco fratris regnum suscipias, & in throno eius sedeas. Conspirauerunt enim, se non alium recipere, nisi fratrem aut unum de sanguine, & propter inestimabilem eius bonitatem & nimiam largitatem & propter ius surandum, quo firmauerunt se, nunquam pati alienigenam regnare, aut sedere in throno Ierusalem.* *Baldewinus* benignè legationi & verbis eorum aurem adhibuit, promittens, se post non multum temporis, rebus suis ordinatis, Ierusalē velle descendere, & *DEO* prosperante, regnum consilio eorum suscipere

xxxi. atq; disponere. Legatis dehinc in omni amoris dulcedine commendatis, & Ierusalem repedantibus, *Baldewinus*, dux ciuitatis *Rohas*, in breui omnium fidelium suorum conuentum habuit, cuiusque voluntatem eundi Ierusalem singulatim requirens, cuiusque etiam remanendi in regione Rohas. Similiter *Baldewino de Burg*, viro nobili generis sui, filio Comitis *Hugonis de Rorstet* castello, litteras direxit, quatenus ab *Antiochia*, & conuentione solidorum sequestratus, descendat ad terram Rohas, & ciuitatem hanc in beneficio accipiat, loco eius dominaretur & hostes debellaret. Omnem verò rem aperuit ei de obitu fratris sui *Godefredi*, clarissimi Principis; & qualiter à præpotentibus Ierusalem sit inuitatus ad possidendum regnum, & quomodo illuc postmodum iturus sit. Remansit enim idem *Baldewinus*, ab Ierusalem & Ascalone cum cæteris profectus ad *Boemundum*, in *Antiochia* usque ad diem hanc in obsequio militari, & solidorum conuentione. His ita dispositis, ac *Baldewino de Burg* statuto tempore ab An-

ab Antiochia recepto, iamque in throno & maiestate ciuitatis Rohas collocato, **Baldewinus** primus, & magnificus frater ducis Godefridi, quadringentis equitibus egregiis contractis cum mille peditibus, regia via **Antiochiam** primum profectus est: cui milites vniuersi ciuitatisque custodes ad salutandum occurrentes, urbem ei obtulerunt, si Princeps aut dominus illius fieri voluisset. Illic quidem per tres dies in gloria & latitia requiescens, vniuersos ciues & custodes benignè super omnibus audiuit, & sapienter respondit; plurimumque eos desperatos examissio- ne Boemundi consolatus, ex toto ciuitatem vice illius suscipere contradixit.

Quarta verò die ab Antiochia procedens in omni iucunditate, **Laodiceam** pa- **xxxiiii**

cificè cum omni apparatu suo descendit: ubi biduo requie fruens, retardati & subsequentis populi præstolabatur aduentum. Adunata siquidem vniuersa virtute suorum, fama ad aures ipsius perlata est: quomodo copiosa Gentilitas tam Turco- tum quam Sarracenorum è diuersis locis & terris congregata, ad resistendum illi in facie afflita esset; & quomodo illi viam vterius procedendi prohibere decrevisset. Ex sola enim Damascenorum ciuitate, viginti millia Turcorum illuc in ar- mis conuenisse ferebantur: cæterorum verò Gentilium numerus nequaquam in- vestigari potuit præ illorum multitudine inestimabili. Quapropter pars exerci- tus **Baldewini** formidine concussa, vitæque diffusa, in silentio noctis fugam iniit; alii tunc data infirmitate, minimè se abhinc sequi posse assertebant. Manè autem fa-

Et, Baldewinus intelligens suum defluxisse exercitum, dolore nimio motus, nihil tamen expuiscens, vniuersos, quos voti sui compotes reperit, sic adhortatur, dic- ens: *Video, quomodo præ timore mortis, & noui rororis, populus noster imminutus ac dilapsus est. Sed nihil congregatas nationes metuens, iter incepsum continuare non dubito: ideoque eos, qui remanserunt, in fide CHRISTI admoneo, ut mecum ituri Ierusalem, nullo mortis ab sterreantur periculo: verum constanti proficiuntur animo, totam spem suam ponentes mecum in Domino DEO. Qui verò dubitant, & formidolosi sunt, de loco mecum pedem non mouen- tes, quòd tutum illis videatur, reuertantur.* Hoc dicto, & vniuersis de via inquisitis, v- naus, & viæ concordes omnes qui aderant, inuenit. Sed cum ad Gybel de- scenderet, ibi quicq[ue] pernoctaret, de quadringintis equitibus & mille peditibus vix

centum & quadraginta equites & quingenti pedites cum eo remanserunt; cæte- ri verò omnes præ angustia auditio aduentus Turcorum ab eo dilapsi sunt & di- spersi. Nihil tamen formidinis habens Baldewinus, à campis & regione Gybel pacificè processit, eò quod honorificè & cum mansuetudine à ciuibus sit suscep- tus in omni copia rerum necessiarum. Dehinc **Tortosam** ciuitatem præ- **xxxviii**

terieus, **Tripolin** peruenit: quem Princeps urbis fideliter & iucundè suscepit in omni adiutoriatione ciborum, quibus indigebat exercitus. Illic innotuit ei, quomod **Damascenorum Rex**, & **Geheadoil** Sarracenorum princeps de regione am- plissima, quatu a Canæus vocant **Camollam**, cui idem præterat Geneadoil, & de vniuersis ciuitatibus, quæ in littore maris Palæstini erant, & à montanis, di- versisque locis, conuenissent ad resistendum sibi in angustis fauibus & asper- rimis scopulis ciuitatis **Baruth** vel **Baurim**. Baldewinus his minis, & tam seu- rumore impetratus, omnia in CHRISTI nomine se tolerare profitetur; & nunquam pro tot nationum millibus in unum collectis iter suum in Ierusalem velle differte, sed usque ad sanguinem & mortem cum illis dimicare. Hoc di- cto viam per diem intrens, nocte imminentे ad radicem difficilium mon- tium hospitandi gratia pernoctauit: ubi nunciatum est illi, omnes procul du- bio illic conuenisse aduersarios ad prohibendum transitum, & in crastino ad committendum prælium. Quapropter aliquantum cor eius immutatum est, & renes eius dissoluti, eò quod pauci viri secum remansissent. Attamen cra-

stinaluce exorta, dux **Baldewinus** in Domino IESU confortatus, iter incepsum pergit, quo usque ad locum multitudinis aduersariorum peruentum est, ubi omnes vires illorum, sicut audierat, in occursum sibi paratae erant. Has inter proficisci- dum competiens non procul abesse, media die flagrante, armis, loricis, galeis in- duuntur, lanceis verò strictis & vexillis erectis, obuiam perangustas fauces Gen- tilibus turmis contendunt, diu cum illis prælia conserentes in locis arctissimis. Tandem virtute Turcorum intolerabili & Sarracenorum inualescente, Chris- tianos cum Principe suo Baldewino à fauibus in arcu & iaculis abegerunt. Post hanc diuinam contentionem, quoniam nox incumbebat, utique manus à præ- liu continuerunt. Eadem nocte **Baldewinus** à radice montis aliquantulum remotus,

paucis fixis tentoriis pernoctauit, ac parcè illic epulatus, suis inibi dedit consiliū: ne aliqui eorum vlo modo à se diuiderentur, donec omnis subsequentium Peregrinorum manus conueniret; sicque crastina die solerti prouidentia quodque periculum tutius inirent, ac pro nomine IES V martyrium recipientes, nihil tolerare

xxxiv. dubitarent aduersi. His ita decretis, & populo Christiano iuxta verbum Baldewini consentiente, in ipsa nocte per montana mille ignes Turci & Sarraceni suscitauerunt, multò scilicet plures, quam eorum indigeret exercitus, ad exterritos Christianorum populos. *Geneadoil*, princeps de Camolla, post suscitatos ignes, intelligens à relatoribus exiguae vires Baldewini, conuenit Ducem Damascenorum, quatenus in castris fessos, & somno occupatos, inuaderet. Sed dispi- 10 cuit cæteris Principibus, econtra referentibus: *Non est utile & salubre consilium nobis Turcis, ut in umbra noctis pralium conseramus, ne à Sarracenis, qui nos semper odio habuerunt, subito circumuenti occidamur, & tam spolia Francorum quam nostrorum auferantur.* Sed si placet, dum aurora dici orta fuerit, differamus, qua nobis prouidere usquequaque possimus. Et sic consilium Geneadoil dissipatum est. Altera autem die orta, Baldewinus solitus ac perugil, intelligens Turcos iam matutinos adesse, in quandam planiciem, post tergum relixtam, totum fidelium reduxit exercitum, ac si fugam iniisset. Quod Gentiles vniuersi videntes, & eum fugientem ac tremefactum aestimantes, graui- 20 ter eos equis secuti sunt cum quingentis præmissis equitibus & quindecim millibus peditum. At Baldewinus semper miles imperterritus, cernens hostes se gra- uiter insequi, & iam per totam planiciem plurimum exercitus descendisse, sine mora cum vniuersis Catholicis militibus in freno equis reductis, Turcos veloci- ter incurrit; duroque certamine commisso, circiter quadringenti Turcorum illic in gladio, lancea & sagitta occisi sunt. Cætera multitudo, quæ adhuc in fauci- bus subsequebatur, nec auxilio suis prodesse poterat præ angustia semitarum, nunc vitæ diffusa, in fugam conuersa est. *Baldewinus* sic victoriam, Dei gratia, adeptus, quadraginta octo ex Maioribus Turcorum in eodem captiuauit prælio, nihil prædæ præterquam equos probatissimos contrahens: quod in altero latere angu- starum faucium omnia armenta cum spoliis & tentoriis Gentilium remansissent. Finito autem hora nona tam graui prælio, Baldewinus in prædicta planicie re- 30 manens, tentoria fixit: eo quod fons aquæ dulcis illic esset, mellitiique saporis calamelii, quibus refocillati sunt. Non amplius quam duo milites, *Waltherus Tauns & Baldewinus Tauns*, illic cecidisse reperti sunt, pauci vero vulnerati. Itidem in tentoriis captiui constituti, ac in custodiam missi sunt. Vespere autem facto, Baldewinus cum suis recreatus, in medio captiuarum resedit, ad inquisitionem de qua origine aut parentibus essent: inter quos Princeps & Tetrarcha Damascenorum repertus est, qui plurimum thesaurum pro vitæ redēctione perhibetur

xxxv. obtulisse. *Rex* vero *Damascenorum*, *Geneadoil*, & vniuersi Principes Gentilium, audita suorum contritione, plurimorumque captione, & Baldewini glorifica- tione, tœta nocte diffugium fecerunt, metuentes ne manè facto, altero in la- 40 tere montis reperti, & à Christianis audaci incursu impetiti, capitali senten- tia punirentur; aut superati, à Sarracenis regionis pro nihilo computati decol- larentur. Est enim mos *Sarracenorum* gentis, vt quoslibet nouos victores ti- meant, & obœdiant eis; victos parui pendant & persecuantur. *Baldewinus* igit- tur fugam vniuersorum intelligens, orto sole cum præda equorum, cum capti- uis Turcis & spoliis, castra mouit ad *Sidonem* ciuitatem & *Gibeloth*: quæ per- transiens sine obstaculo & periculo, *Sur*, quæ est *Tyrus*, declinavit, ubi commo- dè hospitio & alimonia cum suis refectus est. Post hæc *Ptolemaidem*, quæ est *A- cra* vel *Accaron*, præteriens, nihil contradictionis aut aduersitatis ab ea vel ab vir- bibus illis pertulit propter victoriam & famam, quam de illo audierant. Sic pa- 50

xxxvi. cificè *Cayphas* perueniens, in ea diebus aliquot moratus est. Nescius quip- pe doli totius, Tankradum ibi reperire & alloqui feruebat; eiusque consilio de rebus suis vbiique agere. Sed *Tankradus* omnia ignorans de aduentu Baldewini, Ierusalem profectus fuerat ad corrumpendos Principes & custodes turris Dauid, quatenus auunculus eius Boemundus aut ipse regnum obtineret: omnia au- tem instinctu, auxilio & consensu Patriarchæ faciebat. Audito itaq; ibidem, in urbe Cayphas, dolo & versutia Tankradi, quæ siebat cōsensu Dagoberti Patriarchæ, Bal- dewinus vir illustris & prouidus, *Hugonem* de Falckenberg, & *Robertum* Episcopū ciuitatis Rames vel Rama, super his compellat; eosq; ex consilio suorū Ierusalem sine

ane dilatione direxit, ut præuenienter vniuersum dolam, metuens ne turrim David & regnum Ierusalem aliqua perfidia seu promissione pecunia amitteret.

Hⁱ sitaque perfactis, quidam probi milites de domo Ducis Godefridi, *Rudolfus*, *Geldemarus*, *Wickerus Alemanus*, *Rudolfus de Montpizon*, in via ciuitatis Cæsariorum, quia Saracenos persequabantur, aduentum Baldewini penitus ignorantes, tunc priuèm à præmissis fratribus rem cognoverunt: quomodo scilicet Baldewinus loco fratri sui Ierusalem obtinere aduenisset, atque Cayphas adhuc hospitio moraretur. Nec mora, audito tam egregii Principis aduentu, & digno hærede Ierusalem, gauisi sunt vniuersi, commixtisque sociis & armis, *Iaphet*, quæ est Ioppe, contendunt. Vbi *Tankradum* ab Ierusalem in ita reuersum, quia urbem intrare non potuit, in obsidione reperientes, nunciauerunt ei Baldewinum adesse, & regnum Ierusalem velle obtainere. *Tankradus* auditu tam proximo aduentu Baldewini, statim ab obsidione Ioppe surrexit; per aliam viam Cayphas reuersus, nolens recte itinere Baldewino, à Cayphas reuertenti, occurrere. *Baldewinus* verò à *Caypha* procedens, prædictos milites de domo Ducis Godefridi in occursum habuit, qui omnia sibi de Tankrado retulerunt; & post hæc cum eo Ioppen accelerantes, duobus diebus continua illuc remorati sunt. Deinde ordinatis rebus in *Ioppe*, cum omni clientela & præda, quam abduxit de *Baruth*, quæ est Baurim, cum quadraginta quinque captiuis militibus Turcorum Ierusalem descendit,

20 quos in præsidio turris David depositos cautè iussit custodiri. Quarta deni- xxxvii.
que die postquam ascendit *Ierusalem*, congregatis vniuersis, magnis & parvis, de vniuerso cœtu Christianorum, requisiuit de suppellestile fratri sui Godefridi, de armatura eius, de pecunia, de beneficiis cuiusque militis ac præpotentis. Qui nihil de rebus fratris eius se habere testati sunt, sed eas in eleemosynas pauperum & soluendis debitibus esse dispersas; beneficia verò, prout vnicuique statuta erant de redditibus ciuitatum, protulerunt. Ipse autem omnia responsa illorum patienter accipiens, de rebus & armis aliquibus discussis, sed excusat, obtulit, singulis singulari reddens beneficia. Vnde ab omnibus iure iurando firmatus, in throno Ierusalem potenter exaltatus gloriòsè resedit. Erat tempus mensis Nouembris circa festum *B. Martini* Turonici Pontificis, quando *Baldewinus* Ierusalem veniens, ab omnibus parvis & magnis Rex & dominus est constitutus. Sic collocato Baldewino gloriòsè in throno Ierusalem, vniuersi Principes & milites de domo ducis Godefridi conuenientes in præsentiam eius, hoc modo ei locuti sunt: *Fratres* Ducis Godefridi es, *Principis glorioissimi ac nominatissimi*: & ideo vniuersa nationes Gentilium in circuitu famam dete comparentes, aduentu tuo tremefacta sunt: quia magnum, bellissimum, famosissimum intellexerunt. Quapropter te decet insigne facere, quo stupefant Gentilium terra, & admirari eis non sufficiat: sicque nomen fratris tui, principis Ierusalem, in te reuiuiscet, ac magnificabitur. Constititis tuorum auditis, *Baldewinus* terram Ierusaleni & ciuitatis in xxxviii.
circuito muniens custodia fidei, centum & quinquaginta militibus & quingentis 40 peditibus assumitis, ab urbe Ierusalem processit nona hora diei; & vespere facto, hospitatus est iuxta fontem recentis aquæ, vbi montana terminantur. Post hæc quinta die abhinc exurgens, ad urbem *Ascalonem* cum omni virtute suorum descédit: in qua mille equites Arabes, à Babyloniam missi, habitabant ad tuenda mœnia eius, ne noui Principis virtus subito irrumperet improuisam. Ibi milites Baldewini in tentoriis, ante urbis mœnia fixis, duobus diebus sine assultu considerunt. At die tertia milites Arabes cum ciuibus erumpentes, crebra cum eis prælia conservuerunt, donec tandem utrinque non modicam contritionem suorum pertulerunt. Post duos dehinc dies, & plurimam stragem Sarracenorum, grauemque vulnificationem Gallorum, Rex *Baldewinus* ab urbis obsidione prudenti consilio sic suos 50 reuocauit, dicens: *Hi aduersarii nostri in murorum protectione confisi, & plurima manu ciuium, facile aduersante fortuna, creberrimi suorum auxiliis possunt prævalere; nostrates vero incauti sagittis perire: ideo utile est consilium, ut ab hac ciuitate castra moueamus.* Cùm xxxix.: hæc consilia inter se fierent, innotuit Baldewine, quomodo inter deserta Ascalonis & Babylonie in caueis subterraneis *Azopart*, gens fœdissima, latens accubuisse ad distractandos & perimendos Peregrinos, qui Hierosolymam proficiendi desiderabat. Qui mox hac gentis impietate cognita, castra mouit ab Ascalone, & causa suo exercitu obseedit: quibus flama immissa experiri voluit, vtrum præ nimia angustia fumi & caloris prodiret à tetris & inauditis antris. Sed de omnibus nulli egressi

sunt præter duos, qui & coram eo steterunt, si forte misericordiam & vitam inuenirent. *Baldewinus* hos intuens viros horridos & squalidos, amica affabilitate eos compellat super omnibus, quæ de eis audierat, & vestibus preciosis eos adornans, de gente & cognitione eorum requirit. Qui secundum quod interrogati fuerant, vniuersa sibi aperientes, & misericordem eum sibi arbitrantes, obnoxie deprecantur, vt alter eorum cum Baldewino maneret, alter ad caua & nota loca rediret, quatenus socios de perplexa domo, mirabili arce, ac inuestigabili fossa, inclusos, produceret in conspectum Principis, si forte & ipsius gratiam in conspectu eius inuenirent. Ingressusque foueam, vestes & munera Regis ostendens, & de eius benigna susceptione loquens, illicè decem de consociis eduxit in præsentiam Regis & eius optimatum. Interea is, qui cum Baldewino remanserat, dum in foueam rediit alter, decollatus est à pueris Regis. Similiter socius, qui vanas spe & promissione honestarum vestium decem produxerat ex caueris, clanculum amotus, in momento decollatus est cum nouem. Decimus vitæ reseruatur, quem tota strages sodalium latebat. Hunc Baldewinus seorsum tollens, & honorificis ac mollibus indumentis opertum suo sermone demulcens, protinus illexit eum, quatenus rediens ad subterraneos sodales, eos prodire hortaretur, afferens, se illos benignè tractare, & donis magnificis honorare; quin omnia loca regionis illis in beneficis concedere, & eorum consiliis vniuersa agere velle. His promissionibus miser seductus & illextus, ad caua reuersus cum ueste preciosa, omnia complicibus suis retulit de Principis affabilitate ac largitate, & ampliora quam audisset, credens socios amotos & decollatos viuere, & missos ad tuendas ipsius Baldewini ciuitates.

XL. *Azopart* inæstimabili & inuestigabili cauatione subterrati, bonam promissionem socii audientes, minas quoque, deinde missa magna, ad triginta processerunt. Qui coram ipso Principe assistentes, benignè ex ore eius suscepti sunt; statimque à conspectu illius abducti, quasi munera accepturi, omnes capitalem subiere sententiam, præter unum, qui solus cum Baldewino ex omnibus triginta remansit. Hunc solum mirifico honore tractauit, nescium cædis complieum, quem etiam ad antra prædicta remisit, quatenus honores & munera ipsius subterratis vivis referret, eosq; ipse captus à suo præsidio exire hortaretur. Sic & sic illus vanis spebus, ducenti & triginta processerunt, omnes sine dilatione iussu Principis decollati, è quod maxima mala Peregrinis, Hierosolymam transiuntibus, intulissent, alios expoliantes, alios trucidantes: tantumque scelus semper inultum remansisset, è quod nullus de specu hoc eos ante avi, seu qualibet arte, potuisset eiicere. His ducentis & triginta decollatis, ac nequitia sua in capita eorum reddita ingenio Christianissimi Principis in ultionem Peregrinorum; solummodo fœminæ & pueri eorum in caueis eorum remanserunt cum spoliis plurimorum. Qui nec eorum intelligentes, quoniam nullus ad eos ultra rediret, minimè exire ausi sunt. Quapropter *Baldewinus* vehementer aduersus eos indignatus, ligna, stipulas ac stupras ante os cuiusq; specus comportari iussit & incendi, quo usque calore & fumo cogerentur exire. Tandem hac fumi & caloris nimietate uanimiter oppressæ matres cum pueris, quibus virorum solamen defecerat, licet inuiti, processerunt, ac statim militibus in prædam dati sunt & diuisi: quorum cum matribus aliis

XL.I. precio redemti, alii verò pariter decollati sunt. *Baldewinus* post ista profectus ad castellum, quod dicitur *ad S. Abraham*, iuxta flumina fœtentia Sodomæ & Gomorræ hospitio remansit, in cibo & equorum pabulo magnâ illic sustinens indigentiam. Ibidem dum montana perlustrarent ad inuestiganda necessaria, intimatum est eis à quibusdam incolis, quomodo, si paulo procederent ad locum, qui dicitur *palmarum*, plurimas opes & copias ciborum reperirent, quibus cum equis suis recreari possent. Quod iuvenes quidam audientes, circiter quadraginta ab exercitu clâni subtratti præcurrerunt, vt pecuniam & prædas contraherent. Sed nihil præter alimenta & plurimam venationem inuenierunt, quibus ventrem impleuerunt: Nihil verò vini aut alicuius poculi præter fontes aquarum dulcium biberunt. Illic quidem in loco palmarum refocillati, exurgentibus ad montana Arabiæ perucenerunt. Quibus superatis; inter duos apices montium hospitati sunt, ubi nocte necessariis cibis, quos vehiculis mulorum, camelorum, asinorum attulerant, sufficienter recreati sunt, nihil prorsus reprehentes illic præter aquas recentes. Hæc montana, eorumque difficiles scopulos arctasq; fauces, spacio quinque dierum superauerunt graui & inæstimabili labore.

Sexta

Sexta verò die montanis permensis, in extremo illorum cacumine maxima pertulerunt pericula in grandine horribili, in glacie terribili, in pluia & niue inaudita, quorum immanitate & horrore ingruente, ad triginta homines pedites prae frigore mortui sunt. Post montium ac scopulorum difficultia pericula in vallem descendentes, per diem continuum in equis residentes, planiciem pertransierunt, & vespere in villa quadam opulètissima castra metati, cum Principe suo Baldewino hospitio rebusque necessariis refecti sunt. Ibi quidam exploratores de Sarracenis ad promerendam gratiam tanti & tam magni Principis, & vitam impetrandā, affuerunt, qui ciuitatem iuxta sitam, *Susumus* nomine, rebus nimium locupletem ipsi propripalauerunt Principi; & hanc facile occupari posse & expugnari. *Baldewinus* his intellectis, quinta die à villa prædicta exiens, ad ciuitatem *Susumus* vespere descendit. Sed domos & omnia loca ciuitatis vacua reperiens, ibidē potenter hospitio quieuit. Audito namque aduentu illius, vniuersi Gentiles à regione & ciuitate hac fugerunt, eò quod sine muro hæc ciuitas infirma haberetur. In hac siquidem per octo dies sine impedimento, & aliquo incursu inimicorum, secura quiete corpora sua curauerunt, singulis diebus Gentiles in circuitu persquètes, & plurimos repertos trucidantes. Nona denique die clarescente, ex præcepto Baldewini vrbs *Susumus* attrita est & combusta. Spolia verò ciuitatis in armentis & cæteris rebus vbique diripientes, per aliam regionem, quæ est in montanis, diuertentes, loca propalata Sarracenorū depopulati sunt, praedas ab vniuersis locis contrahentes. Tandem post dies octo, diueris angustiis & difficultate locorum, interdum etiam fame grauati, ad praefata fœtentia flumina redditum paraverunt. Et ad *villam palmarum* venientes, nihil alimoniaz praeter fructum dactylorum repererunt, quibus corpora fessa & escis iejuna recreauerunt. Dehinc per castellum, quod dicitur *ad S. Abraham*, repedantes, via qua venerant, Ierusalem reuersi sunt tertia die ante *Natalē Domini nostri Iesu Christi*. Illic cum Patriarcha & cunctis optimatibus suis habito consilio, *Bethlehem* Natalem Domini celebrare decreuit. Vbi eadem die sancta & solenni consecratus, & in Regem Ierusalem vinctus, in gloria magna coronatus est. Noluit enim, nec praefsumsit, in vrbe Ierusalem diademate, auro vel gemmis preciosis exaltari, adornari & in Regem promoueri, vbi Dominus Iesus, Rex Regum, & Dominus dominantium, humiliatus & obœdiens usque ad mortem pro mundi redemtione, spinis horridis & acutis coronatus est. Proxima autem die à Bethlehem migrans, *Ierusalem* reuersus, curiam ac consilium suum cum omni primatu suo in palatio regis Solomonis tribus diebus eiusdem solennitatis tenuit, honorificè quindecim diebus illic in ciuitate regia moram faciendo. In his itaque diebus potenter sedet Rex in throno suo, vt faceret iudicium & iustitiam inter Christianos confratres, si cui illata fuisset iniuria, vel si qua accreuiisset discordia, volens omnia cum æquitate tractare, & non sicut a pace componere. *Geldemarus*

xliii.

ergo videns dominum Regem consedit ad iustitiam, assistensque coram eo, grauitate conquestus est super iniuriis de ciuitate, quæ sibi à Tankrado inferebantur, quam dono & ex manu Ducis Godefridi suscepit, ac militari obsequio promeruit, si caperetur; quamque nunc Tankradus, audita Ducis morte, vi & iniuste retinebat. Hac itaque Geldemari accepta querimonia, Rex ex consilio suorum primùm Tankrado legationem direxit, quatenus Hierosolymam ascendens, responsionē super querimoniis Geldemari, & iniuriis ei illatis, faceret. *Tankradus* autem, nullā se de his responsionem coram illo habiturum, respondit, eò quod nesciret eum Regem ciuitatis & iudicem regni Ierusalem. Rex autem iterato consilio suorum illi secundò ac tertio legationem direxit: quatenus iustitiā non deuitaret, ne post hoc aliquis incusaret Regem, nec fateretur aliter quam iuste & patienter Regem aduersus confratrem, & vnum de Principibus Christianorum, fecisse. Tandem *Tankradus* inxius quid ex tertia admonitione faceret, consilium cum suis iniit, qualiter inter Iaphet & Assur altera ex ripa fluminis, quod has duas ciuitates diuidit, Regi responderet ac loqueretur, si ei gratum foret: quoniam Ierusalem venire mentebat. Rex autem responsum ac petitionē Tankradi intelligens, consilio Maiorum suorum voluntati illius acquieuit; & die statuto ad eundem locum fluminis inter Iaphet & Assur ad colloquium profectus est. Illic diuersis inter se consiliis habitis, rursus post quindecim dies *Cayphas* conuenire decreuerunt, eò quod nihil hoc tempore potuissent definire: & nc Tankradus cum Patriarcha Cayphas, Rex Ierusalem reuersus est. Interea modico intervallo legatio ab *Antiochia Tan-*

xlv.

Tankradus directa est ab optimatibus Boemundi, quatenus ad eos descendens, loco Boemundi, quia hæres eius esset, regnum Antiochiæ possideret. *Tankradus* super hoc initio consilio, Antiochiam proficisci decreuit, sed tamen diem statutam præstolati dispositus, quo cum Rege colloquium *Cayphas* habiturus esset; ne si ante diem, proficeretur, in opprobrium fugaz sibi imputaretur. Itaque die statuto ibidem, *Cayphas*, *Rex* & *Tankradus* ad colloquiū conuenerunt: vbi ambo concordes & amici facti sunt, omni querimonia exclusa. Et *Tankradus* non solū terram & ciuitatem *Cayphas*, sed etiam arcem & turrim *Tabarie*, quam dono ducis Godefridi obtinuit, in manu ipsius reddidit, eò quod essent de regno Ierusalem, aperiens ei legationem Antiochiæ. Veruntamen hæc conditio in omni concordia à *Tankrado* firmiter indicta est, vt si post annum & menses tres ab Antiochia rediret, in beneficio terras & ciuitates obtineret; si autem sibi non esset redditus intra prædicti temporis terminum, nequaquam vltra terras & ciuitates has à Rege vellet repetere. His vtrinque in magna caritate concessis, Rex sub eadem conditione terras & ciuitates suscipiens, *Hugoni* de præsidio *Falckenberg* Tabariam in custodiam & beneficium tradidit; *Cayphas* Geldemaro Carpenel reddidit: sic tamen fide seruata, vt *Tankrado* post præfatum terminum reuertenti omnia in manu eius dono Regis redderentur. Post hæc decreta, & pacem compositam, Rex Ierusalem secessit; *Tankradus* verò cum omni suo equitatu & manu quingentorum peditum per aridā

XLVI. usque in Antiochiam descendit, vt eam susciperet. Non aliqua dehinc mora, *Rex* Ierusalem *Patriarcham* de perfidia, qua egerat cum *Tankrado* adversus eum, ne dignus hæres Godefrido succederet, sed Boemundus externi sanguinis regnum possideret, coram omni Ecclesia interpellauit, eò quod de hoc scelere multum à suis optimatibns criminaretur; obiiciens ei, iam ipsam fraudem esse detectam in litteris, per *Morellum*, qui secretarius ipsius erat, Boemundo transmissis, sed in via ablatis. Hæc contentio & discordia inter Regem & Patriarcham adeò de die in diem cœpit magis ac magis inualescere, vt tandem Rex *Baldewinus* illius feritate & pertinacia indignatus, Apostolicum ac Romanum Pontificem *Paschalem* ad iudicium, & iustitiam appellaret; atque ad discussionem tam notandæ traditionis, & suscitandi homicidii ac discordiæ, quam, deprehensis litteris, inter Christianorum primores, & nouam teneramque Ecclesiam, idem Patriarcha fieri modis omnibus elaborebat.

Paschalis verò pastor S. Romanæ ecclesiæ, & in toto orbe terrarum Christianæ fidei ac religionis examinator, *Baldewini* precibus & S. Hierosolymitanæ ecclesiæ satisfaciens, consilio fidelium fratrem, *Mauricium* unum de duodecim Cardinalibus, legatum S. Romanæ ecclesiæ Hierosolymam proficisci destinauit, vt vice domini Apostolici ipsum Patriarcham, pro merito & culpa discussum, aut excusatum, in cathedralm episcopalē sanciret; aut victum, & iuste condemnatum de Apostolica sententia deponeret ac feriret. Itaque iussu domini Apostolici frater *Mauricius* Hierosolymam profectus, *Baldewinus* Regem vniuersamq; ecclesiæ in verbo domini Apostolici salutavit, benedictionem dedit; & audire in omni iustitia & veritate Regem & filios sanctæ ecclesiæ, Deo obœdientes, seafferuit, & mala omnia in bonum Apostolica auctoritate velle commutare. *Baldewinus* & omnis ecclesia fidelium gratias Deo super his retulerunt, & se in omni iustitia & veritate Apostolicis mandatis obœdire responderunt.

XLVIII. Nulla deinceps mora die statuto, & concilio fidelium Episcorum Abbatumque collecto, in audiencia omnium, qui aderant, & præsentia legati S. Romanæ ecclesiæ, *Patriarcham* assisterem. *Baldewinus* Rex reum periurii, traditionis regni Ierusalem, homicidii, vt à Boemundo occideretur in via, qua à Rohas Hierosolymam ascenderet, deprehensis litteris criminando & imputando astruxit, sub testimonio totius S. Hierosolymitanæ Ecclesiæ; & ideo nō posse eum vltra episcopari, nisi valeat ab his expurgari. Qui minime de omnibus sibi illatis calumniis valens excusari, & præcipue de sacrilegio ligni Sanctæ Crucis, de qua partem minuit ac dispersit, suspensus est à diuino officio; datæque sunt ei adhuc inducæ, si forte aliquam excusationem posset reperire.

XLIX. Inter hæc diuersa negotia mensis Martius suo ordine cœpit referri, iejunium quadragesimale obseruari, dies solennis Paschæ propinquare, in quo *Chrisma* & *Oleum* infirmorum necesse est sanctificari. Hac igitur die recordationis & sanctificationis olei & chrismati exorta, qua Dominus Iesus cum discipulis coenauit, *Cardinalis* in montem Oliueti, in quo id sacramentum chrismati & olei compleri solit, ascendit albâ stolâ & idoneis vestibus ad tam deificum opus peragendum induitus,

indutus, & in nullo Patriarcham adesse consentiens. Verum Patriarcha Dagobertus videns se officio suo priuari, quo eo die vniuersi Patriarcha, sui antecellentes in eodem monte Oliuarum solito more vtebantur, chrisma & oleum consecrantes, humilis & supplex cum lacrymis Regem conueniens, instare coepit, ne hac die tam leuiter ac viliter ab officio suo expelleretur, & sic in ore omnium Peregrinorum haberetur. Rege autem multum resistente, & plurima illi obiiciente, que idem aduersus se presumferat, sicut anxius ei magis ac magis precibus instabat, rememorans, qualiter ab eo vnguis & in Regem consecratus sit. Sed nec sic Rege eum audiente, talenta ei trecentorum Byzantiorum obtulit in secreto auris suae. Quo coruptus Rex, in omnibus deinceps petitioni Patriarchae acquieuit; & ideo tam grādis pecuniae promissione Rex gauisus, quia plurimum defectione angustiatus, hac modò indigebat ad remunerandum suorum militum laborem, illico surrexit, fratre Mauriciū conuenit, sic ei in hac verba locutus. *Frater Maurici, haec Ecclesias nostra rūdis adhuc & tenera habet.* Quapropter nolumus, nec placet prudentioribus nostris, neque in consilio nostro reperimus, ut Ierusalem tam subito iustitia sua priuetur; & Patriarcha tam celebri die à suo officio destituatur; sicq; discordia Paschalibus diebus in confusionem Peregrinorum & gloriationem Gentilium inter nos oriatur. Iccircō constanter te petimus, ut nos, qui nostro sanguine hanc Sanctam Ecclesiam detinuimus, & usque ad mortem pro ea dimicauimus, audire non recuses, neg, rem de Patriarcha à nobis propalata in hoc tempore grauiter accipias, donec viderimus, 20 quorsum tendat illius excusatio, vel quē finem accipiat. Tempus enim non effugiet, quin satis ad aquitatem iudicij de omnibus redeamus. Et hac de causa, quia placet vniuersis fidelibus, rogamus te, quatenus concedas ei, ut hoc tempore officio suo episcopali utatur, chrisma & oleum ipse sanctificet, Peregrinis, de longinquis regionibus huc profectis, indulgentiam & reconciliationem ipse faciat iuxtaritum S. Hierosolymitanæ ecclesiæ. Post solennitatem verò Pascha, quod in summa caritate & concordia nūc oportet celebrari, tuo consilio decreuimus de illo agere, ita ut aut purgatus in statu suo permaneat, aut consuetus episcopali dignitate priuetur. *Cardinalis his & his Nexus blanditiis, in omnibus voluntatis Regis optinatumq; cessit.* Et exutus officiali indumento, Patriarcham permisit consecrare Oleum & Chrsma, ac solenne Pascha in omni diuino celebrate officio. Ab illo siquidem die *Cardinalis & Patriarcha in summa amicitia coniuncti sunt, facientes sibi cumulos ex oblationibus fidelium; ciborum vi-*

niique ac potus plenitudine nocte ac die in locis remotis perfruentes: omnia tamen hac Rege ignorante. Interea hac concordia in eodem mense Martio inter Regem & Patriarcham dum fieret, & terra syluæque, amota hyeme, reuiuiscerent, dies prolongari inciperent, serenitas aeris magis ac magis indies claresceret; ecce nuncia vniuersarum ciuitatum Gentilium in palatio Regis affuere, quædam in dolo, quædam in puritate Regem salutantia in donis ac tributis, pacem cum eo quærentes componere, quatenus sine respectu periculi & metus in negotia sua securè terram perambularent, & agros ac vineas sine formidine excolerent. *Rex sicut nouus qui aduenerat, & multis indigebat thesauris in conuentione solidorum militum,*

40 suorum, omnia quæ sibi offerebantur à ciuitatibus Gentilium, Ascalone, Cæsarea, Ptolemaide, Sur, quæ est Tyrus, suscipere consensit; sed Assur eiusque munera refutauit. Cæteris usque post terminum sanctæ Pentecostes pacem & securitatem à se suisque largitus est. *Vix termino pacis huius mediato, prædictæ ciuitates Regi Babyloniorum* hac nuncia detulerunt, quod nisi in breui eis subueniret, Franci que de regno Ierusalem eiiceret, se in manu Regis illorum ex summa necessitate reddi debere, eò quod ultra Christianis resistere non possent. Rex verò Babyloniorum summa necessitate urbium suarum intellecta, vniuersis ciuibus & Ammraldis hanc legationem solatiumque remisit, quod sine mora aliqua collectis armorum copiis, vniuersis ciuitatibus subueniret. *Hæc autem nuncia & consilia omnia Baldewinum Regem latebant, & vniuersos fideles, qui in regno Ierusalem habitabant.* Interea à Damasco frequens legatio Turcorum Ierusalem ad regem, venit, pro redemtione captiuorum suorum, quos in arctissimis fauibus Baurim superatos captiuauit, & Ierusalem abductos reclusis in custodia turris David. Qui consilium iniit cum optimatibus suis, ut pro captiuis precium susciperet, eò quod in terra aliena, noua & ignota plurima indigeret pecunia in conuentione solidorum. Sicque vniuersis quadraginta quinque captiuis, quibus amputare colla decreuerat, nunc pepercit; & pecuniam inauditam supra quinquaginta millia Byzantiorum auri suscipiens, omnes viuos & incolumes à manicis & catenis solutos, ac de turri Davidie eos, pacifice in terram Damascenorum remisit, *Eodem*

tempore mensis Martii classes *Genuensium ac Pisaniorum* nauigio appulsa *Leppen*, anchoras fixerunt, & illic Pascha Domini operientes, tandem Ierusalem venerunt ad celebrandam ipsam diem *Resurrectionis Dominice*. Quia cum omni devotione celebrata, Regem adierunt, summopere deprecantes, ut quam vellet ciuitatem Gentiliū, occupare & expugnare eis liceret. Rex igitur desiderium illorum intelligens, *Assur* obsidere per mare & aridam constituit. Ipse verò & omnis virtus eius ab Ierusalem mouens, in sicco urbem & mœnia eius cinxit; Pisani & Genuenses in littore maris nauigio exitum illorum obseruabant. Vix tertia die obsidionis expleta, ciues *Assur* pacem cum Rege quærebant componere, quatenus salua vita sanisque membris, cum rebus suis ab urbe eis liceret exire, ciuitatem verò, in manu Regis reddere ac relinquere. Rex quidem consilio suorum pepert viris, pacificè eos prodire prominens cum omnibus, quæ collo deferre possent; & usque in Ascalonem conductum eis sine respectu mortis largitus est. Ipse verò ciuitatē ingressus cum vniuersa multitudine equitum & peditū, per dies octo illic requieuit; & consilia de reliquis

Lv. ciuitatibus, cum Domino Patriarcha & optimatibus regni sui egit. Placuit tandem cunctis, ut *Cæsaream* nitteretur legatio Regis Ammiraldo & primis ciuitatis, ut Regi redderetur urbs, alioqui obsidere eam certum haberent; & si vi caperetur, vniuersos in ea repertos in ore gladii occidi debere. *Ammiraldus* cunctique habitatores ciuitatis responderunt in hæc verba: *Absit à nobis, ut nos & ciuitatem nostram in manu Regis Christianorum tradamus, cum in manu Regis Babyloniorum in breui liberandissimus, & non diu sit, ex quo litteras eius suscepimus.* Rex autem illorum iactantiam conuictus, in ita magna vna cum Domino Patriarcha ab *Assur* egressus, relatis in ea custodibus, Cæsaream occupauit, vndiq; circa eam suorum viribus colloca-tis. Erant illic inaudita pomaria in circuitu murorum, ac si sylva dñe nissima, omni decore & fructuum abundantia inestimabilia: quæ Rex in securi iussit extirpari, ne inter densitates frondium aliquæ insidiæ Sarracenorū exercitui, sagittis in occulto emissis, nocere valerent. His extirpati, in circuitu murorum firmavit obsidionē per dies quindecim, machinam componens, qua urbem expugnare, & ciues abstergere valeret. Ad vnguem tandem machina perducta, & ab exercitu super muros ereta, in sublime porrecta est, ac fortissimi pugnatores in ea constituti ad expugnanda mœnia urbisque defensores. Deinde iussu Regis omnibus indicatum est, vt summo mane corā Patriarcha & Rege conuenirent ē cunctis locis & tabernaculis; eiusque caperent admonitionem ad assiliendam urbem, & impletent. Mane autem facto, ecce assunt ex mandato Regis vniuersi Christianorum equites & pedites coram Patriarcha & Rege: qui delictorum suorum confessione facta, indulgentia accepta, & Dominicī corporis communione, urbem fortiter assiliunt in mari & in terra, cum *Pisanis & Genuensis*. Hi Laodiceæ tota hyeme otio torpentes, tempore Martii, vt lupi ralatum eit, ad sacrum & solenne Pascha celebrandum Ierusalem ascenderant, viduati suo Episcopo Pisano, cum clam ab eis subtractus, cum Boehmundo ac Baldewino, post captionem Ierusalē, in eam descendit; & à Godefrido

Lvi. Duce in cathedram Patriarchatus est constitutus. Eodem die dominus *Patriarcha* Crucem Dominicam prætulerat ad protectionem & defensionem gentis Catholicæ, stola sancta & candida pro thorace indutus, quem usque ad muros tota manus pugnatorum sequi non dubitauit. Qui duro & graui assaultu ciues disturbatos à mœniis repulerunt: ac sic subito scalis muro applicitis, urbi media vi intromissi sunt. Sarraceni verò per urbem Gallos diffusos intuentes, nec eis resistere valentes, ad aliud munimen urbis, quod muro spatioſiſſimo ac robustiſſimo ciuitatē diuidebat introrsum versus mare, congregati fugam inierunt. Illic aliquantulum in mœniis resistentes, ad defensionem constiterunt, frustra sagittis, palis igneis & fundibulis consumentes diem. Nona tandem hora diei facta, grauati ciues crebris & nunquam intermissis assaultibus, ac tam mangenellis quam sagittarum, grandine fessi & vieti, per vicos & diuersa loca ciuitatis tremebundi fugerūt. Quos Galli in sequentes, & hos muros scalis ſimiliter transcendentibus, graue illorum exterminium fecerunt; alios trucidantes, alios captiuantes, tum vndique spolia plurima auri, argenti & ostri preciosi rapientes. Sacerdos quoq; ciuitatis homo grandissimus, ibidem captus est; & *Azopart* quingenti decollati, illuc missi à Rege Babyloniorum in conuentione solidorum. Sacerdos itaque prædictus Regi præsentatus, iussu ipsius in neruo religatus est; mulieres quoque eius captæ, & in compediibus positz, ad discutiendū talentum innumerabilis argenti, quod idem sacerdos propter

propter metum Christianorum subterrauerat. Hac ciuitate attrita & expugnata, Rex à diebus Pentecostes vsque in natali S. Iohannis Baptiste in omni plenitudine necessariorum requieuit in ea. In his diebus sacerdotem prædictum à ciuibus vrbis Ptolemaidis, quæ est *Acre*, mille Byzantiis redemptum, sine læsione membrorum dimisit. Post hæc Rex *Ioppen* in magna gloria secessit, *Arpinū* de Boduor-
dis ciuitate, principem magnificum, ad custodiendos muros & portas ciuitatis re-
linquens. *Ioppe* itaque Regi commoranti, legatio & fama *Merania* à Babylonie
innotuit: quatenus Babylonii omnes ad arma confluxissent, & post octo dies cum
eo bellum committere decreuissent. Hæc rex audiens, vniuerso cætu suorum in-
10 vnum conuocato, ex cōsilio illorū exiuit à *Ioppe*; atq; inter Ascalonem & Rames,
tribus hebdomadibus euolutis, in planicie amplissima resedit vna cū Patriarcha &
omni apparatu suo, ac vniuersa domo fratri sui ducis Godefridi. Hoc verò in loco
dum diu præstolarentur aduentū inimicorū, nec quisquā illorū adhuc in iactantia
sua descēdisset, Rex quemq; suorū in sua remisit; ipse verò ciuitates in circuitu sitas,
tā Cayphas quā in Assur & cæteras, pacificè perlustrauit. Nec lōgo post hæc in-
teruallo Rex à militibus suis in vrbe laphet pro pecunia angustiatus est, quā illis de-
bebat pro conuentione solidorū, qui etiam fratri eius Godefrido, Principi Ierusal-
é, multū obsequiū impenderant, & nunc eius causa & honore non minore studio
militare laborabant. Quapropter Hierosolymam profectus, *Patriarchā* compellat,
20 quatenus sibi aliquid pecuniæ de oblatione fidelium impertiret, quam militibus
diuidens, voluntarios eos sibi redderet, ac secum teneret; alioqui eos in terminis
Ierusalem non velle remanere, & Sancta Sanctorum defensare. Patriarcha Regis
audita petitione, induciis per noctem susceptis, in crastino reuersus ducentas mar-
cas argenti se ad v̄sus fratrum, inibi Deo famulantium, habuisse, & non amplius,
proficitur, & easdem benignè in eius mandato distribuere concessit: Credidit Rex
in verbis, quæ à Patriarcha referebantur, & oblatum argentum suscepit. Sed *An-*
30 *nolfus*, Sancti Sepulcri Cancellarius, & cæteri complures, quibus tota massa inno-
tuit, & oblatio Dominici Sepulcri, nequaquam verum Patriarcham profiteri asse-
rebant; sed inestimabilem pecuniam clanculū suis locellis reposuisse eum. Hac Ar-
40 *nolfi* assertione, & populi opinione super thesauro abscondito, Rex nimium iratus
vehementer Patriarcham vrgere cœpit, vt ex oblationibus fidelium milites pro-
curaret & retineret in conuentione solidorum, qui Paganorū viribus resistentes,
Peregrinos & vniuersam Ecclesiam ab eorum insidiis & assultibus protegerent ac
defenderent. Patriarcha verò vinculo priuatè dilectionis fratri *Mauricio*, S. Ro-
manæ ecclesiæ legato, innodatus, ita vt simul affluenter de bonis terræ epulantes,
in suo conclavi oblationem Sancti Sepulcri pro velle diuiderent, prorsus audire
Baldewinum Regem parui pendit, spem & fiduciam in promissis Cardinalis Apo-
stolici, precio corrupti, habens; & in eo, quod leui precatu, auri que munere, Regē
corrumpere potuit & placare. *Rege* itaque Patriarcham sèpius admonente, vt mi-
50 lites quadraginta procuraret, atque auro dato & argento, beneuolos in opus belli
redderet; Patriarcha verò in nullo eum super his audiret: die quadam factum est, vt
idem Patriarcha cum fratre *Mauricio* solito more in domo sua accumberet, variis
que eibis splendide epularetur, vinum quoque non modicè biberet, ac securè in-
comestationibus diem duceret. Nunciatum est tandem Régi Baldewino, quod
huiuscmodi luxu singulis diebus coniuantes, fidelium vota vorarent sine modo
& numero; & hoc ipsum Regem non solùm auditu, sed etiam faciè visu posse ex-
periti. Nec mora, dum in eodem comestationis studio ad mensam discubuis-
sent, Rex cum quibusdam de optimatibus suis pulsato ostio intromissus affuit, &
hos patres durè arguens, in hæc verba aspera prorupit: *Vos in comestationibus, nos in tri-*
50 *bulationibus* die ac nocte pro confratrum nostrorum salute & periculis versamur: *Vos gratis vos*
fidelium in deliciis vestris applicatis, angustum & penuriam nostram ignoratis. Sic vivit Domi-
nus, amodò de omni oblatione fidelium non contingitis, nec de hac ventrem vestrum ultra tam
delicatè implebitis, nisi milites in conuentione solidorum suscepereitis. Vnde enim vobis, ut oblationes
& munera fidelium tam liberè & poterè à Dominico Sepulcro tollatis, in cibos delicatos compona-
*tis, & minimè fidelium necessitatì subueniatis? Nos Ierusalem, ciuitatem sanctam & locum desi-
derati Sepulcri, sanguine nostro redemimus, & assidue pro sanctorum defensione pondera laborum*
& bellorum portamus; vos oblationis fidelium nos exortes facietis? Absit, ut tale facinus patiar,
& ultra manus vestra de his repleatur. Certe aut vos calicem, quem bibitur sumus, & bibimus
hoc tempore angustiarum, nobiscum bibetis; aut videte, ne quicquam de rebus Ecclesie ultra susci-

- Lxi.** Hoc dicto, Patriarcha non minus in verba iracundia erupit, dicens: *Non recte consultus fecisti, ut tam temerè nos argueres, & res Ecclesia interdiceres, cum nostra sit iustitia, ut qui altari seruiunt, de altari vivant. Antributariam & ancillariam facere sanctam presumis Ecclesiam? quam Dominus I E S V S, Dei filius, suo sanguine liberam ex ancilla factens* custodia commisit & reliquit. Vide ne ultra presumas de his loqui, aut agere, cum ad te minimè pertinet. & Domini Apostolici maledictionibus de talibus ausib[us] iudicio possis incurtere.* Frater Mauricius ad inuicem contendentes solummodo auscultabat; sed de pace & concordia illos admonebat. Verum Rex non ultra Patriarchæ responsionem & asperitatem ferens, & ipse dure & impatienter locutus fuiss[et] perhibetur: *Videte, ne facile hanc mihi sapientiæ obiiciatis occasionem, ut qui altari seruiunt, de altari vivant, cum summa necessitas exigat, ut de altari potius Christiani milites pascantur, quam Sarraceni vide sepulcro munera fidelium asportent & diuidant, & non miles noster vel sacerdos contingat. Viuit Dominus, non solum oblationes fidelium comedat, militibusq[ue] nostris diuidam; sed etiam aurum de Sepulcro Domini & altari euellam, quò milites & defensores Christianæ plebis, regniq[ue] Ierusalem, sustentari possint. Post hac cū Domino D E O placuerit, & superbia seu mina de regno Babyloniacessauerint, & terra siluerit, cuncta restaurabimus; Ecclesia etiam eiusdem Sepulcri, sicut dignum est, thesaurizare nos non pigebit, & auro distiore, gemitis vel opere exalteare. His dictis, raudé Patriarcha à Rege, viro litteris erudito, conuictus, ex consilio fratris Mauricij triginta milites in conventione solidorum se procurare promisit: Sed in brevi eorum tædio affectus, talentū inestimabilis pecunia sustulit, milites vacuos & immunes reliquit. Rex autem hypocritis illius de die in diem cognoscēs, vehementius eū urgebat, & de militari officio solicitabat. Ille è contrario, aures surdas ad omnia faciebat: ita animo obstinatus erat.* Igitur Patriarcha dolēs & tristis secessit Iaphet, ubi ex consensu Regis, quia sacerdotii gradū obtinebat, pacificè autumni & hyemis tēpus adimplevit. Deinde mense Martio inchoante, anno primo regni ipsius Baldewini. *Antiochiā ad Tankradum nauigio profectus est. Camerarii autē illius capti & retenti, minis verberunq[ue] terroribus coacti, pecunia Patriarchæ subterrā professi sunt ad viginti millia Byzantiorū auri: Argenti autē tantū esse referebant, quod adhuc pondere & numero cunctos lateret.* Fratré vero Mauriciū, quia Romani Pontificis legatus erat, in omni, quo potuit, honore, Rex secū retinuit, ac diligenter procuratū benignè in omnibus tractauit. Interea dum Rex ex his & aliis diuersis rebus ageret, propalatamq[ue] pecunia suis egregiis militibus diuideret, & cuiq[ue] pro labore suo rependeret, crudelis legatio à Babylonie descendit, scilicet quod Meranis, qui est secundus in regno, cū tota virtute & apparatu Regis Babylonie properaret, bellū in brevi cum eo habitus. Rex autē Baldewinus tam crudelia nuncia intellicens, non securè non facile auribus immisit; sed à Ierusalē in Septembri mēse in solenni nativitate matris ac Virginis Mariæ anno primo regni descendens, vrbē Ioppen cū omni virtute peditū & equitum introiuit; eiusq[ue] mœnia plurima suorū muniens fiducia, cum trecētis tantum equitibus & mille peditibus in occursū inimicoru festinavit, ut cognosceret, si vera bellum legatio sibi innotuisset. Manè ergo dehinc facto, in cāpestribus Rames 40 consistens, vires, copias & arma intolerabilia Babyloniorū vidi per terras & fines Ascalonis occurserunt, circiter ducenta millia tam equitū quam peditū. De quibus Rex & omnes qui cum eo erant, non solum admirati, sed & terrore concussi sunt.
- Lxiv.** Veruntamē Rex perspiciens se non posse vitate periculū, nec effugere inimicos haud procul absentes, quinque acies ordinauit tam ex manu militū quam peditū. In prima acie fuit Beluoldus, miles nobilissimus, qui primūm prælio cōmisso, ac Gētilibus cū vniuersis suis peremptus est, absq[ue] solo milite, qui ibidē manu detruncata, vix à periculo mortis elapsus est. Adhac Geldemarus Carpenel, miles ferocissimus, secundā aciem regens, dum per medios hostes erumpens, periclitantibus sociis subuenire moliretur, cum omnibus sequacibus & coadiutoribus suis sub intolerabili manu inimicoru occubuit. Solum modò Willhelmus & Erkenboldus viui evaserunt. Hugo verò de Tabaria, iuuenis bellicosus, in tertia acie cōstitutus, per medios hostes equo veloci aduolans, & cū illis diu grauiter pugnans, ad extremū certaminis pondere fatigatus, & vietus, vix è medio turbinis eusulit, omnibus de comitatu suo ibidē occisis & attritis. Rex ergo tam grāve exterminiū suorum fieri videns, vehementer cum duabus aciebus, quæ secum remanserant, timore concussus est. Nec mirum.
- Lxv.** Nam idem mortis iudiciū in momento subire aestimabant. Adhac duob[us] catholici Pontifices, Gerhardus & Baldewinus, quorū alter Gerhardus Crucem Dominicam præferebat ad confusione & obsecratione Sarracenorū, & liberatione Christianorum,

norum, Regi in mansuetudine & correctione sic locuti sunt: *Timemus, domine Rex, ne ob discordiam, qua inter te & dominum Patriarcham orta est, hodie nostris victorie fiat imperium.* Ideo monemus te, ut cum illo in concordiam redeas; & sic Domino DEO pacis satiſfacias, quatenus a presenti periculo eruamur. Quibus Rex: *Recte,* inquit, *monuisti:* & haec dicens, ab equo desiliit, & coram Dominica Cruce procidens in terram, adoravit Dominum cœli, & haec Pontificibus responsa dedit: *Patres & fratres in CHRISTO carissimi, pastores & doctores peritissimi, iudicium mortis nobis praestole est; inimici innumerabiles obſtant in arcu, in hastis, in gladiis fulmineis, quos penetrare & expugnare pro imperio Romanorum, pro regno Francia & Anglia, non hodie apponem, nisi per gratiam Domini nostri IESV CHRISTI: de quorum manibus sic me Dominus DEVS eruat, ut non cum illo pacem compona, nisi primū coram Apostolico & omni Ecclesia de perfidia, quam egit, caponicē fuerit expurgatus.*

Ethoc dicto cum iure iurando, Confessionem delictorum suorum coram fidē LXVI. Episcopis fecit: deinde Corporis & Sanguinis Dominici percepta Communione, deceps milites loricatos cum Gerhardo Episcopo, lignum S. Crucis præferente, reliquit. Ipse verò ascendens equum, qui lingua Sarracenica *Gazela* appellatur, eō quod ceteris equis sit cursu potentior, præmisit quartam aciem, quam ordinaverat de militibus Ierusalem, viris bello assuetis ac robustissimis, quatenus cum hostibus in impetu ferirent ac dimicarent. Hęc autem quarta acies ex iussu Regis fortiter irruens, cùm committeret cum aduersariis, præ multitudine illorum pondus bellum non sustinens, cœpit fugiendo declinare. Sed à Rege eius fuga & contritione percepta, nago solamine repleata est. In momento enim cum sua quinta acie affuit, agens graue prælium cum hostibus, ac repetens, cedes & strages non medicas operatus est. Cùm sic Rex per medios hostium globos irrumperet, campos occisionis eorum cadaveribus sterneret, quidam nominatissimus *Ammiraldus* Episcopo, crucem ferenti, occurrit in furore vehemēti, ut raptim caput eius detruncaret: sed diuina vltione & percussione prævētus, subitanea morte suffocatus expiravit. Deinde alteri *Ammiraldus*, dum subito ipsum Regem Christianorū impeterer, mox eque illius trans ceruices hasta Regis confixus est, quæ ipsum etiam Ammiraldum eodē iactū & impetu trans pectus & iecur viriliter perforauit: sicq; ambo, equus scilicet & sessor eius à Christiano rege occisi sunt. Mortuis itaq; duobus Ammiraldis, exercitus Babyloniorū magnis ductoribus, primo diuina vltione, altero hasta Regis transfixione, Rex & vniuersi sui recuperatis viribus per medias acies Sarracenorū, in multitudine densatas, irruerunt in virtute Domini nostri IESV CHRISTI, & S. Crucis, in auditam illorum occisionem facientes vsq; ad vesperū, donec hinc & hinc fatigati, vtrinq; sc̄a bello continuerunt. Veūn. Rex & reliquæ fidelium obtinentes camporū planiciem, in castris inimicorū pernoctauerūt. *Sarraceni* verò desperati in Montis cacumine ea nocte remanserunt. Patet hic protetō, quomodo virtus S. Crucis non solum contra inuisibilium iacula præualet inimicorū, sed etiā aduersus arma visibiliū: quia in prima, secunda, tertia ac quarta acie superbia & fortitudo Gentiliū vincendo præcessit; in quinta verò acie, in qualibet sanctorum & venerandarum Crucis ante Regem & eius socios præferebatur, tota virtus infideliū cœpit infirmari, humiliari & conculcari. Sed & Principes eorū ferocissimi, DEO gloriam non dantes nec S. Crucis, sed in eam sibi oppositam audacter & insipienter irruentes, subitanea morte præoccupati perierunt. Igitur post hanc victoriam LXVII. Christianorū, quæ in mēse Septēbri ipso vespere nativitatis beatæ DEI Genitricis Mariæ accepta est, crastino Sole exorto, quidam Gallorū adhuc viuentes & incolumes cum Rege suo rursus armari properant, suspiciati adhuc bellū à Gentilibus ingruere. Sed in omni planicie regionis non sunt reperti aut visi. Reuertente autē Rege cum quadraginta tantum militibus & peditibus ducentis, qui vix euaserant, viginti millia Sarracenorū, qui Iaphet obſederant, & vespere hesterno huic prælio non intererant, sed ciuitatem ex præcepto Merauis nimio assaultu vexauerant, in apero camporū affuerunt ex improuiso. Quibus Rex, quia locus diuertendi ab eis non erat, resistere disposuit, & vniuersos magna & audaci voce sic consolatur: *Ecce inimici nostri obuiam nobis integris armis aduenient: nos autē nuper bello fatigati, serō à manibus aduersariorū, solo DEO protegente, euasimus superatis hostibus: optimates nostri & equites cuncti præter nos ceciderunt: quid igitur pauci aduersus tota millia adhuc bello intacta actuū sumus? pauci sumus, & serō bello fatigati; locus & possibilitas ab eis diuertendi non est: & ideo quid consulam, nescio, nisi, ut in nomine Domini IESV, & in virtute S. Crucis, vniuersi stemus aduersus incredulos pugnantes. Potens enim est DEVS etiam de istorū manibus nos liberare, sicut heri de manu pluri-*

morum & fortiorum liberavit. Si autem morti & contritioni destinati sumus, fiducia & spem h[ab]emus, quia si corpus nostrum pro nomine IESV & sanctis Ierusalem nunc in presenti seculo occidi permisimus, in futuro animas nostras in vitam aeternam unam cum fratribus nostris, h[ab]emus prelio pro CHRISTO iugulatis & atriti, conservare poterimus. Hac Regis exhortatione milites omnes & pedites, roborati in ipse vita eternæ, inimicorum turmas operientes, visas à longè, armis properè induuntur, Lignumq[ue] Dominicum semper ante faciem suam habentes, graue prælium cum hostibus commiserunt. Occipitati itaq[ue] & infirmati Saraceni, in obstaculo tam venerabilis Ligni timore illis immisso, non diu per seueratunt in bello. Visa quippe Christianorum audacia, & suorum nimia ruina, alii versus Ascalonem fugientes, alii versus montana Ierusalē, vieti ac dispersi difugium fecerunt, Rege eos in graui exterminio crudeliter inseque[n]te. Rex autem reuersus à cæde hostium, paucissimis in unum receptis sociis, cum spoliis recentibus auro & argento, equis & mulis, opibusq[ue] plurimis, Japhet declinavit. Vbi lorica ferrea & veste ostrea exutus est, quæ reuera & proculdubio tota tabe & sanguine hostium inebriata fuisse, ibidem visa est. Noctem illam Rex illic in latitia & hilaritate ciborumq[ue] abundantia exegit. Ciues verò exurgentes, & in campis Ascalonis festinantes, tentoria, aurum & argentum & multa preciosa spolia occisorum Gentium, quæ Rex suiq[ue] paucissimi deferre nequierant, asinorum & camelorum uehicle in ciuitatem loppen attulerūt. Deinde crastina luce affulgente, Rex in gloria magna Hierosolymam ascendit: Vbi de omnibus spoliis & præda inimicorum decimas 30

LXX. Hospitali CHRISTI que pauperibus erogauit. Wickerus autem Alemanus demandanno paulo ante hoc prælium validis febris correptus, in mense Augusto obiit, sepultus in ciuitate loppe. Qui gladio suo, quo Turcum trans loricam & vestes super pontem Antiochiae medium secuit, non modicā Regi opem hic contulisse, nisi morte interueniente vitam finisset. Hic miles magnificus Leonem magnum & horribilem, viros & armenta saepius iuxta montana deuotantē, in regione loppe die quadam equum pascentem inuadere volentem, munitus clypeo aggressus est: quem facili pede & saltu facie ad faciem sibi occurrentem eiusdem gladii acutissimi iecu percussit; ac fortiter cerebro eius in partes diuiso, crudele & intrepidum animal in campestribus mortuum reliquit.

ALBERTI AQUENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER OCTAVVS.

Argumenta Capitum.

I. Quod primo Baldeini Regis anno innumerā Longobardorum multitudo per Bulgariam profecta est Hierosolymam.

II. Vbi Constantinopolitanus Imperator eosdem Longobardos vendere & emere per castella Bulgaroru[m] permittit, & eis rapinam interdixit.

III. Longobardi Regis edictum negligentes, Graecos & Bulgaros inuadunt: sed mox ab Imperatore conuocati, Constantinopolin tendunt.

IV. Imperator à Longobardis iniuriatus, vendere eos & emere inibi prohibet: illi palatiū eius unanimiter obseruent.

V. Imperatore tandem per Episcopum Mediolanensem pacificato, Longobardi Constantiopolin relinquentes, Nicomediam applicuerunt ciuitatem.

VI. Conradus, Imperatore Henrici stabularius, cum nonnūl[is] occidentalis Francia Principibus Nicomedie Longobardis associatur.

VII. Quod in diebus Pentecostes innumerabilis Christi inorū ab urbe Nicomedia exercitus egressus, versus regione Flagania iter suū direxit.

VIII. Vbi populus in itinere suo illicite luxi-

riatur, præsidium Ancras funditus diruens, sat & segetes vicinas Turcorum succidens.

IX. Reymundus Comes, donis Turcoru[m] corruptus, exercitum duxit per viam solitudinis: & 40 Christiani per vires agunt custodiam in exercitu.

X. Turci cum Reymundo prælio decertant, & turma Christianoru[m] propter hostes in unum cōglobata, mixtum per solitudinem graduntur.

XI. Qualiter exercitus in solitudine quindecim diebus vagando, sitis & inedia miseras pertulerit granimas.

XII. De mille pedestribus Christianoru[m], qui in valle horden colligentes, circumuenti sunt & combusi igne Turcorum.

XIII. Turci in virginis millibus cum ducibus suis, Donimano & Solymano, cum Christianis dimicantes, ad septingentos corrueunt.

XIV. Vbi Christiani quoddam præsidium Turcorum comminuerunt sed insidiis eorum excepti, ad septingentos perierunt.

XV. Episcopus Mediolanensis omnem exercitum ad confessionem delictorum suorum corroboratur,

- bortatur, & uniuersa multitudine ad bellandos
hostes in quinq[ue] acies cū ducibus suis ordinatur.
- XVI. Longobardī, in prima fronte pugnantes, deficiunt, post quos reliqua acies cum ducibus fugientes, diffugiunt.
- XVII. Reymundus Comes pralio vicit, ver-
sus montana fugiens cum decem militibus, scilicet
quandam praeclaram occupat: de qua per socios lib-
eratus, media nocte cū suis omnibus fugā init.
- XVIII. Post fugam Reymundi uniuersus Du-
ces exercitus, cū reliqua multitudine tentoriis &
uxoribus suis in via derelictis, celerem fugam
arripiunt.
- XIX. Quomodo Turci fugientium ten-
toria diripuerint, & uxores eorum quasdam iu-
gularint, quasdam captiuārint.
- XX. Quod post depradationem mulierum
Turci fugientes Christianos insecuri, diuersa eos
cede lacerauerint, plurima eorum spolia in itine-
re relictā colligentes.
- XXI. Quod Christiani exercitus centum &
sexaginta millia siti ac fame, fuga & sanguine à
Turciis in bello occisa sunt.
- XXII. Qualiter residuus Christianorum po-
pulus vagus & profugus cum ducibus suis Con-
stantinopolin repedauerit.
- XXIII. De quadringentis Christianis, qui
Turcos in sequentes euaserunt, & de aliis mille
militibus, qui in regressione Turcorum gladiis
corum iugulati ceciderunt.
- XXIV. Quomodo Duces ac Comites exerce-
tus dispersi, ad se Constantinopolin fugientes,
Imperator benignè suscepit: & quod Reymundo
infestus, postea eisdem amicus exciterit, & quod
ibi Mediolanensis Episcopus obierit.
- XXV. Qualiter eodem tempore nobilissimus
Princeps Willhelmu[m], de regno occidentalis
Francia egressus, quindecim mihi bus peditū ad-
iunctis, per aridam Bulgariam descenderit.
- XXVI. Quod idem Comes cum omni appara-
tu suo Constantinopolin veniēs, susceptus ab Im-
peratore donariis multis sit honoratus.
- XXVII. Quomodo Comes & exercitus eius
Constantinopolin relinquentes, ad Stanconam,
ciuitatem Tarcorum, peruerterint.
- XXVIII. Vbi Turci eis occurrentes, bello eos
vexabant, Comitē unum Longobardorum sa-
gittāperimentes.
- XXIX. Christiani Turcis resistētes, & Stan-
conam frustra oppugnantes, Reclei urbem appli-
- cierunt: ubi si estuantes ad crecentos p̄ierūt.
- XXX. Turcicum Christianus decrētates, vi-
ctum fugientemq[ue] Willhelmu[m] insecuri sunt:
& de fuga Roberti & alterius Willhelmi.
- XXXI. Quomodo post fugam Dux Turci
residuōs Christianos occiderint, uxores eorum
captiuantes.
- XXXII. Qualiter Willhelmu[m] Comes à
Turcopolis deceptus, cum magno discrimine An-
tiochiam peruerterit.
- XXXIII. Tākradus, nouus Princeps Antio-
chia, Willhelmu[m] profugum remunerat.
- XXXIV. Quomodo Willhelmu[m], Princeps
Pictauj, & Willfo Dux Baleariorū, & Ida Co-
mitissa, cū militia Bulgariam intrauerint.
- XXXV. Quod in pralio pontis Rudolfus obie-
rit, & quod Dux Bulgarorum se dediderit.
- XXXVI. Bulgarorum Duce placato, Will-
helmu[m] Constantinopolin rediens, ab Imperatore
dolis sublimatus est.
- XXXVII. Exercitu Willhelmi Stanconā vr-
bē veniente, Turci fontes & cisternas obstruūt.
- XXXVIII. Willhelmu[m] & Willfo cum Du-
cibus Turcorū ante urbem Reclei praliantr, &
Christiani fugamineunt.
- XXXIX. De fuga Aruernēsis Episcopi, & Du-
cis Willfonis, & de interitu Ida Comitissae.
- XL. Quomodo Willhelmu[m] per montana fu-
giens Tākradus, Princeps Antiochia, receperit.
- XLI. Quomodo principes bello dispersi, colle-
cto exercitu Antiochia conuenerint.
- XLII. Reymundus, precibus Principum &
Tākrado vinculis absoluitur, & expugnata vr-
bi Tortosa preficitur.
- XLIII. Willfo Dux Hierosolymis adorato, se-
pulcro Domini, in Cyprum reuersus obiit.
- XLIV. Quomodo Principes deuicta v: le, &
Tortosa, cum Baldeino Rege palmas Ioppe ce-
lebrauerint.
- XLV. Principes Pascha Hierosolymis celebra-
to, inter Imperatorem & Regem pacem compon-
nunt.
- XLVI. Fama volat in populo, Imperatoris
consilio Longobardos suis occisos.
- XLVII. Baldewinus Imperatori munera
mittit se de perfidia excusanti.
- XLVIII. Imperator Regi Baldewino dona
dirigens, Roma de perfidia sua apud Papam in-
cusatur.



ODEM tempore, quo bellum hoc mense Septembri actū est, & cru-
enta victoria à Rege Baldewino habita, anno regni eius primo, gens
Longobardorum incomputabilis de regno Italiz, post captionem Anti-
ochie & Ierusalem, audita insigni Christianorum Victoria, è diuersis
regionibus Italiz collecta, per regnum Vngarie prospero itinere trans-
euntes, profecti sunt usque in regnum Bulgarorum, voletes conchristianis fratri-
bus auxilio angeri & prodesse. Affuerunt in eodē voto & comitatu viri nobilissimi,
Episcopus Mediolanensis, Albertus Comes illustris de Blandraz, Wido frater ipsius, mi-

*lesegregius, Hugo de Montbeel, Osto, filius sororis predicti Alberti, cognomine Al-
taspata, Wigbertus Comes ciuitatis Parmæ, cæterique comprimores Italæ, viri mi-
tæ nobilitatis & ductores ex exercitus: qui circiter triginta millia congregati, terram*

I. & regnum Bulgarorum, ut prædiximus, in manu forti ingressi sunt. Ingressi au-
tem, direxerunt nuncia Imperatori Constantinopolitano, quatenus eius gratia &
dono in terra Bulgarorum, que de eius regno erat, & potestate, necessaria vita pre-
cio mutuarent, sicque pacificè terram eius pertransirent. Accepta itaque tam egregii
& catholici exercitus legatione & petitione, Rex Græcorum benignè omnia, que rega-
bant, concessit, hac scilicet interposita conditione; ne tanta adunatio aliqua violen-
tia ea loca, que sui iuris essent, vultaret, seu facta reme iè seditione cōturbaret. Hac 10
igitur conditione contulit eis emendi & vendedi licentia in eiusdem regni Bulga-
rum castellis, pane, vino, carne & omni pinguedine opulentissimis, castello vide-
licer Panidos, Rossa, Roflo, Dedamū, & castello, nomine de Natura, & Sasalabrius, Adriano-
poli & Phinepopoli; ut per hæc hospitati, pacificè bonis terra *sustentarent vitam afflu-*

111. enter. Hanc denique in terram venientes, mandatum Regis transgressi sunt, nec
audierunt duces & Principes exercitus; sed omnia sine modo & sine ratione de-
prædati sunt, sine aliqua mutuatione Bulgaris & Græcis sua auferentes, pecore &
volatilia eorum diripientes, quodque nefas est de populo Catholico dicer, Quadrage-
simali tempore & iejunio ea deuorantes. Fregerunt etiam in prædictis locis & ciuitati-
bus ipsius pili Imperatoris oratoria, propter ambitionem rerum, que in eis erant re- 10
condita à facie tantæ multitudinis. Item, quod auditu est horribilis, mamillas eu-
iusdam mulieris, sua defendantis, quidam ex parasitis impiè detruncauit. Audita
hac infamia crudeli, & deuastatione intolerabili, que regno Bulgarorum ab his in-
ferbatur, & que imonia suorum, Imperator ad primates & magistratus legionis
direxit nuncia: quatenus in his non ultra morarentur regionibus, castellis & ciuitati-
bus; sed festinatò ad se in ciuitatem Constantinopolin, que caput totius est Græcia,
regia via contendenter. Venerunt ergo ad eandem ciuitatem Constantinopolin;
& ex ipsius Regis ordinatione & decreto in littore maris, quod vocant Brachium
S. Georgij, ex hac parte tabernacula sua locaverunt in crepidine alvei spacio trium
milliarum. Duobus autem mensibus à veris tempore illic consederunt, prius 30
quam aliqua societas de regno Franciæ aut Alemaniæ illis iungetur: ubi etiam
plurimis iniuriis, sicuti erant soliti, ipsum Imperatorem ad iram & odium commo-
uerunt.

V. Imperator verò plurimis iniuriis sèpius concitatus, timerens ne tota tantis
copiis vis diversarum nationum augeretur; & sic audacie facti, aut avaritia,
aut aliqua occasione assumta, insurgentes, in ciuitatem Constantinopolin rebel-
larent; admonuit eos, ne ultra in locis his, aut littore remanerent, sed quanto-
cyus adhinc migrantes, in terminis Cappadociæ & Romaniæ apud portum. Ch-
nitot & Rufinel hospitati, moram facerent, donec affuturæ legiones & copiæ cum
eis simul in unum confluissent. Sed responderunt vnamiter, se minimè Brachi-
um maris transituros, donec ampliores vires tan. Francorum quam Alemanorum 40
obtinerent. Audita hac Longobardorum obstinata responsione, nolle eos à statione
occupati maris se amouere aucte aduentum futuræ societatis, Imperator illis emen-
di & vendendi licentiam interdixit; & statim penuria necessiorum vitæ per tri-
duum in populo facta est. Videntes autem Longobardi Regis iram, & interdictio-
nem necessiorum vitæ, & sic famis angustiam in populo fieri, subito vniuersi tam
Equites quam pedites armis induuntur, & ad portam & muros maioris palatii ci-
uitatis in lagonibus, vncis ferreis, malleisque conferuntur ad locum, qui dicitur ad
S. Argenti. Vbi in duobus locis infringentes & intrante, imprimitis iuueni de sanguine
ipsius Imperatoris peremerunt, deinde leonem dominum, qui erat gratissimus in

v. palatio Imperatoris, occiderunt. Episcopus verò Mediolanensis, & Albertus Comes 50
de Blandoz, & Hugo de Montbeel, & cæteri prudentiores primi que exercitus, co-
gnoscentes seditionem hanc pessimam sibi suisque plus nocere quam prodesse, in media
populi exurgentem, hoc malum ultra fieri prohibuerunt. Tandem, nunc minis nunc
blanditiis populū compescentes, quenque in sua remiserunt. Sedata itaque hac lite
grauissima, Episcopus & Comes nauigio venerunt ad ipsum Imperatorem per Brachi-
um maris eiusdem, rō quod millari & amplius à ciuitate & Regis palatio essent ho-
spitati. Qui confidenter ad eum ingressi, animum illius mitigare, & ab ira indignationis
reuocare, conabantur, cum iuramento affirmantes, se ab hoc facto innoxios;
& ab insensatis & incorrigibilibus hominibus hæc mala suscitata & orta fuisse. E-
contra

Contra Imperator præteritarum iniuriarum illis molestiam inferebat; deinde cōtumelias, quas recenter nunc in eius præsentia fecissent, scilicet in palatii sui destructione, in proximi sui mortificatione, in leonis sui occisione. Sed prædicti Principes astuti, & in responsis moderati ac diserti, molestiam animi Imperatoris omnibus modis lenire tentabant, primùm se cum iuramento excusantes, quòd minimè sua voluntate aut consensu hæc mala sint acta. Tandem Imperator humili corum excusatione placatus, omnia quæ sibi fuerant illata, per intercessionem cantorum Principum cum omni benevolentia cordis Peregrinis laxavit. Attamen, sicut consilio suorum disposuerat, iterum eos de transitu Brachii maris ad monebat: ideo de regni sui inuasione & impedimento solitus, ut magnis munib⁹ auri, argenti, ostri datis, ac maioribus promissis, apud istos obtinere & impetrare conaretur, quatenus multitudinem hanc reddere & voluntariam transundi Brachium maris. His magnis donis & promissis Imperatoris corrupti, Albertus de Blandraz nimium ei credens, decem equos cum aliis rebus preciosis suscepit: sed Episcopus solerti prouidentia omnia hæc sibi oblata refutat, timens, ne si exercitus transiret, à Græcis molestatus Turcorum armis occidendus traderetur. Videl⁹ autem Imperator constantiam Episcopi, omnibus modis reddit cum eo in concordia, & eius petitioni acquiescens, iterato concessit Peregrinis vendendi & enendi licentiam, firmato vt: inque fœdere pacis conseruandæ. Descenderat autem eodem tempore comes *Reymundus* à Laodicea in ciuitatem Constantinopolin, qui multum Peregrinis in reconciliatione Imperatoris profuit, primus & collateralis illi in omni consilio & decreto factus præ omnibus, qui Hierosolymam ascenderunt. Tandem Pascha Domini celebrato, post aliquot dies Longobardi Brachium maris transeuntes, ad ciuitatem *Nicomediam* peruenierunt. *Conradus* similiter, stabularius Henrici tertii Romanorum Imperatoris, cum duobus milibus Teutonicorum *Constantinopolin* perueniens, Imperatori *Alexio* notificatus, gratiam in oculis eius inuenit, præ cunctis dilectus, & magnificis donis honoratus. Qui & ipse Brachio maris traecto, Longobardorum principibus sociatur. Dehinc *Stephanus* Blesensis Comes, pœnitentia ductus, Hierosolymam redditum parat, *Stephanus* quoque Dux Burgundie, *Milo* etiam de Braio, *Wido* pariter rufus capite, *Hugo* & *Bardolfus* de Breis, *Engelradus* Episcopus de Montelaudum, *Viscones* de firmamento, *Reinoldus* Episcopus de Sueffones, *Baldewinus* de Grantpœtit, miles pulcerimus, *Dudo* de Claromonte, *Walbertus* castellarius Lauduni. Hi omnes de regno occidentalis Francie cum omnibus copiis suis ibidem in ciuitate & regione *Nicomedie* Longobardis associati sunt; & è diversis terris & regionibus profecti, in eandem ciuitatem conuenisse, & in eius finibus moras fecisse referuntur. Dehinc appropinquate die sanctæ Pentecostes, de diversis mundi partibus vii: in unum congregati circiter ducenta sexaginta millia, cum filiis & vxoribus plurimorum, cum Clericis & Monachis & plurima manu inertis vulgi, conductum Imperatoris Constantinopolitani quæsuerunt. Qui precibus eorum satisfaciens, Comitem S. Egidii, qui erat ei priuatus, cum quingentis Turcopolorum equitibus illis constituit, quatenus eius conductu & ordinatione iter suum continuates, prouidè agerent vniuersa. His ita dispositis, & comite *Reymundo* consiliario & ductore exercitus facto, *Stephanus* Blesensis viam, qua Dux Goderidus & Boemodus ac primus incessit exercitus, per terram Nicomedie & Romaniae profici sci dispositus: quia sic tutum & prosperum iter illi videbatur & plurimis de societate. Sed Longobardi de multitudine sua confidentes, per montana, & regionem *Flagania*, se ituros in magno dissidio firmauerunt; dicentes, se etiam regnum Corrozan vi intrare, ac *Boemundum* de captiuitate Turcorum aut extorquere & liberare; aut in virtute sua ciuitatem *Baldach*, quæ est caput regni Corrozan, obsidere & destruere, sicque potenter confratrem suum à manicis eripere. *Stephanus* autem Blesensis & *Reymundus* tæcetique comprimores, intelligentes Longobardorum contentionem, saeuissimam, & nimiam iactantiam liberationis Boemundi, non valentes eos ab errore suo auertere, via, quam petebant, profecti sunt, præcedente ipso comite *Reymundo*, cum Turcopolis, & magno Imperatoris apparatu. Tribus dehinc *viii:* Septimanis euolutis, & adhuc in itinere suo prosperè & abundanter Peregrinis expulantibus, & plurimis de populo illicite luxuriantibus, & multum incesta commixtione agentibus, in ipsa vigilia S. Iohannis Baptistæ, præcursoris Domini, ventus est ad montes ascensu difficiles, & valles profundissimas, deinde ad castellum,

quod dicitur *Anras*. Vbi Turcos repertos assilentes, & in assultu vsque in mediū mane perdurantes, nunctionem funditus diruerunt, ducentis ibidem Turcis detruncatis. Sex tamen ex his capitales latitantes, in silentio noctis periculum mortis euaserunt. Hoc itaque castellum militibus Imperatoris restituentis, eò quod de regno eius fuerit, & iniusta inuasione Turcorum amiserit, profecti sunt ad praesidium *Gargara*, segetes & omnia sata regionis depopulantes; eò quod praesidio nocere nequierant propter eius munitionē, situ & natura locorū validam & insuperabilem. Hoc praesidio illæso, & non superato ab vniuersa legione relieto, Turci vehementer lætati sunt, quoniam munitio sua frustra à Christianis turmis vallata, nunc illæsa & inuicta remansit. Abeagitur die & deinceps exercitum persecuti, minus sequi valentes præ lassitudine incursabant, & crebra cæde sagittarum mortificabant.

ix. Peruenerunt deinde Christianorum populi ad plurimas ciuitates & castella, quorum nomina latent. De quibus Turci dona & multa cibaria mitentes, comitem Reymundum præcedentem & milites Imperatoris auertebant. Sic corrupti, per deserta & inuia & solitudines locaque arida totum deducebant exercitum: vbi assidue Turcorum insidiæ occurfantes eis, vniuersos de exercitu, negligentia aut lassitudine retardatos, trucidabant. Perceptis igitur insidiis, & grauissima insecutione & populi contritione, Principes exercitus decreuerunt, retro & antè suæ gentis custodiam fieri, ac *Francigenas* milites circiter septingentos semper in fronte præire & præcauere: *Longobardos* similiter ad septingentos, à tergo lassos & subsequentes fratres tueri & expectare. Turci verò comperta Longobardorum custodia post tergum sui exercitus, supra quingentos in arcu & equis congregati, subito clamore intonantes, eos à tergo incurserunt, sagittarum granidine velociter vexantes & vulnerantes. Tandem terrore mortis attoniti *Longobardi*, celeritate equorum in fugam conuersi sunt, miseros pedites & itinere festos deserentes: quos Turci graui occisione circiter mille in hac prima custodia peremebant. Craftina autem die exorta, & crudeli fama attritæ gentis perlata in castra, conturbati sunt omnes primores exercitus, multum Longobardis improprietates, quod mollicie & pigritia eorum contritus & immunitus fuerit exercitus: vnde alios decreuerunt custodes statuere fessi & à longè subsequentis populi; sed nemo se obtulit ad custodiam præter ducem Burgundiæ. Qui cum quingentis loricatis equitibus sic tuebatur exercitum, vt nec unus in custodia suæ diei de populo peri-

x. ret. Sequenti verò die post Stephani custodiā, comes *Reymundus* suæ diei egit custodiā, quem Turci, ad septingentos in vnum collati, nona diei hora in locis arctissimis fortiter incurrentes, cum eo graue prælium in sagittis commiserunt: Sed Comes viriliter resistens, non amplius quam tres suorum amisit, præter aliquos graui sagittarum infixione ibidem vulneratos. Comes ergo Reymundus videns, quia bellum difficile sibi suisque ingruebat, & Turcorum copiæ accrescentes sibi vim inferebant, septem equites veloci cursu remisit ad exercitū, qui iam spatio septem milliarium præcesserat, quatenus sibi aliqua manus mittetur, quæ sibi suisque nimium & diu angustiatis ab hostium impugnatione, subueniret. Audita hac Comitis legatione, decem millia equitū in momento sequestrati, loricis induiti, galeis operti, clypeis pectori obductis, eadē die viam remensi sunt ad ferendum Comiti auxilium, existimantes, omnes Turcorum copias conuenisse. Turci ad hęc septingenti, vīla Comitis constantia, & reuersę multitudinis audaci succursu, fugam velociter arripuerunt, in montanis se abscondentes. Ab illa denique die commixtis copiis, *Reymundus* & vniuersi ductores & capitanei decem millium cum omni manu equitum, & comitatu fatigatorum peditum, ad multitudinem exercitus redeuntes conuenerūt: qui deinceps diuidi, aut vllatenus aliquibus in locis spaciari, nulla fiducia præsumserūt, propter assiduos Turcorū assultus, & nimias illorum copias.

xi. Dchinc per quindecim continuos dies viam suam cōtinuantes, amplius in solitudines, & loca inhabitablia & horroris, per montana asperrita incedebant: vbi nihil reperientes, non hominē, non pecudē, graui fame cœperunt coarctari: quin aurū nulli prodesse poterat nec argentū: quia nullius generis escare reperiebatur, quę precio posset mutuari. Si qui verò de *Prouincialibus* præcurrebāt, quingenti inquā seu duceti vel treceti, ad inuestigādos cibos, circumuēti à Turcis, in momento occidebātur, quos subsequēs exercitus cotidie detruncatos reperiisse perhibetur. Hęc enim Prouincialiū gens amplius prædē & rapinis inhabet præ omnibus, & ideo ampliori casu præ cæteris periclitabatur. Tantum diuinibus &

ribus & magnificis viris, qui vehiculis à portu Civitor, & à Nicomedia ciuitate, farinā, panes, carnes siccas vel baccones attulerant, sustentatio vitæ erat: cæteros gravis inopia frondes, cortices arborum ac radices herbarum corrodere, & sic ventrem implere cogebat. Hac arctati inopia, mille pedites de exercitu in confi- xii.
nio ciuitatis, Conflamnes nomine, explorato nouello hordeo, sed nondum maturo, eadem tamen onusti annona, in quandā vallem descendentes, de arbustis & myricis ignem suscitauerunt, ipsa grana immaturi hordei flammis exusta & torrida de culmis excutere ad implendos ventres statuentes. Similiter pomula cuiusdam miri & inauditi generis, fructum amarum quorundam frumentorum, ibidem in de- xiii.
sertis reperta & collecta, ad mitigandam famem coquere didicerunt: sed propalati, à crudelibus Turcis martyrio coronati sunt. Nam cùm ad eos præ difficultate locorum, vallium & montium nullus hostium pateret accessus, nec vija esset facultas aut ars in sagittis nocendi, copioso igne ex ramis frumentorum, & arida materia herbarum, suscitato, vallem circumquaque impleuerunt, ex quo mille homines perusti sunt. Tam atroci fama combustionis & perditionis Catholicæ legionis in castris diuulgata, exterriti sunt vniuersi Principes Christianorum. Vnde ab illo die sex diebus continuis semper in vnum conglobati, sic iter suum moderati sunt, ut pedites inter equites ad omne periculum & defensionem pariter adesse vide-
rentur. Igitur sex dies completi sunt, & ecce Turci, Donimanus, Solymanus, Ca- xiii.
rageth, Brodoan de Alapia, & à montanis Flagania, & omni regno Antiochia, cum vi-
ginti milibus, viris sagittariis in arcu cornue & osse obuiam Christianorum tur-
mis affuerunt. Qui omnem rem & angustias illorum explorantes, sexta eos feria bello aggredi statuerunt. Superauit enim eadem die exercitus fidelium CHRISTI angustias & laboriosas fauces Flagania, & in planicie campestri applicantes, cibi- xiv.
dem diei, scilicet feriæ sextæ, hora nona ad quiescendum castra posuerunt. Et ecce Turci appropinquantes, & more suo altis vocibus inclamantes, totum con-
nauerunt exercitum, & vtrinque graue præium commiserunt. Interdum Turci in castra repentina impetu aduolantes, & Christianos milites lacescentes, sagittis eos fixerunt: interdum Galli & Longobardi, licet fessi, & itinere grauati, exurgentes & aduersus tot creberri nos assultus indignantes, frequenter eos re-
mittebant: quo usque septingenti Turcorum corruerunt; Christianorum vero nulli percussi sunt: nam in vnum conglobatos nequaquam irrumpere & disper-
gere ea die Turci potuerunt. Turci autem videntes, senihil hac die in cæde Christianorum proficere, sed plurimos suorum cecidisse, tristes ac dolentes in castra sua, vespere terras operiente, regressi sunt. Similiter & Christianus exercitus hac nocte statutis vigiliis & custodia in circuitu castrorum, omni bellorum turbine sedato quieuit. Sequenti vero die Sabbati tria millia exercitus Christiano- xv.
rum, & Principes eorum Conradus, & Bruno filius sororis eius, cæterique viri fortissimi à castris & planicie exeuntes, & in regionem ciuitatis, Maresch applicantes, iam sui itineris milliaribus duobus peractis, præsidium quoddam Turcorum assi-
lierunt: quod frustra à Turcis defensum sine aliqua mora comminuentes, omnia
vitæ necessaria, quæ in eo erant, diripuerunt, & Turcos inibi repertos in ore gla-
dii percusserunt. Hoc prospero successu Christiani gaudentes, & spolia Turco-
rum grandia & multa ad tentoria secum deferentes, per quasdam montium fauces asperras & scopulosas descenderunt. Vbi insidiis Turcorum circumuenti, &
sagittis lacesiti ac confixi, parum repugnantes præ lassitudine & onere prædarum angustiaque locorum, ad septingentos perierunt, spolia omnia & prædas Turco-
rum, licet inuiti, illic relinquentes. Hiverò, qui ab eorum manu euaserunt, singulatim & sparsim, sicut vieti & attriti, vespere ad castra relati sunt tristes & do-
lentes: Eta die ulteri, ab omni assultu exercitus lugens de casu suorum, in tentoriis requieuit. Similiter Dominica die tam Turci quam Christiani ab omni infe-
statione & belli turbine cessauerunt. Secunda autem feria iam primo Sole xv.
radiante, Episcopus Mediolanensis in medio exercitus exurgens, diuino tactus spiritu, hac die bellum affuturum prædictum, & sermonem ad populum DEI viuen-
tis faciens, omnes ad confessionem delictorum venire admonuit, quos in nomine IESV Apostolica potestate à peccatorum nexibus absoluit, vniuersos post datam indulgentiam brachio B. Ambrosii, Mediolanensis Episcopi, sanctificans & be-
nedicens: quin & Lancea Dominica, quam Reymundus secum attulerat, est aucta ad sanctificandum & benedicendum populum. Post hanc benedictionem, & suæ

paritatis confessionem, *Stephanus* dux Burgundiz, miles clarissimus, ex suo populo sibi aciem constituit. *Reymundus* Turcopolos & Prouinciales in sua acie retinuit. *Conradus* verò stabularius Imperatoris Henrici III. Alemanos, Saxones, Baioarios, Lotharingos & vniuersi Teutonicos in acie sibi ascivit. *Episcopus Lauduni*, *Engelodus*, *Milo*, *Wido*, *Hugo*, *Bardofus* de Breis, *Walbererus* de ciuitate Lauduni, omnes hi ex manu Francigenarum aciem ordinauerunt. *Episcopus* verò *Mediolanensis*, *Albertus* de Blandraz, *Wido* frater illius, *Otho* de Altaaspata, *Hugo* de Montbee, *Wigbertus* de Parma, & vniuersi Longobardi equites & pedites, densissimam sibi aciem composuerunt. His verò aciebus sic ordinatis, *Longobardi* in fronte constituti sunt, cò quòd illorum copiæ intolerabiles haberentur, vt aduersus Turcorum acies, quæ illis vicinæ erant, fixæ & impenetrabiles facie ad faciem obstantes, eas oppugnarent. Deinde singulæ acies Christianorum vsque quaque à dextris & sinistris positz, singulis Gentilium aciebus obstabant, sèpius eos in fugam remittentes, & sèpius aduersus eos bellum iterantes. Sed Turci callidi, & prælio docti, post aliquantulum fugæ subito frena reiicientes, ac sagittarum grandine remordentes,

xvi. graui vulnere tam homines quam equos perimebant. *Longobardi* igitur, qui in prima fronte constituti erant, grauiter & diu cum Turcis commitemere prælium. Sed *Albertus*, duktor eorum, post nimiam & longam relutationem pondus belli sufferre non valens, & præcipue equorum defctione, qui fame attenuati nihil poterant, cum signo belli, quod dextrâ ferebat, fugam iniit: & sic tota illa Longobardorum adunatio cum ducibus & Principibus suis in fugam vsque in tentoria remissa est. *Conradus* verò, miles imperterritus, videns bellum ingrauescere, & Longobardos deficere ac fugam inire, repente aduolans, cum sua acie irrupit, Turcos expugnans & dissipans à prima hora diei vsque post meridien: Tum tandem vietus præ nimia iaculorum assiduitate, fugam arripuit cum manu diu fame macerata, & viribus exhausta; & ipse in tentoria reuersus est. *Stephanus* item cum Burgundionibus volens subuenire attritis & fugitiuis fratribus, cum sua acie irruens, vehementer hostes expugnabat. Sed ad ultimum post longam contentiōrem cum omnibus suis terga vertit, innumerabili multitudine suorum ibidem occisa, & à Turcorum armis extincta; & simili fuga ad tentoria repedauit. *Stephanus* 30 verò Blesensis respiciens omnia tam Longobardis quam Gallis verti in illud, cum omnibus Francigenis, qui in sua erant acie, ad subueniendum fratribus, & Turcos reprimendos, aduolat, ac bellum committere vsque ad vesperum non abstinuit. Tandem Turcorum manu intolerabili sagittis & arcu osco inualesce, comes Blesensis vietus & attritus, simili fuga, qua & socii, in castra relatus est, multis nobilibus viris de comitatu eius viatis & extinctis. Ceciderunt in eius acie viri illustrissimi, *Baldewinus* de Grantpreit, *Dudo* de Claromonte, *Wigbertus* de monte Lauduni, custos & defensor eiusdem ciuitatis, *Dei amicus*, miles terocissimus, corpore altns; & plurimi potentes ac primi exercitus, quorum nomina omnia scire & inuestigare nequimus. Comes verò *Reymundus* cum militibus Imperatoris Turcopolis, & suis Prouincialibus cuneis lucios releuare in eodem certamine festinans, multos Turcorum repente prostravit. Sed dehinc nimium casu aduersante, multis suorum prostratis, ac sagittis immunitis, bellum Turcorum nimis inualuit, donec tota manus Turcopolorum exterrita, & fuga dilapsa, ad loca tabernaculorum diuertit, Comitem in mediis periculis deserens, cuius Provinciales milites ferè omnes detruncati sunt. Videas ergo Comes fugam Turcopolorum, & casum irrecuperabilem suorum, non ultra in mortis periculo sibi imminentem remanens, sed vix ab armis effugiens, versus montana & per angusta loca declinans, in summitate cuiusdam præcessi silicis ascensi difficultate cum decem tantum sociis, de quo, quantum poterat, Turcis insequentibus, & eum & obsidentibus, resistere cum suis conabatur. Regressis itaque omnibus ad tentoria, qui Turcorum arma effugerant, *Stephanus* Comes Blesensis, de omnibus primis requisiuit, qui à bello redissent, aut armis occubuerint: cui statim innotuit, Reymundum in summitate silicis fecisse diffugium, & nisi sibi subueniretur, nunquam eum manus Turcorum posse euadere. Ad hæc Stephanus Comes, ducantis sociis in lorica & galea readunatis, Reymundum ab inuasione Turcorum liberare festinans, Turcis fugatis, qui eum insecuri fuerant, & ad triginta viris repente attritis, Comitem saluum de filice recepit, & incolument ad tentoria reduxit. Viatis & attritis Christianorum fortissimis aciebus, & vsque ad tentoria de crude-

xvii. li præ-

Liprælio effugatis, Turci viatores cum spoliis Gallorum & Longobardorum pariter in sua castra sunt regressi, vix duobus milliaribus à mansione Christianorum, satis tamen luctuosam & cruentam victoriam hac die obtinentes. Ceciderunt enim societatis eorum tria millia virorum pugnatorum in eodem prælio, quo Christiani milites delictorum suorum pondere impediti, Diuino iudicio traditi sunt incredulis viris & impiis ad puniendum. Eadem verò nocte, qua Comes *Raymundus* à cacumine silicis, & Turcorum jobsidione, subueniente Stephano B. cleensi, ac Conrado stabulario, liberatus & redactus est in castra ad confratres, cœperunt focos & victimas necessarios vniuersi parare, qui à cæde & bello in tabernacula confugerant; ligna quoque & sarmenta ad coquendos cibos componere, quibus fessa & ieiana corpora recrearent. Et ecce, primo noctis facta silentio, idem Comes *Rey mundus*, nescio qua formidine correptus & vitæ diffisus, cum omnibus suis, & cunctis Turcopolis Imperatoris, equos frenis ac sellis stravit, fugiensq; iniit; ac tota nocte illa fugiendo, iter per montana & in uia loca accelerans, ad castellum Imperatoris, *Pulueria* nomine, venisse perhibetur. Igitur hac **xviii.**
 Illius fuga cognita, & in populo diuulgata, vniuersos tantus metus inqualit, vt nec unus de Principibus remaneret, sed omnes vitæ diffidente's diffugium maturarent, magni & parui, nobiles & ignobiles, usque ad *Synoplum* Imperatoris præsidium, ignorantes quod & Turcorum corda non minus formido fugiendi sollicitabat. Tentoria autem & omnem apparatus suum Christiani cum omnibus vehiculis, cum uxoribus teneris & carissimis, cum omni suppellestile, qua tot nobiles, & tam magnus indigebat exercitus, reliquerunt. Nec mora, per exploratores famam tam subitæ fugæ ad aures Turcorum pervenit, qui non longè post contritionem Christianorum, & acceptam victoriam, sua etiam in castra recesserant, vt & ipsi ea nocte cibis & somnis la resouerent membra, in cæde Catholicorum militum fessa & grauata. *Turci* quidem hæc audientes, & continuo exurgentes, omnibus suis in tubis & buccinis expreffactis & conuocatis, sicut sunt viri semper vigilis in cæde inimicorum, primo diluculo affuerunt in tentoriis Christianorum. Vbi mulieres nobilissimas, & matronas egregias, tam Gallorum quam Longobardorum crudeliter aggressi, impiè raptas & vinculatas tenuerunt, in barbaras nationes, & ignotam linguam, supra mille transmittentes, ac si pecora muta deprædati essent, & perpetuo exilio in terram Corrozan quasi in carcere & cōclavi eas constituentes: cæteras aliquantulum prouectæ ætatis gladio interemerunt. Terra autem & regnum *Corrozan* sic montanis & aquarum paludibus clausum est, vt quicunque captiui illuc semel intrauerint, non vlt. à hinc magis quam pecus à cauea exire valeant, nisi licentia & permissione Turcorum. Ah quantus dolor! quantæ illic videri poterant miseriæ! vbi tam tenerrimæ & nobilissimæ matronæ ab impiis & horridis hominibus in prædam raptæ & abductæ sunt: quorum capita ante & retro, à dextris & à sinistris, in modum colli rasa sunt; & quorum rari capilli, ab his quatuor collis dependentes, intonsa coma perhorrescunt, cum barba etiam intonsa & prolixa, & qui solùm tetræ & immundis spiritibus similes esse in suo habitu referuntur. Verè non modicus dolor illic erat, non paruus timor delicatas matronas inuaserat; non parui fœminæ vulnulatus audiunt in castris, vbi dulces eatum mariti alii occisi, alii fugitiui, ultima necessitate compulsi, miseris ac desolatas inter manus percussorum reliquerunt. Aliæ illicita & fœda commixtione vicissim vexatæ, & post plurimam vexationem decollatae sunt: aliæ hilæ i vultu & decora facie, oculis eorum placentes, in barbaras nationes, vt diximus, transmissæ sunt. *Robertis* itaque & captis tot honestis mulieribus in tentoriis fugientium Christianorum, sc *Turci* celeritate equorum insecuri sunt tam equites quam pedites, tam Clericos quam Monachos, & totum foemineum sexum, qui fuga euaserant de castris: quos non aliter gladio metebant, quam messor, qui falce maturas segentes metere solet. Nulli ætati aut ordini parcebant: solos iuuenes imberbes, viros militaris officii, captiuabant, quos etiam in exilio cum matronis honorificis Corrozan abduci destinabant. Pecuniam quidem inauditam, à fugitiis & lastis medio itineré telicam, sustulerunt; adhæc molles vestes, pelliçeos varios, grisios, harmelinos, mardinos, ostra innumerabilia auro texta, miri decoris, operis & coloris, equos quoque & mulos, plus quam numero vel littera alicuius referri possit: quæ omnia tandem illis tædio fuerunt asportare.

xxi. Terra autem & montana, ut aiunt pro vero, qui hæc oculis viderunt, & vix illic iudicium mortis euaserunt, Byzantiis, auro incommutabili, argento inæstimabili & denariorum dispersione sic operta erant in contritione & fuga tam magni exercitus, ut amplius tribus milliaribus super aurum, gemmas, vas aargentea & aurea, ostra mirifica & preeiosa, vestesque subtiles ac sericas, incedere fugientes & persequentes viderentur. Sanguine verò occisorum tota via defluebat. Nec mirum: quoniam supra centum & sexaginta millia illic in gladio & sagitta ferociū Turcorum ceciderunt: facile ab hostibus superati ac detruncati præ fame diuturna, qua nimium affliti, & viribus exhausti, nulla virtute resistere potuerunt. Tanta enim illis famæ in desertis *Flagania* inœbuit, ut corium bouis viginti solidis e-¹⁰ meretur; paniculus, qui palmo concludi poterat, tribus solidis Lucensis monetæ venderetur; cadauer equi, muli, asini, sex marcis appreziaretur. In hac fuga sa- uissima duo probi equites de populo Stephani Bleſensis, dum viam maturarent à facie Turcorum in sequentium, quidam ceruus ex aduerso, de montanis clamore & tumultu Turcorum & Christianorum attonitus, eis occurrit, impedimentum illis viæ factus: trans quem ambo casu corruentes, in momento ab hostibus de- collati sunt.

xxii. Igitur exercitus sic attritus & profugus equo vel mulo euadere festinans, ad ciuitatem *Synoplum*, quam milites Imperatoris tuebantur, sparsim fu- giendo peruenit; & sic temper fugiens, usque ad regiam urbem *Constantinopolin* partim reuersus est. *Stephanus* autem Dux Burgundiæ, *Stephanus* Bleſensis, *Conradus* stabularius Imperatoris Romanorum, *Episcopus Mediolanensis*, *Episcopus Lauduni*, *E-¹⁰ piscopus de Sueſomes*, *Wido*, *Hugo*, *Bardolfus* & cæteri comprimores, & vniuersi, qui grauissima Turcorum arma poterant effugere, Constantinopolin, per mon- tana & inuia fugientes, regressi sunt. Comes verò *Reymundus* per abrupta mon- tium & ita conuallium *Synoplum* cum Turcopolis Imperatoris Græciæ, omni- bus sociis & Principibus prætermisssis, ingrediens pernoctauit, & die crastina na-

xxiii. uem ascendens, per mare Constantinopolin adiectus est. Interea tantillum exercitus, quod remanserat, dispersæ videlicet Christianorum reliquæ, dum ve- stigia comitis *Reymundi* & cæterorum eadem via tenerent, & ad quadringentos à diuersa fuga in unum colligerentur, *Solymanus*, *Donimanus*, *Balas* de Sororgia non-³⁰ dum cæde satiati, à tertia feria usque in quartam eos persequuntur, eodem trami- te, quo tendebant post Principes fugitivos ad *Synoplum*, ut eos detruncarent & captiuarent. Sed nimium prolongatos ultra persequi non audentes propter vires & ciuitatem Imperatoris, reuersi sunt. Reuententes verò, de dispeſis & retarda- tis, qui eis obuiam fuere, eadem die mille amputatis collis sparsim peremerunt. Vbi impiis tyrannis vir nobilis *Eraldus* obuiam factus, sagitta illorum occubuit, ortus de ciuitate Cadelim. *Engelradus* pariter de eadem patria, *Dudo* miles egre- gius, *Arnoldus*, filius villici, *Walterus* de Castelens, & plurimi potentissimi milites, quibus equorum cursus minimè prodeſſe poterat, eisdem carnificibus obuiam fa-
xxiv.

& sagittis occisi sunt. Comes verò de *S. Aegidio* & cæteri comprimores Con-⁴⁰ stantinopolin ingressi, à Domino Imperatore benignè suscepiti sunt. Sed aduersus *Reymundum* cœpit aliquantulum indignari, eo quod à cæteris sociis, *Stephano* & *Conrado*, fugiendo subtractus sit & alienatus. Qui occasione assumta, respondit hæc ideo ſe feciffe, quoniam timuiffet, ne in eum insurgerent, eo quod primus fugam cum Turcopolis à castris inierit; & quia eum in dolo, & ex consilio Imperatoris, fugisse existimassent. Dehinc in breui Imperatoris indignatione cessante, misertus est vniuersorum, & cunctis opibus spoliatos & vacuos magnificis donis in auro, argento, armis, equis, mulis & vestibus reueauit; & toto autumni & hye- mis tempore vniuersos secum habitare & refocillare concessit in omni affluentia & largitate rerum necessariarum. His itaque moram illic facientibus, *Episcopus* *Mediolanensis* vita diſcessit, cui Episcopi & vniuersi fideles Catholicas exequias ex-
xxv.

hibuerunt. Eodē quoq; tempore, & anno primo regni Baldewini Regis, Co- mtes & Princeps potentissimus de ciuitate *Niniue*, quod vulgo dicitur *Nauers*, *Wil- lehelmus* nomine, de terra & regno occidentalis Franciæ egrediens, & iter per Italiā faciens, ad portum, qui vocatur *Brandiz*, nauigio alto mari inuestitus est cum quindecim millibus equitum & peditum virorum pugnatorum, absque sexu fœ- mineo innumerabili, & ad ciuitatem, nomine *Vallona*, ſecellit. Vbi in arido reſtitutus, ad ciuitatem *Salonicam*, ſitam in regione Macedoniæ & terra Bulgarorum, descendit, pacificè hospitio ſusceptus ab incolis, in omni iustitia & benignitate, furto,

furto, rapina, præda & iniusta contentione sùb iudicio mortis interdicta, ne Imperatoris Constantinopolitani terram aliqua iniuria exercitus, sicut paulò ante *Longobardi*, suscitarent. Deinde post plurimum itineris & diuersa hospitia **xxvi.** idem egregius Comes cum omni manu & apparatu suo *Constantinopolin* profectus, ab Imperatore benignè & honorificè susceptus, in litore mari S. Georgii tentoria sua ponere ad hospitandum extra muros ciuitatis iussus est. Post tres deinde dies ex præcepto Imperatoris Comes & totus exercitus Brachium maris traecit, & ad columnam marmoream, quæ in summitate arietem obtinet seauratum, non longè à Brachio mari tentoriis fixis, per quatuordecim dies, qui sunt circa natum B. Iohannis Baptistæ, illic moram fecit; & per singulos dies Imperatori nauigio præsentatus, non paucis munieribus ab eo honoratus & commendatus redibat: Peregrinis vero & humili populo cuiusdam generis monetam, quam vocant *Tartaros*, ad sustentationem vitæ sèpius idem Imperator mittebat. Denique **xxvii.** post B. Iohannis nativitatem *Ciuitos* profecti sunt. Vbi non diu moram facientes, relicto itinere, quod ducis Godefridi & Boemundi prior incessit exercitus, saltus densissimos itinere duorum dierum perambulantes, *Ancras* peruererunt: ad eandem videlicet, quam comes Reymundus & manus Longobardorum recenter expugnauerant, Turcis in ea reportis decollatis, volentes exerciti Longobardorum, modico intervallo præmisso, admixtis armis & copiis sociari. Per diem **xxviii.** autem unum illic in prædictæ ciuitatis loco moram facientes, & nequaquam Longobardorum societatem assequi valentes: qui per Flaganiam iter continua- bant: à sinistris illos relinquentes, à dextris viam arripiunt, quæ dicit ad ciuitatem *Stanconam*, in ea aliquandiu moram habituri, & de euentu Longobardorum auditui anquid. Ad hæc, cùm nondum ciuitati appropinquassent, *Solyma-* **xxix.** *mus* & *Donimanus* cum copiis & armis Turcorum, à recenti cæde Longobardorum vix diebus octo præcessis, reuersi, & Comitis de *Nauers* subsecutione eomperita, festinato per notas semitas collum & vallium accelerantes illic occurserunt; ac sagittis crudeliter assilientes, per triduum exercitum, ante & retrò positis insidiis, bello grauissimo & acerbis plagiis fatigabant. Sed nondum in his locis obtinueré victoriam: licet plurimæ copiæ Peregrinorum incaute & lento gressu præ lasitudine subsequentes, creberrimo assalto ceciderunt; & quidam *Henricus*, genere Longobardus, Comes sua in terra magnificus, inter socios sagitta transtixus obierit. Nam Christiani milites viriliter adhuc resistentes Turcis, plurimos **xxx.** perimebant, alios in fugam sèpius remittebant: & facile quidem remittere poterant, cùm nondum illis aquæ penuria fuisset, nec equorum virtus defecisset. Sic tandem Christiani milites in itinere à plurima Turcorum infestatione defensi, *Stanconam* peruererunt: Vbi Turcorum custodiam & vires in præsidio reperientes, incenia fortiter assiliunt, & dum hostes ab intus pro anima eis resistunt, utrinque plurimi occisi sunt. Nihil autem in hac præsidii oppugnatione proficientes, castra hinc amouentes, ad ciuitatem *Reclæ* applicuerunt. Vbi triduo siti adeò intolerabili oppressus elanguit exercitus, ut supra trecentos extinti morte grauissima illic periclicantur; cæteri vero viuentes viribus exhausti, & necessariorum defectione infirmati, parum ad resistendum valerent. Hac sitis intolerantia anxiati, quidam ex sociis super cacumen præcessæ rupis gradientes constiterunt, si forte alicubi aquam specularentur. Sed tantum ab hac ciuitatem vacuam habitatoribus & dirutam prospexerunt, aquam in ea esse existimantes; quæ minimè reperta est: nam cisternæ & putei ipsius à Turcis recenter subuersi erant & obruti. *Turci* autem **xxx.** post paululum temporis comperientes exercitum iam sitiis graui passione defecit, & parum posse resistere, exemplò eos insecuri, sagittis aggressi sunt per diem integrum prælium graue hinc & hiuc commitentes; & utrinque in gladio, arcu & lancea corruentes, totam latissimam vallem sanguine suo repleuerunt: ac densis corporibus occisorum, virorum ac mulierum, terza regionis huius occupata est. Tandem hoc ingruente saeuissimo bello, & Christianorum virtute siti debilitata, & ideo minus valente & teniente, Turcorum ferocitas exaltata coepit inualescere, & Christianos victos atrociter in fugam cogere. Comitem quidē iam viatum, ac de bello fugientem, usque ad ciuitatem *Germanicoplam* insecuri sunt. *Robericus* vero, frater eiusdem Comitis, & *Wilhelmus* de ciuitate Nonanta, qui signifer erat exercitus, & primus terga vertit, vna cum omnibus equitibus à Tur-

- xxi.** Terra autem & montana, ut aiunt pro vero, qui hæc oculis viderunt, & vix illic iudicium mortis euaserunt, Byzantiis, auro incommutabili, argento inestimabili & denariorum dispersione sic operta erant in contritione & fuga tam magni exercitus, ut amplius tribus milliaribus super aurum, gemmas, vas aargentea & aurea, ostra mirifica & preeiosa, vestesque subtiles ac sericas, incedere fugientes & persequentes viderentur. Sanguine verò occisorum tota via defluebat. Nec mirum: quoniam supra centum & sexaginta millia illic in gladio & sagitta ferociū Turcorum ceciderunt: facile ab hostibus superati ac detruncati præ fame diuturna, qua nimium affliti, & viribus exhausti, nulla virtute resistere potuerunt. Tanta enim illis famæ in desertis *Flagania* inceubuit, ut corium bouis viginti solidis e-¹⁰ meretur; paniculus, qui palmo concludi poterat, tribus solidis Lucensis monetæ venderetur; cadauer equi, muli, asini, sex marcis appreziaretur. In hac fuga se- uissima duo probi equites de populo Stephani Bleſentis, dum viam maturarent à facie Turcorum insequentium, quidam ceruus ex aduerso, de montanis clamore & tumultu Turcorum & Christianorum attonitus, eis occurrit, impedimentum illis viæ factus: trans quem ambo casu corruentes, in momento ab hostibus de-
xxii. collati sunt. Igitur exercitus sic attritus & profugus equo vel mulo euadere festinans, ad ciuitatem *Synoplum*, quam milites Imperatoris tuebantur, sparsim fu- giendo peruenit; & sic temper fugiens, usque ad regiam urbem *Constantinopolin* partim reuersus est. *Stephanus* autem Dux Burgundiæ, *Stephanus* Bleſentis, *Conradus* stabularius Imperatoris Romanorum, *Episcopus Mediolanensis*, *Episcopus Lauduni*, *E-¹⁰ piscopus de Sueſomes*, *Wido*, *Hugo*, *Bardolfus* & cæteri comprimores, & vniuersi, qui grauissima Turcorum arma poterant effugere, *Constantinopolin*, per mon- tana & inuia fugientes, regressi sunt. Comes verò *Reymundus* per abrupta mon- tium & ita conuallium *Synoplum* cum *Turcopolis* Imperatoris Græciæ, omni- bus sociis & Principibus prætermisssis, ingrediens pernoctauit, & die crastina na-
xxiii. uem ascendens, per mare *Constantinopolin* adiectus est. Interea tantillum exercitus, quod remanserat, dispersæ videlicet Christianorum reliquæ, dum ve- stigia comitis *Reymundi* & cæterorum eadem via tenerent, & ad quadringentos à diuersa fuga in unum colligerentur, *Solymanus*, *Donimanus*, *Balas* de Sororgia non-³⁰ dum cæde satiati, à tertia feria usque in quartam eos persequuntur, eodem trami- te, quo tendebant post Principes fugitivos ad *Synoplum*, ut eos detruncarent & captiuarent. Sed nimium prolongatos ultrà persequi non audentes propter vires & ciuitatem Imperatoris, reuersi sunt. Reuertentes verò, de dispeſis & retarda- tis, qui eis obuiam fuerte, eadem die mille amputatis collis sparsim peremerunt. Vbi impiis tyrannis vir nobilis *Eraldus* obuiam factus, sagitta illorum occubuit, ortus de ciuitate Cadelim. *Engelradus* pariter de eadem patria, *Dudo* miles egre- gius, *Arnoldus*, filius villici, *Walterus* de Castelens, & plurimi potentissimi milites, quibus equorum cursus minimè prodeſſe poterat, eisdem carnificibus obuiam fa-
xxiv. xi, sagittis occisi sunt. Comes verò de *S. Aegidio* & cæteri comprimores Con-⁴⁰ stantinopolin ingressi, à Domino Imperatore benignè suscepiti sunt. Sed aduersus *Reymundum* cœpit aliquantulum indignari, eo quod à cæteris sociis, *Stephano* & *Conrado*, fugiendo subtractus sit & alienatus. Qui occasione assumta, respondit hæc ideo ſe feciffe, quoniam timuiffet, ne in eum insurgerent, eo quod primus fugam cum *Turcopolis* à castris inierit; & quia eum in dolo, & ex consilio Imperatoris, fugisse existimassenſt. Dehinc in breui Imperatoris indignatione cessante, miseritus est vniuersorum, & cunctis opibus spoliatos & vacuos magnificis donis in auro, argento, armis, equis, mulis & vestibus reueauit; & toto autumni & hy- mens tempore vniuersos secum habitare & refocillare concessit in omni affluentia & largitate rerum necessariarum. His itaque moram illic facientibus, *Episcopus* ⁵⁰ *Mediolanensis* vita diſcessit, cui Episcopi & vniuersi fideles Catholicas exequias ex-
xxv. hibuerunt. Eodē quoq; tempore, & anno primo regni Baldewini Regis, Co- mts & Princeps potentissimus de ciuitate *Ninive*, quod vulgo dicitur *Nauers*, *Wil- lehelmus* nomine, de terra & regno occidentalis Franciæ egrediens, & iter per Ita- liam faciens, ad portum, qui vocatur *Brandiz*, nauigio alto mari inuestitus est cum quindecim millibus equitum & peditum virorum pugnatorum, absque sexu fo- mineo innumerabili, & ad ciuitatem, nomine *Vallona*, ſecessit. Vbi in arido reſti- tutus, ad ciuitatem *Salonicam*, ſitam in regione Macedonia & terra Bulgarorum, descendit, pacificè hospitio ſusceptus ab incolis, in omni iustitia & benignitate, furto,

furto, rapina, præda & iniusta contentione sùb iudicio mortis interdicta, ne Imperatoris Constantinopolitani terram aliqua iniuria exercitus, sicut paulò ante *Longobardi*, suscitarent. Deinde post plurimum itineris & diversa hospitia **xxv.** idem egregius Comes cum omni manu & apparatu suo *Constantinopolis* profectus, ab Imperatore benignè & honorificè suscepitus, in litore mari S. Georgii tentoria sua ponere ad hospitandum extra muros ciuitatis iussus est. Post tres deinde dies ex præcepto Imperatoris Comes & totus exercitus Brachium maris traecit, & ad columnam marmoream, quæ in summitate arietem obtinet *Leauratum*, non longè à Brachio mari tentoriis fixis, per quatuordecim dies, qui sunt circa natum **20** lem B. Iohannis Baptistæ, illic moram fecit; & per singulos dies Imperatori nauigio præsentatus, non paucis munetibus ab eo honoratus & commendatus redibat: Peregrinis vero & humili populo cuiusdam generis monetam, quam vocant *Tartaros*, ad sustentationem vitæ sèpius idem Imperator mittebat. Denique **xxvi.** post B. Iohannis nativitatem *Civitas* profecti sunt. Vbi non diu moram facientes, relicto itinere, quod ducis Godefridi & Boemundi prior incessit exercitus, saltus densissimi posse in duorum dierum perambulantes, *Ancras* peruererunt: ad eandem videlicet, quam comes Reymundus & manus Longobardorum recenter expugnauerant, Turcis in ea repertis decollatis, volentes exercitu Longobardorum, modicò intervallo præmisso, admixtis armis & copiis sociari. Per diem **30** autem unum illic in prædictæ ciuitatis loco moram facientes, & nequaquam Longobardorum societatem assequi valentes: qui per Flagiam iter continua- bant: à sinistris illos relinquentes, à dextris viam atripiunt, quæ dicit ad ciuitatem *Stanconam*, in ea aliquandiu moram habituri, & de euentu Longobardorum auditum anquid. Ad hæc, cùm nondum ciuitati appropinquassent, *Solymanus* & *Donimanus* cum copiis & armis Turcorum, à recenti cæde Longobardorum vix diebus octo præcessis, reuersi, & Comitis de *Nauers* subsecutione eomperita, festinato per notas semitas collum & vallium accelerantes illic occurserunt; ac sagittis crudeliter assilientes, per triduum exercitum, ante & retrò positis insidiis, bello grauissimo & acerbis plagiis fatigabant. Sed nondum in his locis obti- **40** nuere victoriam: licet plurimæ copiæ Peregrinorum incutè & lento gressu præ latitudine subsequentes, creberrimo assalto ceciderunt; & quidam *Henricus*, genere Longobardus, Comes sua in terra magnificus, inter socios sagitta transtixus obierit. Nam Christiani milites viriliter adhuc resistentes Turcis, plurimos **xxvii.** perimebant, alios in fugam sèpius remittebant: & facile quidem remittere poterant, cùm nondum illis aquæ penuria fuisset, nec equorum virtus defecisset. Sic tandem Christiani milites in itinere à plurima Turcorum infestatione defensi, *Stanconam* peruererunt: Vbi Turcorum custodiam & vires in præsidio reperientes, moenia fortiter assiliunt, & dum hostes ab intus pro anima eis resistunt, utrinque plurimi occisi sunt. Nihil autem in hac præsidii oppugnatione proficientes, castra **50** hinc amouentes, ad ciuitatem *Reclai* applicuerunt. Vbi triduo siti adeò intolerabili oppressus elanguit exercitus, ut supra trecentos extinti morte grauissima illic periclicantur; cæteri vero viuentes viribus exhausti, & necessariorum defectio- infirmati, parum ad resistendum valerent. Hac sitis intolerantia anxiati, quidam ex sociis super cacumen præcessæ rupis gradientes constiterunt, si forte alicubi a- quam specularentur. Sed tantum ab hac ciuitatem vacuam habitatoribus & diru- tam prospexerunt, aquam in ea esse existimantes; quæ minimè reperra est: nam cisternæ & putei ipsius à Turcis recenter subuersi erant & obruti. *Turci* autem **xxx.** post paululum temporis comperientes exercitum iam siti graui passione defo- ñum, & parum posse resistere, exemplò eos insecuri, sagittis aggressi sunt per diem integrum prælium graue hinc & hiuc committentes; & utrinque in gladio, arcu & lancea corruentes, totam latissimam vallem sanguine suo repleuerunt: ac densis corporibus occisorum, virorum ac mulierum, terza regionis huius occu- pata est. Tandem hoc ingruente saeuissimo bello, & Christianorum virtute siti de- bilitata, & ideo minus valente & tenuiente, Turcorum ferocitas exaltata coepit inualescere, & Christianos victos atrociter in fugam cogere. Comitem quidē iam vixum, ac de bello fugientem, usque ad ciuitatem *Germanicoplam* insecuri sunt. *Ro- bersus* vero, frater eiusdem Comitis, & *Wilhelmus* de ciuitate Nonanta, qui si- gnifer erat exercitus, & primus terga vertit, vna cum omnibus equitibus à Tur-

corum armis clapsus, ad prædictam ciuitatem Germanicoplam fugam facientes peruererunt, miseros pedites inter manus ferocium hostium relinquentes.

xxxii. Turci autem fugam gentis Christianæ & suorum Principum videntes, crudeli cæde furescunt in populo & toto Christianorum comitatu, quorum solummodo septingenti per abrupta montium, & syluarum densitatem fugientes, vita referuati sunt. Post hanc Turcorum victoriam, & Christianorum stragem luctuosam, vxores militum *CHRISTI* ad mille captiuatae, & ab horridis hostibus abductæ sunt in terram ignotam & alienam. Equi verò & muli, argentum & aurum, vestes cuiuscum generis preciosissimæ, direptæ & asportatae, terram & regnum Corrozan diuitiis nimiis & spoliis auxerunt & impleuerunt. Acta sunt crudelissima hæc bella, & saeuissimæ strages Christianorum in mense Augusto, quando calore

xxxiii. Solis & sitiis intolerantia æstas grauior fieri solet. Comes igitur *de Nevers*, qui vix periculum mortis euaserat, adhuc aliquid de opibus & stipendiis suis, à manibus Turcorum fugiendo, retinuerat, & vix ad ciuitatem *Germanicoplam* declinaverat. Is duodecim Turcopolos, milites Imperatoris Græciæ, inibi ad tuenda mœnia constitutos, multa prece & plurima mercede collata, ductores viæ acquisiuit eius, quæ ducit ad castellum *S. Andree* ex hac parte ciuitatis Antiochiae: videlicet ut sic per Antiochiam transiens, iter suum continuaret Ierusalem. Verum Turcopoli, viri perfidi, minimè illi fidem seruauerunt; sed avaritia excæcati, Comitem & socios eius rebus expoliauerunt, nudos & pedites eos relinquentes in loco deserto & inuio, & acceptis spoliis Germanicoplam per notas semitas repandentes. Comes verò tristis & dolens, & præcipue Christiani exercitus contritio-ne anxius, viam, sicut deuouerat, sub paupere & vili tegmine, patienter omnia aduersa accipiens, perfecit; & in diuersis angustiis tandem Antiochiam peruenit.

xxxiv. *Tankradus* autem post captiuitatem Boemundi Princeps Antiochiae factus, eundem Comitem, virum nobilissimum, sic ab impiis Turcis attritum, & rebus destitutum ingemiscens, optimis & honorificis renouauit vestibus, & magnificis eum in equis & mulis dedit muneribus, per aliquot dies secum retinens, dum membra, siti, ieiunio, vigiliis, lassitudine viarum, squalida & exhausta, bonistera in vino, oleo & carnium dulcedine abundanter refoueret; & post hæc alleuita molesta & amaritudine animæ & corporis, viam in Ierusalem, sicut deuouerat, expectatis ibidem & relictis aliquibus de dispersis sodalibus, tempore Veris insisteret.

Modico dehinc interuallo, dierum scilicet octo, post hanc recentem stragem, *Willelmus* Comes & Princeps Pietauiensium, de sanguine Henrici III. Imperatoris Romani pacificè transitore regno Vngarorum, cum Duce Bawariorum *Welfone*, & cum Comitissa nobili, nomine *Ida*, de Marchia Oisterrich, in ingenti manu equitum & peditum & foeminei sexus supra centum & sexaginta millia, in apparatu copioso terram Bulgarorum est ingressus. Vbi, sicut facile sit ab indomito & incorrigibili populo, discordia exorta, & Duce Bulgarorum, *Gnzb* nomine, variis iniuriis molestato, ad urbem *Adrianopolin*, inexpugnatus in virtute suo-rum, descendit. Sed eis pons, qui ducit in ciuitatem, à Duce præoccupatus & in-

xxxv. terdictus est. Quapropter hinc Pincenariis, & cæteris militibus Gomanitis de regno Imperatoris, grauiter pontem in arcu & sagitta prohibentibus, Christianis verò pontem transire non minus contendentibus, adeò crudele utrinque commissum est præliū, vt *Rudolfus*, vir magnæ nobilitatis, de Scengonge ortus, cognatus ipsius Willelmi Principis, illic sagitta percussus, interiret; *Herrwigus* de Sancto Medardo captus teneretur, & plurimi, quos singulatim lögum esset narrare. Illic siquidem in eodem prælio, dum hinc & hinc varia & ingenti contritione diuersus fieret eventus, contigit ipsum Ducem Bulgarorum in manus Willelmi & suorum incidere & teneri captiuum: donec ipsa die hinc & hinc habitissimis confliuis, in concordiam vniuersi redierunt; captiuis quoque restitutis, Pincen-

xxxvi. rii & Comanitæ sedati sunt. Post hæc concordia, placato duce & suis, in tantum processit, vt non solum dux Christianis Percgrinis per pontem pacificè transiit concederet, licentiam emendi necessaria non negaret; sed etiam conductum omnibus usque ad Constantinopolin attribueret, sine dolo & aliquo impedimento. In hac ciuitate idem Princeps *Willelmus*, *Welfo* Dux, & *Ida* Comitissa quinque hebdomadarum curriculo commorantes, Domino *Alexio* Imperatori innotuerunt cum omni voto, quod deuouerant in Ierusalem; & ideo circu fidei sacramento sibi astricti, plurima necessariarum rerum dona, & licen-tiam e-

tiam emendi necessaria, suscipere meruerunt. Post hæc messis tempore im- xxxvii
minente, *Brachium maris S. Georgii* ex iuessione & suasione Imperatoris nauigio supe-
rantes, in terram ciuitatis *Nicomedia* descenderunt; & iter suum continuantes per
amœna loca, quibus hæc abundat regio, tentoria locauerunt; duobus ibi diebus
moram facientes. Inde vero profecti, *Stanconiam* secesserunt, vbi ex longo itinere
necessariis vitæ consumtis, gravi inedia, tamen siti intolerabili affecti, tam homi-
nes quam iumenta infirmati sunt. Nec mirum: Nam vniuersas segetes, à facie
huius multitudinis, Turci, via anticipata, combusserant; puteos, cisternas, fon-
tes obstruxerant, ut sic ultima necessitate famis & sitis attenuati, facili bello supe-
rarentur. Videntes itaque *Wilhelmi*, & *Welfi*, & sui consodales has Tur-
corum nequitias & dolos, urbes, quæ de eorum erant potestate, scilicet *Phinimi* xxxviii,
num & *Salamiam*, assilentes plurimo conatu stragis diruerunt; sed & omnia loca
circumquaque illis subdita vastare minimè pepercerunt. Abhinc ciuitatem *Recle*,
vbi fluvius torrens, diu & longo desiderio optatus, cunctis sufficeret, descendere-
runt. Sed *Solymanus*, *Denimarus*, *Carati*, *Agnich*, principes Turcorum, cum infini-
tis copiis & armis in occursum ex improviso Peregrinis his incautis affuerunt al-
tero ex littore, homines, equos & omnia iumenta ad aquari in arcu & sagittarum
grandiue prohibentes: dum à longè fatigati, & sic exhausti Christiani ultrà vim
lusserte non potuerunt. Vnde vnamiter post plerimam & diutinam saevissimam-
que contentionem, quæ ex littore vtroque palustri & profundo fiebat, vniuersi
Christiani fugam arripientes, strage inaudita ab impiis persecutoribus attriti sunt;
Quidam autem æstimantes tam crudelè martyrium euadere, diuisi à multitudine
quoddam in pratum concedentes, sceno latere & abscondi quærebant: sed ne-
quaquam vitæ reseruati, ad trecentos ibidem sagitis confixi interierunt. E- xxxix
piscopus vero de *Arvernis*; & vniuersi comitatus illius, videntes C H R I S T I ex-
ercitum sic fuga dilapsum & ab impiis carnificibus attritum; ad radices montis
vbi fluvius *Recle* oritur, & ipsi fugam iniérunt, equos & omnia relinquentes; & ta-
men pauci euadentes. Similiter etiam Dux *Welfi*, lorica & omnibus exutus, &
per montana fugiens, vix ab hostili manu ereptus est. Plurimæ autem millia Ale-
30 matiorum, Francorum, Wasconum, qui procul erant à montanis, illic extincta
fuisse referuntur. Comitissa vero idem vtrum capta & abducta; aut pedibus tot mil-
lium equorum membratim discerpta fuerit, usque in hodiernum diem ignoratur:
nisi quod aiunt, eam inter tot millia matronarum in terram Corrozam æterno exi-
lio deportatam. Comes autem cum solo armigero per montana & ignotas XL
vias arma inimicorum fugientes, ad urbem, nomine *Longinach*, iuxta *Tursole*, quam
Bernardus cognomine Extraneus regebat, tandem peruenit; benigne ab eo sus-
ceptus, omnibus sibi vitæ necessariis administratis. Paucis deinde transactis die-
bus, audieas *Tankradus*, Antiochiæ Princeps, tam egregium Principem illic spo-
liis & omnibus rebus amissis, pauperem vitâ ducere, & nimis humillatum, misera-
40 tus est cōchristiani fratribus & Principis: & iccirco accepto cōsilio, militibus ab An-
tiochia in occursum eius missis, honotifice eū suscepit; & preciosis vestibus per ali-
quot dies secum commorantem, & bonis terræ coniuuantem, renouavit. Post cō- XLII
tritionem *Longobardorum* & *Wilhelmi* Principis de Nauers, *Wilhelmi* quoq; Comi-
tis Pictauiensis, *Welfonis* Dux Bawariotum, quicunq; dispersi fuerant; aut Con-
stantinopolis seu alibi hyemauerant; è cunctis locis singillatim quique Principes
Christiani, relictis suis reliquiis, Antiochiam mense Martio inchoante conue-
nerunt: *Albertus* scilicet de Blandraz, *Conradus* Stabularius, *Stephanus* Blesensis; XLIII
item *Stephanus* Dux Burgundie, *Reymundus* Comes, *Wilhelmus* Pictauiensis Co-
mes, *Welfo* Dux Bawariorum; Episcopi, *Engelradus* de Lauduno, *Maness* de Bar-
50 cinona, aliique Episcopi Italie, nauigio ad portum Simeonis eremita pariter con-
uenientes, Antiochiæ aliquanto tempore temorati sunt. *Bernardus* autem XLIV
traneus, eo tempore Comitem Reymundum apud eundem portum captivum te-
nuit, eò quod imputabatur ei necis traditio Longobardorum & ceterorum, qui
in eadem fuerant expeditione: quem *Tankradus* Antiochiæ sibi traditum repo-
suit in custodia. Principes igitur Christianorum, qui conuenerant, post dies
paucos recordati confratris & Principis Christiani; eumque sic indiscutiblemente
Tankrado in vinculis teneti, obnoxie precati sunt, ut in nomine C H R I S T I tam
magnificum Principem solueret, ac suis restitueret. Tankradus vero satisfaciens
precibus confratrum Peregrinorum, haec apposita conditione, à carcere eductum

restituit: ne quicquam terræ hac ex parte ciuitatis *Atra* inuaderet; & id sacramen-
to obligatus, obseruaret. Post hæc recepto eodem principe Reymundo, vñani-
miter salutato Tankrado, ab Antiochia regressi sunt vsque ad ciuitatem *Tortosam*.
Quam obdidentes & expugnantes, subdiderunt: in qua ipse *Reymundus* ex commu-
ni consilio ad tuenda ipsius mœnia remansit, eò quod vir cautus & doctus ad resi-
stendum hostibus videretur. Cæteri viam Ierusalem continuare decreuerunt.

XLIII. *Welfo* autem Dux obsidionem hanc deuitans, *Ierusalem* ad adorandum descé-
dit vñà cum *Reinoldo* Duce Burgundiæ, fratre Stephani, vice ipsius Burgundiam
regentis, qui ante expeditionem Longobardorum Ierusalem tendens, Antiochiae
vsque nunc hyemauerat. Sed infirmitate correptus, in via mortuus est idem Rei-
noldus, & sepultus. *Welfo* igitur Ierusalem perueniens, adorato Ie s v Domino
& eius Sepulcro, post aliquot dies nauigio vsque ad insulam *Cyprum* reuersus est:

XLIV. ubi & ipse infirmitate detentus, mortuus & sepultus est. Cæteri autem Prin-
cipes præfati, post captionem ciuitatis Tortosæ, recto itinere vsque ad ciuitatem
Sarriæ cum decem milibus profecti sunt: Vbi Regem *Baldewinus*, ex præmissa le-
gatione admonitum, in occiduum sibi in ingenti manu repererunt: quia transire
regiones & ciuitates Gentilium absque tam nominati & potentis noui Regis con-
ductu dubitabant. Deinde habita per noctis spacium cum eo requie, crastino ad-
mixtis copiis profecti sunt; & per quindecim dies ante sanctum Pascha *Toppen* ve-
nientes, per dies octo, & ipsa solenni die Palmarum, illic morati sunt. Postea autem
die Palmarum à loppe egressi, *Hierosolymam* ascenderunt: In qua septem dies con-
morantes, & Sabbato Sancti Paschæ ignem de cœlo operientes, sanctam ciuita-
tem in orationibus & eleemosynis perlustrauerunt. *Conradus* quoque Stabularius,
& *Engelradus*, Episcopus Lauduni, paululum retardati, subsecuti sunt confratres

XLV. vsque *Laphet*; qui & ipsi in Pascha Domini cæteris adiuncti sunt. Convenien-
tes igitur de omnibus locis in Ierusalem hac secunda hebdomada Paschali, & glo-
riosè ac iucundè sanctam solennitatem cum Rege peragentes, in alâ & pericula
Peregrinorum rememorantes, consilium Regi *Baldewinus* dederunt: quatenus in
humilitate ampliore, qua posset, & precibus mansuetis Imperatorem Constanti-
nopolitanum compellaret super miseriis Christianorum: videlicet ut à perditio-
ne & traditione Christianorum cessaret, & Ecclesia Hierosolymitanæ subueni-
ret, Turcos & Sarracenos non audiret; sed pleniter ac fideliter omnem mutua-
rem necessariorum à præsidiis & locis regni sui fieri vsque in Ierusalem non nega-

XLVI. ret. Fuit enim fama in populo Catholico, quod ipsius Imperatorū occultis &
perfidis confiliis, à comite *Reymundo*, & militibus Turcopolis, deductus sit exerci-
tus Longobardorum per detra & inuia & solitudines *Flagania*, ut illic à Turcis fa-
cile præ fame & siti exhaustus, superatus occideretur. Vtum ut à veridicis &
nobilibus viris relatum est, nequaquam hoc nefando scelerre culpandus erat. Nam
sepius exercitum præmonuit, & edocuit solitudines & defectiones & Turcorum
insidias in inuiis *Flaganiæ*, & ideo eos non securè & tutos per hanè viam posse in-
cedere.

XLVII. Acquieuit benigne Rex *Baldewinus* consiliis vniuersorum; ac leones
duos domitos, & sibi gratissimos, Imperatori pro munere misit per *Gerhardum* Ar-
chiepiscopum, & *Episcopam de Barcinona*, ad confirmandum fœdus & amicitiam.
Imperator vniuersam petitionem Regis eum muneribus sibi præsentatis in bono
acepit; & de omni suspicione necis Longobardorum, quam aduersus eum Chri-
stiani habebant, iuslrandum in Dei nomine faciens, se excusauit: promittens
se deinceps omnibus misericordiam fieri, Regem Baldewinum se velle honorare
& amare. In eadem legatione ab Imperatore decretum est, ut Episcopus de Bati-
nona eum apud Romanum Pontificem *Paschalem* de traditione, sibi imposita, ex-
cusaret.

XLVIII. *Engelradus* autem miles quidam in Ierusalem repedans, muneribus
magnis ab Imperatore honoratus, bona nuncia reportauit: & amicitiam & fidem
Regi Baldewino Imperatorem velle obseruare, & Peregrinos non ultra offendere. Sed *Episcopus* aliquantulum renitus est Imperatori, pròpter infidelitatem erga
Gallos, quam ab eo extorsit. Quapropter in amaritudine animi Romam ten-
dens, ipsum Imperatorem criminatus est in Ecclesia *Beneventana*: & ideo assumptis
litteris ipsius Apostolici, querimonia gravis apud omnes Principes Galliæ super
ipso Imperatore facta est.

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS
HIEROSOLYMITANÆ LIBER NONVS.

Argumenta Capituli.

- I. Quod quidam de Christianis Principibus ad propria repedauerint, quibusdam cum Rege in Ierusalem remanentibus.
- II. De incenso à Babylonius templo S. Georgii, & de fuga Roberti, Episcopi urbis Rames.
- III. Rex Baldwinus contra Babylonios militiam congregat.
- IV. Rex Baldwinus contra Babylonios congregatur, quibusdam ex suis optimatibus in bello occubentibus.
- V. De obsidione urbis Rames, & defuga vel salutazione Regis Baldwini.
- VI. Vbi Saraceni expugnata turri urbis Rames, quo/dam Christianorum Principum interficiunt, Conradum stabularium captiuantes.
- VII. Quomodo ciues Ierusalem propter fugam Baldwini Regis conterrati, consolationem receperint.
- VIII. Vbi Conrado stabulario carcerato, Babylonii Iaphet ciuitatem & Baldwini Regis uxorem obsidione terruerunt.
- IX. Baldwinus Rex nauigio applicans Iaphet, cum gaudio suscipitur a ciibis.
- X. Saraceni Baldwinum Regem regfsum paululum declinantes, ad obsidionem Iaphet denuo reuertuntur.
- XI. De classe Christianorum.
- XII. Qualiter Baldwinus Rex cum Saracenis dimicans, tria millia ex eis prostrauit.
- XIII. Quomodo Baldwinus cum triumpho Ierusalem redierit, & post primam suorum interfectionem auxilia Christianorum Principum per legatos impetraverit.
- XIV. Quod Baldwinus Rex aduentibus Principibus necessaria subministrans, eis pro Dagoberto Patriarcha intercedentibus annuerit.
- XV. Qualiter Baldwinus Rex cum Principibus ab eo suscepit Ascalonem obsidens, Ammiraldus Babyloniorum bello extinxerit.
- XVI. De inuestura Dagoberti Patriarchae, & de concilio super ipso Hierosolymis habito.
- XVII. De depositione Patriarcha prefati, & de ordinatione Euermeri, in locum eius surrogati.
- XVIII. Qualiter Principibus cum centum & quadraginta millibus Christianorum in sua de Ierusalem renauigantibus, trecenta ex ipsis natus partim ab hostibus, partim fluctibus interierunt.
- XIX. Qualiter tertio regni sui anno Baldwinus Rex urbem Accaron obsederis, sed minime deuicerit.
- XX. Quod Reinoldo, sagittario Regis, in bello pereunte, ipse Rex ab obsidione urbis Accaron recesserit.
- XXI. Baldwinus Rex venationi aliquantulum vacans cum decem sociis Saracenos sexaginta aggreditur.
- XXII. Baldwinus Rex à quodam Saraceno latenter interfracta vulneratur, & Ierusalem reportatus, curatur.
- XXIII. Qualiter à Babloni obessa urbe Iaphet, & quod Christiani nauigio appulsi contra Saracenos praliati sunt.
- XXIV. De altera nave Christianorum, qua naufragium faciens, penitus ab hostibus consumta sit.
- XXV. Quomodo Saraceni, aduentibus Baldwino, obsidionem urbis Iaphet dimiserint, & utrinque agros suos excoluerint.
- XXVI. Quod ciuitas Gibelot, à Pisaniis expugnata, Reymundo Comiti subingata sit.
- XXVII. Pisani Regis precibus evocati, cum eo urbem Accaron obsidione vexant.
- XXVIII. Ammiraldus urbis Accaron consulens ciibus suis, Baldwino Regi urbem tradere decreuit: Rex & Patriarcha de obcessis, & dextris petentibus, consultant.
- XXIX. Qualiter Pisani Saracenos urbe egredientes iniuste occiderint.
- XXX. De quingentis Arabibus, qui Iapponi bello aggressi, Othonem ingulauerunt.
- XXXI. De sexaginta Arabibus, urbem Cesaream depradantibus, quos Baldwinus Rex superauit.
- XXXII. Quod Reymundus contra Tripolim nonum praesidium extruxerit, in quo mortui sepeliret.
- XXXIII. Vbi Alexius Imperator pro redemtione Boemundi copiosam promisit pecuniam.
- XXXIV. Solymantis propter pecuniam ab Imperatore promissam, Donimanum bellus fatigat.
- XXXV. Vbi Boemundus de omnibus his consilium dedit.
- XXXVI. Donimanus accepto consilio amicorum, Boemundum sub pecunia prisina

restituit libertati.

X X X V I I . Solymanus propter redemtionem Boemundi inimicas Domini litteras mittit.

X X X V I I I . Vbi Boemundo Antiochiam reuerso, Turci Rohas urbem obsidere conantur.

X X X I X . Baldewinus Comes, Boemundus & Tankradus peccata sua confitentes, exercitus congregant, & contra Turcos axies ordinant.

X L . De decollatione octodecim Clericorum & de captivitate Baldewini Comitis, Principis Rohas.

X L I . Boemundus & Tankradus, captiuato Baldewino, fugiunt, & Tankradus in locum Baldewini preficitur.

X L I I . Turci Rohas urbem obsidione cingunt, quibus Tankradus pro viribus reficit.

X L I I I . Tankradus litteras Boemundo mittit pro redemtione Rohas, ad quem ille cum trecentis properat.

X L I V . Tankradus nondum veniente Boemundo, ante solis oreum castra Turcorum

A Q V E N S I S

tum omnibus suis in fugam vertit.

X L V . Vbi Boemundo Turcis fugientibus obuiam facta, nobilissima matrona a sociis Tankradis capta est.

X L V I . Qualiter Turcorum Principes & Rex Baldewinus pro matrona interpellauerint Boemundum & Tankradum, & quid responderint illi.

X L V I I . Quomodo Boemundo contra Regem Gracorum in Italiam profecto, Tankradus & Turcos bello denicerit.

X L V I I I . De preparatione belli inter Baldewimum Regem & Ammiraldum Babyloniorum.

X L I X . Quod aduocato Patriarcha Ierusalem, Rex Baldewinus in Domino confortatus de Babylonis triumphauerit.

L . De septem milibus gentilium casis, & de Willhelmo Comite.

L I . Quomodo Rex Baldewinus, deuictis & Babylonis, sata Ascalonia succenderit, bestiis syluarum clamore exercitus perterritis.

L II . De Arnolfo, nobilissimo iuene, in montibus interemto, cuius caput Ascalonita cum litteris Regi Baldewino remiserunt.

i. **P**OSTea conuentu Christianorum de die in diem comminuto, aliis redi tribus nauigio, aliis per diversas regiones in redditu suo dispersis, Conradus, stabularius Imperatoris Romanorum, Albertus de Blandraz, Stephanus Blesensis, Stephanus Princeps Burgundia, & Otto cognomine Altaaspata, Arpinus de Buduordis, Hugo de Falkenberg, Hugo de Lezenais, Baldewinus de Hestrut, Gurmanus de Brussela, Rudolfus de castello Alos, quod est in Flandria, Hugo de Botuns, Gerbedo de castello Wintine, Rotgerus de Roscit, & ceteri quam plurimi nobiles & egregii viri, qui ad sanctum Pascha celebrandum tunc de vniuersis locis conuenerant, & in omni deuotione, ac caritatis plenitudine, feliciter sanctum tempus celebrauerant, in ciuitate Ierusalem eum Rege temanserunt. Appropinquante dehinc festo sancta Pentecostes, & collectione Christianorum nimium attenuata, aliis nauigie, aliis per siccum regressis, exercitus Regis Babylonie innumerabilis, & nunquam antea copiosior factus, ab Ascalone, aii nauigio alii per aridam, in equis & copioso apparatu armorum descendentes, templum S. Georgii, distans milliari à ciuitate Rames, combusserunt eum vniuersis, quos in eo repererunt fugientes à facie eorum cum armenis & gregibus; quin etiam sata regionis depopulati sunt, nocturni laborem Peregrinorum, & spem totius anni. At Robertus, ciuitatis Episcopus, vir Christianissimus, videns tam copiosum exercitum tam repentinis flammis & prædis regioni incumbere, & post captam urbem Rames in ciuitatem Ierusalem velle descendere, ad expugnanda eius moenia, & oblidendum Regem cum populo Christiano: subito equum ascendens, & ab hostium in cursu elapsus, præcurrit Ierusalem, ut nunciaret Regi, quantus exercitus descendet à Babylonie; & quomodo omnia sata & vicina loca ciuitatis Rames iam flammis & præda consumisset. Rex itaque & vnuersa domus ducis Godfridi fratris ipsius, & ceteri nobiles, qui adhuc cum illo remanserant, audientes saepueruisse tot millia duariorum ad delendos catholicos populos, sine mora ad arma festinantes; & iam ad septingentos adunati & loricati, cum Rege versus hostiles impetus in fubis & cornibus & vexillis ostreis regia via ferebantur. Vix a montanis Ierusalem Rex & sui egressi sunt, & ecce in valle & amplissima planicie Rames iniuncta agmina Saracenorium, Arabumq; & Azopari appropinquabant cum infinitis milibus equitum & peditum, velentes in virtute hac Ierusalē recuperare, Regem.

Regem & fideles Christi expugnare. Rex igitur & omnis comitatus illius, ^{iv.} videntes, tam propinquas acies inimicorum astictis, omni timore mortis deposito, & animas suæ parcere non curantes, atrociter & unanimitate per medios hostes ad eorum millia irruunt, acies penetrantes in virtute militari, & nimiam cædem suis armis multiplicantes. Dum vero hi solùm septingenti, pauca quidem manus, sed milites egregii & fortissimi, sic cædendo, & hostium muros diruendo, penetrare conarentur, gens intolerabilis *Aegapæ*, quæ in mediis millibus Gentilium constituta erat, cum fustibus, in modum malleorum ferro & plumbo compotis, occurserunt Regi & suis; & non solum milites, sed etiam equos illorum in fronte & cæteris membris fortiter ferentes, graui iœtu eos à prælio absterrebant. Alii vero sagittis & fundibulis viros egregios coronantes, incessanter affligebant, tanquam grando indeficiens, quæ de cœlo jeadit: quo usque vim ultra suffræ non valentes, Rex & vniuersi in fugam conuersi sunt. *Rudolfus* de Alos, *Gerboldus* de Wintinc, *Gerhardus* de Auennis, *Gosfridus* brevis in statura, *Stabulo* Camerarius Ducis Godefridi, Comes *Hoff* de castello Rura, *Hugo* de Hamach de terra Pictaviensi, *Hugo* Botuns, *Gerhardus* Barson & cæteri omnes... ediis in hostibus interserunt. Ex his quinquaginta versus Rames fugientes, portæ urbis immisso sunt. *Lizthardus* vero Cameracensis, *Rotgerus* le Roseit *Philippus* de Bulon, *Baldwinus* de Heistrut, *Walterus* de Berga, *Hugo* de Burg, *Addo* de Kereli versus laphet fugani inierunt. Vbi decem millia illis occurserunt, qui Regi ad auxilium festinabant. Sed ab his auditio Regis infortunio, & suo interitu, ad eandem ciuitatem fuga reuersi sunt. His itaque ciuitati cum fugitiis militibus immisis, & portis clausis, ^{v.} *Sarraceni*, qui eos insequebantur, ad societatem reuersi sunt; & urbem Rames, undique positis castris, obsederunt. Rex autem vitæ diffusus, propter urbis infirmitatem, per quandam muri fracturam cum solo *Hugone* de Brulis in *Gezel* esidens, cum armigero suo versus montana Ierusalem diffugium fecit, & tota die ac nocte errans, frustra iter peregit, donec maxima pars Sarracenorum erranti, & Ierusalem tendenti, occurrit: à quibus illi fuga per montana interdicta, grauiter infectione illorum oppressus est, nescius quò vagari cœperit. Rex itaque intelligens, se per montana euadere non posse, iam crastino manu orto, & via aliquantulum recognita, versus *Assur*, ciuitatem Christianorum, secessit, huc sagittis insequenter trans loricam paulisper sauciatus: qui per diem & noctem in montanis & deuïis multum laborauit, donec tandem in campi planicie sine requie & cibo vel equi pabulo assitens, regionis & viarum cœpit reminisci. Mane autem sic facto, Assur intravit. Vbi *Rorgius*, qui ciuitatem Cayphas in beneficio accepérat, & obtinebat, in lætitia magna illum suscepit: existimabat enim cum cæteris corruisse. Sic Rex ab obsidione Rames, & manu Sarracenorum, elapsus, venit Assur. Cæteri vero, id est, *Conradus*, *Arpinus*, Stephanus Blesensis, Stephanus de Burgundia & alii milites egregii, turrim quandam ciuitatis eiusdem caula protectionis ingressi sunt. Altera autem die *Sarraceni*, nec non *Aegapæ*, ruptis muris ciuitatis in ^{vi.} virtute magna, ipsam turrim infringere & expugnare fortiter cœperunt ferreis vneis & ligonibus, donec tandem turri cauata, ignem & fumum in ea suscitauerunt, ut sic calore & fumo arctati & suffocati milites, aut perirent aut prodirent. Sed milites egregii, eligeates potius honesta defensione consumi, quam misera morte suffocari & extingui, tertia die inuocato nomine Iesu, confisi eius gratia egressi sunt, & plurimum cum Sarracenis facie ad faciem dimicantes, plurimo sanguine & strage illorum animas suas vlti suerunt. *Conradus* vero audacia & viribus incomparabilis, gladio præcipuas Sarracenorum itages exercuit, quoad omnes admirati, qui aderant, & exterriti, procul ab eo absentes, continuuerunt manus suas: rogantes eum, ut cessaret à cæde horribili; & eorum dextras subeiperet pro viuendi gratia; & sic in Regis Babyloniaz deditioñem redderetur, donec placata Regis ira tam famosus & mirabilis miles in oculis eius gratia inueniret, & post vincula præmia mereretur. Quod & actum est. *Arpinus* pariter captus & vitæ reseruatus est, eò quod miles Imperatoris Græcorum fuisse, à veredictis testibus illie innotuisset. Cæteri vero omnes cum Stephano & altero Stephano, summis Principibus, ibidem decollati sunt. Interea Rex *Baldwinus* ^{vii.} hoc triduo Assur resedit, ut audiret euentum rerum. Sed fama hæc ciudelis Ierusalem transuolans, omnes eam inhabitantes vchemonter perterrituit, & in luctum ac ploratum tota ciuitas conuersa est. Cœderunt enim adeo

omnium corda metu fluxa deficere, ut noctu & in tenebris à ciuitate recedere pararent, nisi *Gutmanus* quidam, ortus de Brussela, qui vix euaserat, plurimum eis consolationis attulisset; & saepius admonuisset, ne facile à ciuitate recederent, donec inteligerent, si Rex Baldwinus adhuc supereret. Tandem post paululum, fama allata est Regem adhuc esse in columem: quod audientes, vniuersi laxati sunt & confortati. Et ideo ab hiac diebus singulis per incenia diffusi, urbem defensabant ab assultibus Saracenorum, qui huc in Iudea via victoriae suæ per turmas ad lacerfendos ciues Christianos assidue conueniebant. His itaque decollatis, sed Conrado & Arpino in dextris eorum suscepitis; & in urbem Ascalonem in carcere transmissis, *Meranus* & cuncti potentes Babylonie in virtute magna; & manu robusta, ad ciuitatem Iaphet profecti sunt, ac plurimo assultu, instrumento & tormentis lapidum ac bellico apparatu & impetu viros in ea repertos vexauerunt. Caput vero *Gerbodonis* & eius crura precioso ostro calceata & induita amputantes, defensribus urbis ostenderunt, afferentes Regis esse Baldewini, eo quod similis eius esset: & ideo eos ab urbe exire, & in potestatem Regis Babylonie sanis membris & vita in columi venire, plurimum arctabant. *Christiani* vero arbitrantes verum, & Regis caput & crura procul ostentari, nimia desperatione correpti sunt cum omnibus rebus suis egredi, sibi inuicem consulentes, & sic nauigio liberati. Erat his diebus *Regina* & vxor Baldewini in ipsa ciuitate Iaphet, quæ etiam terroribus attonita, & dolore mortis dilectissimi Regis, pariter fugam cum ceteris meditabatur inire.

Verum dehinc septem diebus evolutis, Rex ab Assur extensis, nautem, quæ dicitur *Buza*, ascendit, & cum eo *Godericus* pirata de regno Anglia, ac vexillo hastæ præfixo, & elato in aere ad radios Solis usque, Iaphet cum paucis nauigauit: ut hoc eius signo ciues Christiani recognito, fiduciam vitæ Regis haberent, & non facilè hostium minis pauefacti, turpiter diffugium facerent, aut urbem reddere cogerentur: Sciebat enim eos multum de vita & salute eius desperare. *Saraceni* autem viso eius signo, & recognito, ea pars, quæ nauigio urbem cingebat, illi in Galeis viginti & carinis tredecim, quas vulgo appellant *Cash*, occurrerunt, volentes Buzam Regis coronare. Sed Dei auxilio vndis maris illis exadversi tumescientibus ac reluctantibus, Buzam autem Regis facili & agili cursu inter procellas labente ac volitante, in portu *Ioppe*, delusis hostibus, subito affuit, sex ex Saracenis in arcu suo è nauicula percutillis ac vulneratis: Intrans itaque ciuitatem, dum in columis omnium pateret oculis, reuixit spiritus cunctorum gentium, & de eius morte haecenus dolentium: eo quod caput & Rex Christianorum.

& Princeps Ierusalém adhuc viuus & in columi receptus sit. Iam dies media flagrabat, & Rex mox equum ascendenſ, portas ciuitatis cum sex tantum illustrissimis militibus egressus est, ut lacerret tantum Saracenos circumdidentes; & pateret omnium aspectui, quomodo adhuc viuus & sospes haberetur. Cognito autem Rege viuo & saluo, vniuersa multitudo Gentilium, ablatis tentoriis ab Ioppe, in campos Ascalonis descenderunt, illic per dies septimanias commorantes, donec inteligerent, si aliqua virtus Regi Baldewino ad subueniendum augeretur. Legatio enim Regis ad vniuersos confratres per castella & ciuitates ac regiones propter auxilium directa est. Sed minimè hoc tempore auxilium ferentibus Tancred, Reymundo, Baldewino de Burg, eo quod nimium remoti essent, Saraceni ab Ascalone venientes, obsidione in circa Iaphet iterauerunt, donec quindecim dies euoluti sunt. Inter ea dum hæc obſidio ageretur, ducentæ naues Christianorum nauigio loppem appulserunt, ut adorarent in Ierusalem. Horum *Bernardus* Witratz de terra Galatæ, *Hardinus* de Anglia, *Otho* de Roges, *Haderwerck*, unus de præpotentibus Westfalorum, primi & duces fuisse referuntur. Saraceni quidem, qui ex aduerso urbem in superiori parte nauigio obſederant, videntes tot Christianorum aries adesse, constituerunt cum eis nauali impletu configere. Sed Christianorum naues velis & remis ac præsperiore vento elementia Dei præualentes, validè repressis Geatilium viribus, in arido confisterunt, & additis ciuibus cum ipso Regi sibi in adiutorium, urbem ingressi sunt; amplior pars in aperta camporum planicie ex aduerso pariter fixis tentoriis hospitio resedit. Erat autem tertia feria Iulii mensis, quando hæ Christianorum copia, Deo protegente, huc nauigio angustiatis & obiectionis ad opem collatæ sunt. Saracenorum autem turmæ, videntes quia Christianorum virtus audacter facie ad faciem vicino sibi hospitio proxime iungebatur, media nocte cibi incumbente;

amotis tentoriis; amplius milliari subtracte consederunt: dum luce exorta consilium inirent, utrum Ascalonem redirent; aut ciues laphet crebris assaultibus vexarent. Ab ipso vero die tertiae seriae dum sic in superbia & elatione sua mul-
titudinis immobiles Sarraceni persisterent, & multis armorum terroribus Christianum populum vexarent, sexta seria appropinquante, Rex *Baldewinus* in tubis & cornibus a laphet egrediens, in manu robusta equitum & peditum virtutem illorum crudeli bello est aggressus, magnis hinc & hinc clamoribus intonantes. Christiani quoque qui nauigio appulsi sunt, horribili pariter clamore cum Rege Baldewino, & graui strepitu, vociferantes, Babylonios vehementi pugna sunt aggressi, saeuissimis ac mortiferis plagiis eos affligentes, donec bello fatigati, & vtrà vim non sustinentes, fugam versus Ascalonem inicrunt. Alii vero ab insecuritoribus eripi existimantes, & mari se credentes, intolerabili procellarum fluctuatione absorpti sunt. Et sic ciuitas *Ioppe* cum habitatoribus suis liberata est. Ceciderunt hac die tria millia Sarracenorum; Christianorum vero pauci periisse inuenti sunt. Rex *xiii.* ergo Baldewinus triumphum de inimicis gloriosè adeptus, noctem hanc in Ioppe in laetitia magna exegit cum vniuersis Peregrinis, qui conuenerant, habentibus spolia multa. Altera vero die clarescente, *Ierusalem* cum omnibus Peregrinis profectus est, pacifice & potenter omnia disponens; & Peregrinis ad adorandum *CHRI-*
STVM, & vota sua reddenda in Ierusalem, templum Dominici Sepulcri aperi-
iubens. Ante haec omnia, cum nondum auxilium noui & peregrini exercitus affuisset, *Baldewinus* Rex anxius, & nimium desperatus ob interitum suorum, legationem Antiochiam *Tankrado*, & *Baldewino de Burg* in ciuitatem Rohas misit, quatenus festinanter sibi auxilio adessent; aut totam regionem Syriæ, & regnum in Ierusalem, in breui amitteret, Sarracenorum audaciam & contumacem victoriam annunciantes, & quantum casum suorum egregiorum militum nuper ab hostibus passus sit. Qui statim collecto exercitu, Tankradus quidem in circuitu Antiochiae, Baldewinus Rohas, ad septingentos equites & pedites mille, die statuto vnanimiter ad ipsam Antiochiam conuenerunt, *Willehelmo Pictauensi* Principe, in eodem comitatu assumto, qui nuper post Pascha Domini à Ierusalem adorato Sepulcro Domini, ad Tankradum redierat: & nunc per conuallēm Damasci & Camollam d. scendentes, sed Tabariam prætermittentes, ad Cæsaream Cornelii peruerterūt, illi c. positis tentoriis pernoctantes. Mane itaque facto, ad flumen *Ajfur* castra metati sunt, non amplius quam solo milliari ab Iaphet hospitari constituentes. Descenderant autem tempore autumni in mense Septembri, quando omnipium frugum plenitudo redundare solet. *Baldewinus* itaq; Rex in ciuitate laphet tunc mo-
ram faciens, ac tam fortium virorum aduentum intelligens, nuncios egregios illis in occursum constituit, qui omnia vita necessaria illis procurarent in pane, carne, vino, oleo & hordeo ad refocillandos milites & eorum equos, longo itinere fatigatos. Erat autem *Dagobertus* in eorundem egregiorum virorum comitatu, repro-
batus ab eodem Rege: qui Patriarchatus dignitatem recuperare arbitrans, cum Tankrado laphet descendere dispositus. Vnde *Tankradus* & *Baldewinus de Burg*, *Willehelmus* quoque Comes Pictauii, pariterque *Willehelmus* Carpenterius, consilio iuncto, qualiter Patriarcha restituatur, Regi legationem direxerunt; videlicet ut Patriarcham in suam sedem relocaret, alioqui nequaquam eos in ultionem suorum Ascalonem posse descendere. Rex horum audit a legatione, inuitus eorum precibus acquieuit, nimium indignatus aduersus Patriarcham propter subterrata mœcuniā. Attamen consilio suorum vixit, concessit magnificis illius intercessoribus: ut primum Ascalone descendant aduersus arma & milites Regis Babyloniarum; deinceps se omnia de Patriarcha æquo iudicio & consilio ipsorum acturum. Decre-
xit etiam haec omnia fieri examine *Roberti Parisiensis* Cardinalis, Episcopi & legati; qui Mauricio aliquo tempore mortuo, a *Paschali*, Romano Pontifice, missus, vene-
rat ad discussionem & correctionem rerum illicitarum Sandæ & Orientalis Ec-
clesiæ in his Orientalibus plagiis. *Tankradus* autem & *Baldewinus de Burg*, *Wil-
lehelmus*, itemque *Willehelmus* hac Regis audita promissione, sub obtentu fidei in
armis & virtute suorum cum Rege Ascalonem profecti sunt, per dies octo eius mœ-
nia obsidentes, vineas & sata & vniuersitatem anni illius deuastantes, & crebro assaultu muros impugnantes. Dum tandem creberri, assaltibus illic seuirent,
turre & mœnia oppugnarent, quidam Ammiralus Babyloniarum Regis nobilissimus;
Merdepas nomine, qui ad tuendos ciues remanserat, subito in virtute magna ab yr-

beerupit; & viros Christianorum ferro & sagittarum grandine in manu suorum facessivit: Sed D^e i gratia & virtute repente à Christianis occisus & attritus est. Merdepa tā nominatissimo Ammiraldo Regis Babylonie sic extincto, & vniuersis Gentibus ciuiis Alcalonis repressis, & vlt̄a repugnare dissidentibus, portas vero in faciem Christianorum claudentibus, Rex assoltus & labores suorum in casum fieri intuens, ex consilio Maiorum ab urbe, quā ab humanis videtur viribus insuperabilis, recessit; & Ioppa vna cum Tankrado & Baldewino de Burg, Willhelmo & atero Willhelmo diuertit, vbi in omni gloria & lætitia simul epulatis sunt.

xvi. Dehinc consilio ibidem habito cum Episcopis, Abbatibus & vniuersis ordinatis clero, & ex iudicio omnium patrum, qui aderant, omni honore & dignitate, qua erat priuatus Patriarche à Rege, reinuestitus ac Ierusalem reductus, honorificè in cathedram episcopalēm relocatus est. Reducto itaque sic Patriarcha Dagoberto Ierusalē, ac in sede suā maiestatis relocato, proxima die in templo Dominici Sepulcri concilium statutum est, vbi idonei testes & accusatores in præsentia & audentia domini Cardinalis ac totius Ecclesiaz convenerunt, Baldewinus Cæsareae urbis Episcopus, et Episcopus de Bethlehem, Robertus Episcopus de Ram, Arnodus Cancellarius et Archidiaconus Dominicī Sepulcri, & Clerici multi. Ibi aut hūc ex simonia; alii ex homicidio Christianorum Gr̄corum, in insula Cephalı eius instantiā Genuensibus perpetrato; alii ex traditione Regis Baldewini; quidam vero ex oblatione et pecunia fidelium subterrata, constanter & obnoxie criminati sunt. Affuerunt pariter in eodem concilio Engelhardus Episcopus Lauduni; similiter & Episcopus Placentia, Episcopus de Tarso, Episcopus de Mamistra; aliique Episcopi & Archiepiscopi ad decem et octo computati: Abbas etiam de Sancta Maria Latina, Abbas de valle Iosaphas, Abbas de monte Tabor; et alii de terra Gallaz circitor tex illuc sedisse referuntur.

Ibidem vero in medio tantorum probabilem vitorum conuentu, Cardinale prædicto residente, et æquo iudicio rem examinante, Patriarcha vietus, et confusus ab idoneis testibus de perfidia et ceteris, obmutuit. Qui in satisfactione D^e o et Cardinali rebellis et inobedientis existēs, et in pertinacia suā præiexcusationis permanens, sub iudicio omnium fidelium depositus ac anathemate percussus est. Tankradus verò et ceteri Principes, videntes rem ex puro iudicio veritatis finem accepisse, non vlt̄a renisi sunt; sed Rege salutato, in terram Antiochia et Edessa, Patriarcha abiecto, vtque aiunt, procibus tantorum procerum absulito, secum abducto reuersi sunt. Rex quidem in lætitia & gloria magna reuansit Ierusalem. Nec mora, consilio eiusdem Roberti Cardinalis, Cieri quoque ac totius populi electione, Emericus quidam, vir et Clericus boni testimonii, præclarus ac hilariis distributor ecclesiasticarū, vice et loco Dagoberti Patriarcha constitutus, successit, omni studio religionis ac bonaz conuersationis, in amore fraternitatis et caritate, illic in templo Dominicī Sepulcri D^e o seruiens, et Regi Baldewino contra

xvii. Sarracenos & incredulos fidelis adiutor existens. Regresso itaque Tankrado cū ceteris Principibus supra centū & quadraginta millia virorū Peregrinorū, qui Ierusalem hoc anno adorare conuererant, tandem diutinaz monachis affecti, navigio nūc velis et remis aptato, Rege veiō salutato, alto mari inuencti sunt, vt ad terram natuitatis suaz redirent, et quod ab omni feruore et turbine ventorum sedato. Sed illis vix duobus diebus in tranquillo nauigantibus, circa æquinoctium hyemalē serenitas cœpit turbari, venti horribiles suscitari, naues vsquequaque graui turbine inquietari, & sauis procelliis decipi & quassari, dum tandem nautaz et homines Peregrini festi, et tumidis fluctibus oppressi, alii attritis velis et remis in profundum se rebantur; alii validis ventorum flatibus dispersi, ac per ignotum lactatim mare, & vagi facti, Accaron peruenient; alii apud Sagittam, alii Alcalonem, ciuitates Gentilium, consistentes, aut capti, aut trucidati, aut vndis suffocati sunt. Fuerunt autē naues Christianorū, qui perierunt, trecentaz, quarum decima pars vix saluata fuisse prohibetur. Audito tautaz multitudinis casu in Ierusalem, Rex & vniuersi viri et foeminae ciuitatis in nimia lamentationem & complorationem versi sunt, eo quod tam amara morte tot millia confratrum suorū non solum vndis, sed et a vniis Gentilium extinti sunt. Post hanc anno tertio regni sui Rex Baldewinus chementer indignatus aduersus ciuitatem Accaron, cō quod saepius insidia & affluitus ab ea Peregrinis accreuiſſent, iam hyemis graui frigore deterſo, et veris temperie aspirante, post octauas Paschaz anni illius præcedentis, quo in tempeſtribus Rames prælia commisit, & omnibus suis attritis, cum paucis reliquis suorum militum vix

Sarras.

Sarracenorum vires euasit, exercitum congregans ad quinque millia virorum, ad prefatæ ciuitatis applicuit moenia. Quam, vndique posita obſidione, curriculo quinque hebdomadarum ſic mangenarum lactu & machinarū ſublimitate oppugnauit, vt vtrā vim, & difficiles militum lapidumq; creberrimos i&us, ciues ſuſterre non valentes, iam in manu Regis, impetrata vita vrbeim reddere coegerentur. Iam enim tres ab vrbe exierant Sarraci, quod cæteros prorsus latuit; vt ſibi Regem placarent, & parcere animæ ſuæ impettarent, omnem casum & defectionem fortium virorum & ciuium illi referentes; & vniuersos intetius adeo metu cōcūſos, vt ſi ſemel adhuc validè vrbe impugnarent, procul dubio portis apertis, in manu Regis traderetur. Vix hi tres sermoneth & consilium cum Rege expluerant; & ece vespere facto, de Bar, quæ eft Tyrus, & à Tripoli, quæ eft Tripolis, ciuitatibus de regno Babylonie, duodecim Galeis descenderunt cum multis armatis militibus, & eum quadam ingente naue, quingentos viros pugnatores continent, qui eadem tota nocte ciuitatem introeuntes, permittentia & vrbe diffusi ſunt. Nec mota, minimè diem expectantes, ſed rapidum ignem ſulphure, oleo, pice, ſtuppis ſuscitantibus, machinae Regis ſubitò iniecerunt, vt viros sagittas affiduc de ſuper intorquentes, & vrbeim validè impugnantes, ab ea abſterrerent. Verum illorum aduentu cognito, & igne iam circa machinam ſeplus aduolante, Reynoldus quidam miles Regis, arte sagittandi peritissimus, & magister sagittariorū, locios ad defensionē admonet; ipſe verò arcu Baleari arrepto, ſupratentum & quinquaginta Sartacenos mortifero vulnere extintos percuffit. Mane autem facto, bellum vtrumq; cœpit vehementius ingruere & inualeſcere, ac ſepiuſ à portis erumpentes Saracenorum milites laces Peregrinios CHRISTI, alios graui vulnere percutterunt, alios momentanea morte extinxerunt. Eadem deniq; die Reinoldus plutimū bellū & cædis dū à machina aduersus hostes exerceret, incautus & intrépidus timiū in aper- to affiſſens, ſubitò mangenellæ impetu lapis emissus illi in vetricē venit, & ſic mortuus iuſſu Regis ſublatus, in monte Thabor à religiosis Monachis ſepultus eft. Videlis autē Rex, quia virtus Sartacenorū præualebat præ intolerabili multitudine, quæ nouiter à prædictis ciuitatibus huic vrbi ad auxiliū nauigio cōfluxerat; & quia manu ſuorum non ſolūm bello grauata, ſed & longa obſidione ad rēfendū deſciebat: ex consilio magnatum ſuorum ignem machinae ieffit immitti, nimirū turbatus & dolens inde recedens, eō quod prosperum ſuccellum hoc temporē nequuerit habere. Eodem verò anno, quo Rex Acrā inuictam defecuit, & à Ioppe Ierusalem ascēdit, vt illic aliquantulum bellis intermissis quiesceret quadā die circa tempus lulii mensis cum decem tantum militibus in venerationē profectus, dum saltus ciuitati Cæſarez contiguos à montanis intraret, & huius recretationis ſtudio va caret, Sartaceni circiter ſexaginta ab Aſcalonie & Acrā dēcenderunt ad insidias Christianorum, vttam in piano quām in montanis deprehēnſos detruncarent, ac rebus expoliarent. Tunc quidam forte Christianæ professi, illis obuiam facti ſunt, quos nimia audacia freti Gentiles præfati, persequi, occidere & rebus expoliare decreuerunt, vt ſic in gloria & victoria cum ſpoliis fideliū ad suas ciuitates repedarent. Hac itaque erudeli intentione Sarracenis Christianorum vestigia inlequentibus, vniuerſa verò regione fama eorum commota ac tremefacta, eō quod vires illorum ampliores, quām fuiffent, aſtimarentur; Baldwino Regi, omnium horum ignaro, & ſolummodo venerationi intento, truncatum eft, quomodo Sarraceni regionem ingressi fuiffent ad insidiandum & trucidandum populum Dei viui, & ideo citius eum oportere in hac neceſſitate ſubuenire. Qui illico hoc audito, decem ſocios, qui ſecum erant, nobiliter admonet ut ſine intermissione hostes inſequantur, & nunquā eos impunē à regione exire patiantur; ſed forte terram eis dimicantes, prædam excutiant & rapinas confratrum ſuorum. Mox venatoria artis obliti, Ortho Altaſpata, Albertus de Blandraz & cæteri, qui cum Rege venerationi intererant, licet lorica, ſcuto, lancea inermes, ſed tantum gladio accincti & pharetra procul omni timore mortis ablato, equos calcaribus vrgent, & teſto vſtigio Sarracenos persequentes, forte iam viſos, fagittis & gladiis eductis, ſubitò incurrerunt, & atrociter hinc & hinc prælium commiserunt. Baldwinus verò Rex præ cunctis acris per medios hostes irruens, & cædem gladio multiplicans, ex improuisio iuxta fructu humiliſ ſyluz in rapido curſu volantis equi afficit: Vbi à quodā ſatellite Sarracenorū, qui inter ramos & opaca folia delituit, furtiua lancea trans femur & renes perforatus eft. Nec mora, tam crudeli vñtere tam potentis Regis riui ſanguinis grauiter cruperunt, vultusque illius pallescere, animus & virtus deficere, manus à gladii percussione ceſſare, eō perut; donectant:

dem in terra ab equo corruens, ac si mortuus & extintus, expirasse credoretur. Quod sui commilitones ut viderunt, statim dolore inestimabili commoti, amplius & validius cœperunt hostes cædere & persequi, quo usque alii occisi, alii in fugam versi, per montana & in uia dispersi & elapsi sunt. Dehinc Regé circumstantes, & plurimum flentes, gestatorioq; eum imponentes, Ierusalem in nimia lamentatione virorum ac mulierum detulerunt, medicos peritissimos illi acquirentes, quoru arte & peritia ab hac mortifera plaga Rex & fortis athleta posset conualescere.

xxiii. Audita hac Regis Baldewini vulneratione & aggrauatione, Rex Babylonie & Meranii congregato ab omni regno exercitu, nauali expeditione Iaphet descendenterunt, quam fixis anchoris versus maritima obsederunt. Ascalonitæ verò ex præcepto Regis per aridam ad auxilium venientes, & pariter hinc & hinc, & ab intus & de foris prælia committentes, diuersis assultibus eam expugnare moliti sunt. Intercedum hæc obsidio fieret, et diuturnis præliis ad inuicem ciues loppe et hostes Ascalonitæ contendenter, duæ naues, quarum altera minor, quam vocant Galcidæ, et altera maior, quam vocant Dromonem, ex improviso cum Christianoū cœtu aduectæ sunt, ut adorarent in Ierusalem. Ex his maior nauis, quæ supra quingentos viros absque matronis continebat, ignorante exercitu Gentilium, claram in obscura nocte repantino remigio aduecta, illis custodibus vigiliarum nec tis, in portu & littore urbis Iaphet resedit. Sed quassara ex impetu nimio et celeri fuga, et onere rerum et hominum, in partes dissiliens et hiscens, sabulo infixa est. Videntes autem hanc Sarraceni inuicio cursu, & nimium maturata fuga, attritam, ac in limo littoris arenosi infixam, velociter nauigio aduenerunt, ut viros naufragantes percuterent, & res illorum & omnia, quæ vitæ erant necessaria, diriperent, ac inter se diuiderent. Verum Christiani, qui in ipso urbis Iaphet littore consistentes, ad euentum rei perspiciendum, et ut subuenirent naufragantibus, concurrerant, viso conchristianorum periculo, nimia impugnatione resistentes, importunam multitudinem abegerunt, donec Dei auxilio repulsis Gentilibus, in liberatione fratiū suorum prævaluuerunt.

xxiv. Altera autem minor nauis nō recto gubernaculo sulcans, sed ignaro magistro inuenta errans, cæca nocte repantino & facili cursu super naues hostiū irruit. Quo agnito, Magister nauis cum septem sociis suis claram exigua nauicula equalit, & nauem inter hostes destitutam reliquit. Erant enim in eadem nauि homines centum & quinquaginta præter fœmineum sexum, equites verò septem cum equis suis & plurima armatura. Gentiles verò sentientes hanc Christianorum puppim inter festulio errore allapsam, eam vndique coronantes, tota nocte eius inhabitatores prauis impugnatione vexauerunt, & illi econtra fortiter resistiterunt, donec orto mane, non ultra tot millium iacula & vim sufferre valentes, & à defensione cessantes, vniuersi cum septem equitibus & cuiusvis mulieribus capti & decollati sunt, præter solum armigeram, qui temerario ausu inter vndosas processus vix nando evasit. Omnia autem spolia occisorum seu submersorum diipientes, inter se partiti sunt, gaudentes, & exultantes, hanc fortunam victoriz 40

xxv. sūz sic ex improviso suis manibus incidisse. At Baldewinus Rex intelligens hac longa obsidione circa urbem Iaphet, & suorum confratrum consuritione, iam paupers sanitatem recuperata, ad Iaphet descendere dispositus, ut auditio eius aduentu, minus Christianos ciues Sarraceni terrent, & in urbis obsidione manerent. Saraceni autem tam potentis Regis aduentum & vitam incolumem operientes, & illi copias affuturas aestimantes, nequaquam illic ultra remanere præsumpserunt; sed assumta occasione Octobris mensis & temporis hyemalis, quo maris processus amplius intumescunt, redditum suum sine intermissione parauerunt. Rex vero & Christiani urbis loppe velocibus buzis & remis eos insequi constituerunt, si forte aliqui securè & tardè nauigantes possent comprehendendi. Sed minimè opportunitas hoc tempore, aut vlla vindicta sanguinis confratrum Christianorum, concessa est. Ipse quidem Rex & vniuersi fideles CHRISTI, qui loppe habitabant, gauisi sunt super vniuersis, quæ sibi gloriösè acciderant, & exaltati sunt, securè dormientes, & abhinc agros & vineas excolentes. Ascalonitæ verò Regem conualesce, minus ultra autem sunt viros Iaphet bello laceſſere, sed & ipsi pace gaudentes, & quia manus Regis bello vacabat, pariter & ipsi in fatis ac vineis hoc

xxvi. anno nō parcē elaborantes, quieuerunt. Proximo dehinc anno, mensis Martii tempore aspirante, anno scilicet quarto regni ipsius Baldewini, tursus Pisanis & Genuenses, qui causa adorandi in Ierusalem conuenerant, à Lindice, ubi hyemaverant,

rant, amouentes, Gibelot nauali apparatu applicuerunt. Vbi Comes *Reymundus* illis à Tortosa ciuitate occurrit, luxilium & vites illorum ad expugnanda ipsam Gibelot quæs: ut Sarracenis ciuibus exterminalis, vrbs Christianorū haberetur. Qui facile precebus eius acquiescentes, vrbem multitudine copiosa nauiu obsederunt, fortiter eam oppugnantes. Comes verò in arido eam obsidens, creberrimis assultibus, & machinarū ingenii, debellauit, quo vsq; capta & victa, cum ciuibus suis in manu ipsius Reymundi tradita & subiugata est. Nec diu post vrbis illius captio-
nem ipsius Genuensis & Pisanis legatio Regis Baldewini affuit, qua nimium ex parte ipsius salutati sunt. Deinde per magna Regis precatio ad vniuersos facta est,
quatenus causā D E I & Sanctorum Ierusalē, ciuitatem *Ptolemaidem*, quam nunc vo-
cant *Acram*, exercitu nauali in mari obseridentes, oppugnarēt; ipse autē auxilio D E I
& copiis fidelium Christi in sicco obſidionē locareret. Audita hac Regis precatio-
ne & admonitione, gauisi vniuersi continuo nauigio & manu robusta Acram, vel
Accaron applicuerunt: Rex autem in arido in circuitu mūrorū castra metatus est.
Illic verò aliquot diebus tormenta lapidū & machinas fabricantes, deinde vrbē &
ciues sine modo viriliter & non parce assilientes, vsquequaq; oppugnabāt, donec
Sarracenorū & vires & manus ad resistendū fessæ, nihil vltrā ausi sunt. Videns
ergo Ammiraldus vrbis, quia sui à defensione defecerant, & quoniā nulla spe auxiliī
freti, non vltierius aduersus virtutem Regis stare audebant, pacem & belii dilatio-
nem fieri rogaūt, vt sic consiliū ageret, quatenus vrbis in Regis potestate, ciuibus
saluatis, tradiceretur. Pax deniq; ex petitione Ammiraldi, vtrinque datis dextris dex-
trata est, ac populus ab omni impugnatione quieuit. Tunc Ammiraldus vniuerso-
tētu Sarracenorum in vnum cōuocato, consiliū anxiè tenuit, & in hunc modū co-
rīt omnibus locutus est: *Diu hinc ciuitatē etiam usq; ad sanguinē defendimus. Sed nūc nullū
nobis auxiliū à Rege nostro Babylonie, vel ab illius ciuitatibus, ut solū erat fieri, speramus, pro-
pter naturalis obſidionis infestationem. Quapropter si omnibus nostris nūc foret gratū, in hac vlti-
ma necessitate Regi Baldewino urbem reddā & aperiri oportet, prīusq; armis illius pereamus, &
perennies nec vitam nec urbem ad extremū teneamus. Vnde si vtile consilium meum videtur, nō
sanius modō reperiri valet; antequam vrbis illi aperiatur, sic fædus inter nos & ipsum firmetur,*
ut incolimes cum vxoribus & filiis nostris & vniuersis rebus exeamus, ubiq; viam pacificè & si-
ne impedimento, infidisq; suorum, habentes. Concesserunt vniuersi hoc Ammiraldi con-
ſilium: quod & Regis auribus sine mora innotuit, scilicet vt sub pura fide datis dex-
tris pacificus exitus ciuibus darētur, & sic non vltrā Regi resistentes, portas vrbis
aperirent: Rex igitur & Patriarcha *Euermeras* consilium cum suis super hoc inie: ut
quoniam, si petitioni illorū contradicentes, fidem & pactū negarēt; ciues verò vr-
bem nisi cum salute exire metuerent, non sine ineritu & periculo Christianorum
eam posse expugnari: Vnde & petitioni illorū sic annuerunt, vt vrbē reddita & pa-
tefacta, cum vniuersis rebus pacificè migrantes, nihil periculi dubitarent. Verūm,
Pisanis & Genuensis avaritiā terum Gentiliū inflammati, nequaquam sic fieri respon-
derunt, vt diuitiæ vrbis, & eius inestimabiles theſauri, pacificè efferrantur. Tandē
ab hac contradictione à Rege & Domino Patriarcha correcți & placati, assensum
in vniuersis præbuerunt, quæ illis ad salutem Christianorū potiora videbantur. Et
sic iureiurando à Rege Sarracenis promissa pace & firmata, vrbis & portæ eius in i-
psa sancta & celebri die Dominicæ Ascensionis patefactæ sunt. Rex autem & ex-
ercitus eius intromissus est; Principes verò ciuitatis & cæteri inhabitatores pacifi-
cè cum vxoribus & filiis, cum pecoribus & omniis substatia egressi sunt. Sed *Pisanis &*
Genuensis, videntes eos cum omni supellectile egredi, & gazam illorū inauditam ef-
ferri, avaritia vehementer excæcati, fidemq; & pactum, quod cum Rege pepige-
rant, obliiti, subito per medium vrbem irruentes, ciues occiderūt, aurum, argentū;
& oſtra diuersi generis & plutima preciosa rapientes: Populus autem *Galilee* qui ab
arido cum Rege vrbem intrauerat, videns Pisanos per vrbem discurrere, ciues oc-
cidere, theſauros inauditos diripere, pariter & ipsi avaritiæ flammis æstuantes, &
iuriſuitandi obliiti, circiter quatuor millia ciuium in ore gladii percussertint, gaz
vestes, pecora, & omnes diuitias illorū incōputabiles diripientes. Hac iniusta sedi-
tione ad extremū sedata, Rex vehementer indignatus est de illata sibi iniuria à Pis-
anis & Genuensis propter iusurādū. Et ideo ne in dolo & cōſensu ipsius fidē & pa-
ctū prævaricari crederētur, admonitiſ sociis ac domesticis suis, hoc scelus graviter
vicit voluit: niſi Domino Patriarcha interueniēs, & eius pedibus frequenter aduo-
catus, prudēticoſilio Regē placatū reddidisset, & vtrinq; pacē & cōcordiā reparasset:

- xxx. Eodem verò anno post captionem *Ptolemaidis*, quæ & Accaron dicitur, vulgariter verò *Acras*, in mense Septembri iam mediato, ipso die exaltationis S. Crucis, milites *Arabes* cito citer quingenti in equis & armis ab Ascalone exurgentes, loppes descenderunt, ac iam sole flagrante medio axe cœli, ante urbis ianuā assistētes, milites Catholicos bello laceſſere conati sunt. Et ecce *Osho*, nomine *Altaspata*, filius sororis *Alberti* de *Blandraz*, miles tiro imperterritus, tantum cum viginti, qui aderat ad custodientē urbē, galea & lancea indutus, quingentis occurrit militibus. Quos plurimū equeſtri luctamine prouocantes, & temetario ausu copias illorum impotentēs, nouissimè mediō agmine nimis gentis permixti, nequaquam ab his extorquēti aut redite potuerunt, quo usque *Osho* inimicorū armis extinctus cum quinque fratribus ibidem fuisse perhibetur. Continuò Saraceni ac Arabes ab equis descendentes, capitaq; occisorum amputantes, secum Ascalonē in signum victoriæ detulerunt, ut his visis, ciues ad quippiam audendum animarentur. Abhinc diebus septem vix euolutis, sexaginta *Arabes*, viri militares, nomen pariter glorie & victoriæ aliquo insigni factū sibi acquirere volentes, mouerunt iter versus ciuitatē *Cesaream* in die natali Apostoli & Evangelistæ Matthæi, si forte illis occurserent aliqui incauti ex Christianis. Sed nemine illis obuiam factō, prædam boum ouiumque Christianorum ante urbis moenia in pascuis repartam abduxerunt, ut vel hac occasione Christiani ab urbe egressi, & eos inlequentes, ex hostili industria punirentur. Hanc itaque prædam illis abducentibus, Christiani ciues urbis *Cæsareæ* ira commoti, ab urbe fermè ducenti sunt progressi cum solo equite, qui diu etiam febre correptus, vehementer elanguit, & adhuc parum sanitatis recuperaverat, ac milites Arabes in areu & sagitta & lancea sunt per securi, ut prædam excuterent & reducerent. E contra Arabes fortiter repugnantes, ac prædam abducentes, pedites Christianos sèpius in fugam remittebant, quin etiam equitem adhuc languidum, proximo cursu eos urgentem, peremerunt, ipsius capite amputato, & secum deportato in sacculis armigerorum suorum, in quibus equorum pabula ferre consueuerant. Nec mōta, Regi *Baldewino*, laphet vel loppe commoranti, diuulgatū est, quomodo Ascalonitæ milites sexaginta *Cæsaream* deprædandi causa diuertissent. Qui solū quadraginta equites secum habēs, diuisi eos per triginta, ac direxit per montana, ut vniuersas sémitas præuenirent, per quas sperabat eos reuersus. Ipse quidem decem assumtis, recto tramite, quo ab loppe itur *Cæsareā*, est profectus, si forte sibi obuenirent præfati sexaginta milites, ut eis malū, quod fecerant *Cæsareæ*, digna vice possent rependere. Igitur dum aliquantulum itineris Rex & sui peregrissent, in armis & lorica armigeri & serui Arabum, præmissi cum præda & capite Christiani militis, Rege nescio, ac Regis nescii, obuiam facti sunt, sexaginta verò milites eadē via loricati & armati à longè subsequebantur, Rex autem suis armigeros apprehendentēs, ac consulentes, unde illis iter sit, sarcinasq; eorum apérientes, in lacco vnius illorum caput Christiani militis inuenierunt. Quo visu & cognito, Ascalonitatum crudelitas propalata est: & Rex statim apprehensos armigeros coēgit minis & terroribus suppliciorum, ut omnem rem gestam aperirent, quod si nollent, capitali sententiā vniuersos ibidem comminatus est punire. Qui illico professi sunt, dominos suos subsequi eodē itinere, quo & ipsi venerant, at per montana laphet redditum suum constituisse. Rex hoc audito, protinus obducto pectori clypeo, & hasta arrepta, cum decē sociis via cepta, ac nimis festinata, in hostes tetendit, metuens, nè forte aliqua fama ab hac via declinarēt. Nec multo abhinc spacio sexaginta Arabes appropinquantes, super Regē & suos incautē irruerunt, Regē nèquaquam aut alias insidias illic in via suspicantes. His verò inter manus Regis tā incautē oblati, Rex fortiter tundens latera equi, suiq; non minus tundētēs, viros subito clamore ac impetu aggressi, per medios iu rupeū ūt, alios lancea perforantes, alios ab equis deicientes, & nō parcē in casu de illorū gladio sanguinetes. Tadē omni virtute Rege inualeſcēte, & Arabes ut stipulas penetrato ac dispergēte, hostes ultrā pōdus certaminis sustineat, nō valētes, terga verterū. De quibus decē capti & retēti sunt absq; his, qui armis intetierūt. Equi etiā illorū non minus quadraginta capti sunt, tū arma & spolia eorū, cū quibus Rex loppe in gloria magna & vltione sui decollati militis reuersus est. laphet verò & omnes ciuitates fidelium, quæ hæc audierūt, ab ea die letatæ & confortatæ sunt. Exaltatū est itaq; nomen Regis in vniuersis finibus Ascalonitarū & omnium gentilium, non parum timentium & admirantium, quod Rex cum decem sociis sexaginta Arabes tam felici congressu alios as-

lios attruerit, alios captiuos duxit. Eodem quoque tempore & anno Comes xxxii.
Reymundus, adunata manu Christianæ gentis à diuersis locis & regnis, ciuitatem
Tripolin, quam vulgo *Triplam* vocant, obsedit, multis diebus & annis eam machi-
næ & armis expugnare molitus. Sed longo tempore dum circa hanc & eius mœ-
nia in castrum laboraret, nec farrhis angustia eos compellere valeret in eius redi-
tionem, eò quod à *Babylonia*, *Ascalone*, *Sagitta* & *Sur* auxilium illis frequenter
adesseret, & nauigio rerum abundantia supereret, Comes *Reymundus* consilio
cum suis habito, nouum præsidium fieri decreuit, à quo semper vrbi aduersaretur,
& ad quod sui assiduè protectionis causa ab hostili impetu repedarent. Appella-
10 tum est idem præsidium *Mons Peregrinorum*; eò quod *Peregrinis* & *Christianis* mi-
litibus illic munimen contra Gentilium vires semper haberetur. Verùm biennio
euoluto post captionem *Ptolemaidis*, & ædificationem huius præsidii noui, quod
dicitur *Mons Peregrinorum*, Comes post Purificationem sanctæ DEI genitricis Ma-
riæ obiit mense Februario, in eodem novo præsidio, quod extruxerat, catholicè se-
pultus. Interea dum præfata longa negotia circa *Acram*, quæ & *Ptolemais*, in xxxiii.
ciuium redemtione & vrbis deditione agerentur, *Alexius* Imperator Constanti-
nopolis, cui semper *Boemundus* suspectus erat, ne eum à regno expelleret, pecuniā
ducentorū & sexaginta milliū Byzantiorum creberimis legationibus epistolarū
obtulit *Donimano*, magnifico Principi Turcorum, quatenus *Boemundum*, Princi-
20 pe in Siciliæ, quem adhuc tenebat in vinculis, suæ manciparet ditioni, volens eum
aut æterno exilio, aut perpetua damnatione perire, ne vlt̄rē regno eius aliqua ma-
chinatione nocere posset: Huius itaque tam grandis pecuniæ massum *Solyma-* xxxiv.
nus, int̄ hos annos Princeps Nicææ ciuitatis, intelligens pro redemtione *Boemū*
di imperatorem policeri, cauta & priuata epistolarū legatione compellat compri-
morem suim *Donimanum*, vt eum tantæ pecuniæ participem faceret, eò quod a-
mici & socii in bellis & plurimis prædis semper fauissent: sed vniuersum huius the-
saui talentum *Donimanus* inhians indiuisum retinere, callida occasione sibi assum-
ta id fieri protulit interdixit. Hoc *Solymanus* grauiter accipiens, amicitiam & fœdus,
30 quod cum eo percusserat, abrumpens, cœpit ei assiduis infestationibus aduersari,
ac depopulari quæ illius erant; quin assumtis copiis iam tertio bello laceratum, plu-
rimisque insidiis vexatum superauit, ac in fugam misit. Sic calumniatus & humilia-
tus *Donimanus* ex industria *Solymani*, cœpit multis lamentationibus, ac crebris
suspiriis hoc infortunium suum rememorari in audientia vniuersorum amicorum
suum, quatenus eorum adiutorio aliquam vindictam de illatis sibi iniuriis conse-
queretur. Has itaq; *Donmani*, Principis vrbis Nixa, querimonias *Boemun-* xxxv.
dus paulatim callida auro auscultans, dum adhuc teneretur in vinculis, cœpit cian-
culum à custodibus & procuratoribus requirere, quidnā esset, quod *Donimanus*
tam magnificus princeps triste ferret, ac tota domus eius plus solito turbata nunc
esset. Tandem die quadam dum res *Donimano* innotuit, quomodo *Boemundus*
40 de iniuriis & calumniis eius requisivisset, & quomodo nimii super his ingemuis-
set, ad ipsum locum carceris, in quo catenis ferreis astricctus seruabatur, descendit:
quas pertulerit insidias & aduersitates à *Solymano* sibi recensens, pro pecunia in-
eius redemtione ab Imperatore sibi oblata, sed *Solymano* eius diuisione negata:
sciens eundem *Boemundum* virum astutum, & magni consilii adiuuentorem, vt eo
audito, fortè *Solymano* dignam vicem iniuriarum rependere addisceret. Cui *Boe-*
mundus prudentiori, quo potuit, consilio de vniuersis, quæ ab eo intellexerat, sic re-
spondit: Ex his omnibus, quæ tibi aduersantur, satis sanum consilium capere potes, quo *Solymano*
facile in caput redescendat, quæ tibi tuisq; intulit, si nō tam leuiter cum Imperatore *Alexiofæ-*
dus pepigisse pro hac ingenti pecunia & mei venditione. Ad hæc *Donimanus* nimis æstuas
50 curis in vltione suæ iniuriæ, *Boemundū* constantius rogar, vt quod sanius sentiret
consilium, edoceret. Qui protinus respondit: Quoniam si Imperatoris voluerit refutare
pecuniam, & tam grandis talenti dimidium à me suscipere, me pristina libertate restituere, à ma-
nus his absoluere in omni, qua placuerit, conditione, in D E O meo iurans, tibi inseparabilis dile-
ctionis & fidelitatis vinculo astringar, imò vniuersi Principes Christianorum. Amici verò mei &
cognati, tā qui sunt *Antiochie*, quam qui *Rohas*, & qui habitant *Ierusalem*, & vniuersis locis, sub
iisdem tibi vinculo fidei sociabuntur, semper de honore tuo & salute consulentes & agentes. Si au-
tem pecunia, quæ tibi causa mea perditionis offertur, magis intenderis, quam mea & confratrum &
fidei, amicitia & seruituti, certus sis, quoniam pecunia de die in diem minuetur ac diuidetur, odia, &
inimicities, noxia consilia cognatorum & confratrum meorum nunquā dum unus in partibus his

vivet & praeualebit, scias tibi & terra tua posse deesse. Si vero ad me & ad seruitutem meorum & amicitiam animaduerteris, pecuniam Imperatoris recusaueris, & quantum deuoui, licet minus talenti, a me receperis, certus sis amicitia cunctorum consfratrum meorum; & militare obsequium eorum in omnibus negotiis tuis procul dubio crede semper tibi in omni fide & subiectione paratum: nam sic fæderati utrunque & amici sub iure iurando facti, non solum ipsum Solymanum, qui sic aduersum te extollitur & inflatur, & te calumniari meditatur, in virtute sua & nostra facile expugnabimus, terram vero quam possidet, eo expugnato & expulso subiugabimus; sed etiam Imperatoris regnum & terras, quanto cyus decreneris, nostra ditionis subiiciemus.

xxxvii. Donimarus his Boemundi verbis & promissis acceptis, non parum mente in diuersa fluctuans, angustiari coepit, quid primum eligeret, quid refutaret. Vnde & haec responsa illi dedit: *Placet satis vniuersa, qua de ore tuo audiui, si dicta factis in uiolabilis fidei compleueris: Sed dextram tibi dare non absque meorum consilios decet: & ideo in breui consiliu cum illis faciens, eisq; tuam intentionem & suggestionem aperiens, aut citè faciam, quod hortaris; aut meorum consilios acquiescam, ut iliora tamè non relinquens.* Dehinc post aliquot dies consilio habito, pacuerunt vniuersa, que Donimarus à Boemundo audierat, & suis retulerat; & iccito illius petitionem & consilium non ultra debere refutari, sed fieri, omnibus bo-num & utile visum est; hac tamè rata & firma conditione, ut quique sua lege & professione vtentes, amicitiam & fœdus integrè seruarent. Quod sic actum est: ac di-midiū pecuniæ, quod Imperator spoponderat, Boemundo remisum est; & solummodo centū millia Byzantiorū per solui & recipi concessa sunt. Hoc itaq; firmato & concesso, **Donimarus** Imperatori legationem direxit ad contradicendum auti ta-lentum, quod obtulerat. **Boemundus** igitur nimium gauisus, eò quod iam per bienium vincula & carceres paſlus, nunc autem quod gratiam in oculis Donimani, Deo miserante, inuenisset, & plurimam suæ redemtionis clementiam, ad vniuersos cognatos & amicos suos tam Antiochiam quam Rohas et in Siciliam pro con-greganda pecunia misit, et ut congregatam designata die afferrent in regione urbis *Malatina*, vbi reducendus & restituendus erat, concordia quoque et fœdus cum Donimano firmandum. Mox vniuersi de redemtione eius audientes, gaudio et exultatione repleti sunt, eiusque mandatum studiosè adimplentes, pecuniam vnde-cunq; contractam & compositam ad locum prænominatum determinata die defe-rentes, conuenerunt. Vbi Donimanum et Boemundū, sicut decretum erat, reperi-entes, in numero & pondere pecuniam ipsi Donimano suisq; reddentes, utrinque pariter amicitia & fœdere percusso, ad inuicem reconciliati et amici facti sunt. Hac itaq; pecunia à privatis cubiculariis Donimani suscepta et reposita, Boemundus datis dextris in vinculo maxime dilectionis commedatus, liber ab omni ditione cum suis Antiochiam remittitur. In qua non modico gaudio ab vniuersis conchi-

xxxviii. stianorum ciuibus susceptus, honorificatus & inductus est. Haec **Solymanus** intelligēs, molestè nimium accepit, eò quod pecuniæ particeps esse nequuerit. Unde aduersus Donimanū loquens, **Soldanum**, Regem *Corrozan* & *Baldach*, quæ est ciui-tas et caput regni Turcorum, cum vniuersis Principibus Gentilium commouit, ut ei aduersarentur; et ultra auxilio et gratia Regis priuaretur, quod Boemundum, hominem belligerū, et tam astutum in omnibus negotiis rei militaris, et qui sem-per Turcis, regnoque Turcorum et Græcorum malum et insidias moliretur, igno-rante Rege absolvisset. Nec diu, dum haec sinistræ legationes ex accusatione Soly-mani ad Regem Turcorum factæ essent, ex his vero Regis ira, et indignatio cunctorum procerum Turcorum, in aures Donimani insonuissent, et variis minis eū suosque perterrituissent, & plurimum solicitassent, quadam die Solymanus in hunc modum epistolam scripsit: *Donimane frater & fili de gente Turcorum; nunc usque vir illis & acceptus Regi, & omni regno Turcorum, fuiisti in bellis & victorius, quas gessisti. Sed ecce nomen tuum vehementer imminutum est; & nunc apud Regem Corrozan, & vniuersam gentem tuam, plurimum viluisti, exosus omnibus factus, eò quod Boemundum tam leuiter redimi permisisti, & consilium nostrum in hac conuentione & redemtione vile & pronihilo habuisti. Verum se id flagitium commutare volueris, Regisq; iram & Maiorum Corrozan placare, eundum Boemundum, quem praे omnibus Christianis magis suspectum habemus, in locum, quem signauero, quasi ad auxilium inuitabis; & tunc positis insidiis nostris subito circumuentus rapietur. Alioqui scias, te nunquam Regis gratiam recuperare, & effugere manus & indignationem Turcorū. Cei Do-nimarus nequaquam acquieuit, ne tides sua & omnium Turcorum apud Christia-*

xxxix. nos & ceteros Gentiles vilescere videretur. Post haec eodem anno, quo Pto-lemaide vel Acra capta, in mense Maio **Boemundus** Antiochiā ab exilio & vinculis reuersus

reuersus est *Geigremich*, magnificus Princeps Turcorum, cognatus Corbahan, frater Sochomanī, qui regno Ierusalem, quod iniuste inuasit, nunc per virtutē Regis Babylonie amitto, in primo aduentu Christiani exercitus Damascū aufugit, vt illic à Turcis protegeretur, vnu de præpotentibus regni Corrozān, collecto ex exercitu sexaginta millium Turcorum, profectus est in superbia & virtute magna ad obsidēdos muros & mœnia ciuitatis *Rohas*, quæ & *Edessa* nuncupatur. Huius igitur **xxxix.** infinitæ multitudinis aduentu & subito rumore *Baldewinus de Burg* attonitus, Princeps eiusdē ciuitatis à Rege Baldewino constitutus, vniuersos, qui secum erant in conuentione solidorum, ad defendenda mœnia cōuocat ac disponit; quin ab urbe egrediens, *Boemundum* & *Tankradū* ad opem & vires augendas, missa legatione, inuitauit; rogans eos ac deprecans in nomine Domini, ne Turcorū superbiam Christianis confratribus dominari paterentur. Huius verò legatione accepta, & protinus collectione facta de omnibus locis & castellis Antiochiæ, circiter tria millia equitum, septē verò peditū, applicuerunt ad locū præsignatū, in campos scilicet ciuitatis *Aran* vel *Caran*, vbi Baldewinus aduentū eorū cū omni populo, quē cōtraxerat, præstolabatur. Illic à quodā Arabe innotuit Comiti Baldewino, Boemundo, Tankrado, quomodo illa adunatio Turcorū festinanter appropinquaret ad obsidēdos muros, & expugnandas munitiones ciuitatis Rohas. Audientes itaq; hęc auncia tot supervenientiū aduersariorum, mouerunt castra & omnem apparatū suum ad flu men *Cobar*, quod à partibus regni Babylonie vñq; ad has partes alueo dirigitur: vbi tentoriis locatis, in crepidine aliuei pernoctasse prohibentur. Dehinc primo diluculo castra amouerētes, in planicie ciuitatis *Racha* constiterūt, vbi de omnibus culpis & cōmisis apud *Patriarchi* Antiochiæ, & *Benedictū* Episcopū ciuitis Rohas, confessionē faciētes, discordiā omnē in caritatē reuocantes, & acies viginti cōponentes, à dextris & sinistris cōstituerūt ad resistendū ieiimicis, & subueniendū sociis Christianis, & quo sic leuius bellī onus fōst. necē. Vix acies ordinatae erant, & ecce *Sochomanus* à dextrū latus cum triginta milibus fortū pugnatorū ac sagittariorū bellū committere audaci impetu, & tubarum horrifono st̄epitu appropinquabat. *Boemundus* verò, *Tankradus* & omnis militia Antiochiæ nouisegnius illi in faciem armis, lorica & galea ac scutorum testudine ad obſistendum in tubis & cornibus fortiter exclamantes properabant. A sinistris verò *Baldewinus de Burg*, *Gozelinus de Cortona*, quæ & *Turbaysel*, quod dono ipsius Baldewini in beneficio tenebat, loricati occurserunt in lanceis & gladiis & equis rapidissimis, hinc & hinc fortiter tubis & cornibus intonantes, & prælia committentes. *Boemundus* verò & *Tankradus*, qui in dextro latere cum hostibus luētabantur, Deo inserviente cōperūt præualeare, hostes inuadere & sternere, donec virtus eorum immunita est, & ipsi fugam inferunt. Ceciderunt Turcorum quingenti milites in eodem prælio, quod in dextro Boemundus agebat; Christiani fermè ducenti interemti sunt. *Baldewinus* verò de Burg, *Gozelinus de Cortona* & cæteri egregii milites plus millari à Boemundo cum sua acie remoti, audientes Boemundum & Tankradum iam bellū committere & præualere, velocitate equorum densatas & obſistentes acies rapido impetu irrumpere & atterere conati sunt, inter aciem Boemundi & Tankradi sociari, & misceri ad auxilium, feruentes: sed subitō decem millia Turcorum ab insidiis surgentes, arcu & sagittis ferociter eis in faciē occurserunt, grauiter eos assilientes, & sagittis figētes, donec tota manus in fugā versa est. Ex his alii captiuati & occisi sūt, & plures exilio æterno abducti. In hoc tam crudeli diffugio Clerici octodecim, **xl.** Monachi verò tres, qui ad corroborādos milites *CHRISTI* spiritualibus armis cōuenerant, decollati sunt; *Benedictus* verò Episcopus captus & abductus est; quin ipse *Baldewinus*, princeps Rohas, nimium audus cædis, & incautē accelerans, nec viatrices aquilas Boemundi opportunè præstolatus, vietus, captus & abductus est. Ad hæc *Tankradus* à præsenti cæde Turcorum gloriösè descendens, sed sinistro nuncio conternatus, sine mora cum suis aduolans, Turcos in Baldewini suorumque strage factos victores insequitur, vt captiuos excuteret; sed maturata via elapsi sunt. Solus Episcopus cum tribus tantū militibus liberatus & reductus est. Nō ete denique instantē, & die iam recedente, Boemundus & Tankradus in castra sua relati sunt cum vniuerso comitatu suo ad refocillandos artus, nimio bellorum pondere hoc die fatigatos. Dehinc primo galli cantu absentia Baldewini **xli.** comperta, momentaneo metu correpti, ad ciuitatem *Rohas* omnes celeri fuga contendērunt, quatenus ad defendendos muros & mœnia præuenirent, ne Turcis in

victoria sua præcurrentibus ciuitas traderetur. Ciues autem Rohas, qui & ipsi Christiani, casum & interitum suorum audientes, & tam magnifici Principis abductiōnem, in lamenta & comploratiōnē sunt versi, sed ad protegendū vniuersos milites Christianos plurimum consolati sunt. Erat enim dies illa Dominica populo Christianorum celeberrima. Altera autem die exorta, Armenii ciues eiusdem vrbis, initio consilio cum vniuersis, qui conuenerant ad lamentandum tam illustrem Principem, Tankradum loco eius restituerunt, dum viderent, si Baldewinus redimi aut liberari posset. Boemundus dehinc sic Tankrado ad obtainendam vrbem, & eius

XLII. principatum, loco Baldewini constituto, Antiochiā cum suis reuersus est. Post hæc octo diebus evolutis, & Tankrado præsidium Rohas & eius mœnia vigili custodia procurāte, Geigremich & sui, successu victoriz suæ & Baldewini captione gloriantes, & adhuc altiora sperantes conari, Tankradum verò & eius dominiū nunc ab vrbe Rohas, & omnem Gallorum potentiam, facile posse exterminari, nimium aduersus eundem Tankradum indignati, longè maiores prioribus contraxerunt copias ab vniuersis locis & regno Turcorum; cum quibus in manu fortis in campū Rohas ad obſidendas portas & eius mœnia descenderunt, spacio tentoria ſuā locantes. Tot itaq; millibus & tentoriis, tot diuersis hostium armaturis visis, **Tankradus** nō modica angustia cœpit & stuare, eo quod tenuis sibi virtus eſſet militū Gallorum ad occurrendum & resistendum tot Turcorū adunatis & innumeris legiōnibus. Quapropter accepto consilio, vrbem fidei custodia muniuit, ac ciues confortans, line diutina mōra ſe cum his aduersariorum turmis configere, & viriliter agere, promisit. Qui eius veſiba consolatoria intelligentes, & cum virum eſſe grandis fiducia & audacia, per muros & mœnia diffusi vniuersi vrbis ciues & milites, hostes excipiebant, ac procul repellebant; ſeras quoq; & portas omni ſolertia mu-

XLIII. nite non differebant. Sed dum hinc & hinc diu prælia conſeruerent, Tankradus, vir astutus in omni operemilitari, clanculum legationem Antiochiam direxit in hunc modum. DOMINO ET AVNCVLO SVO, BOEMVNDO, MAGNIFICO PRINCIPI ANTIOCHIÆ A DEO CONSTITVTO, TANKRADVS PROSPER EAGE RE ET VALERE. Ex quo à nobis recessisti, & me tutorē ac defensorē ciuitatis Rohas, loco fidelis fratri nostri Baldewini, pafecisti, Geigremich & Sachomanus readunatis viribus & copiis suis, & repente in obſidione ciuitatē Rohas & eius muros occupauerunt, ut expugnatis turribus & mœniibus, ciues trucidantes vrbe expolient, me, ſicut Baldewini, captum tenentes, in barbaras nationes abducant. Quapropter caritatē tuam, quā ſemper erga fideles CHRISTI habuisti, conſiderantes, tribulationes & pericula noſtra tibi nota facere decreuimus; quatenus mala & angustias noſtras intelligēs, ciuius acciū ſociis & amicis ab Antiochia & ceteris locis, ſeſtimad ad ſubueniendū nobis obſeffis & opprefſis viam iuſſas Turcorū minas & iactantiā minuas, & in nomine CHRISTI a praefenti obſidione repellas. Conſiderare enim te oportet, quod in hac terra peregrinationis pauci ſumus & ideo nul' ius consiliī cauſa eſt, ut facile ullo tedium laborū aut bellorū aduersus hostes deficiamus, qui omni cura & studio inuiſi, ilat, ut nos expugnēt & deleant: ſed opporſuū & importunū alter alterius onera ſemper portantes, vnuſ ſuſtineamus, in uno proficiamus, aduersa & proſpera tolleando. Si autē nos pigritia ceperit, aut aliquid indignationis tardauerit, vel negligētes ad confratrum auxiliū effecerit, nihil utilius ſuper hoc proſpicio, quā vt à terra exeamus, & hoſtibus ſine inermisſione inſurgentibus cedamus. Nā liquidō pater, cum pauci ſimis, ſi diuīſi & tedium affecti defecemus, viuere & ſtare ante virtutē inimicorū nequeamus. His auditis Boemundus, recentis raptrum equitibus colectis, & quingentis peditibus, profectus eſt ad liberationem nepotis ſui, & Catholicorū inhabitatorū ciuitatis Rohas. Sed difficultate locorum & montium, vel itinere dicerū ſeptem plurimū tardasse his videbatur, qui cotidianis

XLIV. Turcorū affultibus & oppugnationibus laborabant. Vnde Tankradus & ceteri confratres ciuesq; dū de die in diē multis ſuſpiriis eum expectarent, ſea Boemudo tempore optato nō veniente, prorsus desperarent, deuouerūt vnanimiter, potius ſe mori, quā Corrozan in exiliū deportari, & diuerſis pœnis impiè ab impiis cruciari. Et ecce, conuocati in vnum ciues & milites, conſtituerunt prælium; & ab vrbe primo diluculo in armis & turmis procedere, ad caſtra cum ſilentio properare, donec appropriantes fortiter in tubis & cornibus tumultuarētur, hoſtes adhuc ſopore depreſſos, & ſecurē ſomnianteſ, ſubitō improuiſos inuaderēt; ac ſic minimē ad arma contēdere valentes, celeberrima ſtrage detruncarent. Quod iuxta hoc cōſtitutū adimplētes, mox prima luce orta, egressi ab vrbe in omni armatura & virtute, qua poterāt, repētino fragore & clamore vehemēti aggressi ſunt caſtra aduersarioū: quos adhuc heſterno vino ſepultos & incautos vſquequaque in ore gladii percuſſerunt, donec corporibus extinctis & ſanguinis riuis præſentes campi inundarent: Vrau tem.

Tum plerunque dioi processit, manus & virtus Tankradi amplius cœpit præuale-
 re, immanior metus hostes inuadere, donec præ nimia strage exterriti, usque ad
 tentoria Principū exercitus in fugam cogerentur. *Geigremich* tandem & *Sochomanus*
 videntes omnia castra suorum attrita, & in fugam conuersa, vix in equis cum his o-
 mnibus, qui iuxta se castra locauerant, residentes, relictis cunctis tentoriis suis cū
 ceteris rebus, spoliis & stipendiis, fugam accelerauerunt, semper eos Tankrado
 multa occasione inseque. His itaque dispersis & profugis factis, Tankrado **xlv.**
 semper eos à tergo cädente, *Dominus* nutu & clementiā *Boemundus* ipsa eadem die fu-
 gientibus cum omni comitatu suo obuiam factus est: sciens quidem, quomodo ad-
 hoc in nocte potenter campos occupauerant; sed quomodo Tankradus, cū eis
 tam matutino prælio conflixisset, penitus ignorabat. Nunc autē velut homo cau-
 tus & gnarus bellicarum artis, ut Turcorum superbiam & virtutem intellexit de fluxi-
 se, & nihil præter fugam meditari; Christianorum verò viætrices aquilas cum ma-
 gna vociferatione insequi, plurimum gausus est; & pariter admixtis viribus & co-
 piis suis eosdem fugientes insecutus, per totam diem in cæde & captione illorum
 indeficierat laborasse perhibetur. In hoc diffugio & graui contritione Turco-
 rum, *Geigremich* & *Sochomanus* vix cum paucis euaserunt. Sed matrona quædam
 nobilissima de regno Corrozan, quæ non modico apparatu opem & vires contu-
 lerat, ibidē à Tankrado & sociis eius capta & retenta est. Dehinc victoria hac *Dominus*
 & Domini IESU CHRISTI clementia sicut habita, *Boemundus* & *Tankradus* & vniuersi
 Christiani milites spolia multa Turcorum pacifice sumserunt, cum quibus ciuita-
 tem Rohas in lætitia & gloria magna ingressi sunt. Transactis aliquot post hęc **xvi.**
 diebus, legatio *Geigremich* & præpotentium regni Corrozan *Boemundum* & *Tankra-
 dum* in ciuitate Rohas de redemtione matronæ interpellauit, quatenus *Baldewin*
 de Burg, quę tenebant in carcere, pro eius restituzione remitterent; aut quindecim
 millia Byzantiorum in eius redditione ab eis mitterentur. Hac legatione Geigre-
 mich & tam nobilissimæ matronæ captione usque in Ierusalem diuulgata, Regis
 Baldewini supplex legatio cum multa prece affuit, ad exorandum Boemundum
 & Tankradum, ut Baldewinus confrater & Princeps Rohas per captam matro-
 nam restitutam restitueretur; & nullam ante hoc pecuniam bonum esse, nec debe-
 re eos concupiscere. Qui Regis petitioni benignè super his in hunc modū respon-
 derunt. *NOMINO* *SVO* *BALDEWINO*, *REGI* *CHRISTIANISSIMO* *IER-*
SALEM, *BOEMVNDVS* *ET* *TANKRADVS* *OBSEQVIVM* *SINE* *INTERMISSIONE*.
 Libenter per omnia tuis parere mandatis de redemtione Baldewini, amici & consocii nostri,
 decreuimus, & hac sollicitudo nostra semper fuit & est. Sed hoc tempore de hac re dissimulare, & se-
 lenio suppressio, necesse est, si forte aliquid pecunia cum ipso fratre Baldewino pro hac matrona
 restituenda extorquere possimus, quantum anxiè indigemus ad remunerandos milites, assiduis
 laboribus nobiscum insudantes. Sic blanda & bona satis hæc illorum fuere responda; sed
 nequaquam in eis fides fuit aut veritas, aut aliqua voluntas virum redimendi; pro-
 pter ambitionem ciuitatis et eius tributorum; quę diuersis negotiis et rerum com-
 mutatione, quę tantum infra moenia agitantur, ad quadraginta millia Byzantiorum
 singulis annis computantur; absq; his redditibus, quos plurima castella et regiones,
 ad eandem ciuitatem pertinentes, largiuntur. Sic Regi amica responsione et pro-
 missione satisfacientes, *Boemundus* quidem Antiochiam rediit, *Tankradus* verò ad
 tuendam et muniendam ciuitatē Rohas remansit. Annō dehinc sequenti post **xvii.**
 captionē Baldewini de Burg, anno verò Baldewini Regis quinto, *Boemando* non so-
 lū in Italiam sed et Galliam profecto ad exquirendas vires, et cōmouendos Prin-
 cipes aduersus Regē Græcorū *Alexium*, Tankrado autē Antiochiæ vice auunculi
 sui relicto ad tuēdā ciuitatē eiusdemq; Tankradi custodia in Rohas disposita, *Bro-*
doan, Princeps magnificus ciuitatis Alapiæ, et frater Turcorū, occasione assumta,
 ab amicitia et fœdere Tankradi in dolo recedens, loca et ciuitates ad vrbē Antio-
 chiā appendentes, grauiter deprædatus est; quin Episcopo ciuitatis Albariæ effu-
 gato, & plurimis ecclesiis *Dominus* annihilatis: non tamen præda ac strage hac saturari
 potuit; sed ad ultimū decē millia equitū et viginti peditū de terra sua producēs ad
 affiliendā vrbē Antiochiā, et expugnandū Tankradū, in superbia & iactātia magna
 profectus est. *Tankradus* autē virtutē et exercitū eius intolerabilē et copiosū accrē-
 uiisse intelligens, quantum cunq; cum suis perterritus est. Sed tamen sine dilatione
Turbaysel, *Rohas*, & *Maresch* nuncios dirigēs, vniuersos scilicet Catholicos viros, qui
 erant in circuio, ad auxilium vocauit, quorū conuentū Antiochiæ fieri decreuit.

Vt autem conuenerunt ad mille equitum, & nouem millia peditum, sermo Epis-
copi factus est ad vniuersos: ne in multitudine aduersariorum dubitent; sed in no-
mine & virtute Dei confidenter hostibus resistant, de victoria certi, Deo auxiliante. Triduano dehinc ieunio indicto & peracto ex Pontificis admonitione, Tankradus vsque ad pontem Farfar cum decem millibus equitum & peditum descendit, vbi hospitio per noctem remorati sunt. Craftina autem die radiante, Tankradus & sui, factis aciebus & erexitis vexillis, *Artemisiam* in loricis, scutis et lanceis profecti sunt, vbi Brodean cum inestimabili equitatu & apparatu occupauerat regionem vniuersam. Hic itaque comperto Christianorū, & Principis illorum Tankradi, aduentu, acies & cuneos fieri disposuit, ac tertia diei hora insidente, vtrinq; prælium com-
missum est. Perdurante autem bello & nimia occisione in gladio vsque in horam
nonam, auxilio Domini Iesu, Christianorum acies inuictissime persistierunt; Gen-
tile斯 verò attritæ & dispersæ in fugam pariser versæ sunt. *Tankradus* verò & sui eas in-
sequentes, alios occiderunt; alios captiuatos & vincitos cū spoliis armorū & equo-
rum tenuerunt. Altera autem die Tankradus spoliis & armis inimicorum ac-
ceptis & diuisis, in gloria magna & lætitia victoriæ Antiochiam reuersus est. V.
niuersi verò fideles Christi & ciues Antiochiarū vna cum Domino Patriarcha &
Episcopo ciuitatis eiusdem gauisi sunt gaudio magno, Deo & Domino Iesu
Christo gratias agentes, cuius pietate & protectione ab hostium multitudine

XLVIII. saluatos tam catholicus princeps triumphauit. Anno dehinc secundo post-
quam *Acre* ciuitas capta est, virtus & apparatus magnus Regis Babylonie mense Au-
gusto tam in mari quam in arido profectus est, vt urbem Iaphet vel Ioppe oblideret;
& abhinc nauali exercitu expugnaret: à campestribus vero ciuitatis Ascalonis ca-
stra metati sunt, vt hinc & hinc à terra & mari subito regionem inuaderent, & sic ex
improuiso Regem Baldewinum suosque facilius debellarent. Rex Baldewinus interdum Iaphet moram faciebat: qui statim viso nauali exercitu, dolos & machina-
menta Babyloniorum intellexit; nempe hac de causa à parte maris eos urbem præ-
occupasse, vt ipso Rege cum suis contra hos ad defensionem versus aquam labo-
rante & intento, ceteræ copiæ Gentilium à campestribus Ascalonis irruentes, ur-
bem Iaphet subito expugnarent. Sed Rex fraudem illorum cognoscens, ac virtu-
tem illorum in campis Ascalonis curriculo trium hebdomadarum accubuisse, ad-
uentum verò & pugnam aduersus Iaphet dissimulare, ac minimè diffamare, nec i-
pse socios inuitare, ac arma congregare obdormiuit, quatenus per totum id tem-
poris spacium paratus & munitus haberetur; & illis quocunque die descendantibus,
& ipse cum suis eopiis ad resistendum occurpare, valerer. *Hugo de Tabaria*, *Ror-
gius de Cayphas*, *Gunfridus de turri Dauid*, *Hugo de S. Abraham*, *Eustachius Granari-
us*, *Gutmanus de Brusella castello Brabantia*, *Lithardus de Cameraco ciuitate Gal-
lia*, *Pisellus de Tuorna*, *Baldewinus de Hastrut*, castellis Flandria; hi omnes à Rege
inuitati ad auxilium, vndique contractis eopiis equitum & peditum Christiano-
rum, conuenerunt. Affuit in eodem Regis comitatu quidam Turcorum adolescēs 40
strenuus, *Mahomet* nomine, in armis & numero centum sagittariorum Turcorū,
qui vitrici sui auaritia & industria à paterna sede, & à terra Damascenorum, expul-
sus, nunc cū Rege fœdus percussit, quatenus in omni militari auxilio fidelis & pro-
tus illi haberetur. Videntes autem legiones Sarracenorum, quomodo Regi doli et
insidiae innotuissent, & nunc se præuidens, manum Christianorum vnde cunque
ad opem contraxisset, mouerunt castra à campis Ascalonis; & vsque ad locum, qui
XLIX. dicitur *Abilin*, in superbia multitudins sūz profecti sunt. Quorum aduentū

Rex vt persens, & procul dubio iam eos appropiasse, direxit legationem domino
Patriarche in Ierusalem, vt sine mora conuocata manu fidelium, ad augendas vires
& opem contra inimicos properaret. Hic denique Regis auditio nuncio, pedites 5
centū & quinquaginta colligēs, arma aptauit, iter versus Rames insistēs, sicut ex mā-
dato Regis illi constitutū erat. Post hęc Rex & vniuersi fideles ad id bellī negotiū
adunati, & communione Dominici Corporis & Sanguinis muniti, ad sex millia in
sexta feria vrbē Iaphet egressi sunt, *Lithardo* Cameracēsi, quia prudēs et fidelis erat,
cū viris trecētis cōtra virtutē naualē in ipsa ciuitate relicto. Rex itaq; cū omni co-
mitatu suorū & signis ad Rames descendens, Sabbato illic morā fecit, præstolatus
dominū *Euemerū* Patriarchā cū omni manu Ierusalē. Patriarcha verò iā suscep-
& ceteris fidelibus Ierusalē, orto mane Dominicę diei, Rex quinq; * ex equitibus
& peditibus ordinavit, ad cōmittēda prēlia cū hostibus; ipse verò Rex in extrema
acio

acie inter equites ad corroborandos & exhortandos suos imperterritus mansit. Pauci quidem equites, numero scilicet centum & sexaginta circūstiterunt illum; Nec mirum si pauci propter assiduam equorum in terra hac defectionem. His ita à Rege ordinatis, & signo S. Crucis cunctis Christianis à domino Patriarcha sanctificatis, signa & vexilla tolluntur; tubæ & cornua incessanter perstreput, Rex & sui ad castra aduersariorum contendere parant; quatenus anticipantes bellum, non vlt̄rā infidelium turmas impunè descendere paterentur. Gentiles quo-
 queiam Regem tam proximum adesse & eius copias, cōperientes, pariter & ipsi
 à castris in armis, signis & equis, & intolerabili stridore tubarum, processerunt,
 10 in multitudine graui quadraginta millium occurrentes, nec minus & ipsi bellum
 cōmittere festinantes. Nec mirum, dum sic vterque exercitus in campo appare-
 ret, tubæ hinc & hinc fortiter insonuerunt; & agmina fidelium ac infidelium atro-
 citer commiserunt à primo mane Dominicæ diei, quæ est extrema mensis Augu-
 sti, usque ad horam nonam: Tunc Dei gratia & misericordia Sarraceni infirmati,
 fugam arripientes à facie Christianorum cedentium se & persequentium, Ascalonem
 20 repedare & intrare contenderunt. In hoc quidem prælio ceciderunt L.
 septem millia Gentilium; cecidit & Ammiraldus Ascalonis: Ammiraldus verò *Aca* &
 Ammiraldus *Assur*, qui vita à Rege impetrata, & ciuitatibus deditis, Ascalonem
 ante hunc annum confugerant, cum omnibus exuuis suis capti sunt. Rex autem
 20 hac Dei & Domini Iesu Christi opitulatione victoria accepta, cum vni-
 uersis spoliis inimicorum in gloria magna Ioppen ingressus est. De cuius comitatu
 tantum modò centum perierunt cum milite egregio *Reinardo Verdunense*, quem
 Rex & vniuersa ecclesia planxerunt planctu magno, catholicas illi exequias exhibentes. Erat verò naualis exercitus in latere vrbis: qui victoriam suorum affutaram
 sperantes, & Peregrinorum fugam atque contritionem, vrbem subito irrumperè
 deuouerant. Sed viso capite decollati Ammiraldi & primi Ascalonis, & fuga &
 strage Ascalonitarum & Babyloniorum comperta, tristes & desperati à statione
 vrbis Iaphet velocibus remis amouerunt, *Triplam*que in spe refugii nauigantes, ac
 30 inibi pernoctantes, facto mane, *Ascalonem* & *Babyloniam* nauigio reuersi sunt. Co-
 mes autem de *Sartengis*, *Wilhelmus* nomine: qui in oī tuo Reymundo Comite, &
 auunculo suo, terram & ciuitates de *Camolla* hereditario sanguine possidens, suc-
 cessit; & nunc post auunculi obitum plurimo assultu eandem vrbem *Triplam* vel
Tripolin debellabat de nouo præsidio, quod dicitur *Mons peregrinorum*, quod &
 ipse Reymundus multo robore firmauerat: nihil huic nauali exercitui, *Triplæ* ho-
 spitato, aduersari aut contradicere potuit, propter aquarum fiduciam quam ha-
 bebant, & vrbis intolerabilem multitudinem, quæ illis in littore ad auxilium sem-
 per affluebat. Plurimo tamen conatu & infestatione redditum illorum idem Co-
 mes impedit moliebatur nunc fundibulariis, nunc sagittariis: sed hi aquis nimis
 freti, sine contradictione & lassione Ascalonem potenter applicuerunt. Igi. LI.
 40 tur post bellum & victoriam, quam Rex ad *Abilin*, quæ est inter Ascalonem & Ra-
 mes, adeptus est, siluit terra Regis; & metus magnus corda Ascalonitarum & Ba-
 byloniorum concussit: quoniam toties à Rege in manu paucorum victi cecide-
 runt ac fugerunt; & nulla eis spes vlt̄rā resistendi & viuendi in conspectu eius fuit.
 In hoc itaque mœtore & desperatione dum sederent, & iam curriculo octo men-
 sis quiescerent, vineas excolerent, Regemque interdum cessare ab armis gau-
 derent, & ipsum mutua pace & donis placare feruerent; sed omnia frustra tenta-
 rent, nisi vrbem Ascalonem in manu eius redderent: verni menses processerunt,
 quando sara, fruges, vineæ & omnis spes aani in florem & fructus parturiunt, &
 messem affutaram in proximo promittunt. His ita in commodum & plenitudi-
 nem omnibus apparentibus, atque in campis omnibus Ascalonis iam ad messem
 properantibus, Rex à Ierusalem & omnibus locis sibi auxiliantibus milites atquo
 arma copiosa contraxit, ac tempore *Rogationum*, quo illis in regionibus omnia sata
 festinant ad messem, occupauit terram Ascalonitarum, vineas, ficus & cuiusque
 generis arbores succidens in manu robusta; quin & sara, quæ equorum, camelorum,
 caterorumque armentorum pabulo non sufficeré, flamma combussit: ut vel
 hoc saltem incommutabili damno, gens dura & indomabilis ad subdenda colla
 molliretur. Sic vniuersa regione non solùm populari manu, sed & incendio vasta-
 ta, Rex redditum Ierusalem cum parte exercitus aptauit; viamque per montana v-
 niuersi insistentes, qui erant in comitatu, immenso stridore tubarum & cornuum

intonantes, vniuersaloca montium & vallium non paruo terrore concusserunt, per quæ in virtute sua transituri erant. Hoc inæstimabili fragore tanti exercitus plurimæ feræ, ab antris suis, & à desertis montium, stupefactæ & exterritæ, insolito errore viarum hac & illac vagabantur. Nec mirum, cum nec auium volatus tumultum populi vociferantis sufferret; sed altis vocibus attonitæ ac lapsæ ab aëro in medium vulgus à volatu deficiebant. Itaque dum sic ab antris diuersæ feræ pauidæ errarent, & hanc vociferationem inauditam mirarentur, contigit infelici casu quandam timidam damulam de montanis exire, & cæco errore inter populum fugam maturare: quam mox anteriores exercitus vt viderunt, grauiter eam circumquaque equorum velocitate oppreserunt, hi ut præuentam caperent, hi ut

LII. participes venationis haberentur. Inter hos dum feram hanc ad montana festinante armiger nobilissimi iuuenis *Arnolfi*, probi equitis ac principis de castello Aldenardis, acrius vrgeret, & feram allequi ferueret, cingula equi illius in eadem cursus contentione rupta sunt, & sic ab equo corruens, prostratus humi ab insecutione quieuit. Equus verò illius circum vociferantium strepitu attonitus, ad montana rapido cursu & immoderato tetendit, nullius approximationem aut comprehensionem patiens, donec inter fauces montium evadens, non vlt̄ comparuit. Ad hæc contéderunt complures ad quærendum caballum fugituum, contendit & Arnulfus: Sed diu quæsito & minimè reperto, tædioque per montium difficultates affecti, repedauerunt vniuersi. Solus Arnulfus, quem cura caballi sollicitabat, & qui armigeri administratione & officio carere non potuit, longius prosecutus est ad quærendum equum, vt inuentum forte reduceret: Sed gravi fortuna aduersante, equus quidem repertus est, sed iuuenis gloriosus non vlt̄ ad suos rediit. Affuerunt enim illic latentes *Arabum* insidiæ, qui ab Ascalone descendenter in montium latebrofa cacumina, videre & intelligere de combustione & populations regionis, & aliquibus aduersari, sibi incautè de exercitu occurrentibus in vltione prædarum & flamarum, quas passi sunt: Hi nobilissimum iuvenem per montium iuga ac declivia solum ac inermem vagari considerantes, subitis clamoribus et armis sunt aggressi: Quem frustra diu, gladio educto, resistere ac se defensare conantem, tandem longa & assida impugnatione vexatum ac defatigatum trans iecur et præcordia lanceis & sagittis confixum, & in multo sanguine ab equo cadentem, peremerunt; & caput eius in signum victoriae Ascalonem intulerunt. Caballus denique illius per fauces & abrupta montium discurrens, nequaquam comprehendendi à Gentilibus potuit: donec montana egressus ad exercitum Regis repedauit, domini ac floris sui sanguine fœdatus, patenter mortis illius omnibus indicio factus. Hunc enim vt Rex et vniuersi de cætu Christianorum viderunt sanguinem madentem, Arnulfum procul dubio armis Ascalonitarum incautè cecidisse retulerunt. Nec mora, per montana diffusi ad persequendos & inuestigandos hostes, solum Arnulfum mortuum, ac sine capite iacentem repererunt, Arabes nequaquam persentire potuerunt: Qui corpus exanimis suscipientes, Ierusalem detulerunt, catholicas illi exequias exhibentes in vallo Iosaphat apud Ecclesiam Latinam S. Maria, matris Domini Iesus, vbi & honorificè sepultus est. Fleuit super eum Rex fletu magno in die exequiarum, fleuerunt & vniuersi Principes exercitus; fleuit & amarissimis lacrymis super eum nobilis *ex Comiti Baldeini* Hamaicorum, eo quod socius & conuiator de terra longinqua Galliæ descendisset ad adorandum in Ierusalem. Non sit mirum, si tot magnorum fletum & planctum hic adolescens meluerit, qui omnibus affabilis & notus habebatur, & qui nunquam ab aliqua militari actione sinistra laude declinavit. Tertia abhinc die orta, postquam tam illustris miles sepulturæ traditus est, Ascalonitæ per internuncios requisitum caput illius Ierusalem remiserunt, cum littoris in uno crine illius dependentibus, & verba in hunc modum continentibus: *Ascalonita Regi Baldeino caput extincti, militis & viri nobilissimi, non alia amoris cansaret, nisi ut dolor eius & illud intuentum renonetur & augetur; & ut recognoscant, quomodo tanti viri perditio omni eorum damno & combustioni nequaquam possit comparari & appreciari, & in tanti militis decollatione non vlt̄ Ascalonitas damna sua velle recordari ans dolere.*

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS
HIEROSOLYMITANÆ LIBER DECIMVS.

Argumenta Capitulorum.

I. Quatiter anno septimo regni Baldewini Regis gens multa Hierosolymam nauigans conductum eiusdem Regis petierunt.

II. Rex cum magno gaudio peregrinos suscipiens, cum suis consulit, qualiter eorum auxilio contra Saracenos utatur.

III. Rex suorum usus consilio, ad obfiden-dam Sidonem Anglos in Iaphet iubet experitare.

IV. Vbi Rege machinas preparante, Sidonii Regi copiosam pecuniam, ne obfiderentur, promiserunt.

V. Quod Hugo Comite regionem Suet depradante, Saraceni prædam sœcius eius excusserunt: & qualiter Hugo eadem cede fagittatus, animam exhalauerit, & de obitu fratri eius.

VI. Quomodo Rex pecuniam à Sidoniis percepit, & Anglicum exercitum ad propria remiserit.

VII. Rex pecunia Sidoniorum sublevatus, Tabariam redit, & Gernasium loco Hugonis restituit.

VIII. Rege Tabaria commorante, Ascalonites quingentos Christianos iuxta flumen Rames peremperunt.

IX. Vbi Ascalonitis Rames expugnibus Rotgerus cum milibus obuiavit in pugnam.

X. De insidiis Ascalonitarum, & de virtute Rotgeri & militia eius in prælio.

XI. De Gerardo equite, cuius instinctu fugâ peruenit ad urbem Iaphet Christianus exercitus.

XII. Sarraceni Rotgerum fugientem inse- cuti, quadraginta Christianos ante urbem necaverunt.

XIII. Quomodo Sarraceni castellum Arnolfi obfidence diruerunt, præpositum ipsius arcis captiuantes.

XIV. Vbi Sarraceni victoria potiti; cum octo Galeidis nauibus unam nauem Dromonem Christianorum in portu Iaphet inuaserunt.

XV. Quod Rex istorum malorum fama excitatus, cum sex millibus de Tabaria contra Ascalonitas prosector est.

XVI. Quod Rex suorum consilii sine bello Ierusalem redicerit, & Rorgius de Cayphas obierit.

XVII. De quodam Principe urbis Femie occiso per solum suum Boherum, quem ciues sui persequuntur.

XVIII. Bohero auxilium Brodoanum im- plorante, Tankradus à ciubus inuitatus non tamen intromissus est.

XIX. Tankradus ad tempus recedens post Pascha urbem Femiam obfidence vallauit.

XX. Quomodo Tankrado Femiam expa- gnante, duo filii Principis occisi auxiliu ille dederunt contra Boherum.

XXI. Vbi à Christianis urbe vallata, Boherus cum ciubis suis se tradidit manibus Tankradi.

XXII. Vbi filii Principis occisi Tankradus rogant, ut Boherus occidatur.

XXIII. Quomodo Tankrado victore An-tiochiam reuerso, filii Principis occisi persecuti sunt amicos Boheri.

XXIV. Qualiter Baldewinus Rex exerci-tum Turcorum contra se venientium cum quin-decim armatis explorauerit.

XXV. De quinque Turcis à Rege Baldewi-no honorificatis, quorum instinctu tria milia Turcorum in fugam versa sunt.

XXVI. Rex Turcis fuga dispersis, conuo-cato exercitu, Hierosolymam tendit, & in capite ieunii morem cineris impleuit.

XXVII. Quomodo Rex contra tria milia Turcorum properans, conductum habuerit sa-cerdotis Christianorum Syrorum.

XXVIII. Quomodo Sacerdos Syrorum in castra veniens Turcorum, sua sibi suis omnes fugere compulerit.

XXIX. De Arabibus in cavernis montium absconditis, quos Rex igne & famo exire co-egit.

XXX. Rex adeptus victoriam, preda oru-stus Ierusalem reuertitur, & loca regni sui vi-sans confortatur.

XXXI. Quomodo Ascalonitis Ioppen obfi-dentibus, ciues urbis à Rege consolati, contra eos portis egressi prævaluerunt.

XXXII. Vbi Ascalonitas contra Christianos præsidium adficare volentes, Rex in fugam coegit.

XXXIII. Christianis preda intentis, & ab hostibus penè præuentis, Rex affuit auxilio, hostibus plurimum spoliatus.

XXXIV. Ascalonita ante Ierusalem as-fultus facientes, ad quinque corruerunt.

XXXV. Quod Rex Baldwinus negotia-tores Babylonia iuxta Iordanem inuaserit & expoliascerit.

XXXVI. Vbi Baldewino Comite per Ge-

zelatum de captivitate redempto, Tankradus inimicus eius factus est.

XXXVII. *Baldewinus à Tankrado vietus obsidetur, sed Gozelini industria, & Geigremich, Principis Turcorum, instantia liberatur.*

XXXVIII. *Qualiter Henricus, Romanorum Imperator, Conradum stabulariū suum per Regem Gracorum receperit.*

XXXIX. *Quod Boemundus de Italia cum exercitu reuersus, Dyrrachium, Gracorum urbem, obfederit.*

XL. *Qualiter Conrado in Italia commorante, Boemundus mænia Dyrrachii urbis impugnauerit.*

XLI. *Quomodo Regi Gracorum aduententi Boemundus in bello occurserit, Dyrrachium amplius impugnans.*

XLII. *De trecentis milibus Boemundi occisis à Turcopoli.*

XLIII. *Vbi Principes Italia, donis Gracorum corrupti, Boemundum ab obfitione auerterunt.*

XLIV. *De reconciliatione Boemundi cum Rege Gracorum, data per ipsum licentia Ierusalem tendentibus.*

XLV. *Baldewinus Rex; contractis copiis Sidonem obfedit.*

XLVI. *Denobilissima matrona gentilium, quam Baldewinus Rex per milites suos cepit cum quatuor millibus camelorum.*

XLVII. *De duabus turribus Sidonis, qua-*

rum altera diuino nutu subuersa est.

XLVIII. *Quod Christiani nauale certamen inierunt contra Babylonios, in auxilium Sidoniis missos.*

XLIX. *Rex cum Babylonis dimicans, vicitoriā obtinuit plurimis siorum occisis.*

L. *Rex propter Turcos tentoria sua incendens, & ab obfitione recedens, venationi paupifer indulxit.*

L I. *Populus Christianus de reditu Regis letitia perfunditur.*

L II. *Requisitio Turcorum à Sidonis de promissione pecuniarum taxatarum.*

L III. *De quatuor millibus Turcorū, quos Geruafius, Princeps Tabaria, cum octoginta locadicis insecurus est.*

L IV. *Geruafius, suis in belloratis, viuis capit, Rege Baldewino multis maren-*

re.

L V. *Legatio Turcorum ad Regem Balde-*

winum pro Geruafio, & pro ciuitatibus Caypha

& Ptolemaide.

L VI. *Damasceni, non impetratis à Rege*

ciuitatibus, Geruasium in medio urbis illudens

inteficiunt.

L VII. *Qualiter Euemerus à Romana*

Synodo litteras Apostolici pro restituzione sua

detulerit Regi Baldewino.

L VIII. *Regem suam sententiam confirmante,*

Eumerus deponitur, Gobelino sedem illius obtinente.

L IX. *De Patriarcha peculatu.*

I. **O** D E M quoque tempore in anno septimo regni Baldewini, Regis catholici Ierusalem, plurima multitudo naualis exercitus catholice gentis *Anglorum* circiter septem millia nauibus, quas *Buzas* appellant, cum cætera manu de regno Danorum, Flandriæ & Antuerpiæ aduecta, ad portum ciuitatis Iaphet anchoras fixerunt, moram ibi facere constituentes, donec Regis licentia & conductu accepto, in Ierusalem eos securè licuisset adorare. Ex his illustriores & facundiores Regem adentes in hunc modum locuti sunt: *Viuat Rex in CHRISTO, & prospere tur regnum ipsius de die in diem.* De terra longinqua regni *Anglorum*, Flandria ac Danorum viri ac milites Christianæ professionis, per aquam nimiam immensæ maris buc adnauigamus DEI opitulatione, causa adorandi in Ierusalem, & videndi Sepulcrum DOMINI: Et ideo clementiam tuam super hoc precaturi conuenimus, quatenus tua gratia & conductu

II. **J**erusalem pacificè possimus ascendere, adorare & reuerti. **R**EX clementer vniuersum precatum eorum audiens, concessit eis conductum virorum fortium armatorum, qui eos securè ab omni impetu & insidiis Gentilium per notas semitas perduxerunt usque in Ierusalem & vniuersa loca sancta. Perducti vero Peregrini & noui aduentæ CHRISTI, illic in Templo Dominici Sepulcri vota sua Domino reddentes, cum gaudio magno sine aliquo obstaculo *Toppen* reuersi sunt. Vbi Regem reperientes, auxilio sibi adesse in omnibus deuouerunt, ad quæcumque animus illius verteretur. Qui benignè viros commendans, & hospitari præcipiens, nequaquam de hoc tam subito se posse respondere profitetur, donec conuocatis optimatibus suis à Domino Patriarcha, consilium inierit, quid utilius & opportunius insistere valerent, & non frustra tam voluntarium vexaret exercitum. Et ideo post paucos dies domino Patriarcha, Hugone de Tabaria, Gunfrido custode ac præposito turris Dauid, accitis, & cæteris Maioribus militiæ suæ, cōuentū in ciuitate Rames habere disposuit, ut cōsuleret cum eis, quid utilius agere debuisset.

Quibus

Quibus statuto die collatis, & diuersa referentibus ac sentientibus, tandem III.
 visum est vniuersis sanius esse consilium, quatenus vrbs *Sagitta*, quæ est Sidon, ob-
 sideretur: si forte De auxilio & viribus noui exercitus, terra & mari superari pos-
 set. Dehinc vniuersi qui aderant, & hanc obsideri poscebant, eò quod esset vna ex
 his ciuitatibus Gentilium, quæ assiduè rebellabant, à Rege commendati & admo-
 niti sunt, ut quisque in sua rediret; & se ad hanc expeditionem rebus necessariis &
 armis prouiderent. Recesserunt singuli in sua, recessit & *Hugo de Tabaria*, vir bella-
 tor præcipuus aduersus hostiles impetus, qui bellis & insidiis non die, non nocte,
 in terra Gentilium fatigari potuit, quād diu vita in columis fuit. Dehinc quoque
 statim imperavit legatio Regis vniuersæ multitudini *Anglorum*, ne tentoria vel
 classes amouerent à ciuitate *Iaphet*; sed Regis mandatuit, ut sine tadio expecta-
 rent. Aperuit quoque eadem legatio vniuersis, quomodo Rex & omnis prima-
 tus ipsius decreuerint urbem *Sagittam* terra marique obsidere & expugnare; & il-
 lic eorum opem & vires necessarias haberi: & hac de causa Regem & Patriarcā hā
 ad ciuitatem *Aoram* descendere, machinas & mangenas adficate & ad expu-
 gnanda mœnia & eius habitatores; eos verò interim laphet debere habitare, dum
 Regis iussio innotescat. Sic fieri iuxta Regis mandatum vniuersi concederunt; &
 eius legationem in portu laphet præstolari, & per omnia obœdire usque ad san-
 guinem responderunt. Rex *Acram* cum Patriarcha & omni domo sua de- 1v.
 scendit, machinas & plurima tormentorum genera per dies quadraginta fabri-
 cans & componens; ordinansque omnia ad vnguem fieri, quæ ad assultum v'bis
 videbantur aptiora. Hoc Regis studium & intentio ut sonuit in auribus habitato-
 rum vrbis *Sagitta*; & intolerabiles copias armatorum Iaphet ad auxilium Regis
 confluxisse, vehementer exterriti sunt: metuentes sic in ore gladii Regis contu-
 mi & subiugari, quicmadmodum aliæ ciuitates Cæsarea, Assar, Acra, Cayphas, Tæ-
 baria, attritæ sunt & subiugatae. Et ideo inito consilio, pecuniam plurimam By-
 zantiorum Regi per secretarios intercessores spoponderunt, sed & in singulis an-
 nis grande talentum dare, si modò non ciuitatem obsidens & expugnans, par-
 ret vita eorum. Hæc igitur negotia de die in diem inter Regem & ciues ageban-
 tur; & Regem de redemtione ciuitatis & salute sua solicitabant, ampliora nunc
 & nunc dona offerentes. Rex verò, sicut homo anxius & solicitus de conuentione
 solidorum, quos debebat militibus, totus pecuniæ intendebat: Veruntamen quia
 fideles CHRISTI metuebat, ne sibi obiicerent, minimè hanc adhuc contingere
 audebat. Interea *Hugo de Tabaria* accitus, copiis ducentorum equitum, pe- 5.
 ditum verò quadringentorum secessit in terram *Grossi Rustici*, nomine *Suet*, ditissi-
 mama auro & argento, armamentis fecundissimam, conterminam regioni Damasce-
 norum: vbi inauditas opes & armata deprehendatus est, quæ sibi ad obsidionem
 Sagittæ sufficerent, de quibus etiam Regi & sociis largiter impertiret. Præda au-
 tem hæc usquequaque contracta & abducta usque ad ciuitatem *Belinas*, quam di-
 cunt Cæsaream Philippi; Turci, qui Damasci habitabant, pariterque Sarraceni,
 incolæ regionis, hoc eomperto, vndeque per turmas affuentes, Hugonis comita-
 tum inseuti sunt ad excutiendam prædam; & usque ad montana, per quæ Hugo-
 nis pedites prædam ducebant, profecti sunt. Illic grauis tumultus utrinque exor-
 tus est: hi ut prædam retinerent, obsistebant; hi ut excuterent, conabantur totis
 viribus: donec tandem *Turcis* & *Sarracenis* præualentibus, præda excussa & reducta
 est. Quod subito *Hugo* & sui equites intelligentes, qui in latere mohtium erant, si-
 nemora inter anguitas & scopulosas fauces laxis frenis reuolant, plurimum cum
 hostibus committentes, & suis peditibus subuenientes; sed casu infelici male pu-
 gnatum est. Nam *Hugo* lorica exutus, mox mediis periculis illatus, & solito more
 Gentiles impugnans & mulctans, sagitta à tergo trans pectus & iecur illius infixa,
 inter manus suorum vitam exhalauit: Ad hæc Gentilium turmis cum præda ex-
 cussa regressis, ac diuisis per obscuras ac difficiles semitas asperorum collium, mi-
 lites Hugonis corpus extinctum, gestario impositum, in ciuitatem *Nazareth*, quæ
 est iuxta Thabor, attulerunt: vbi in multo fletu & planctu tam egregias Princeps,
 & fortis athleta, honorifice & catholice sepultus est. Frater verò eiusdem Hugo-
 nis, *Gerhardus* nomine, graui infirmitate tunc laborabat. Qui fratri audito inte-
 ritu, præ dolore validius molestia corporis illi adaucta, & ipse post dies octo mor-
 te occubuit; & iuxta fratri speluncam more fidelium appositus est. Post tam VI.
 annitorum Principum lacrymosas exequias, Rex occasione assumta mortis hō-

rum virorum & primorum sui exercitus, pecuniam pro dilatione obsidionis Sagittæ vrbis oblatam, clam omnibus suscipere consensit: dissimulans tamen pacem cum Sarracenis facere, sed opus, quod cœpit, velle perficere. Vnde missa legatione Iaphet, *Anglicos* milites admonuit, ut nauigio Acram descenderent; atque secum de obsidione & assultu vrbis Sagittæ agerent, & tractarent. Qui ad Regis iusfionem exurgentes, velis purpureis, & colore diuersi generis insignitis, protinus in altis malis Buzarum expansis, ac vexillis suis ostreis & fericis erectis, venerunt, & in littore vrbis anchoras iactantes hospitati sunt. Rex verò crastina die secretariis & consociis suis accitis, Anglorum Danorumque primoribus dolorem suum aperuit de Hugonis interitu, & fratri illius occasu, & quantam in illis bellicarum rerum fiduciam habuerit: & ideo nunc eis defectis ac mortuis, necessariò oportere obsidionem vrbis Sagittæ differre, & hoc tempore exercitum conuocatum relaxare. Hac Regis sententia in populo iam diuulgata, dilapsus est exercitus; & Angli, Dani, Flandrenses velis & remis iterato nauigio, salutato Rege in terram

VII. nativitatis suæ reuersi sunt. Rex verò à *Sagitta* quindecim millia Byzantiorum pro salute vrbis accipiens, cum omni equitatu domus suæ *Tabariam* diuertit, vt in ea custodiam fortium virorum disponeret, qui terram, quam Hugo dono Regis obtinuit, magnisque & assiduis præliis acquisitam subiecit, simili virtute tuerentur; hostes arcerent, & transire eos montana nullo modo sustinerent. Quapropter *Geraustum*, virum illustrem & nobilissimum, de regno occidentalis Franciæ ortum, belliguarum & assuetum, loco Hugonis restituit, ac præficit Tabariæ & vniuersæ regioni, sciens eum fidelem & bello acerrimum contra omnes Gentilium, Saracenorū, Turcorum, Damascenorum incursus.

Interea dum Rex in his negotiis illic moram ageret, viri *Ascalonite* eius absentiam comperientes, & noui exercitus recessum, Hugonis ac fratri eius interitum, legationem *Sur*, quæ est Tyrus, & *Sagittam*, quæ est Sidon, *Baruth* quoque, quæ est Baurim, cum festinatione dirigunt, ut in armis & copiis in vnum die statuto conferantur; & sic *Rames*, quæ est Rama, & *Iaphet* in impetu affilientes, viros Christianorum incautos aggrediantur, alios interimentes, alios captiuos abducentes. Qui usquequa iuxta legationem Ascalonitarum conuenientes, ad septem millia equitum annumerati, in fortitudine vehementi in planicie camporum Assur & *Rames*, subitis clamoribus irruerunt, vbi Peregrinos incautos, & tantæ multitudinis nescios, iuxta flumen, quod Assur & *Rames* interfluit, reperientes mense Octobri, feria quarta, ipso natali B. Dionysii Martyris, lanceis & sagittis fortiter incurrerunt, quorum non pau-

xi. ciores quam quingenti detruncti & decollati sunt. Hac in potentia & virtute armorum suorum tot Peregrinis attritis, nimium gloriantes *Ascalonite* & cæteri Gentiles Regis Babyloniarum, mox assuerunt in campestribus *Rames*, vt expugnarent urbem; eius habitatores bello lacecerent, si forte aliqui prodirent ex ea, pro ut solitum semper eorum audacia habebat resistere. Erant hac die Christiani ciues & milites improvisi & immunes; equites verò non amplius octo in vrbis defensione & tuitione reperti sunt. Qui cum defensore suo quodam, *Baldewino* nomine, perterriti, omnes vires & apparatus Regis Babyloniarum adesse arbitrantes, sine mora in equis celerrimis octo equites urbem egressi sunt, ac Iaphet introcuentes, nunciauerunt *Rotgero* de castello Resset, qui vrbis Iaphet prærat, & cæteris conchristianis, quomodo Ascalonitæ & tota virtus Babyloniarum campestria vrbis *Rames* occupassent; & procul dubio sine intermissione ad vrbis Iaphet mœnia properare. Hoc auditio, quotquot erant equites in vrbis Iaphet & pedites, ex subita admonitione Rotgeri à porta vrbis accincti armis processerunt obuiam, appropinquantes hosti, vt mœnia & vrbis introitum inimicis omni armorum genere &

xii. virtute prohiberent. Verum Ascalonitæ & Arabes ex industria in latibulis montium, qui ex aduerso sunt, copias suas abscondentes, præmisserunt viros in equis, lancea & sagittis peritissimos, vt cursu rapidissimo usque ad vrbis ianuam aduolantes, viros vrbis longius protraherent, donec in insidias incidentes, vndique eos circumuenient; & à latibulis erumpentes, nescios & incautos alios trucidarent, alios captiuerent. At *Rotgerus* suique commilitones in armis parati obuiam excusantes, cum Arabibus contigere non abstinuerunt; ac plurimum diei cæstori contentione & discursu consumentes, graui vulnere vexati & multo labore exhausti sunt. Tandem Christianis ex prospero successu longius insequentibus, Arabibus verò ex industria interdum cedentibus, hostiles copiaz à montanis pro-

progressæ vsque quaque nimia & innumerabiles apparere & appropinquare cœperunt. Sed Christiani licet hoc bellum à Babylonie transmissum & stimauerunt, nequaquam formidine concuti potuerunt, fortiter resistentes, & in Domino lessus v spem vitæ ponentes, pro cuius nomine & amore omnem cognationem carnis & sanguinis reliquerunt. Ad hæc *Gerhardus* quidam eques de domo Regis Bal. XI. dewini, qui partem redditum ciuitatis Iaphet pro militari obsequio obtinebat, mediis Christianorum turmis equo velocissimo affuit, virtutem & copias innumerabiles inimicorum, & adeò intolerabiles, asserens, ut nunquam præsens Christianorum manus ha: sufferre possit; & ideo consultius esse, equites & pedites in urbis tutamina redire, & mœnia defensare. Huius itaque verba diffidentiæ, alii viri vehementer indignabantur, & formidolosos factos ad vocem Gerhardi arguebāt, stare & repugnare adhortantes; alii verò consiliis Gerhardi acquiescere, nunc absente Rege, acclamabant, nimio terrore concussi. Hoc enim dissidio in momento sic cœtus Christianorum distracti ac diffusi, communem inierunt fugam contra Iaphet, quemadmodum apes à facie turbinis auolatæ & dispergi solent.

Sarraceni autem & *Arabes*, videntes viros formidine defecisse, fugau: que arrispuisse, non parcè equos vrgentes fugitiuos insequuntur. Quis attocuer lanceis & sagittis infigunt, præter eos, qui in porta ciuitatis evaserunt. *Rotgerus* verò & *Gerhardus*, cæterique Christianorum milites, equorum velocitate capi, in impetu fugæ tardos ac miseros pedites contulabant; nec erat fas vlli aut spacium freni retinendi à facie insequentis eos & persecuti. Sola spes viuendi porta vrbis erat, eam intrare contendebat. Sic tandem his graui insecutione vrgentibus, his verò in grandi pressura portam obtinentibus, quidam Christianorum lento cursu tardiores exclusi, ante ianuam & vrbis muros armis impiorum Gentilium occubuerunt; & ad quadraginta ibidem decollati sunt. Hanc itaque victoriam XIII. *Ascalonite* adepti, nulla mora vrbis mœnibus vim inferre conati sunt; sed capita decollatorum auferentes, gausi prospero euentu belli, in terminos Rames reuersi sunt, in tubis & buccinis, & in superbia magna castellum Arnolfi obsidentes: quod versus Ierusalem in montanis ad regionem tuēdam, iussu Catholici regis muris & mœnibus ædificatum prominebat. Illic biduò obsidionem facientes, & minas mangenarū & machinarū, adeò viros i: habitantes exterruerunt, vt *Gunfridus*, custos ac præpositus arcis & turris Ierusalē, qui & huic Arnolfi præsidio nunc præcerat, vix vita impetrata, dextræ Sarracenoū quæretet; se in dicitiorē edderet, ac præsidii ianuam hostibus aperiret: qui ingressi, muros præsidii statim diruerunt; inuentos in ore gladii percusserunt, solum Gunfridum i: eseruātes captum Ascalonē deduxerunt. Dehinc ab hac quarta feria post natalem S. Dionysii Martyris XIV. sexta feria inchoante, *Ascalonite* triumpho suo lætati & exaltati, octo Galeidas, aptantes in eis viros sagittarios ac robustissimos, constituerunt, qui vsque Iaphet applicarent, estimantes Christianorum vires vel naues sibi occursare, quibus aduersari captione aut submersione valerent. Et ecce in impetu magno & rubarum sonitu, orto mane, loppe applicantes, nauem immanissimam, quam appellant *dromonem*, diuersis rebus & vitæ necessariis onus tam, in portu vrbis à longè speculantrū: quam vndeque aggressi, nimia impugnatione expoliauerunt; duos solummodo viros tum ad custodiendam eam relictos, sagittis confixerunt. Cives verò Christiani vrbis Iaphet, considerantes Sarracenos præualere, & custodes dromonis mortificasse, eamq; rebus expoliass, subuenire in laccea, arcu & fundibulis properauerūt, quo vsq; navis illa pergrandis excussa & retenta est: Eam verò nauiculam, quæ dromoni ad leuiandum semper adhærebat, Sarraceni in virtute sua abruperunt, quam etiam multis diuitiis oneratam abduxerunt. Igitur tam grandi causa & infortunio bis & ter Christianis fratribus, & eoru: ciuitatibus, distractis, subito fama per omnia volitans autibus Regis Baldewini in regione & ciuitate Tabariæ grauter insonuit, quæ vehementer eum de omnibus, quæ acciderant, commouit, eò quod dimissis sociis et copiis, vrbibus et locis Sarracenorum pepercisset; et quoniam sic eum in fraude prædictæ pecuniæ circumuenire præsumissent. Vnde sine mora Iaphet reuersus, quirgentis equitibus in lorica & galea contræcis, peditibus verò ad sex millia, *Ascalonem* in ultione suorum proficii voluit, & vsque ad locum *Palmarum*, quia est terminus castello *Bergars*, quod duobus miliaribus distat à ciuitate Ascalone, profectus est. Illic in loco eodem

GG

- xvi.** consilio cum suis habito, considerabat, quia in hoc tempore nihil contra Ascensionem assultus ei proficerent, vel in satis, vel in vineis sive in arboribus depopulandis, eò quod radicibus regione ante hos dies sibi valetata igne & præda, nihil intactum extra urbem reliquisset: Ciues vero & milites Arabes nequaquam a mœnibus urbis ullos suorum procedere permiserunt. De quibus Rex in vindicta suorum acceptam iram animi sui mitigavit; & ideo Ierusalem cum domino Patriarcha, vltione suorum dilata, reversus est. Eodem anno Rorgius, qui dono Regis Cayphas præcerat, infirmitate valida occupatus, longo tempore languit, donec tandem molestia corporis adaueta, finem vitæ fecit; & in stillicidio porticus Ecclesiae Dominici Sepulchri honorificè & catholicè sepultus est. Eodem anni tempore, quo Rex Baldwinus Sagittam obsidere distulit, Anglicosque milites remisit, & Hugo de Tabaria in arcu & sagitta Turci occidit, quidam princeps ciuitatis, nomine Femia, qui longè lateque immensa potestate terræ in circuitu præcerat, eò quod Christianis & Peregrinis satellitibus largus & propitius habebatur, a quodam Sarraceno, Bothero nomine, qui secum in militari obsequio, & conuentione solidorum, mortabitur, plurimum inuidiæ & indignationis pertulit; donec tandem die quadam visa oportunitate suæ malicie, in falsa fide ab eodem Bothero coenandi gratia inuitatus, fraude & absconditis in domo insidiis circumuentus, ab illius complicitibus interemptus est. Eo autem sic in dolo perempto, ciues ciuitatis tam crudelis facinus ignari, nimia ira aduersus Botherum exarserunt, sive animati in vltionem sui Principis, & illorum contritionem, qui in eum manum mittere ausi sunt. *Botherus* igitur in unum turrium ciuitatis firmissima hospitatus, ciues habens suspectos, eo præcipue quod Christiani essent, Brodoan, Principi ciuitatis Alapiæ, occulte nuncios direxit, ut subito congregatis copiis descendens, ciuitatem Femiam occuparet & expugnaret; atque dextris inuicem datis, ciuitatem & regionem obtinerent. Hæc Christiani & Armenii ciues intelligentes, exterriti sunt vehementer, eò quod rursus dominio Gentilis tyranni Brodoan subderentur. Et sub manu traditoris Botheri constituti, *Tankrado* nuncios dirigunt, eò quod vir Christianus & bellator præcipuus fuerit: quatenus assumptis viribus & sociis, ad eos transiens, primatum ciuitatis & regionis apprehenderet, ac deinceps obtinebat. Quicunque septigentis collectis equitibus, nullæ vero peditibus, ad ipsam ciuitatem profectus, minime intromissus est. Uniuersos enim ciues & primos urbis Botherus, traditor sceleratus, blandis promissis & magnis muneribus corrupserat, ac minis & terroribus animos & corda eorum infregerat. *Tankradus* quidem videns sibi ciues auersos, ante urbis mœnia tentoria locauit; ac trium hebdomadarum spacio illic consummato, in uniuersis assaultibus suis nequaquam proficebat potuit. Sic omnes traditor auertit. Ieiunium quadragesimale iam mediatur processerat. Igitur *Tankradus* videns, quia nihil hoc tempore proficeret, amotis castis Laodiceam & Antiochiam reuersus est. Non longè ante hoc Laodiceam obsederat, ac superatam, sibi que subiectam, de manu Regis Græcorum & suorum custodia in suam redegit potestatem. Post hæc celebratis octo diebus sancti Paschæ ritu & honore Christianorum, *Tankradus* readunatis sociis & viribus, Femiam descendit, vndeque machinas & mangenas applicans, ut sic forte superrata ciuitas in manu sua, & non in manu Brodoan, reddeatur, & ciues cum traditorate punientur. Interea dum frustra assaultibus & machinis circa hanc laborarent, & minimè ciues absterret, diesque plurimi iam prætererant, duo filii Principis ciuitatis infraude occisi, qui patris morte audita, vix de manu Botheri in umbra noctis elapsi, Damascum effugerant, apud cognatos suos illic motram facientes propter metum Brodoan & Botheri; nunc audientes quia denuo *Tankradus* Femiam obsederat, & Brodoan nihil aduersus eum poterat, nuncios Tankrado miserunt, quomodo sibi in auxilium & vltionem sanguinis patris sui venirent, si utile & acceptum sibi suisque videretur. *Tankradus* autem nunciis eorum auditis, & benignè remissis, libenti animo eos sibi in auxiliū affuturos annuit, sedus cum eis percutiens de omnibus, quæ circa urbem & aduersus ciues & Botherum acturus esset. Hivero iuxta quod deuouerant, centum milites Arabes & Turcos sumentes, Femiam usq; in castra *Tankradus* venerunt, cui in hunc modum locuti sunt: *Terra & ciuitas haec jedes & patris & antecessorum nostrorum fuit: sed inuidia & auaritia Botheri ab hac esse: sumus facti exiles: & ideo nunc apud te refugiū & auxiliū querimus, fidē querimus & inimicū.*

Sibas

Si hac mœnia apprehenderimus, non inuidemus; nihil spei in ciuius recuperatione querimus, sed cum benevolentia tibi concedamus: nobis post hac, quæ tibi in animo videntur, pro militari obsequio facies & rependes. Sic dextris datis, super his omnibus Tankradum benevolum, & sibi sat sufficientem, repererunt. Nec mora, assultus assidui, & iactus lapidum sine intermissione, à foris sunt; sed frustra omnia videntur fieri, donec tandem vallo tota circumfoditur ciuitas: ne cùi de cintus aliquo patente exitu, ciues fame sic arctati, & traditor, qui in ea habitabat, in manum & traditionem Tankradi redderentur. Quod & actum est. Clues enim & idem traditor fame intolerabiliter oppresi, & vim Tankradi ultra sufferre non valentes, sibi parci rogauerunt, dextrae & sibi dari ciuitatis portas promittentes aperire. Dehinc Tankradus à suis confilio accepto, & quod longæ obsidionis tardio fatigati essent, & iam usque ad Augustum mensem consedisseat, petitioni Botheri & ciuium acquieuit, videlicet ut Bothero dextram daret, ciuibus parceret, vibem pacificè intraret, redditamque obtineret. Et ita factum est, tradita ciuitate. Filii autem Principis occisi hæc indignantes, Tankradum obnoxie precatum conuenerunt, dicentes: Tam nefarium hominem, & tam nequam traditore, non debere recipi, aut vitare seruari sed omnino de terra deleri. Quibus Tankradus in omni mansuetudine sic respondit: Fidem, quam promisimus isti, quem satis peruersum scio, ac periuimus, non est Christiani moris violare, sed nostrum est, omni populo fidem & veritatem seruare: ideoque huic concedimus vitam cum salvatore membrorum; complices vero illius, quibus non indulsimus, in manu uestra sine ad mortem, sine ad vitam habeantur in ultione sanguinis patris, cum ab hac obsidione primum pedem auertimus, & noster exercitus in sua redditum parauerit. Vobis autem in omnibus commodius uestris manus mea non deficiet. Post hæc veiba Tankradus, ciuitate sibi tradita, & tutela factorum in ea constituta, Antiochiam cum Bothero & ceteris obsidibus remeauit in fide data & suscepta: Filios vero in dolo occisi Principis in regione ciuitatis plurimis præfecit locis. Hi autem filii in regione hac post discessum Tankradi commorantes, complices Botheri interemerunt, reos patris sui interitus: aliosque consciens & reos eiusdem necis crebris insidiis comprehensos, aut membris debilitauerunt, aut laqueo singulatos suffocauerunt. Dehinc post mortem Hugonis Rex Baldewinus à Tabaria & terra Suet eodem anno, celebrato ibidem Natali Domini, Ptolemaidem reuersus est, anno regni sui octavo, ut quiesceret à labore itineris. Ibi statim illius innotauit auribus, quomodo Princeps & Rex ciuitatis Damasci, de genere Turcorum, arma & apparatum contraxisset ad obsidem Tabariam; & Gerusalem loco Hugonis restitutum, expugnare decreuisset, & Regis virtutem non ultra timore. Hoc audito, Rex subito paucis assumptis copiis circiter quadraginta milites, ad resistendum Turcis properauit; & maritima relinques, quindecim sociis adolescentulis, in armis & equo peritissimis, & ceteris electis, ad montana tendens, totum exercitum & vires Turcorum explorare audacter præcessit: Erat autem virtus Turcorum ad tria millia vitorum pugnatorum: iam quidem omnibus exploratis copiis, & visis tentoriis, cautè per deuia & notas semitas ad societatem suorum reuersus est. Vix arma sunt deposita, vix equi frenis & sellis spoliati; & ecce, quinque Turci assunt in castris Regis facto vespere. Qui legati ceterorum, de diuersis negotiis & pace componenda loquentes plurimum, & agentes, tandem benignè suscepiti, muneribus quoque preciosæ vestis, vasorum argenteorum Byzantiorumque onerati, & amicis verbis à Rege commendati, post plurimum sermonis ad castra redierunt. Hac igitur gratia & honore hi quinque à Rege honestati, ex tunc & deinceps parti illius himium fauere coepérunt, virtutem quoque & apparatum illius septies magnificare, & inter ceterum Turcorum extollere, quam vidissent, volentes illi reddere dignam vicem omnium honorum & donorum, quæ eis Rex largitus est. Turci itaque & eorum duces, hæc à suis intelligentes, & multum eis de omnibus, quæ referebant, credentes, magna formidine concussi, fugam inierunt, vndeque cœlum & terram nocte operiente. Hoc à delatoribus Rex comperto, infecutus est eos prima die iaurora exurgente, donec per regionem & muros Damascenorum fugiendo elapsi sunt. His vero in sua tutamina elapsi & clausis, Rex redditum suum fieri ab hinc constuit, donec per dies aliquot Bethlehem veniret, ubi in die Epiphaniae soleniter coronatus est. Ibi diebus octo mora faciens in diuersis negotiis rei militaris, Iaphet, deinde Naplis, quam dicunt Samariā, quā idem Rex Baldewinus sine apparatu bellice

subiecit, profectus est: ad disponendas has ciuitates, ne aliqua versutia & dolus his aduersari posset. Exinde post dies nouem de vniuersis locis per circuitum sociis conuocatis, rediit Ierusalem mense Februario: vbi capite ieiunii inchoante, in monte Sion Christiano more cinere asperso capiti de manu Baldewini, Episcopi xxvii. Cesareæ Cornelii, ritum Quadragesimalem peregit. Sic itaq; initiatu tempore Quadragesimali, proxima die quingentis militibus assumtis ex consilio cuiusdam Syri, nomine *Theodori*, cui innotuit, quomodo Turci à Damasco descendissent ad tria millia in antiqua valle Moysi, ad quoddam præsidium firmandum, ne cui de gente Regis illic negotiandi causa via pateret: iter mouit ad destruendum præsidium, quod Turci rogatu & consensu Arabum illic collocauerant, ad 10 interdicendum transitum vniuersis Christianis. Dehinc octo diebus per fœtentia flumina *Sodome* & *Comorrha*, & deserta loca, & per montium difficultates gradiens, cum vniuersis sociis suis graui defectione oppressus, ad habitationem quorundam Syrorum Christianorum peruenit. Vbi hospitio demoratus, ac satis refocillatus & ipse & vniuersi ipsius sequaces fuere. Intelligens itaque quoniam Christiani essent, sacerdotem illorum accersiuit, sciscitaturus ab eo de novo præsidio & Turcorum intentione, ac de omnibus ab eo consilium requisivit. Qui diluculo exurgens cum Rege, in fide & veritate triduo iter fecit, duæ oræ vix & regionis illi factus: donec tandem Rex conductu ipsius in loco tuto non longè à præsidio & xxviii. Turcis hospitio requieuit. Altera verò die illucescente, idem sacerdos & 20 conuiator surgens, castra Turcorum intravit, aliterq; omnia eis referens, quām essent, in hunc modum locutus est: *Rex Baldewinus*, cum ingenti manu ab Ierusalem descendens, tantillum mansionis, quod nobis erat, deuastauit; nos dispersi sumus, de quibus solus ego ad vos perueniens, vix aufugi, ut nunciarem vobis, ne eius arma & copias expectaretis: non enim amplius eius comitatua & apparatus à vobis habetur, quām milliaris unius intervallo. Hoc denique audito nuncio, netus tantus vniuersorum corda ex DEI voluntate inuasit, vt sine mora tentoria sua ibidem relinquentes, vniuersam fugam maturarent. Vix tenebræ sunt remoræ, vix mane illuxit, & ecce Rex *Baldewinus* in sonitu tubarum, & armorum strepitu, vallem descendit: Sed Turcorum neminem repe- 30 rit, neminem occidit, neminem cepit: Nam tota nocte illa non lente fugam inie- xxix. runt. *Arabes* autem, quorum consilio Turci à Damasco illuc conuenerant, vitæ diffidentes, in cauernis montium, & cæcis latebris, subito vt mures absconditi à facie Regis, disparuerunt cum armamentis & suppellectile, quæ in auxilium adificandi præsidii illuc congesserant. Rex verò cum exercitu suo vallem descendens, cauationes totius regionis perlustrans, ora cauernarum fixis tentoriis obse- dit. Sed nec sic viros cogere valens vt prodirent, tandem igne & fumo suscita- to ante ora cauernarum, vniuersos exire arctauit: quorum mox alii armis extin- xxx. eti, alii capti & ad sexaginta abducti sunt, omnibus spoliis eorum de antro subla- tis, cum asinis plurimis, bobus, ouibus & hircis. *Rex* igitur his prospere gestis, cum omni manu sua & præda, quam acceperat, regressus est vsque ad torrentem 40 *Jordanis*, Syros confratres & conchristianos è cunctis locis regionis congregans, & ad sexaginta secum abducens propter metum Arabum: vbi præda inter Regem & milites diuisa est. Deinde transacto biduo, Rex cum præda sua, quæ si- bi in tertiam partem diuisionis contigerat, *Ierusalem* ascendit, cui in iucunditate & latitia vniuersi Christianorum Peregrini & ciues occurserunt. Post hæc quatuor diebus euolutis, à Ierusalem *Iaphet* descendens, ibidem aliquam moram fecit. Sed & *Asram* veniens, plurimum illic de negotio regni sui tractans, Pascha propinquante, in ipsa coena Domini *Ierusalem* repedauit, vbi in hac sacra solennitate Dominicæ Resurrectionis gloriose & catholicè coronatus est. Post dies verò octo, iterato itinere, per castella & ciuitates *Ptolemaidem* descendit; 50 quin & *Tabariam* profectus est, vt suos aduersus Turcorum insidias & minas militari solatio corroboraret. Et ecce *Acalonitæ* gaudentes eius absentia, ad tria millia exierunt in planiciem camporum ciuitatis *Rames*. Sed nihil in facto suo proficientes illic, in ira magna venientes, loppæ obsederunt. Hæc fama tam crudelis in auribus Regis iam de Tabaria Ptolemaidem reuersi, vt innotuit, sexaginta viros, armis & bello strenuos, nauigio *Iaphet* ad subuenientum ciuibus direxit; & vt eis nunciarent, quomodo sine mora Rex adunata manu eos subsequeretur. Audientes autem ciues, quoniam auxilium Regis præ- nisset,

hisset, & Rex in breui subsequeretur, apertientes portas egressi sunt ad resistendum inimicis: ac vtrinque committentes, Saracenorum octodecim ceciderunt; Christianorum verò, tredecim occisi sunt. Reliqui verò Saracenorum estimantes Regis præsentiam, & ideo ciues audacius nunc resistere, Domino Iesu in suos prosperrante, fugam inierunt. Quos Christiani fortiter insequentes, solummodo sexaginta equos eorum in sagitta & lancea percusserunt; nullum tamen ex his apprehenderunt. Nec mora, Rex, sicut promiserat, Iaphet venit in magno apparatu armorum: Sed victoria Deo opitulante à suis ciuibus anticipata, optata requie illic cum suis vissus est. Quatuor deinde diebus transactis, Rex Ierusalem rediit, vt dispo-

xxxir.

neret regnum; & sic, aliqua quiete frueretur: Cum subito ad aures illi peruenit, quomodo rufus Ascalonitæ, Turcis in conuentione solidorum à Damasco accitæ, præsidium firmare decreuerunt ad expugnandum castellum, quod dicitur ad S. Abraham, & destruendum, quod tunc quidam Walterus, cognomine Mahumet, post mortem Rorgii dono Regis suscepsum, tuebatur. Hoc Rex sinistris nunciis compériens, septuaginta probis militibus electis & assumitis, illuc festinus via secessit, & apud S. Abraham nocte hospitio quieuit. Maneverò cuiusdam sextæ feriæ exorto, laxatis equis & frenis, in impetu magno, & cornuum stridore, vociferantiumque tumultu, Ascalonitarum castra inuadit; quos inscios, ac tam repentinno turbine stupefactos, protinus in fugam coegit. At sui Christiani, auari-

xxxii.

tiâ rerum hostilium excæcati, & in tentoriis inimicorum nimium studentes ad congreganda spolia & asportanda, belli & armorum oblii sunt. Ascalonita & Turci hæc considerantes, quomodo magis prædæ quam fugitiis hostibus intenderunt, vsque quaque readunati prælium cum eis committentes, quinque de egregiis regis militibus pereverunt: inter quos Hugo de Cassel, & Albertus, Apostolius cognominè, armis extinti sunt: Verum Rex, Deo auxiliante, vix recuperatis viribus suorum inualescens, victoriam tandem adeptus est. Nam triginta ex inimicis in gladio eius céciderunt; & sexaginta abducti, alii diffugio clapsi sunt. Rex verò & sui camelos triginta tres; equos sexaginta octo, cum præda & tentoriis multis Ierusalem abduxerunt in lætitia & exultatione super hac victoria iocundati.

xxxiv.

Interea Ascalonitæ suæ contentionis minimè obliti, Ierusalem in armis &

copiis confluxerunt, per diem illuc in equorum discutibus cum pueris confligentes. Sed quinque illorum, post plurimum contentionis suæ, cum equis & spoliis illuc capti fuisse referuntur. Christiani verò pedites, qui illic ad resistendum processerant, scptem decollati fuisse prohibentur. Nam terrores & minæ Gentilium multum repressæ sunt: Post hæc diebus aliquot transactis, nunciatum est Regi, quomodo negotiatores Babylonii affuturi essent trans flumen Jordanem in umbra & silentio noctis, ac descensuri ad Sur, Baurim & Sagittam; ad mittendas merces Damascum; & multum prædæ posse eum ex his capere, & gentis suæ inopiam subleuare. Qui omnibus ex ordine auditis, sexaginta milites assumens, & de nocte cōsurgens, ad oram fluminis descendit. Sed mercatorum copias videntes esse nimias, facie ad faciē cum eis configere distulit; sed ab eis clām nunc declinans, nec mora, extremos fortiter inclamaus & incurtens, vnde cīm gladio strauit, quadraginta captiuos tenuit; camelos vndecim Zucra, quatuor onustos * & cæteris pigmentis rebusq; preciosis, decem & septem verò oleum & mel portantes; Ierusalem captos abduxerunt. Quorum abundantia tota regio Peregrinorum releuata & confortata est. Polt hæc in anno octauo regni Regis Baldewini, Gozelinus de Turbay,

xxxvi.

sel, miles fidelissimus, Baldewinum de Burg, cuius dono pro militari obsequio terrā & regionem obtinebat, de manu Geigremich, Turci potentissimi, centum millia Byzantiorum dans, redemit: quæ ab omnibus Principibus & viris Christianis, patuis & magnis, & vniuersis locis & ciuitatibus fidelium, plurima prece impetrata colligit. Sic itaque Baldewino redemto, & in ciuitatem Rohas cum omni honore relato, Tankrado autem ab eadem ciuitate, quam suscepserat in custodiā, exeunte, semper inimiciæ & inuidia inter ambos Principes adeò excreuerunt, vt congregata manu alter alteri præda & insidiis nocere & aduersari nō abstineret: Tan-

xxxvii.

dem quadam die, hic ab Antiochia, hic à Rohas, in apparatu & armis cum copiis egressi, grauiter bellum commiserunt. Sed ex Baldewini societate plurimi cæsi, & exuperati sunt, ac plures capti: ipse verò Baldwinus vix à campo effugiens, in ciuitate Tuluppe à Tankrado & suis obfessus est. Gozelinus verò, qui à campo & hostibus vix

euaserat, sciens Baldewinum à Tankrado obsessum, profectus est ad Eigremich, multum instans & obsecrans, ut subueniret sibi mutua gratia confederato, & à Tankradi obsidione tam nominatissimum & cognatum Regis Ierusalem liberaret. Qui statim quadraginta millibus Turcorum accitis, ad Tuluppam seuentrum in Baldewini liberationem statuta die, per omnem regionem notum fieri decreuit, qua vndeque ad eum copiæ suæ illic conuenirent. *Tankradus* hanc Turci constantiam in liberatione Baldewini intelligens, castra amovit ab obsidione; & *Baldewinus* in ciuitate Rohas, præteriorū immemor malorum, in latitia & exultatione ingressus est.

xxxviii. Eodem quoq; tempore *Conradus* stabularius Henrici Territi Romanorum Imperatoris, vir præclarus in omni actione militari, ex legatione & petitione ipsius Imperatoris facta ad Regem Græcorum, Regis verò facta ad Regem Babyloniæ, à carcere & vinculis eductus est, & ob causam dilectionis, & mutuæ retributionis, *Alexio*, Regi magno Græcorum, restitutus. Rex Alexius Conrado viuo & incolumi recepto, plurimum gauisus est, quem magnificis donis honoratum, *Henrico* Imperatori Romanorum super omne aurum & argentum, super ostra & lapides preciosos, acceptum remisit, nihil dulcius & preciosius videlicet in auro & argento, in ostro & lapidibus preciosis, arbitrans illi posse sufficere.

xxxix. Post hæc in anno secundo restitutionis Conradi, *Boemundus* à diuersis regnis Galliæ & Italiz collecto exercitu Christianorum, nauigio *Valonam* descendens, hanc subito occupauit, vniuersaque loca, quæ in circuitu erant de regno Græcorum, superata subiugavit. His subiugatis, *Dyrrachium*, ciuitatem magnam, rebus & omni virtute ciuium ac militum potentissimam, diuertit; & in circuitu murorum tabernacula extendens, in multitudine graui obsedit. Erant enim illi duodecim millia equitum pugnatorum, & sexaginta millia peditum virorum bel-

xl. latorum. *Conradus* ab Imperatore Græcorum remissus, tunc in Italia moram fecit propter graues discordias, quæ inter dominum Imperatorem *Henricum*, filiumque eius *Henricum V.* Regem, inuidia & iniquorum consilio exortæ erant: ne in aliquo eorum fauore intendens, alterutrum grauiter molestaret. Obsidione itaque tempore veris vndeque locata, *Boemundus* machinas & tormenta lapidum fieri instituit, quibus vrbs oppugnaretur. Sic diebus multis incœnia & turres crebro istu lapidum minuebat; ciuesque, & omnes inhabitantes vehementi assultu vexabat. Ciues verò econtra ollas igneas aqua inextinguibiles, fomite refertas, machinis intorquebant, ac diuersa genera incendiorum in omne opus machinarum illius iactantes, sagittis & fundibulis in omni virtute resistebant: Nam res il-

xli. lis pro anima erat. Tandem cum plurimo assultu & arte bellica urbem ciuesque vexaret, & iam omne tempus æstatis in rebus bellicis consumisset, Rex Græcorum adunato innumerebili exercitu, in campos vrbis *Bothilia* descendit, ut vrbi Dyrrachio subueniret, & Boemundum ab obsidione & vniuersum comitatum illius effugaret. Locatis itaque Imperatoris tentoriis in præfatis locis & campis, qui itinere diei vnius distant à regione Dyrrachii, milites Imperatoris: non solum aduenæ Galli, qui conuentione solidorum Imperatori militabant, sed & Turcopoli, *Comanitæ* & *Pincenarii*, ad decem millia congregati, armati & loricati in lancea & sagitta, Boemundum & suos in castris aggredi statuerunt. Sed *Boemundus* à delatoribus recompta, superuenientibus in aperta camporum planicie occurrit; & prælia in impetu committens, mille in gladio & lancea & sagitta peremit; cæteros in fugam vsque ad tentoria Imperatoris remisit. Post hæc Boemundus grauius assultum ad vrbis Dyrrachii ruinam iteravit, machinas & tormenta applicans, ut custodes territi ex noua victoria, quam adeptus erat, portas sibi aperiarent. Sed vrbis defensores minimè adhuc minis & assultibus his mollescere aut absterreri poterant; sed omni conamine & bellica arte vim inferentibus resistebat.

xlii. Dehinc die quadam cum Boemundi copiis victualia & equorum pabula deficit, milites trecenti, pedites septingenti, ad contrahendas prædas in regione Græcorum directi sunt. Quibus infinita multitudo Turcopolorum, Comanicorum & Pinceniorum, militum Imperatoris in occursum affuit; & bello grauiter commisso, milites Boemundi ad trecentos illic occisi sunt, plures verò abducti.

xliii. Cum hæc contentiones, insidiæ, cotidianæ incursiones, grauissimæ cædes iam ferè per annum hinc & hinc fierent; & Boemundi exercitus diutinæ obsidionis tardio grauaretur, plurimi subtrahebantur, naualisque collectio attenuata præ panis & cæterarum rerum inopia in Italiam nauigasset; Imperatoris verò naualis

nauali virtus in omni ciborum & armorum abundantia immitteretur, *Wido*, filius sororis Boemundi, *Wilhelmus Claret*, & ceteri primores exercitus, pecunia & blanditiis Imperatoris corrupti, Boemundo diuersas & graues opiniones opposentes, nunc ex ciborum inopia, nunc ex populi & naualis exercitus dispersione, nunc ex Imperatoris vrbi immissa opulentia, eum ab obsidione auertere conati sunt, & amicitia Imperatori confederari. Ad ultimum vero videns *Boemundus* suos de. **XLIV.** fluxisse, plurimos ad auxilium Imperatoris migrasse, & minus ac minus in assultu urbis eos laborare, consilio suorum credidit; & sic Imperatori in magnitudine & pondere ineffabilis auri, argenti & ostri preciosi reconciliatus est. Reconciliatus 10 vero, donis & thesauris infinitis suscepitis, nauem ascendens in Apuliam regressus est, omnibus deceptis & minimè remuneratis, qui secum longos labores & bellum pondera circa Dyrrachium pertulerunt. Hi vero agnita Boemundi fraudulentia & eius recessione, Imperatoris exoratunt clementiam, ut pacificè per regnum eius usque in Ierusalem viam eos continuare permitteret. *Imperator* vero post hanc compositam pacem *Constantinopolin* reuersus, omnibus per regnum suum transiendi viam sine villo impedimento concessit: sicut Boemundo & cunctis primoribus Galliæ & Italiæ, illic tunc temporis praesentibus, iureurando promisit & affirmavit, quando confederati sunt. Eodem quoque anno, autumnali tempore in stan- **XLV.** te, *Baldwinus Rex*, contra eis vnde copiis a mari & terra ex diuersis nationibus 20 regni Italiam: videlicet *Pisanorum*, *Genuensium*, *Venetorum*, *Maltesanorum*, omniumque eorum, qui more prædum expugnare & expoliare solent nauigantes: ciuitatem *Sagittam* obsedit tam mari quam terra in mente Augusto, mangenellis & machinis muto a terra in circuitu applicatis; malis vero nauium turritis, belloq; paratis, versus aquas in manu forti erectis: expugnans eam diebus multis, & in virtute multa suorum saepius eam fortiter assiliens. Hac facta & ordinata obsidione, post aliquot dies Regi per delatores innotuit, qualiter: *matrona* quædam nobilis & locuples nimis *de regno Arabiae*, cum innumerabili grege camelorum, boum, ouium, hircorum, trans Jordanem securus montana propter pingua pascua accubuisse; & cum ea viros circiter quingentos, diuites in armentis & pecore, illic cum omni cli- 30 entela sua in tuto confessisse. Qui illico *Wilhelnum*, filium Roberti Normani principis, claram ascitum, Ierusalem remisit: ut militibus, quos in ciuitate tuenda reliquerat, assumentis, cum peditibus trans Jordanem festinaret; atque *Arabes Sarracenos* incautos, & in tuto gregem pascentes, inuaderet, & viros ac foeminas cum universo grege captiuaret. Ille vero iuxta edictum Regis Ierusalem accelerans, ducentos equites simul quingentos pedites assumuit, cum quibus vada Jordanis præteriens, subito irruit cum omni manu sua in custodes camelorum: Sed resistentes plurimum, & se suumque gregem defendantes in arcu & sagitta Sarracenos repel- 40 rent. Tandem *Wilhelmus* et sui prævalentes, solùm duobus viris egregiis ex suis peremtis, plurimos ex Gentilibus extinxerunt, plures captiuantes cum puellis & pueris teneris, et matrona nobilissima prænominata. Camelos vero ad quatuor millia cum ceteris armentis, prædam scilicet inæstimabilem, Ierusalem adduxerunt, quorum mutuatione plurimum aurum acceptum, iussu Regis militibus diuisum est. Interea Rex turrim quandam ciuitatis Sagittæ ampliori assulta & **XLVII.** crebro ictu lapidum dum irrumpere conaretur, & ferè perforasset, consilio *Arnolfi* clerici et Cancellarii animus Regis repressus est, ne hanc vterius lapidum iactu toties quassatam attereret: Dicebat enim, tam egregium opus minimè duobus millibus Byzantiorum posse redificari, et hanc sine ruina et lapidum iactu post paucos dies in manu Regis traditam reseruari. Erat et alia turris, in qua apostatae et prævaricatores fidei ex *Provincia de Comitatu Reymundi* ad defensionem positi, 50 resistebant, qui Ligno Dominico, quod Rex à Ierusalem detulerat ad protegendū populum Dei, deridentes illudebant; et sibi contrariò Crucem facientes, et in culmine eiusdem turris figentes, sputo & vrina, ipsi insipientes et maligni, in honora re præsumebant. Quod pius Rex et omnis populus deplorantes, *Devum* cœli flebili voce inuocant, ut fontem misericordiæ suæ aperiens, apostaticis viris et stultis Saracenis demonstrare velit, quod non recte agentes, Diuinæ maiestati blasphemiam irrogare præsumissent. Mox eorum precibus exauditis, absq; hominum labore si turris illa concussa et diruta est, iam vespere mundo imminentे, ut lapis super lapidem non remaneret, et increduli homines ruina illius suffocati, obruerentur. Rex et sui hanc potentiam Dei videntes, per hanc turrim intrare ciuitatem dis-

ponebant. Sed quia nox incumbebat, vespere consilio inter se habito, diutum
XLVIII. est dum dies illucesceret. Verum nocte eadem à regno Babylonis viri & ar-
ma copiosa in multitudine quinquaginta nauium & triremium octo, quas dicunt
Carras, affuerunt ciuibus *Sagittae*, in tubis & cornibus Ptolemaidum applicantes; sed
per diem à turbine venti sibi contrarii aliquantulam impeditum est eorum iter.
Quod præpositus ciuitatis *Accaron* intelligens, Regi noctu festinata legatione fe-
cit innotescere, quo minus prouisus hostilis turba nocere posset. Mane vero orto, à
Tripoli ciuitate pariter multitudo nauium in manu forti, & intolerabili armaturæ,
Babylonis vires addidit, quatenus portum vi obtinentes, stationem fidelium na-
uium & Regis obsidionem amouerent. Christiani vero videntes, à longe in manu forti & intolerabili gentes applicare, à portu egressi sunt, ut resisterent, ac plurimo
naualis belli impetu cum eis confligentes, diu alternis incurvibus immorati sunt.
Sed vim tantorum non valentes sufferre Christiani, vix ad aridam, & nequaquam
ad portum, fugam inierunt, tribus suorum nauibus superatis & captis, ac vniuersis in
ea repertis cæsis & decollatis. Sarraceni vero in manu robusta portum obtinuerūt.

XLIX. Dehinc proxima die Sarraceni milites loricati & armati portas urbis egressi
cum suis copiis, vsq; ad tentoria Regis in virtute sua astiterunt, Regem expugnare
& effugare arbitrantes. Verum Rex præscius populi in se irruentis, occurrit cum
quingentis, solùm equitibus, quatuor verò millibus peditum, bellumque crudelè
committens, circiter mille quingentos occidit ex eis in ore gladii; cæteram vero
multitudinem, quadraginta scilicet millia, fugientem ad præsidia ciuitatis insecu-
tus est. Ex Regis autem exercitu ipsa die quingenti cecidisse referuntur. Cecidit &
Giselbertus de castello quod dicitur *Ciun*, vir illustris & valde militaris, post pluri-
mum hac die certaminis sui laborem: quæ Rex & sui planixerunt plurimum, more
fidelium eum sepelientes. Vespere iam facto, & Sarracenis in præsidium fugatis,
Rege vero adhuc in columni campum in victoria obtinente, fidelis legatio sibi inno-
tuuit, ut nequaquam lucem futuræ diei operiretur, propter Turcos, quos mercede
triginta millium Byzantiorum à Damasco sibi Sidonii asciuerant. Erat autem nu-
merus eorum fermè ad quindecim millia. Rex ergo credulus fidei legacie-
ni, cessit salubri consilio, ac cunctos vulnere grauatos Ptolemaidem præmittens, im-
misso igne propriis nauibus, cunctisque machinis ac tentoriis, vespere imminen-
te, dum in cinerem & fauillam redigerentur, ipso in campo diem præstolatus est.
Die vero agnita, Rex castra mouit ab obsidione, & Accaron tendens, in montanis
hac die moram fecit; ac arte venatoria recreatus, solito more & cursu canum apros
vexans, circiter quinque cepit, curas & casum suorum interim obliuioni dans.

L. Interea in urbe *Accaron* grauis luctus & desolatio erat inter viros & mulieres,
eo quod de vita & salute Regis vniuersa eos latebant adhuc; & multos suorum ce-
cidiisse, ac omnem apparatum nauium castrorumq; in flamas redactum audierat.
Post hæc aliqua mora habita, Rex à venatione & montanis egressus, Ptolemaidem
intravit. Quem omnis populus Christianorū quasi rediuiuum in voce exultatio-
nis suscipiens, præ nimio gaudio lacrymatus, caput & manus illius plurimum de-
osculatus est.

Et ecce Rege ab obsidione regresso, & *Accra* in gloria & lætitia
suscepto, Turci à Damasco cum nimio apparatu equitum ante portas & mœnia
Sagittæ affuerunt; sed foribus clausis, minimè intromissi sunt. Tunc quidam, *Dochi-
nus* nomine, præses Damasci, ac Princeps militiæ Turcorum, triginta millia By-
zantiorum à primis & incolis ciuitatis requisuit: eo quod in auxilium eorum ac-
cessi fuissent; & Baldewinus Rex, auditio eorum aduentu, obsidionem distulisset.
Verum ciues et primi ciuitatis, nequaquam a se sequi se tantam posse pecuniam, af-
serentes, omnem prorsus pactionem illis negauerunt: dicentes, timore vita tor-
millia Byzantiorum illis se promisisse, ut magis ad auxilium eorum animarentur, se-
dum tanta illis pecunia offerretur. Hęc Turci & eorum Principes audientes, vehe-
menter in ira exarserunt; urbemque per dies decem oppugnare non cessantes, nūc
vim, nunc minas inferebant, Regem Baldewinum ad internectionem eorum sere-
uocare affirmantes. Tandem Sidonii Turcorum assaultibus grauati, minis eorum
desperati, nouem millia Byzantiorum obtulerunt. Quæ sèpè Turci refutantes,
ad extremum rædio vici, Regisque vires & impetum metuentes, hoc tantillo re-
cepito, Damascū regressi sunt.

LII. Ante hanc obsidionem ciuitatis *Sagittæ*, tem-
pore *Rogationum* instantे, scilicet ante dies Pentecostes, iidem Turci in equitatu
quatuor millium loricatorum à Damasco egressi, et in regionem Tabariæ profe-
cti, hinc

& i, hinc & hinc insidiis positis, trecentos viros in equis velocissimis præmisserunt, qui solito impetu & assultu viros à munitione abstraherent, usque dum ad locum insidiarum perueniretur. *Geruasius*, vir nominatissimus & nobilissimus de regno Franciæ, qui tunc dono Regis præserat ciuitati & præsidio Tabariæ, Turcos aduolasse compriēs, sine mora suis commilitonibus circiter octoginta ascitis in equis, armis, lorica, peditibus verò ducentis, nimium pugna audentibus, insecurus est Turcos præmissos cursu velociore quam solebat; nec pedites subsequentes vlius consilio præstolatus est. *Turci* quidem simulata fuga ad locum insidiarum LIV. pedantes, *Geruasium* in medium inimicorum per scopulosa & deuia loca montium perduxerūt, plurimum equis & peditibus illius cursu immoderato aggrauatis. Ad hæc Turci ab insidiis erumpentes, *Geruasium* & suos ex omni parte coronantes, graui cursu oppreserunt, arcum & sagittam in eos incessanter intorquentes, quos nequicquam in fugam missos, ad montana redire passi sunt. *Geruasius* tanta multitudine exterritus, cum exigua manu per quandā planiciem limosæ terræ fugam iniit. Sed quia fessi, & flatu exhausti, præ longa inseccutione, & aquatilis terræ mollicie, cursu defecerunt, dum Turci vndique viros circumdantes in illos nimium sagitta & gladio præualuerūt, *Geruasius* & sui fugæ & vitæ diffisi, & Turcos iam circa latus suum aduolantes conspicentes, frena equorum fuititer in hostes reiiciūt; & licet per pauci, tamen sanguine plurimo se in dextra sua vlti sunt, plurimos Turcorum sternentes, & ibidem honesta morte inter hostes feroceſ procumbentes. Ex omnibus his nullus euasit, præter duos armigeros, qui rei eventu Tabariæ retulerunt; sed alii occisi, alii capti sunt. *Geruasius* quoq; captus & abductus est in Damascum, catenis astrictus, & solerti custodia mancipatus. Tain crudelē fagnā vniuersi, qui audi erunt, de tam egregio milite & iateritu suorum, veheraenti dolorc cum fletu & ciulatu magno planixerunt diebus multis: quin & *Baldewinus Rex*, licet feritate leonis & apri ad omnia aduersa semper inflexus, nunc consternatus est animo, lato tamen vultu omnino dolore dissimulato. Deinde post dies aliquot LV. nuncii Turcorum Regi *Baldewino Accarone* in hunc modum locuti sunt: *Geruasium* captum adhuc vivum tenemus, quem si sanum & in columem vis recipere, tres ciuitates, *Ptolemaidem*, *Cayphas* & *Tabariæ* in manu nostra restituas; alioqui, nequaquam eum periculum mortis si as posse euadere. His Rex auditis, habito cum suis eoniliis, sic in hæc verba respondit: Si aurum & argentum vel aliqua preçiosa pro salute & redēmptione *Geruasii* quereretis, supra centum millia Byzantiorum à nobis assequi procul dubio possetis. Sed ciuitates quod requiritis: si fratre meum veterinum totamq; parentelam, & cunatos primores Christianæ plebis in vinculis vestris teneritis, nunquam hos pro aliqua salute vita illorum redderemus, nedum pro solo homine: quem si occideritis, nequaquam virtus nostra propter hoc erit imminuta; sed quandoque ut vicem mortis illius vobis rependamus, non est impossibile apud D E V M & Dominum nostrum. His itaque à Rege responsis, & Turcis non vtrè habentibus spem de prænominatis ciuitatibus, *Geruasius* productus est in medio ciuitatis Damasci, qui post plurimam illustrationem sagittis Turcorum confixus, spiritum vitæ exhalauit. Mortuo sic *Geruasio*, milite egregio, *Soboas*, unus ex præpotentibus Turcorum, caput illius iussit amputari, cutem verò capitum cum crinibus eius albjs & floridis, multoqué tempore intonsis, abstrahi & siccari, eò quod miri essent decoris: vt in signum & memoriā victoriae, ad suscitandum dolorem Christianorum semper in hasta sublimi tollerentur. Eodem anno, quo Rex *Baldewinus* à Sagitta obsidionem distulit, dominus LVII. *Euermerus*, Patriarcha Ierusalem, à Romana synodo rediit, quam causa excusandi se de omni querela & culpa, sibi à Rege & Arnolfo Cancellario illata, adiit; & eundem iniqua aduersus se loquentem in medio Romanæ Ecclesiæ, & in domini *Apostolici* audientia, obstruto ore fecit obmutescere; & ex sententia S. Romanæ Ecclesiæ cū litteris & signo ipsius domini Apostolici *Paſchalis* ad Regem remissus est, quatenus honorificè & sine offensione sedem Patriarchatus vtrè retineret. Sed Rege nequaquam legationem aut litteras cum signo Romani Pontificis de illius restitutione audiēte, Patriarcha in ciuitate Accaron remansit, dum videret, si Regis animus erga se adhuc, Deo adiuuante, mitigari posset. Tandem Rege ex LVIII. Arnolfi instictu, amplius Patriarchæ aduersante, nec eum in sedē Patriarchatus redire consentiente, actum est multorum consilio, quatenus *Euermerus* sine conciliis & iudicio, Patriarchatus sui dignitatē vtrò absque villa spe relinqueret: ne sancta ac nouella ecclesia Ierusalem in hoc odio & contentione tot diebus Pastoris vigilantia caroret. Iam sic *Euermero* vtrò & absque spe villa honore Patriarchatus

priuato, tam Regis quam Arnolfi Cancellarii & totius ecclesiæ electione Clericus quidam, *Gobelinus* nomine, surrogatur: & Euermerum Cæsare & Cornelii, quæ nuper Pastore viduata erat, Archiepiscopum fieri, ab omnibus acclamatū est. Quod quamvis iniustum sit, vt hæc fiat alteratio, nisi ex canonum decreto & sententia alter eorum fuerit condemnatus; tamen quia rudit & tenera adhuc Hierosolymita erat ecclesia, id fieri concessit Apostolicus. Et sic Regis dono, & omnium silix. delium assensu, vterque honore sublimatus est. Cùm hæc negotia inter Regem & Patriarcham agerentur, isto negante pecuniam, illo autem pecuniam aut inimicis requirente, quidam Christianus, legatus Rotgeri fratri Boemundi, profectus de Apulia, coram Rege astitit: qui talentum aut mille Byzantiorum ante pauos dies 10 Patriarchæ se attulisse, contestatus est in audiētia totius Ecclesiaz, vt illud pro peccatis suis, & pro requie animæ ipsius suorumq., & æqua & fidelis portione inita diuidetur. *vnum videlicet in oblatione Dominici Sepulcri ad usus fratrum, DEO inibi famularium alterum in sustentatione hospitalis languidorum ceterorumq. inualidorum; tertium Regi ad confortandos & remunerandos milites, rebus & armis destitutos.* Hæc Patriarcha, auaritia exactus, omnia loci sibi restituit; & nihil de talento his vel illis, sicut iniunctum, vel dispositum cum eo fuerat, distribuit. De hac ingenti fraude & infidelitate coram Rege conuictus à testibus idoneis, non ultra se valens excusare, conticuit. Quapropter statim sine dilatione priuatus est potestate & oblatione Dominici Sepulcri; camerarii verò ac priuati & consciī illius capti, & in custodiam missi sunt. 20

ALBERTI A Q V E N S I S EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANÆ LIBER V N D E C I M V S.

Argumenta Capitum.

- I. Quod Willehelmus, Comes de Sartanis, Rege Damascenorum deuicto, praesidium Arachas obfederit.
- II. Quod idem praesidium fame superatum Willehelmus obtinuerit.
- III. Qualiter Bertrannus cum Pisanis Amiroth, urbem Græcorum occupauerit.
- IV. Quomodo Bertrannus à Rege Gracorum euocatus, homo illius factus, & ab eo remuneratus sit.
- V. Tankradus à Bertranno inuitatus, ad colloquium illius festinavit.
- VI. Postulatio Bertranni pro restitutione partis Antiochia, & responsio Tankradi.
- VII. Tankradus Bertranno indignatus, monet eum quantocys ab Antiochia discedere.
- VIII. Quomodo Bertrannus pro terra patris sui Willehelmu[m] interpellauerit, & quomodo Tankradus Willehelmu[m] adiuuerit.
- IX. Legatio Bertranni ad Baldewiniū Regem contra prefatos Principes, & quod Tripolin obfederit.
- X. Quod Rex Baldewinius Willehelmu[m] & Tankradum apud Tripolin occurrere mandauit.
- XI. Ibi rex Tripolin adueniens, Bertrannū suscepit in hominem.
- XII. Qualiter apud Tripolin Rex quatuor Principes pacificauerit.
- XIII. Quod Tripolita post reconciliationem Principum se manibus Regis dediderunt.
- XIV. De quingentis Babylonis subterra raneo specu absconditis, & à muliere detectis.
- XV. Vbi Willehelmus Comes ab armigero suo occiditur, & urbs Baurim à Rege obfederatur.
- XVI. Legatio Baldewini Comitis ad regem Baldewiniū, quod Edessa urbs cœsilio Tankradus fuerit obfessa.
- XVII. Rege Baldewino Baurim fortiter oppugnante, ciues ultra se dediderunt.
- XVIII. Rex capta urbe Baurim, Ierusalem proficisciatur, & pro liberatione Rohas Principes hortatur.
- XIX. Vbi exhortante Rege Bertrannus chro reliquis ad urbem Rohas profectus est.
- XX. Quomodo Rege adueniente, Turci Rohas dimiserunt, & quomodo Baldewinius Comes Tankradum incusauerit.
- XXI. Legatio regis Baldewini ad Tankradum & collatio.
- XXII. Allocutio Regis ad Tankradum de reconciliationis gratia cum Principibus.
- XXIII. Vbi Rex Principibus pacificatus, Turcos effugauit, Christianos omnes in circuus reconcilians.
- XXIV. Rex & Tankradus flumen Euphratem enauigant, quinque millibus Christianoru[m] ex altera parte ab hostibus occisis.
- XXV. Quod Rex Baldewiniū Comitem, de bello fugientem, sanum in Rohas reduxerit.
- XXVI. De Magno, Rege Norwegia, qui venit adorare Ierusalem.
- XXVII. De Babylonis contra Baurim na-
viganti-

agantibus, & de nauibus Christianorum cum eis decerantium.

XXVIII. Qualiter Ascalonita Ierusalem debellantes, à Christianis superati sunt.

XXIX. Vbi nautical exercitus Babyloniorum Ptolemaidem impugnat, Regi ciuibus succurrente.

XXX. Vbi Rex Baldevinus Regem Magnū Hierosolymam gloriose perduxit.

XXXI. Quiliter bi duo Reges Sidonem obfederint, Babylonius in sua reuersis.

XXXII. Rex Baldevinus & sui Sidonios coronantes machinas plures apposuerunt.

XXXIII. Sidonii obscurā cauatione machinam Regis moliuntur incendere, & ab ipso callide preueniuntur.

XXXIV. Sidonii post longam obsidionem Regi Balde in se dcentes, ad quinq; millia urbem egressi sunt.

XXXV. Quomodo Ammiraldus Ascalonis occulē Ierusalē venerit, & Ascalonē tradiderit.

XXXVI. Legatio Baldeini Comitis ad Regē Balde inum de adūctu Turcorū, & fama filii Babylonii Regis, Ascalonem descendens.

XXXVII. Rege Baldeino Ascalonē descendente, Regis Babylonii filius ac ciuibus intromis- fuis, Christianos ibi repertos occidit.

SODEM tempore quo Rex Baldevinus ab obsidione Sagittæ rediit, Willelmus Comes de Sartangis, cōmisso prælio cum Rege Damascenorum, Hertoldinb nomine, & eodē cum copiis suis attrito in campo castelli Montis peregrinorum, in victoria & gloria cum mille locricatis equitibus & in spoliis multis regressus, præsidū Archas, quod dux Godefridus prima expeditiōne multis ingenis aut virib; superare non praetuit, nunc post plurimam vastationem segerū ac frugum, quam singulis annis circa regionē intulit, consilio cuiusdam Sarraceni in virtute magna obsecdit, eò quod penuria alimenti habitatoribus loci nimia inesserit. Qui tribus septimanis plurimam impugnationē machinis & balistis custodibus præsidii inferens, nullum introitum aut exitum alicui concedebat, donec præsidū, quod natura munitum, & humanis viribus insuperabile erat, fame araretur, & in eius ditionem reddeatur. Quod ita actum est. Nam tribus septimanis transactis, tanta vniuersi habitatores inedia sunt oppressi, ut versus montana, vbi obsidio fieri non potuit, muris perforatis, præsidū armentis vacuum, armis plenum, sed pecunia & preciosis quibusque iam asportatis, reliquerint. Quod quidam de exercitu Willehelmi percipiens, eò quod nulla fieret à mœnibus præsidii defensio, trās Barbicanas & muros ad explorandam rem clām ascensens, neminem vidi aut persensit; idque sine mora domino & Principi retulit Willehelmo & vniuersis sociis: qui statim fractis seris & portis immissi, turres & mœnia obtinuerunt & munierūt; ac præsidium vlt̄a retinentes, totam regionem usque Damascū expugnantes de die in diem inuaserunt.

EO anno tempore quadragesimali, Martio mense inchoante, Bertrannus, filius comitis Reymundi, vndiq; suā in terra contractis copiis virorū bellatorū & equitū loricatorum, cum quadraginta Galeidis, quatuor millia continentibus, in singulis Galeidis centum viris pugnatoribus constitutis, absq; nautis, nauigio à loco & urbe s. Egidii egressus, Pisā, vrbē Italiz applicuit. Vbi Genuensis, qui in eodem voto Ierusalē cundi conspirauerat, assumtis, & mutua fide firmatis sibi, octoginta verò Galeidis eorum sibi associatis, ad Amiroth, ciuitatē Imperatoris Græcoū, nauigio peruenit, vbi escas & vitę necessaria vi vndiq; conferebant. Nec mora Imperatoris auribus innotuit, quomodo Bertrannus, filius comitis Reymundi, terram Gig-

XXXVIII. Qualiter ducenta millia Turcorum Turbays obfidentes, & Antiochiam tertiadentes, Gozelinus Comes insecutus fit.

XXXIX. De centum millibus Turcorū, qui filium Brodoan, Principis Alapia, obfiderunt ne quiter iugularerunt.

XL. Congregatio Baldeini Regis & Christianorum Principum facta Antiochia contra Turcos.

XL I. Quod sedecim millia Christianorum contra Turcos acies direxerint, multa fame periclitati.

XL II. Quod sapius verinque ordinatis aiebus Turci fugam interirent.

XL III. Vbi Tankradus post discessum Turcorum præsidium Cerez multis diebus obfedit.

XL IV. Vbi Tākradus urbe Cerez tandem multis artibus deuicta, regionē illius totā obtinuit.

XL V. Quiliter Tankradus aliud præsidū, nomine Veturē, obfederis, Ammiraldo quodam sibi confederato.

XL VI. Ammiraldus idem cum Tankrado Veturē obfidence cingens, ciuibus urbe erumpentibus, vix fuga elapsus est.

XL VII. Quod Tankradus obfidence longā, urbem Veturē & omnem illius regionē obtinuit.

XL VIII. De obitu Boëmudi Ducis.

corum in virtute magna occupasset, & eam grauiter depopulari nō timuisset. Qui illico illi misit nuncios, vt ad se ingredetur, in fide à suis susceptus primoribus, & habito secum pacis colloquio, quantum vellet pecunia dono Imperatoris recipere; & loco patris sui sibi in amicitia & fidelitate restitueret, terram verò suam cum suis pertransiret. Qui statim Regis imperio acquieuit, & de mari per Brachium S. Georgij descendens cum quibusdam de comitatu electis, Imperatori in palatio suo locutus, sacramento ei coniunctus & subiectus factus est. Deinde donis plurimi auri, argenti, ostri ab Imperatore susceptis, nauigium iterans, vsqne ad portum

v. S. Simeonis vela direxit, quem Tankradus nunc sub sua potestate retinebat. Qui continuò nunciis Tankrado missis ex consilio suorum, vt virum salutarent, & aduentum suum apparatumque suorum consodalium illi indicarent, iussit, obnoxè precantes, quatenus secum habere colloquium non refutaret. Tankradus in virtute magna hunc intelligens aduenisse, accitis vsque quaque viris suis, ab urbe Antiochia illic occurrerat, ad eundem portum; & oscula ad inuicem dantes, noctem illum in latitia magna pariter deduxerunt. Mane autem facto, requisuit Tankradus,

vi. quade causa aduenisset. Bertrannus post plurima verba benignè inter se habita, Tankradum in omni admonitione humilitatis precatus est, vt hanc partem Antiochiae, quam pater suus in introitu ciuitatis prior inuaserat, sibi restituere non refutaret. Tankradus eius petitionem non abnuit, hac tamen conditione apposita, vt ad Mamistram ciuitatem obsidendarū & recuperandam eius opem, & vires haberet, quam nuper traditione Armeniorum Imperatori redditam amiserat; alioqui sibi nihil super his velle respondere. Bertrannus verò precibus Tankradi nequaquam in obsidione huius ciuitatis acquieuit, propter fidelitatē, quam Imperatori se promisſe non negabat: Verum si ei in animo federet, Gybel se obsidere & apprehendere promittebat, eo quod ciuitas esset Sarracenorū. Tankradus verò rursus de Mamistra admonuit, de Gybel prorsus tacuit. Sed Bertrannus pro sacramento facto, nihil se aduersus Imperatorem, aut eius ciuitatem, a turum cōspondit.

Ad hæc Tankradus grauiter indignatus, spreuit eum, admonens, vt cum suo comitatuterram, quæ de sua erat potestate, cirò pertransiret, ne grande malum sibi suisque cōgregata manu inferret. Et illico præceptum est in omni hac regione, ne aliquis eslet, qui Bertranno aut suis vitæ necessaria vendere præsumeret, si membrorum salutem diligeret: Hoc audito Bertrannus & sui, nauigium à portu iterantes, vsque ad ciuitatem Tortosam applicant, quam Comes Reymundus de nuo expugnatā cœperat, & nunc Willehelmus de Sartangis suam etinebat. Hæc sibi nequaquam contradicta patuit; sed in ea hospitatus & sui, bonis terræ epulati sunt.

Die autem facta, cognato suo Willehelmo legatos dirigit, vt terram de Camolla, quam pater suus in primordio viæ huius inuaserat, sibi non negaret, si eius obsequium & amicitiam retinere curaret: Qui respondit, non facile se hoc verbū posse adimplere, cum Reymundo mortuo terra sibi in hereditate constituta sit, & eam multis diebus per magna pericula & labores ab hostibus defendisset. Tandem 40 Willehelmus de hac legatione solitus, consilio cum suis inito, Tankrado nuncios dirigit, quatenus ei subueniret aduersus Bertrannū, cognatum suum; & illius copias, & terram ex eius manu suscipere, illique vtrà & miles suus seruiret. Hoc audiens Tankradus, annuit omne auxilium Comiti Willehelmo, diē constituens, quatenus ad Tortosam illi occureret; & sic adiunctis armis suis & viribus, Bertrannus num & eius adunationem de terra & ciuitate effugaret.

Bertrannus horum decreto & confederatione comperta, à Tortosa discessit, & testinatò tertia die nauigio ciuitatem Tripolin in virtute magna terra marique obsedit. Obsidione itaque locata, Baldewino Regi Ierusalem nuncios misit, quomodo Tripolin obsederit; & quia Willehelmus de Sartangis & Tankradus sibi negatis urbibus patris sui, viam inferre parati & confederati fuerint: & ideo multum super his iniuriis eius auxilio indigere, scipsum in eius obsequio afferens velle manere. Cuius legatos Rex benignè audiens, opem promisit, ac statim Paganum de Cayphas accitum, & Eustachium, cognominis Granarium, Tankrado & Willehelmo legatos in hæc verba direxit: Bertrannum confratrem & conchristianum, filium comitis Reymundi, à nobis auxilium scitote quæsiſſe super iniurias, quas sibi nunc infertis de terra & urbibus patris suis, quod sic nequaquam fiat. Placet enim uniuersa ecclesia Ierusalem, ut ad nos Tripolin descendentes, iniuste ablatas ciuitates restituatis tam Bertranno, quam Baldewino de Burg & Gozelino de Turbayel & sic insicem consilio & conuentu habito, in concordiam redeamus. Alioqui terram, quam nuper intra-

imus,

uimus, aduersus inimicos hos in circuio, Turcos & Saracenos, nequequam poterimus retinere. Interea Rex cum quingentis equitibus totidem que per eis tribus Tripoli descendit, Saracenos, Sagittam, Baucum, pacificè pertransiens, propter pacem, quam post obfisionem Sagittæ ad excolendas fruges & vineas firmam & inviolabilem multo auro ab ipso Roge impetraverunt. Bertrannus viso Rege & eius apparatu, gauisus est, & homo eius ibidem iurecurando factus. Iam tres septimanæ huius obfisionis & expugnationis ante Regis aduentum transierunt, cum hec machinis aut aliquibus magenarum quassationibus aut terroribus urbs adeò concuti aut superari potuit, ut portæ Bertranno aperiretur, nisi Regis præsentia effuisse.

Tan- **xii.** **kredus** Regis voluntate & nunciis auditis, Willhelnum ab ira & omni assultu compescuit, donec Regi ore ad os loquerentur, & ad eum Tripolin proficiscerentur. Qui statim adunatis septuaginta viris, equitibus egregiis, Tripolin duerunt: quos post paululum **Baldewinus de Robas** & **Gozelinus de Tui baysel**, iuxta mandatum Regis, in equitatu magno subsecuti sunt. His omnibus illic collocatis, & cunctis iniuriis vtrinq; coram Rege & fidelibus suis recitatis, **Baldewinus de Burg** & **Tankradus** reconciliati sunt, Baldewino, quæ iniuste obtinuerat, à Tankrado benignè renissi. **Bertrannus** etiam & **Willhelmus** concordes facti sunt, ea tamen conditione: ut Willhelmus Archas, & cætera quæ acquisierat, obtineret; Bertranno verò acquisita patris sui nemo impediret. Rex autem **Tankrado Cayphas** ciuitatem, **temploq; Domini, Tabariam** simul & **Nazareth** cum omnibus redditibus, accepta ab eo facilitate, reddidit, quatenus deinceps in eius obsequio & dilectione stabilis permaneret. **Tantorum** Principum comperta concordia, **Saraceni**, non ultra viam **xiii.** ferre valentes, pacemq; quærentes, urbem præterquam Regi nemini dare consiprant, eo quod vita & salute membrorum impetrata, eius fidei se præcipue credebant, ne à **Pisanis** & **Genuensibus** foede, eviolato, armis impeterentur, sicut Ptolemaïdenses; & non pacificè ab urbe exirent. Rex itaq; urbe suscepit, dextram illis dedit, ut ab urbe incolumes exirent, non amplius, nisi quod humero valerent, efferentes. Et ecce, aperta ciuitas & eius portæ: quas Pisani & Genuenses & omnis exercitus intrantes, mœnia & turres munientes usquequaque diffusi sunt. **Quingenti** milia **xiv.**

tes in armis & lorica à Rege **Babylonie** nissi, qui urbe in cū ciuibus defensarent, auditio facto fœdere de urbibus traditione in manu Christianorū, subterraneo habitaculo, quod miro opere murali edificatus erat, absconditi sunt à facie introeuntū & urbe perlustrantiū: Deuouerant enim se ac cōspirauerant, in ipso prænæ noctis silentio, nullo somno sopiri, quo usq; progressi de latibulo subterraneo, vniuersos somno detinidos, & securè quiescentes, in impetu & vociferatione ex improviso armis detinuerant. Sed mulier quædam, quæ à Christianis in prima apprehensione ciuitatis capta grauiter torquebat ut pro dāda pecunia, tādē nimī anxiata, & in articulo mortis posita, in hunc modū tortoribus suis locuta est: *Si uite mea parcer velleris, & à paenit. quibus me vexatis, manus cōtinentes, me liberā à ratenis exire permittereris, salutis vestra & cōfratru vestrorū procul dubio cōsulteret, et tale quid vobis propalare, unde uita vestra incolamus persistet, qua post modicū vobis securis in dolo & mira arte extinguetur. Quod si de his quicquā fecellero, difficiliores cruciatus, quos didicisti, in me inferte, & vita meā nō ultrā saper terrā una horā esse patiamini. Illi autē milites, in uerba & cōltatia admirati, cōfilio cīā inter se habito, in fide illi firmata sibi parcere spopōderūt, si iuxaverba eius veritatē de his ex perirentur. Ad hæc mulier rē & omnes dōlos, sicut erāt, vniuersis aperuit, dicēs: Decreuerunt ciues callido & occulto confilio ante urbi huius captionem, & salutis sua pactionem, ut milites quingenti loriciati à fœdere Christianoram excepti, quoddam subterraneum habile acutum intrantes, cum armis occularentur infra urbis huius habitationem, qui tenebris incubentibus, & vobis securè dormientibus, pariter cum impetu & tumultu predirent, & vos improbusos, ac huius rei nefios, armis mortificarent.*

Hoc machinamento in exitium Christianorum à muliere quibusdam militibus catholicis, à militibus vero Regi Baldewino & cæteris primoribus detegto, sine dilatione Rex & vniuersi in armis congregati, ad eos cæcata & subterranei habitaculi vndique concurrentes, locum in circuitu obsederunt, & viros abintus parum resistentes ad extremum vi & plurimā impugnatione vincitos & eductos in ore gladii percusserunt, nulli eorum parentes. Milites verò iuxta promissionē fidei, quæ ei facta est à fidelibus, à carcere & vinculis deinceps libera fuit; ac vniuersa sua sibi sine cōtradictione tā in ædificiis quā cæteris rebus restituta sit. Dehinc post paululum temporis **Willhelmus de Sareangis**, proviliūr. **xv.** iuria & cōtētione, qua armigerū suū molestauit, occultæ infestatione ab eo trās cō sagitta cōfixus expirauit: & sic **Bertrannus** præsidū Archas & vniuersa, quæ de illius erant potestate, solus obtinuit subiugata. **Capta itaque & subiugata ciuitati Triplo.**

Rex **Baldewinus** consilio **Bertranni**, filii Comitis **Reymundi**, quem præficerat eidem ciuitati, in anno sequenti conuocatis vniuersis viris Christiani nominis, in mense Decembri mediis algoribus ciuitatem **Baurim**, quam vocant Baruth, obsedit: quæ in angusta fauce montium sita, & vix commenabili, à montanis viam exhibet iuxta littus abyssi maris descendantibus. Nauigio Bertranni & Pisanorum à Tripla versus mare applicato in urbis obsidionem, ad planiciem camporu cum ingenti manu Gallorum, equo & pede ad omnem assultum paratorum, Regis & suorum territoria locata sunt. Obsedit denique eam diebus multis, ac tormētis lapidum turres & muros singulis diebus non parcè affiliens & quatiens, nulla intermissione ciues ac defensores respirare sustinebat. Sed & vineas & sata succidens & vastans, urbem

xvi. non modicè peitertebat. Post hæc cùm dies aliquot obsidionis evoluerentur, & veris tempora iam aspitarent, legati **Baldewini de Burg** à ciuitate Rohas venientes affuerunt, nunciantes Regi, quod ex instinctu & suggestione Tankradi Principes Turcorum, **Arangaldus** scilicet, **Armigazi**, & **Samarga** de regno Corrozani, in multitudine graui ciuitatem **Edessam** obseditient; & regionem vndique grauiter depopulati sint, Baldewinum aliquid oppugnationibus lassentes, ciuitatem quoq; plurimis assultibus aggrauantes. Asserebant etiā idem nuncii, ultima necessitate famis ac defensionis Baldewinum & vniuersos ciues con pulsos: & ideo in brevi eos Regis ope indigere aduersus tot millia Turcorum, ne viis capta & subiugata cum rebus & ciuibus periclitetur, & non Baldewinus suiq; capitali sententiaz subdantur. Rex vthæ caudiuuit, legatos sub iudicio mortis hunc ingratum rumo ē tacere iussit: quem & ipse dissimulans miro silentio suppressit, ne hominū corda, auditæ hac Turcorum superbia & audacia, paucæ facta minus ad urbis ruinam laborarent. Siluit igitur Rex, siluerunt & nuncii. Nec modò aliò intendit, nisi ut machina, iactus lapidum assultusq; circa urbis mœnia fierent, quo vsq; Sarracenorum interior virtute edomita, urbs redditæ aperiretur, ciues gladio punirentur, aut victi caperentur.

xvii. Tandem portis cum seris suis & muris grauiter quassatis, **Amiraldus** ciuitatis in insulam, **Cyprum** nomine, quæ est de regno Græcorum, nauigio noctu aufugit, cum multis desperatis, eo quod in urbis præsidio non aliquam fiduciam vivendi aut manendi haberent: quoniā dierum curritulis nulla à Rege Babylonie auxilia mitterentur. Ciues autem videtes quomodo Amiraldu & omnes Capitanei aufugerent, & urbs à facie Christiani regis retineri non posset; & quod terra mariq; tam longo tempore vediq; bellum intolerabile ingruevit, vlti à vim ferre non valentes, dextræ sibi dari, & vitæ suæ parcere rogabant, ut sic portis apertis, urbem salvi egredierentur. Quod & actum est. Nam datis dætris, & ciuibus cum pace egressis, capta & patefacta est ciuitas sexta feria, quæ stante Sabbatū sanctæ Pentecostes. Sed eorum, qui adhuc in urbe inuenti, fæcili est. Et non exentes, stulte permanerant, à Bertranno & Pisanis circiter vnu & viginti milia occisi sunt. Paum quidem preciosarum vestiū, aut alicuius ornatus repererunt: Nam ciues desperatis, quod preciosius erat illis, in medio ciuitatis comportantes igni conflauerunt; aurum vero, argenteum, vasa precciosa clanculum ac paulatim per cæcos aditus in Cy-

xviii. prūm insulam noctu translata sunt. Capta autem ciuitate, Rex, custodibus in ea ordinatis, **Ierusalem** reuersus est. Vbi celebrato festo Pentecostes, obsidionem **Edessa** vel Rohas & calumnias Baldewini de Burg, sicut à legatis didicerat, tunc primum Bertrano & vniuersis de domo sua & de domo Ierusalem aperuit, in huc modū per verba omnes adhortatus: *Gratia DEI & Domini nostri IESU CHRISTI voluntas nostra ac victoria adimplerat est de Baruth, sicut longo tempore eam expugnauerimus. Sed nunc ut Rohas ciuitati & Baldewino, in ea obesse, subueniamus, omnium vestrum quero benevolentiam: nec sit, quæ auerat, cum confratres sint, in omni necessitate nobis subuenire parati. Est enim inuolabilis caritas*

xix. *ut subueniamus, & animas pro fratribus & amicis ponere non dubitemus.* Ad hæc verba Regis, vniuersi qui aderant de regno Ierusalæ, fuit voluntarii, ad expeditiōnē Rohas agendā, & conferendam opem obsessis conchristianis, ut cum Tutcis bellū inirent, & animas pro fratribus darent, iterant apparatu, renouant; & adhuc tecerū laborū circa Baruth immemores, viam Rohas in initio mons Iunii insistunt in galeis & loriciis, in cuneis septingentūquin equitum electorum, in manu tricentūram peditum, arcu & lancea apprimè valentium. Profectus est igitur Rex, profectus Bertrannus cum copiis suis à ciuitate Ierusalem, vigili & loletti providentia multum munita; munitis & cæteris ciuitatibus, quæ suæ erant potestatis. Descenderunt itaque in campos & regiotem **Armenia** ad ciuitatem Rohas diebus

meus

mensis vnius in itinere peractis. Quibus Regis auditio aduentu, à diuersis locis & praefidis per certenos, sexagenos & quinquagenos plurimi tā Galli quam Armenii Christiani concurrentes, auxilio iuncti sunt. Vix ad flumen Euphratum peruenit, & multiplicatus est eius exercitus ad quindecim millia virorum pugnatorum. Vt autem intravit terminos & eonfinia ciuitatis in hac manu forti, in **xx.** splendore signorum & galearum ex serenissimis radiis estiu Solis, in grandi sonitu tubarum, & tumultuosa populi aduentatione, Turci compertarē per exploratores illicis approximatione, auulis tentoriis ab obsidione recederunt; & in terram ciuitatis **Carae**, quæ sex milliaribus distabat à Rohas, relocatis castris, consederunt, dō nec scirent & intelligerent, si Regis viribus & copiis possent occurrere & resistere. His verò diei vnius ipsatio à statione obsidionis Rohas remotis, **Baldewinus de Burg** latus fama aduentus Regis, cum quadringentis equitibus, vijs bellicosis, & decem millibus Armeniacæ gentis, obuiam illi ab urbe festinans, Turcos versus Caran diuertisse, notificauit; sed in castris eos adhuc præstolari, & audire de eius proposito, cum quadringentis equitum millibus nimium confidentes. Hos **Tankradus** consilio & instinctu ad obsidionem Rohas conuenisse referebat; & in omnibus Tankradum sibi contrarium & infestum esse. Hac Baldewini super iniuriis **Tankradus** audita querimonia, **Rex** consilio suorum **Tankradus** legationem Antiochiae misit, ut ad eum, & primos exercitus Christianorum, descendere; & si quæ ei iniuste essent illata à Baldewino, omnia aut à quo iudicio, aut concordi consilio Maorum, in praesentia Christianorum se velle definire. Qui multum renisus est venire, tandem consilio suorum cum milie quingentis militibus loricatis descendit: ut de omnibus his quibus à Baldewino de Burg accusaretur, audiret ac responderet; & si quæ haberet aduersus eum, in audience omnium demonstraret. Ergo veniens Regem salutauit; & à Rege suscepit est benignè. Dehinc Rex, præsente cœtu fideliū, rationē cum eo habuit; quarē aduersus fratres & conchristianos Turcos eduxerit, cum potius Christianis subuenire debuerit. Qui se minimè excusans, haec de causa se illis non subuenisse respondit, quod **Baldewinus**, præses ciuitatis Rohas, nullum sibi respectū fecerit; cum ante hos dies ipsa ciuitas Rohas & multæ aliae ciuitates de regno fuerint Antiochiae, & illi subditæ annuos redditus dominatori Antiochiae dederint. Ad hæc Rex **Baldewinus** Tankradum cum omni mansuetudine de hac querimonia compescuit, dicens. Frater mihi **Tankrade**, non iustum rem exigis, nec aduersus Baldewinum iustum habebis molestiam; de aliquo loqui debes tributo, quod **Antiochia** hactenus reddebat. **Ciuitates**, cum nihil inter nos de iure Gentilium simus habituri in omnibus, quæ **DEVS** nostra subiicit dictio. Nostri, & universis notum est Christianis, qualiter cum a terra & cognatione exiimus, pro nomine **I E S U** exilia querentes, patrimonia deferentes, decreuerimus, ut quicquid in terra hac peregrinatus nostra quisque de regno & terris Gentilium expugnatis apprehenderet, pacifice & liberè otineret; nullus ad iniuriam in eum manum mitteret, nisi ut subveniret, & animam pro fratribus singulis ponerent. Et ideo scias, quia non iustum aduersus Baldewinum habes querelam, cum Gentilium decreta & nostra non conueniant; & stabili consilio de hoc in unum consenserimus, si res Christianorum ad eum sublimè procederent, ut Regem constitueremus, eam tenui caput, rectorem at defensorem ad nostra retinenda ac propaganda subiecti sequeremur. Unde ex timore **D E I** & iusto iudicio omnium, qui nunc assunt Christianorum, oportet te in concordiam redire, & ab omnibz molestia, quam habes aduersus Baldewinum animum renocare. Alioqui si Gentilibz vis sociari, & nostris moliri insidias, nequam frater Christianorum poteris remanere. Nos quoque confratri Christiano in eum decretum nostrum coadiutores & defensores ad omnia paratis sumus. Talius Regem se iuste atque temere ex iudicio omnium intelligens, nec te iustum aduersus huius dicta habete excusationem, in concordiam & amicitiam redit; ac pœnitentia ductus, quod cum Gentilibz quiequam aduersus confratrem machinatus fuerit, promisit se ultra parum ac fidelem, sicut à principio via deuouerat, coadiutorem confratrum velle persistere indeficientem. Hac pace composita, mixtis copiis & armis, Rex & Tankradus Turcos inter Caran insecuri sunt, ut pugnarent cu eis. Sed audita eorum reconciliatione, fugam inierunt; per devia & montana diffusi, plurimis tamen de comitatu suo attritis, attentis & cibatis non parum retentis & abductis. **Baldewinus Rex** ab insecuritate & contritione inimicorum regressus, in terra Edessæ paucis diebus moram fecit, reparans & compónens vndique odia & dissidia inter Christianos reperta. Vix **xxi.** **Rex** & **Tankradus** sub festinatione scilicet, diei & noctis horis continuauit

ad flumen Euphratē peruenērānt, & ecce Turci, collectis vndiq; viribus & copiis, velociter eos insecuti sunt, vt eos in terga cæderēt, & sagittis in impeitu & solitave- cificatione expugnarēt. Verūm Rex comperto aduentu & audaciā eorum, flum ē nauigio tantum duarūm nauī transire properauit cum omni manu, quā eduxerat. Sed infelici casu, Rege & Tankrado cū plurimā manu exercitus sui trāsmis̄s, vtra- que nauis, nimis cumulata armis & militib; mediis fluctibus coepit periclitari & submergi: & sic cetera manus, quę altero in stagno ad quinq; millia remanserat, ne- quaquā vlt̄a aut remis aut aliquo auxilio transuehi potuit. Nec mora, Turci in i- pso feroore medię diei affuerunt in multitudine graui, qui miserū vulgus inuentū, nec transitum fluminis euadere valens, fortiter incurrentes, crudelitēt in arcu & sagitta peremerūt, vidente Rege & Tankrado, & vniuersis hac parte fluminis cō- sistentibus. Rex tristis & dolēs nimiū factus est, eō quod nauēs periuerent; & nequa- xxv. quā suis, in aspeetu eius cadentibus, subuenire potuisset. Turcis post tam cru- entam cædem in terrā Edessę reuertentibus, Baldewinus de Burg, qui Regem cum trecentis equitibus sequebatur, illis obuiā factus, ne quaquā diuertere valens, bel- lum cum eis committere præsumit. Sed Turci in multitudinis suę virtute præua- lentes, vniuersos sagittis confixerūt. Solus Baldewinus ad montana fugiendo cō- tendens, vix à manibus eorū elapsus est. Altera die crudelis fama tam grauis euen- tus in auribus Regis ac Tankradi innotuit. Qui statim nauigio aptato, flumen cū suis traiescerunt, vt in Turcis dignam p̄enam rependerēt loco aliquo repertis. Sed mi- nimè repertis aut visis, Baldewinū de Burg desolatum & mœstum ac fleabilem de strage suorum repertum, in manu robusta Gallorū Rohas viuū & in columnam per- duxerunt. Interea frater Regis de Noiwegir, Magnus nomine, in plurimo sp̄- paratu, in multa armatura, in manu robusta, in buzis quadraginta, in decē millibus virorum pugnatorum, per bienniū in circuitu spacioſi maris à regno suo enatigā; in portu Ascalonis ciuitatis anchoram integris horis diei ac noctis fixit, vt videret, si aliqui viri à ciuitate terra vel mari sibi occurrerent, dum quibus ex industria aut e- ueru aliquod certamē iniret. Sed Ascalonitis silentio compressis, & minimè pro- xxvi. dire audētibus, postera die Iaphet applicuit, desiderio adorandi in Ierusalē. De- hinc post dies aliquot in comparabilis naualis exercitus à regno Babylonie in ga- leidis, in biremis & triremis, dictis vulgariter Cattis, turritis & bellō composi- tis, aduectus est in ciuitatem Baruth vel Baurim, ad recuperandam vrbem, si aliquid daretur opportunitas: Et spacio diei illic considentes, custodes Christianorum la- cessentes, nullo eis ingenio notere aut præualere potuerunt. Nulla siquidē virtute aut industria hīc præualentēs, sed spacioſo ambitu vrbē obſidentes, nauēs à longe è fastigio mali speculati sunt: quarū tres à Flandria & Antwerpia venebunt, quibus p̄icerat Wilhelmus, Starcolfus & Bernhardus, causa adorandi in Ierusalem ad nauigan- tes; quarta de regno Græcorū diuīſas mercēs & cibaria portans, causa negotiatio- nis huc viam maris pariter profecta est. His visis, & Christianitatis signo recogna- to, vndique certabant remis, Buzis & Galeidis, vt eas cotonantes captiuarent, ac plurimū conātu remorum ad eas festinantes, graui eas insecurione etē egerūt ad fugam. Sed Dī gratia opitulante, velociore velo & remis via in maturingentes, vna ad ciuitatem Cayphas euaſit, ciuib; Christianis auxiliū à terra in arcu & sagitta illi- ferentibus: aliaz duę inter Cayphas & Acram pondere suę molis quassatę, à quarū profundo deficiente, ciuib; Christianis pariter illis ad auxilium festinantibus e- lapsae sunt: quarta de regno Græcorū, nitium tardata, capta & retenta est, ac rō- xxvii. bus omnibus expoliata. Eodem quoq; tempore eiusdem mensis Augusti, quo h̄ec siebant, Ascalonitę gauisi absentia & diutitia expeditione Regis Baldewini, ga- stimantes modicas vires militum Ierusalem remansisse, quingentis equitibus ascitis, decreuerunt ciuitatem obſidere & expugnare; & viros, qui erant in arce turris Da- uid, bello laceſſere. Verūm fideles CHRISTI cognito decreto & aduentu illorum, Rames, Assur, Ioppen, Cayphas, Caſaream vndique miserunt ad vniuersos Regi Baldewino obædientes; vt sine mora die ac nocte Ierusalem festinarent, vrbem & eius at cē ab hostili assaultu defensaret. Qui mox ex omni parte festinātes, ciuitatē intrauerūt noctis in silētio; & portas vigili custodia tam Clericorū quā mulierū, turresq; fideli militū diligētia muniēres; ceteri armis & sagittis congregati milites trecēti, equo & pede per montana descēderūt, quod Ascalonitarū via affutura erat. Et ecce Ascalonitę assunt in equitatu magno & apparatu, obuiat facti Christianis in cāpo. Vbi prēlio diu cōmiso armis & sagittis, ad extremū Ascalonitę terga vetterūt.

Quo

Quos Christiani insequentes ducentos peremerunt, equos & spolia multa cū captiuis multis Ierusalem abducentes in lætitia & victoria inopinata. Naualis ve- xxix.
 rò exerc. t. is, qui à Babylonie eruperat, & Christianis per mare insidias parabat, à Baurim Ptolemaidē liuerit. Et plurima vi in malorū altitudine præminentibus, adeò vrbis defensores aggrauantes bellò vexauerūt, vt totū portum ferè per dies octo, in nauī multitudine & fortitudine inuidentes, obtinuerint. Interea dū in hac vrbo Ptolemaide magna fieret desolatio, & vix catena portus hostibus obsisteret, ne vrbem apprehēdissent, Rex *Baldewinus*, & *Bertrannus* ab Antiochia & Rohas cū omni manu adhuc induisa redditū parabant. Qui audita Babyloniorū adunatione & op-
 10 pugnatione aduersus Accaron, velociori via accelerabat, vt suis subueniret, & ab hostili impugnatione liberarent. Verùm Rex parte sui exercitus in auxiliū Pro- xxx.
 lemaidensibus ciuibus Christianis relictā, ex cōsilio prudentiū virorū primū *Ioppen* ad Regē de Norwēgia diuertit, vt ex ore illius audiēs, scirer, quid primū instare & adimplere posset. Mox omni amoris vinculo fœderatis, Rex nomine *Magnus*, Baldewinū Regem obnixè precatur, vt viā secum ad orandū in Ierusalē insistat ex Domini IESU auētoritate, qui iubet fideles sūos primū quærere regnum Dei, & postea omnia profutura quærētibus innenire; deinde agere, quæcūq; eligeret, aut ciuitatē sū, nauali exercitu obsidere. *Baldewinus* Rex votis Regis Magni & suorum primatū cum omni benevolētia satisfecit; & Ierusalē sicut deuouerat, se cū eis itu-
 20 rum nō negauit. Ascendentibus itaq; vtrisq; Regibus in sanctā ciuitatē, vniuersus Clerus in albis, & in omni cultu diuinę religionis, in hymnis & canticis cū vniuersis ciuibus & populis occurserūt; & Reges cū omni comitatu suo vsq; ad Dominicū Sepulcrū in voce exultationis abduxerūt. Rex siquidē *Baldewinus* Regē Magauim marū honorificè ac familiari amore ducebatur, iuxta Apostoli vocē, qui vi honore in- Rom.12,16
 nīcē praueniamus, iōs adhortatur. Ducebat quidē cū, ac docebat omnia loca sancta, & ea, quæ nota habebat; ac multo obsequio & regali apparatu per dies aliquot eundem procurabat. Deinde vt magis ac magis amore & fide firmarentur, ad flumen Jordanis in manu fortī cū eo descendit: vbi catholicō ritu in nomine Domini IESU peract, Ierusalē ipsum Regem Magnū in gloria & iucunditate sanū, & ab omni tur-
 30 bine tutum, reduxit. Post hēc Ierusalē reuersi, conuocata ecclesia, decreuerūt xxxii.
 cōmuni consilio *Sagittā*, vel Sidonē, quæ multa Peregrinis damna & calumnias inferēs, Regi saepius relitterat, obsidere terra mariq; & nunquā ab ea recedere, donec vrbis capta in manu Christianorū traderetur. Nec multa mora, Rex *Baldewinus* & *Bertrannus* acceptis copiis, in apparatu copioso castra metati sunt in oblidionē vrbis Sagittæ, machinas & tornēta lapidū instituētes, quibus v. bs per singulos dies op-
 40 pugnaretur. Muit pariter ab Ioppe Rex *Magnus* nauales copias, & applicuit ad vrbem Sagittā, vt eam a mari obsidens et expugnans, nullū introitū aut exitum hac in parte pateretur. Horū tam fortū virorū & magnorū Regum apparatū & vites ter-
 ra mariq; adeisse intelligēs naualis exercitus Babylonie, à portu Ptolemaidē et eius im-
 pugnatione secessit ad portū *Sar*; quæ est Tyrus, illic morā faciens, ne Rex Magnus repertos in oblidione Ptolemaidis nauli certamine disturbaret. Sed tamen aliqui ex Babylonie, buzis velocissimis freti, hac et illac mediis aquis plurimo inferūtur conamine, si forte aliquo euēntu Catholicos viros superare & abducere valerent.
 At Babylonie minimē successit: vnde Baldewini Regis audaciam et industriā me-
 tuentes, remensis aquis Babyloniam reuersi sunt. *Baldewinus* Rex et *Bertrannus* xxxii.
 accitis copiis, oblidionē à terra statuerūt; Rex de Norwēgia cum omni manu sua anchoras figens, versus mare sedē in circuitu vrbis firmauit. Sic locata oblidione, toto circumagine in assaultu & crebris ruinis muros & tutres vrbis angustiantes; ciuibus è cōtra in armis et tormento lapidū abintus fortiter resistentibus, machinam
 50 multis diebus cōpositā applicantes, viros in arcu Baleāti in ea posuerūt, qui altitudine solio. u. machinæ eminētes, desuper muros per urbem & tutres & eius moenia specularentur; et sic per vicos et plateas gradientes plaga intolerabili arctarūt.
 Ciues autē vidētes, nū machinā altitudine v. bē superare, & ciuibus nocere, noctis xxxiii.
 in obscuro cauacione, nū l. b. m. u. orum fundamento plurimo conatu, et mira industrīa, fecerūt: vt facta cauacione trans muros vsq; ad stationē machinæ, ligna arida, & ignis foinitē, comportarent; & his subito in fauilla redactis, cum humo machinam fueret, et viros in ea politos in momento suffocaret. Sed Rex hanc artē præcauens iniquam ex quorundā relatione, machinam à loco cauacionis amovit: et sic labor Sidoniorum frustra consumitus est. Tandem curriculo sex hebdomadarū *Sidoniū* videantos se nihil aduersus machinam præualere, et tormentis lapidum assidue

vibem & eius portas concutit, quin & nauali assultu non minus grauari; naualem vero exercitum Babyloniam abesse, dextras sibi dari poscunt, & vibem cum turribus & clauibus in Regis manibus reddi, sub hac tamen conditione, vt Ammiraldus, praeses ciuitatis, & quibus esset animo, cum rebus suis, quantum valerent collo & humeris deferre, pacifice egredierentur. Rex vero longa obsidione & assultu defatigatus, consilio cum Rege Norwegie, cum Bertranno Comite, & ceteris viris sensatis habito, petitioni Sidoniorum cessit: & sic vi be in potestate suorum redditum, ac patefacta, Sidonii cum Ammiraldo suo circiter quinque millia cum rebus suis in pace egressi sunt, vsque ad Ascalonem proficilentes: ceteri qui remanserant, sub

xxxv. iugo Regis & in eius servitute redacti sunt. Rex Baldewinus post haec in manu & custodia suorum ciuitate constituta, Ierusalem ascendit in gloria & victoria ipso natali S. Thomae Apostoli: ibique natali Domini gloriosè & catholicè celebrato, exaltatum est in Victoria nomen eius per vniuersas vires Gentiliū; & timor omnes invaserit, qui audierunt, prosperè illi omnia evenisse; & quieuerunt ab omni impietu & assultu diebus plurimis. Dehinc solenniter à Regè Baldewino, & ab omni ecclesia Pascha Domini celebrato, Ammiraldus, id est Princeps Ascalonis, nescio spiritu timoris tactus, amorem diuini, dominū Regem per secretos cœpit appellare, & cum eo agere de vrbis traditione: donec Ierusalem idem Ammiraldus, fide data & accepta, ad Regem intravit, omnia ei elocutus, sicut in corde & animo deuoverat de vrbis traditione, & ipsius Regis & suorum intromissione, de fidelitatis deuotione erga Regem & suos habenda. Tandem cognita & inuenta ipsius pura deuotione & animi intentione, fide ut inque consideratis, decretum est prius: ex consilio Regis & suorum Principum, Regem Ierusalem remanere, trecentos vero ex suis viros militares & belligeros cum Ammiraldo Ascalonē descendere, vibem intrare, & eius turres obtinere, & vniuersos ciues Regis subiugare. Descendentes itaq;, sicut decretum erat, portas intrauerunt auxilio & consensu Ammiraldi, & cetera apprehendentes, ciues Regis ditioni subiicienes. Nec mora, cum predicti milites vrbem obtinuerint, & Regis potestati ex manu Ammiraldi omnia contulissent, Rex vero in Ierusalem in potentia & gloria magna resideret, legati Baldewini de Burg ad Regem intrerūtes, in haec verba locuti sunt: *Turci à regno Corrozā, egrissi in virtute magna ducentorum millium robustorum equorum, praesiatum Turbayel obfederunt, serram prada & omni extermine Christianorum depopulantes. Qui alli in eis vniibus equitum & peditum, vique ad locum, qui dicitur S. Iohne, discendit. Vbi cum diebus aliquot moram ageret propter copias Turcorum, qui à Damasco conuenierant ad obsistendum sibi, crudelis fama innotuit, quomodo filius Regis Babyloniae Ascalonem descendisset, ut in eam peitos milites Christianos expugnaret, &*

xxxvi. *vrbem suæ potestati relocateat. Quibus Rex auditis, iter distulit, & Ascalonem rediit, si forte suis subuenire posset. Vtum ciues, qui vibem inhababant, virtute Babyloniam adesse intententes, & Regis Baldewini absentiam, quadam die conuententes, Ammiraldum in ore gladii percusserunt; & filium Regis Babyloniam, aperte portis, vrbis immiserunt. Qui intromissus, priusquam Rex Baldewinus filius Ascalonis attingeret, milites catholicos, qui per maceria diffusi erant, exterritos, & subito expugnatos, vniuersos in ore gladii occidit, ciuitatem vero, sevis & omni ciuiciae Sarracenorū mitiuit. Rex igitur Baldewinus accelerata via, vt interitum suorum comperit, & vrbem ex perfidia ciuium amissam, Ammiraldum quoq; in fratre peremptum, Ierusalem expedivit: quia nulla tunc erat opportunitys vrbem assiliendi, &*

xxxviii. *suos decollatos vici cendi. Interā Malducus, Arongaldus, Arinigā, & Samarga, qui collectio exercitu ducentorū milliū equiū, Turbayel dilectarunt, quibus nec libus montes ipsius praefidii in virtute nimia suffoderunt, vt sic putei oboriētes & cisterna aqua deficerent; & Gozelinū oī defensorē, & cum eo inhabitantes captiuū erāt. Sed post niū labore in Turci videntes, quomodo nihil proficiebant in demolitione & cauatione montium, abhinc Antiochia profecti sunt cum centū millibus; centum vero millia propter nimietatē, & diuturnam morā, in qua nec flariꝝ vitæ minuebātur, in terram Corrozā redire decreuerunt. Gozelinus reditū & divisionē illorū intelligens, insecutus est remeantes cum centū & quinqua ginta equitibus & centū peditibus: ac in impetu subsequentes ac retardatos, & vehiculis cibariorū impeditos incurrens, mille detruncatis, prædā magnā cū spoliis, in praesidiū abduxit:*

xxxix. *Cetera vero multitudo centum millium Turcorum Alapiā peruenientes Brodoꝝ Principem ciuitatis precati sunt, vt tyiores filiosque teneros ac filias ad cuendū susci-*

fusciporet, donec euentum victoriae suæ viderent. Sed his refutatis, quia pax inter eum & Tankradum erat, hoc tantum promisit eis, quod nulli parti hinc vel hinc auxilio haberetur, & hac de causa filium suum obsidem eis fecit. *Turci* verò filium illius teneantes, post paululum pactum fidei præuaricantes, filium illius se decollare constanter attestati sunt, nisi eis foret auxilio, & filios ac filias cum uxoribus & sarcinis suis intra mœnia reseruaret, propter dubium belli euentum. Quod cùm ille negaret propter foedus, quod pepigerat cum Tankrado, filium eius in oculis patris & omnium suorum aspectu, capitali sententia interimere non abhoruerunt. Decollato itaque tam impie & dolosè filio Brodoan, *Cesaream Philippi* profecti sunt, quæ sita est iuxta montana *Gybel*, ab Antiochia diei vnius itinere: vbi fixis centuriis super fluvium *Farfa*, hospitati sunt. *Gozelinus* audiens Turcos à **XL.**
Turbaysel, quæ est Berlabee, Antiochiam diuertisse, cum centum equitibus & quinquaginta peditibus ad auxilium *Tankradi* Antiochiam sine aliqua dilatione acceleravit: Acceleravit & *Baldewinus* de Burg cum ducentis equitibus & centum peditibus: *Paganus* etiam de Sororgia cum quinquaginta equitibus & triginta peditibus: præstera *Hugo de Cantalar*, scilicet de prædio *Hunnine*, cum suis sociis auxilio adiunctus est. Venit & *Richardus*, præfector ciuitatis *Mateseh* cum sexaginta equitibus & centum peditibus; item *Wido de Gresalt*, *Willehelmus de Albin*, *Wido* cognomine *Capreolus*, Princeps ciuitatum *Tarsi* & *Mamistræ*: Venit & *Episcopus Tarsensis*, Episcopus simul de *Albaria*. *Willehelmus* pariter filius Comitis Nortmannorum, dominium habens ciuitatis *Tortosa*, quam *Tankradus* Bertranino abstulerat, cum suis sequacibus sociatus est. *Engelgerus*, præfector ciuitatis *Femiæ*, cum ducentis equitibus venit. Venit & *Bonaplius*, ciuitatem tenens *Sarmit*: venit & *Gundo* cognomine *Fraxinus*, tenens ciuitatem *Harich*; *Robertus* simul de *Sidon*, *Rogerius* de *Montmarin*, tenens præsidium *Hap*, *Piractus* *Talaminiam* tenens. Venerunt & *Pancras* & *Corrouasilius* de ciuitate *Craffon*; *Visinus* quoque de montanis *Antiochiz*, *Anteuellus* etiam & *Leo*, frater eius: Venit & *Martinus Comes Laodiceæ*, quam *Tankradus*, electis & expugnatis militibus Imperatoris Græcorum, suo iuri mancipauerat. Venit & *Robertus de Veteri ponte*, qui miles egregius & indecessus, saepius terras Gentilium militari manu deprædatus est. Hi omnes milites *Tankradi*, de regno *Antiochiz*, vniuersi congregati sunt in ciuitate regia. Illic pariter Rex *Baldewinus* festinato itinere post contritionem suorum in ciuitate *Aascalone* ab Ierusalem descendenterat; & cum eo *Bertrannus*, *Eustachius Granarius*, *Walterus de S. Abraham*, dominus quoque *Patriarcha Gobelinus*, & cætera multitudo fideliuum, qui ad quatuor millia in loco eodem in manu forti confluentes, pernoctaverunt usque ad mane. Mane autem facto, usque ad castellum de *Giril* profecti sunt. **XLI.**

Tertio verò die postquam ex omnibus locis & castellis in unum conuenierant, ordinatis aciebus, *Cesaream* viam instituerunt: vbi Turcorum copiæ sicut arena, quæ est in littore maris, congregatae sunt. Erat autem exercitus Christianorum ad viginti sex millia equitum & peditum, virorum bellatorum. Videntes Turci, quia Christianorum virtus appropinquasset, alteram in ripam fluminis *Farfar* transierunt; & tertia illuc in spatio loco reposuerunt: Quo in loco sedecim diebus utrinque mordam fecerunt. Sed Christiani minime cum Turcis stabili bello committere poterant, propter illorum miram hac & illac per agros discursionem & circumnavigationem, quæ in Christianos equorum velocitate moliebantur: Et cogebat iude Turci vniuersas vrbes & munitiones in circuitu magnis minis & terroribus, ne quid venale Christianis afferretur. Quapropter sex diebus tanta penuria panis, & præcipue equorum pabuli, sunt arctati, ut amplius mille fame & pestilentiâ periclitari viderentur. *Quintadecima* vero die rursus *Christiani* agmina **XLI.**

ordinauerunt, ordinauerunt & *Turci*. Ordinatis itaq; utrinque tres acies Christianorum nimium auidæ cædis hostium, supra modum viam accelerauerunt aduersus hostiles cuneos. Sed nimis à societate prolongata, immoderato grandine sagittarum vexatae, in fuga ad exercitum sunt reuersæ, plurimis vulneratis, pariter plurimi cum equis & mulis & omnibus spoliis retentis. Videntes autem *Baldewinus* & *Tankradus* suos bello defecisse, & usque ad exercitum in fugam remissos, prolati ligno S. Crucis, contra inimicos in spe salutis & victoriae laxis frenis Turcos impetu adeunt. Sed Turci solito more equorum cursu per centum & centum, per mille & mille, nequaquam bellum secum committere passi sunt. Quadam ve-
tò luce exorta, Turci consilio inito, in terram *Corrozan* reuersi sunt: eo quod ni-

hil Antiochiae nocere potuerunt, & Christianorum virtus illis obuiam facta sit; nec bello nec sagittis absterreti potuerit. Acta sunt hæc in festo S. Michaelis Archangeli tempore autumni, quando vniuersæ fruges meti & colligi solent.

XLIII. Hoc eodem anno *Tankradus* post discessum Regis & cæterorum magnorum, qui sibi in auxilium confluxerant, vires suas retinens, in mense Octobri præsidium *Gerez*, quod dicitur *Sarepta* Sidoniorum, eò quod subiectum Regi Sidonis quondam tuisset, in manu potente obsedit. Sed Turcorum armis & custodia munitione reperit; turrium quoque & murorum ædificiis firmissimum vndique repertum est. Distabat enim hoc præsidium vix expugnabile sex milliaribus à ciuitate *Alepis*, quam *Brodoan* suis armis tuebatur. *Tankradus* videns præsidium firmissimum, & defensione Turcorum tutissimum, per dies plurimos machinas & tormenta lapidum fieri constituit, quibus vndique in duodecim partes suos circa præsidium constituens, nocte ac die turres & muros comminuens, oppugnabat. Circumfodit etiam idem *Tankradus* suos vallo tutissimo, quod & vigili custodia muniuit, ne subito hostes callide ad eum, vel suos in obsidione diuisi, s. irrumperentes, bellum

XLIV. cum eis committerent, & sic facile expugnarent. Sic *Tankradus* ingeniosis suis muro & turribus applicitis, & in tutamine valli suis constitutis diebus multis, ruinam præsidio intulit, dum quodam die Dominico post Natalem Domini, magistra arx crebro iœtu lapidum quassata corruerit, & ab alto cadens, turrem duas, quæ illi erant collaterales, casu suo & pondere intolerabiliter minuit; & sic *Tankradus* suisque sequacibus aditum patefecit. *Tankradus* nunc amplius & validius quam solebat, hostes in præsidio vrgebat; & scutorum testudine, ad eos introrsus venire facie ad faciem contendebat: sed adhuc præ magnitudine lapidum, qui editus occupabant, ingredi confidenter nequibat, & propter infesta facula, quæ à Turcis emissæ obsistebant. *Turci* defensores præsidii, videntes ruinam suam turrium, & quomodo *Tankradus* eos longo tempore obledisset, & adhuc oblide re decreuisset, donec præsidium caperetur, dextras sibi dari poscunt; & ostro cæterisque preciosis in auro & argento ab eo sumtis, à præsidio exēentes in eius potestatem reddunt. Et sic *Tankradus* huius præsidii & totius regionis possessor &

XLV. dominator factus est. Eodem anno tempore Quadragesimali *Sarepta* capta, 38 muris & turribus redicata & custodibus munita, castellum, quod dicitur *Vetus*, situm in montanis in regione Gybel; *Tankradus* collectis viribus obsedit spacio trium mensium; sed in uno latere inobsessum reliquit propter difficultatem iocundum & copias Sarracenorum, qui hæc parte abundantius morabantur. Obsidone igitur locata, prædas circumquaque contrahebant, Gentiles captiuabant, & plurima damna inferebant. Tandem quidam *Ammiraldus*; videns regiones grauiter ab exercitu *Tankradi* vastari, pepigit fœdus cum eo, ne sua deprendandi causa ingredieretur; & ideo inobsessum locum præsidii obsideret, eò quod notas haberet semitas, quæ inuestigabiles à Gallis nulla possent arte deprehendi. Quod & actum est. Nam *Tankradus* cum illo fœdere inito, decem equites, centum pedites illi in auxilium constituit, quatenus eius conducedu & notitia locum inobsessum, præoccuparet, nullum illic exitum aut introitum fieri patientes.

XLVI. *Ammiraldus* militibus *Tankradi* secum assumtis, quingentis vero suorum ascitis, difficultia obsedit loca, vbi hospitia & mansiones ædificantes, ut in eis medium diebus aliquot obsidionis facerent, plurimum opere & labore grauati sunt. Fessis itaque & exhaustis via difficulti & opere, & somno gravi immensis, in primis noctis vigilia *Turci* ac Sarraceni cum multis milibus in castris eorum ex improviso affuerunt, pariterque vniuersi defensores è præsidio etumpentes, signo & vociferatione audita, & vique mane dimicantes, centum pedites detinuerunt. *Ammiraldus* vero grauiter vulneratus, vix evasit cum decem militibus: sed quin 50 genti milites in falsa fide præsidium cum Sarracenis intrantes, à Duce & Ammiraldo suo sequestrati sunt.

XLVII. *Tankradus* semper imperterritus, obsidionem magis firmans, mangenas duodecim ad urbem mœnia applicuit, donec Barbicanas & turrem, spacio vnius immensus quassatas, vsq; ad interiora præsidii perforauit. Videntes autem defensores, quia iactus lapidum nequaquam sustinere possent, in eiusdem noctis silentio ignem quibusdam lignis ædificiis immittentes, diffusio clapsi sunt. *Tankradus* videns præsidium igne conflagrare, iam vespere facto, viros vero aufugisse comperiens, cum sociis adacter ingressus est; & tutes suo

XLVIII. satelliis munens, regionem cœpit expugnare & subiugare. Hoc in anno

Boemian.


Boemundus, auunculus Tankradi, ægritudine correptus, vita discessit apud Bare ciuitatem, ad B. Nicolai catholice sepultus, tempore quo *Henricus V. Rex*; Imperator IIII. Romæ plurimos sibi resistentes hostili impetu in ore gladii crudeliter cœdomuit; regnumque & Imperium ex hereditario iure antecellerum potenter & gloriose retinuit.

ALBERTI AQVENSIS EXPEDITIONIS HIEROSOLYMITANA LIBER DVODECIMVS.

10

Argumenta Capitum.

- I. Qualiter Rex Baldewinus super obſe-
dione Tyri confilium inierit.
II. Quod Tyri contra Regem cum Princi-
pe Damascenorum fœdus inierunt & pepigē-
runt.
III. De Reinfrido milite Christiano, cu-
ius conductu nobiles Tyriorum à Rege casenati
20 sunt.
IV. Quomodo Princeps Damascenorum
Tyri subuenit, & qualiter eosdem Rex obſe-
derit.
V. Quod Rege urbem vallante, Tyri por-
ris egressi, sed mox mirabiliter à Rege repreſſi,
quosdam secum intrantes occiderunt.
VI. Tyri duas machinas Christianorum
pice & sulphure mirabiliter combusserunt.
VII. Legatio Tyriorum ad Principem Da-
30 masicenorum, & reuersio Regis in Ierusalem post
aduentum eorum:
VIII. Qualiter Rex Baldewinus Idu-
maeos mercatores spolauerit, & quod Tankra-
dus, princeps Antiochia obicerit.
IX. De aduentu Turcorum contra Ierusa-
lem, & quod Rex econtrario militiam adunariat.
X. De mille quingeniis peregrinis Christiano-
rum, propter quos Rex attriuit in pugna du-
centos Turcorum:
XI. Rex cum Turci congregiens, fuga di-
40 labitur, quibusdam suorum in bello cadentibus.
XII. Rex sedecim millibus congregatis;
in secundo congreſſu Turcos à Jordane potenter
effugavit.
XIII. Quomodo coniux Duci Sicilia ad
thalamum Regis Baldewini cum magno appa-
ratu properauit.
XIV. Cum quali gloria Rex eandem ma-
tronam sibi copulauerit, militibus ab ea largiter
remuneratis:
XV. Vbi post redditum Christianorum Tur-
ci, deuastant terram Gracorum, urbem Sta-
miam subuerterunt.
XVI. De septem millibus Christianorum,
qui mare transentes, omnes nauigio perierunt:
XVII. Quod milites Baldewini Regis na-
vali prælio contra Babylonios gloriose decerta-
uerint:
XVIII. Quomodo Princeps Damasceno-
rum fronde occideris alium Principem Turco-
rum:
XIX. De copioso apparatu gentilium ver-
sus Antiochiam, quem Baldewinus Rex dif-
perdidit persuam militiam.
XX. Vbi Baldewino Rege redeunte Hiero-
solymam, Turci adunatis viribus funduntur.
XXI. Quod Baldewinus Rex cum manus
parua profectus sit in montem Sina:
XXII. Rex Baldewinus suorum monito-
ribus à monte Sina reuertitur Ierusalem pro-
vidus:
XXIII. Quomodo Rex Baldewinus Pro-
lemaide aggranatus, per multas elemosynas
de infirmitate sit alleviatus.
XXIV. Qualiter eundem Regem Patriar-
chacorripuerit; & quod ipsas illicitas nuptias
repudiauerit.
XXV. Quomodo Pharamia ciuitas capta
sit:
XXVI. Rex Baldewinus capta Pharamia
usque ad mortem agrotanit.
XXVII. Confidatio & iussio Regis admi-
litates, habita de morte & sepulcracio.
XXVIII. Inquisitio militum, qui post
cum debeat tenere coronam: & corporis ipsius
reportatio in Ierusalem:
XXIX. Quod Regalis sepulcro Regem con-
dictunt, & quod statim dominus Patriarcha ini-
firmitatus obicerit.
XXX. Quomodo sepulto Rege Baldewino
nepos illius, Baldewinus de Burg, ab omnibus in
Regem sit electus & unctus, Germundo nouo
Patriarcha consagrato.
XXXI. De quatuor millibus Idumaorum
pastorum, quos in die sancto Pascha Christiani
milites, dum inseguuntur, passim occidi-
tur.
XXXII. Rex Baldewinus Secundus, in ul-
tionem inimicorum militiam congregauit, que
Idumai pecunia placant.
XXXIII. De septingentiis Christianis per-
egrinis, qui post visitationem Dominici sepul-
cri in redendo occisi sunt à nequissimus Sarra-
cenio:

- ¶.  N anno secundo postquam Sidon capta est, & Tankradus Saracenus percutit & obtinuit, Rex **Baldewinus** conuocata omni Ecclesia ierusalēm ab vniuersis locis, quæ sub manu eius erant, init consilium, quatenus obsideret Syr, quæ adhuc rebellabat, & conchristianis fratribus terra marique calumnias inferebat, & à tributis & pacto recellerat, in omnibus quæ Regi promiserat, mentita. Vniuersis verò admonitis, ac voluntariis ad hanc obsidionem inuentis, dies statuta est, qua coheruerint, & ex decreto Regis positis tentoriis mœnia vallarent & coangustarent.
- ¶. Talis autem fama ut in auribus Tyriorum insonuit, vehementer perterriti, inierunt fœdus cum quodam **Dochino**, principe Damascenorum, vt tutelam & solatum ab eo consequerentur, & thesauros ciuitatis, & quæ habebant preciosiora, in custodia & conclavi Damasci eius consensu & licentia deportarent. Rogauerunt etiam, vt eis viros sagittarios & defensores urbis in auxilium mittent in conventione solidorum, viginti millium Byzantiorum sibi suisque dare promitterentes. Hoc itaque pacto vtrinque sub fide data accepto & firmato, Tyrii ciues quendam, **Reinfridum** nomine, virum Christianum, & illustrem militem Regis, mille Byzantiorum præmio prothiesso & dato conuenerunt, quatenus eius conductu in Damascum sarcinas thesaurorum suorum pacifice transserrent; & sine impedimento cum camelis & vehiculis repedarent. Reinfridus verò vir leuis, & non multum pensans, si fidem erga Gentiles & incredulos violaret, vniuersa Regi detulit, ac diem, qua transiuri erant in Damascum cum vniuersis copiis & rebus præciosis propalauit, afferens Regem hæc omnia posse capere ac retinere sine contradictione. Hoc Rex audiens, sine mora peditibus ac militibus ducentis accitis, iussit viam obsidere, & eautè obseruare, per quas seitas viri Damascum cum sarcinis profecturi erant. Et ecce in silentio noctis cum omnia solent quiescere, Tyrii cum camelis suis, incomputabili auto, argento, ostro & quibusque aliis præciosis ornatis, conductu præfati Reinfridi viam Damasei venerunt. Cum subito Regis insidiaz in eos irruentes alios occiderunt, alios tenuerunt, & thesauros infinitos cum purpura præiosa & serico variis coloris & operis rapientes, cum ipso Reinfrido, in vehiculis camelorum & mulorum abduxerunt. Thesauri mīti & inauditi illic capti sunt, quos Rex liberali manu militibus, longa nunc indigentia oppressis, benignè largitus est. His ita captis, his occisis, paucis vespere clavis, **Dochinus**, apud quem sperabant refugium, valde molestatus, sine mora quingentos milites, in sagitta & arcu peritos, ad urbem Tyriorum direxit, vt præuenirent Regis obsidionem; & Regi suisque ab urbe resistentes, in conventione solidorum ciuibus subuenirent. Rex itaque **Baldewinus** in virtute & apparatu decem millium à ierusalem descendens in vigilia S. Andreæ Apostoli, ciuitatis mœnia in atido positis castris occupauit; à mari verò in ipso urbis latere & portu naualis obsidio non magnæ virtutis & armaturæ fuit. Promiserat enim Rex Græcorum, illic per aquas copias affuturas;
- ¶. sed byeme incumbente, minimè collatæ sunt. Rex autem postquam obsidionem firmauit, & munitione valli se suumque exercitum circumfodit, ne impetus aduersariorum ex imptuoso irrueret, aggressus vi urbem, turres & mœnia omni genere bellico oppugnauit, de die in diem crebris assaultibus iteratis. Turci verò, qui in grandine sagittatum confundunt & resistunt, econtra per mœnia & turres diffusi, strages & graula vulnera Christianorum non parcè multiplicabant, & ad portas & vespes ferreos coticurrentium multititudinem, lapidum incessibili iactu, sulphuris quoquæ ac picis ferentis effusione, suffocabant. Quodam dehinc die post plurimos assaultus, & diutinos labores: dum paulisper à foris respiraret exercitus, manusque conticheret à belli opere, deintus verò Tyrii & eorum Turci milites silentium tenerent, sed tamen consilium iniissent, quatenus in momento à portis in impetu castra Regis irrumperent: mox armis resumtis, lorica & galea induit, subito quasdam portas aperiéntes, in multitudine graui in apertam camporum planiciem, quam Rex & exercitus hunc bellum immemor habitabat, usque ad loca tentiorum concurreret ausi sunt, plurimos sagittis trahigentes, & elamo re magno & horrisono totum exercitum commouentes. Et ecce sine mora vniuersi milites Christianorum attoniti, è tunctis castris in armis & lanceis loricati in faciem illis aduolant, & hinc & illinc plurimæ fortitudine contendentes; sed tandem Christiani præualentes, Tyrios in fugam versos in portam evenerunt: sic ve-
- triges

vtrique, hi fuga veloci, hi celeri insecutione permixti, potenter urbem ingressi sunt. Turci Tyriique Gallos iam secum urbem intrasse contuentes, reuersi sunt in faciem se à tergo prementium; & fortiter obsistentes, ac mœnia ascendentibus, exercitum adhuc intrare cohtendentem omni armatura iaculorum reprimebant, quo usque in virtute sua præualentes, portas clauerunt, & circiter ducentos intra muros retinuerunt. Illic *Wilhelmus de Wanges*, miles gloriosus & nobilis, item quo *Wilhelmus miræ audacie & militaris famæ cum egregiis sociis equitibus & peditibus capti*, sententia capitali perierunt; cæteri complures vintulis catenarum astricti sunt.

Deinde post dies aliquot videns Rex assulta & lapidum vi tormento se ciuibus & mutis prorsus non nocere, duas fieri constituit machinas, muros plurima altitudine supéminentes, ac componi ordinè duorum cenaculorum: quarum una ex sumtu & labore *Eustachii Granarii*, prælati militis, & primi de domo & consilio Regis, ad vnguem constructa & erecta est. In hac ergo idem *Eustachius* cum electis manens tironibus, Tyros manè, meridie, vespere per urbem gradientes omni genere iaculorum alios interimebant; alios vulnerabant, per turres, mœnia & omnia urbis loca speculantes. Non minus ab altera machina milites Regis, inibi constituti, Turcos Tyrosque impugnabant, & sic eos ab ostio progressos arcu Baleari ferientes, perirebant. Tyri quoque econtra lapides aptabant ad quassandas machinas & eas inhabitantes: sed machinæ coriis taurinis, 20 melinis, equinis, cratibus vimineis vestitæ, iactus lapidum palosque ferreos & ignitos illæsæ & immobiles sustinebant. Tyri cernentes, quia hoc modo machinis nocere nequibant, alia arte machinas atterere conati sunt. Arborēm procera altitudinis funibus erigentes, circulum quendam amplum & spaciosum in modum coronæ ex grandi ligno componentes, summitati arboris catenis fætreis affixerunt; ac eundem ligneum circulum in circuitu pice, sulphure, cera, adipice, permixtis stuppis, impinguantes, ignique aqua inextinguibili succidentes, usque ad locum mutorum, quo machina Eustachii sita erat, funibus pertraxerunt. Qui subito nimium flammiuomus, ab arbore in machinam laxatur, quam vndique flammæ intolerabiles cingentes, grandi & insuperabili incendio combusserunt, cum 30 plurima parte virorum, qui ignem exutere & extingueare conati, nequaquam evadere potuerunt. Eodem modo & arte regis machina combusta & in nihilum redacta est. Sic machinis his pariter combustis, tamè Rex in obsidione mansit imperterritus, volens urbem aut fame aut aliqua arte adhuc edomare. Adhæc viii. denique Regis constantiam & animum immobilem Tyri cognoscentes, direxerunt clam legationem Damascum, quatenus *Dochinus* magnus Princeps eis subueniret, magnam illi spondentes pecuniam, & iurantes, se semper in eius auxilio & obsequio permanere. Quili illico viginti millibus equitum ascitis, per montana descendit usque ad confinia Tyri, ut in crastino Regem suosque in castris incurret; & sic urbem de manu Regis, & eius obsidione, liberaret. Eodem vero die, quo 40 idem Dochinus, vel *Duodechinus*, confinia Tyri per montana intravit, armigeri septingenti cum sexaginta probis equitibus de exercitu Regis, ad quærenda pabula equorum egredi, itinerunt casu & ignorantia super arma & vires Turcorum: qui vniuersi in sagitta & gladio ab hostibus perempti ac detruncati, perierunt; præter paucos, qui vix euidentes, retulerunt, quæ gesta sunt. Hoc denique comperto, quod tot millia iam iuxta conuenissent, & armigeros militesque Regis pete nissent, Rex ex consilio optimatum suorum, qui diutina obsidione vexati erant, & rebus & cibariis exhausti, tentoria sustulit; ac die Dominica, quæ est ante *Dominicam Palmarum*, *Ptolemaidem* & cæteras ciuitates pertransiens, ipsa sancta & celebri die Palmarum per portam, quæ respicit ad montem Oliuarum; per quam & Do- 50 nichil Iesus asello insidens intravit, ipse cum suis, & una cum quibusdam magnificis legatis Græcorum, qui ad eum superuenierant, dum adhuc in obsidione esset, intromitus est. Egit denique illam sanctam hebdomadam, sancta loca perlustrans, in oratione & eleemosynarum largitione & delictorum confessione. Diem vero sancti Pasche in omni honore & gloria propter legatos Regis Græcorum iussu domini Patriarchæ coronatus solenniter ac regaliter, celebravit. Celebratis viii. itaque illic per dies octo sancti Pasche solenniis, assumptis ducentis equitibus, cœnum vero peditibus, ad vallem Moyli profectus est in partes Arabiarum, ut præ datum aliquid ab inde contraheret, quibus inopes milites & rebus vacuatos ditaret, & deficientes animaret. Legati vero Regis Græcorum benignè commendati, donisq;

magnificis ampliati, Constantineopolin remissi sunt. Vix verò partes Arabiz intraverat, & ecce *Idumæi*, quos moderni vocant *Bidūmōs*, viri mercatores cum immēsis copiis diuersarūni mercium, in mulis & camelis, inter manus Regis & suorum affuerunt, qui nullatenus effugere valentes, omnibus rebus diuitiarum suarum tam in auro quam in argento, geminis preciosis, ostro diuersi generis & operis, pariterque pigmentis expoliati sunt; pluresque capti, Ierusalem abducti in custodiam mancipati sunt, pæda velo & spolia eorum inter milites diuisa sunt. Eodem anno *Tankradus*, qui Antiochiaz præterat, vehementer infirmitate correptus, in aduentu Domini Iesu Christi morte occubuit; & in basilica Petri Apostoli catholice sepultus, planctum magnum reliquit, omnibus propè positis mortem

ix. eius audientibus. Post mortem tam famosi & bellicosi viri, Turcorumque vnde fortissimi expugnatoris, mense Martio novo vere aspirante, præfatus *Malducus*, qui & ipse unus de præpotentibus regni Corozan erat, ascitis fortissimis copiis Turcorum circiter triginta millia, disposuit transire usque ad Damascum, ut assumto *Dochino*, qui & ipse Turcus & Princeps iniuste erat Damascenorum, expugnaret ciuitates, quas Rex obtinebat; deinde Ierusalem, si eius voluntati prospere succederet, ad debellandos & expugnandos Christianos perueniret. Diuulgata autem tam famosi Principis adunatione per regionem ciuitatis Edessæ, nuncii *Armenii* Regi *Baldevinu* diriguntur, qui omnem rem & apparatum illius declarant; quatenus præuisis, & suis conuocatis, hostibus tutius & facilius ad resistendum occurseret. Rex autem auditis nunciorum verbis, illico aptata legatione Antiochiam ad *Rotgerum*, illustrissimum iuuenem & militem, filium sororis Tankradi, qui & loco eius restitutus principatum obtinebat Antiochiaz, direxit, ut sine intermissione ad auxilium eius ventre operam daret in paratu armorum & copiis, sicut decretum fuerat à principio Christianos Christianis fratribus subuenire. Rotgerus sine mora, accepta Regis legatione, septingentis equitibus, quingentis vero peditibus assuntis, ad ipsum Regem venire dispositus; sed aliquantulum propter colligenda arma retardatus est. Terti verò viam Damascum accelerantes, ad mare Galileaz castra metati sunt, & præsidium *Tabaria* obfidentes, hac parte fluminis Iordanis plurimum temporis egerunt, montem Thabor occupantes, & vnde Christianorum habitationem detere studentes. Iam enim in calumniis & prædis & aggrauatione Christianorum curriculo trium mensium potenter obfederant, omnia vastantes, nulli parcentes, nocte ac die in insidiis inuigilar.

x. tes, milites Tabariæ crebris assaultibus & bello lacestantes. His diebus mille quingenti Peregrini, qui Paschali solennitate Ierusalem moram fecerant, reditum parantes, sed per regionem Sur transire metuentes, Regem supplici prece conuenerunt, quatenus conductum eius trans Sur habere mererentur, ne ab inhabitatoribus urbis impugnarentur, parum resistente valentes, sicut fessi, & plurima inopia grauati. Rex videns illorum redeundi constantiam, trecentis ascitis militibus, viam cum eis usque ad montana Sur tenuit. Sed in latibulo montium paulisper remoratus, Peregrinos præmisit, ut sic experiri posset, si qua virtus ciuium Sur ad insecuritionem Christianorum Peregrinorum appareret. His verò præmissis, milites ciuitatis Sur ad quingentos egredi, Peregrinos procul ab urbe transeuntes, ad trucidandum & captiendum infecuti sunt multa vociferatione & tubarum strepitu ad perterritos illos intonantes. Verum Rex audita hac vociferatione, à latibulo & insidiis velociter exurgens, militibus in tergo affuit, plurimam cædem exercuit, quo usque Sarraceni vici & attriti fugam arripientes, Sur viam remensi non prius portas introierunt, quam ducenti ex eis capti & attriti sunt. Peregrinai hac sola die via continuata, altera autem die audita Turcorum presentia cum tot millibus, initio censilio, *Ptolemaide* reuersi sunt, illuc cum Rege

xi. moram facientes. Rex igitur intelligens, Turcorum audaciam nimium aggrauasse, longè lateque prædam contraxisse, ab assaultu raro que ieiuisse, vehementer indignatus, conuocat vniuersos, qui erant in circuitu Ierusalem & omnium ciuitatum, quas possidebat, & ad septingentos congregans equites, peditum quatuor millia, peregrino exercitui iurat & contestatur, non ultra Rotgerum & remotos conchristianos Principes præstolari, nec longius pati Turcorum arrogantium & calumnias. Et statim à *Ptolemaide* tam novis Peregrinis quam cæteris ascitis, trans Iordanem castra figi statuit, ipso natali Apostolorum Petri & Pauli: eo videlicet in loco, quo haec tenus Turcorum petrata auctena & volu-

et voluptuosa ponebantur tentoria. Turci vero astuti hoc per latores compertos, tentoriis sublati, in montem Thabor secesserunt, ac si Regem metuentes, & fugam matutantes, cum eo bellum committere non auderent. Sed vix ponebantur tentoria, & ecce *Malducus Dodechinusq[ue]* cum vniuerso comitatu suorum eruptrunt a montanis Thabor, ut arena maria fortiter irruentes arcu & sagitta in castra Regis & suorum, graui bello & vulnere atroci praeliantes, & Christianis acies impugnantes: donec Rex & tota manus suorum vim tot millium sustinere non valentes, sed fugam ineuntes, ad mille quingentos occiderunt, praeter equites, quorum triginta interempti sunt. Cecidit illic *Reinerus de Brus*, miles imperterritus. Hugo, iuuenis nobilis & miles illustris; aliique quorum actus & bellalaude & memoria dignissima sunt. Vix itaque Rege elapso, & Turcis loca campestria victoriosè obtainentibus, altera die *Rogerius*, successor & haeres Antiochiæ, filius sororis Tankradi, cum quadringentis equitibus & sexcentis peditibus affuit, mitè molestatus de Regis infortunio & suorum casu, & quia itineris tardatione hesterno prælio ei ad opem esse non potuit: Affuit & *Principis ciuitatis Tripolis*, non minus animo consternatus, quoniam sic a Turcis castra Regis cœta sunt. Et post pauca affuerunt plurimæ acies Christianorum nauigio usque ad Ptolémaidem aduectæ: quorum ex omni parte tam mari quam terra affluentium sedecim milia in vnum collecta sunt. Rex tot millibus in breui congregatis, Turcos adhuc trans lordanem in sua feritate persistentes aggredi statuit ex consilio omnium qui aderant: quatenus in capite eorum, Deo auxiliante, redderet malum, quod sibi suisque & vniuersæ regioni inferre conati sunt. Verus Turci audito Regis adventu & voluntate, a loco & regione lordanis recedentes, *Romaniam* ingressi sunt, Regis Graecorum castella & ciuitates plurimas obsidentes & expugnantes.

Rege dehinc cum omni manu sua ab infestatione hostiis Ptolémaidem reverso, menie Augusto inchoante, peruenit ad aures Regis, quomodo nobilissima coniux *Rogerii*, Ducis Siciliæ, fratris Boemundi, magnifici Principis, post obitum & exequias præfati mariti ad thalamum Regis magnopere propéraret in apparatu copioso magnarum diutiarum, & plurimo militum comitatu. Fuerunt ei duæ triremes, singulæ cum quingentis viris bello doctissimis, cum hauibus septem, auro, argento, ostro, gemmatum vestium, que preciosarum multitudine, onus: præter arma, loricas, gladios, galeas & cyopeos auro fulgidissimos, & præter omnem armaturam, quam ad defensionem hauium solent viri potentiissimi comparare. In ipsa denique naue, in qua prædicta matrona manere detinebat, malus auro purissimo tectus, procul radios ad solis claritatem exerebat; & vtraque nauis cornua auro & argento fabiili opere vestita, spectaculo admirationis omnibus erant ea intuentibus. In una de septem nauibus viri Sarraceni & sagittarii, viri fortissimi, & claritate preciosarum vestium fulgentes, inerant. uno Regi adducti, & qui nullis in regione Ierusalém sagittandi arte inferiores habentur.

Huius itaque matronæ aduentu & gloria audita, Rex tres naues, quas vocant *Galeidas*, fœtas viiis egregiis, & marino certamine peritissimis, misit illi in occursum: sed ventorum turbine mari intumescente, nequaquam illi occurgere aut sociari potuerunt. Ventorum enim potentia naues longè iactata, tandem portu sinuque *Acalonis* vespere sunt receptæ circa horam nonam, nequaquam hautis valentibus aut frustra conantibus iter per aquas tenere, propter ventum, qui eis nimium contrarius repugnabat. *Acalonite*, viris Christianis semper infesti, mox Christianorum signis recognitis, in Galeidis ferratis & armis occurrere & configere cum eis accelerant. Sed post plurimam contentionem, & utrinque sepius factam incursionem, vna ex Galeidis Ascalonitarum, quinquaginta milites continens, attrita & submersa est; cæteræ expugnatæ & repulsa sunt. Nec mora, Christiani ex omni parte prævalentes in victoria, & in vnum coadunati, Deo prosperante, tranquillo ventorum flamine relato, & omni furore maris sedato, in virtute magna a portu & statione Ascalonis sunt egressi: sicque pacifico nauigio Ptolémaidem peruentum est. Nec mora, Rex aduentu tam gloriosæ matronæ cognito, cum omnibus primoribus regni sui, & vniuersis pueris domus suæ, in vestitu diuersi generis & pulchritudinis, in regio cultæ, in equis & mulis, ostro & argento fulgentibus, in tubis & in omni dulcedine musicorum è nauib[us] ingredienti affuit. Sed & plateæ mirificis & variis tapetibus stratæ, vici purpureis velis adornati in honorem tam nobilissimæ, & thesauris famosissimæ matronæ,

rutilabant, sicut deeeet Reges in omnigloria & pompa exaltari. Cum hac itaque iucunditate & laude ea inducta, & Regi stabili connubio copulata, nuptiarum magnus apparatus ornatusque factus est in regio palatio ciuitatis per dies aliquot; thesauri plurimi ab ea in ærarium Regis translati, quibus multum Rex & vniuersi, qui bellis Turcorum arma amiserant, nunc inæstimabiliter relevati & ditati sunt. His iam nuptiis finitis, & Rege Ierusalem cum sponsa sua ascendere disponente, *Rogerus* in Antiochiā, benignè à Rege commendatus, viam insistere disposuit, cui noua Regina mille marcas argenti cum ostriis preciosis, cum Byzantis quingentis, cum mulis & equis egregiis dono contulit: præter gregarios milites, qui à longinquo Regi ad opem confluxerunt, quibus non modica præmia auri & ¹⁰ argenti pariter collata sunt. Sic quibusdam ad sua redire feruentibus, quidam viam per Romaniam in arido insistentes, ciuitatem *Stamiriam* applicuerunt, qui à Græcis, viris Christianis, in omni administratione necessariorum clementer hospitio suscepiti sunt. Nec mora, *Turci*, qui à Rege ex Galilæa fugati, ciuitates & municipia Regis Græcorum expugnata & attrita, præda & spoliis in nihilum redegerant, eiusdem ciuitatis mœnia aggressi, obsidionem in circuitu locauerunt, plurimam vim, minas & terrores ciuibus inferentes. Hinc non post multos dies, & post terribiles assultus, magistram portam virbis in virtute nimia assilientes, militibus Græcorum, viris effœminatis, parum resistentibus, in securi & ascia ianuam comminuentes, defensoribus tandem fessis, vnanimiter irruperunt; & in vniuersos tam ciues, quam Peregrinos sagitta & arcu irruentes, non modicam cædem operati, plurimos abduxerunt, vniuersaq; pecunia, & quæ ibi preciosa reperta sunt, ab his saevis prædonibus transportata sunt. In eadem verò ciuitate quidam de exercitu Christianorum hospitalitatis gratia moram facientes, ad quadraginta, capti & decollati sunt; sed non sine plurima sui sanguinis vltione: quia inæstimabili virtute & bello à porta, ad quam defendendam locati erant, multis Turcis repulsi & occisis, inuicti perstiterunt, quo usque ad portam, quam Græci tuebantur, ad ²⁰ versarii immisssi sunt. Quidam autem circiter septem millia, redditum per viam maris continuantes, & prosperis velis ac sine turbine nauigantes, in festo S. Martini ad portum & stationem insulæ *Cypri* applicuerunt, anchoras suas in pre-³⁰ fundum iacentes, & in aridum ab ipsis nauibus descendere festinantes. Nec mora, ventus fortis ac vehemens, qualis per annos plurimos non est auditus à nauis, mari incubuit, motum & ferorem intolerabilem reddidit, naues quassauit, funes nauium suo impetu atrivit, anchoras à profundo sustulit, procellas sic contra naues ampliavit, ut nauis in nauem discurrens sine remige mutuam dissolucionem pateretur, & sic tota illa congregatio Christianorum cum vniuersa suppellectile misera submersione absorberetur. Nulli euaserunt præter duas buzas, quæ de numero tredecim nauium erant. Craftina autem, mari à feritate sua sedato, tot millia camporum nobilium & ignobilium crebra illius inundatione in aridum sunt ejecta, ut vix trium hecdomadarum curriculo sepultura per camporum ⁴⁰ planiciem illic à fidelibus conderentur. In anno secundo post nuptias Regis Baldewini, exercitus Regis *Babylonie* copiosus nauali aduentu usque Sur allapsus est in assumptione B. Mariae: Vbi infidias Christianorum alii molientes, alii rerum mercationem facientes, post tertium diem nativitatis ipsius Virginis iam mora facta, redditum parauerunt. *Ptolemaidi* verò appropiantes, ordinauerunt nauales acies, omni armatura aduersus Christianorum vires munitas: quarum duæ maioris virtutis & multitudinis post tergum custodiam agentes, sed nimium rebus & hominibus occupatae, à longè plus milliari subsecutæ sunt. Ciues verò & Regis milites *Ptolemaide*, qui solito more cotidie per mœnia diffusi erant, intuentes vela & malos Gentilium, Babyloniam remigantium, statim loricis & gallois induiti, tribusque Galeidis circiter quadrangenti inuestiti, vndis inferuntur, ut naues subsequentes aliqua bellica arte vexatas captiuarent. Nauis verò ex duabus, quæ nimis onusta erat armis & populis, effugere minimè valens, plurima defensione armorum cœpit resistere ab hora diei nona usque ad vesperam: Sed tandem post nimiam cædem vtrinque illatam cœpit viribus deficere; captaq; usque ad portum ciuitatis *Cayphas* perducta est. Apud Cayphas quidam Saraceni capti & vulnerati, custodiæ mancipati relinquuntur; incolumes verò, usque Ptolemaidem cum sua naue capta transmissi sunt cum pariter vulneratis Christianis quibusdam. Sed vulneratis Christianis à tribus Galeidis expositis, cæteri adhuc

adhuc incolumes Christiani, aliis assumtis secum sociis in duabus Galeidis, nauem, quæ amplius rebus, militibus & armis onerata & impedita, tardior ibat, infecuti, iam quinque Galeidis validè assilentes cinxerunt. His econtra non minus validè se defendantibus, ac omni genere armorum sagittarumque iaculacione viriliter pro anima pugnantibus, postremò post nimium bellicum laborem à manu vsque ad medium diem vtrinque grauatis, ferè Gentilium nauis, quæ dicitur *Cattus*, ab eorum manibus defensa & clapsa est. Quod viri & milites Ptolemaide à moenibus speculantes, & Christianorum Galeidas defecisse, consilio facto, ducentos ad subueniendum illis mittere constituerunt. Et sic nauis vndique crebro assultu illarum sine intermissione fatigata ac superata, vespere Ptolemaidem vi perducta est. De Sur, quæ *Tyrus* dicitur, duæ Galeidæ illis in auxilium processerant: sed videntes Gallorum constantiam & suorum defectionem, fugiendo in sua reuersæ sunt. Erant hac in naue mille viri pugnatores fortissimi, quos tota nō & ex iusu Regis ad custodiendum ciues multis vigiliis & armis obfederunt; & res eorum innumerabiles militibus diuisæ sunt. Ex Sarracenis alii decollati, alii innumerabili precio redempti & laxati sunt. Post hæc anno sequenti præfatus **xviii.**

Malucus, unus de præpotentibus Turcorum; post plurimam stragem & cædem Christianorum à partibus Romanis in Damascum rediens, apud Turcos & omnes gentiles nomine & fama exaltatus est, eò quod præ omnibus ampliorety. Rannidem infideles **CHRISTI** exercuiset. Vnde *Dochinus*; Princeps Damascenorum, graui inuidia & indignatione tactus, omni virtutia, qua nouit, interitum illius moliebatur; sed tamen occultè, ne odium suorum incurseret, à quibus idem Malucus propter nimiam dationem suam, & militiæ strenuitatem, valde carus habebatur. Quapropter dum sèpe circa mortem illius dolosa machinatione satageret, nec inter plurimas virtutias locus hunc perimendi daretur, tandem hanc suæ fraudis reperit viam, qua virum mortificaret, nomenque eius deleret. Quatuor enim milites ex genere *Azopari* donis ac magnificis promissis cōuenit, quatenus clām eum in armis furtiis in die solēni in secreto oratorii sui, dum in cæmoniis ritus Gentilis intentus haberetur, subito transfoderent; & sic ab eo dona recipere meterentur. Immissi igitur clām oratio Malueum intrantem, & cæmoniis securè insistentem, repentinò impetu invaserunt: quem acutissimo ferro pariter trans præcordia figentes, hæc prorsus ignorantem extinxerunt, fugaque clapsi sunt. *Dochinus* huius perfidiæ & homicidii conscius, licet tum dissimulat, dum à suis rem actam comperisset, fidelis lacrymis & planctu maximo sine cordis affectione de morte tam magnifici Principis cœpit conqueri; & mortis illius autores usque quaque persequi iussit & inuestigare. Sed fraus illius post modicum apud Turcos cœpit propalari: & ex eo die in odia & inimicitias illorum incidit, multas insidias pro sua perfidia prorsus inexcusabili perpessus.. In anno **xix.** secundo post necem *Maluci* *Burgoldus* de regno Corrozan egressus, *Brodoan* Rex Alapiæ, & *Cocosander* de ciuitate Lagabria, cum quadraginta millibus Turcorum in tetram Antiochiam cum apparatu magno, & intolerabili armatura, proficiunt, tentoria sua locantes in campostribus ciuitatum *Rossa*, *Reyda*, & *Femie*; quarum suburbia tormentis lapidum atterentes & expugnantes, *Femie* verò nullatenus nocere valentes, totam regionem inibi præda & igne depopulati sunt. *Tommosam*, *Turgulant*, *Montfargiam*que ciuitates in virtute magna, & manu robusta, expugnantes, *Wilhelnum* Principem Christianum de Perce, horumque præsidiorum præfideam, captum & vincitum abduxerunt; cæteros in eis repertos alios capitali sententia peremerunt, alios captiuatos tenuerunt. His in regionibus diebus hebdomadarum undecim consedisse perhibentur. Rex verò *Baldewinus* Ierusalem tunc moram faciebat. Qui inuitatus ad auxilium militum **CHRISTI**, cum quingentis equitibus & mille peditibus, & cum eo Princeps Damasci *Dochinus*, nunc ipsi Regi fide alligatus, in plurimo equitatu versus Antiochiam iter accelerant. *Punctus*, filius Bertranni de Tripla, quæ est Tripolis, affuit in eodem comitatu cum ducentis equitibus & duobus millibus peditum usque ad ciuitatem *Taramiam* regia via profectus: Vbi *Rotgerus* de Antiochia, & *Baldewinus* de Rohas cum decem millibus equitum & peditum illis occurrentes, & hac in terra octo diebus moram facientes, castra metati sunt. *Turci* Regis audita præsentia & suorum copiis, versus ciuitatem *Malatinam* in montana fugam constitue-

runt: quia cum eo configere diffidebant. Rex igitur comperto recessu Turco-
rum, redire cum suis disponens, uxorem *Tankradi*, quæ filia erat Regis Fran-
ciæ, secum duxit, quæ ex Regis consilio eidem *Puncto* copulata est, nuptiis glo-
riosè, & in omni plenitudine ac pinguedine, celebratis Triplæ, quæ sibi hæredita-

xx. rio iure à parentibus relista est. Post reuersionem Regis, Turci sine mora ad
Gastum, Harech & Syar, ciuitates Gallorum, in fortitudine sua reueisi sunt, terram
inuidentes, omniaque illic reperta non parcè depopulantes. *Rotgerus & Baldewi-
nus* hoc audientes, plurimum de redditu Regis turbati sunt, eo quod procul iam ab-
iens reuocari non posset. Et ideo consilio habito, ne ei nuncios in vanum dirige-
rent, suos tantum ad quindecim millia collegerunt ex omni genere tam Franco-
rum quam Armeniorum. Erant autem Turci in tres diuisi societates super fluuium
Farfar, qui inter duas ciuitates, *Cæsaream Stratonis & Femiam*, facit alueum. Pri-
mo denique diluculo in die exaltationis S. Crucis, *Rotgerus & Baldwinus* factis
aciebus ipsos Turcos aggressi sunt: vbi prælio commisso, quindecim millia Tur-
corum ceciderunt; pauci Christianorum occubuisse reperti sunt. Primo exerci-
tu sic attrito, *Rotgerus* ad alterum dum tenderet vociferatione magna, vniuersi
hostes metu attoniti, fugam ineunt ad vada prædicti fluminis; & vndis inuoluti &
suffocati, perierunt. Tertius dehinc exercitus hac Catholicorum victoria stupe-
factus, dum viarum errore diffugium faceret, forte applicuerunt in regione *Ca-
melle*, in valle quadam iuxta castrum *Malbech*. Vbi *Dochinus* cum octo millibus
occurrit, grauiter cum eis præliatus est, tribus millibus illorum occisis, & mil-
le abductis captiuis. Erant enim inter hos Turcos fugitiuos multi de progenie &
sanguine Malduci, qui plurimum sibi saepe aduersabantur, de eius perfidia & ne-
ce iniqua, ut propinquii illorum, in terra *Corrozan* apud maiores & minores que-
rimoniā facientes, & de nece propinquii vltionem exequentes. Hac de causa
Dochinus semper sollicitus & suspectus, nunc Regi Baldewino & fidelibus Chri-
stianis sceleratus integrus adhuc ebatur; Turcis usquequaq; nocere non desistebat.

xxi. In anno tertio postquam Rex Baldwinus nuptias suprà dictas regaliter ce-
lebrauit, tempore autumni ducentis equitibus & quadrigentis assuntis pediti-
bus, profectus est ad montem *Oreb*, qui vulgo appellatur *Orel*: vbi præsidium no-
num curriculo dierum decem & octo firmauit, vt sic potentius terram Arabum ex-
prgnaret; & non ultra mercatoribus transitus hinc & hinc daretur, nisi ex Regis
gratia & licentia; vel illæ insidiæ aut vires inimicorum subito adessent, quin fide-
libus Regis in arce constiutis paterent: & sic eis regia arx impedimento esset. Sic
huius præsidiū munimine vndeque firmato ad resistendum inimicis, Rex ut noua-
rum rerum semper erat audius, sexaginta equitibus illustribus secretò conuocatis,
viam suam aperuit versus regnum Babyloniam: si forte in captione Sarracenorum
& Idumæorum, aut inuasione ciuitatum, aliquid insigne agere valeret. Et iam de-
serta loca vastæ solitudinis exuperans, in abundantia escarum, quæ mulorum ter-
go ferebantur, ad *Mare Rubrum* venisse prohibetur, in quo ipse & sui, à caloribus, 40
qui in terra hac grauissimi sunt, balneando recreati sunt, ac piscibus huius maris
refocillati. Ibi in monte *Sina* Monachos Deo seruientes audiens commorari, ad
eos per deuexa montis causa orationis & allocutionis, accelerare decreuit: Sed
rogatus eorum nunciis ad se præmissis, minimè ascendit, ne scilicet Monachi su-
specti propter Catholicum Regem, à Gentilibus de montis habitatione pelleren-
tur. Abhinc enim usque ad Babyloniam ciuitatem intra quatuor dies veniri posse
referabatur.

xxii. Verum, quia sibi vires erant exiguae, cum quibus usque per loca
solitudinis in silentio descenderat; & quia nunc cœpit propter moras aliquas plo-
nè aduentus eius propalari: datum est ei ab amicis consilium, vt nequaquam ulterius
viam perageret; sed quantocyus Ierusalem in silentio securus repedaret. Sic-
nem introitus aut exitus ipsius Regis innotuisset, supra centum millia cuiusque
generis Gentiles ei in occursum confluentes in armis, vndeque vias occupassent.
Nunc verò suorum consiliis acquiescens, & à terra egrediens in cautela qua no-
uerat, per vallem *Hebron* & præsidium *S. Abrahe* redire disposuit. Vbi cum suis
pernoctans, corpora fessa cibariis terræ illius copiosè refecit: Dehinc viam,
quæ dicit Ascalonem, insistens, vniuersam prædam, quæ per campestria A-
scalonis vagabatur, in pascuis contraxit, camelos ducentos, armenta boum
plurima, greges ouium caprarumque: cum quibus potenter & sine persecu-
tione Ierusalem reuersus est. Post dies aliquot *Ptolemaidem* descendens,

mensē

mense Martio inchoante grauiter cœpit ægrotare; & de die in diem corporis molestia aggrauari. Quare thesauros, quos habuit in vasis aureis & argenteis multis-
que millibus Byzantiorum, pauperibus iussit partim erogari pro peccatis suis &
animæ suæ salute; vinum, frumentum, oleum et hordeum, quod habebat in Ie-
rusalem, & aliis in locis plurimis, item pauperibus & orphanis & viduis sine dilata-
tione iussit distribui, vitæ suæ nimium incertus: Domui quidem suæ partem con-
tulit; militibus quoque domesticis & aduenis, & cunctis, qui sibi in auxilio milita-
ri seruierant in conventione solidorum, Byzantios, aurum, argentum & ostra
plurima largitus est: Omnia debita sua persolui præcepit, & constanter admonuit,
ne animæ suæ essent impedimento. Sed Deo volente, qui omnibus pœnitentibus
dat vitam, & mortem transfert, huic iam nullam spem viuendi habenti, precibus
& lacrymis pupillorum & viduarum sanitas redditur; & corporis sui debilitate al-
leuiata, ex toto athleta CHRISTI conualuit. Iam enim antea tam valida illius æ-
gritudine diuulgata, nauales exercitus Babyloniorum, qui Sur applicuerant, vt in
ipsius Regis morte ciuitates Christianorum oppugnarent; nunc illius salute &
sanitatis reparacione audita, fine aliqua mora viam aquarum in regionem suam
remensi, absque vlli contradictione discesserunt. Dehinc Rege à languore **xxiv.**
suo releuato, Arnulfus Cancellarius Sepulcri Dominici, nunc antistite Gobeli-
no mortuo, Patriarcha electus & constitutus est: Deinde Romam profectus, à Pa-
schali, Pontifice Romano, benignè commendatus, & reuersus, & de omnibus ob-
iectis excusatus, dominum Regem, ex admonitione & iussione ipsius Apostolici,
cœpit arguere & monere, vt prædictam matronam, quam duxit vxorem, à thala-
mo suo amoueret propter adulterium, quo in prima coniuge, orta de Principibus
Armeniæ, peccauit, eò quod legitimas nuptias adulterinis illius fœdauit connu-
biis: Interdixit etiam illi hac de causa, quod consanguinitatis eiusdem matronæ,
ortæ de sanguine Gallorum, reus haberetur. Ex hac admonitione constituto
consilio in urbem Ptolemaidem in ecclesia S. Crucis, Rex ab uxore sua sequestratus
est, Arnolfo Patriarcha hoc agente, & omni Clero & ipso iudicante: Illa verò tri-
stis & dolens, ab hoc vinculo maritali Synodali lege soluta, in Siciliam nauigio
est reuersa. Rex verò ab ipsa die & deinceps in obseruantia inditæ pœnitentiæ per-
sistens, mira abstinentia & castimonia ab omnibus illicitis corpus edomuit, à Deo
taetus & monitus. Post aliquantum deinde temporis, audita querimonia su- **xxv.**
per omnibus aduersitatibus quæ ab Ascalonitis siebant Peregrinis, Ierusalem ve-
nientibus aut redeuntibus, Rex Baldwinus accepto consilio suorum ipsum Regem
Babylonizæ expugnare decreuit; vt si forte terra & regnum divitiæque illius dissipa-
parentur, minus Ascalon superbire & rebellare valeret, quæ sèpius opulentia
regni & copiis armorum reueari & extolli solebat. Et iam veris tempore aspi-
rante, assumptis ducentis & sedecim equitibus, quadrincentis verò peditibus,
bellico opere doctis & assuetis, viam insistit per loca arida & solitaria cum vehi-
culis cibariorum, non prædam aut quicquam contingentes de vniuersis locis A-
rabiæ, quæ illi aut familiaritate confederata erant, aut aliquem respectum fa-
ciebant. Undecim denique diebus iam via continuata cum omni manu præ-
dicta, aperitur ei fluuius Nilus, qui perfluit regionem terræ Ægypti: in quem
descendentes, à sudore loti sunt. Inde castra mouentes, die quadam feriæ quintæ
ante medium Quadragesimam, mense Martio applicuerunt in terminos cuius-
dam ciuitatis, quæ vocatur Pharamia, muris, portis & mœnibus munitissima.
Et hæc de regno Babylonizæ erat vrbs speciosissima, non amplius quam trium
dierum itinere à Babylonia distans. Sexta verò feria, quæ proxima erat dies, or-
dinatis aciebus & signis tantilli exercitus, loricis & galeis induti, aggredientes
ipsam ciuitatem vacuam defensoribus, portas eius patentes ingressi sunt in virtute
& assultu & clamore magno: vbi necessiarum rerum copiam inauditam re-
pererunt in vino, frumento, oleo & hordeo, in carne & piscibus, & omnibus, quæ
vesci possunt: Auri & argenti & totius preciosi ornatus nullus erat numerus,
quod ibi repertum est. Vniuersi enim inhabitatores ciuitatis, repente audita fa-
ma tam proximi aduentus Regis, omnis defensionis & rerum suarum oblii, fu-
gientibus intenti, procul ab urbe recesserunt, solùm de vita & salute curan-
tes. Rex & sui curriculo nouem dierum, itinere & inæstimabili calore torridæ
plagæ corpora fessa & grauata recreantes, cibis & potibus abundanter repertis,
sexta feria & Sabbato & ipsa Dominica quieuerunt, iuxta voluntatem suam

xxvi. omnia facientes. Dominica verò die qua mediatur ieiunium, viri sensati, & de sua salute solliciti, conuenerunt Regem, in hunc modum loquentes: *Pauci sumus, & iam ciuitati & regno Babyloniae virtus nostra innovit, & hac Babylonia non amplius hinc quām via trium dierum remota esse perhibetur: ideo consilium ad inuicem conferamus, ut ab hac ciuitate exentes, viam, sicut deuouimus, continuemus, & non moram hic faciamus.* Rex itaque suorum consiliis satisfaciens, summo diluculo sociis admonitis, muros ciuitatis diruens, ignes vniuersis ædificiis turrium & ædium immisit, totis viribus ante omnes præcipue stragi illius incumbens, ne Babylonii vltra vires & opem conferret. Hanc verò stragem, ut dictum est, dum Rex præ cunctis validius ac attentius exerceret in ruina murorum, in ædificiis incendendis, vltra modum membris calore & labore vexatis, vehementer infirmitate corripitur, & magis aemagis molestia corporis cœpit augeri. Iam verò tenebris relatis, & prorsus Sole sublati, vitam desperans, primores sui exercitus conuocans, debilitatem sui corporis detexit; nec se posse mortem nunc euadere, attestatur. Hac audita desperatione, & desolatione Regis, vniuersi à minimo usque ad maximum cœperunt ingemiscere, fletus nimii ac lacrymæ ab oculis erumpere, & magna in turbatis facta est desolatio: nulli quippe spes aut fiducia rediundi vltra Ierusalem erat, sed arbitrabantur se hoc in exilio capitali sententia esse perimendos.

xxvii. Ad quos corroborandos Rex, licet mirè aggravatus esset, ait: *Quare sic, viri fortissimi & sapienti in periculis probati, animus vester in mei solius imminutione disturbatur, fletus, desolatio & dolores geminantur? Non, fratres mei dilectissimi, & commilitones dulcissimi, mors mei solius corda vestra sic mollescere & deficere faciat, & infirmare etiam in terra peregrina & inimicorum. Memento in DEI nomine, quia mea virtus unius est hominis: & quia adhuc inter vos quām plurimi habentur, quorum virtus & consilium parum aut nihil à meo distat. Et iccirco viri estote fortissimi, & in dolore mortis meæ tristes nequaquam effeminari incipiatis; sed decet vos sollicitos esse, quomodo cautè redeatis in virtute armorum vestrorum, & regnum Ierusalem retineatis, sicut à principio DEO deuouistiis.* Et hoc dicto, summa prece, & in fide atque obleruantia admunxit vniuersos, qui aderant, ut si obiret, nunquam corpus eius exanime in terra hac Sarracenorum sepulcro reconderent, ne ludibrio & derisu Gentibus haberetur; sed cum omni arte & labore, quo valerent, ad terram Ierusalem cadauer suum reportarent, & iuxta fratrem suum Godefridum sepelirent. Hoc audientes, & vix se à fletu cohidentes, respoderunt, quod graue & importabile onus illis imponeret, cum etiam impossibile esset in diebus grauissimi & astui caloris aliquod cadauer reseruare, targere & portare. Ad hæc Rex magis instat, & admonet vniuersos; ut cauta dilectionis sua hunc laborem non recusarent. Et post hæc dicta sic precatur, dicente: *Statim cum mortuus fuero, precor ut alium meum ferro aperientes, interiora mea tollatis, corpus verò sale & aromatibus conditum corio aut tapestribus inuoluatis: & sic ad catholicas exequias Ierusalem iuxta sepulcrum fratris mei referatur & sepeliatur.* Nec mora, addonem cocum, qui erat de domo sua, acceptum factum attigauit in alio sui sectione & viscerum extictione. Cui & ait: *Scias, me in breui moriturum, & iccirco sicut me diligis, aut viuentem atque incolumem dilexisti, & modò moreuo fidem serues, me ferro exentera, sale interiorius & exterius me apprimè frica; oculos, nares, aures & os meum non parcere imple, & cum catenis me reportare non desinas: & sic desiderium meum scito te adimplere, & in hoc fidem mihi tecum seruare.* Et hoc disposito, feria tertia vehementius infirmitate usque ad inter-

xxviii. ritum cœpit torqueri in oculis suorum primatum & fidelium. Illi vitæ eius defectionem intuentes, quia vir magnæ erat sapientiæ, dum adhuc incolumis esset, requirunt, quem post mortem suam velit hæredem regni Ierusalem locaria ut coronari: quatenus ex eius consilio & decreto certius & sine lite coronandus possit constitui: *Qui fratri Eustachio regnum destinavit, si forte venerit; si verò ætate nequuerit Baldewinus de Burg eligatur; aut talis, qui populum Christianum regat, ecclesiæ defendat, qui stabilis in fide maneat, quem nulla adversariorum virtus terreat, aut merces leviter corruptat.* Ethoc dicto, vir in terra nativitatis suæ de Lotharingia ex nobili sanguine nobilissimus, Rex in regno Ierusalem gloriosissimus ac victoriosissimus, Dux athleta fortissimus, spiritum vitæ exhauit, in fide CHRISTI stabilis, & in confessione DOMINI purgatus, Domini Corporis & Sanguinis perceptione munitus. Iam sic defuncto Principe clarissimo in terra barbaræ, egregii Principes & commilitones, equites & pedetes, præ dolore in lacrymas cum magno vulnalu & planu fluxere nimias; & amplius fletum congerminassent, nisi timor esset, quem in terra vndeique hostili appre-

apprehenderunt, in tanti Principis amissione. Quapropter dissimulata illius morte & omni tristitia, sicut obnoxie rogauit, se & tu es alius illius, viscera exposita & sepulta, corpus vero salsum intus & exterius, in oculis, ore, naribus & auribus, a rotatibus quoque ac balsamo conditum, corio consutum ac tapetibus inuolutum, equis impositum, ac firmiter alligatum est: ita ut nulla Gentilium astutia percipi posset, eum obuisse; & sic in audaciam persequendi exercitum desolatum, vndiq; ebullientes, animarentur. Hac arte ubi corpus exanime compositum, hocque vehiculo cautè per terram peregrinam, per loca deserta & inuia deductum, per regionem valis *Hebron*, ubi castellum & sepultura sanctorum Patriarcharum, Abrahā, Isaac, & Iacob, vique in hodiernum diem à fidelibus honoratur, redditum fecerūt, per dies continuos à dextris & à sinistris semper custodiam armatorum equitum & pedum habentes. Dehinc cum extincto corpore Regis in canpestis *Ascalonis* applicantes, erectis signis & cuneis ordinatis, in sola virtute militari confidentes, siue impedimento & aliquo aduersiorum incursu, transisse perhibentur, quo usque montana Ierusalēm ipso die sancto celebri Palmarum vniuersitate cum regio cadavere ingressi sunt. Eadem denique die à monte Oliviarum dominus *Pater xxix.* triarcha cum Clerico suo post Palmarum consecrationem descenderat: cui de templo Domini, & de vniuersitis ecclesiis, fratres occurrentes, ad diem festum conuenierunt in hymnis & laudibus, in celebrationē diei sancti, quo & Dominus Iesus vs in asello residens, ciuitatem sanctam Ierusalēm ingredi dignatus est. Sic vero omnibus conuenticulis Christianorum ad id solenne in laudibus Dei congregatis, ecce Rex defunctus in medio psallentium allatus est: in cuius visione voces supprese, & laudes humiliatae sunt; fructus tam Clei quād populi plurimus auditus est. Veruntamen palmarum expleto officio, & omnibus per portam, quā dicitur *aurea*, per quam Dominus Iesus ad Passionē veniens, immisus est, cum Rege defuncto intromisis: decretum est communī consilio, vt statim corpus examine sepulturæ traderetur, quod diu reseruatum etiam fœtidum diutius reseruari, graue & inconueniens ab omnibus ferebatur. Nec mora, catholicis exequiis expletis, à domino Patriarcha terræ commendatus, iuxta fratris vterini Godefridi sepulcrū in loco Caluatiæ, in vestibulo Templi Dominici sepulcri Mausolei, sicut decebat Reges, in memoriam & honorem sui nominis, magno & mirifico opere, & matrone candido polito, inter ceteros sepultos promotus est; sicut & frater eius Godfridus eodem Mausolei honore sublimatus est. Nam sepulcrotam clarissimo Princeps Ierusalēm, Arnolffus Patriarcha venerabilis præ dolore mortis tanti Regis, & athletæ Christi, vehementi infirmitate compitum, & spacio trium hebdomadarum mā habens, vitam finivit, iuxta Patriarchatum se polteram appositum.

Eodem die, quo Rex *Baldewinus* humatus est, & *Agnus* Patriarcha cœpit *xxx.* agrotare, Clerus & populus tam iudicis ecclesia tato Rege ac d. sensore viduatus, de Regis restitutione agere cœperunt: dicentes non utile esse consilium, vt Regē ac defensoris solatio locus & gens diu carceret; & locus & terra à nullo defensa periret. Cumq; diuersi diuersi dicerent, tandem omnibus acceptū fuit, v. *Baldewinus de Burg* in throno regni Ierusalēm locaretur: quod miles impetratus, multa pericula in præsiis pro salute Christianorum tæpè sustinuisset; & terrā Rohas strenue ab omni assalto hostili defensam retinuisset. Et statim acclamatum est, illum coronam regni iure recipere, & dominum Patriarcham eum in Regem procreare & promouere: Venerat enim idea *Baldewinus* id diem festum adorare in Ierusalē, de omnibus, quā acciderant, nesciū: Patriarcha utem adhuc viuens, licet egrotus, videns populi deuotionem & constantiam erga Baldewinum, quantumcumque renitentem, & diuitias Rohas sibi sufficere protestantem, ipse assensum benignè attribuens, in Regem & dominum Ierusalēm vñxit & consecravit. Vnctus autem Baldewinus & consecratus in Regem, & in sanctæ Resurrectionis die præclarus honoratus, honorifice est exaltatus in lætitia his diebus sacris iocundatus, & iustitia Dei in omnibus deuotissime operatus. Die vero statuta, sicut iustum est, & leges docent, vniuersis primoribus regni in palatium Solomonis Regis conuocatis, singularis beneficia contulit, fidem & sacramentū ab his suscipiens, & honorifice quenque in sua remisit. Civitates vero, Neapolin, Samariam, loppē, Cayphas, castellū S. Abrahæ, Ptolemaidem, Sagittam, Tabariam, & ceteras ciuitates & loca, quā erant de regno Ierusalēm, suo subiecit imperio, quosdam teditus eorum suis constitutis primatibus, quosdam vero suæ mensæ attitulavit. Mortuo Rege Baldewis,

no & Arnolfo Patriarcha, Baldewino quoque in Regem vnde, *Germundus*, vir bonæ conuersationis, ab omni Clero & populo in *Patriarcham* eligitur; & consecratus à sanctis Pontificibus, cathedralm episcopalem Ierusalem meruit obtinere, ad regendum populum Dei viui, & corroborandam nouam & sanctam ecclesiam Ierusalem.

xxxii. In anno secundo regni *Baldewini de Burg*, noui Regis Ierusalem, principis Rohas ciuitatis, quidam *Saraceni* de regno Arabiæ, quidam etiæ de gente Idumæorum, quos moderni *Bidumos* vocant, armenta camelorum super triginta millia, boum centum millia, greges ouium & caprarum inaudita millia, de terra & regione sua educentes, & ad pascua cogentes in latere regni Damascenorum, illuc persecuti sunt herbarum copiam, licentia & consensu Principis terræ Damasci, pro pacto Byzantiorū, quod ipse Dominus terræ ab eis accepturus erat. Cum tot milibus, equites & pedites supra quatuor millia, ad custodiendos greges, sunt egressi de terra Ægypti & Arabiæ in lancea & gladio, & omni pinguedine cibariorū necessariorum. Hi dum pacificè in latere regni Damasci super gregem suum custodiad agerent solliciti, nec quicquam metuerent fiducia. *Dochini*, Principis Damasci, cuius gratia & licentia per pascua diffusi erant cum uxoribus & pueris, sicut mos est Gentilium: fama tantorum pastorum, à terra longinqua huc progressorum, attigit aures *Gozelini* de Curcenay, qui dono Regis Baldewini, fratri Godefridi, terram & redditus Tabariæ in beneficio obtinuit, eò quod altis parentibus ortus, filius esset amitæ Baldewini de Burg, facti Regis Ierusalem. Hic ergo Gozelinus tam innumerabile gregum comperta multitudine in loco remoto & solitudinis, *Godefrido de Burs* & de terra ciuitatis Parisiorum, viro egregio, & militi clarissimo in omnibus opere bellico, fratrique eius *Wilhelmo* indicare non distulit; & ad inuadendū prædam utrosque fratres adhortatus est. Qui illius adhortationi acquiescentes, centum & sexaginta equitibus, viris bello audacissimis, & prædarum audissimis, peditibus verò sexaginta, in arcu, lancea & gladio ferocissimis, admonitis & congregatis, perfecti sunt in regionem eandem, qua pastores, & pastorum custodes, fortissimi milites Arabes, Ægyptii, Idumæi accubabant, & armenta cum ouibus & capris sp. cōsē in longitudine & latitudine vagabātur. Ut verò ad locum peruenientem est, *Gozelinus* cum c. inquaginta equitibus in una acie à dextris attulatus est, ad subuenientem: *Wilhelmus* totidem in suo cuneo ordinatis equitibus, galea & lorica indutis, sinistra ex parte procul positus remansit, ut vires auxiliatrices sociis bellum insistentibus conferret. *Godefridus* de Burs sexaginta equites in sua acie retinens, cum omni comitatu robustorum peditum in medio constitutus, audacter pastores pastorumq; magistrōs impedit, prædam abduceat conatus; & omnibus viribus rapinæ insistens, nimium processit inter manus defensorum gregis. Quatuor millia, cornibus & signis auditis, in momento assuerunt ad excutiendos greges: qui Godefridus & sui paucissimi tantorum vim sufferre nō valentes, ad quadraginta in arcu, lancea & gladio ceciderunt: viri fortissimi, & vsque ad hanc diem in omnibus præliis inuictissimi; singuli redditibus terrarum & locorum possessionibus ditati, in obsequio militari & ipsi equites sub se habentes, alius viginti, alius decem, alius quinque aut duo ad minimū. Octo tantum captiui abducti sunt, reliqui armis inimicorū interierunt. *Wilhelmus* audita vociferatione ad inuicem fortiter dimicantium, ascenso equo suo cum suis, dum subuenire vellet angustiatis, per frumenta & loca arida errore viarum retardatur; & sic sociis in magno positis periculo nequaquam succurrere valuit. *Gozelinus* verò intelligens casum & interitum suorum fortium, & ipse inter manus crudelium audacter inuolat, nullo tamen auxilio iam occisis focus & attritis poterat professus. Referuntur autem supra ducentos Saracenorū in eodem prælio occisi esse. Pedites verò Christianorū de sexaginta vix decem per diuinam & opacalocæ apsi sunt. Contigerunt hæc damna grauissima egregiorum militum ipso die Dominicæ Resurrectionis, quando omnes viri catholici solent quiescere à laboribus & cunctis seditionibus, vacare eleemosinis & orationibus. Existiit igitur, quia hac de causa dati sunt in manibus inimicorū, quod tam sanctissima die rapinis inhibabant; & iccircō suorum auxilio per inuia errantium destitutos fuisse. Tam lacrymabili strage fortissimis viris peremptis, crudelis rumor ad Regem *Baldewinum*, ab Ierusalem profectum, & *Ptolemaide* commorantem, transuolat de nece et infortunio nominatorum Principum, quorum auxilio & consilio ecclesia Ierusalem confortata, multum de die in diem proficiebat. Quo auditio, &

morte

morte Godefridi, dilectissimi militis, agnita, concussum est cor illius dolore vche-
menti, & vultus eius ab omni hilaritate decidit; ac vniuersorum corda, qui his Pa-
schalibus feriis letitia affluebant, in luctum & gemitum per omnes vicos & plateas
ciuitatis Ptolemaidis commutata sunt. Nec mora, vniuersis incolis ciuitatis Ieru-
salem conuocatis in vltionem confratrum occisorum, & de vniuersis locis Chri-
stianorum habitationis, Rex eõtraxit exercitum; & vsque *Bethan* cum sex milibus
veniens, tentoria sua per campestria locari iussit. Noëte eadem cœpit tædere exer-
citum Ierusalem & cæteros, qui conuenerant, viæ & vltionis huius, eò quod Da-
mascenorum ciuitas nimium vicina, & Turcorum armis munita erat. Interea dum
sic hæsitarent, *Idumæi*, exterriti fama aduentus noui Regis, diffisque de ope Tur-
corum, & illorum fidei leuitate, decreuerunt Regi dare quatuor n. illia Byzantio-
rum pro cæde suorum: vt sic eius gratia & cōsensu deinceps securè & pacificè gre-
gem suum custodian, & nulla eis vis inferatur. Quod Rex consilio suorum fieri
concessit, videns populi sui, proficiisci nolentis, constantiam. Accepta Rex hac au-
ri massa, *Ptolemaidem* rediit, pro anima Godefridi & pro animabus cæterorum oc-
cisorum, eleemosynas fieri constituens, & plurimas Missarum celebrationes.

Item ipso in anno secundo Regis Baldewini secundi in Sabbato sancto eius- xxxiiii.
dē Resurrectionis, qua Godefridus & prædicti milites in crastino sunt ab Idumæis
trucidati: quando iugis de cœlo gratia Dñi ad corroborandam fidem Dominicæ
Resurrectionis, in lampade olei in Sepulcro Dominico reposita, flamمام in mo-
mento suscitat ad incendendum hac noëte Paschalem cereun: quidam Peregrini
circiter septingenti, qui adorato Domino Iesu ante Sepulcrum ipsius venera-
bile, & qui viso miraculo ignis cœlitus accensi, in gaudio & huius coide ab Ierusa-
lem descenderant, vt fluenta Iordanis visitarent iuxta vitum fidelium, ubi iam à mon-
tanis usque ad castellum *Cujhet* & d. *Burgevin* processerant in solitudi- is loco: ec-
ce *Sarraceni* de Sur & Ascalone assunt, armis fortissimè Peregrinos incurrentes, &
cum eis prælia conserentes. Peregrini sicut inermes, & multis diebus via aggraua-
ti, cibis pro nomine Iesu attenuati, citò superati in si gam veri sunt: quos impii
carnifices insecuri, trecentos in ore gladii pereverunt, exaginta captiuos tenue-
runt. His miseriis & cædibus auditis in Ierusalem & circuitu eius, Rex & dominus
Patriarcha *Germundus* cum omnibus viris, magnis afflictis sunt doloribus. Quare
milites in vltionem fidelium interectorum sine mora dirigunt: Sed frustra hi ad
arma contendunt, viainque insunt. Nam Sarraceni post stragem hanc fugitiu-
fati sunt; & in mœnibus Sur & Ascalonis cum captiuis Christianis, cum spoliis
Christianorum, immisssi sunt.

FULCHERII CARNOTENSIS GESTA PEREGRINANTIVM FRANCO- RVM CVM ARMIS HIERVSALEM PERGENTIVM.

ANNO ab incarnatione Domini, millesimo nonagesimo quinto: re- I.
gnante in Allemania, *Hainrico* Imperatore dito, in Francia rego *Phi- A.D.
lippo*: cùm in vniuersis Europæ partibus mala multimoda, vacillante 1059.
fide, inolescerent: præterat vrbi Romæ papa secundus *Urbanus*, vir
egregius, vita, & moribus: qui semper Ecclesiæ sanctæ statum subli-
mius prouehendum, super omnia consultè ac strenuè moderari satagit. Videns au-
tem Christianitatis fidé enormiter ab omnibus, tam clero quā populo, pessundari;
& terrarum principibus incessanter certamine bellico, nunc istis nunc illis inter-
se dissidentibus, pacem omnino postponi; bona terræ alternatim diripi; multos
iniuriosè vincitos captivari, & in carceres teterimos truculentissimè subrui, supra
modum redimi; vel intus trifaci iam angariatos scilicet inedia, siti, algore, obitu clâ-
destino extingui; loca Sancta violari, monasteria, villasq; igni cremari, nulli mor-
tali parci, diuina & humana ludibriis haberí: audiens etiā interiores Romaniaz

A.D. prouincias, à Turcis super Christianos occupatas, imperio feroci perniciosa subi-
1095. di: pietate compatiens; dilectionisque DEI nutu permotus; Alpes transmeando; in Gallias descendit, atq; in Aruernia Coneilium legationibus competenter vnde-
que præmonitum, apud Claramontem, quæ sic vocatur ciuitas, fecit coadunari, tene-
centis decem tam episcoporum quam abbatum assentientium baculis deputatis. His
itaque, die adhæc prænotato; ad se conuocatis, adlocutionem dulcissimam diligenter
conuentus causam innotuit. Nam sub Ecclesiæ lugentis voce querula, planctum
non minimum expressit; & de mundi fluctuantis tempestatibus tantimodis, ut su-
perius prefatum est, fide subruta, sermonem prolixum cum eis tenuit: deinceps, ro-
gitatu supplici, cunctos exhortatus est, vt resumptis fidei viribus cum ingenti soli-
licitatione ad expugnandas Diaboli machinationes viriliter se animarent; & Ec-
clesiæ sanctæ statum crudelissime à nephandis debilitatum, in honorem pristini m-
competenter erigere conarentur: *Dilectissimi fratres, inquit, Apostolatus apice DEI*
permisso, orbi terra pralatus, occasione necessaria supereminente, sanguinem monitionis diuina lega-
tus, ad vos DEI seruos, has in partes condescendi Urbanus. Et quos dispensatores ministeriorum DEI
assimuli, tales & fideles, simulationis explosa eluione, reperiiri optani. Quod si aliquid gibbosum
vel tortuosum, modestia rationis iustitia semota, contra legem DEI obſſit, praefente subfragamine
diuino, diligenter expedire sat agam. Dominus enim supra familiam suam; ut ei pro tempore pa-
bula modesto sapore condita ministretis, vos dispensatores constituit: beati astrem eritis, si fideles
*tandem dispensationis exactor vos inuenieris. Pastores etiam nuncupamini: videte autem ne mer-
cenarii more fungamini. Veri ergo Pastores & bacculos semper in manus habentes, esse;*
Math. 5,13 *nec dormitantes, gregem vobis commissum vndeque conseruate. Nam si per incuriam veſtram aut*
negligentiam, ouem quamvis lupus abripuerit, mercedem nimirum vobis paratam apud Domi-
nūm nostrū amittetis: & delictorum flagris primitus asperrit, postmodum vero in cu-
sto diu funesta conuersationis truculenter subruemini. Vos vero iuxta sermonem Euangelicum, Sal-
estis terræ: Quod si defeceritis, ambigitur quomodo saliatur. O quanta salitio. Vere necesse est,
vos plebem idiotam, & mundi lasciuia supra modum inhiantem, sapientia sale corrigendo salire:
ne delictis putrefacta, dum eam alloqui quandoque voluerit, Domino insalsa puteat: nam si vermes,
hoc est peccata, causa desidie procurationis vestra, in ea repererit, illico vilipendiam in precipitum
spurciarum eam subigi precipiet. Et quia tantum perditum ei restaurare nequicueritis, vos iudicio
dampnatos à familiaritate dilectionis sua, prorsus exterminabit. Sed huiusmodi fallitorem oportet
esse prudentem, prouisorem, modestum, edocum, pacificum, scrutatorem, piutum, iustum, equum,
mundum. Nam quomodo indoctus doctos, immodestus modestos, immundus mundos efficere
valebit? Quod si pacem aderit, quomo lo pacificabit? Aut si quis habuerit manus suas sordidas,
Math. 15,14 *quomodo iordes alterius coinqinationis tergere poterit? Lectum est, etiam quod si ceçus cecum*
duxerit, ambobus cauea patebit. Ceterum vos ipsoſ prius corrigite, vi in reprehensibiliter
suditos queatis emendare. Si quidem amici DEI vultis esse: qua sentitus ei placita, libenter exerce-
te res Ecclesiasticas precipue in suo iure constare facite: & ut symoniacā heresis nullatenus apud
10b. 2,14,15 *Vos radicet, caute: ne vendentes ac ementes pariter flagris flagellati Dominicis, per angiportus ad*
exterminium confusione miserabiliter propellatur. Ecclesiam suis ordinibus omnimode liberam ab
omniſeculari potestate, sustentate: Decimaq; DEO proprias de omnibus terraculisbus fideliter
dari facile; nec vendantur, aut retineantur. Quod qui Episcopum ceperit, omnino exlex habeatur:
Quod qui monachos vel clericos vel sanctimoniales, & eorum famulos ceperit, aut expolianerit, vel
*peregrinos vel mercatores, anathema sit. Raptiores, & domorum combustores, & eorum consentien-
tes, ab Ecclesia extorres, anathemate feriantur. Summo opere igitur considerandum est: qua mulan-
dus sit pena, qui aliena diripit, si in inferni dampnatione percuditur, qui propria non largitur. Si enī*
Luc. 16,19 *diuiti in Euangeliō memorato contigit: qui non idcirco punitus est; quod aliena abstulisset, scilicet*
*quia rebus acceptis, seipsum male dereliquit. His vero, ut dictum est, iniquitatibus, inquit, Karif-
simi, mundum vidisti grauiſſimè diu confusum fuisse: adeo ut nullus in aliquibus pronincipiarum*
*veſtrarum, sicut nobis à referentibus patefactum est, per inbecillitatem forsitan iustificationis ve-
ſtra, vix tuē per viam gredi audeat, quin veldie à prædonibus, vel nocte à latronibus, aut*
vi aut ingenio maligno in domo vel extra, subripiat. Quapropter Treuiani; sic vulgariter dicitur;
Etiam, iam dudum à sanctis patribus nostris determinatam, reformari oportet: quam firmissimè v-
niſquisque veſtrum in episcopatu suo teneris faciat monendo flagito. Quod si aliquis sine auſtate,
sine ſuperbia ſeductus, eam ſponte infregerit, DEI auctoritate, & huius Concilii decretorum ſan-
ctione anathematietur. His & aliis pluribus competenter dispositis, cuncti afflentes,
clerus quam populus, Deo gratias agendo, dictis domini Urbani pontificis
summi, voluntariè aspirauerunt; & fideli pollicitatione decreta illa bene tenenda
confirmauerunt. Sed aliud illico, non minus tribulationis ſuperius memorata, ſed

& aut

& aut maius, aut pessimum, ex altero mundi climate, Christianitati obesse adiecit, A.D.
in quibus: quoniam, *ofili DEI*, si pacem apud vos tenendam & ecclesie iura tenenda fideliter ^{1095:}
conseruanda sustentare, virilis solito DEO pollicitus est, extat opera praeclara ut insuper ad quod-
dam aliud negotium DEI & vestrum, emendatione Dominica nuper vegetati, probitatis vestra
vilitudinem verisetis. Necesse enim est, quatinus cum fratribus vestris in Orientali parte habitâ-
ribus, auxilio vestro iam saepe proclamato indigis, accelerato itinere succurratis. Inuaserunt enim
eos, sicuti plerisque vestrum iam dictum est, usque Mare Meditaraneum, ad illud scilicet quod Brachium
sancti Georgii vocant, Turci & Arabes, apud Romania fines; & terras illorum Christianorum
magis magis, occupando, lite bellicia iam vice septuplicata viatos superauerunt, multos occidendo
vel captiuando, ecclesiastis, subvertendo, regnum quoque vastando. Quos quidem si sic aliquandiu
quiete permiseritis, multos latius fideles DEI supergreditur. Quia de re supplici prece horror, non
ego sed Dominus: ut cunctis cuiuslibet ordinis tam peditibus quam equitibus, tam pauperibus quam
dilectis, edicto frequenti vos, CHRISTI praecones, suadeatis, ut ad id genus nequam, e regionibus
nostris extirmandum, tempestive Christicolis opitulari satagant. Prasentibus dico, ab-
sentibus mando, CHRISTVS autem imperat. Cunctis autem illuc euntibus, si ani gradiendo
aut transfretando, siue contra paganos dimicando, vitam finierint, peccatum remissio praesens
aderit: Quod ituris anno, dono tanto inuestitus a DEO. O quantum dedecus si genitam spretam, de-
gener, & demonibus ancilla, gentem cuncti potentis DEI, fide preditam, & CHRISTI nomine
splendidam, sic superauerit! O quanta improperia nobis ab ipso Domino imputabuntur si eos non
iuueritis qui professione Christiana censemur, sicut & nos. Procedant, inquit, contra infideles ad
pugnam iam incipi dignam, tropheo explendam: qui abusuè priuatum certamen contra fideles con-
suecebant distendere quandam. Nunc siant milites, qui dudum exiterunt raptiores: nunc ritè
contra barbaros pugnant qui olim contra fratres & consanguineos dimicabant: nunc eterna pre-
mia inanciscantur, qui dudum pro solidis paucis mercenarii fuerunt: Pro honore dupli laborerèt,
qui pro detimento corporis & animæ se fatigabant. Quinimum, hic tristes & pauperes, illuc locu-
plete, hic inimici domini, illic amici eius erunt. Ituris autem mora non differat iter: sed propriis lo-
caeis, sumptibusq; collectis, cessante bruma, verno sub sequente, Domino prelio tramitem alacriter
intrent. His dictis, & audiencibus gratanter ad hoc animatis, nihil ad tu tali dignius
extimantes, statim plutes astantium se ituros; & ceteros absentes, inde diligenter
30 se exoraturos spouderunt, de quibus fuit unus Episcopus Podiensis, Ademarus
nomine, qui postea vice fungens Apostolica, cunctum DEI exercitum prudente, &
consultè rexit, & ad negotia peragenda viuaciter animauit. Taliter in Cossilio, quæ
diximus statutis, & ab omnibus benè confirmatis, absolutionis benedictione da-
ta, tunc discesserunt; & hoc nescientibus post modum ad mansiones suas regressi,
pro ut gestum fuerat dilucidè diuulgauerunt. Quod ut passim per provincias edi-
ctum est, iuris iurandi firmitudine pacem, quam dicunt Treuiam, inuicem tenen-
dam constituerunt. Deinceps vero multi cuiuslibet artis fungentes officio, com-
parata remissione peccatorum, se profecturos, descatæ mentis intentione, deu-
uerunt, quo samire iussum fuerat. O quam dignum erat & amœnum, nobis omni-
bus Cruces illas cernentibus, vel sericas vel auro textas aut quolibet genere pallii
decoras, quas in clamidibus suis aut birris siue tunicis, Petegrini, iussu Papæ prædi-
cti, post votum eundi, super humeros suos consuebant. Sane pugnatores DEI me-
ritò victoriae signo insigniri & muniri debebant, qui ob honorem eius ad prælian-
dum se præparabant: Et qui significans sub agnitione fidei circa se sic pinxerunt;
denique diriuatum significantum verius adepti sunt: Speciem insignierunt, vt trem
speciei consequerentur. Patet & quidem, quia meditatio bona, bonum opus ma-
chinatur agendum: opus vero bonum, salutem lucratur animæ. Quod si bonum
est, bene meditari, melius autem est post cogitatum, opus iustum patrari; optimum
est, ergo compendium salutare, quod per dignam actionem animæ vieti naustum
50 est. Unusquisque igitur bonum cogitet, quod opere digno meliorando compleat:
vt optimum quod non deficiat in æternum, emeritus tandem miles percipiat. Ta-
liter Urbanus, vir prudens & venerandus, est meditatus opus, quo postea floruit or-
bis. Nam pacem renouavit, Ecclesiæque iura modos in pristinos restituit: sed & pa-
ganos de terris Christianorum, instinctu viuaci effugari conatus est. Et quoniam
cuncta quæ DEI sunt exaltare omnimodè studebat, omnes ferè paternitati suæ,
sub obedientialibenter se dediderunt. Sed diabolus qui ad detrimentum homi-
num semper insistere nititur, & veluti leo quærit circinando quem deuoret: huic
aduersarium quendam nomine Guibertum, superbiaz stimulo irritatum, ad confu-
sionem populi concitauit: qui dudum Imperatoris Baioriorum proteruitate suf-

A.D. fultus, dum prædecessor *Gregorius*, qui & *Hildebrannus*, in sede iure habebatur, apd:
1095. stolicatus officium usurpare cœpit: ipso Gregorio à foribus basilicæ sancti Petri
 excluso. Et quia peruersè sic egit, populus eum melior cognoscere noluit. *Vrbanus*
 autem rectè electo, & ab episcopis Cardinalibus consecrato, maior & sanctior pars
 populi, post *Hildebranni* excessum, obediendo aspirauit. *Guibertus* autē sustenta-
 mine Imperatoris prædicti, & plerorumque ciuium Romanorum irritamento a-
 nimatus, *Vrbanus* quamdiu potuit à m. naſterio sancti Petri alienum fecit. Sed
 dum ab ecclesia illa sic eliminatus erat, per regiones incedens, populū in aliquan-
 tis deuium Deo conciliabat. *Guibertus* vero ob ecclesiæ principatum turgidus,
 Papam procluem oberrantibus se ostentabat; & Apostolatus officium, licet iniu-
 ite, inter consentientes exercebat; & *Vrbani* facta tamquam irrita vili pendebat.
Vrbanus tamē eo anno, quo primitus Franci, Hierusalem ituri, per Romanam trans-
 ierunt, totam omnino potestatem Apostolicam adeptus est: auxilio cuiusdam no-
 bilissimæ matronæ *Matildis* nomine, quæ in Romana patria tunc potestate mul-
 tā vigebat. *Guibertus* vero tūc in Alemannia erat. Itaq; duo Papæ Romæ præciāt:
 Sed cui horum obediretur, à quam plurimis ignorabatur, vel à quo consilium pos-
 ceretur, vel quis ægrotis mederetur. Alii huic; alii alteri fauebant. Pro ut asp. eti-
 bus hominū patebat, *Vrbanus* prospperior & iustior erat: putandus est rectè fortior,
 qui cupiditates, tanquam hostes subicit. *Rauenne* urbis *Guibertus* episcopus erat,
 honore & diuiniis opulentus valde splendebat; mirandum, quare sibi tam locupleti
 tantū non sufficiebat. Qui etiā ab omnibus exemplar iustæ actionis & humilitatis
 considerari debebat, cur temere philopompus, inuadere præsumpsit regendum
 sceptrum imperii Dei? Sanè non est virapiendum; verū cum ratione & devo-
 tione suscipiendum. Debet susceptor non pro honore tumere, scilicet cōmissum
 sibi fideliter procurare; & quę dignitati honoris tanti pertinent, si dispersa fuerint,
 oportunè regregare. Nec mirum si mundus tunc inquietaretur totus & contubu-
 retur: quonia si Romana ecclesia, in qua principalitas correctionis vniuersæ Chri-
 stianitatis obtineretur, turbine quolibet confunditur, confessim accidit membra
 sibi subdita, à capitaneis fibris dolore diriuato, passibiliter compatienter debilita-
 ri. Ea enim verò Ecclesia, mater scilicet nostra, lacte cuius educabamur, documen-
 to instrui valebamus, consilio muniebamur, ab illo superbo *Guiberto*, veher ent
 et percussa erat. Cum q̄ caput sic tritum est, continuo membra læsa sunt. *Sic apes*
agrestes, saceram membra dolent. Sed quia capite sic læso, etiam membris marescentibus
 dolore diriuata: quia in partibus omnibus Europe, pax, bonitas, fides, in ecclesiis
 & extra, tam à maioribus quam minoribus, viriliter subigebantur: ne cesset erat, &
 malis tanti nodis dimissis, monitione à Papa *Vrbano* sic exorsa, contra paganos,
 saltem certamina inter se & contra se dudum consueta, distenderent. Nunc igitur
 ad inceptum reuerti, congruum est. Nam de iter agentibus Hierosolimam & quid
 euntibus accedit; & quantum res & labor ipse paulatim, iuuante Deo, proficiendo
 claruit, decet amplius nescientibus enucleari: quod ego ipse *Fulcherius Carnotensis*,
 cum ceteris Peregrinis iens, postea, sicut oculis vidi, diligenter & sollicite in me-
 moriam posteris collegi. Anno ab incarnatione Domini millesimo nonage-
 simo sexto, mense Marcio, post *Concilium*, le quo dictum est, *Arvernicum*, quod in
1096. mense Novembri dominus *Vrbanus* tenuit, alii paratu perniciores aliis, iter ſanctū
 carpere ceperunt: alii quidem mense Aprili, vel Maio, vel Iunio, sive Julio, nec non
 Augusto seu Septembri atque Octobri, pro ut sumptu oportunitas occurrit, sub-
 sequuti sunt. Quo anno pax & ingens abundantia frumenti & vini, per cuncta ter-
 ritorum climata exuberauit: disponente Deo, ne panis inopia in via deficerent, qui
 cum Crucibus suis, iuxta eiusdem præcepta, eum sequi elegerant. Et quia compe-
 tens est principum sic peregrinantium nomina in memoria teneri: *Hugonem magnū* &
Philipi Regis Francorum fratrem nomino; qui primus heroum mare transiens, a-
 pud *Duratam* urbem in Bulgaria cum suis allitauit: sed imprudenter cum agmine
 raro vadens, ibi ab ipsis ciuibus captus est; & usque ad Imperatorem Constantino-
 politanum perductus: ubi per aliquantum temporis, non omnino liber moratus
 est. Postque eum *Buiamundus Apulus*, Roberti Guischardi filius, origine tamen
 Normannus, per eundem tramitem, cum exercitu suo meauit. *Godefridus* quippe
 Dux Regni Lotariensis, per Vngatorum patriam iuit cum gente multa. *Raymondus*
 verò comes Prouincialis, cum Gothis & Gasconibus; *episcopus quoque Pedicensis*, pec
 Sclauoniam transferunt. *Petrus heremita* quidam, multis libi adicctis pedestribus, scđ
 militibus

militibus paucis, primitus per Vngariam perrexit: cuius g̃tis postea satrapha fuit ^{A.D.} quidam *Galerius*, *sine pecunia* dictus: miles quidem optimus, qui postea intra Nico-^{1096.}
median & Niceam v̄rbes, cum multis consociis suis, à Turcis occisus fuit. Mense
verò Septembri *Robertus* Normannus comes, Guillermi regis Anglorum filius, iter
arripuit, collecto sibi exercitu magno de Normannis & Anglis atq; Britannis: cū
quo ruit etiam *Stephanus* comes Blesensis Th̄eobaldi filius, & *Robertus* comes Flan-
driæ; adiectis his, & multis aliis nobilibus. Itaq; tanto collegio ab Occidentalibus
partibus procedente, paulatim per viā diatim, de innumeragēte cōcrevit exercitus
exercituum vndiq; conuenientiū, vt de linguis pluribus & regionibus multis vide-
retis multitudinem infinitam. Non tamen omnes in vnum exēcitus cōgr̄gati
fuerunt, donec ad Nicream v̄bem peruenimus. Quid ergo dicam? In insulæ maritimæ
& omnium terrarum regna concussa à D E o sunt: vt sit credendum adimpleri Di-
nidis prophetiam qua in Psalmo dixit: *Omnes gentes quas cunḡ fecisti, venient, & adora-^{Psal. 85.8.}*
bunt corā te Domine: & vt de iure tandem dicant illuc peruenientes: *Adorabimus in loco ubi*
procederūt pedes eius. De hoc itinere, etiā plurimā in Prophetiis legimus. O quantus erat
dolor! quanta suspiria! quot p̄ oratus! quot lamenta inter amicos! cum maritus de-
relinqueret uxorem suam sibi tam dilectam, pueros quoq; suos, possessiones quan-
taslibet, vel patrem, vel matrē, aut frātres, aut parentes. Et quamuis tot lachrymæ
pro amicis ituris sic ante eosde. n, ab oculis remanentium funderentur; nequaquam
proinde mulcebantur, quin propter amorem D E I , cuncta quæ possidebant relin-
querent; indubitanter credentes centuplum illud percipere, quod Dominus pro-
misit sequentibus se. Tunc coniux coniugi, ponebat terminum reuertendi: quod si
vixerit, infra tres annos ad eam repatriabit: commendabat sic eam Domino, osculū
porrigens, & pollicens se rediturum. Illa autem timēs non amplius videre eum, nō
valebat p̄x dolore se sustentare, quin ad terram tueret exanimis; lugens pro ami-
co suo, quem perdit viuum, quasi iam mortuū: le verò tamquam nil pietatis habēs, &
tamen habensi, nec fletui vxoris suæ; neq; filiorum neq; amicorum quorumcumq;
cōdolens, & tamen clam condolens; sed duro animo cōstans, abibat. Tristitia re-
manentibus, gaudiū autem enītibus erat. Quid dicere possimus inde? *A Domino fa-^{Psal. 117.22.}*
ctum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Igitur nos Franci occidentales per Italiam,
excata Galia, transeuantes, cum vsq; *Lucam* petuēsemus, iuuenimus prope vrbē
illam *Urbanum* postolicū, cum quo locuti sunt comes *Robertus Normannus*, & co-
mes *Stephanus*; nos quoque cæteri qui voluimus. Et ab eo benedictione suscepta,
gaudenter *Romā* iuimus. Et cum in basilica beati Petri introīsemus, inuenimus an-
te altare homines *Guiberti*, Papæ stolidi, qui oblationes altari superpositas, gladios
suos in manibus tenebant, iniquè atripiebant: alii v̄ero super trabes eiusdem monasterii
cursitabant; & inde deorsum vbi prostrati orabamus, lapides iaciebant. Nam cū vi-
derent aliquem Vrbatio fidelēm, illico trucidare eum volebant. In arche autem una
monasterii inerant homines Vrbani, qui eam sollicitè custodiebant in ipsius Vrba-
ni fidelitatem; & aduersantibus sibi, pro vt poterant, oblistebant. Satis proinde do-
luimus, cum tantam neq; uitiam ibi fieri vidimus: sed nil aliud facere potuimus, nisi
quod à Domino vindictā inde fieri optauimus. Nec mora inde facta, multi qui no-
biscum illuc vsq; venerunt, ad domos suas ignavi redierunt. Nos autem p̄ media
Campaniam & *Apuliam* eunter, peruenimus *Barrum*, quæ ciuitas optima, in maris mar-
gine sita est: ibi in ecclesia sancti Nicholai fusis ad D E M precibus nostris, portū
tunc adeantes sine mora transfreteputauimus; sed absentibus nautis, & preuari-
cante forguna: tempus etiam tunc erat hyemale, quod nobis nocium obiecerunt:
ōportuit *Robertum* comitem *Normania* in Calabriam diuertere, & toto brumali tē-
pore illic hyemare. Tunc tame comes *Flandrensis Robertus* cum cohorte sua trāfre-
tauit. Tunc plurimi de pauperibus vel ignavis, in opiam futuram metuentes, arcu-
bus suis venditis, & baculis peregrinationis resumptis, ad mansiones suas regressi
sunt. Qua de re viles tam D E o q̄iam, hominibus facti sunt: & versum est eis
inopprobrium: *Anno igitur Domini millesimo nonagesimo septimo*, reducente ^{III.}
verno tempore mensem Martium, comes statim *Normannus*, & comes *Ste-^{A.D.}*
phanus Blesensis, qui iuxta eum similiter tempus expectauerat oportunum, mare ^{1097.}
repetierunt. Et classe parata, nonas Aprilis, quod tūc die sancti Pascha euenit, apud
portum *Brondusianum* rates cum suis consederunt. O quam incognita & inuesti-
gabilia sunt iudicia D E I ! Vidimus enim nauim vnam inter cæteras, quæ non su-
pereminente occasione aliqua, per medium, subito euentu prope litus maris sub-
crepuit: vnde fere, quadringenti vtriusq; sexus demersi perierunt; de quibus laus

A.D. iocunda D^eo statim sonuit. Nam cum corpora iam mortua qui circumstabāt pro-
1097. posse recollegissent, inuenerunt in carnibus quorundam, scilicet super spatulas,
Crucis in modum notas insignitas: nam quod in pannis suis viui gestauerunt, com-
petebat, Domino volente, in ipsis in seruicio suo sic præoccupatis, idem signū vi-
ctoriosum sub fidei pignore permanere: etiam patescere considerantibus, tali mira-
culo merito dignum erat eos, defunctos sub misericordia D^ei, iam quietem viræ
perhennis adeptos fuisse: ut verissimum pateret id compleri quod scriptum est. *Iu-*
flus qua morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Dereliquis autem iam cum rotte la-
ctantibus, vix pauci vitam retinuerunt. Equi verò & muli sub vndis extincti sunt:
pecunia quoque multa perdita est. Quod infortunium cum videremus, pano-
re grandi confusi sumus, in tantum ut plerique cordis debiles nondū naues in gressu,
ad domos suas reueterentur, peregrinatione dimissa, dicentes nunquam an plius
in aquā sic deceptionē se infigere. Nos autem in omnipotenti D^eo spei nostram
penitus ponentes, artemonibus sursum leuatis, tuba sonante multa D^eVM procl-
mando, & gubernante ipso, in pelagus nos impeginus, vento aliquantulū flante.
Cumq; per tres dies vento deficiente in fluctibus altis detineremur, in quarto die
iuxta urbem Duratū, quasi decem miliariis interstantibus, portui sanè aplicuimus:
duo tamen portus, classem nostrā suscepimus. Tunc autē quidē iter succū letabun-
di resumpsimus; & ante urbē prefatā postea perrexiimus. Itaq; Bulgarorū regiones,
per montū prærupta, & loca satis deserta transiuiimus. *Demonis* ad flumē rapidum, 20
cū venimus omnes, quod sic ab incolis terræ vocatur: & merito: vidimus enim in
illo flumine diabolico quām plures, dū vadare pedetentim sporabant, torrētis im-
petu diro, quod nullus cernentū iuuare poterat, mersu repētino perire: quae de re,
lachrymas multas ibi pietate dimisiugus: & nisi equites cū equis dextrariis, in uaso
illo peditibus auxiliū ferret, multi modo simili, vitā ibi perderent. Tūc iuxta ripam
castra nostra metati sumus: & ibi vna nocte pauauimus. Montes vasti nobis vndiq;
præterā, in quibus nemo incola parebat. Mane quidē, aurora clarescente, classicis
sonantibus, iter nostrū arripimus: ascendendo montē, quē Bagulatū nuncupat.
Postea verò, montanis postpositis, tandem peruenimus ad flumen, quod vocatur Bal-
darius. Et quod antea nisi nauigio transiri solitū erat, opitulante D^eo, qui suis sem-
per ubiq; præsens subuenit, letanter vadando transmeauimus. Quo transito, se-
quenti die ante urbem Thessaloniam, bonis omnibus habundante, tentoria ten-
dimus nostra. Mora autem per quatuor dies ibi facta, deinde Macedoniam transi-
gentes, per vallem Philipensem, postq; Lucretiam & Crisopolim atque Cristopolim cæ-
teras quoq; urbes per quæ sunt in Græcia, Constantinopolin peruenimus. Ibi quidē ante
urbē tentoriis nostris extensis, per quatuordecim dies lassitudinē nostram rele-
uauimus. Et quia ciuitatem illam ingredi non quiuimus, quoniam Imperatori nō
placuit: timebat enim ne fortè aliquid dampnum ei machinaremur: stipendiū quo-
tidianum extra muros allatum nos emere oportuit, quod præcepto Imperatoris
nobis ciues afferbant. Nec permittebat Imperator introire in ciuitatem multos 40
insimul: sed honoratim, vel quinq; vel sex de potentioribus, ad horam in ecclesiis
ingredi sinebat. O quanta ciuitas nobilis & decora! quot monasteria, quotq; pala-
cias sunt in ea, opere miro fabrefacta! quot etiā in plateis vel in vicis opera, ad spe-
ctandum mirabilia. Tedium est quidem magnum recitare quanta sit ibi opulentia
bonorum dinniūn, auri & argenti, palliorū multiformiū, sanctarumq; reliquiarū.
Omni etiam tempore nauigio frequenti, cuncta hominū necessaria illuc afferun-
tur. Ibi insuper, ut spero, fere viginti milia spadones, assidua habitatione cōuer-
santur. Cū autem nos satis fatigatos requie recrearemus, tunc Optimates nostri,
accepto consilio, facti sunt homines Imperatoris: & pepigerūt foedus cum ipso, si-
cūt iam ipse postulauerat ab eis; quod similiter iam fecerat sub iureiurādo, qui nos 50
in itinere ipso antecesserant, Buamundus scilicet, & dux Godefridus: comes autem Ray-
mondus hoc facere tunc recusat: Comes verò Flandria, sic sicut aliī, iusurandum
fecit. Nam erat eis necesse ut taliter cū Imperatore amicitiam solidarent; ut tutius
quererent, & acciperent ab eo consilium & auxilium, præsens & futurum, tam si-
bi, quām omnibus qui nos secuturi erant, per eundem tramitem. Quibus idcirco
ipse Imperator præbuit de numismatibus suis quantum placuit; de equis, & de
palliis & de pecunia sua, qua nimis indigebant ad tantum iter explendū. Hoc ex-
pleto, mare, quod Brachium sancti Georgii vocatur, transfretauimus. Tunc ad Ni-
ceam urbem properauimus: quoniam obsidione Buamundus, & dux Gode-
fridus,

defridus & comes Raymondus, & comes Flandriæ à medio Maii iam obsidebant A.D.
1097.
 quam urbem possidebant Turci orientales Pagani acrés animi, & arcubus sagit-
 tarii. Hi quidem de Perside iam à quinquaginta annis, Euphrate fluui transito;
 terram Romanæ totâ vsq; Nichomediâ urbem sibi subiugauerant. O quot capita
 cesa, & ossa occisorū ultra Nicomediam in campis iacentiū tunc inuenimus! quos
 ipso anno, ignaros, & vsui sagittario modernos Turci peremérat: vnde moti pietate,
 satis lachrymas fundimus. Cum q; audissent qui Niceam urbē iam obsidebant, ve-
 nire principes comites nostros, Robertum scilicet Normannū, & Stephanum Blefens-
 sem, gaudenter eis & nobis obuiam venerunt; & vsq; ad locum ubi tabernacula no-
 stra extendimus, ante urbem in partem Australēm deduxerunt. Iam semel Turci
 congregati se parauerant, volentes vel obsidionē ab urbe si possent excutere; vcl de
 militibus suis urbem melius munire: sed à nostris fortiter & ferociter repulsi, ecclisi
 sunt ex eis ferè ducenti. Cum autem viderent Francos tam animosos, & probitate
 validissimos, secesserunt refugi in Romaniam interiorem, quo adusque tempus o-
 portunius aggrediēdi eos sentirent. Nos quippe in ebdomada lunii prima, post stre-
 mi ad obsidionem venimus. Tunc de exercitibus plurimis, unus illic exercitus ef-
 fectus est, quorum centum milia loricis & galeis muniti erant: Quem, qui de hu-
 mero sapiebant, sexies centum milia ad bella valentium esse stimabant: exceptis
 in herribus, videlicet clericis, monachis, mulieribus, & parvulis. Quid igitur in-
 super? Si omnes quide domibus suis egredi vobis iter iam inceperant simul illis
 adessent, procul dubio sexages centum milia bellatorum essent. Sed alii de Roma;
 alii de Apuleia, alii verò de Vngaria, vel Sclauonia, labore recusata, domos suas re-
 dierant: vel in locis multis, milibus multis occisis; & nobiscum multi oundo infir-
 mati, vitam finierat defuncti. Multa cymeteria videretis in callibus & in campis, in
 lucis, & Peregrinis nostris sic sepultis. Sciendum, quia quamdiu Niceam urbem
 circuimus, nauigio marino, & sensu Imperatoris, vixus nobis ad emendū illuc
 est allatus. Tūc Heroes nostri fecerūt machinas fieri, arietes, scrofas, turres ligneas
 petrarias. Distendebantur arcubus sagittæ, iaciebantur lapides; hostes nobis nosq;
 illis vicem certaminis, pro posse reddebamus. Sæpe cum machinis illis armati ur-
 bem assilliebamus; sed muro fortis nobis obstante, cassabatur assultus. Sæpe de Tur-
 cis, Sepide Francis, sagitis vel lapidibus percussi, interabant. Verè dolor etis, & pie-
 tate suspiratetis, cum aliquem de nostris prope murū quoquomodo trucidasset;
 & summisis vincis ferreis quos viuibus deorsum dimitebant, corpus interempti;
 aliquando loricati, sursum ad se rapiebant, quod nullus nostrum audebat nec pote-
 rat ab eis extorquere: Corpore tunc expoliatis, cadaver foras iaculabantur. Sed cū
 quinque septimanis urbem circumsedissemus; & multe tiens assultibus Turcos pav-
 idos fecissemus: facto interior placito per legationes apud Imperatore, collide red-
 diderūt ei urbem, cum iā ipsa vi & ingenii valde coercita esset. Tunc Turci intro-
 miserunt in eā *Turcopulos* ab Imperatore missos, qui vobis cum pecunia interna, de-
 mino suo Imperatori, sicut eis precepérat, seruauerunt. Quapropter pecunia illa
 reteata, iussit Imperator de auro suo & argento atq; palliis proceribus nostris dari:
 peditibus quoq; distribui fecit de nummis suis æneis, quos vocant *tartarones*. Di-
 quidé illo, quo Nicea sic est comprehēsa, sive reddit., vnius mensis loiticio repe-
 cussus est: certioq; Kal. Iulii, cum Barones nostri ab Imperatore cōcessum abeundi
 accepissent, à Nicea discessimus interiores Romanæ regiones adituri. Sed cū per
 duos dies iter egissemus nostrum, nunciatum est nobis quod Turci, prætentis no-
 bis insidiis, in planis per quæ transituros nos arbitrabantur, præliaturi expectabāt.
 Hoc autem cum audiissemus, nihil ob id audacitatis amisimus. Sed cū sero illo spe-
 culatores nostri plures ex illis à longè vidisseor, statim nos inde monuerunt: pro-
 ptet quod tentoria nostra nocte illa excubiis vadiq; conseruari fecimus. Ma-
 nè autem facto, quod accidit Kal. Iulii, sumptis armis, & monente cornu, aduersus
 eos per alas consequuti, tribunis & centurionibus cohortes & centurias ducenti-
 bus, vexillis leuatis, ordinatè ire cepimus. Hora diei secunda, ecce præcursores
 eorū speculatoribus nostris appropiauerunt. Quod cum audissemus, protinus té-
 toria nostra iuxta quoddam arundinetum, meta i fecimus, vt expeditius clitellis,
 id est sarcinis, depositis promptiores ad preliandum essemus. Quo facto, en Turei,
 quorū princeps & Admiratus erat Soliman, qui Niceam urbem & Romaniam in po-
 testate sua tenebat, congregatis sibi Turcis ab Orientalibus partibus, qui triginta
 dierū itinere & eamplius, in auxiliū eius mandati venerant: Aderantq; cū eo quā
 plures Admirati, videlicet Amudaradigū, Mirasos, Comardigū, Amirchāi, Lachin, Boldar

A.D. gis *Caradigum* multiq; alii: qui omnes in simul erant trecenta & sexaginta millia
1097. pugnatoꝝ ū scilicet sagitariorum. Mos enim eorū est, talibus vti armis. Equites erāt
omnes; Nos autē vtrūq; pedites & equites. Sed nobis tunc deerāt, dux *Godefridus*, &
comes *Raymondus*, atq; *Hugomagnus*: qui per duos dies iuspienter se à nobis subtra-
xerant cum gente maxima, tramite bifurco: vnde nobis dampnum inrestaurabile
accidit, tam de nostris occisis; quām Turcis non retentis, vel interfectis. Sed quia
tardè legatos nostros inde habuerunt, ideo tardè nobis succurrerunt. Turci autē
audacter v̄lūlatibus cōcrepātes, pluuiā sagittarū vehemēter nobis iacere cene: ūt.
Sed iōtib; tā crebris nos stupefacti, mortuiq; & multi leſi, mox timidi versi sumus
in fugam: nec erat mirandū; quia cunctis nobis tale bellū erat incognitū. Iam q; exalterata
parte atundineti, agmina densa ex eis ad vſq; papiliones nostros vehemē-
ter irruerant, qui de rebus nostris intus arripiebant, & de gente nostra occidebant:
cum forte, disponēt D E o, Hugonis magni & comitis Raymondi & ducis Gode-
fridi præcursores, tali infortunio à posteriore parte accurritūt: & cum vſq; ad ten-
toria nostra īā fugati fuſſemus, statim qui ingressi fuerant à papilionibus se remo-
uerūt: putantes propter eos tam cito nos regredi: sed quod audaciam vel probitatē
suspiciati sunt pauorē nimiū sperare possent. Quid dicam? Nos quidē in vnū con-
glomerati, tamquam oues ouili clausæ, trepidi & pauefacti ab hostibus vndiq; val-
labamur, vt nullatenus aliquorsum procedere valeremus. Quod nobis visum est
propter peccata nostra sic contigisse. Nam quosdā luxuria polluebat; quosdā verō
āvaricia, vel superbia vitiabat. Clamor erat ingens æthera feriens, virorū ac mulie-
rum atq; infantū, necnon & Paganorū qui super nos irruebant. Iam q; nulla spes e-
rat vitæ. Tunc reos & peccatores nos omnes esse fatebamur, misericordiā à D E o
deuotè postulantes. Aderat ibi *episcopus Podiensis*, patronus noster, & quatuor alii: ad-
erantq; sacerdotes quam plurimi, aib; induiti vestimentis, qui Dominum humili-
mē deposcebant, vt virtutē hostiū prosterneret; & nobis dona misericordiæ ſuę in-
funderet: plorando cantabāt; cantantes orabant. Tūc currebant multi ad eos, qui
confestim mori tinentes cōſitebantur eis peccata sua. Tunc nostri proceres, *Rober-*
_{to}*tus Normanus* comes, & *Stephanus* Blesensis, & comes *Flandria Buauimūdus* quoq; pro-
posse eis resistere, & eos ſepe nitebātur inuadere: ipſi quidē à Turcis fortiter im-
petebantur. Sed forſitan supplicatione nostra Dominus placatus: quia nec nobili-
tatis pompa, nec armis lucidis triumphare faueret; ſed menti piæ & virtutibus diui-
nis munita, in necessitate piè ſubuenit: paulatim vigorem tunc nobis præſtitit, &
Turcos magis magisq; debilitauit. Nam yīſis cōſociis nostris, qui poſtremi prope-
rabant ad adiuuandum nos, laudantes D E v M audaciam resumpſimus; & per tuibas
& cohortes eis resistere niſi ſumus. Heu! quot de nostris die illo poſt nos lentē ve-
nientes in via occiderunt! A prima diei hora vſq; ad ſextam, nos, vt dixi, angustē
coērcuerunt: ſed tunc paulatim nobis animatis & de nostris ſociis concretis, affuit
mirabiliter Diuina gratia; & quaſi momēto ſubitaneo, Turci omnes viſibus nostris
dorsa fugitiū verterunt. Nos vero poſt eos vehementer vociferantes, per montes
& valles perſecuti eos ſumus: quos fugare non ceſſauimus, donec anteriores nostri
curores ad tentoria eorum peruererūt: vbi, alii de rebus eccl̄ rū, & de tentoriis ipſis
onerauerūt eorundē equos & camelos plures, quos pro timore illic reliquerāt: alii
verō Turcos fugientes vſq; ad noctē perſecuti ſunt. Sed quia famelici & fatigati e-
rant equi nostri, paucos ex eis retinuimus. Grande autē miraculum D E i fuit, quod
die crastino & tertio nō ceſſauerūt fugere; quāuis eos nullus, niſi ſolus D E v ſ am-
plius fugaret. De tanta autē victoria nos facti lætiſſimi, D E o gratias omnes exſolui-
mus, quia noluit iternoſtrū omnino ad nichilari; ſed ad honorē ſui & Christianitatis,
honorabilius ſolito prosperari: vnde ab Oriēte vſq; ad Occaſū fama personabit per
hennis. Tū quidē, poſt eos iter noſtrū modeſtē calcauimus. Turci verō ante nos fu-
giētes, cateruatum māſiones per Romania ſibi quēſierūt. Tū perrexiqus *Anthiochia*,
quam præominant *peruam*, in prouincia Psidie; deinde *Tconium*: in quibus regioni-
bus, ſepiſſimē pane cibariis que ſatis indiguimus. Nam Romaniam, quæ terra eſt o-
ptima & fertiliſſima bonorū omniū, inuenimus valde à Turcis vastatā & deplora-
tam. Multo tiens tamē videretis tantam gentis multitudinē de rariſ culturis, quas
interdum per loca inueniebamus, bene refocillati ſupplemento illius D E i qui de
quinque panibus, & duobus pifcibus, quinque milia hominum cibauit. Indofa-
tis lætabamur; & congaudentes, dona misericordiæ D E i hāc eſſe, profitebamur.
Tunc autem verē vel rideretis vel forſitan pietate lachrymaremini, cum multi
noſtrū iumentis egentes, quia de ſuis iam multa perdiuerant, verueces,
ſarpas

capras, sues, canes, derebus suis, scilicet pannis vel panibus, seu qualibet sarcina A.D.
 peregrinorum vsui necessaria onerabant: quarum bestiolarum terga videbamus, mo. 1097.
 le falcis grauis, esse corrupta: Equites, etiam supra boues cum armis suis interdum
 scandebant. Sed quis vnam audiuuit tot tribus linguis in uno exercitu, cū ibi ad-
 essent Franci, Flandri, Frisi, Galli, Britoni, Allobroges, Lotharingi, Allemani, Baic-
 rarii, Notmanii Scotti, Angli, Aquitani, Itali, Apuli, Yberi, Daci, Graeci, Armeni.
 Quod si vellet me alloqui Britannus vel Teutonicus, neutrō respondere saperem.
 Sed qui tot linguis diuisi eramus, tanquam fratres, sub dilectione Dei, & proximi,
 vnanimes esse videbamur. Nam si de rebus suis aliquis aliquid perderet, per quam
 plurimos dies id diligentet tamdiu qui inuenisset deferret secum, donec inqui-
 rendo illum qui perdidisset, reperiret, & inuentum libenter redderet: hoc enim
 competit his, qui iuste peregrinantur. Cum autē ad Eracleā vrbem peruenisse. v.
 mis; vidimus signum in celo quoddam, quod alburno splendore fulgens tunc ap-
 paruit in modum ensis figuratū, cūspide versus Orientem protento. Sed quid fu-
 turum promittebat nesciebamus: sed præsentia & futura Domino cōmittebamus.
 Ad oppidū optimū quoddā quod Mariscum nominatur, tūc profecti sumus, ubi per
 tres dies quevimus: sed cū ex hinc viam vnius diei preculassemus; & nō longè
 ab Antiochia Syriæ, sed quasi tribus diebus eſsemus, ab exercitu discessi: & cum do-
 mino Balduino corite, Godefridi ducis antefati fratre, in sinistræ partē prouinciæ
 diuerimus. Erat quippe miles quam optimus, probitate & audacia valde famosus:
 qui anteā relicto exercitu cū illis quos secum duxit, vrbē, quam dicunt Tharsum Ci-
 licie, ausū magno ceperat, quā tamen Tancredū violenter abstulit; qui iam in ea ho-
 mines suos, Turcis ei cōsentientibus, intromiserat. Relictis itaq; ibi custodibus, Bal-
 duinus ad exercitū rediit. Itaq; cōfidens in Domino, & in valore suo, collegit secū
 milites paucos, proficisciens versus Euphratēm fluvium: & comprehendit ibi castra
 plurimata vi quā ingenio; interq; vnucepit per optimū, quod vocatur Turberes: hoc
 pacificè reddide: ut ei qui in eo habitabāt Armeni, & alia plurima huic subditæ. Cū
 autē fama de eo longè lateq; iā circumvolasset, misit ad eū legationē qui Princeps
 erat ciuitatis Roas: id est Edessa, quę satis est nominata, & de bonis terre vberima. Est
 illa in Mesopotamia Syriæ, tans flumen prædictū Euphratē, viginti ferē miliariis;
 & ab Antiochia distans, quasi centū vel paulo plus. Mādarus est itaq; Balduinus ut
 illuc iret; & efficeretur inuicē amici, quamdiu ambo viueret, tanquā pater & filius:
 quod si dux ipse Edessenus fortè obiret, statim Balduinus, ac si filius eius esset, vrbē
 & terram suam, quātamcumq; possidebat, in hereditate possideret. Non enim ha-
 bebat filiū nec filiā. Et quoniā à Turcis se defēdere nō poterat, volebat Græcus ille
 & se & terrā suam ab ipso Balduino defendi, quę & milites suos bellatores audiue-
 rat esse probissimos. Hoc audito postquā legati iureiurando fecerūt eum inde cre-
 dulū, cum minimo exercitulo suo, scilicet octoginta militibus, pergens transit Eu-
 phratē: quo transito, nocte tota perproperè prope castra Saracenorū, hinc & inde
 linquentes ea, valde pauidi perreximus. Quod cum audissent Turci qui in Samosatē
 oppido focti erant, insidias nobis in via, per quā iter nos opinabantur, prætende-
 rūt. Sed cū nocte alia, quidā Armenus in castello suo diligenter nos hospitatus fuis-
 set, intimatū est nobis quod ab hostibus illis insidiātibus præcavere nos oportebat:
 quapropter diebas duobus illic delituimus. Sed cū tantam morā fastidiret illi, die
 tertia subito insultu de loco insidiatorio prosilierūt; & ante castellū in quo eramus,
 signis leuatis accurrerunt; & prædam quā in pascuis ibi reperierunt, ante conspe-
 cū nostrū arripuerunt. Nos autē contra eos egressi, quia pauci eramus, bellare cū
 eis non quiuimus: qui cum nobis sagittas iacere ceperunt, nullū de nostris, iuvāte
 Deo, sauciauerunt: Ipsi autē vnum de sociis suis occisum lancea, in capo relique-
 jo runt, cuius equum, qui eum subuertit, retinuit. Tunc abierunt; nos autem ibi remā-
 simus. Sequenti vero die iter nostrum resumimus. Miraremini, cū ante castra Ar-
 meniotū transiremus, & nobis obuiā cū Crucibus & vexillis, pro amore CHRISTI
 humillimè procedebāt; & pedes nostros & pannos osculabātur: cō quod audierāt
 nos à Turcis eos defensuros, sub quorū iugo tādiu depresso fuerāt. Peruenimus tādē
 Roas: ubi princeps vrbis predictus, & vxor sua, vna cū ciuibus suis, gaudēter nos sus-
 ceperūt: & quod Balduino polliciti fuerāt, indilatè cōpleuerūt. Cūq; per quinde-
 ciun dies illic morā fecissemus, ciues vrbis machinati sunt principem illum scelestā
 occidere; & Balduinū in palatio ad dominādū sublimare. Odio enim eū habebāt.
 Dictū est, & factū est. Vnde Balduinus tamē, & sui, valde cōtristati sunt, quia pro eo

A.D. 1096 indulgētiā impetrare nequuerūt. Cum autē principatū illius, dono ciuiū Balduini suscepisset, protinus aduersus Turcos, qui in patria erat, litem bellicā mouit, quos multo tiens vel viatos vel occisos superauit. Contigit tamen de nostris plures à Turcis interemptos fuisse. Ego vero Fulcherius Carnotensis, capellanus ipsius Balduini eram. Volo autem de exercitu D E I, sermonem quem deliqui resumere.

VII. Mense Octobri, peruenierunt Franci *Antiochiam* Syriæ, fluminet transito quod *Pernum*, vel *Oronem* nominant. Ante urbem iussa sunt tentoria extendi, intra primū ab urbe lapidem: ubi postea certamen pessimum vtrinque persēpe factum est: nam cum de ciuitate Turci prosilirent, multos de nostris occidebāt; vice tamē redditā, se quoq; superatos lugebant. Est nempe *Antiochia* ciuitas magna ambitu; situ forti, & muro valida: quæ & ab hostibus externi nunquā poterit comprehendī, si tantū inhabitātes pane munita eam defendere voluerint. Est q; in ea basilica vna, satis veneranda, in honore sancti Petri Apostoli dedicata, ubi sedit in cathedra in episcopum sublimatus, postquā à Domino principatum Ecclesiæ, clauibus acceptis regni celestis, suscepit. Est & altera in honore *beata Maria* fabrefacta: Suntq; aliae plures ecclesiæ decēter cōpositæ. Quæ quāuis sub potestate Turcorū diu extiterant, Deus tamē cuncta præsciēs, nobis eas integras reseruauit, vt à nobis quandoq; in eis honoraretur. Tredecim ferè miliariis, distat mare ab Antiochia. Et quia Fērnus fluvius inibi mare incidit, per eiusdem alueum fluuii vsq; prope Antiochiā, naues de longinquis partibus bonis refertæ omnibus, deducuntur. Itaque tam per mare quām per terram munita bonis, abundat ciuitas diuitiis multimodis. Principes autem nostri, cum eam ad capiendum tam difficilem prospexissent, iureiurando cōfirmauerunt inuicē eam obsidione cohibere, donec, D E O suffragante, aut vi aut ingenio possent eam capere. Tum yerò inuenerunt in flumine prædicto naues, cum iuxta illud deambularent: quas capientes coaptauerūt sibi de eis vnum pontem, per quē postea transierunt ad negotia sua facienda, cùm antea pedetentim vadare per flumen illico non valerent. Sed cū Turci à tanta multitudine Christiana se obfideri circumspicerent, timentes quod nullomodo ab eis excuti possent, initio consilio inuicem, misit *Gracianus* Antiochiae Admiratus filium suum *Sansadole* nomine, ad *Soldanū*, hoc est ad Imperatorem Persidis, precantes ut eis citissimè succurere: quia in nullo alio spem auxilii habebant, præter Mahumet aduocatum eorum. Ille autem illuc sic destinatus, legationē per properē gessit. Qui vero remanserunt, custodierunt urbem, interim auxilium prestolantes mandatum: & contra Francos dampna multimoda frequenter machinati sunt. Franci quoque, calliditati eorum pro posse obsistebant: contigit enim die quadam septingentos Turcos ab eis interemptos esse: & quia Franci insidias parauerant, ab insidiantibus similiter superati sunt: virtus enim D E I, presens ibi affuit. Nam nostri omnes sani regressi sunt, excepto uno ab illis sauciato. Heu! multos de Christianis, qui in urbe cōuersabātur, scilicet, Græcis, Syris, Armenis, Turci rabie occidebant permoti; & petrariis & fundibulis suis capita occisorum, Francis cernentibus, extramuros cīciebant: qua de regens nostra valde tristabatur. Odio quidem Christianos illos habebant; quoniam ne forte Francos quoquomodo muarent, metuebant. Cūm autem aliquandiu Franci urbem circum sedissent; & prouinciam affinem rapinantes pro vi etualibus necessariis sibi, vndiq; deuastassent; & panem ad emendum nusquam inuenire possent, contigit eos famem magnam sustinere: vnde omnes valde desolati sunt; & multi latenter cogitauerunt de obsidione aufugere, siue per terram siue per mare. Non enim habebant quicquam stipendii, vnde viuere possent: quos etiam oportebat vietū suū longe querere, cum ingenti timore elongando se ab obsidione aut quadraginta aut sexaginta miliariis: ubi, videlicet in montanis, à Turcis insidiatis, persæpe occidebantur. Hæc autē incommoda putabamus sic Francis contigisse propter peccata sua, quibus multi cōstringebantur: & quod urbem tam longo tempore capere non poterant. Nam plurimi, tam superbiz, quām luxuriæ atq; rapinæ immodestia debilitabantur. Tum proinde facto consilio, eiecerūt feminas de exercitu, tā cōiuges, quā immaritatas, ne luxuriæ sordibus coinquinati Domino displacebent: illæ verò, in castris affinibus tūc sibi hospitia assumerūt. Desolati enim omnes erant, tam fame quā occisione quotidiana; tam diuites quām pauperes; & nisi D E V S eos, tamquam bonus pastor oves suas, gregatim constringeret, procul dubio omnino inde aufugerent, licet obsidionem iurassent obtinendam. Multi tamen propter panis necessitatem, per plures dies quærebant per castella propinquiora.

qui ora, quæ vieti suo erant necessaria; nec postea reuertentes ad exercitum, obſi. 1098.
dionē penitus dimittebant. Tum temporis vidimus vnu ruborē in celo mirabile: in super sensim terræ motū magnū, qui nos pauidos reddidit omnes. Multi etiā viderūt quoddā signū in modū Crucis figurā, colore alburnū, versus Oriētē re- & tramite incedēs. Anno autē Domini millesimo nonagesimo octavo, postquā illa regiō VIII.

Antiochena, circumquaq; à multitudine gentis noltræ prorsus deua stata fuisset, magis magisq; maiores & minores fame nimia vexati sunt. Tūc famelici comedebant surculos fabarū in agris adhuc crescentiū, herbasque multimodas & sale inconditas; carduos etiam qui propter lignorum deficiētiam non bene cocti lin- guas manducantium depungebant; equos, asinos, camelosque, canes etiam, & mures: pauperiores, etiam bestiarum coria comedebant; & quod nefas est dicere, mures, & grana in stercoribus reperta: frigora, flagra, calores, pluuias denses, propter D E V M perpeſsi sunt. Tentoria etiam iam erant inueterata, imbrum inun- dationibus putrefacta & disrupta: qua de re, multi eorum nonnisi celo tegebantur: Itaque illi, quasi aurum ter igni probatum, septiesque purgatum, iam dudum à Domino, vt opinor, præelecti, & in calamitate tanta examinati, à peccatis suis pur- gati sunt: Diu enim agonizantes, si etiam gladius percussus non decesset, martyrii cursum multi voluntariè compleſſent: forsitan à iusto Job gratiam tanti exempli sumpererunt, qui in tormentis corporis sui, animam purgans, D E V M semper in me- tetenuit. Cum Paganis bellant; propter D E V M laborant. Licet D E V s qui cuncta creat, creata moderat, moderata sustentat, virtute gubernat, possit quæque vult momento vno deſtruere, ſentio quod verbere Christianorum annuit Paganos ita ſubrui, qui tot temporibus cuncta quæ D E I sunt, permittente ipſo, viliter pefum- derunt. Christianos quidem ab ipſis Turcis permittit occidi, ad ſaluationis au- gmentum; Turcos autem, ad animarum ſuārum detrimentum: Quorum quosdam tamen iam ſaluti prædestinatos, placuit D E O tunc à ſacerdotibus noſtriſ bapti- zari, Quos enim prædefinavit, hos & vocauit, nec non magnificauit. Quid igitur fuere qui- dem de noſtriſ nonnulli, vt ſuperius audistis, qui ab obſidione tam anxiā ſe remo- uerunt; Alii propter egestatem, alii propter ignauiam, alii verò propter mortis ti- morem, primitus pauperes; deinde locupletes. Tunc Stephanus Comes Blesensis ab exercitu diſcessit, & per mare in Franciam repatriauit: vnde doluimus omnes: quoniam vir erat probissimus, & valde nobilis. Quo diſcedente, ſequenti diſceſſionis ſuæ die, vrbis Antiochia eſt tradita. Si perfeuerasset, multum inde cum cete- ris gauderet. Idcirco factum eſt ei hoc in opprobrium. Nec prodeſt cuiquam be- num initium, ſi bene non finierit. In rebus autem Domini, eo quod mentiri nol- leam, cauendum eſt: ne in aliquantis deuitem, multa breuiabo. Ab ipſo autem men- ſe Octobri, transcurſa hyeme ſequenti, & deinde verno tempore, vſque dum ſub- intrajet Iunius Mensis, vrbis obſidio perdurauit. Multotiens interim inuafiones & prælia inſidiasque, Franci & Turci inuicem egerunt: vincebant, & vinceban- fur. Noſtri tamen ſepiuſ quā illi triumphabant. Semel contigit plerosque de- Turcis in flumen Fernū, fugiendo cadere, & in ipſo mersos infeliciter introire. Cis Fernū & citra Fernum, vtraque gens inuicem bellabant ſæpe. Caſtella quidem an- te vrbem compoſuerunt optimates noſtri, quibus poſtea Turcos frequenti exitu affilientes, vehementer cohibuerunt: vnde bestiis eorum pascua ſæpe abstulerunt. Nec ab exteriſ prouinciæ Armeniſ, quicquam allatum fuit: ſæpe tamen ipſi ad laedendum noſtriſ procedebant. Cum autem placuit Dominuſ laborem populi ſui conſummarē, forſitan precibus eorum placatus, qui cotidie preces inde ſuppli- eſt ei fundebant, conſeffit pietate ſua, per eorundem Turcorum fraudem, tra- diſione clandestina vrbem Christianis reddi. Audite ergo fraudem & non fraudem:

Apparuit enim Dominuſ noſter cuidam Turco, gratia ſua præelecto, & di- ix. xix. expurgiſcere qui dormiſ: impero tibi ut redas Antiochiam Christianis. Miratus au- tem ille, viſionem illam silentio texit. Iterum autem apparuit ei Dominuſ: Redde urbem Franciſ, inquit: Sum etenim CHRISTVS, qui hoc tibi inubeo. Meditatus autem il- le ſecum quid inde fakturus eſſet, abiit ad dominum ſuum, Antiochiaz ſcilicet principem, & viſionem illam innotuit ei. Cui respondit ille: Nunquid fantasma, Brute, viſ obedire? Reuersus autem ille, poſtmodum ſiluit. Cui rurum Dominuſ apparuit, inquietus: Cur non expleſi quid iuſſi? Non eſt tibi heſitandum: nam qui hoc impero Dominuſ ſum omnium. Ille autem non amplius dubitans, prudenter cum viriſ no- ſtriſ tunc egit, vt ſub machinationiſ ſuæ ſtudio vrbem acciperent. Quo prolocu-

A.D. ro, & filio suo Francis dato obside, domino scilicet *Buaumundo*, nocte quadam per scalas de cordis factas, viginti de clientibus nostris per muri summum intromisiit.

^{1098.} Et non mora facta, statim porta aperta est. Franci omnes præparati, ciuitatem sunt ingressi. Et per cordas iam introierant quadraginta milites, qui quadraginta, illico invenerunt ibi Turcos, trium turrium custodes: quos occiderunt. Tunc alta voce Franci omnes simul exclamauerunt: *DEVS hoc VVL T, DEVS hoc VVL T.* Hoc erat enim signum exclamationis nostre, cum aliquid de negotio nostro agere volebamus. Quo auditu Turci omnes vehementer exterriti sunt. Aurora quippe albescente, urbem Franci prorsus impetere ceperunt. Cumque Turci primitus vexillum *Buaumundi* rubicundum, iam in sublime displicari apercerent, & tumulum tantum atque tot cornibus in muri apice Francos sonare, & per vicos & muros nudis ensibus eos latè discurrere, & gentem suam ferociter occidere, obstupesfacti valde & hac & illac fugere ceperunt: de quibus multi mox occisi fuerunt: pluresque fugiendo in castrum, quod in rupe celsa est situm, se intromiserunt. Plebs vero nostra cuncta quæ in vicis aut domibus invenerunt, immoderatè assumpserunt. At milites, probitatis militiam tenuerunt, Turcos persequendo & occidente. Tunc Admiratus Antiochiae, scilicet *Gratianus*, à rustico quodam Armeno si-

x. giens decollatus est: Qui caput abscisum Francis mox attulit eius. Contigit autem postquam ciuitas capta est, à quodam homine *Lanceam* vnam inueniri: quam in ecclesia beati Petri Apostoli, fossa humo repartam, asseverabat esse illam, de qua *Longinus* latus Domini perforauit. Aiebat enim à sancto *Andrea Apostolo* euelatum hoc esse sibi. Visione, & monitione ab ipso Apostolo ter illi facta, fuit subter paumentum, ubi per visionem ei monstratum fuerat; & inuenit Lanceam, failaciter occultatam forsitan. Hanc visionem propalauit primitus *episcopus Podiensis* & *Raymondo* comiti. Qued tamen episcopus falsum esse putauit; Comes vero Raymondus verum esse sperauit. Sed cum sic reperta fuisset, & omnis populus Deum exultans glorificasset; & per centum iam ferè dies ab omnibus in veneratione magna haberetur; & à Comite Raymondo gloriose tractaretur: qui etiam oblationem à populo ad Lanceam deuotè factam, egenis sepe distribuerat, quia Lanceam illam in custodiebat: forrè contigit *Episcopum Bare*, & alios quāplurimos, tam clericos quam laicos, hæsitare quod non esset illa Dominica Lancea, quæ sperabatur; sed altera erat ab homine illo stolido fraudulenter reperta. Quapropter consilio inito, post supplicationem ieunii triduani, cùm struem lignorum in medio campi igni accendissent, iuxta castrum *Archarum*, quod tunc obsidione coercebant, octauo mense post Antiochiam captam, benedictione judiciali super ignem ab Episcopis facta, inuentor *Lancea* per medium rogiflammantis ultrò celebriert. ansmeauit: Quo transacto, illum hominem quasi reum in cute flammis crematum viderunt; & in interiori parte corporis læsum morti intellexerunt. Quod rei exitus monstrauit, cùm die duodecimo ipso angore obiit. Et quia ubi honorem Dei & amorem, omnes Lanceam venerati fuerant, hoc inditio peracto, facti increduli, contristati sunt valde: Comes tamen *Raymondus* tam diu eam seruavit, donec eam nescio quo euentu perdidit. Nunc autem ad cætera dimissarō-

xI. uerar. Cumque *Antiochia* ciuitas capta fuisset, vt dictum est, sequenti die Turcorum multitudo innumerabilis circa eandem urbem obsidionem opposuerunt. Nam *Soltanus*, rex scilicet Persarum, vnde iam parum præfatus sum, habita legatione quod Franci Antiochiam obsidebant: statim gente multa coadunata contra Francos exercitum suum misit. Cuius fuit *Corbagath* dux & Admiratus. H̄i quidem ante urbem *Edissam*, vbi tunc Balduinus erat, per tres hebdomadas stationem fecerant: sed nihil ibi proficientes, *Antiochiam* properauerunt, ad succurrendum Gratiano. Quibus visis, non minus tolito iterum Franci desolati sunt: propter peccata enim sua poena est eis duplicata: Nam cum ciuitatem ingressi fuisse, confessim cum fœminis exlegibus, concubuerunt plures ex eis. Tunc insuper ingressi sunt urbem sexaginta ferè millia Turcorum per castrum sublime, à parte rupis celsa: qui nostros vehementissime crebris invasionibus coartauerunt. Sed non fuit mora: pauore percussi magno, foras ad obsidionem relicta urbe exierunt: Franci autem inclusi, ultra quam credi potest remanserunt anxxii. Interea tamen eorum non immemor *Devs*, pluribus sèpe, quod dictis affirmabatur, apparuit qui confortando eos promittebat populum ad presens victoria gauden-

xII. dum. Tunc clero cuidam, pro timore mortis aufugienti apparuit Domi-

nus in-

nus inquiens: *Quo frater protendis iter? fugio, respondit ne infortunatus peream. Sic fugiunt A.D.*
multi, pereant ne morte maligna. Cui Dominus ait: *Nefugias, sed vaderetro, & dic ceteris* ^{1098.}
quod in prelio cum illis adero: Nam Matris meæ placatus precibus, propiciabor eis. Sed quia pecca-
uerunt, ferè perierunt. Sit autem spes eorum in me firma; & faciam eos in Turcos triumphare:
peniteant, & saluient. Dominus sum, qui loquor tecum. Mox ille reuersus, quod sciuit
 narravit: interea dum plures noctu per cordas de muro descendere volebant, &
 fugere: quoniam contigit multis hoc fieri, qui formidabant vel inedia vel gladio
 peri. Iterum, astigit cuidam descendenti, frater eiusdem iam mortuus: ^{xiii.}
 aiens: *Quo frater fugis? Resta, ne timeas: quoniam Dominus erit vobiscum in prelio vestro:*
¹⁰ *& consoci vestri qui in hoc itinere iam vos morte antecesserunt, contra Turcos vobiscum prelia-*
 buntur. Miratus autem ille verba defuncti, ire desit: & quod audiuimus ceteris reci-
 tavit. Sed cum placuit Domino labori famulorum suorum finem dare, qui ^{xiv.}
 etiam angorem tantimodum amplius tolerare non poterant: nec iam quicquam
 habentes quid coquederent, vnde tam ipsi quam equi eorum debiles nimis erant:
 constituerunt in uicem fieri triduanum ieunium, cum precibus & eleemosinis: ut
 illis pœnitentibus, & Domino deuotè supplicantibus propiciaretur. Iterum ve-
 rò capto consilio, mandauerunt Turcis per Petrum quendam Heremitam: quod nisi
 terram que Christianis pertinebat ab olim, quietam eis dimitterent, die sequenti sine dubio bellum
 contra eos inirent. Quod si aliter fieri vellent aut per quinque, aut per decem, sive per viginti vel
²⁰ centum milites, ab utraque parte electos, fieret bellum: ne cunctis simul bellantibus, multitudo
 gentium moreretur: Et quorum pars alteram superaret, urbem & regnum merito acciperet. Hoc
 in mandatum est; sed concessum à Turcis non est. Et quia inuiti erant, & cquis mu-
 niti, propterea vincere putabant: estimabantur quidem numero, sexcenti sexa-
 ginta millia, tam equites quam pedites. Nostros verò milites, sciebant effici pe-
 dites, debiles, pauperes. Regresso autem Petro legato, redditur responsum. Quo
 auditio parauerunt se Franci armis ad preliandum, nihil hesitantes: sed in Domino
 spem suam penitus ponentes. Principes Turcorum multi erant, quos Admiratos
 prænominabant. Hii sunt: Corbagath, Meleducat, Amirsoliman, Amirsolendas, Amirhe-
 gibbe, Amirmaroane, Amirmahummeth, Caraiath, Coteloſeniar, Mergascotelon, Bileſi, Boel-
³⁰ lach, Amirbach, Aoxian, Sauxadole, Amigiam, Guinahadole, Amirtodigon, Amirnatha, So-
 quenari, Boldagis, Amirrilias, Geraslan, Gigremis, Amirygogus, Artubech, Amirdalis, Amir-
 moxe, Amircharaor, & multialii. Francoru: vero optimates isti aderant: Hugo Ma-
 gnus, Robertus Normaniæ Comes, Robertus Comes Flandriæ, Dux Godefridus. Co-
 m^s Raymondus, Buamundus & multi nobiles alii. Benedicat Deus anima à Admari
 Podiensis Episcopi, qui, ut vir apostolicus, benignè semper populum confortabat,
 & in Domino roborabat. O piates! Iusserat ipse vespere præcedente cunctæ mi-
 litia Dei exercitus, sub edicto preconario, ut unusquisque pro posse suo de anno-
 na nitetur præbendam equo suo impendere, ne in die crastino subter equitantes,
 hora bellica, debiles fame deficerent. Iussum est, & factum est. Igitur ad bellum
⁴⁰ sic pacatis omnibus, exierunt de ciuitate summo manè, quod quarto Calend. Iu-
 lii tunc euénit, vexillis præcedentibus scararum & acierum, separatim per cater-
 uas & phalanges conuenienter diuisarum. Inter quos sacerdotes albis amicti ve-
 stimentis erant, qui pro populo cuncto Domino flendo psallebant, & preces mul-
 tiplices mentibus deuotis fundebant. Tum quidam Turcus, Amirdalis nomine,
 militia probissimus, cum vidisset gentem nostram contra eos signis leuatis sic e-
 gredientem, miratus est vehementer: Et cum signa procerum nostrorum vidisset,
 quæ sigillatim cognoscebat, quia in Antiochia conuersari solebat, prælium mox
 fore ratus est. Quod statim Corbagath, Admirato maiori, intitauit. Quid se accis lu-
 dis? En Franci veniunt. Cum relponuit: veniunt ad bellandum? Respondit Amirdalis:
⁵⁰ adhuc ignoro: Sed expecta parumper. Cumque iterum protipicit vexilla principum no-
 strorum in altrius secus ordinatae præferri, & acies diuisis decenter subsequi, iterum
 ait Corbarath: Ecce Franci. Quid putas? Responde, Bellum reor, inquit: Sed adhuc paulis
 per operire. Signa quæ cerno quorum sunt non ignoro. Iterum considerans attentius, co-
 gnouit vexillum Episcopi Podiensis cum turma tertia procedens: Longius haud
 restans, Corbagath tuncait ille: En Franci veniunt: vel nunc fuge, vel bene pugna. Nam
 signum video magni precedere Pape. Et quos estimabas iam omnino supplantari, hodie timeas
 ab eis superari. Corbagath dixit: Mutam ad Francos, ut quod hesterna die mihi mandaue-
 runt, hodie concedam. Amirdalis dixit: Tardè loquutus es. Attamen id mandauit: sed
 quod quæsiuit non impetravit. Amirdalis autem mox ab eo discedens, e quum vrſit

A.D. calcaribus. Cogitat aufugias, socios tamen admonet ipse fortiter ut pugnent omnes, incianique sagittas. Ecce Hugo magnus atque Robertus Normanus & Comes Flandrensis in prima acie constituti sunt inuasores: In secunda autem Dux Godefridus cum Alemannis & Lotharingensibus, subsecutus est: Posthos Episcopus Podiensis & gens Raymondi Comitis, Gascones & Prouinciales incesserunt: Ipse vero Comes in urbe remansit ad custodiendum eam. Postremam quippe cateruam. Buaumundus soliter minauit. Turci autem cum considerassent, ab omni exercitu Francorum se impetu ferociissimo inuadi, sparsim prosilire & iacere sagittas ceperunt. Sed immisso timore Domini super eos, ac si repente totus mundus super eos rueret, fugā omnes immoderatam egerunt; & à Francis pro posse eorum, fugientes fugati sunt. Sed tamen quia paucos equos habebant & fame debiles, non quantum oportet de Paganis retinuerunt: tentoria autem eorum cuncta remanserunt. De rebus quoque eorum multiformibus in eisdem tentoriis reperierunt: aurum scilicet, argentum, pallia, indumenta, vt tensilia, & cætera multa, quæ valde timidi per campos sparsum fugiendo, vel dimittebant, vel iaciebant: videlicet equos, mulos, camelos, & asinos, galerosque optimos, arcus, sagittas, cum pharetris. Fugit Corbagath cœuo velocius, qui minis & dictis iam feris, Francos iam persæpe occiderat. Sed cur fugit qui tantam gentem habebat, & equis bene munitam? Quoniam contra Deum bellare nitebatur: cuius pompam & arbitrium prospiciens Dominus, omnino cassavit. Nec tamen eum permisit in manus Francorum incidere, nec milites suos: quia cotidie non se vlciscitur de inimicis suis: & quoniam equos habebant veloces, effugerunt, liores vero, nostris Francis remanserunt. Multi quidem ex eis & de peditibus Sarracenis, gladiis detruncati sunt: de nostris autem paciæ sunt: foeminas vero in tentoriis eorum inuentas, gladio interfecerunt. Tunc omnes voce exultationis Deum benedixerunt & glorificaverunt, qui in tanta necessitate positos & anxietate, duxera pietatis suæ, sperantes in se, ab hostibus tam tunc liberauerat: sed & ipsis deuictis triumphatores inde facti gloriantur. De quorum etiam substantia locupletes effaci, ad urbem regressi sunt iocundi. Cum urbs fuit captata nobilis Antiochena: Undecies centum si subtrahis unde bis unum. Tunc tot erant anni Domini de Virgine nati. Sub geminis Phœbus cum his nouies fuit ortus. Tunc temporis obiit Ademarius Episcopus, Kalend. scilicet Augusti, cuius anima quiete potiatur æterna: & tunc Hugo magnus Constantinopolim concessu herorum abiit, deinde in Franciam.

XV. Tunc geritis omnibus, infelita principum turma totius exercitus, Epistolam hanc Romano Pontifici direxerunt. DOMINO SANCTO AC VENERABILI PAPÆ VRBANO, BVAVMUNDVS ET RAYMONDV SANCTI EGIDI COMES, GODEFRIDVS DVX LOTHARIENSIS, ET ROTBERTVS COMES NORMANIAE, ROTBERTVS FLANDRENSIVM COMES, ET EVSTACHIVS COMES BOLONIAE SALVTEM, ET FIDELIA SERVITIA, ET VT FILII SVO PATRI SPIRITALI, VERAM IN CHRISTO SVBIECTIIONEM. Volumus omnes & desideramus notum fieri vobis quam magna DEI misericordia, quamque evidenter eius amminiculo a nobis capta est Antiochia: & Turci, qui multa Domino nostro IESV intulerant opprobria, capti & imperfecti sunt: & nos Hierosolymitani, IESV CHRISTI iniuriam, summi DEI vindicavimus: & nos, qui Turcos prius obfideramus, qualiter postea à Turcis de Corozana, & Hierusalem, & Damasco, multisq; aliis terris venientibus, obfessi fumus: & quomodo IESV CHRISTI misericordia liberati sumus. Cum igitur capta Natura illa, maximam multisudinem Turcorum, sicut audistis, in Kalend. Iulii nobis obuiamus in campo florido deuiciemus, & illum magnum Sulmannum fugauissimus, siveq; omnibus & terra & uestibus expoliassimus, acquisita & pacificata tota Romania, ad obfidiendam Antiochiæ venimus. Cuius in obfidence, mulea mala perpetuis sumus, cum de bellis finitiorum Turcorum & Paganiorum in nos tam frequenter & copiose irruerint, ut verius diceremur obfessi ab illis quos in Antiochia obfederamus. Tandem superatis omnibus bellis, ex eorum prospero clementu fides Christiana exaltata est, hoc modo. Ego Buaumundus, conventione facta cum quodam Turco, qui ipsam mihi tradidit ciuitatem, scalas ante diem parum muro applicui: & sic ciuitatem antea CHRISTO resistente tertio nonas Iulii accepimus; & Gratianum ipsius ciuitatis tyrannum, cum multis suorum militibus interfecimus: Eorumq; uxores & filios ac familias cum auro & argento, & omnibus eorum possessionibus, retinuimus. Castrum autem Antiochianum à Turcis premitum, habere non potuimus. Sed cum in crastinum castrum ipsum aggredie voluissimus, infra eam Turcorum multisudinem, quam muleis diebus ad debellandum nobiscum venturam extra ciuitatem expectaueramus, per campos omnes discurrens vidimus, qui die tercia nos obfederans,

¶ pra-

& pradicatum castrum plusquam centum eorum milites intrauerunt; ac per portam ipsius castri A.D.
 ad ciuitatem sub Castro constitutam nobis illisq; communem, irrumpere voluerant. Nos autem in 1098.
 alio monte existentes, ipsi Castro opposito, viam inter vrumque exercitum ad ciuitatem descen-
 dentem, ne ipsi nobis multo plures irrumperent, custodientes, & intus & extra nocte & die bel-
 lantes, portas castri ad ciuitatem descendentes intrare, & ad castra compulimus remeare. Cum
 ergo vidissent quod ex illa parte nihil nocere potuissent, ita nos ex omni parte circuierunt quod
 nulli ex nostris ire, vel ad nos venire potuerunt. Quia de re ita desolati & afflictiones fuimus,
 quod fame & malis aliis angustiis morientes, equos & asinos nostros famelicos interficienes,
 mulei nostram comedebamus: Sed interim, clementissima DEI Omnipotens misericordia nobis
 subueniente, & pro nobis vigilante, Lanceam Dominicam, qua Salvatoris nostri latus Longini
 manibus perforatum fuit, sancto Andrea Apostolo cuidam famulo DEI ter reclante, locum
 etiam ubi Lancea iacebat demonstrante, in Ecclesia beati Petri apostolorum principis inuenimus.
 Cuius inuentione aliisque multis diuinis revelationibus ita confortati, & corroborati fuimus, ut
 qui antea afflicti & pauidi fueramus, tunc ad praliandum audacissimi promptissimi, alii alios
 bortabamus. Tribus igitur hebdomadis & quatuor diebus obfessi, in vigilia apostolorum Petri, &
 Pauli in DEO confidentes, de omnibus iniquitatibus nostris confessi, portas ciuitatis cum omni
 nostro bellico apparatu exiuvimus: & tam pauci eramus, quod ipsi nos non contra eos pugnar,
 sed fugere affirmabant. Nobis autem omnibus paratis, & tam pedrum tam militum certus ordi-
 nibus dispositis, ubi maior eorum virtus & fortitudo erat audacter requisiuimus, cum Lancea
 2. Dominica, & prima bellis statione fugere eos coegimus. Ipsi autem, ut mos eorum est, undique se
 dispergere ceperunt; occupando colles & vias ubicumque poterant nos girare voluerunt. Sic enim
 nos omnes interficere putauerunt. Sed nobis multis bellis contra eorum calliditates & ingenia edo-
 etis, gratia DEI & misericordia ita subuenit, ut qui paucissimi ad eorum comparationem era-
 mus, omnes illos in unum coegimus; & coactos, dextera DEI nobiscum dimicante, fugere & ca-
 stra cum omnibus que in castris erant, relinquere compulimus. Quibus deuictis totaque die fuga-
 tis, & multis eorum militibus interfectis, ad ciuitatem lati & hilares remeauimus. Castrum au-
 tem supradictum Admiratus quidam, qui in eo erat cum mille hominibus, Buamundo se reddidit;
 & per ipsius manum Christiana se fidei uanamiter subiugauit. Itaque Dominus noster IESVS
 CHRISTVS totam Antiochiari, Romane religioni ac fidei mancipauit. Verum quia solet sem-
 30 per aliquid mortuus in interuenire lati rebus, ille Podiensis Episcopus, quem tuum vicarium nobis
 commiseras, peracto bello, in quo honeste fuit, & pacificata ciuitate, Kal. Augusti mortuus est.
 Nunc ergo, filii tui commissio patre orbati, tibi, spirituali patri nostro mandamus, ut qui hanc
 viam incepisti, & sermonibus tuis nos omnes & terras nostras, & quicquid in terris erat, relin-
 quere fecisti & crucis baiulando CHRISTVM sequi praecepisti. & Christianum nomen exal-
 tare commonuisti, complendo qua hortatus es ad nos venias, & quoscunque poteris ut tecum ve-
 niant submoneas. Hinc enim Christianum nomen sumpsit exordium. Nam postquam beatus Pe-
 trus in cathedra quam cotidie cernimus inthonizatio fuit, illi qui prius vocabantur Galilei,
 primi hinc, & principaliter vocati sunt Christiani. Quid igitur in orbe rectius esse videtur,
 quam ut tu, qui pater & caput Christianae religionis existis, ad urbem principalem & capitalem
 40 Christiani nominis venias, & bellum quod tuum est, ex tua parte conficias? Nos enim Turcos &
 Paganos expugnauimus: hereticos autem, Grecos, & Armenos, Syros, Iacobitasq; expugnare nequi-
 uimus. Mandamus igitur & remandamus tibi hoc, karissimo patrino nostro, ut tu pater & caput
 ad tua paternitatis locum venias: & qui beati Petri es vicarius, in cathedra eius sedeas; & nos
 filios tuos in omnibus recte agendis obedientes habeas; & omnes heres cuiuscumque generis sine,
 tua auctoritate & nostra virtute eradicces & destruas: & sic nobiscum viam IESV CHRISTI
 a nobis incepiam, & a te pradicatam, portas etiam viriusque Hierusalem nobis aperias; & Sepul-
 chrum Domini liberum; itque Christianum nomen super omne nomen exaltatum facias. Si enim
 ad nos veneris, & viam per te inceptam nobiscum perfecteris, totus mundus tibi obediens erit.
 Quod ipse facere faciat, qui vivit & regnat DEVS in secula seculorum, Amen. Cùm vi.
 50 apud Antiochiam, per quatuor menses, viri nostri: cum equis suis, requie & edulio
 refecti, vires pristinas resumplissent, qui tot diebus labore fatigati fuerant: pars v-
 na exercitus sumpto consilio Syriam adierunt interiorem, desiderantes tramitem
 Hierosolymitanum amplius dilatare: in quo exercitu Buamundus, & Raymondus co-
 mes, maiores fuerunt. Alii enim principes, in partibus Antiochenis adhuc mora-
 bantur. Sed hii duo cum gente sua duas vrbes, Baram videlicet, & Maram, magnæ
 probitatis invasione comprehendenterunt: priori quarum citissimè capta, & cæde ci-
 uiuum prorsus depopulata, raptisque omnibus qui in ea reperierunt; festiui alteram
 adierunt; vbi obsidione per viginti dies peraeta, famem nimiam pertulit gens no-
 stra. Dicere perhorreo quod plerique nostrum exasperati famis rabie, abscederunt

A.D. dè natibus Saraceni iam mortui frustrum vnum, vel duo: quo parum assato, mātē
ducabant ore diro. Itaque plus obcessores, quam obcessi angebantur. Interea mā-
chinis factis & tandem muto admotis, magnæ audacitatis affluit; suffragante
Deo, pér muri fastigium Franci se intromiserunt: qui diē illo atque sequenti cun-
ctos Saracenos, à maiori vsque ad minimum, occiderunt; totamque substantiam
eorum sibi arripuerunt. Vrbe itaque protrita *Buamundus* Antiochiam reueauit: de
quatunc homines Raymondi comitis, quos ibi proportionis suæ custodes, elimi-
nauit: quam vrbem postea cum tota prouincia possedit. Aiebat enim per prolocu-
tionem suam & machinamentum eam traditam fuisse. Comes verò *Raymondus*,
iuncto sibi *Tancredō*, incepsum iter tenuit; sed & *Robertus* Normanus: qui die se-
cundo discessione à Mārra vrbe, quam ceperant, eidem exercitu aggregatus est.
10

XVII. Anno autem millesimo nonagesimo nono, ab incarnatione Domini, profecti sunt
ad castrum *Archas* dictum, ad radicem Libani situm, quod propter situm loci
fortem, ad capiendum est difficillimum ab hostibus externis; ante quod, in taber-
naculis hospitati, per quinque fere septimanas astiterunt. Illud oppidum anti-
quissimum condidit Araceus Chanaan filius, vt legitur. Dux autem *Godefridus* &
Robertus Flandria Comes, non multo post exercitum illum subsecuti sunt. Qui ante-
quam illuc peruenissent, *Gibellam*, castrum quoddam nominatissimum, obsidione
vallauerunt. Sed legatione ab exercitu habita, vt eis festinè succurrerent contra
Turcos, quos ad bellum expectabant, confessim Gibellum dimiserunt; & ad nego-
tium mandatum profecti sunt. Ad quos cum peruenissent, cum eis sederunt, sed
bellum quod fore putabant, non habuerunt. In illa tamen obsidione, *Anselmus de*
Ribotimonte, miles strenuus, iētu lapidis interiit. Tuncautem, facto inuicenī consili-
lio, decreuerunt quod si aliquandiu ibi motam fecerint, & castrum illud capere
non poterint, detrimentum irrecuperabile cunctis inde eueniet: dicuntq; opera-
precium esse, vt dimissa obsidione vadant per viam quam commercio expertem
noscunt, dum adhuc tempus missionis eos Hierosolimam ituros expectat: & dum
iuerint de messe vndiquà à Domino sibi præparata, viuant: & tali stipendio adiut-
ti, ad locum desideratissimum, Domino ducente, peruenient. Sic laudatum est,
& factum est. Tentoriis tunc collectis iter agentes, transierunt vrbem *Tripolim*: qua
transita luxta *Gibellum* castrum meauerunt. Aprilis erat mensis, & iam de mesibus
viuebant: ultra deinde progressi haud longè ab vrbē *Berito* transigentes, inuenie-
runt post eam vrbem aliam, quam legimus *Sidonem* vocabulo dictam, in terra Fenice,
quam condidit Sidon filius Canaan, à quo Sidones: exinde Sareptam Sidonicę:
dehinc inuenierunt *Tyrum* ciuitatem per optimam, vnde fuit *Appollonius* de quo
legitur. De hiis etiā duabus Euangelista sonat: *In partes Tyri, & Sydonis*. Nunc au-
tem regionis incolæ priorem *Sagittam*, alteram vero *Sur* non inveniunt: nam hebraicè
Soor dicitur. Et est in sorte Neptuum. Post has transierunt *Ptolomaïdam*, prius *Achon*
dictam: quam quidam errantes, *Accaron* solebant legere, quod nos etiam facieba-
mus cum primitus terram Palestinorum introiuimus. Sed *Accaron* vrbis est Phili-
stea, inter Azotum & Iamniam prope Ascalonem: *Acon* verò, id est Ptolomaïda,
ab Austro habet Carmeli montem, iuxta quem transeuntes ad dexteram relique-
runt oppidum *Caypham* dictum; exin iuxta *Doram* vel Pirgul: posthac iuxta *Cesa-*
ream palestine incessamus, quæ quidem dicebatur & altero nomine *Turris Stratonis*:
in qua Herodes, datus Agrippa, nepos illius Herodis sub cuius tempore CHRISTVS
natus est, percussus ab Angelo, consumptusque à vermis, infeliciter expirauit.
Tum quidem à dextera parte reliquerunt maritima, & per vrbem nomine *Ramulam*
perreverant: de qua Sarraceni incolæ iam obfugauerant, pridie quam illuc Fran-
ci peruenissent. Illic annonam multam repeterunt: de qua iumenta sua cuncta os-
teranterunt, quam vsque Hierusalem postea portauerunt. Mora ibi per qua-
tuor dies facta cū basilicæ *sancti Georgii* episcopū præposuissent & in arcibus homi-
nes ad custodiendam vrbem loca silent, Hierusalem iter suum prætenderunt:
Ipsò die vsque ad castellum, quod dicitur *Emaus*, ambulauerunt. Nocte verò illa,
centum de militibus nostris calliditate moti, probitate prompti concidunt in
equos, qui albescente aurora prope Hierusalem transeuntes, vsque *Bethleem* prope-
raverunt: de quibus unus erat *Tancredus*, alterque *Baldwinus* de Burgo. Quod cum
Christianis, qui inibi conuersabantur, compserissent, Græci videlicet, & Syri, Fran-
cos illuc aduenisse, gauisi sunt gaudio magno valde: ignorates tamen primitus que
gens essent, rati sunt eos vel Turcos vel Arabes esse. Sed cum aperte eos pro-
pius in-

XVIII. neranterunt, quam vsque Hierusalem postea portauerunt. Mora ibi per qua-
tuor dies facta cū basilicæ *sancti Georgii* episcopū præposuissent & in arcibus homi-
nes ad custodiendam vrbem loca silent, Hierusalem iter suum prætenderunt:
Ipsò die vsque ad castellum, quod dicitur *Emaus*, ambulauerunt. Nocte verò illa,
centum de militibus nostris calliditate moti, probitate prompti concidunt in
equos, qui albescente aurora prope Hierusalem transeuntes, vsque *Bethleem* prope-
raverunt: de quibus unus erat *Tancredus*, alterque *Baldwinus* de Burgo. Quod cum
Christianis, qui inibi conuersabantur, compserissent, Græci videlicet, & Syri, Fran-
cos illuc aduenisse, gauisi sunt gaudio magno valde: ignorates tamen primitus que
gens essent, rati sunt eos vel Turcos vel Arabes esse. Sed cum aperte eos pro-
pius in-

prius intuerentur, & eos Francos esse nō dubitauerunt, statim gaudentes Crucibus A.D.
 assumptis & textis, obuiam flendo pie cantando processerunt eis: flendo, quoniā ¹⁰⁹⁹
 metuebat ne tantillū gentis à multitudine tanta Paganorū, quos in patria sciebat
 esse, facillimè occideretur: Cantado, quoniā de illis cōgratulabantur quos diū de-
 fiderauerat vēturos; quosq; Christianismū à nephandis tamdiu pessundatū, in re-
 sumptum honorē relevare sentiebant. Facta autē statim, in basilica B. Mariæ, sup-
 plicatione ad D̄eū m̄ deuota, cū locum ubi C H R I S T U s fuit natus visitassent, dato
 Syris oculu pacis iocundo, ad Vrbem Sanctam celeriter sunt regressi. Ecce subse-
 quens exercitus nōst̄r ciuitati tunc appropinquauit, relicta Gabon à sinistra par-
 to te, que ab Hierusalem quinq̄aginta distat stadiis. Cum q; præcūltores signa eleuata
 ciuibus monst̄rarent, protinus contra eos interni hostes exierunt. Sed qui sic festi-
 ni exierant, festinatus in urbē mox repulsi, recesserunt: Septenā Junii idus dabat an-
 nus usus. Lucis septenā iam Junius igne celebat, Hierusalem Francicūm vallans obſidione. Et
 quideci ciuitas ipsa in montano loco sita, riuis, filuis, fontibusq; caēns, excepto
 fonte Siloe, ubi sufficienter aqua interdū habetur, interdū verò raro hauritur: qui
 fonticulus in vallis fundo, sub monte Syon subter decursionē torrentis Cedron, ^{2. Reg. 24. 17.}
 qui tempore hyemali per vallen: Iosephat Huere soler. Cisternæ autē multæ, & aquis
 fatis habundē in urbe habentur: quæ si bene procuratæ fuērint, omnibus inhabitā-
 tibus, tam hominibus quā iumentis, omni rēpōrē indeficienter haustum præbent,
 20 hybernis imbris reseruatis. Constatq; ciuitas condecenti magnitudine per cir-
 cuitum composta, ita ut nec paruitate nec amplitudine fastidiosa cuiquam videa-
 tur. Habet quidem ab Occasu Solis, Turrim Damiticam, utroq; latere murum ciuitati-
 sis supplētē, quæ usque ad medietatem sui à parte inferiori solidē massata est;
 & de lapidibus cēmentata quadratis, & plumbo fusili sigillatis: quæ si cibariis mu-
 nitæ fuerit, si tantum viginti vel quindecim homines defensores īnerint, nunquā
 per viam ab exercitu quouis comprehendenderetur. Et est in eadē urbe Templum Domi-
 nicū, rotundū, compositū in eodem loco quo Salomon alterum prius initituit miri-
 ficū: quod quamuis illi priori scemati nullatenus sit comparandū, istud tamen o-
 pere mirabili & forma speciosissima factū est: in cuius medio est rupis nativa & in-
 30 gens, de qua detur patet satis, & impeditur ipsum templū: nescio quare ab æterno
 permittitur locū occupare, quin prorsus exciditur: sed dicunt illum esse locum ubi
 stetit Angelus percussiens, cui David intulit pauidus nimis: *Ego quidem sum qui peccavi: iste qui oues sunt, quid fecerunt?* Aiuntq; in ipsa rupe Arcam fēderis Domini eite, cum Vir-
 ga, & tabuīs Testamenti, bene sigillata: eo quod Iotias Rex Iuda poni iussit eā in
 sanctuario Templi dicens: *Nequaquam portabitatis eam de loco isto:* P̄iāuidebat enim ^{2. Chr. 35. 3.}
 futurā captiuitatē. Sed illud quod in descriptionibus leiem. i.e legitimus obest: quod
 ipse Ieremias eam in Arabia occultauerat, dicens, quod non inuenienda esset do-
 nec gētes multæ congregaretur: ipse enim contemporaneus huius regis Iosīs fuit:
 tamen vivendi finem fecit, antequā Ieremias obiret. Non credimus igitur Arcam
 40 in templo esse. Non valeo nec audeo recitare res tam sanctissimas quæ inibi habē-
 tur; nec in aliquo auditores falsam: sed secundūm dicta, quotundam, in honorem
 & amorem D̄ei, hæc tantilla in memoriā coll'egi. Hæc est pro certo domus D̄ei de
 qua scriptum est: *Bene fundata est supra firmam petram:* in qua cū Salomon deuotè
 D̄eo precem suam funderet, ut u. i. eius die ac nocte super eam aperti essent; &
 qui ad sanctuarium illud oraret recto corde, ab eo exaudiaretur, concessit ei Domi-
 nus, respondens prout ab eo postulauerat. Hanc domū, hoc est Domini Templū,
 in veneratione magna cuncti Saraceni habuerāt, donec eis illud abstulimus; ibiq; ^{2. Mach. 2. 16.}
 prædicationes suas, libentius quā alibi facere solebant: quamuis idolo, in nomine
 Mahumēth facta, eas vastarent: quod etiam nullum ingredi Christianū permit-
 50 tebant. Alterum verò *Templum Salomonū* dictū, magnum est, & mirabile: Sed non
 est illud idem quod ipse Salomon fabricauit: quod nunc satis dolendū est, eo quod
 inopia pressi, non potuimus recti eius structuram reformare postquam in manus
 Baldwini regis & nostras deuenit: sed ipse etiam plumbum negotiatoribus vende-
 bat, cu n̄ vel de recto aliquando decidebat, vel deorsum dirui præcipiebat. Inest
 insuper *Basilica decens super Dominicū Sepulchrum* rotunditate facta: cuius rotun-
 ditatis summitas ita artificiose tegmine caret, ut foramine illo solis splendori pa-
 tula, clara semper habeatur: Non desunt etiam ciuitati per omnes vicos aquædu-
 catus, per quos imbrium tempore omnes immundiciæ diluuntur: Hanc etiam
 yrbe in Helius Imperator Adrianus, mirifice decorauit; & vicos & plateas pauis.

A.D. ^{1099.} mento decenter ornauit, de cuius nomine Hierusalē *Heli* vocata est. Ex hiis, & ceteris multis, ciuitas ipsa venerabilis est, & gloria. Quam cū aspicerent Franci & viderent eam ad capiendū grauem, iussum est à principibus nostris scalas ligneas fieri: quibus muro postea crederis, cum assultu forti, per eas in summum muris scandentes, vrbē forsitan, iuuante Deo, ingredenterentur. Quod cū fecissent, sequenti die septimo, monitu procerū, buccinis sonantibus, manū claro, impetu miro, ciuitatē vndiq; assiluerunt. Et cum vsq; ad horam diei sextam assiluisserint; & per scalas quas finixerant, eo quod paucæ erant, introire nequissent, assultum tristes dimiserunt. Tunc autē sumpto consilio, iussum est ab artificibus machinas fieri, cū quibus muro ad motis, auxiliante Deo, spei effectum adipiscerentur. Et sic factum est. Interea nec panis nec carnis in opia passi sunt. Sed quia locus ut superius dictus est, in aquos & sine fluminibus est, viri nostri propterea & iumenta eorum, indigebant aquā vehementer ad potandum. Quapropter, prout monebat necessitas, longè aquā queritabant; & à quatuor milliariis vel quinq; laboriosè ad obsidionem in vtribus suis apportabant. Machinis autē patratis, arietibus scilicet & scophris, & ad assiliendū item se parauerunt. Inter articia verò cetera, vnam turrim de lignis exiguis, quia magna materies illis deerat, compiegérunt: quā noctu, editō proinde factō, ad cornu ciuitatis oportunius frustratim portauerunt: & sic manū ipso cū petrarias & cetera adminicula parauissent, citissimè haut longè à muro, compactam exerunt. Quam erectā & de coriis de foris bene cōtectā, paulatim promouendā muro propius impegerunt. Tum verò rari milites, tamen audaces, monente cornu, ascenderunt in eā, de qua statim lapides & sagittas iacere ceperunt: Contra quos similiter Sarraceni defendendo se agebant, & ignem cū oleo & adipe viuidū faculis aptatis dictæ turri & militibus qui erant in ea, fundibulis suis iaculabantur. Multis igitur vtrorumq; inuicē sic certantiū, mors sāpe aderat pr̄sens. Ea quidē in parte qua *Raymondus* Comes, & homines sui assiste bant, scilicet in monte Syon, cū machinis suis magnū assultū dabant: ex altera veò parte qua dux *Godefridus* erat, & *Robertus* Normaniæ Comes, & Flandrensis *Robertus*, maior erat muro assultus. Illo die sic fecerūt. Sequenti quoq; die, laborē eundē factū buccinarū concētu, virilius inierunt, ita ut cū arietibus pulsando murū in uno loco perforarent. Pendebant nempe ante muri propugnacula duo assera [i.e. cons] funibus illic alligata: quę Sarraceni sibi properauerant, ut irruentibus & lapides in eos iactantibus, obstaculū fierent. Sed quod pro incremento sibi fecerant, idē ad detrimentū suū, Domino prouidente, acceperūt. Nam turri pr̄fata muro ad mota, rudentibusq; quibus ligna pendebant, pr̄dicta, fasciculis scđtis, de eisdē tignis vnum pontē Franci tunc sibi coaptauerūt, quem de tugi super murū, callidè extensem iactauerunt. Iā iam q; ardebat arx vna in muro lapidea, super quā machinatores nostri torres igneos iniecerant: vnde foco paulatim intra materiem lignorū nutritio, fumus flammaq; sic prodire cepit, ut nec vnu custodū ciuiū, ibi vltius morari posset. Mox itaq; Francis hora meridiana Vrbem intrantibus, die quę Veneris habebatur, cornibus sonantibus, cunctis tumultuantibus, viriliter impotentibus, ADIVVA DEVS exclamantibus, vexillo uno in muri fastigio iam subleuato, Pagani omnino pudefacti, per vicorum ciuitatis angiportus, audaciam suam in fugam celerem mutauerunt omnes: qui cum velociter furerent, velocius fugati sunt. Hoc *Raymondus* Comes ex altera parte assiliens, nondum sciebat, nec homines eius, donec Sarracenis per muri apicem ante eos prosilire viderunt. Quo viso ad urbem lātissimi quantocius accurrerunt: & cum ceteris, hostes nefarios fugare & occidere ceperunt. Tum quidē alii Sarracenorū, tam Arabes quā Āethiopes, in arcem Dauidicā fugiendo se intromiserunt: alii verò in Templū Domini atq; Salomonis se incluserunt. In quoru atris Templo impletus in eos agebatur nimius: locus etiā nusquam erat, quo gladiatores nostros euaderent. Supra Salomonis Templū, quod fugiendo ascenderat, multi ex eis ad mortē sagittati sunt; & deorsum de teō insanabiliter pr̄cipitati: in quo etiam Templo, decē ferme millia decollati sunt. Quod si inibi essetis, pedes nostri usque ad bases cruce perēptorū tinguerētur. Quid narrabo? Nullus ex eis vita est reseruatus: sed nec feminis nec paruulis pepercérunt. Mirabile quoddā videretis, cū feutigeri nostri atq; pedites pauperiores, calliditate Sarracenorū cōperta, vētres eorū iam occisorū findebant, ut de intestinis Bisantios exacerperent, quos viui fauicibus transglitierant. Quapropter post dies aliquot aceruo magno factō de cadauribus ea igni cōbusserunt, ut æ illud pr̄dictū, in cinere facto facilius reperirent. Tancredus autem Templum Domini cum festino cursu ingressus, multa aurea & argentea,

gentea, quod erat nefas rapiendum, lapides etiam preciosos arripuit; sed hoc p. stea emendans, eadem cuncta vel eis appreziata loco sacro sancto remendavit. *Ensis extractis currit gens nostra per urbem. Nec cuiquam parcunt etiam Misericordie precantii.* Vulgo erat stratum veluti cum purida motis. Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes. Et post stragam tantam ingredi sunt domos, & ceperunt quæcumque in eis inuenientur: ita sanè, ut quicumque primus domum intrasset, siue pauper siue diues esset, nullatenus ab aliquo alio fieret illi iniuria, quia domum ipsam aut palacium & quodcumque in ea reperiret, ac si omnino propria, sibi assumeret & possideret. Hoc itaque ius tenendum inuicem stabilierant. Vnde multi inopes, facti sunt lo-
cupletes. Tunc autem ad Sepulchrum Domini, & Templum eius gloriosum euntes, clericis simul & laici exultationis voce altifona, canticum nouum Domino decan-
tando, loca sacra sancta tamdiu desiderata, cum oblationibus faciendis supplica-
tionibusque humillimis, letabundi omnes visitauerunt. O tempus tam desidera-
tum! O te npus, inter cetera tempora memorandum! O factum, factis omnibus
anteferendum! verè desideratum: quoniam ab omnibus fidei Catholicæ culto-
ribus interno mentis desiderio semper desideratum fuerat, ut locus in quo cun-
ctarum creaturarum Creator recreationis salutiferæ munus, De vs homo fa-
ctus, humano generi pietate sua multiplici, nascendo, moriendo, resurgendoque
contulit, à Paganorum contagione inhabitantium, quandoque mundatus, tandem
superstitione eorum contaminatus, à credentibus & confidentibus in se, in me-
dum dignitatis suæ pristinum reformaretur. Et verè memoriale, & iure memorandum: quia quæq; Dominus noster Iesvs Christus, in terra homo cum homini-
bus conuersans, egit & docuit, ad memoriam famosissimam reuocata & reducta
sunt. Et quod idem Dominus per hunc populum suum tam, ut opinor, dilectum
alumpnum familiaremque, & ad hoc negotium præelectum, expleri voluit, usque
in finem seculi memoriale, linguis tribuum vniuersitatum personabit. *Iulus effe-
sens ter quina luce calebat. Undecies centum numero si demperis unum,* Dicebant annos Domini
nisi tunc esse per actos, Cum nos Hierusalem, gens Gallica, cepimus urbem. Ter quina Iulus splen-
debas lucem inanti, Vrbem cum Franci capiunt virtute potenti: Anno millesimo centeno quo mi-
nus uno, Virginis à partu genuit qua cuncta regente. Idus erat Iulii, anno ab obitu Karoli me-
gni ducentesimo & octuagessimo quinto: & à morte Guillermi Angliae regis primi,
anno duodecimo. Quippe GODEFRIDO primo principe f. &c., quem ob nobili-
tatis excellentiam, & militiæ probitatem, atque mansuetudinis & patientiæ mode-
stiam, nec non morum elegantiam, in Vrbe sancta regni principem, omnis popu-
lus, Dei exercitus elegit, ad conseruandum illud atque regendum. Tunc quo-
que locati sunt Canonici in ecclesia Sepulchri Dominici, atque in Templo eius.
Patriarcham tunc hieri decreuerunt prolongare, donec à Romano Papa consilium
quællissent, quem præfici placeret. Interea Turci, & Arabes, nigrique Æthiopæ, fe-
re quingenti, qui in Arcem Davidis se intromiserant, petierunt à Raymundo Comi-
te, qui prope turrim illam hospitatus erat, ut pecunia sua tota in aice ipsa relitta,
viuos tamen eos abire permitteret. Nec facti mora fuit, Ascalonem abierunt. Tunc
autem Domino placuit, quod inuenta est particula vna de Cruce Dominica, quæ
ab antiquo tempore in loco secreto occultata, nunc à quodam homine Syro reue-
lata fuit, qui cum patre suo eam olim absconderat & conseruarat. Quam particu-
lam in modum Crucis reformatam, aurea & argentea fabrica velatam, ad Dominum
cum Sepulchrum, dehinc ad Templum congratulanter, psallendo Domino, qui
eis per tot dies hoc donum clementiæ suæ reservauerat, omnes vna in sublime pro-
palatam detulerunt. Rex autem Babilonius, & dux militiæ eius, nomine Lauen-
desius, cum audisset quod Franci terras tibi subiugando, iam imperio Babilonico
50 appropinquassent, cōgregata sub editio præceptuo multitudine maxima de Tur-
cis, Arabibus, Æthiopibus, contra eos ire præliaturi iussi sunt. Et cū iterum per nū-
cios audissent Hierusalē tam ferociter iam ab eis captam fuisse, indignatus dux il-
le prædictus Babiloniensis festinauit, ut vel præliū cum Francis committeret, vel
eos in eadem vrbe inclusos ob sideret. Quod cū Francis intimaretur assumpto ma-
gnæ audacitatis consilio, versus Ascalonem, contra illos tirannos acies suas direxerūt,
portantes secū Lignum Crucis salutiferum, de quo iam fatus sum. Cumq; die quo-
dam non longè ab Ascalone circumuagantes prælium Franci expectarēt, inuenes-
runt illic prædā non minimā, de bobus & camelis, ouibus & capris: quā *carram* cum
iuxta tectoria sole ruente cōgregassent, sub editio iusserrūt principes nostri nunquā

A.D. ^{1099.} cam in crastino quo bellum fore putabant secum animari: vt ab omni sarcina ex-pediti, ad preliandum essent promptiores. Mane autem facto speculatoribus præmissis, Paganos accedere didicerunt: quo scito, mox tribuni & centuriones per alias & cuneos gente sua constituta, prælium agendum prudentissimè ordinauerunt; & contra Sarracenos vexillis leuatis, audacter processerunt: videretis prædictam prædam tanquā ducentium monitu, à dextera & leua parte acierum, gressum suū rectè agere, licet à nullo minaretur: ita ut multi Paganorum eam à longe cū militibus nostris euntem spectantes, totum æstimarent Francorum exercitum esse. Illi autem, populus innumerus, cū ad cuneos nostros iam appropiasserent, tanquā certius ramos cornuum prætendens, cuneo suo anteriori facto bifurco, distensione ¹⁰ Arabum præcurrentium explicata, machinati sunt accingere postremos: vbi dux *Godefridus* subsequenter cū agmine denso militū armatorū remigando posteritatē solicitabat: Ceteri enim proceres, alii in prima, alii verò in secunda præbant acie. Sed cum ab vtraq; parte hostes hostibus, quantum est iactus lapidis & paulo plus, appropinquassent, illico pedites nostri sagittas, in illos distendentes, iecerunt. Congruentissimè mox secutæ sunt sagittas lanceæ, dum equites nostri omnes, tanquā iureiurando inuicem confirmassent, impetu vehementi irruerunt in eos; & quorū quadrupedes tum non fuerunt cursui celeres, continuò neci submersi sunt supra sessores: vbi paruæ horæ spatio multa corpora palluerunt exanimata. Tum multi corum mortem metuentes, ascendebat arborū cacumina, qui tamen inibi sagit-tati & mortilæsi, ad terram infelicitè corruebant. Incursu in eos penetrabili, vndiq; Sarraceni perimebantur. Tentoriis eorum transactis, vsq; *Acalonis* mœnia qui evaserunt fugati sunt, quæ ciuitas septingentorū & viginti stadiorū spatio ab Hierosolimis distat. In prima quidem acie, eorum dux *Lauendalius*, licet antea Francos vilipendisset, non lente fugiens dorsum eis vertit: quibus tabernaculum suum cū cæteris extensem, pecuniaq; multâ munitum, inuitus reliquit. Quorum Franci re-gressi victoria iocundi, Domino dando gratias, regregati sunt. Tunc ingressi tentoriis inuenerunt in eis gazas multimodas, aurum, argentum, pallia, induvia, lapi-des preciosos qui duodeni sic nominantur, *Iaspis*, *Saphirus*, *Calcedonius*, *Smaragdus*, *Sardonix*, *Sardius*, *Chrysolitus*, *Berillus*, *Topazius*, *Chrysoprasus*, *Jacintus*, *Ametistus*. Reperi-³⁰ erunt etiam vtenilia multiformia & galleros auratus & anulos optimos, ensesque miribiles, annonam, farinam, & cetera multa. Ea verò nocte illic hospitati, per no-stes bene se conseruarunt: nam in die sequenti bellum se putabant à Sarracenis re-iterari: qui tamen timore perterriti, nocte ipsa omnes aufugerunt. Quo manè per exploratores competo, vocibus laudifluis *Devm* benedixerūt & glorificauerūt, qui tot millia perfidorum, raro exercitu Christianorum dissipari permisit. Benedi-ctus ergo Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Beata etiam gens cuius est Do-minus *DEVS* eius. Nonne in matiuerant ipsi Babilonii dicentes: *Eamus & capiamus Hierusalem cum Francis in ea clausis; & eis omnibus interemptis, eradicamus illud Sepulchrum tam sibi preciosum ut lapidibus architecte huius extra urbem electis*, nec mentio inde ulcerius fiat. ⁴⁰ Sed *Deo* votente, hoc in nichillo verso, de pecunia eorum etiam honerauerunt equos suos & camelos. Qui cum tottentoria, & iacu'a in campis iacentia, arcus-que & sagittas, ad Vrbem Sanctam deferre non possent, hæc cuncta ibidem in-cendio commiserunt: deinde Hierusalem sic à perfidis excussam gaudenter, cum carra multa redierunt. His gestis, placuit quibusdam in patriam nationis suæ reuerti: & cum indilatè in *Iordane* flumine lori fuissent, & Palmarum ramos, promore, apud *Hierico* in orto Habrahæ collegissent, *Robertus Comes Normanorum*, & *Robertus Comes Flandrie* Constantinopolim nauigio tunc repeterunt: Deinde Franciam ad propria repatriauerunt. *Raymandus* verò *Comes* usque Loadiciam regressus est, exinde Constantinopolin, relicta vxore sua in Loadicia, redditurus. ⁵⁰ Dux autem *Godefridus* retento secum Tancredo & aliis pluribus, principatum Hierosolitanum rexit, quem consensu omnium suscepserat optinendum.

xx. Cumque audissent *Buamundus*, qui tunc *Antiochie* principabatur ciuitati, vir prudens & strenuus, & *Baldwinus* præfati Godefridi frater, qui similiter *Ædesse* ciuitatis, patriæque affinis trans fluuium Euphratem potestate dominabatur, Hierusalem ab illis qui præierant collegis suis captam fuisse, lætissimi effetti, *Deo* inde laudes exsoluerunt supplices. Quod si illi qui festinationi itinere præcesserant eos, bene & utiliter operati fuissent, quamuis tardius eos subsecuturi essent *Buamundus* & *Baldwinus* cum suis, participes eiusdem bra-nii fieri,

eti fieri, non est tamen dubitandum. Erat enim necesse, ut terra & civitates ^{A.D.} cum tanto labore iam Turcis ablatæ, solerter custodiretur: ne forte terra incaute ^{1099.} derelicta, si cuncti abiissent, recursu repentina à Turcis, usque in Perisidem iam depulsis, resumeretur: unde detrimentum non minimum omnibus Francis tam euntibus quam redeuntibus oriretur. Sed terra interim sic custodita, primis & postremis grande proficuum foret: forsitan diuina prouidentia hoc distulit, plus in peregrinis quam in peractis suis militiæ iudicans eos profuturos. O quotiens ipse *Baldinus* in Mesopotamia finibus, preliis contra Turcos factis, fatigatus est! Quotque capita eorum cesa illic fuissent, recitari non potest. Sæpe illum contigit cum gente pauca, contra multitudinem eorum magnam preliari; & Deo iuuante, triumpho latari. Sed cum per legationes eum præmonuisset *Baumundus*, vt Hierosolimam ambo cum suis iter nondum expletum, ituri perficerent, *Baldinus* illico res suas oportunè disponens, itum se paravit. Sed tunc audiens Turcos unum cornu patriæ suæ ingressione allidi, incepto dimisso, cū necdum exercitulum suum congregasset, cum paucis illos Turcos adiit. Qui cū arbitrarentur eum iter suum iam incepisse, die quodam cum in tabernaculis suis securi essent: viso signo quod Baldinus baiulabat albo, quantocius statim fugere ceperunt: quos cun^o parum cū duodecim militibus fugasset, ad id quod prius inceperat remeauit. Et ingressus iter, Antiochia dexterata, venit *Loadiciam*: vbi stipendio viatico empto, & clitellis reintegratis hinc secesserunt. Tunc uenit erat Nouembris: Cumq^o *Cibellum* transissent, *Baumundum* in tentoriis suis hospitatum ante oppidum quoddam, *Valentia* nominatum, assecutus est. Erat cum eo archiepiscopus quidam *Pisanus*, nomine *Daibertus*, qui cum quibusdā Tuscanis & Italicis, Loadiciæ portui applicuerat: ibique nos expectabant: Aderatq^o; aliis *episcopus Apulus*; cum Balduno erat tertius. His itaque amicabiliter simul glomeratis, ait in tantum numero viginti quinque millia esse tam equitum quam peditum. Et cum fines Sarracenorum interiores introfissent; & ab odiosis incolis regionis, nec panem nec aliquid edulii habere possent: quia nec erat q^oi daret, neq^o; qui venderet, stipendio etiam suo magis magisq^o; consumpto, contigit multos tunc fame anxiari. Equi quoq^o; & iumenta, deficiente anima, dolore geminato nimis angebantur: ibant, nec mandebant. Tunc erant in ipsis agris cultis messes quædam, quas vocant *Cannamelles*, arundinibus similes: à *Canna* & *melle* nomen compositum: unde, vt puto, & *melsugre* dicitur illud quod de his sapienter conficitur. Has quidem, propter saporem mellitum, dentibus famelici ruminabamus: Tamen parum proderat: utiq^o; pro amore Domini, hæc & huiusmodi cetera, famæ, frigora, pluuias nimias sustinebamus. Plerique etiam e quos, asinos, camelosq^o; pane egentes, manducabant: Insuper algore nimio, & imbrum affluentia s^epissime torquebamus: nec erat Solis æstus tamen ex quo exsiccati possemus, cum per quinque vel quatuor dies imbrum continuatione maledici essemus. Vidi tunc plures, tabernaculis carentes, imbrum algore interire. Ego *Fulcherius*, qui hiis intereram, vidi quadam die plures utriusque sexus, bestiasque plurimas, imbre algidissimas mori. Longum est recitandum, & audiendi forsitan tedium: quia nec anxietas, nec labor nimius defuit populo Dei. Sæpe ab insidientibus Sarracenis in artis meatibus, plures perimebantur, aut cum raptum irrent pro victuali quæredo. Videretis milites, progenie inclitos, equis quoquomo^{do} amissis, pedites effici: videretisq^o iumentis deficientibus, capras Sarracenis ablatas, veruecesq^o, submissis sarcinis valde fatigari, & dorsa eorum mole illa corrumpi. Bis in via, nec amplius, panem & annonam, commercio karissimo à Sarracenis Tripolitanis, & Cæsariensis habuimus. Patet, quoniam aut vix aut nunquam poterit quis, magnum aliquid, nisi cum magno acquirere labore: Magnum quodam fuit, quod usque *Hierusalem* peruenimus: qua visitata labor consummatus est diuinitus. Cumque Sancta Sanctorum desideratissima perspiceremus, gaudio ingenti repleti sumus. O quotiens memorati fueramus; illius prophetæ Davidicæ: *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius:* Quod de nobis completum tunc vidi. ^{Psalm. 132. 3.} mus, quagnuis aliis multis pertineat similiter. Illuc quidem ascendimus tribus Domini, ad confitendum nomini eius. Die autem illo, quo tunc Hierusalem introiuimus, Sol retrogradus, descensu hyemali peracto, recursum resumpsit ascensibilem. Cumq^o Sepulchrum & Templum Dominicum, & cetera sacra vistissimus, die quarto *Bethleem* adiuimus: vt nocte ipsa Dominicae Nativitatis, reuelatione celebratur annuam, vbi Christus natus fuit, in orationibus perugilos

- A.D. staromus. Quam noctem cum decentissimè, obsequio competenti ab episcopis & 1100. clericis decantando deduxissemus, hora die tertia, Missa quoque tertia cantata Hierosolimam reuersi sumus. O quantus adhuc erat fœtor, circa muros ciuitatis, intus & extra de cadaueribus Sarracenorum adhuc ibi marceatum, quos vrbo capta collegæ nostri trucidauerant, vnde nares nostras & ora oppilare nos oportebat, Cùm autem nos & iumenta nostra quiete necessaria aliquantis per vegetaremus; & Patriarcham, in Ecclesia Sepulchri Dominici, *Daybertum* scilicet superius memoratum, præfecissemus, reformato stipendio, & iumentis sarcinatis, regreffione appetiuimus flumen Jordanicum. Tum quibusdam de exercitu placuit posteriori, in Hierusalem remanere; & quibusdam de priori, nobis cum remeare. Dux 10
xxi. Godefridus terram, sicut antea, rexit. *Anno millesimo centesimo ab incarnatione Dominita*, anni die prima, in Hierico ramis palmarum cæsis, ad afferendum coaptavimus; secundaq; die, iter remcabile cepimus. Tunc quidem placuit principibus nostris per urbem *Tyberiadem*, iuxta *mare Galilea*, transire: quod mare de dulci aqua ibi congregatum, duodevigiñti passuum millia habet in longum, & quinque in latum: deinde per *Cesaream Philippi*, quæ *Paneas* lingua Syriaca dicitur, ad Libani montis radicem situm, vbi duo fontes emergunt, vnde *Jordanus* fluuius exoritur qui postea mare Galileæ secans, in Mare Mortuum se ingerit. Hic autem *Lacus Genesar* dictus, quadraginta stadiis in latitudine patet, centumq; in longitudine, iuxta *Iosephum*. Venimus autem ad castrum illud; quod *Balbac* nuncupant, situ forti factum: 20 vbi nobis Turci Damasceni obuii venerunt, trecenti ferè milites. Et quia didicerant nos esse inermes, & itinere valde fessos, arbitrati sunt nos quoquomodo debilitare. Quod si forte postremos die illo dominus *Baldinus* sollicitè non conseruaret, nimis multos de nostris occiderent: nō enim habebant vnde se protegeret, arcubus & sagittis carentes: Inundatione enim imbrrium hæc erant dissipata: quia cū glutine coaptantur. *Buamundus* verò in primo cuncto erat exercitus. Itaq; De auxiliante, nihil apud nos lucrati sunt. Tunc castra metati sumus ante memoratum oppidum. Exhinc sequenti die viam resumpsimus nostram, plus mari appropiantes: & ante vrbes *Tortosam* & *Loadiciam* transeuntes. Ibiq; *Raymondum* comitem reprimus, quem ibi desideramus dum Hierusalem iremus: in Loadicia scilicet, vbi nihil mercationis stipendiariæ habere potuimus, quia rara habebatur annona: quapropter vsq; *Edessem* properare non cessauimus. *Buamundus* verò Antiochiam primus peruenit, vbi à suis gaudenter suscepimus, regnum suum per sex menses deinceps obtinuit. Sed cū mense Iulio sequente urbem, *Melorinum* vocatā, cum pauca gente appeteret, quā ei qui eiusdem vrbis patronus erat Armenius quidam, nomine *Gabriel*, redditurus erat, iam per legationes conventione mutuz amicitie facta: obuius fuit illi Admiratus quidam nomine *Danisman*, cum multitudine Turcorū magna *Buamundum*, sic imprudenter ambulante, intercipere moliens. Et non longè ab vrbe præfata, insiluerunt vndiq; subito gens illa nefaria ab insidiis, contra Francos & Apulos irruentes: Et non audientes nostri inire prælium, quia pauci erant, statim in dispersionem fugitiui versi sunt. De quibus Turci multos occiderūt; & pecuniam eorum totam habuerunt. *Buamundum* verò comprehendsum in captiōnem abduxerunt. Cùm autem in fortunum indilatè ab illis qui euaserant, diu ulgaretur, orta est inde genti nostræ grandis desolatio. Verumptamen *Baldinus* dux urbēs *Ædessem*, congregatis Francis quoscunque potuit. *Ædessem* scilicet & *Antiochenis*, hostes prædictos vbi eos esse audiuit, quærere non distulit: *Buamundus* etiam, cicigno capitis sui iam absiso, Balduino legationem miserat, vt ei citò subueniret: hoc intersigno eum credulum faciens. *Danisman* autem hoc auditio, qui Balduni probitatem Francorumque animositatem metuebat, non ausus est ulterius ante Meletiniam esse, quā obſidione ciuxerat, sed paulatim ante nos fugiendo, ad sua propria remeauit: Qua de re multum doluimus, cum per tres dies ultra urbem illam eos prosecuti sumus, qui libentissimè contra eos dimicaremus. Itaque cum regredieremur, Balduino *Gabriel* prædictus ciuitatem ipsam 40 reddidit: quibus amicis effectis, *Baldinus* *Ædessem* rediit. Cùm autem prosperitate *Baldinus* sic frueretur, ecce nuncius dicens ei: quia *Godefridus* germanus eius apud Hierosolimam diem clauserat extremum, decimoquinto, Kalend. Augosti: quod anno post Hierusalem capram secundo contigit. Cui cum promptum fuisset, quod omnis populus Hierosolimitanus cum expectaret, in regni principem in locum fratris defuncti heredem substituendum: dolens aliquam-
- xxii.** reddidit: quibus amicis effectis, *Baldinus* *Ædessem* rediit. Cùm autem pro-

ā si quantulū de fratriis morte, & plus gaudens de hereditate, accepto consilio, ter-
rā suam locauit quā possedebat, *Baldino* cūdam propinquō suo eam committens.
Et colligens exercitū suū, septingentis ferē militib⁹, & peditib⁹ septingētis
iter Hierosolitanum, sexto nonas Octobris incepit. Nonnulli mirabātur quod
cum gente tam pauca, erat ausus per tot hostium regiones incedere: nam ideo pli-
riquet timidi & pauidi, de collegio nostro latenter recesserūt, nobis nescientibus.
Cum autem Turci comperissent atque Sarraceni nos ita iter agentes, congregatis
omnibus quotcumque potuerunt, vbi magis nobis officere arbitrati sunt, armati
obuiam institerunt. Tum quidem per *Antiochiam* iuimus; deinde ante *Laodiciam*, &
1c *Gibellum*, *Maracleam* & *Tortosam*, *Archas* oppidum, & urbem *Triopolitanam* neauimus,
vbi rex *Triopolitanus* *Baldino* in tentorio suo hospitate, daret, vinum, mel silue-
stre, veruecesq; legauit: & innotuit ei mandando quod *Duchar rex* Damascenorū
& *Ginahdole* Admiratus quidam rex Calipti, cū Turcis, & Sarracenis, Arabibusq;
in via, qua nos ituros sciebant, nobis nocituri expe&tabant. Quod licet omnino nō
certum esse crederemus, postmodum verum esse probauimus. Erat quidem, non
longe ab urbe *Berito*, sed quasi miliariis quinq; distans, trames vnum iuxta mare, no-
bis & aliis illac euntibus ineuitabilis, & exercitui transituro angustissimus: quem si
hostes inde præmuniti fuerint, nullatenus centum milia milicū transfire poterūt,
quincentum aut septuaginta viri armati, introitum eius artum vi obtineant. Ideo-
20 que nos illic inimici nostri intercipere, & occidere sperabant. Nos autem illucusq;
peruenimus. Et cū præcursores nostri predicto meatui appropinquassent, vide-
runt de Turcis illis plures, segregatos ab aliis, contra nos procedentes, qui aduentū
nostrum expectabant. Quod cū speculatores nostri perspexissent, rati sunt ma-
jorem gentem post illos latere: quod statim domino *Baldino* per vnum nuncium
innotuerunt. Quo audito, militiam illico per acies diuisam competenter præordi-
nauit ad prælium: & vexillis leuatis, paulatim contra eos progressi sumus. Nam cū
bellum mox fore putauimus, eordibus compuncti puris, auxilium Domini deuote
precabamur, ad eos accedentes. Continuò autē primo cuneo nostro illi congressi
sunt, de quibus aliquanti confessim occisi sunt: de militibus nostris similiter, qua-
30 tuorib⁹ vitam amiserunt. Et cū certamen illud vtrumque qm̄ iussissent, sumpto
consilio, iussum est castra nostra defigi, vbi proprius hostibus accesseramus: ne ab
ets, quasi timidi videremus, si locum seu refugi linqueremus. Sed aliud monstra-
uimus; aliud verò cogitabamus: Audaciam fiximus; sed mortem metuimus. Dif-
ficile est reueare; sed difficilius anteire. Ab illis hostibus vndique obsidebamur:
hinc isti, marinis nauibus; hinc illi, à celsis montibus, indesinenter nos vrgebant.
Die illo nec iumenta nec homines nostri aliquid boni, nec quietis habuimus. *Ego*
quidem vel *Carnot* vel *Aurelianis* mallem esse, quām ibi: Alii quoque nocte ipsa to-
ta, extra papiliones nostros perugiles languimus. Diluculo autem summo cū
aurora terris umbras dimouere cepisset, sumpto inuicem consilio, vel viueremus
40 vel moreremur, tentoriis collectis regredi elegimus, iumentis de rebus nostris o-
nustis præuntibus, clientibusq; eamiantibus. Milites enim subsequentes, sollici-
tè à Sarracenis inpetentibus defendebant eos. Nam cū illi perfidi nos viderent
ita summo mane regredi, confessim descenderunt ad persequendum nos, tamquā
fugitiuos: Alii quidem, per mare cum nauibus; alii verò, post nos per viam qua iba-
mus; alii autem, per montes & colles, tam equites quam pedites, per angipor-
tum, sicut oves ad ouile, ante se nos minabant: vt excursa planicie quadam, quæ
ibi est, in exitu angustissimo, inter salum & montem, ad intermedium nos facile
interciperent. Sed non sicut putabant contigit: viri enim nostri statuerant intra se,
dicentes: si in platea illa patula, nos persequentes, poterimus illos intercipere, forsā, DEO iuuante,
50 contra eos reuertentes, & bene pugnantes, eruemur ab eis. Iamiam è nauibus ad terram prosi-
liebant; & incautos propemare pergentes insidiis factis decollabant: Iamq; in pla-
nitiem post nos prædictam descenderant; & sagittas multas post nos iaciebant vnu-
dique aduersum nos vociferantes, & tamquam canes, vel lupi vullantes, conui-
ciabantur nobis. Sed quid narrabo: Nusquam erat nobis locus in diuersorio, nulla
que mortis excussio: Nec erat vspiam locus fugæ, nec remanentibus spes salutis.
Nec saperet Salomon, nec posset vincere Sanson. Sed magna Dev's clementia atque po-
tentia prospicioens de celo in terra humilitatem nostram atque angustiam, nec nō
periculum quod propter eius seruicium & amorem sic incideramus, motus pietate
quā ritè suis presens subuenit, militibus nostris tantæ probitatis audaciam.

A.D. præstitit misericorditer, ut recursus repento per viam trifurcam fugantes in fugâ
nunc mitterent, ut nunquam animum defendendi se resumere possent. Tunc alii de
rupibus præruptis celsis, in præceps se dederunt; alii vero, haud lente, ad locum
saluationis fugerunt; alii autem consecuti, gladiis perempti sunt. Tunc videretis
naues eorum celeriter propter nos per mare fugere, quasi eos possemus manibus
capere: per montes quoque & colles alii, cito pede fugiebant. Itaque de tanto tre-
phægo gloriantes, ad clientelâ quæ interim quadrupedia onerata in via custodiebat,
lætabunda regressi sunt. Laudes Deo gaudenter tunc egimus, quia in tanta necessi-
tate nobis anxiis, adiutor claruit magnificus. O quatu admirabilia facta Dei! O
quam magnum miraculum; & memoriæ commendandum! vieti eramus; & vieti
vicimus. Sed nos non vicimus: Quomodo non vicimus? Vicit ille qui solus est et
Rom. 8,31. minipotens. Quod si etiam Deus pro nobis, quis contra nos? Verè pro nobis & nobiscum
Laud. 25,8. fuit, complens in nobis quod per Prophetam Israëlitis dixit: Si præceptra mea seruaueritis,
hoc dono vos dabo, ut perseguantur quinq[ue] de vobis, centū alienos; & centū decem milia. Et quia
in feruicio Dei labo, enī multi nodum, die ac nocte tolerabimus, superbiā eorum
perfidorum merito cassauit: Et quia deuotè, & in tribulato corde Domino famula-
bamur, humilitatem nostram respexit. Tunc autē tabernacula extendi iussa sunt,
& spolia occisorum & arma similiter allata: Equos cum sellis & lupatis aureis, etiā
illuc qui ceperant adduxerunt. Nocte illa transacta, mane, pro ut astutius consultū
fuit, retro secessimus, vsq[ue] castellum quoddam depopulatum, ubi cum equi & ca-
tera Turcis ablata, & quo iure militibus diuisa fuissent, nocte superueniente sub olio
uis & virgultis quiebimus. Summo autem mane *Baldinus* item probitatem solitam
amplectens, sumptis de militibus suis quot voluit, velociter vsq[ue] ad meatū attum,
vnde factum est tam odiosum, equitauit, scire volens si Sarraceni, adhuc inibi es-
sent. Qui cum illuc usque peruenisset, & nullum ex eis repperisset, quia desolati
pro dispersione facta omnes aufugerant, laudes inde Deo dedit; & statim in cæ-
cumine montis ipsius, accendi pro signo ignem præcepit, ut nos qui in hospiciis re-
manseramus, viso fumo illo, promptè sequeremur illos qui præiuerant. Quod ibi
factum est viso, Deum laudantes; exploratores nostros illico secuti sumus, & viam
nostram apertam & liberam, Deo gratias, inuenimus; desideratumq[ue] carpsimus;
iter. Illo die prope urbem *Berutum*, hospitati sumus. Quo comperito, Admiratus
eiusdem urbis, prius causa timoris quam amoris, *Baldino* stipendum diurnum, sca-
pharum gestum misit. Similiter de ciuitatibus ceteris, ante quas transiuiimus, qui in-
habitabant fecerunt, scilicet *Sydonem* & *Tyrum*, atque *Achon*, hoc est Prolo-
dam, inicitiam fingentes, sed cor nequā habentes. Iam vero castrum *Cayphan* pos-
sidebat tunc *Tancredus*, quod ipso anno Hierosolimitæ vi comprehendenderant: &
quia *Baldino* tunc maluolus erat, non illud introiunus. Ipse vero *Trancredus*,
tunc non erat ibi: sed homines eius panem & vinum, extra muros nobis vendide-
runt: Illi enim quasi fratres nos habebant, & videre nos desiderabant. Transiuntes
autem *Cesaream Pælinam*, & *Arfush* oppidum: quod ignari Azotum esse putabant, 40
quæ ciuitas una fuit de quinque urbibus Philistinorum, quæ inter loppem & Asea-
lonem, in viculum etiam vastatum redacta est. Tandem *Ioppe* peruenimus, ubi
Franci nostri Dominum Balduinum, ut regem iam suum, gaudenter suscepserunt.
Et non mora ibi facta, *Hierusalem* properauimus. Cumque Vrbi Sanctæ appropin-
quasse mus, processerunt ei obuiam, tam clerici quam laici omnes; Graci quo-
que, ac Siri, cum Crucibus & cereis: qui cum ingenti gaudio, & honorificentia,
vocibus altisonis, Domino laudes agendo, cum suscepserunt; & usque in ecclesiam
Dominici Sepulchri deduxerunt: huic celebritati *Patriarcha Daybertus*, non inter-
fuit: quoniam de quibusdam incusatus apud Balduinū, maluolus ei erat; & maior
pars & populi, cum exsum tunc habebat: qua propter in monte Syon, sede priua-
tus, tunc morabatur, ubi fuit donec delictum ei maluolentia condonatum est.

xxiii. Sed cum per sex dies, requie oportuna in Hierusalem, alleuiati labore fuisse-
mus, & Rex de negotiis suis aliquanta explicasset; iter iterū resumptū, in expedi-
tionē ituri renouauimus. Opus est enim omnibus hostes habentibus, quod secun-
dum hominem dico, ut frequentissime eos enixè coherceant: quantinus certam-
nis tædio vel vi supérrent, vel ad pacis actionem attrahant. Igitur *Baldinus*, ḡte sua
resumpta, profectus est *Ascalonem*, per Azotum meantes, inter quam & Iamniam,
quæ super mare sita est. Accaron dimisimus, Ante quam cùm se monstraret urbem,
usque in mania foris instantes vehementer impulit: & quia non fuit opportunitas
maius

maiis incipere, ad tentoria iam defixa reuersus est. Sequenti autem die regionem A.D.
appetiuimus maiorem, vbi victum nobis, & iumentis nostris in locis opulentis ha- 1100.
beremus, & terras inimicorum vastaremus. Eentes ergo inuenimus villas, vbi Sar-
raceni incolæ regionis in cauernis terræ, propter nos, se occultauerant, cum be-
stis & rebus suis: de quibus cum vix aliquem trahere non possemus, accenso igni
in cauernæ orificio mox propter fumum & calorem intolerabilem, alius post aliū
paulatim foras ad nos exierunt: Erantq; quidam ex eis latrunculi, qui rite inter Ra-
numlam & Hierusalem Christianis nostris insidiari, & occidere solebant. Quod cū
à Syris quibusdam, Christianis nostris, qui cum eis in abditis illis latebant, eiusdem
villæ agricolis, nobis intimatum fuisset, quod huiusmodi sontes essent, mox cum
de cauerna exibant, decollabantur: Syris autem & eorum coniungibus pepercimus.
De Sarracenis verò centum serè occidimus. Tunc iussit Rex *Baldinus* Syros illos
Ascalonem mitti, ne ibi aliquatenus perimerentur. Et cùm cuncta, quæ illic inue-
nimus, tam annonam quam bestias comedendo consumplissimus, & nihil am-
plius in illa regione, quod nobis prodesset inuenire possemus: quoniam depopu-
lata erat antiquitus: in to consilio cum quibusdam patriæ alumpnis Sarracenis,
sed nuper Christianis, qui loca culta & inculta longè lateque noicebant, in Ara-
biā exercitum secedere statutum est. Et transigentes montana iuxta *Patriarcha-
rum sepulturas*, Abrahæ videlicet, & Ysaac, & Iacob, filii quoque eius iusti Ioseph,
necnon Saræ & Rebeccæ, vbi gloriösè eorum corpora condita sunt, ab urbe Hie-
roculima quasi miliariis quatuordecim distantia, venimus in vallem vbi *Sodoma* &
Gomorrah ciuitates scelestæ. De i indicio in abissum subuersæ sunt, vbi lacus *Asfalei*
nunc est magnus, quem *Mare Mortuum* vocant. Longitudo cuius usque ad *Zoaras*
Arabiarum dirigitur stadiis quingentis octoginta usque ad vicinia Sodomorum; Lat-
tudo verò centum quinquaginta patet: adeo salis, ut nec bestia quælibet, neque
volucris de eo bibere queat; quem sicut ego *Fulcherius Carnotensis*, in margine de
mula mea descendens, gustu probavi, & elieboto amaiorem inueni: Et quia nihil
in eo viuit, nec piscis cōuersatur, propterea *Mare Mortuum* vocatur. A parte Aqui-
lonis, flumen recipit Iordanicum: ab Austro verò, nullum habet exitum, nec flu-
men nec lacus. Lucta quem lacum, vel Mare illud Mortuum, extat mons unus, si-
militer salis, non tamen totus sed localiter, constans ut petra durissimus, & gla-
cici si millimus: vnde sal, quod *salis gemma* vocatur, multo tamen vidistis, quod de
monte illo comminuitur. Coniicio bifariam lacum illum falsum esse: eo quod
semper montis saluginem glutit, quem vnda marginalis inde sinenter lingit; & in-
super, ex decursione imbrium, de monte ipso in lacum influentium: siue abyssus
intantum sit concava, ut Magnum Mare, quod est falsum, inuisibili refluxu, in ean-
dem abyssum sub terra influat. Demergi autem quis in profundum eius, nec de in-
dustria facilè potest. Girato autem Lacu à parte Australi, ceperimus villam u-
nam: hanc villam dicunt ess. *Segor*, situ gratissimam; & de fructibus palmarum,
quos *dattilos* nominant, valde habundantem, quibus pro cibo placido vescebamur.
De certis rebus, raro ibi ceperimus; aufugerant enim illic agricolæ Arabes, iam
de nobis rumusculo audito, exceptis quibusdam in opibus, ut fuligo, nigerrimus:
quos, ut algam spretos, illi dimisimus. Ibi vidi poma in arboribus, quæ, cùm cor-
ticem rupisse, interius esse puluerulenta comperti & nigra. Ex hinc, *Arabia* mon-
tana introire cepimus, in quorum concavis nocte pausauimus. In sequenti autem
mane, cùm montes ascendissimus, inuenimus ibi villas, sed omni bono vacuas:
Nam aduentu nostro iam comperto, fugerant, & cum rebus suis in cauernis terræ
se absconderant. Quamobrem parum illic profuimus, & ideo promptè iter no-
strum alias extendimus, duotoribus nostris semper præuiis. Tunc inuenimus val-
lem unam de omnibus frugibus opulentissimam, in qua Moyses etiam, Domino
illuminante, virga scilicet bis percussit, vnde fons viuus statim, ut legitur, sice-
manuit, ut populus atque iumenta sufficienter ex eo adaquarentur: Qui etiam
nunc profluit non minus quam tunc, adeo ut molendini, riuuli eius impetu volubi-
les semper fiant: vbi ego ipse *Fulcherius*, equos adaquaui meos. Reperimus insuper
in montis apice monasterium, quod dicitur *Sancti Aaron*, vbi Moyses, & ipse Aa-
ron cum Domino loqui soliti erant: vnde valde latetabamur, cùm loca tam sancta,
& nobis incognita intuebamur. Et quoniam ultra vallem illam, terra erat deserta &
inculta, usque Babiloniæ affinitatem, ulterius progredi noluimus. Vallis autem
hæc, bonis omnibus erat opima. Sed quia in aliis villis prius morati fueramus, in-

A.D. colæ loci illius, ablati se cum rebus suis atque pecoribus, in montium diuersorti,
hol. & in caueas saxeas, pro nobis fugientes, se intromiserant: ad quos cum appropin-
quaremus, audacter sed defendebant. Sed per tres dies illic otio facto, cum nos &
iumenta nostra edulio refecissemus, die quodam opportuno, quadrupedibus de-
stipendio necessario oneratis, horam circiter secundam, cornu monente regio,
residuum tramitem resumi vsum est. Tunc remeauimus iuxta mare superius me-
moratum, & per sepukuras Patriarcharum memoratorum: deinde per Bethleem &
Rachelis sepulturam, dic, qua solsticium hyemale accidit, Hierusalem sanè peruenimus.
Et præparatis ornamentiis, quæ Regi conueniunt coronando, paccatus est Dayber-
tus patriarcha cum Balduino, & canonicis aliquantis. *Anno millesimo centesi-
mo primo*, die Nativitatis Dominicæ, in basilica beatæ Mariæ apud Bethleem, ab ipso 10
Patriarcha, vna cum episcopis, cleroque ac populo circumstantibus, *Balduinus* in
Regem honorifice sacra vntione sublimatus & coronatus est. Et quod fratris suo
prædecessori non fecerant, quoniam tunc à quibusdam laudatum non fuerat, nec
ipse voluit, huic, ratione sapientius considerata, fieri concesserunt. Dicebante-
nim: *Quid obest si CHRISTVS Dominus noster, in Hierusalem, tamquam scelestus aliquid,*
*spinis coronatus à Iudeis perfidis fuit: quod cum ceteris opprobriis pluribus, ipse prius pro salute no-
stra, misericorditer pertulit? Corona illa quidem, quantum ad intellectum eorum, non fuit hono-
ris, nec regia potestatis, immo ignominia & dedecoris. Sed quod illi truces, ad opprobrium ei fecer-
runt, ad salutem nostram atque gloriam, DEI gratia, versus est. Rex etiam contra iussa DEI*
non perficitur: nam iure electus, benedictione autenica sanctificatur, & consecratur. Qui cum 20
suscipit regimen illud atque auream coronam, suscipit quoque iusticia obtinenda honestum omnes.
Cui tunc populus à DEO commissus est, ut eum iure sollicitet & ab hostibus conseruet, Sane po-
*test ei, sicut episcopo cui libet de episcopatu, obici: Bonum enim opus desiderat, qui regi-
men delitat. Quod si iure non regit, nec rex est. In modernitate autem regiminis sui*
Balduinus, adhuc pacatum urbium postessoratque gentis, per ipsum tempus hy-
male regnum suum ab hostibus suis vndique strenue protexit. Et quia compere-
rant eum esse bellatorem probissimum, quamvis gens eius rarissima esset, non ta-
men ausi sunt eum aggredi. Quod si militiam maiorem haberet, hostes suos
libenter adiret. Adhuc erat per terram via Peregrinis nostris vetita: Sed interduin
per mare, tam Franci quam Itali, seu Venetici, vel in vna naui siue duabus aut 30
tribus aut quatuor, inter piratas hostiles, & ante ciuitates eorum velificantes, ti-
midi valde vsque ad Ioppem, Domino ducente, perueniebant: Quos cum de parti-
bus nostris Occidentibus venire nosceremus (nullum alium habebamus adhuc
portum) extimp' o' cis ab viam coide iocundo procedebamus; & congaudenter,
ac si fratres, ad litus mari exipientes, vnuquisque nostrum de natione & paren-
tela sua diligenter inquirebamus. Illi verò intimabant, prout inde sapiebant:
cum de prosperitate auditæ latabamur; de incommoditate autem tristabamur.
Hii Hierosolimam ibant, & Sancta Sanctorum visitabant: dehinc alii in terram
Sanctam remanebant; alii verò in patriam suam, vsque in Franciam redibant.
Qua de re, terra sancta Hierosolimitana remanebat gente vacua; nec erat 40
qui eam à Sarracenis defendere posset, si tamen ipsi aggredi nos auderent. Sed
quare non audebant? Tot populi, tot regna, quare regniculum nostrum, & po-
pellum inuadere metuebant? Cur de Ægypto, de Perside, de Mesopotamia, de
Syria non coadunabant saltem centies centum millia pugnatorum, vt nos eorum
hostes, viriliter aggredierentur? &, vt solent locustæ innumeræ messem in agello,
nos omnino consumerent & destruerent, vt nec mentio de Christianis in terra,
abolim sua, vterius fieret? Non enim tunc habebamus plusquam trecentos mili-
tes, & tantum de peditibus, qui Hierusalem & Ioppem, atque Ramulam, castrumque
Cayphan custodiebant. Milites etiam nostros, vix adunare aliquando audebamus,
cum intidas aliquis hostibus moliti volebamus, timentes ne interim, munitio-
nibus relatis, damnum inde haberemus, verè liquet omnibus hoc miraculum
esse valde mirabile, quod inter tot millia millium tam validi eramus, vt iam domi-
nantes, eorum alios tributarios faciebamus, alios deprædando vel occidendo cō-
fundebamus. Sed vnde hæc probitas vndéue ista potentia? Verè ab illo proce-
debat, cui nomen, Omnipotens. Qui populi sui, pro nomine eius desudantis, non
immemor, in necessitate sua piè auxilium ei impendebat; qui etiam in nullo ali-
quo nisi in ipso confidebat. Quem ipse Deus, mercedula temporali aliquando
lætitiebat; in futuro autem æterna gloria remunerare promittebat. O tempora
recor.

recordatione dignissima! Sæpe quidem contristabamur, cùm de partibus nostris ^{A.D.} occiduis nec parentes nostri, nec amici nobis auxiliare veniebant, formidabamus ^{1101.} enim ne hostes nostri, scientes gentis nostræ paucitatem, quandoque cursu su-
bito super nos irruerent, vbi nullus, nisi Deus auxilium nobis ferret: quibus nulla
inopia esset, si tantummodo gens & equi non defuissent. Quamobrem in expe-
ditione ire nequibamus, nisi prope vel versus Ascalonem, vel Arsyb equitare-
mus. Et qui per pelagus Hierusalem veniebant, nequaquam equos secum addu-
cere poterant: per terram verò nullus nobis subueniebat. Nec Antiocheni no-
bis, nec nos eis succurrere poteramus. Eo tempore contigit in Marcio mense
 10 *Tancredum, Cayphan* oppidum suum regi *Baldino* relinquere; Tiberiadem quoq;
& Antiochiam cum suis per terram ambulare. Miserant enim Antiocheni lega-
tionem ad eum, dicentes: *Nemorieris, sed veni ad nos, & principare Antiochia ciuitati, &*
terre illi subdita donec de captiuitate Baumundus redeat qui est Dominus noster & tuus. Tu-
nimes propinquus eius, milesque probus, & nobis potentior: tu quidem terram melius quam
nos, obtinere valebis. Si quandoq; D E O volente, Baumundus redierit erit inde quodius mon-
strabis. Illuc igitur iuit, & regnum regendum, ut dictum est, suscepit. Apud portum
tunc *Lodacie*, per ipsum tempus brumale, stolus nauium rostratarum *Ianuensem*,
& *Italorum* hyemauerat: qui cum viderent vernum tempus ad nauigandum aptuum
& tranquillum, vento prospero usque loppen nauigauerunt: & cum portui ap-
 20 plicuissent, gaudenter à rege suscepti sunt. Et quia prope erat *Pascha*, non ibi mor-
atis sunt: Sed nauibus suis ad terram tractis, Hierusalem simul cum rege perre-
xerunt: vbi conturbati sunt omnes propter ignem solitum, quem die Sabbati
non habuimus ad Sepulchrum Domini: unde plura restant verba non temere re-
ferenda.

Consuetudo est autem, propter *Ignem caelestem*, qui ad Sepulchrum Domini-
cum uno quoque anno descensibilis celitus, nutu diuino, in *lampadibus*, in Vigilia
Paschæ, solet accendi: vt quicumque intra monasterium illud sanctissimum inesse
possint, die illo toto ipsius vigiliæ, supplicationi & orationi vacantes, lumen illud
 30 à D E O mittendum deuoti cuncti exspectent: & cum die illo basilica illa Sanctissi-
ma de tanta gente plenissima existeret, horam circiter tertiam iussum est à Patri-
archa officium diurnum à Canonis incipi. Tunc lectiones lectæ sunt alternatim,
prius Latinus Latinè; posterius verò Græcus, Græcè identidem quod Latinus le-
gerat in pulpito relegit. Officium quippe sic eis explentibus, ante horum paulis-
per nonam, cœpit unus de Græcis, à parte vna monasterii, pro more prisco, voce
altisona *Kyrieleison* exclamare: cui statim cuncti qui aderant, modo simili eundem
cantum responderunt. Ego autem *Fulcherius*, qui nunquam huiusmodi Symphoni-
am audieram, multiisque alii, tumultui huic laudifluo moderni, oculis sursum e-
rectis, cordibus compuneti de terra surreximus, & lumé aliuum * alicui in ecclesia *

40 iam accendi sperauimus. Sed cum sursum ac deorsum hac & illac humilissimo
corde intueremur, quia nondum venerat non id vidimus. Cùm autem vice trina
Græco prædicto, *Kyrieleison* inchoante, cæteri omnes idem exclamando respon-
dissent, siluerunt; & continuò canonici officium suum iam inceptum decantau-
erunt. Interim deuoti exspectabamus ignem sanctum, qui horam circiter nonam
aduenire ritu solebat. Nec multo post, sicut primitus, *Kyrieleison* decantatum fue-
rat, sic vice secunda repetitum fuit: nosque sono tanto concitati, illam precem
laudifluam præconi eam inchoanti voce celsa omnes respondimus. Et cum igne
optatum plerique tunc venisse speraremus, cum non venisset silentio requieui-
mus; clerici autem, Lectiones & tractus diurnos cecinerunt. Cùm verò hora no-
 50 na iam transisset vice trina voce sublimi, *Kyrieleison* repetitum est, tunc Patriarcha
noster sumptis clauiculis reseruit ostiosum Dominicæ Sepulchri; & introgressus,
cùm lumen quod desiderabamus non inueniret, mox ante ipsum sacrofæcum Se-
pulchrum supplex ad orandum, flendo se prostrauit: poscens Omnipotenti Do-
mini misericordiam, vt ignem olim consuetum, à populo suo supplicantem de-
sideratum, emittere dignaretur. Nos quoque cuncti, *Kyrieleison* altè concrepantes,
Domino supplicabamus, expectantes quod Patriarcha, dicto Sepulchro regre-
diens, lumen, vt sperabamus, inuentum, à Domino missum, nobis omnibus mani-
festaretur. Sed cùm illic diu preces suas plorando fudisset, & quod poscebat non
imperasset, tristissimus ad nos iude exiens, ignem non inuenisse monstrauit: quo

A.D. comperto perterriti & contristati valde sumus. Iam ego ipse cum quodam Patriarche hol. archæ capellano in locum, qui dicitur *Calavarie*, ascenderam, scrutans utrum illuc, ut interdum solebat, ignis ipse venisset, necne. Sed ne huc nec illuc tunc venit. Iterum autem *Kyrieleison* sedulò repetitum, alternantibus modis, deuotissimè ad Deum iubilare acutius solito cepimus. O quantus erat clamor ad Dominum: quanta suspiria! quantus luctus! plorando quippe *Kyrieleison* cuncti cantabamus quod cantando misericordiam Domini exorabamus: exorantes artem quod quereremus impetrare tunc nequimus. Iam ad uesperas cebat; iam dies inclinebat: & cùm speraremus quod propter peccata nostra hoc cōtingeret, quod in annis præteritis nunquam euenerat, meditatus est unusquisque in corde suo, emendare quod contra Deum deliquerat. Quapropter quidam discordes qui monasterio inerant, Patriarcha reconciliante, concordes facti sunt. Oportebat enim ut pax quâ sine, Deo nihil placet, nobiscum esset: ut & nobis pacatis, & pro amore eius emendatis, libentius supplicationi nostræ intenderet. Et cum adhuc post hæc preces nostras non exaudisset, cogitauimus intra nos, & plerique prudentiores dicere cœperunt: quod forsitan disponente Deo prouidentia nunquam amplius ignis, ut solitus erat, quondam veniet: quoniam necesse erat in annis præteritis cùm ibi Christiani, Græci videlicet, & Syri, paucissimi incolæ essent, ut ignis ille sicut consueuerat, unoquoque anno veniret: quia si in uno anno deficeret quin veniret, protinus à Paganis hoc explorantibus & inquitentibus, omnes decollarentur: nūc autem, quia hic omnino, opitulante Deo, securi sumus, si non veniet mori non timemus. Nos etiam, ac si successores ipsius ignis, si diceret fas est, hic sumus qui Christianos illos, quos hic inuenimus, & nosmetipso cum ipsis, Deo iuuante, à gente Pagana protegimus: quod nisi Deus eos visibiliter sic consolaretur, nullum ex eis hic viuum inuenissemus. Quæ ergo necessitas nos cogit, ut ignis veniat? Hæc verba, & iis æquipollentia, sapientiores scilicet clerici, minus sapientibus demonstrabant, ignorantes quid Deus facturus esset. Erat tamen aliquid quod solatum quod eos iam valde desolatos consolaretur. Accepto igitur consilio, iam imminentे nocte, præcepit omnibus Patriarcha ut de monasterio excuntes ad domos vel hospitia sua abirent: ut locus lacrofancetus tota nocte à cunctis vacuus remaneret: ne quid spurcitæ noxiæ forte in aliquo homine, vel in femina lateat, quod voluntati Dei vel eius habitationi, displiceat. Sic præceptum est, & sic factum est, Ecclesia nocte illa, vacua remansit, in qua nec Lampas nec candela lumine accenso splenduerunt. Manè autem, cum dies Sancti Paschæ claresceret, ad Ecclesiam Sancti Sepulchri vndiq; conuenerunt misericordiam Domini adhuc expectantes. Et cùm tunc ad Sepulchrū Domini Patriarcha ingressus fuisset, quærens an ignis adhuc inesset; cùm non inuenisset, regrediens doluit. Sed tunc ipse cum ceteris assistentibus motus statim sermone illo Euangelico quo Dominus dixit: *Petite, & accipietis; pulsate, & aperietur vobis:* adhuc cessare noluerunt quin iterum Dominum hoc insinuantem, & non mentientem, prece multifaria pulsarent: ut forsitan, quasi propter improbitatem clamoris eorum excitatus, aures suæ pietatis ad eos inclinaret. Fecerunt quidem tunc processionem clerici, & maior pars populi, rex & proceres sui, pedibus nudis ad Tempulum Dominicum: & ubi, scilicet in Templo, regi Salomonis Dominus Deus promisit se exauditum, cùm ipse Salomon ibidem Dominum deprecaretur, quod si populus ad sanctuarium illud peccati sui penitens, devotè oraret, ab eo exaudiretur: orationes leas funderunt ad Dominum, ut misericors misericorditer ignem illum emittere dignaretur, pro quo tot homines dolore tanto affligebantur, & desolabantur. Dum autem in Templo illo Dominicano gens nostra sic oraret, in monasterio sanctissimi Sepulchri similiter Græci ac Syri, qui ibi remanserant non minus idem Sepulchrum cum processione sua circumgirantes, orationi vacabant, qui prænimo dolore genas suas & capillos suos v'lulando decerpebant: cum ergo populus noster, oratione sua in Templo expleta, ad ecclesiam sanctissimi Sepulchri redisset, antequam ianuas introisset, nuntiatum est Patriarchæ, & ceteris Ignem desideratissimum iam in lampade una ante ipsum Sepulchrum cælitus, gratia Dñi accensum fuisse: quem proprius astantes, per fenestras quasdam rutilare iam viderant. quod cùm Patriarcha audisset, quanto citius potuit illuc latus properauit: & cum de claviculis quas in manu sua gestabat, ostium Sepulcri reserasset, confessim vidi Ignem in Lampade quem tam præoptauerat, splendere. Qua de re valde latus, primitus ante San-

etum Se.

Matth. 7.7.

3. Reg. 3.29.

Etum Sepulchrum gratias D E o reddens , se humiliter prostrauit: Postea verò A. D.
accenso illic cereo vno foras reuertens, diuinum lumen omnibus manifestauit, ^{1101.}
quod cùm videremus qui aderamus omnes, *Kyrieleison* cum lachrymis exclamantes, gaudio magno gauisì sumus : & quanto dolueramus, tanto magis tunc de miraculo exultauiimus. Per totam extimpo ciuitatem, laus iocunda, & clamor laudisflus proinde conuit: sonant signa, populus manibus plaudit , clerus latus concinit; carmina dulcisona, modulis alternantibus symphonie miscentur. Tenebamus vnuquisque in manu sua cereum vnum, iam ad hoc præparatum , ad id lumen sanctum suscipiendum. Videretis per spatiū vnius, plura millia ce-
10 reorum in ecclesia sancta ab ipso igne accendi, quod aliis alii libens ministrabat. *Ecce verè dies illa, quam fecit Dominus: exultauiimus & latus sumus in ea:* & amplius p. 117, 23.
quam adhuc dixerim, solemnitas solemnitatum die illa inter nos claruit. Quoniam cùm Missa Dominica decenter celebrata fuisset, & post Missam solemnizatam, *Baldinus rex*, qui eidem solemnitati assistens, pro more regio coronatus fuit, in templo Salomonis, prandium suum festiuè & decentissimè expleuisset: nuntiatum est ei, & cæteris aliis qui cùm eo eramus, Ignem sanctissimum iterato aduentu, in duabus lampadibus quæ in ecclesia Dominicæ Sepuichri pendebant, diuinitus accensum esse. quo audito laudes inde cunctipotenti Domino retulimus: & quibus libuit statim complures ad nouum miraculum videndum læ-
20 tantes cucurrimus. Denique rex, & alii cum eo nos subsecuti sunt; & cùm in ecclisia retroissemus, vidimus illico ignem , de quo fatum erat, diuinitus in lampadibus accendi : & cateruatim vnicuique lampadi accensæ, plebem astantem cum cæreis suis, vel accendendis, vel iam accensis, iubilantem D E o in voce exultationis. Tunc alius alii, corde iocundo hæc demonstrabat, dicens: *Ecce, iam lampas incipiunt illuminari.* alius nempe respondebat: *Ecce video alteram, in qua iam flamma rutilat: illuc quidem cereum meum illuminabo; tu autem tuum hic inflama.* alius quippe dicebat: *astemus huic lampadi, & expectemus paulisper quum in ea ignis insurget.* Nonne videtis, quia cætere lampades iam inflammatae sunt: & vide, quo modo in illa sumus enubilat; nunc au-
30 tem flamma exoritur. Taliter, inquam, latusficiuit Dominus populum suum. qui dies pro miraculo tam glorioso, & de more in morem permutato, celeberrimus, & memorialis à generatione in generationem permanebit.

Praetexta solennitate Paschali, profectus est Rex Ipper. Et fecit tunc con-
ventionem cum consulibus classis gentis Ianuensis, vnde iam mentionem fecimus: ut quanodiu ob amorem Domini morari vellent in sancta patria, si D E O concedente &
iuvante, de ciuitatibus Sarracenorum aliquam, cum ipso Rege comprehendere possent, tertiam par-
tem pecunia hostibus internis ablatam illi Ianuenses nauit, nulla eis iniuria facta, communiter
haberent. Rex autem primam & secundam: vicum insuper vnum, in eadem ciuitate, in heredi-
40 tatem sibi obtinerent perhenniter. Quod cum nexu fidei interpositæ ab vtraque parte
firmatum fuisset, indilatè oppidum illud, quod Arsus vocatur, tam per mare, quā
per terram, obsederunt. Sed cum inhabitatores Sarraceni sentirent, nullo modo
se à Christianis posse defendi, prolocutione apud Regem callide facta, in die ter-
tiæ muros regi reddiderunt; pecuniam autem suam exeunte secum detulerunt.
Et conventione sic facta Ascalonem, licet mestis, abierunt: quos etiam Rex con-
uiari fecit. Vnde & laudes nos lati Domino dedimus, quo suffragante, sine occi-
sione hominum nostrorum, munitionem tam nobis aduersariam comprehendendis-
ramus: Quod castrum valde odiosum in præterito anno dux Godefridus obsede-
rat, nec ceperat: Cuius etiam inhabitatores de nostris quā plurimis occisis,
50 nos tristissimos persæpe fecerant. Iam tamen Franci cominus accipiebant muri
propugnacula, cum fortuitu lignea turris, forinsecus muro adiecta, præ multi-
tudine in eam ascendentium, frustratim cecidit: vnde fermè centum Franci de
ea ruentes insanabiliter læsi sunt: Itaque aliquantos tunc Sarraceni retinuerunt,
quos in conspectu Francorum, in crucem pependerunt, & sagittis sagittauerunt;
& quosdam occiderunt, & quosdam viuos detinuerunt viliter. Cumque Rex, Ar-
sus, prout opus erat, de gente sua muniuisset, confestim Casaream, palestinam adiit,
& obsidione circundedit. Sed quia fortis erat muro, non potuit eam cito gens
nostra capere: lassit tunc Rex petrarias fieri, & machinam vnam ligneam altissi-
mam de malis & remigibus nauium fabrefactam. Hanc artifices nostri excellen-
MM

A.D. tiorem muro, ut reor, longitudine viginticubitorum: ut cum usque ad murum perfecta perduceretur, de ea hostes internos milites nostri lapidarent, sagittari et: & cum sic de Sarracenis murum vacuarent, ingressum liberum in urbem homines nostri haberent; & sic eam comprehendenderent: sed cum per quindecim dies obsidionem tenuissent, & cum petrariis, arces muri celsiores aliquantulum lessissent, nec dum turris nostra lignea esset compacta: moram eis fastidientibus, noluit diutius Francorum probitas tolerare quin absque turri praedicta, & ceteris supplementis die quodam Veneris, ciuitatem ausu mirifico, cum scutis & lanceis assidue erant. Sarraceni vero se defendebant pro ut fortius poterant, mutuo se cohortantes. Franci quidem, quorum Dominus Deus erat, creditis scalis non lente, quas ad id opus preparauerant, per eas muri summitatem probitate mira condescenderunt; & quos sibi obuios tunc inuenierunt, nihil aliud, sed gladiis eos praevenierunt. Quod cum Sarraceni gentem nostram sic offeratam super eos videi est, ubi diutius viuere sperauerunt, illuc præproperè fugerunt. Sed nec hic nec illuc delitescere potuerunt, quin morte promerita trucidarentur. Nam pauci de masculino sexu vita reseruati sunt; feminis autem pluribus pepercérunt, ut molas manuales voluitur semper sibi ancillarentur: quas cum cepissent, alii aliis eas tam turpes quam pulchras, inuicem vendebant. Mâsculos quoque, Admiratum tunc viribus ipsius, & episcopum, quem Archadium preminant, rex viuos habuit: quibus pro pecunia plusquam pro amicitia pepercit. Quanta pecunia sit ibi reperita, & quot utensilia multiformia, non est dicendi facultas: unde multi pauperes, facti sunt locupletes. Vidi de Sarracenis plures ibi peremptos aceruos de illis facto igni comburi, quorum cadaverum fœtor nos valde vexabat. Hoc enim fiebat Bisantiorum causa, quos ipsi improbi transglutiuerant, nolentes ut Franci eos haberent: quos quibusdam etiam in oribus suis iuxta ginguas abscondebant. Vnde aliquando contingebat cum quis unum Sarracenum super collum pugno feriebat, ut decem aut sedecim bisantios ab ore foras excuteret: fœminæ quoque impudenter intra se occultabant, quod & nefas erat sic recondendum, & turpe est sat ad recitandum. Annus millenus centenus erat, sed & unus, Cum Stratoni turrem, sic dictam, cepimus urbem. Anni mille DEI centum, sed & unus abibant. Cum nos Cœsi:

XXVI. ream per scalaras cepimus urbem: Et cum de Cœla, & de omnibus quæ in ea repertum, una cum lanuentibus, prout libuit, egissemus; Archiepiscopum communiter electum ibi præfecissemus, relictis ad custodiendum paucis, felinauimus omnes ad ciuitatem Ramulam, quæ est prope Liddam, ubi per vigintiquatuor dies bellum expectauimus ab Ascalonitis contra nos fieri; & de Babiloniis similiter, illic ob id congregatis. Sed quia gens eratnus rara, contra eos ire metuebamus: ne sperte cum ante Ascalonem eos impeteromus, intra uicienia & aggeres suos recursu continuo ad interimendum nos illi interciperent. Propterea venire contra nos volebant, quia hoc fieri putabant. Quorum calliditate comperta, tamdiu calliditatem eorum callidius callentes calluimus, usque dum, animis eorum paucitate marcessentibus venire aduersum nos penitus dimiserunt; & multi egestate pressi & moram fastiditi, ab exercitu suo discesserunt. Quo audito Ioppæ reuersi sumus: & laudes Deo dedimus, eo quod à congressu eorum sic liberū facti eramus. Cum autem postea auribus semper ad eos intentis, per septuaginta dies quieti sustinuissimus, intimatum est regi Balduino aduersarios nostros animositate iterata, permoueri: & iam parati nos appetere accelerabant. Hoc audito fecit gentem suam congregari, de Hierosolyma videlicet, & Tyberiade, Cœla quoque, & Caypha. Et quia nos necessitas anxiabat, pro eo quod milites non habebamus nisi paucos, Regemonente, quicumque potuit de armigerio suo militem fecit. Itaque siue omnes ducenti & sexaginta fuerunt; pedites vero nongenti. Qui autem contra nos, undecim millia militum; & unum & viginti millia peditum erant: hoc quippe sciebamus; sed quia nobiscum Deus habebamus, eos aggredi non timidauimus. Nec enim in armis nec in multa gente confidebamus, sed in Domino Deo nostro spem nostram posueramus. Magna audacitas: Sed non erat audacitas, immo fides & caritas. Quoniam pro amore illius mori parati eramus, qui pro nobis misericorditer mori dignatus est. Iuimus ad prælium, quo fecit Rex portari illud Dominicæ Crucis lignum, quod nobis præbuit salutare solarium. Die quodam de Ioppe exiuvimus; sequenti vero, contra eos pu-

eos pugnauimus. Et cum ad eos appropinquaremus, illi similiter ad nos nobis ^{A.D.} nescientibus: cumque speculatorum eorum de specula nostra prospexit, ^{110.} subsequentiam ceterorum, statim intelleximus. Et cum Rex cum quibusdam suis alterius progrederetur, prospectans videt tentoria eorum extensa in planis candescere: Quibus visis, mox equo calcaribus puncto, ad nos postremos recurrerit, & quod viderat cunctis manifestauit: unde exultare cepimus, cum bellum fore credidimus: quoniam hoc desiderabamus. Si enim ad nos non venirent, nos utique ad eos iremus. Melius enim nobis erat in planis vastis praeliari, ut cum superati essent, Domino suffragante, fuga longior eis fieret, unde maius ^{120.} paterentur in fuga detrimentum; quam si prope muros suos cum eis congrederemur. Tunc iussit Rex arma sumi, & armatis cunctis, acies nostras decenter ad bellandum ordinatae sunt. Sic in manus Domini tunc nos commendantes, aduersus eos equitauimus. Abbas quidam vir venerandus crucem praedictam Domini, palam cunctis gestabat. Tunc Rex milites suos huius verbis prece affatus est. *Eia milites CHRISTI, confortamini, & nolite timere: viriliter agite, & in hoc praelio fortis estote, & pro animabus vestris pugnate: & nomen CHRISTI Domini diligenter exalteate, cui degeneres isti semper exprobrant & conuiciantur. non credentes eius incarnationem, nec resurrectionem. Quod si hic interieritis, beatissimum eritis: iam iamque nobis aperta est ianua regni caelstis. Si autem victores viui remanseritis, inter Christianos omnes gloriose fulgebitis.* At ^{20.} furens volueritis, Francia longe est a nobis. His verbis itaque dictis, omnes ei assenserunt. Ad pugnam properant: cunctos tandem mora valde. Quem feriat, vel quem subruat iam cogitat omnis. Ecce gens detestanda nobis occurrans, dextera levaque vehementer in nos irruit. Gens quoque nostra, licet paucissima, per sex aries tamen diuisa, tanquam solent aucupes in multitudine avium, intra cohortes eorum ingentes, AD IVVA DVS, exclamando, se miserunt. Quorum multitudo in tantum nos statim obtexit, ut vix alias alium tunc cernere posset. Iamque repulerant, iamque cassauerant duas de aciebus nostris anterioribus; cum Rex Baldinus, tanto negotio festinanter a parte postrema subuenit: ubi enim expectauit & cognovit virtutem hostium validorem, accersito cursu cum scara sua impetu nefaudorum viriliter se obdidit; & coram potentioribus eorum hasta vibrata, in qua signum pendebat album, iustitiae percussit Arabum unum sibi obvium, in cuius corpore ad terram de sonipede precipitato, signum remansit idem: Lanceam autem inde extortam, ad lacerandum ceteros, prompte detulit. Hinc isti, hinc illi fortiter pugnabant. Videretis utique, horae spatia exiguo, multos utrimque; equos sessibus vacuos, terramque nimis occupatam tam de scutis, quam pugionibus, de Sarracenis quoque, & Aethiopibus, tam mortuis quam vulneratis. Adebat ibi Crux Dominicana, inimicis CHRISTI contraria, contra quam pompa eorum, gratia Dei, praeualere nequivuit. Sed ac si praesentia eius vere cundi effecti, non solum nos inuadere cessauerunt; sed & pauore celeritus percussi, omnes in fugam celerem, suam verterunt sententiam. Qui tunc habuit equum volucrem, fugiendo evasit mortem: Tot scuta rotunda, tot arcus & sagittas, enses & lanceas sive missilia, quae in campis proiecerant timidi, erat tandem colligere. Tot quoque corpora quae ibi iacebant examinata, si quis ea vellet dinumerare, deficit et quidem in computatione. Fertur tamen quinque millia ex eis tam de militibus quam pedibus ibi peremptos esse. Dux enim militiae Babiloniensis, qui eam ad praelandum adduxerat: cum ceteris trucidatus est. De nostris vero militibus, octuaginta perdidimus; De peditibus autem amplius. Probissime se die illo exhibuit rex Baldinus: optimus consolator, rigidusque; percussor exitit: Milites quoque sui, licet pauci, erant optimi. Certamen illud non fuit diuanceps. Illi enim tempestiuem fugerunt; hii vero prompte eos fugauerunt: Ob bellum, insonibus odiosum, & intuentibus perhorridum! Bellum, quia non bellum: nam per antiphrasim est dictum: Bellum cernebam, mente nutabam, ictus timebam. Omnes in ferrum ruebant; ac si mortem nunquam metuerent. Dira calamitas; ubi nulla est caritas. Fragor erat nimius, de utrorumque percussionibus. hic percutit; ille corruit: hic nescit misericordiam; nec iste querit eam: Hic perdit oculum; ille vero pugnum. Mens refugit humana, ubi talis cernitur miseria. Mirabile autem dictu: In capite vicitus; in cauda superati sumus: In cauda Christiani ruunt; in capite autem Sarraconos vincunt. hos fugauimus ad Ascalonem; illi

A.D. peremptis nostris, mox equitauerunt vsque loppen. Itaque nec nos, nec illi, rei exitum die illo sciuiimus. Sed cum, tam occidendo quam fugando, Rex & sui campos de eis evacuassent, præcepit Rex ut in eorundem tentoriis, quæ fugitiui reliquerant Saraceni, nocte illa quiesceremus. Iussit, & factum est. *Idus Septembribus cum legeremus, fecit hoc bellum dignum satis ad recitandum: Et fuit adiutrix diuina gratia Franci.* Factum est prælium istud septimo idus Septembribus: anno ab urbe Hierusalem capta tertio: Indictione vndecima. Sequenti autem die, cum in papilione suo Rex cum suis, Missam de nativitate almæ Mariæ Virginis audisset, operatis iumentis nostris de rebus hostium nostrorum, pane scilicet atque annona, farinaque, præceptum est, cornu monente regio, loppen regredi. Qui cum reverenteremur, & Azotum urbem Philistinorum desertam, iam transissemus, obuios nobis aspeximus quingentos ferè Arabes, cateruatim à loppe regredientes, qui die bellico illuc cucurrerant, & prædam illic inuentam arripuerant. Nam cum cædem Francorum fecissent magnam in parte postrema, ut superius dictum est: cum etiam erederent nos omnes similiter esse deuictos, sumptis occisorum Francorum scutis, & lanceis, atque galeis lucidis, vnde se pomposè ornauerunt, properantes statim vsque loppen, monstrauerunt arma nostra, dicentes regem Baldiunum & ceteros omnes in bello esse mortuos. Quod cum vidissent loppites mirati sunt valde; & timuerunt verum esse quod Saraceni affirmabant: putantes quod loppen forsitan eis redderent obstupefacti. Sed cum nihil amplius ibi profecissent, regredi Ascalonem ceperunt. Qui cum nos regredientes loppen perspexit, suspiciati sunt nos esse de gente sua, qui nobis omnibus in prælio peremptis, reliquos Christianos versus loppen appetere vellent. Vnde satis mirabamur eo quod tam nobis appropriabant, nos non cognoscentes, quo ad usque citâ invasione viderent nostros milites eos aggredi. Tunc videretis sparsim eos huc illucque fugere, ut nec alius alium expectaret, & qui sonipedem tunc non habuit agilem, caput gladio mox subegit. Et quia Franci valde fatigati fuerant, & tam ipsi quam eorum equi in prælio vulnerati, paucum eos turbauerunt. Illi sic abierunt; nos vero loppen atque peruenimus. Sed quarta prætatis, fuit exultatio, & Deo facta laudatio apud loppen, cum nos de muri specula remeare signis erectis cerneant, qui ibi remanserant: non est dictu minimum. Accurrerant enim duo nugigeruli, alias post alterum, qui loppitas sefellerant, dicentes regem Baldiunum cum suis omnino deuictum fuisse; & quod maius est, forsitan omnes interimi. Qua de re ultra quam credi potest contristati, hoc verum esse opinantes, iam miserant proinde ad Tancredem legationem, qui tunc Antiochiae principabatur, in cartula scriptam, quam nauta quidam, monente regis coniuge, carinam suam ascendens, celerrime Antiochiam portauit. Epistola quidem illa hæc verba ita continebat salutifera. *Tancrede vir precipue, milesq[ue] optime, accipe hanc scedulam, quam tibi regina & qui loppen inhabitant per me, festinum legatum, mittunt, & ut magis scripture huic sigillata credas forsitan quam mihi, perlege illam.* Quoniam pro dolor: Rex Hierosolimorum Baldiuinus, qui contra Babilonios & Ascalonitas pugnam commisit, in congressu illorum deuictus, & forsitan cum suis omnibus, quos ad bellum secum perduxerat, occisus est. Nam qui calamitatibus huius misericordiam euasit, loppen fugiens, hoc nobis depromisit. Quapropter ad te, non imprudentem virum, venio legatus, opem querens: ut, sumpto consilio, præproperè succurrere nitaris genti DEI valde anxia; & adhuc, ut reor, meta iam proxima vita in Palestina plebicala superstiti. Hoc autem dixit: & ille obaudiens, mox parum siluit. Sed cum verum esse crederet quod audierat, prægrandi tristitia & dolore, tam ipse quam alii qui aderant, lachrimari omnes ceperunt: Et responsione legato facta, iussus est fieri paratus ad succurrendum auxietati Christianorum. Et cum iam parati essent ad iter agendum, ecce subito breuigerulus alter, scedam alteram priori dissimilem porrexit. Nam quod incommodum erat scriptum in priori, hoc prosperum monstrabatur in posteriori. Lectum est enim ibi, Baldiunum regem loppen sanum remeasse; & Saracenos in bello penitus superasse. Tunc ergo qui de detimento doluerant, de bono successu lætati sunt. O mira DEI clementia! Non enim in multitudine gentis nostræ vicimus; sed diuina freti virtute, eos dispersimus. Et quia in eo sperabamus, non nos desiderio nostro minuit; sed magnificen- tiâ suâ, dono victoriae, pie ditauit. Itaque tunc ab hostibus nostris crepti,

Hiero-

Hierosolimam Rex & nos euntes, Domino exsoluimus laudes: Deinde per octo ^{A. D.}
menses immunes quieuiimus, usque dum anni orbita tempus reduxit aestuum. ^{1102.}

Anno autem sequente millesimo centesimo secundo, tunc Maio mense mediante, ^{xxvii.}
congregati sunt apud Ascalonem Babilonii, quos eorum Rex huc miserat ut nos
Christianos omnino destruere niterentur. Erant simul illi viginti milia equitum,
& decem milia peditum de Saracenis & Aethiopibus, exceptis clittariis, qui ca-
meles asinosq; onustos virtualibus minabant, gestantes in manibus suis vnumquisq;
ad pugnandum clavas & sua missilia. Hii quidem, die quodam, urbem Ramulam ad-
ierunt, & ante eam tentoria sua extenderunt, & messes iam maturatas circumcir-
ca deuastauerunt. Porro in arce vna ciuitatis munita, erant quindecim milites, quos
Rex ibi custodes posuerat, ante quam Syri quidam, turicolae, quasi sub Urbani,
verabantur. Hos quidem Christianos, Saraceni saepe nocentes & deturbantes,
destruere conabantur, & arcem illam munitam diruere: quia non poterant pro-
pter inhabitates per plana illa libere percurrere: Insuper eiusdem urbis Episcopum,
qui in monasterio S. Georgii morabatur, cum clientela sua comprehendere molie-
bantur: Quod monasterium, cum die quodam incursu maliuolo circuissent, loci
firmitate considerata, regressi sunt ad urbem praedictam. Cum q; fumos flamasq;
circa illam ciuitatem exurgere aspexisset de ignibus eorum accensis, timuit ne for-
te ab eis obsideretur: Et praeauens in futurum, misso statim legato, mandauit regi
²⁰ Baldino qui loppe inerat, vt ei festinanter succurret: quoniam ante Ramulam
Babilonii hospitari erant, de quibus cohors vna, circa monasterium suum incur-
sum iam fecerant. Hoc quidem Regi intimato, sumptis armis illico concendit in
equum, quem, monente buccina, militia eius citissime secuta est. Aderant tunc in
Ioppe milites quam plurimi, qui ventum praestantes oportunum, in Franciam
redituri, transfretare volebant. Hii quidem equis carebant: quoniam in anno pra-
terito, cum per Romaniam peregrine Hierosolimam pergebant, equos suos & omnia
quae habebant amiserant: unde mentio non incongrue, hic interserenda est. Nam
cum Francorum exercitus ingens Hierusalem, vt dictum est, tendebat, in quo erant
³⁰ principes *Guillelmus Pictauensis* comes & *Stephanus comes Blesensis*, qui ab Antiochia
exercitu relicto discesserat, sed nunc quod deliquerat restaurare satagebat: Cum
hiis aderat *Hugus magnus*, qui post Antiochiam captam, in Gallias repedauit: ade-
ratque cum hiis comes *Raymondus*, qui apud Constantinopolim moram fecerat,
nam de Hierusalem regrelius; nec non *Stephanus Burgundia* comes, multiique alii
nobiles adiecto sibi in numero populo de equitibus & peditibus, exercitu biper-
tito facto. Hiis in Romanis finibus, obstitit *Soliman*, Turcus, cui Nicream urbem
iam, vt audistis, abstulerant: & detrimenti sui non inveniuntur, cum multitudine
Turcorum magna, exercitum Francorum infelicititer dispersit, & penè totum ad
interitum subegit. Sed quia prouidente Domino, cateruatim per plures intede-
bant vias, nec contra omnes dimicare, nec omnes occidere potuit. Sed quia fati-
⁴⁰ gatos eos, siti & fame anxios, atque pugnæ sagittarios incautos esse cognouit, ma-
gis quam centum milia equitum & peditum gladio peremit: Porro de mulieri-
bus alias occidit, alias secum adduxit. Multi vero per deuia fugientes & monta-
na, siti & angustia extinti sunt: quorum equos & mulos, iumenta & omnimoda
ornamenta Turci habuerunt. Illic perdidit Comes Pictauensis quæcumque ha-
bebat, familiam suam atque pecuniam: vix etiam mortis periculum evadens, pe-
des tandem, & præmisera lugubris, Antiochiam peruenit: cuius anxietati Tan-
credus tunc compatiens, eum piè suscepit, & de bonis suis subleuauit: quem Do-
minus ita castigans castigauit, sed morti non tradidit. Hoc quippe nobis videbatur, tam ^{psal. 117. 10}
illi quam ceteris, propter peccata & superbiam sic accidisse. Qui autem euase-
⁵⁰ runt, usque Hierusalem venire non cessauerunt, excepto *Hugone magno*, quem
in Tharsos defunctum, sepelierunt. Qui cum in Antiochiam conuenissent, alii per
terram alii per mare Hierusalem perrexerunt: Sed quicumque equum habe-
re potuit, per terram libentius iuit. Et cum usque Tortosam ciuitatem peruenis-
sent, quam Saraceni contra nos tenebant, non tardauerunt, sed probitate
mira & per terram & per mare eam assilierunt. Quid morabor? urbem cepe-
runt, Saraconos occiderunt, pecuniam eorum habuerunt: Quo expletore
iumentis de stipendio sarcinatis, ire statutum est. Sed valde molestum, cun-
quis fuit, cum Raymondum Comitem ibi remanere viderunt, quem omnis secum

A.D. Hierusalem iturum sperabant. Sed quia noluit, ibi remansit, & urbem obtinuit: quod ad blasphemiam ei imputabant. Ultra deinde progressi, transierunt *Archas*, oppidum insigne, & urbem *Tripolim*, *Gibellamq*, donec venissent ad meatum angustum non longe à *Beruto* urbe. Illic eos *Balduinus* rex expectauerat per octodecim dies, custodiens interim locum ne forte à Sarracenis occuparetur; & Peregrini transitum vetarent. Ipse enim Rex, legationem inde precursoriam, ab illo exercitu habuerat. Cumque Regem illic eis obuium inuenissent, congratulati sunt valde; & osculo dato iocundo, postea *Ippen* profecti sunt: ubi iam applicuerant, qui per mare illuc venerant. Et cum prope Pascha esset, *Hierusalem* quod defiderabant perrexerunt: Qui postquam loca sacra visitassent, & in Templo Salomonis cum Rege Balduino affatim, Pascha celebrando, transiissent, *Ippen* omnes regressi sunt. Tunc, quia inops erat comes *Pictauensis* & desolatus omnimeodè, nauim ascendens, & Franciam remeans, à nobis discessit. Tunc *Stephanus Blesensis*, cum aliis pluribus similiter transfretare voluit; sed in pelago vento sibi obstante, nil aliud quam reuerti potuit. Hic erat tunc in loppe cum Rex equum suum ascendit, contra hostes iterum de quibus nuntium habuerat, ut superiorius dictum est, ante Ramulam hospitatis. Adhuc erant inibi *Gaufridus Vendonensis* comes, & *Stephanus quidam comes Burgundia & Hugo Liziniacensis*, Raymondi comitis frater. Hii, cum equos ab amicis suis sibi quæsissent & accepissent, mox in eos cōscendentem, Regem secuti sunt. Hoc autem immodestia fuit Regis magna, qui noluit gentem suam expectare, nec ordinatè, sicut oportet, ad bellum sapienter ire; nec vilius monita attendere noluit: sed sine peditibus, milites suos vix expectans, non cessauit donec hostium multitudinem ante se, propius quam vellet, videret. In probitate sua nimis confidebat, nec plures esse quam mille, vel septingentos sperabat. Ideoque sic properabat, ut antequam refugerent, obuius illis fieret. Sed cum exercitum aduersariorum intuitus esset, timore perterritus, animo fremuit; attamen consolationis valitudinem amplectens, respexit suos: quos piè alloquens, ait: *O milites CHRIS TI, & amici mei, nolite hoc bellum respire; sed armati DEI virtute, pro vobis metipis fortiter pugnate: nam siue viuimus siue morimur, Domini sumus. Quod si fugere quis velit, iam non est spes euadendi. Pugnando, vincetis; fugiendo, cedetis.* Tunc autem, quoniam opus erat probitatem monstrandi, iepente in Arabes impetu forti se impegerunt. Et quia non erant nisi tantum ducenti milites, à viginti milibus circumplexi sunt. Nulli autem sit ambiguum, quod Rex & sui bene non pugnarent: sed cum a pressura Gentilium tam grauiter cohiberentur, & maior pars nostrorum, minimè horæ spatio, perempta cecidisset, onus huiusmodi ferre diutius nequivierunt, quin residui in fugam verterentur. Sed licet tam male eis contigerit, prius in eos probissimè vlti sunt. Nam ex eis quamplures occiderunt, & de campo semelieatos, tentoriis suis priuauerunt. Sed quia Dominus non permisit aliter fieri, à superatis superati sunt. Euasit autem Rex eos, gratia DEI, & nobiliores militiae suæ aliquanti, qui cursu cito in urbem *Ramulam* se intromiserunt. Non enim longius fugere potuerunt. Rex autem, nolens ibi se includi, & mallens alibi mori, quam illuc viliter intercipi, accepto protinus consilio, committens se tam morti quam vita, foras exire visus est, quinque tamen collegis sibi adhibitis: quos diu tamen non habuit, quoniam ab aduersariis retenti sunt: cursu præpete montana fugiens petiit. Itaque eum Dominus de manu fortiorum eius, eripuit. Ille libenter *Aysutus* castrum suum tunc proficeretur, si posset; sed iniunctis obstantibus illuc ire non potuit. Hii autem qui in arce Ramulensi remanserunt, post modum extra hostium exire non valuerunt. Quoniam à gente impia vndiq; obseSSI, denique, proch dolor, ab eis sunt comprehensi: quorum quosdam viuos secum abduxerunt; quosdam verò gladiis peremerunt. Episcopus quidem, tunc ecclesia *Sancti Georgii* derelicta, opportunitate considerata, *Ippen* furtiuè aufugit. Heu, quam probos milites, & proles ingenuos, ea tempestate perdidimus, tam in bello prius quam in arce posterius! Occisus est *Stephanus Blesensis* Comes, vir prudens & nobilis: simulque *Stephanus Comes Burgundie*. Extorserunt se inde tunc tres milites, quorum unus vicecomes erat Ioppitarum, qui plagiis grauiter afficti, cursu fugitiuo Hierusalem nocte sequenti equitauerunt. Qui cum urbem essent ingressi, infortunium quod acciderat ciubus propalauarunt: de Rege autem, siue viueret siue mortuus esset, nihil veri se scire dixerunt: vnde luctus ortus est non minimus statim. Ipse autem Rex,

Rex, cum nocte sequenti pro timore hostium in montanis delitusset, die tertia ^{A.D.} ~~1102.~~ cum uno tantum milite armigero eius de montanis egressus per deuia planorum desertorumque esuriens & sitiens, *Arsuth* est regressus. Vna quidem res illi tunc saluti fuit, quod paulo ante illinc recesserant quingentimilites hostiles, qui aliquandiu murum oppidi tanquam exploratores circumierant: Quos Rex non euasisset, si ab eis tunc visus esset. Intrante autem *Arsuth* Rege, gaudenter à suis suscepimus est. Comedit & bibit, & tutatus obdormiuit: hoc enim desiderabat humanitas. Ipsa die, ecce *Hugo de Tiberiade* veniens ciuitate, vnum de optimatibus Regis, qui iam confusionem eius audita, solatiū aliquod genti residuā impendere desi-
derabat. Quo viso Rex, inde gauisus est valde: habebat enim secum octuaginta milites, de quibus valde Rex egebat. Nec tamen, ducens illos apud se, ausus est *Ioppen* per terram adire, propter hostes viatoribus insidiantes: sed puppim vnam ascendens, per mare illuc nauigauit. Et cum portui applicuissest, cum magno gau-
dio suscepimus est: quia, iuxta dictum illud, *mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuen-* ^{Luc.15,24.}
tus est. Nunc autem, quem iam mortuum deplorauerant; viuum & sanum vident. Sequenti verò die *Hugo prædictus*, *Arsuth* egressus, *Ioppen* cum suis properauit: Cui Rex processit in adiutorium, ne in via ab hostibus in pugnaretur. Cumque *Ioppen* peruenissent, consilio non prolongato, Regem mouit necessitas, ut man-
daret illos ad se venire qui Hierusalem iuerant, ut congregatis illis, bellum iterum
cum Sarracenis committeret. Dum autem meditaretur quem illuc legatum mit-
teret, vidi ibi quendam Syrum senem, hominem humilem, & habitu vilem, quem
precibus tantum supplicauit quod legationem, tam pro Dei timore, quam pro
Regis amore, portandam susciperet: Non enim audebat quispiam gradī per viam,
propter hostiles insidias. Is autem, sumpta ex Deo audacia, nocte subopaca, ne ab
impiis videretur, per inuia & aspera loca peruenit die tertio *Hierusalem*, fessus val-
de. Cumque rumorem tam desiderabilem ciuibus cunctis propalaret, & Regem
viuum esse declararet, omnes Domino exsoluerunt dignas laudes. Nec fuit qui-
dem mora longior: sed mox parati milites, ut reor, nonaginta, equos ascenderunt
suos: cæteri quoque inhabitantes, quicunque vel equum vel iumentum habere
potuit, cum equitibus equitauerunt. Sed quamvis voluntariè, tamen sic satis timi-
dè, hostium quidem obſtentiam proposse vitantes, à parte *Arsuth* oppidi, suum
iter egerunt. Et cum iuxta litus maris præpè graderentur, occurrerunt eis gens
nefanda Gētilium, qui sperauerunt eos illic omnino ad interitionem intercipere:
quorum aliquibus oportuit iumenta sua ibi relinquare, & in matis vndas ad natandum
se iactare: ut *dolor doloris medicina* fieret. Illo enim natatu, ab impiis eruti sunt;
iumenta autem perdiderunt. Milites verò equos habentes agiles, bene se defen-
dendo, *Ioppen* peruererunt. Rex autem, eorum aduentu exhilaratus, & admo-
dum vegetatus, haud longius negotium suum differri voluit; sed manè fequen-
ti, militibus suis cum gente pedestri ordinatis, contra inimicos suos bellaturus ex-
iuit. Illi verò non longè à *Ioppe* tunc erant, sed quasi miliaribus tribus, vbi machi-
nas suas parabant, ut indilatè *Ioppen* obſiderent, & petrariis murum diruerent.
Sed cum Christianos contra se ad bellum venire exspectaret, protinus armis sum-
ptis, eos audacter exceperunt. Et quia multitudo magna erat, gentem nostram
vndique girauerunt. Quibus sic inclusis, nil eis ulterius, nisi diuinum auxilium
prodesse potuit. Sed in omnipotentia Domini prorsus confidentes, vbi turbam
densiorem & fortiorē viderunt, impetu mutabili ferire non distulerunt. Qui
cum in vna parte fortiter pugnando eos penetrassent, illico alias eos recurrere ne-
cessere fuit: quoniam, vbi pedites nostros absque militum protectione videbant, il-
luc statim properantes, extimos occidebant; sed pedites tamen non ignavi, sagit-
tarum pluuiam inuadentibus se tantam iacebant, ut in visibus eorum, & peltis,
multas infigi videretis. Itaque cum à pedibus sagittariis vehementer effent re-
pulsi, & à lanceis militaribus nimis fauciati, & de tentoriis suis iam priuati, Domi-
no auxiliante, Francorum obtutibus dorsa fugientes verterunt. Sed non sunt diu
fatigati, quia fugantes erant pauci: Tentoria autem sua, Francis in campo relin-
querunt; stipendum quoque totum: equos verò suos ferè cunctos secum reduxerunt;
exceptis plagatis & in fuga siti extintis: De camelis eorum, & asinis multos
habuimus. Multi eorum, Domino gratias, cum fugerent, vellæsi vel siti exaspera-
ti, mortui sunt in via. Verè dignum & iustum, ut qui Ligno Dominicæ Crucis,
quam tunc Rex in prælio deferri fecit, muniti erant, super inimicos eiusdem Cru-

A.D. cis viatores existerent. Quod si in anteriori bello ipsa crux similiter deferretur, non est hæsitandum, quod Dominus populo suo non propiciaretur, si tantum Rex sapienter cum gente sua ad pugnam exiret. Sed sunt nonnulli qui plus in virtute sua quā in Domino confidentes; & in sensu nimisrum suo, abundantes, spreti etiam sapientum consilio, negotia sua facore imprudenter presumunt, & inconsulte: vnde spē contingit detrimentum maximum ei non solum euenire, sed & multis aliis, stulti operis eius innocentibus. Vnde tunc D E V M plus solent inculpare, quā in stulticiam suam recognoscere: Qui cum stulte quid inchoat, rei exitum pon considerat. *Equis paratus ad bellum; Dominus autem salutem tribuet.* Non semper iusti precatio exauditur a Domino, quantum minus impi? Cur exaudietur, cum apud D E V M hoc non sit promeritus? aut quare inculpatur D E V S, cum stulto desiderium suum non implet? Nonne nouit ipse quid agendum sit in omnibus? Quidquid igitur citra spem videoas geri, rebus quidem rectus ordo est, opinioni vero tuæ peruersa confusio. Sed non rerum merita, sed fortunæ spectat euentum stultus. Multotiens existimat homo etiam id esse sibi nocuum, quod indilatè, Domino prouidente, vertitur ad proficuum: & contingit eos cum alicui benè succedit, panlo post eidem euenire quod multum officit. Exploro bello, ut dictum est, in quo rex victor existit, collectis tentoriis *Ioppen* reversus est. Postea quieuit terra bello-

xix. rum in munis, tempore sequenti aut unpnali atque hyemali. *Anno millesimo centesimo tertio,*

A.D. *verno tempore,* cum sanctum Pascha ex more in Hierusalem celebratum, brasseinus, vibem *Achon*, Rex cum exercitu suo aggressus, obsedit. Sed quia muro & ante murali fortis erat valde, nec vi, nec ingenio potuit eam comprehendere: tunc præfertim cùm Sarraceni probissimè intus se defenderent: Cùm autem segetes eorum totas, & virgulta ortosq; deuastasset Rex, *Ioppen* rediit. De domini *Buaumundo* rumor desiderabilis tunc diuulgatus est, quia D E O propitiante, de Turcorum custodia liberatus est. Ille enim, quomodo de captione pro redemptione exierat, per legatum suum mandando Regi notum fecit. Et qui *Antiochia* prius principatus fuerat, à ciuibus suis gaudenter suscepimus, eam postea iubilauit & possedit. *Laodiciam* insuper ciuitatem, quam *Tancredus* vi comprehenderat, & hominibus *Imperatoris* Constantinopolitani abstulerat, suscepit insuper Buaumundus, pro quo Tancredo de terra sua competenter tribuit, & eum sibi gaudenter pacificauit. *Baldino* autem Rege contra Sarracenos, more solito, certante, contingit eum die quodam in paucos eorum irruere: Et dum de interitione eorum iam certus gauderet animo, en *Æthiops* unus, ponè Rupem delitens, callide insidiatus est ei, ut interimeret: qui missili fortiter vibrato, prope cor Regem à dorso profundè vulnerauit, quo istu pene usque ad mortem lassus est. Sed cùm postea se medicare sollicitè studuisse, post incisionem etiam cicatrix vexatæ, tandem

xxx. flospes effectus est. *Anno millesimo centesimo quarto incarnatione Dominicæ,*

A.D. transacta hyeme, cum in Hierusalem, verno tempore Paschæ sollennia celebrata fuissent, congregata gente profectus est Rex *Achon*, & obsedit eam. Illuc quoque

venerunt *Ianuenses* cum classe septuaginta nauium rostratarum. Et cum ciuitatem machinis & persuasionibus crebris, per viginti dies vndique cohibuissent, Sarraceni valde perterriti, vellent nollent, Regi eam reddiderunt. Erat autem nōbis valde necessaria, quoniam inest ei portus adeo utrilibet, vt intra mœnia secura naues quamplurimas sane concipere valeat. *Iam nouies orto gemino sub sudere Phæbo, Vrbs Achon* capit, *Ptolomaïda* quæ vocatur. *Anno millesimo centeno necne quaterno.* *Xen est urbs Acharon* quam quislibet effimat *Achon*: *Illa Philistea, Ptolomaïda dicitur ista.* Quia urbe sic capta de barracenis plures occiderunt, quodam viuere permiserunt. Æstiuo deinde tempore euoluto, necessitate *Buaumundus* nimia constrictus, raro nauigio transfretauit in Apuliam. Qui Antiochiam terram suam, *Tancredo* commisit, duicens secum *Daibertum*, qui Patriarcha Hierosolimorum fuerat. Vir prudens & consilio pollens iuit *Buaumundus*, vt de transmontanis partibus gentem secum reducere: iuit Daibertus ut causam suam & iniuriam sibi à rege factam Romano Papæ

xxxI. innotesceret: luit, & impetravit; sed non rediit, quia in via obiit. *Anno millesimo centesimo quinto,*

A.D. mortuus est *Raymondus* comes & emeritus miles, in oppido suo, ante urbem Tripolim, secundo Kalend. Martii, cui successit *Guillelmus Jordane* nepos eius. Ea tempestate Sarracenorum & Turcorum protervia solita non defuit, cum deinde mense Aprilis, Rex *Kalipti*, *Radeam* nomine, de regione sibi confisi exercitum adunauerit non minimum, & contra *Tancredum*, *Antiochiz* tunc

tunc primatem, cornu suum ad præliandum nimis acutum, extulerit. *Tancredus* ^{A.D.}
autem non in gente multa, sed in Domino spei suæ figens anchoram, aciebus suis ^{1105.}
bene compositis, contra hostes illos incunctanter equitauit; & ne longius moreret,
audacter in eos irruit: & Domino suffragante, illi protinus pauore concussi, dor-
sum fugæ dederunt: fugerunt, & fugati sunt: Qui fugere non potuit, nec morte e-
vasit. De interemptis, non fuit numerus. De equis eorum plures habuit *Tancre-*
dus: vexillum quoque Regis fugitiui retinuit. Cornu suo sic quassato, mutilatus
abiit. Glorificatus est igitur *D E v s*, qui suis sic subuenit fidelibus. De Antioche-
nis hoc tantillum diximus: nunc autem de Hierosolimis non taceamus. Re- ^{XXXII}

ferendum est enim quomodo *Rex Babilonis*, ipso anno, gentem coadunauerit mul-
tam, quam Ascaloniam misit per militia suæ ducem, ad præliandum contra Chri-
stianismum, arbitrans ut moliens nos omnes penitus de Terra sancta extermina-
ret. Didicerant enim nos esse paucissimos, & sine Peregrinorum succursu solito-
rum. Conglobati sunt ergo apud *Aschalonem*, tam Arabes equites, quam Æthio-
pes pedites: cum quibus fuerunt Turci Damasceni fere mille, qui sagittarii erant
probissimi. Quod cum Regi esset intimatum, congregata illico gente sua, bellum
apud *Loppen* expectauit. Et quia necessitas hoc monebat, non remanebat in ciu-
titibus nostris qui arma ferre posset, quin ad bellum pergeret: nisi tandem qui mu-
ros nocte custodirent. Timor & tremor tunc super nos venerunt, metuentes aut
de ciuitatibus nostris aliquem caperent, gente vacuatam; aut regem cum populo
suo, in bello perimerent. Augustus erat mensis: Callebant quidem ab utraque
parte, præliari differentes: quia nec nos illos, nec illi nos impetrabant. Termino
autem, ut opinor, diuinitus disposito promouit se gens nepharia ab Ascalone, &
ceperunt partibus nostris approximare. Quo comperto egressus est *Rex loppen*,
& equitauit usque *Ramulam* ciuitatem. Et quia bonum erat nostros omnime domino
Domino adhærete, & in eo certam spem ponere, inspirato ab ipso Domino consi-
lio, misit Rex Hierusalem nuntium suum festinum ad Patriarcham & clerum at-
que plebiculam, ut obnoxie omnipotentis *D E I* misericordiam exorarent, ut Chri-
stianis suis in angustia magna positis, opem dare de excelsis dignaretur: Noluit le-
gatus ille quicquam mercedis accipererogatus, quia timebat ab aduersariis in via
perire: Sed melius meditans, elegit quandoq; à Domino sibi in mercedem laboris
sui recompensari: commendansq; corpus & animam in manus Domini, Hierusa-
lem properè equitauit. Quo ciuitatem ingresso, quod opus quarebat, statim pro-
trulit. Quo manifestato iuslit *Patriarcha* maiorem campanam sonari, & gentem ante
se totam adunari. *O fratres*, inquit, *amici & serui D E I*, ecce vere bellum quod audieratis
futurum: nam referente hoc nuntio, certissime nobis est paratum: Et quia sine *D E I* auxilio, nul-
latus genti tanta obfissere poterimus, clementiam igitur ipsius omnes implorate, ut regi nostro
Baldinno, & suis omnibus, clemens & propitius in hoc prælio imminentem, dignetur uesse. ^{i. Cor. 16, 13, 14.}
Distulit quidem bellum hodie fieri, sicut per hunc breuigerum notis mandauit, ut cras scilicet die
40 Dominica, quæ surrexit *CHRISTVS* à mortuis, securus prædictus: cum etiam orationibus &
eleemosynis apud *D E V M* roboratus erit, in quibus satis confidit. Quapropter, iuxta dictum *A-*
postoli, hac nocte vigilate, & infide state, & vestra fiant in charitate. Crasq; ibitis per loca in
hac urbe sancta, afflentes & humiliantes vos, pedibus nudatis: & Dominum *D E V M* suppli-
citer exorantes, ut de manibus inimicorum suorum nos liberet. Ego quidem ibo ad prælium illud,
iam iam à vobis discedens: rogog; ut si quis ex vobis hic residuis arma ferre valet, mecum illuc ve-
niat: Rex enim hominibus eget. Sed quid plus motor? concenderunt in equos, fue-
runtque simul centum quinquaginta, tam equites quam pedites: & sic nocte im-
minente, celeriter peri exerunt, & diluculo *Ramulam* ciuitatem peruererunt. Hii autem qui in Hierusalem remanserunt, orationibus & eleemosynis afflictionibus-
50 que studiosissime vacauerunt; usque horam meridianam ecclesias visere non ces-
sauerunt; cantando plorabant, plorando cantabant, hoc in processione faciebant.
Ego quidem cum ipsis, nudipedes orabam. Maiores etiam natu, usque horam no-
nam die illo non comedenterunt; nec infantes matrum vbera suxerunt, donec fame
vexati plorauerunt. Eleemosynæ quidem egenis vbertim imparitæ sunt: hæc enim
sunt opera quibus *D E v s* placatur, quibus ad salutem excitatur; quibusque con-
uersus non reliquit post se benedictionem. Cumque *Ramulam*, ut dictum est,
Patriarcha peruenisset, & aurora postera stellas cepisset depellere micantes, gauisi
sunt in aduentu suo; & excitati omnes cucurrerunt ad presbyteros, ut peccata sua
D E o & eis confiterentur; ad Patriaracham similiter, volentes verbum aliquid au-

A.D. direbat eo, & à peccatis suis absoluui. Hoc facto, veste pontificali Patriarcha tunica
ros. indutus, Crucem Dominicam, quæ in talibus negotiis deferri solebat, in manibus
sumpsit: & ordinatis, vt decuit, cateruis de militibus & peditibus, contra exerci-
tum hostilem progressi sunt. Erant milites nostri, vt fertur, quingenti, aliis exce-
ptis qui equitabant, qui nomine militari non fungebantur: pedites verò nostri,
non plus quam duo milia estimabantur. Gens autem aduersaria, quindecim mi-
lia tam de equitibus quam peditibus computabantur: qui nocte illa, non longius
quam quatuor miliariis ab urbe Rmaulam, hospitati fuerant. Cumq[ue] Regem
perspexit cōtra se equitare cum suis, confessim more suo ad præliandum se pa-
rauerunt. Attamen versutia eorum aliquantulum tunc cassata est, cum partem v-
nam, sed minorem, degente sua ante *Ramulam* mitti disponuerant, vt exercitum
nostrum aliquatenus fallerent; maiorem veò partem, *Ioppen*, vt eam assilirent, &
nobis nescientibus caperet. Sed cum Regem aduersus eos sic cunctem spectarent,
simul reglobati sunt, molimine suo confuso. Nec mora longior, alii alias impe-
tierunt. Tunc clipeis resonant, & ferri stridit acumen. factōque utrumque impetu, excla-
marerunt omnes nostri, contra Paganos: *CHRISTVS viuit, CHRISTVS regnat,*
CHRISTVS imperat: sicut iussum eis fuerat. Illi autem nos circumuallantes, con-
quassare & contundere penitus putauerunt. Turci enim nouissimam cateruam
nostram retrogirantes; & sagittarum pluvia plagantes, iam areuum officia dimi-
serant, iam vaginis enses extraxerant, quibus nostros cominus feriebant: cum
Rex hoc comperto audacitate minuitur, vexillum suum album, de manu cuius-
dam militis sui arripuit, & cum paucis suis celeriter illie currens, illis oppressis
succurrere sategit. Qui cum statim, Deo iuuante, impetendo Turcos & occidē-
do dispersisset, ad maiorem multitudinem Sarracenorum & Aethiopum reuersus
est. Sed nec in imperibus nec in percussionibus utrorumque amplius immora-
bor: quia volo artare paginam limite parciore. Deus enim omnipotens, seruo-
rum suorum nusquam immemor, noluit Christianos suos à perfidis illis destrui:
quia pro eius amore & nomine ampliando, de longinquis partibus Hierusalem vi-
litatum venerant: dederunt illi fugam repentinam, ne cessauerunt fugere usque
Aschalonem. O si capi posset *Semelmuc* dux ipsius militiæ, multa numismata in
redemptionem sui, Regi Balduino solueret. Sed non effugit *Gemelmuc* Admiratus
Aschaloniz, vir locuples & prudentissimus: quo occiso desolatio illis omnibus
non minima fuit. Alterum Admiratum olim Aconitam, viuum retinuerunt:
quem Rex fecit redimi viginti milibus numismatum, præter equos resq[ue]; alias.
Aethiopes verò quoniam fugere nequulerunt, in campis trucidati sunt. Quatuor
milia tam de equitibus quam peditibus interfecti fuisse referuntur: de nostris
verò sexaginta. Tentoria nobis remanserunt: lumenta, & asinos, camelos, & dro-
medas multos ibi perdiderunt. Tunc Deus ab omnibus nobis laudatus & glorifi-
catus est, in quo virtutem fecimus, qui et iam ad nihil reduxit inimicos nostros.
O mira Divini iudicij ordinatio! Ecce qui dicebant: *Eamus & Christianos omnes illi* 40
occidamus, & possidebimus Sanctuarium DEI. Sed non sic impi, non sic: quia vos posuit ut re-
tam, & sicut stipulam, antefaciem venti: in ira sua vos conturbavit. Ipsi etiam in iuge sua iu-
rauerant, nunquam propter Francos fugere: sed tandem effugium fuit tunc sa-
lus eorum.. Regressus est autem Rex *Ioppen*, cum gaudio: ubi prædam in bello ca-
ptam militibus & peditibus suis sub ratiocinio distribuit. Adhuc erat in mari ante
Ioppen classis Sarracenorum, qui iam aliquandiu illic expectauerant, scire cupi-
entes quomodo & quando tam per mare quam per terram nos omnes atque ur-
bes maritimæ omnino destrueret: sed cum Rex per nautas suos, caput *Gemelmuc*
Admirati in bello decollati, in vnam de nauibus eorum iactari fecisset, conturbati
valde hoc viso, & exterriti, diutius ibi stare noluerunt: sed gentis suæ confusionē
comperita, paululum tunc Austro flante, in portus Tyri & Sydonis secesserunt.
Quæ classis cùm deinde Babiloniam reueteretur, spiritu procellarum, Dei gra-
tia nobis satisfacente partibus nostris, sparsim naufragio miserabili aduectæ
sunt: De quibus, viginti quinque naues, Sarracenis plenas habuimus; reliquæ verò
velificantes, vix euaserunt. Adiutor ergo pius in tribulationibus, manifestauit sic
nobis Dominus potentiam suam. Ergo diem belli volo vobis certificari. *Iam de-*
cies orto Phœbo sub Virginis astro. Cum solida terras spectaret imagine Luna, *Sexta Kalenda*
rum Septembrii cum legeretur, Annuit Omnipotens Francos gaudere triumpho. Tum fugient
Arabes, Turci simul Aethiopesq[ue]: Pars montana petit, remanet pars mortua campo. Quoniam
quidem

Psal. 32. 11.
Psal. 1. 4-82.
22. 25.

quidem ne vel scriptorum negligentia vel imperitia, vel quod rari forsitan erant, A.D.
1105.
 vel suis impediti curis insudabant, hæc gesta obliuioni non scripta darentur, ma-
 lui ego *Fulcherius*, scientia rudis, ingenio debilis, temeritatis nævo notari, quām
 hæc Dei opera non propalari: secundum quod oculis meis vidi, vel à relatoribus
 veridicis perscrutans, diligenter didici: Et quoniā à me solo, hæc omnia visu & in-
 tuitu non possent comprehendendi: stilo inusitato, sed tamen veraci congesta, suc-
 cessoribus pio affectu reliqui. Precor autem legentem ut inscientiæ mēx chari-
 tatiuē indulgeat; & dictamen nondum à quolibet oratore correctum, locatum si
 velit corrigat: Verumptamen historiæ seriem, propter pulchritudinem partium
 pompticam, non commutet: ne gestorum rei veritatem mendaciter confundi-
 dar. His autem gestis quæ narravi superius, anno ipso declinante, sensimus o-
 mnes *terramotum* magnum, qui Hierusalem ineramus, quod in vigilia Dominicæ
 nativitatis vaide nos terruit. Anno deinde millesimo centesimo sexto, vidimus xxxix.

nihilominus *Cometam* in æthere apparentem: nos illum tulpientes perculsit, A.D.
1106.
 qui in ea parte q. a Sol hæmatem tempore occumbere solet, splendoris alburni ra-
 dum, ad instar telæ lineæ, in longum mirificè produxit. Hoc signum in mense
 Februario rutilare incipiens, die quo Lunam pronunciabamus primam, futuro-
 rum præsigium nunciabat. Sed quia nihil inde augurari præsumpsimus, quod
 designabat totum Domino commisimus. Quinquaginta diebus, eo amplius, ve-
 spere quotidiano, cometa illo, per totum inundum visus est: Notandum autem
 quia à principio ortus sui tam ipse cometa, quam eius splendor niueus de die in-
 diem, paulatim attenuatus est, adeo ut in diebus ultimis virtus sui luminis iam per-
 dens, paēre omnino cessaret. Indilatè autem, mense in eodem, die videlicet quo
 Lunam computauimus vicesimam, vidimus in celo ab hora tertia, usque meridia-
 nam, ad dexteram & lœvam Solis partem, quasi duos alias Soles: nec tamen tan-
 dum sicut maior fulgentes, sed forma & lumine rariore mediocriter rutilantes. In
 quorum giro circulus insuper unus apparuit candidus, extans amplitudine tam-
 quam quævis ciuitas: intra quem alter circulus clarebat dimidiatus, qui erat Iri simi-
 lis, quadruplici colore distinctus, & in parte Solis superiore, amplexione arcuata;
 & usque ad duos Soles iam dictos attingens. Deinde sequenti mense, hora noctis me-
 die, stellæ cœli usque sunt pluere. Postea *Hugo*, qui Tyberiadem urbem tunc posside-
 bat, æstiuo tempore aduersum militiam Damascenorum hostilem bellavit. Qui
 cum bis in ipso prælio iam ab eis repulsatus esset, tertio belli recursu, Dominus si-
 fragante, victor viatos eos superauit. Ducentos quidem ex eis occidit, totidemq;
 de equis eorum retinuit; reliqui vero terga fugæ dederunt. Mirum dictu: sexies vi-
 ginti, quadragies centum disperserunt. Sed deinceps mora non fuit: expeditione
 facta in terra eadem cum Rege Balduno, idu sagitta *Huguo* interiit. Anno
millesimo centesimo septimo, transfretauit Hierosolimorum Patriarcha Ebremarus no-

A.D.
1107.

magine, Roman petens. Quæsitus enim erat ab Apostolico utrum Patriarchare
 maneret. Nam *Daibertus* tam superius dictus, Patriarchatum recuperauerat; sed in
 reditu postmodum obierat. Mensé dēmum Novembri, eodem anno cum in seui-
 tiam solitam *Aischalonitæ* effruerent, ad radicem mortuorum nostrorum, inter Ra-
 mulam & Hierusalem, posuerunt insidias: ut unam gentis nostræ cateturam, quam
 de Ioppe Hierusalem tunc ituram didicerant, occursu repentina perimerent. Sed
 hoc *Ioppitis* intimato, mox impigri concenderunt in equos. Et cum ad locum
 insidialium, ductore nuntio rei, peruenierunt, adhuc an verum dixisset dubitantes;
 visis illis exterriti valde timuerunt: Erant enim milites quingenti, & pedites
 prope nodum mille; Nostri vero, milites non plus quam septuaginta quinque:
 Quibus etiam cum non licet cogitare quid facerent, & non erat saluatio eis si pu-
 giam committerent, gratius elegerunt honorifice si contingenteret mori; quām fu-
 ge infimā posthæc notari. Impetu igitur tunc momentaneo, quasi nihil præter
 Deum metuentes, mirum in modum penetrauerunt aciem hostilem, prosternen-
 do eos, & occidendo; & per eos transundo, & per eos reuertendo. Quo in certa-
 mine cum acrius Sarraceni se proteri cernerent, audacitatem suam, Deo vol-
 ente, omnino perdentes, bellare cessauerunt. Quod cum competissent mil-
 ites nostri, potentius eos peruerserunt: & quos fugere putauerunt, illi eos fugere
 compulerunt: de quibus plures occiderunt; & de equis eorum plurimos retinuerunt:
 De militibus vero nostris, non plus quam tres ibi perdidimus. Sed clientela

A.D. eorum de iumentis nostris aliquot abduxerunt; de suis nostri, talionem sibi dupli-
1107. cauerunt. Anno autem eodem; postquam *Buaumundus* de Galliis regresus
est, congregata gente quantamcunque potuit, in portu *Brondifano*, quod est in Apulia,
classem suam parauit. Qui cum tempus ad transfretandum expectasset o-
portunum, septimo Idus Octobris naues ingressi, *Bulgariam* nauigauerunt, & *Au-
lonis* portui applicuerunt. Et Aualone vrbe illa citissimè accepta, *Duratium* ciuita-
tem obsederunt, tertio Idus Nouembbris. Sed quia ciuitas illa tam hominibus, quā
stipendiis satis erat munita, obcessores diu fatigauit. habebat quidem *Buaumundus*
quinque milia militum, & sexaginta milia peditū: feminam autem nullam tunc te-
cum transfretare permisit, ne exercitantibus impedimento, & oneri essent. Erat 10
quidem *Imperator* Constantinopolitanus genti nostræ tunc valde contrarius; &
Hierosolimam peregrinantibus, vel fraude clandestina, vel violentia manifesta,
tam per terram quam per mare, perturbator & tyrannus: qua propter *Buaumundus*
collecto, ut dictum est, exercitu, terram illius intravit, ciuitates & oppida com-

xxxv. prehendere nitens. *Anno millesimo centesimo octauo*, cùm iam per vnum an-
A.D. num ante Duratium sedisset *Buaumundus*, nihil perficiens; sed tamen interim con-
1108. tra Imperatorem, *Imperator* quoque contra eum, insidias & detrimenta omnimodè
moliretur: tandem per internuntios pace prolocuta, cùm etiam Imperator ad eū,
cum exercitu suo approximasset, amici adiuicem, conuentionibus additis, facti
sunt. Iurauit enim *Buaumundo* super reliquias preciosissimas, Peregrinos, de qui-
bus iam s̄epe fatum est, in terra & in mari, quanto latius imperium eius extendeba-
tur, ab illo die & deinceps se saluaturum, & honoraturum: ne quis eorum vel diri-
peretur, vel male tractaretur: Ille quoque contra iurauit Imperatori pacem, & fi-
delitatem omnimodè tenendam: qui postmodum, occasione accepta, remeauit
Apulum, partem exercitus sui minorem secum dicens: pars enim maior: *Hierusalem*,
ut voverant, per mare profecti sunt. Anno ipso obiit *Philippus* Rex Franciæ.

xxxvi. *Anno autem ab incarnatione Dominica millesimo centesimo nono*, & ab Hierusalem
A.D. capta vndeциmo, venit *Bertrannus* Raymondi comitis filius, de Provincia quæ dici-
1109. tur *Sancti Egidii*, adhibitis sibi *Ianuensibus* cum classe sua, scilicet nauibus rostratis
septuaginta exceptis aliis ferè viginti; & applicuerunt vrbi, quæ *Tripolis* dicitur, 30
quam ipse Bertrannus adiebat, volens eam expugnare, & sub patris sui iure ha-
reditario propriam possidere. Quam cùm obsidione cinxissent, orta lite confe-
stim inter *Bertrannum* & *Guillermum Jordani* cognatum suum, qui eam semper im-
pugnauerat ab usq; Raymond comitis excessu, & versabatur in oppido Tripoli
proximo, quod *Mons Peregrinus* nuncupatur, parum in primis profuerunt. Et id-
circo lis orta est illa, quia ille à domino patris sui, qui terram ipsam primitus adquisi-
erat, eam obtainere debebat, ut affirmabat: hic autem, quia strenue armis eam pro-
texerat & amplificauerat, iustius possidere obiiciebat. Et quia, sub discordiarite, ma-
gna de statu suo labuntur; & contra minima, in concordia exuberant: tum *Guillermus* ali-
quantulum de negotio illo, malivolentiæ causa, se retrahebat; Bertrannus autem 40
cum suis, urbem viriliter cohibebat: Hic nollet illum aliquid posse proficere; ille
quoque nollet hunc etiam viuere: Certant pro incertis, & sunt incerti de certis:
Contendunt pro momentaneis, & non laborant pro æternis: Currunt, & nō com-
prehendunt forsan: Remanebit igitur ibi brauium in biuio. Non est ergo volentis, nec
currentis; sed est *DEI misericordia*. Nec dum ceperant urbem, & iam de captura liti-
gabant. Ad nutum autem *DEI* momenta transuolant, & cogitationes hominum
vanæ subuertuntur. Et non fuit mora: postquam Rex Hierosolimorum *Baldwinus*
ad obsidionem illam venit, causa deprecandi Ianuenses ut cum iuarent, eo anno
ad capiendum Ascalonem atque Berutum, nec non Sydonem; & ordiebatur
concordiam fieri deduobus Comitibus memoratis: nescio quo infortunio dum so-
noctu equitabat, ita sagittæ paruæ clandestino, interiit *Guillermus* ille *Jordanus*.
Mirantur inde omnes, ignorant qui hoc fecisset; sciscitantur, scire nequeunt.
Hui dolent, illi gaudent: Alii lugent amicum; alii lætantur propter obrutum ini-
micum. Nunquam etiam se diligerent, qui ambo terræ illi principari cupiebant.
De mortuo nihil plus. Remansit *Bertrannus*, regis Baldwini homo fidelis effectus.
Tunc coercuerunt vndique urbem: laborant externi, vexantur interni. Cumq;ue
Saraceni valde coangustarentur, & nulla iam spes eis esset euadendi, sub fidei
conuentione iurata & à Rege confirmata: Ne occiderentur, sed quo vellent sine
corporum læsione abirent: post iusurandum inde factum, permisérunt maiores
nostros

Nostros vltro in vnam vrbis partem ingredi. Quo dum ita fit, nescio quo euentu A.D.
1109.
 ortus est repentinus illico tumultus inter minores Ianuensium: & per scalas &
 cordas murum tunc conscenderunt, & vrbem introierunt. Et qui Sarracenus
 tunc ibi est inuenitus, nihil peius habuit cum caput perdidit. Et quamvis princi-
 pis clavis hoc gestum fuisset, capita ibi sic perdita non sunt posthac restituta.
 Qui autem in circo Regis sunt, iuxta passionem liberati sunt. Ter decies cancro de-
 derat iam lumina Phœbus, Si tria de numero tamen excutiendo recidas. Vrbem cum Tri-
 polim capiant gens bellica per vim. Anno ab incarnatione Domini millefimo centesimo xxxvi.
A.D.
1110.

10 tectus est *Baldinus Rex Beritum ciuitatem, obseffurus eam.* Venit autem ei in auxilium *Bertrannus Tripolitanus comes: & consedit exercitus eorum ad pri-*
mum ab vrbe lapidem. Cumque per septuaginta quinque, ut opinor, dies
ciuitatem vndique coartassent, & naues quæ ad subsidium eorum illuc conflu-
xerant, naues nostræ in portu conclusissent, turribus lignicis tum muro admo-
*tis, de illis ausu magno Franci nostri, nudatis ensibus, super murum profili-
 runc. Descendentes itaque in ciuitatem, & per portas etiam multi ingressi,*
hostes fugientes vehementer impugnantes, denique peremptos superauerunt,
eorumque pecuniam totam diripiuerunt. Anno milleno centeno bis quoque quino,

20 *Vrbem Beritum vires capit armipotentum. Bis decies ortus sub Tauri sydere Phœbus: Ter-*
que quaserni fuit, cum factum contigit istud. Cumque gelata fuissent hæc, rediit Rex
Hierusalem, Deo laudes acturus per quem honorificè, ut dictum est, triumpha-
uerat. Quibus peractis laudibüs, protinus præparauit se iturum contra Turcos
*qui Ædessa vrbem Mesopotamia, iam obsidebant: dompnusque *Cibelinus Pa-**
*triarcha cum eo. Tunc per noctes quidem aliquot, vidimus *Cometam* unum*
ab Aquilone ad Austrum radium protendentem suum. *Tancredus* etiam tunc
adunauit gentem suam Antiochenam, & de regione tota quam possidebat,
*quamcumque potuit: expectato iam rege per dies aliquot, congregati sunt si-
 mulante fluvium *Euphratem.* Quo transito, inuenerunt statim Turcos quos ap-
 pellebant, qui per regionem illam ceteruatim discurrentes, Francorum expecta-
 bant aduentum. Sed quod sciebant esse probissimos bellatores, & mirabiles
 de lanceis percussores, non sunt ausi cum eis belum committere; sed fugiti-
 ua calliditate ab eis diuertentes, nec bellare audebant; nec de regione illa se-
 cedere in terram suam volebant. Et cum fallacia tardiosa, per dies aliquot
 molentes praeliari, nostros fatigare studiissent, sumpto utilitatis & necessitatis
 consilio, muniuit Rex vrbem Ædessenam annonâ, quæ multum ciues egebant,
 quia vastauerant Turci totam regionem in circuitu, comprehensis castellis
 & colonis, quibus ciuitas ipsa pasci abunde solebat: non amplius moran-
 tes, ad fluvium præfatum tenebentes venerunt. Et cum paulatim nauibus pau-
 cis & ministris transissent, affuerunt post eos Turci versipelles & rapaces, qui
 multos de peditibus nostris ibi atripuerunt, & in Persidem adduxerunt, vi-
 delicet, de Armenis inopibus, quos Turci cum reculis suis impiis vastau-
 erant. Et quia impossibilitas erat flumen contra eos retransire, inde satis do-
 lentes regressi sunt: deinde, *Tancredus* Antiochiam, Rex quoque Hierusalem.
 Applicuerat interim *Ioppe* geras quædam, *Norrensis* dicta, quam de mari Oc-
 cidiuo concitauerat D e s v s, vt irent Hierusalem: & erat classis eorum sexagin-
 ta nauium. Horum Maior erat iuuenis quidam, forma quidem speciosus val-
 de, Regis terræ illius germanus. Cumque Rex Hierusalem regressus fuisset,
 horum aduentu gauisus, locutus est cum eis amicabiliter, monens eos & de-
 precans vt pro amore D e i mercarentur in terra, quam adierant, aliquantu-
 lum, & iuwarent eum Christianismum amplius prouehendum: vt expleto ut-
 cumque negotio C H R I S T I, cùm postea in terram suam repatriarent, gra-
 tias D e o magnificas redderent. Cuius petitionem illi benignè suscipien-
 tes, non pro alia causa eos in Terram Sanctam venisse responderunt: sed
 quocunque cum exercitu suo progredi vellet. simul proficii voluntariè
 marino itinere spönderunt, tantum vt victum necessarium eis impen-
 dere curaret. hinc concessum est; illinc peractum. Et cùm primitus A-
 schalonem adire disposuissent, tamen demum laudatori sumpto consilio*

NN

A.D. *Sydonem* ciuitatem obsessuri appetierunt. De Ptolomaida, quæ nunc frequenter. *Achon* dicitur, mouit Rex exercitum suum; *Norrenses* autem de *Ioppito* portu parati processerunt. Tunc classis *Admirati Babiloniensis* in *Tyrio* portu latitabat: quia Sarraceni, ritu piratico, Christianis, nostris scilicet Peregrinis, persæpe oberant; & ciuitates maritimas, quas adhuc Rex Babiloniensis possidebat, multimodè communicantes, vegetabant. Cùm autem de Norrenibus murmurari audissent, nequaquam tum temporis de Tyrio portu egredi præsumperunt: quia cum eis præliari non ausi sunt. Cumque venisset Rex ad Sydonem, obsedit eam à terra; *Norrenses* verò, à mari. Et factis machinis, terruit valde internos hostes: ita ut quererent à Rege qui soldarii essent, quatinus eos inde sanos exire permetteret; ac si placeret, agricultores ad excolendum terras, vtilitatis causa, in urbe retineret. Hoc petierunt, & hoc acceperunt. Sine donatiuo itaque solidarii abierunt; ruricolæ verò sub conditione prædicta, pacificè remanserunt. *Iam decies nosies sol iusserset Arci tenentem, Vrbem Sidonii cum reddunt mensē Decembri.*

XXXVII. *Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo undecimo*, ebulliuit de Persia multitudo Turcorum maxima, & per Mesopotamiam meantes transferuntur. *Euphraten*; & obsederunt castrum quod *Turbexel* vocamus, morantes ibi vno mente ferè. Et cùm non posset illud comprehendere statim, quia forte situ est, tædio molestati dimiserunt obsidionem, in partes Alapiæ vrbis sedentes. Nam callidè agentes, moliebantur irritari *Tancredum*, ut contra eos exiret ad bellum: vt ab Antiochia elongatum aliquantulum, possent eum cum gente sua pauca intercipere, & omnino destruere. Sed Tancredus, astuciam astuciae opponens, noluit per stultam audaciam confundere suam probitatem: sed misit Legatos suos ad *Baldwinum* regem Hierosolimorum humillimè per eos depositos, ut Christianismo succurrere, itinere celeri festinaret. Quo auditio spopondit Rex auxilium petitus: Et terra sua commissa custodibus, prope rauit ad bellum, dicens secum *Bertrannum* comitem Tripolitanum. Qui cùm peruerissent usque ad castellum vel villam, quam *Rugeam* nuncupant, ab altera quæ *Russa* dicitur quatuor milibus distantem: affuit ibi Tancredus cum gente sua, qui aduentum Regis iam per quinque dies spectauerat. Qui cum gaudio suscepimus fuisse, posita sunt tentoria regis super flumen *Fenum*, hospitalitatem sumentes Hierosolimitani cum Antiochenis. Et non mora facta ibi, perrexerunt usque *Aphiam* urbem, quæ iam sub Tancredo villicabatur probissime, in præterito anno ab eo capta. Deinde versus Turcos progressi sunt, qui ante urbem, quæ dicunt *Silara*, castra metati erant. Quam urbem Grammaticè nominare nescio, sed *Chezat* incolæ regionis eam vulgariter vocant, quæ ab Aphamia sex milibus distat. Turci autem, quia iam audierant Francos contraria incedere, in virgultis & in clausuris ciuitatis ante fatigatae, se inferuerant, ut facilius se tueri possent, si Francorum impetu forte coercerentur. Verum tamen cum milites nostros appropinquare perspexissent, exierunt de munitione iam dicta; & monstrauerunt se genti nostræ: & non præsumperunt bellare; & noluerunt fugere. Milites quoque nostri per cateruas ordinati, cùm viderent eos sparsim per campos amplos discurrere, & non ad bellandum eos, ut vellent, se aptare, vitantes dampnum, noluerunt eos impetrere. Itaque tam metu quam versutia, utriusque circumflexi, Turci inibi remanserunt: nostri quoque, tramite reciduo, reuersi sunt: Et quoniam stipendium tam sibi quam iumentis suis deficiebat, non diutius morari oportebat. Rediit Rex Hierusalem; *Tancredus* verò, Antiochiam. Nec mora fuit, apparatu accelerato aggressus est Rex *Tyrum* ciuitatem, quæ *Seor Hæbraicæ* dicitur: & obsedit eam; quæ cùm cum per quatuor & eo amplius menses admodum vexasset, ipse etiam cum suis, labore & tædio valde vexatus, tristis abscessit. Nam cùm duas turres quas artificiosè ligneas, muro vrbis altiores fieri iusserset, prope murum iam impegisset, unde ciuitatem comprehendere conabatur, si Deus hoc expleri permitteret: sentientes Sarraceni se morti iam proximos, nisi artem arte fallerent, ingenio ingenium opposuerunt, probitatem probitate fefellerunt. Cùm enim ab altitudine turrium nostrarum se superari penitus circumspexissent, festini egentes auxiliū, nocturna

Qurna operatione duas turres mūtales in sublime adeo extulerunt; vt de supernis propugnaculis earum, probissimè se defendarent; & in terras nostras inferiores focum iacerent, & deinde concremarent. Quo infortunio milites nostri superati, dolore quoque circumfusi: rupto spei suæ fune, Rex Achon, urbem suam, *Baldinus* regressus est. Verè verum est prouerbium istud Rusticanum, *Interdum buccam colear frustratur apertam.* Iam gens nostra, ciuium regum capturam inuicem distribuebant: iam alii aliis proportionibus incertis inuidabant: Iam diem captionis, tamquam certum, sed tamen incertum, disponebant. *Equus paratus ad bellum,* ait Salomon, *Dominus autem salutem tribuet.* Confidunt *Pro. 21.35.*

• homines interdum in virtute sua, & in pecuniis suis; & à Domino recedit cor eius: quem voce s̄epe inuocant, & operibus negant. Sed etiam si permitteret Dominus voluntates suas in talibus adimpleri; magis probitatem suam inde laudarent, quā misericordiē Domini donum magnificarent. *Anno ab incarnatione Dominica millecentorum duodecimo.* Lethale debitum exsoluit *Tancredus*, qui Antiochenum regebat principarum. *Iam bis tredecies Sol viserat Arcenensem, Cūm subiit quod erat; ut quod fuit id fore ipse.* Anno verò illo bellorum expertes fuimus. *Rogerius* succedit Tanredo. *Anno ab incarnatione Dominica millecentorum decimoter-* *xxxix.* dum in mense Martio Luna habebamus vicelimā octauam, vidimus solē à manē *A.D.* usque ad primam, & eo amplius, defectione quadam ab una parte minui. Et pars *iiiij.* quā primitus à summo tabescere incepit, tandem ac si in rotando, ad ima tendit. Verumptamen Sol claritatem suam non amisit, quia non minoratus est nisi, vt aestimō, à quinta parte formæ suæ, taliter aliquantum corrutus. *Hoc ecclipsis erat, quo Solita deficiebat.* Æstiuo deinde tempore congregati Turei transierunt *Eusebius.* Frater fluuium, Hierosolimorum partes adituri, & nos Christianos, vt rati sunt, destructi: & regionem *Antiochenam* ad dexteram linquentes, & non longe ab urbe *Aphamia*, Syriam transeuntes, & *Damascum* ad leuam dimittentes, & inter *Tyrum*, & *Cesaream Philippi*, quā *Paneas* dicitur, per regiones meantes *Feniceas*, caluerunt appetere regem Baldinum: qui aduentu eorum audito, ab Ptholomaiida, id est Achon; moto exercitu suo, iam contra eos exierat. Prudentes autem quod sibi utilius esse senserunt; & nostris ignorantibus quid facere molierentur; circuerunt *mare Galilee* per terram Neptalem & terram Zabulon, usque dum in fine maris iam dicti, ad Austrum, inter duo flumina se includerent. Insula autem hæc inter duos pontes, ita tuitione munita, quod non possent impetri, propter introitus artos pontium prædictorum. Cumq[ue] Turci tentoria sua illuc extendissent, emiserunt duo milia de suis, transitu ponte, vt insidiarentur nostris, quos illuc adire indilatè non dubitabant. Igitur cum Rex illuc readeret, vt prope pontem memoratum, à quo Tyberiadem inceditur, ponereatur castra sua, visis Turcis ferè quingentis qui de insidiis inuaderet nosnos erumpabant, illico aliquanti contra Turcos imprudenter cucurrerunt. & cædendo eos persecuti sunt usque dum de insidiis duo milia prodierunt, qui nostros vehementi aggressu repulerunt, & triplicata cæde in fugam disperserunt. Proh dolor! grande dedecus, grandia peccata nostra die illo nobis contulerunt! fugit etiam Rex vexillo suo ibi perditus, tentio quoque optimo cum rebus plurimis & vasis argenteis: *Patriarche* similiter, qui aderat. Milites ibi perdidimus fermè triginta de melioribus; pedites vero mille ducentos. *Ter quater ex ore sub cancri fidere Phabo, dissipat incertos truxit gens perfida Francos.* Nondum regis militia illuc aduenerat tota: Nec princeps Antiochenus, *Rogerius* videlicet Richatdi filius, ibi aderat qui mandatus, pro amore Dei & dilectione Regis illud ad negotium venerat: Pars quoque gentis Tripolitanæ, qui exercitui regio iam conglobati erant: vnde valde tristati sunt, & immodestiam Regis vituperauerunt; quia sine consilio eorum tam festinus, cum paucis, inordinate, aduersis aduersarios cucurrerat, licet suos Rex prohibuisset, non inconsulto impetrere Turcos. Et quia tunc nequiuierunt nostri nocere in aliquo Turcis, hospitati sunt non longè ab eis, vt tota die utrinque conspici posset exercitus uterque. *Maledictus* vocabatur qui dux erat militiæ eorum, quique Regem Damasci, *Tuldequinum* nomine, in auxilium sibi conglutinauerat. Ille gentem innumeram adduxerat: iste vero de

A.D. Siria sibi subdita congregauerat multam. In valle Turci erant; in monte Franci concedebant. Nec Turci audebant ab insula exire; nec Franci poterant eos assilire. Iste callent, illi timent: Iste callidi; illi prouidi. *Temporis astutus feruor cobibebat utrosque.*, *Nec ramen angori poterant finem dare tanto.* Tunc abstentes mirabantur, quid praesentes morabantur. Sarraceni nobis subditi, quas alieni tunc recesserunt à nobis, nos coangustantes vndeque. Turci etiam caterratim ab exercitu suo prodeentes, terram nostram vastabant: prædam & annonam exercitui suo per Sarracenos nostros mittebant. *Sychem* urbem vel *Siccam*, quam *Neapolim* dicimus, tam interim obtinuerunt, quam diripuerunt, additis sibi Sarraeens quos in montanis possidebamus. *Ashalonite*, Arabes, & Sarraceni, gens tamen pauca, Hierusalem adierunt, die quadam, dum usque antemuralem urbem peruerserunt; messes collectas, igni incenderunt; sagittis suis aliquantis de nostris, in muri propugnaculis, vulnerauerunt. De illis similiter nostri aliquantos ad mortem læserunt. Pauci de nostris peditibus extra murum, contra eos exierunt. Nam iussum erat portas claudi, ne ciuibus egressis dampnum aliquatenus eis eveneret. Milites quidem deerant, qui in hostem iuerant. Nocte sequenti, Luna orieata, hii hostes abierunt, unde nostri valde lætati sunt, quoniam ob sideri ab eis primitus putauerunt. Ea tempestate, aut vix aut nunquam valebat nuntius ad Regem, nec à Rege ad ciuitates nostras, propter hostiles insidias, transire: Ideoque nesciebatur abiis, quid illi; nec ab hiis, quid facerent isti. *Ruribus in multis marcebat meus aditus*: nec erat qui colligeret. Eo quidem anno terra frugum cultura, valde fuit abunda. Sed dum Mare procellis turbatur, homines terret ne pescantur. Cuncta cunctis in dubio pendebant, & quibus triumphum daturus esset Deus, uanamiter expectabant. Christiani à negotiis & operibus cessabant, excepto quod urbium & munitionum fracturas relarciebant. Interea terrarum personimus vice dupplicata, videlicet decimoquinto Kalend. Augusti, & quinto Idus Augusti: primum, nocte media; secundum, hora diei tertia. Turci autem versipelles, cum per duos menses oportunitatem vel dissipandi vel superandi nostros expectassent, nec potuissent: quia de transmarinis, ut mos est, Peregrinis eo tempore diatim exercitus noster crescebat: nec gens; Antiochena recedens abibat, secesserunt in partes Damascenorum: & Rex Balduinus cum suis, statim reuersus est *Pithomiam*, ubi *Comitissam Siciliæ* reperrit, quæ prius fuerat coniunx Rotgerii comitis, Roberti Guischarti, fratris; nunc autem futura vxor Regis Balduini. Nec mora postmodum apud Damascum interemptus est. *Maudulfus* à quodam Sarraceno viriliter: qui sica sub ueste occultata & ter in ventrem illius impasta, duplex ibi expleuit homicidium: illo enim occiso, confessim ab assistentibus occisus est. Dura victoria, qua viator statim vincitur. Verè sapienter loquitus est Philosophus ille qui dixit: *Fortuna vi- trea est, tum cum splendor frangitur.* Erat quidem *Maudulfus* diues valde, & magnipotens, & inter Turcos nominatissimus, & in actibus suis astutissimus: sed voluntati *Dei* resistere non valuit. Permisit eum Dominus non aliquamdiu flagellare, qui postea voluit eum vili morte, & imbecilli manu suffocari. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo decimoquarto multitudo Locularum infinita ebullivit, à parte Arabia aduolans in terram Hierosolimorum; quæ per dies aliquantos segetes nostras mense Aprili atque Maio, valde vastauerunt. Die deinde festo sancti martyris Laurentii, *terremotus* factus est magnus. Tempore item sequenti, quod Idus accidit Nouembris, apud urbem *Mamistrum* terramotus factus est magnus, qui partem subuertit oppidi. Itaque maior & inauditus regionem *Antiochenam* terramotus adeo per loca concussit, ut oppida quamplurima, siue tota siue dimidia, tam domos quam muralia, solotenus subrueret, in qua ruina etiam pars plebis suffocatae interiret. *Mariscum* dicunt oppidum peroptimum; quod ab Antiochia sexaginta, ut æstimo, distat miliariis, in parte Septentrionali subuertit adeo motus ille, ut domos & muralia penitus corruerent; & populum inhabitantem, pro dolor! cunctum extinguqueret. Alium quoque castrum, quod *Trialet* nuncupant, prope fluuim Eufratem, non minus subuertit. A.D. Anno Dominica incarnationis millesimo centesimo decimoquinto, probitatem & andaciam solitam Turci remouentes, mense Iunio tacito satis aduentu, fluius

Hauius transito Eufrate, ingressi sunt Syriam, & castra metati sunt inter Antiochiam & Damascum, scilicet ante *Chezir* urbem, vbi similiter in quarto ante anno ^{A.D.} _{III.} stationem suam fecerunt, vt superius iam descriptum est. Comperiens autem & sciens *Doldequinus*, Rex Damascenorum, nihilominus se illis esse odiosum, quam nos Christianos, propter *Mandussum*, quem in præterito, vt superius legitur, docebat consenserat perimi, qui satrapa & magister militia eorum fuerat: fecit cum Rege *Balduno* & *Rogerio* principe Antiocheno pacem: vt vindictus cum hiis duobus tertius, funiculus triplex afficerentur, ne à Turcis postea facile rumperentur. Metuebat enim quod si solus remaneret, ipse cum Regno suo penitus confundetur. Necesse erat vero virgente, & mandatione Antiochenorum monente, fuit Rex Baldwinus ad prælium fore putatum. Sed cum audissent eum Turci iam ad eos appropinquare, quem Antiocheni & Damasceni per tres ferè menses expectauerant, metuentes mortis suæ periculum: si contra tantam gentem bellarent, quomodo plures essent, abierunt retro, tacito satis motu, & subierunt causas quædam, non longè à nostris tamerent. Et cum hoc fecissent, rati sunt Rex & alii, quod penitus à regionibus nostris abscessissent, & regressus est Rex usque ad urbem Tripolim. Dum autem hæc ita agerentur, scientes *Aschalonitæ* terram Hierosolimitanam militibus vacuam, accurrerunt subito usque *Joppæ*, ciuitatem nostram, & apposuerunt ei obsidionem, tam per mare quam per terram. Affuit ibi Babilonica classis, septuaginta fermè nauium, quarum aliæ triremes aut rostræ & ad præliandum aptatae, aliæ vero négociationis annona onustæ. Hii, à parte maris egressi, & alii à terra parati, dederunt assultum urbì. Et cum per scalas quas secundum attulerant, murum concendere temptarent, à ciubus, licet paucis & ægritudine debilibus, vehementer repulsi sunt. Sed cum viderent quod proficeret, sicut rati sunt, non possent, præter portas urbis quas igni combusserunt, timetates quod auxiliū loppitis Hierosolimitani, quibus iam nuntiatum hoc fuerat, ferrent, reuersi sunt Aschalonem qui per terram venerant; qui vero per mare, Tyrum nauigauerunt. Post dies autem decem, reuersi sunt Aschalonitæ *Joppæ*, arbitrantes prouidi improvidos aspuki repentina confundere. Sed Deus Omnipotens, qui eos primò, similiter secundum id protexit & conseruauit. In defendendo etiam se, aliquantos ex illis occiderunt, & de equis eorum retinuerunt. Cum fundibulis ceperunt urbem cohíbere; & scalis, vt prius temptauerant, introire, quas in nauiculis sex attulérunt, qui per mare illic applicuerunt. Et cum per sex horas diēi se fatigassent, mœsti valde cum mortuis suis abierunt. Turci autem superius memorati, cum gentem nostram remeasse ad sua compérisserent, regressi sunt ad priorem stationem suam, & discurrerunt per regionem Syriam, capientes castella quæ potuerunt villasque, prædando patriam atque vastando; captiuos atque captiuas secum abducendo. Sed cum hoc nunciatum esset Antiochenis, qui iam se retraxerant, reciduo tramite ad Turcos reuersi sunt. Et cum appropinquarent ad eos, & tentoria eorum proprius quam putabant prospexit, ordinauerunt statim acies suas, & descendenter in plana signis explicatis contra eos, iuxta *Sarmith* oppidum. Quod cum vidissent Turci, pars una eorum illico sagittaria obstitit. Sed Franci nostri animositate valida commoti, eligentes vel superare, si Deus concederet, vel superari, si permetteret, quam per unumquemque annum taliter ab eis confunderentur, vbi turbam densiorem conspexerunt, mirificè eis impetierunt: Turci autem aliquantulum primitus renitentes, deinde haud lentè percussoribus vel occidentibus terga verterunt. De quibus estimati sunt tria milia occisi; Capti, multi. Et qui occidi noluerunt, fuga se liberauerunt. Tabernacula eorum nostris remanserunt, in quibus pecunia multa, & utensilia reperta sunt. Cuius pecunia præmium estimata, trecenta Bisantiorum milia dicta sunt. Captiuos nostros ibi reliquerunt, tam Francos, quam Syros; mulieres quoque suas, & ancillas, camelosque quamplurimos: milia mulorum percensita sunt, & equorum. Verè Deus mirabilia in cunctis mirabilibus suis: dum enim Hierosolimitani vna cum Antiochenis Damascenisque, parati ad præliandum fuerunt, nihil omnino profuerunt. Nunquid in multitudine gentis constat belli victoria? Mementote Machabæorum, & Gedeonis, & aliorum plurimorum: qui non in sua, sed in Domini confidentes virtute, cum paucis

A.D. multa milia prostrauerunt. *His itaque descriptis, erit actio nota futuris.* Tres ab
III^{is}. erant noctes, ut abiaret virginis astrum. Cum male deceptrix Turcos fortuna fecellit. Omni-
bus unde satis liquido pater esse caendum. Ante rei finem nihil nunquam credere cer-
tam. Finis enim pugna præter spem cedit utriusque. Ipso anno iterum subuersa est
vrbs terræmotu *Mamistra*, in qua pars oppidi ut dictum est, anno præterito
corruerat casu simili: aliâs etiam in regione Antiochena non minus idem ac-
cedit. Anno eodem venit Episcopus quidam *Aurasiacensis* ciuitatis Hierosolimam *Berengarius* nomine, quem legatum illuc *Paschalis*, qui tunc Romæ Papa
præcerat, milit ad destituendum Hierosolimorū Patriarcham & *Arnulphum*: quem,
fama tumultuante, didicerat iniuste præfici, & tantam ecclesiam, obiectibus pre-
risque notatum, indignè possidere. *Vnde causa: inde fama.* Concilium conuocauit:
in quo eum depositus. Quapropter Romam adiit, & Patriarchatu recuperato,
munitus pallio rediit. Eo anno profectus in Arabiam Rex ædificauit castrum
vnum in monticulo quodam quod repperit situ forti à priuico: non longè à mari
rubro, sed quasi trium dierum itinere, à Hierusalem verò, quatuor: & posuit in eo
custodes qui patriæ ipsius dominarentur, ad utilitatem Christianismi: quod ca-
strum ob honorificentiam sui, *Regalem Montem* nominari constituit: quia paruo

XLI^{II}. tempore, cum paucagente, sed magna probitate illud ædificauerat. *Anno*

A.D. *millesimo centesimo decimosexto*, cum de Hierusalem Rex castrum suum reuise
III^{is} 6. graderetur, cum ducentis feiè militibus, vsque *Mare Rubrum* iter eundo expedi-
uit, vt & videret quæ non viderat; & fortuitu, aliquid boni in via quod desidera-
bat inueniret. Inuenerunt quidem *Helim* ciuitatem secus littus eiusdem maris;
vbi populum Israeliticum, post maris transitum hospitatum legimus esse: quæ ab
Hierusalem, septem dierum equitis itinere distat. De qua qui ibi versabantur pi-
scatores, auditio regis aduentu, egressi sunt; & intrantes nauiculas suas in mare illud
se pauidi impegerunt. Cum autem Rex & socii sui locum illum quamdiu libuit
considerassent, reuersi sunt ad *Regalem Montem*, vnde illuc iuerant, deinde *Hieru-
salem*. Qui cùm expeditionem sic factam nobis enarrarent, delebatam etiam
tam in dictis, quâm in coelestis marinis, & lapillis quibusdam generis tenebri,
quæ inde allata nobis monstrabantur: Ego ipse auido corde plenius ab ipsis immabar, &
cuiusmodi mare erat: quia hucusque dubitaueram vtrum dulce, vel salsum esset;
stagnum, vellacu[m] mare aut intrans, aut exiens, vt mare Galileu[m]; siue meta finali
concludetur, vt *Mare Mortuum*, quod Iordanem recipit, sed postea non eum emittit:
nam ab Austro, apud Segor ciuitatem Loth, finem facit. Hoc autem *Mare Ru-
brum* dictum eo quod illic saburra & lapilli rubri habeantur in fundo, vnde intu-
entibus rubrum apparet: quod tamen in vase quolibet haustum, cernitur, tan-
quam aliud mare, limpidum & album. Deriuatur autem à *Magno Mari*, scilicet *O-
ceano*, vt dicunt, à parte Austriali qui lingua eruptum, & vique ad *Helim* iam di-
ctam versus Septemtrionem protentum, faciens ibi finem non longè à monte Sy-
nai, sed quantum potest eques aliquis vno die profecisti. A Rubro verò Mari, vel 40
ab *Helim* iam memorata vsque ad *Mare Magnum*, quo à Ioppe, vel Aschalone, siue
Gaza, contra *Damiath*, pergitur, iter eundo quatuor dierum, vel quinque, æstimatione equitis, æstimant: quo inter hæc duo maria siu[n], cingitur Ægyptus tota at-
que Numidia, nec non Æthiopia, quam *Geon* paradisi fluuius, qui & *Nilus*, circuit,
vt in Bibliotheca legitur. Possum mirari, sed nunquam rimari, quæ modo vel qua-
liter fluuius iste, qui de Paradiso cum tribus aliis legitur emanare, ortum suum vi-
deatur iterum recuperare, cum ab Orientali parte mare habeat Rubrum; & ab
occasu, in quo incidit, Mare nostrum. Habet enim Mare Rubrum inter se & Ori-
entem positum, vbi esse intelligimus Paradisum, ex quo egreditur. Quomodo er-
go iterum Mare illud Rubrum resumit ortum suum, & quomodo transit idem 50
mare, vel non transit, admitor. De *Euphrate* similiter addidicimus, quod in
Armenia ortum suum habeat per Mesopotamiam, præterea transeat non lon-
gius ab urbe Ædissena, nisi, vt opinor, viginti quatuor milibus. Quærat, qui vult;
discat, qui valet. Nam hoc addiscere persæpe, à quamplurimis inquirendo, studi;
sed qui hoc mihi insinuaret, nequaquam inuenire valui. Committo autem illi
hocratiocinari, qui super celos aquas mirificè inesse statuit; quiq[ue] eas à monti-
bus & collibus conuallibusque hauriri facit; & per occultos meatus cursibus inum-
dis vias multifidas eis præbuit; & in mare denique mirabiliter inducit & redu-
cit. Igitur ad historiam reuertendum est. Exitu quidem anni appropinquante, mo-
lestia

lestia corporis ingruente, qua mori tunc Rex metuit, dimisit vxorem suam superius memoratam, *Siculorum* scilicet *Comitissam* nomine *Atlaidam* quam iniuste duxerat: eò quod adhuc viuebat sua, quam apud *Ædessam* primitus recte acceperat. Hoc anno in aliquibus locis, Italia terræ motu lœsa est. Anno sequenti millemo centesimo decimo septimo, ab incarnatione Dominica, Regina memorata egressa est à portu *Ptolomaide* vrbis, die qua ritu ecclesiastico *Lætania* maior decantatur, & nauibus in comitatu suo Siciliam adiit. Deinde, Maio mense subsequente, aduolauerunt in terram Hierosolimitanam, *Locustarum* infinita multitudo, multo etiam amplius solito deuorantes tam vineas, quam segetes, nec non arbores omnigenas: quas videretis accuratè, ad morem exercitus hominum, pér vias, tamquam consilio prouido prolocutas, ordinatè progredi; & facta expeditione sua diurna, aliæ pedites, aliæ verò volantes, hospitiū sibi commune pariter eligebant: consumptis itaque herbis viridibus, & corrosis cum succo torticibus, tam bruci quam locustæ cateruatim abierunt. O improbitas mortalium imperuersitate incessanter malignantium! Tot & tantis nos conditor & magister noster, increpatiōnibus tangit & præmonuit, signis territat, minis concitat, documentis edocet, flagellis coercet: & semper in iniquitatibus nostris persistentes, monita eius contemptui habemus, & præceptis eius superbè contradiximus. Quid mirum si Saraceni, vel iniqui domini auferunt terras nostras, cum nos in proximorum nostrorum agros manus extendimus rapaces? quos quidem aut arati sulcatione fraudulenter excutamus; aut circumuentiōnibus cupiditatis subripiendo, priuamus, & nostros maliciosè ex hiis augmentamus. Quid mirum si, D^EO permittente, satana nostra, vel mures in terra iam ex germine radicata, dissipant; vel post in spicis iam adulteri, locustæ deuorent, aut etiam in granariis vermissibus quibuslibet, aut nidore calcino lœdantur: cùm debitas D^EO decimas, vel fraudulenter reddimus; vel omnino sacrilegè retinemus? Sequenti autem mense, qui Iunius erat, apparuit nobis aspicientibus eam in celum. *Luna* post galli cantum prius tota rubea, non uissimè verò mutato rubore, nigredine fuscata, adeo ut vim luminis sui per duas penè horas perderet. Hoc siquidem contigit nocte, quæ cum die sua, tertia decima compoto legebatur. Quod si decimo quarto die illo esset, eclypsim nimisrum eius esse intelligemus: hoc autem modo, id pro signo accepimus. Ex hoc siquidem conie&tabant diuinando quidam, rubore, sanguinem pæliis fore fundendum; nigredine verò, significabant venturam famem. Nos autem sapientius hæc considerantes, dispositioni D^EI & prudentiæ commendabamus, qui signa fore futura, & in Sole & in Luna; discipulis suis ante mundi finē veridicè dixit: Quietiam terram, quando vult, tremere facit, & postea quiescere. Quod subsequitur; accedit in eodem mense, intempestæ noctis silentio, sexto Kalend. Iulii. Tunc x^dificauit Rex prope vrbem Tyrum; inter quintum scilicet miliarium ab ea, castellum vocatum *Scandalium*, & *tampum Leonis*, interpretatum: & resarcivit dirupta eius; & posuit in eo custodes, vt coercent vrbem prædictam. Anno autem eodem, mense Decembri, nocte quinta post eclypsim Lunæ, quæ acciderat cum certa decima pronunciabatur, vidimus omnes cælum, nocte illa incepta; in Septentrionali parte, vel ignei vel sanguinei coloris fulgore respersum: quod signū, signis mirificis plenum, suspicentes, vehementer admirati sumus. Nam p^rst medium ruborem illum qui primitus paulatim excrescere cepit, videbamus albutni radios coloris, ab imo sursum, quam plures extolli, nunc ante, nunc retro, nunc in medio: in parte autem inferiori cælum parebat album, ac si aurora dici esset, quæ prope diem clarescere solet, cum Sol iam oriri debet. In fronte etiam signi huius, in ea videlicet parte, videbamus quandam alborem, quasi debet Luna ibi oriri: vnde terra vndique & cetera prope nos posita, clare candebant. Quod si matutino sic eueneret, verè dicemus omnes, quia clara dies est. Coniiciebamus ergo inde, vel sanguinem multum in bello fundēdum, aut aliiquid aliud non minus præfagi minantis, fore futurum. Sed quod incertum habebamus, Domino D^EO cuncti disponendum humillimè committebamus. Quod etiam portentum, ad defunctionem personarum quæ anno ipso obierunt, significantes aliquanti sortiti sunt. Subsequenter enim mortui sunt, *Paſchalis* Papa, in mense Ianuarii: *Baldinus* quoque, Hierosolimitarum Rex, in Aprili; nec non uxor eius in Sicilia, quam dereliquerat, obiit: Hierosolimorum etiam Patriarcha, *Arnulphus*: Imperator quoque Constantinopolitanus *Alexius*, & alii quam plures proceres in mundo.

A.D. *Anno* siquidem à partu virginis *millesimo centesimo decimo octavo*, cùm in exitu
III. 13. mensis Martii urbem, quam *Pharamiam* nominant, *Balduinus* Rex hostiliter agres-
 sus, vastando diripuisse: die quadam cùm deambulabant fluuium quem Græci
 dicunt *Nilum*, Hæbrei autem *Geon*; oppido mémorato proximum, cum aliquantis
 de suis lœtus adisset; & de piscibus illic inuentis equestres lanceis suis cautè ce-
 piſſent, & ad hospitia sua ad urbem præfatam detulissent, & eis cōmedissent, sen-
 sim Rex intrinsecus se, angore plagæ suæ veteris grauissimè renouato, debilitari.
 Quo suis confessim intimato, pro infirmitate illius audita, cuncti proinde piè
 compatientes, contristati valde & conturbati sunt. Reditu autem statuto, cùm
 non posset Rex equitare, de papillonum perticis, lectricam ei apparuerunt, in
 qua eum collocauerunt; & præcone cornu signum dante, remeare Hierusalem
 edictum est. Cùm ad vsque villam quæ *Laria* dicitur peruenissent, infirmitate in-
 gruente, & illum penitus consummante, defungitur. Et lotis tunc eius intesti-
 nis & salitis, atque in loculo conditis, *Hierosolimam* peruererunt. Die siquidem,
 quo Pa'marum Rami ex more deferri solet, ordinatione Dei & euentu in pina-
 bili, ad processionem, quæ de Monte Oliueti ad vallem Iosaphat tunc descende-
 bat, caterua lugubris & doleantis funeris latrix, aduenit: quo viso & siue erat co-
 gnito, procantu plaudum, pro læticia gemitum, cuncti qui aderant dederunt.
 Plorant Franci, lugent Syri, & qui hoc videbant Sarraceni. Quis enim se conti-
 nere posset qui non ibi piè fleret? Igitur tunc ad urbem redeentes, tam clerus 20
 quam populus, fecerunt quod dolori conuenit & consuetudini. Et sepe erunt e-
 um in Golgatha iuxta ducem Godefridum suum germānum. Cùm Rex iste ruit,
 "Francorum gens pia fleuit, Cuius erat scutum, robur & auxiliū. Nam fuit arma suis, timor hostibus,
 "hostis & illis, Dux validus patriæ consimilis Iosue. Achon, Cesaream, Berutum, nec ne Sy-
 "donem, Absolutus infandus hostibus indigenus. Post terras Arabum, vel qua tangunt Mare
 "Rubrum Addidit imperio, subdidit obsequio. Et Tripolim cepit, sed Arsuth non minus urbis
 "Pluraque præterea fecit honore rata. Obtinuit Regnum rex annis octo decemque, Mensibus at-
 "que tribus insuper appositus. Sex decies Phœbus veruecis viserat astrum, Cùm Balduinus Rex
 "obiit eximius. Octes & decies faciens menses duodenos, Regis habes annos, patriam quibus opti-
 "mèexit. Initio autem consilio, i.e Rege carentes esse ætimarebantur debito- 30
 res, creauerunt sibi Regem BALDVINVM videlicet cōmitem Ædilesum, Regis
 defuncti cognatum: qui transito fluui Eufrate, Hierusalem fortuitu aduenierat,
 cùm de prædecessore loquuturus. Cōmunitere cœtus, die Paschæ est consecratus.
 Ipso anno, cùm tempus subsequeretur æstiuum, congregauerunt Babilonii exerci-
 tum valde grandem: milia quorum, qui decim æstimabantur equitum; & viginti
 peditum, arbitrantे Hierosolimitanum destruere bello penitus Christianum.
 Quibus cùm usque Ascalonem perueissent, Rex Damascenorum Turdequinus
 cum gente sua in adiutorium processit, Iordanem transgressus: Præterea tunc clas-
 sis non modice, per mare illucusque nostris nocitura, nihilominus venit: exin
 tam bellicæ quam mercibus onustæ naues, Tyrum adierunt: qui autem per tetram 40
 ve erunt, ante Ascalonem bellum expectantes, remanserunt. Tunc Rex noster
 Balduinus cum Antiochenis & Tripolitanis, quos ad hoc certamen venite per legatos
 mandauerat, aduersus hostiem exercitum belatus, properauit. Et AZOTO, quon-
 dam ciuitate Philistæa transita, tentoria de saginariis deponi & desigi dispositi,
 haud longè à Babiloniis, ita ut exercitus vterque quotidie alterurro aspectu cerni
 posset. Sed quia alii alias valde aggredi formidabant, & viuere quam mori malle-
 bant, cùm per tres ferè menses differi bellū tali argumento utrimq; caluisserit, tæ-
 dio affecti Sarraceni, bellare recusauerunt: & Antiocheni ad sua remaneuerunt
 trecentis militibus de suis Regi commissis, qui si opus esset, Regem ad pugnam ro-
 XLV. borarent. si Ægyptii item iterare perrentarent. Anno ab incarnatione Domini 50
 A.D. ni millesimo centesimo decimonono, Gelasius Papa, successor Paschalis, obiit, quarto Ka-
 III. lend. Februarii, & sepultus est in Ciumiaco: post quem substitutus est Calixtus, qui
 Viennæ urbis Archiepiscopus extiterat. Prolixitate fastidiemur Historię, si cuncta
 enarrare voluerimus quæ hoc anno, in Antiochiæ regione, miserabiliter euene-
 runt: quomodo Rotgerius Antiochiæ princeps cum Proceribus suis & gente sua,
 contra Turcos pugnatibus exierit; Et prope Arthasium oppidum interemptus, ce-
 ciderit: vbi de Antiochenis, septem milia sunt occisi; de Turcis autem nec etiam
 viginti. Nec mitandum si permisit Deus eos confundi: cùm in diuitiis multimo-
 dis maximè abundantes, nec cum timebant, nec hominem in peccando vere-
 bantur.

bantur. Nam iuxta vxorem suam ipse princeps, cum pluribus aliis adulterium ^{A.D.} committebat; dominum suum. *Baumundi* alium, in Apulia cum matre sua mo- ^{III. 9.} rantem, exheredabat; & multa alia, tam ipse quam proceres sui, viuendo superbe & luxuriosè agebant, de quibus competit iste verlus Dauiticus dici: *Prodiitque ex Psal. 73, 7.* *ad ipsas eorum*: vix enim inter delicias affluentes mundus seruabitur. Post ^{xli. v. 1.} hanc autem Antiochenorum occisionem, secuta est secunda satis victoria, quæ, propiciante D^Eo, Hierosolimitano populo mirificè successit. Nam cum prædens *Rogerius* Regi Hierosolimitano per nuncios notificasset, ut ad sibi succurrendum festinaret: quia Turci cum gente multa eum impetebant: relict^o *Rex* negotio altero, ad quod cum suis non longè à Iordane Damascenos expugnaturus iuerat, du^o secum *Patriarcha* cum Cruce Dominica, cùm de campis stationum suarum eos viriliter elecisset, continuo Antiochenis auxiliaturus, recurrit, ducēs secum *Cesariensem Episcopum*, qui Crucem præfata in bello postea, contra hostes optimè portauit. *Comitem* quidem *Tripolitanum*, Rex illuc secum duxit. Fuerunt simul milites ducenti quinquaginta. Et cùm Antiochiam peruenissent, misit rex ad *Adeffenos* legationem, præcipiens eis ut ad bellum quod contra Turcos facerè satagebant, cito itinere festinarent. Quibus cum Rege & Antiochenis, qui de prim^o bello vel fugerant, vel mortem aliquo euentu evaferant, aggregatis, commissum est prælium propè oppidum, quod *Saraanium* vocant, ab Antiochia virginis quatuor milibus discrepans. Hoc prælium perpetratum est decimonono K^alend. Septembri: fueruntque milites nostri septingenti; Turci verò viginti milia. *Gazi* verò Maior vocabatur eorum. Non puto silendum, quod Turcus quidam auertens vnum de militibus nostris, linguam noscere Persicam, allocutus est eum, dicens: *Tibi dico, France, cur vos decipitis? cur in vanum laboratis? contra nos est quidem, nullo modo pugnare valetis: pauci enim vos estis, nos multi. Imo D^EV^S uester vos dereliquerit, videns vos nec legem vestram ut solebatis, tenere, nec fidem, nec veritatem in uicem seruare.* Hoc scimus, hoc didicimus, hoc aduertimus. *Cras proculdubio vos vincemus, superabimus, ad nibilabimus.* O quantum dedecus Christianis, cum perfidi nos de fide reprehenderunt! vnde deberemus vehementer erubescere; & peccata nostra plorando penitus emendare. Committitur die sequenti, ut dictum est, grauissimum bellum, de quo victoria diu ancepit utrinque fuit, quo usque Omnipotens Turcos fugere compulit, & Christianos magnificè contra eos vegetavit. Quos tamen impugnatæ adeo cateruatum disperserunt, & usque Antiochiam non cessantes, non valuerunt ultra collegis suis congregari. Nichilominus autem Turcos dispersit D^EV^S, cum alii fugitiui in Persidem repatriarent, illi verò in Alapiam urbem, saluandi se gratia, introirent. Rex autem Hierosolitanus, & comes Tripolitanus cùm suis, sicut socii extiterant Crucis, & qui eam, sicut seruidominam, ad bellum perduxerant, circa eam semper honorificè pugnantes, nec eam deserentes, in campo bellico viriliter steterunt: quos D^EV^S Omnipotens per virtutem eiusdem Cruci, de manu nefandæ gentis potenter eripuit; & ad aliud suum negotium, quandoque futurum reseruauit: Cumque per duos dies Rex campum illum custodisset, & de Turcis nullus illuc bellaturus redisset, sumpta Cruce præfata Domini, perrexit *Antiochiam*. Et exiit *Patriarcha* Antiochenus obuiam sanctissimæ Cruci, Regi quoque, & archipræsuli qui eam deferebant: & reddiderunt D^Eo omnes gratias, & exsultuerunt dulcisonas laudes Omnipotenti: qui per virtutem gloriosissimæ Cruci suæ, victoriam Christianis dederat; & ipsam Crucem ad Christianissimum saluè reduxerat: pietate plorabant, lætitia cantabant: adorantes, repeti- tis vicibus ante Crucem se inclinabant; resurgentésque vultibus erteis, gratias agebant. *Præbuerat biduo sollempnem Virginis astro, Cum bellum geritur, quo Turci sic superantur: Claraque tunc decima ruilabunt cornua Luna.* Cumque in Antiochia requie non longa se recreassent, statuerunt Hierosolimam cùm Cruce ipsa, ut decebat, reuerti. Et sumptis militibus quos oportuit, remisit eam Hierusalem Rex; & die qua exaltationis eius festiuitatem celebrabant; sicut *Eraclius* de Perside Imperator victor eam reportauit, cum ea Urbem Sanctam lætantes introierunt, & cum gaudio ineffabili cuncti qui inerant suscepserunt. Rex verò in *Antiochia*, quia necessitas hoc poscebat, remansit: quatinus mortuorum procerum terras, vinis sub ratiocinio daturus, locaret; & viduas quas inuenit illic multas maritum, pio affectu reintegret; & multa alia restitutione necessaria reformaret. Sicut enim hucusque Hierosolimorum Rex singulariter extiterat, ita mortuo principe Antiocheno *Rogerio*,

A.D. Antiochenorum Rex addito altero regno, efficitur. Moneo ergo Regem & quæ
 nro. so, ut Deum ex toto corde, & ex tota anima sua, & ex omnibus suis viribus dili-
 gat; & cum gratiarum actionibus, se illi penitus ut fidelis seruus, subdat; eiusque
 schumilem fateatur seruum, qui talem Dominum sibi inuenit amicum. Quem
 ergo antecessorem suum tam sublimauit quantum & illum? alios vnius, hunc au-
 tem duorum regnum possessorum fecit: quæ sine fraude, sine sanguinis effu-
 sione, sine litium tribulatione, sed diuina ordinatione acquisiuit pacificè. Ab
 Ægypto siquidem, usque Mesopotamiam, tradidit ei Dominus longè lateque ter-
 ram. Manu erga eum habuit largam; caueat ne erga eum habeat artam, qui
 abundantanter dat, & non improperat. Si Rex esse desiderat, studeat ut rectè re-
 gat. Cum autem, post negotia pleraque perpetrata, Rex ab Antiochia reuersus
 esset Hierusalem, cum uxore sua diademate regio coronatus est in *Bethleem*, die

XLIX. Natiuitatis Dominicæ. *Anno incarnationis Iesu Christi post millesimum
 centesimum vicefimum*, absoluit Rex *Baldinus* secundus ab omni exactione omnes,
 qui per portas Hierusalem frumentum aut ordeum sive legumina inferre volue-
 rint: ut habeant facultatem liberam ingrediendi portas atque egrediendi; ven-
 dendi vbi & quibus voluerunt, absque molestia, tam Christiani quam Saraceni.
 Remisit insuper mercedem modii consuetudinariam. Cum autem sex huius anni
 menses, in Hierusalem, euoluissemus, venerunt nuncii ab *Antiochia* dicentes
Regi, & nobiscum in omnibus, qui aderamus, *Turcos* Eufratem transisse; & Syriam in-
 greilos fuisse, ad documentum Christianitati: sicut in præterito consueverant.
 Vnde accepto consilio, sicut necessitas urgebat, petiuit Rex prece humillima
 à Patriarcha & clero, Crucem sibi Dominicam contradi, dicens & suos ad præ-
 liandum ab ea debere muniri: quia sine graui periculo credit *Turcos* prætaxa-
 tos de patria, quam iam deuastabant, non posse expelli. Et quia non confidit in
 virtute sua nec in gente quam habebat multa, Cruce ipsa, Deinde vegetante &
 propitiante, pro multis miliibus potietur. Alioquin sine illa, nec ipse nec alii au-
 dent ad bellum profici sci. Vnde ibi ratio bipartita, inter euntes ad bellum, & re-
 manentes in Hierusalem, satis decens habita est: sive debeat protanta necessitate
 Christianitatis, Antiochiam Crux deferri; sive Hierosolimitana ecclesia, de tanto
 thesauro suo non priuari. Dicebamusque: *Heu miseri! quid faciemus, si permittente
 DEO, perdiderimus in bello Crucem, sicut perdiderunt Israelita olim fæderis Archam?* Quid
 autem pura referam? quod nolebamus, noleentes volumus. necessitas monuit, ra-
 tio edocuit: fecimus. Et cum multis lachrymis pie pro ea fusis, & canticis in laude
 ipsius decantatis, extra urbem nudis pedibus, Rex & Patriarcha, plebs quoque
 omnis, eum conuassent: cum ea Rex discessit flendo, & populus ad urbem fa-
 cratam rediuit. Mensis erat Iunius. Antiochiam ergo ierunt, quam Turci iam ad-
 eo coartabant, ut extra muri ambitum inhabitantes, vix uno miliario procedere
 auderent. Sed auditio Regis aduentu, inde se statim remouentes, versus *Caliphum*
 urbem, vbi tutius esse possent, abierunt: quibus tria militum Damascenorum
 milia tunc aggregati sunt. Cumque Rex ad eos bellandi causa, motu audaci ac-
 cessisset; & utrinque sagittis iactatis pures vel fauciati vel interfecti cecidissent,
 & bellare tamen reculassent: post triduum litis huius, nullo fine certo conclusæ,
 & Antiochiam nostri remeauerunt, & in Persidem pars eorum maior repatriauerunt.
 De cetero Crucem sanctam Rex honorificè Hierusalem remisit; & ipse in
 Antiochiae regione, terram protecturus, remansit. Tertio decimo Kalend. No-
 uembris suscepimus illam Crucem glorioissimam Domini, cu gaudio magno in
 L. Hierusalem. *Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vicefimo primo*

A.D. congregauit Rex gentem suam à Sydone usque Ioppam, & quinto Non. Iulii trans-
 gressus est Iordanem: adiit regem Damascenorum, qui cum Arabibus sibi fœde-
 ratis, & adunatis, terras nostras Tyberiadi proximas, nullo eis resistente, vastabat.
 Qui cum persensisset Regem nostrum cum exercitu suo aduersum se approxi-
 mantem; collectis illico tabernaculis suis, bellum euitans, refugis in sua secessit.
 Et cum per duos dies eum Rex infecutus esset, nec bellare cum eo gens illa aude-
 ret, reuersus est ad castellum quoddam quod ad documentum nostrum, anno
 præterito, *Tuldequinus* Rex Damasci construi fecerat: quod à Iordanem est imamus
 discrepare fedem in miliariis. Id Rex obsedit, machinis coercuit, vi expugnauit,
 redditum cepit. Cuius custodes & protectores quadraginta videlicet *Turcos*,
 sub statuta conditione, viuos abire permisit; & oppidum deinde ad solum usque
 pro-

prostrauit. *Iarras* nominabant hoc castrum regionis incolæ, quod intra ciuitatem A.D. quādam mirabiliter & gloriōsè situ forti antiquitus fundatam, lapidibus magnis 1121. & quadratis erectum illic erat. Vbi autem comperit Rex non sine grauitate magna obtineri, nec sine difficultate gente & alimentis ut oporteret posse muniri, iussit illud dirui, & omnia ad sua regredi. Hæc olim vrbis insignis fuit in Arabia, *Geraza* nominata, monti Galaad iuncta, in tribu Manasse instituta. *Explicit hic annus in cunctis fermè secundus: Pace quidem prosper, & frugibus omnibus uber.* Anno L.I. ab incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo secundo, præficitur in Hierusalem vrbē, ecclesiæ *Tyria* archiepiscopus, nomine *Odo*, de gente Latina primus: 1122.

10 qui eodem anno decepit, sepultusque est apud Ptholomaidam. Deinde abiit Rex *Ptholomaidam*, vnde sua congregata gente, pedite videlicet, & equite, monens exercitum suum, & Dominicam secum deferens Crucem, profectus est *Tripolim* iniuriam vlturus & contemptum quem regionis illius comes, *Pontius* nomine, incutiebat, recusans ei obsequi, vti pater eius *Bertramnus* fecerat: sed, Deo volente, & optimatum præsentium vtrinque laudatione, amici facti sunt adiunicem, comite rationi assentiente. Quibus siquidem pacificatis, astitit illico *archiepiscopus* quidam, ab Antiochenis illuc missus, Regem coartans ut Antiochiam quæ autocius festinaret, contra Turcos opem latus. Iam enim terram illam vastabant, nullo eis principe resistente. Quo audito Rex, continuo ad eos properavit, habens secum trecentos milites lectissimos, & clientes conductios quadringentos probissimos: ceteri verò, vel Hierusalem, vel ad sua remeauerunt. Cum autem peruenisset Rex vbi audierat Turcos esse congregatos, circa scilicet castrum quoddam, quod *Sardanum* vocatur, quod iam obsidione cohiebant, remouerunt se inde, non audentes Regem expectare. Quo comperto secessit Rex in Antiochiam: Turci verò ad incepsum denuo recurrerunt. Et cum Rex hoc audito aduerteret, versus eos promptè equitauit. Sed quia gens illa *Partica* in praecinctu vel apparatu bellico, moraliter nunquam in eodem statu permanentes: nunc visum enim, nunc verò dorsum obstantibus, opinione celerius vertunt, & præter spem simulatè fugiunt, & recursu repentina impetrunt: sed congressum penitus vitaerunt, & taliter seu victi abcesserunt. Benedictum ergo sic sanctissimæ & Dominicæ Crucis vexillum, & omnibus orthodoxis prætens vbiique subsidium, sub cuius protectione & consolatione fideles muniti, nunc sine detimento aliquo, Christianos nostros ad sua concessit regredi. Illi etiam decem milia æstimabantur militum; nostri verò mille ducenti, absque globo peditum. Et cum usque *Tripolim*, vna cum Cruce Dominica, remeasset Rex, cum aliquantis reuersus est *Antiochiam*: & Dominica Crux, in Hierusalem delata cum gaudio magno est; & duodecimo Kalend. Octobris honorificè in loco suo reposita. Inter ea *Gofelinus* captus est *Ædisserus* comes, *Galeranus* cognatus eius, cum eo: interemptis quidem de suis ibi non minus quam centum: quos quidem *Balac* Ad-
20 mitatus quidam, tam astucia quam insidiis, molitus intercepit. *Fuit et hic annus,* quam qui præcessit optimus *Frugibus omnigenis*, quecumque metuntur in arua. *Triticus modius,* pro nummo venditur unus. Seu quadragesima qui vult pensare numismata. Tunc neque Parthi, ne Babilonia bella mouebat. Anno ab ortu Domini millesimo centesimo vi- 1123. cesimo tertio, indictione prima, Halemaniæ Rex *Henricus*, cum Papa *Calixto* pacifi- A.D. cabatur. Deo autem gratias qui regnum & sacerdotium in dilectione confederauit. Eodem anno *Venetici* cum magno nauigio in Syriam nauigare commoti sunt, ut Hierusalem & regionem ei adiacentem, Christianismi utilitati & exaltationi, opitulante Deo, ampliarent. Qui anno præcedente de terra sua egressi in insula, quæ *Cyrpho* nuncupatur, tempus expectantes oportunum, hiemauerunt.
30 Classis quippe eorum, centum & viginti nauium fuit: exceptis *carabis* & *carinis*, quarum aliae rostratae, aliae quidem onerariae, aliae verò tritemes fuerunt: triiformi siquidem forma compactæ sunt: in quibus materies magnæ proceritatis imposita non defuit, vnde compositis ab artificibus sapienter machinis, muros vrbium sublimes incendere & comprehendere possent. Igitur postquam verno tempore patescunt viæ ratibus, quod Deo diu deuouerant expiere non torpuerunt. Et viatico nauali abundè sibi præparato, cum tuguria, in quibus hyeme conquieuerant vñaniimiter succendissent, concrepantibus tubis quamplurimis, carbasa, inuocato Dei auxilio, displicantur & eleuantur. Naves quæ ante coloribus variis picturatae erant, splendorcarmeno prospectantes satis delectabant: quibus terquina

A.D. hominum milia armatorum, tam de Veneticis quam Peregrinis, sibi adiunctis;
 1123. iacent. Porro equos secum trecentos conuehebant. Itaque tunc Borea leviter
 aspirante, pontum decentissimè sulcantes, cursum suum *Motonam* versus diri-
 gunt, deinde *Rodum*. Et quia necesse erat ut simul, nec sparsim incederent, fla-
 bris etiam interdum alternantibus, nisi proinde iter suum modificant alii ab a-
 liis sèpe discreparent. Propterea dietis brevibus, die non nocte velificantes, por-
 tibus frequenter inuentis, necessario quotidie applicabant; ne recentis aquæ pe-
 nariam patientes, tam ipsi quam eorum equi, siti fatigarentur. Eodem tempore
 contigit *Baldinum* regem Hierosolimorum capi. *Baluc* enim qui antea Gofeli-
 num comitem Aedessenum, & Galleranum ceperat, non benè in hoc prouidum,
 sed imperatum comprehendit: quo nihil Paganis iocundius, nihil Chri-
 stianis horribilis. Postquam autem rumor iste usque ad nos, in Hierusalem dif-
 fusus est, venerunt omnes in contioñem in urbem *Ptholomaidam*, consilium ca-
 pturi, quid facto opus esset. Et elegerunt & constituerunt terræ fore custodem &
 præceptorem *Eupachium* quendam, virum probissimum, & moribus honestum:
 qui tunc Cæsareum possidebat atque Sydonem. Hoc siquidem *Patriarcha* Hiero-
 solitanus, vna cum optimatibus terræ dictauit, & teneri decreuit, quatenus de
 rege capto certum rei exitum audirent. Itaque tunc Maio mense mediante, cum
Babilonios iam audissemus ad usque *Achalonem* venisse, bipertito exercitu, terrestri
 videlicet itinere, atque marino: preparata liburna statim agillima, miserunt lo-
 gationem ad Veneticorum classem mittendam, exhortando precantes, ut ad ne-
 gotium incepturn, accelerato nauigio, nobis adiuturi, succurrent. Babilonii
 autem, *Ioppen* nauigio irruentes, & de nauibus pompatice cum ingenti tubarum
 ærarium tonitu, exilientes, urbem obsidiōne circundederunt: Et machinamentis
 suis & instrumentis, quæ in nauibus maioribus attulerant, continuo erectis, ur-
 bem vndique assilierunt, & pro valitudine sua lapides torquendo, cohibuerunt.
 Erant enim tormenta vehementiora, quibus ultra modum sagittæ arcu Parthico
 emissæ, saxa torquebantur. Pedites nanque, Arabes vel Æthiopes, quos secum
 adduxerant, cum manu militum, assaultum grandem ciuibus dabant: alii tela,
 alii lapides vel sagittas utrumque iaciebant. Interni quidem externos, crebris
 ieiibus sèpissimè trucidabant: pro se enim viriliter pugnabant. Æthiopes verò in
 manibus ancilia tecentes, se inde tegebant & protegebant. Mulieres autem ciui-
 bus valde laborantibus, adiumento gratissimo semper præstò fuerunt: aliae enim
 lapides subministrabant; aliae verò, aquam potui præbebant. Cumque murum
 Sarraceni per quinque dies, iam aliquantulum lassissent, & minas desuper di-
 lapidando, per asque diruisse nt, auditio etiam aduentu nostrorum qui eis appro-
 ximabant, significante buccina certamen dimiserunt, & machinamenta sua fru-
 strati in naues reportauerunt. Quod si diutius ibi morari auderent, proculdu-
 bio ciuitatem comprehendenderent. Pauci enim erant, qui tuebantur eam. Iam
 iamque murum circumfoderant, ut spe velocius eam penetrarent: Classis quidem
 eorum, nonaginta nauium fuit. Cum autem dampnum & periculum imminens
 gens nostra per rumigeros didicisset, in unum corpus vndique congregati, ante
 quoddam castellum quod regionis incolæ *Chaco* nominant, de Tiberiade videlicet
 & *Ptholomaida*, Cæsarea quoque, & Hierosolima, cum Cruce Dominica ad
 conuentum illum iam delata, contra hostes dimicaturi, usque *Ramatha* urbem,
 quæ est iuxta *Diospolim*, properauerunt. Nos autem, qui Hierusalem remansera-
 mus, pro fratribus nostris in tribulatione sic positis, indesinenter orare, & elec-
 mosinis egenis impartire, & per vniuersas ciuitatis Sanctæ Ecclesiæ processiones
 piè facere, tam Latini, quam Græci, atque Syri, nudipedes, interim non cessau-
 mus. Proceres autem manè summo de *Ramatha* consurgentés, cum gentem no-
 stram per cohortes procedere, ut decebat, ordinassent, benedictione & peccato-
 rum absolutione à Patriarcha populo data, bellum committitur, Domino Deo
 præiente, signifero eorum & adiutore. Apud urbem quondam quintam Philisti-
 norum factum est hoc, quæ nunc *Ibenum* vocatur, in viculum iam diu redactam
 hæc est *Azotus* vel *Eldot*. Porro pugna ista, non longa demoratione protorta est.
 Nam cum prospicerent nostros probissimè armatos, eos impetrere, continuo e-
 quites tamquam omnino aliquo fascinati, in fugam commoti sunt: Pedites verò de-
 truncati sunt. Tentoria eorum cuncta cum rebus multiformibus, in campo re-
 manserunt. Tria siquidem vexilla præcipue, quæ *standar*, vulgo nominantur, ab
 eis ex.

eis excusserunt. Vtensilia etiam multimoda, culcitrae & puluinaria; carram quoque multam cum sarcinis, secum nostri reduxerunt: Camelos videlicet quadrigenitos, asinos verò quingentos. Triginta quidem milia ex eis, de Babilonia præliatum venerunt: de quibus duodecim milia, tam in terra quam in mare, interempti sunt; de nostris autem pauci, videlicet decem: Milia quorū octo referuntur fuisse tantum; sed audaceſ, & probissimi, & ad pugnandum valde animati; & amore Dei freti, & confidentia eius penitus corrobati. *Sub geminis Phebo iam tunc bis Sexies orto, Gens ruit nefanda, Domini virtute subacta. Corpora nunc quorum per campos allophilorum, Fiunt esca lupis, fuerint quoque pastus hyenis.* Bello autem per Dei potentiam atque voluntatem, ut dictum est, ad gloriam ipsius & exaltationem Christianismi factō, cum Dominica Cruce Hierusalem remeauit Patriarcha. Qua extra portam Dauiticam cum glorifica processione suscepta, & vsque in Basilicam Dominicī Sepulchri honorificè deducta, *Te Deum laudamus*, cantantes, Omnipotenti de beneficiis suis laudes vniuersi reddidimus. Postridie autem perspero successu ita potiti, secundi rumores subsequuti sunt. De Veneticorum autem classe in Palestina per plerosque portus applicata, cum audiuiimus, valde lætati sumus. Hoc enim diu fama promiserat. Cumque dux Veneticorum, qui nauigio huic principabatur, *Ptholomaidē* applicuisset, intimatum est ei statim prout gestum fuerat apud loppen, terra scilicet & mari; & quomodo Babilonii expleto, prout valuerunt, negotio suo, iam illinc abierant: quod si accelerato cursu vellet eos prosequi, Deo iuuante, proculdubio eos attingere posset. Qui consilio nautarum statim adhibito, bifaria nauigatione, nauigii sui partem versus loppen emisit, in qua ipse dux aderat; alteram verò partem in altius pelagus, prudentissimè misit: ut ignaris Sarracenis Peregrini Hierusalem adeuntes, à parte Cyprī putarentur esse. Et cum Sarraceni, octodecim naues de classe Venetica perspicerent ad se appropinquare, tamquam de emolumento iam acquisito, ceperunt exultare: & contra Veneticos aptauerunt se nauigare, & ad pugnam eos audacter suscipere. Nostri autem tamquam ad certainen bellicum verecundari simulantes; & astutè nauigii sui partem potiorem & postremam paulatim expectantes, nec fugere disposuerunt, nec pugnare cum eis præsumperunt, quatenus nauigii partem postremam, tam remis quam velis insurge re Sarraceni cernerent. Igitur Veneticis crevit spiritus; indicibiliter in eos irruerunt; & vndique ita eos accinxerunt, vt locum fugæ vsipiam reperire non possent. Tunc mirum in modum Sarracenis coercitis, nec naues nec nautæ aliquorum euadere potuerunt: sed naues eorum nostri introgressi, detruncaverunt omnes. Fide caret, quod in nauibus ultra humānum auditum, bases occidentium sanguine fluido tingerentur: Corporibus quidem extra naues tunc iactatis, vsque ad quatuor milia passuum, salum erubescere circumquaque videbātis. Itaque naues, multis onustæ opibus, capiuntur. Deinde cuin ultra Aſchalonem exploraturi aliquid profici remigarent, obuias sibi repererunt decem naues alias, diuersis alimentis confertas, & quibus inerant ligna proceritate magna & directa, ad machinas componendas spectabilia. Illas quoque cuin munimentis diuersis, etiamque auro & argento, nummis matibusque multis, piper quoque & ciminum & diuersas species odoramentorum diripiunt. Naues vero aliquantas ad terram fugitiwas, in littore ipso igni combusserunt: sed & plures integras, Ptholomaidam adduxerunt. Læticauit itaque Dominus clientes suos, & donatiuis abundis multipliciter locupletauit. O quam bonum & gloriosum hominibus habere Deum semper in adiutorium suum. Et quam Beata gens cuius est Dominus Deus eius. Dicebant ergo: *Eamus, & gentem Psalm. 143, 10. Christianam omnino confundamus, & memoriam eorum de terra deleamus. Regem enim modo non habent; membra capite carent.* verum dicebant, cum in hoc Baldūinum præferebant: & verum non dicebant, quia Dominum pro Rege nos habere non credebant. Baldūinum perdideramus; sed D e v M, Regem omnium assumpsimus: Illum in necessitate nostra, inuocauimus; & per illum mirabiliter triumphauimus. Forsitan non erat Rex, quem forte fortuitu perdideramus: sed hic qui modo vicit, non solū Rex est in Hierusalem, sed etiam in omni terra. Verè fateri nos oportuit, quod regem in prælio habuimus: vtique & habemus & habebimus, cum in negotiis nostris, præ omnibus illum anticipauerimus.

A.D. Hic enim prestò semper est, & presens omnibus, qui inuocant eum in veritate.
 1123. viderat enim nos in humilitate valde afflictos, & respiciens humilitatem piè nostram, liberauit nos. Hic, pro nobis pugnauit: hic, ad nihilum inimicos nostros deduxit: Hic, se in per vincere consuevit, qui nunquam vincitur; superat, nec superatur; non fallit, nec fallitur. Rex equidem est: rectè enim regit. Quomodo Rex erit, qui semper viciis vincitur? Numquid promeretur dici Rex, si semper habeatur exlex? Quia legem Dei nec tenet nec tuetur: & quia non timet Deum, timebit quidem hominem, inimicum suum. Adulter est, vel periurus, siue sacrilegus: Hic talis, nomen Regis perdit. Mendax est & fundulentus: qui confidit in eo? Et quis est impius: quomodo exaudiet illum Deus? Si est ecclesiarum dissipator, si pauperum oppressor; tunc non regit, sed confundit. Adhereamus ergo regi superno, & spei nostram ponamus in eo: & non confundemur in æternum. Tempore isto taliter ægro decepit Eustachius, in custodem terræ nostræ electus, decimo septimo Kalend. Iulii: cui succedere Guillelmum de Buris, qui Tyberiadem tunc possidebat, statuerunt.

Mense Augusto deinde mediante, superna clementia prouidente, Rex Hierusalem Baldinus exiuit de carcere, & de vinculis Balac, quibus vincitus tenebatur in oppido quodam situ fortissimo, & celsitudine nimis arduo & diffcili comprehendendo: cuim quo similiter erant inclusi Goscelinus comes Ædesenus cum aliquantis captiuis. Huius rei narratio satis est longa; sed dono celesti predita, & miraculis benè ornata. Nam cū in castrō illo nullo frēti adiumento, iam diu angērentur occultati, consilio & ingenio multimo-
 do apud se pertentare ceperunt, si aliquatenus inde possent egredi: vnde per fi-
 deles interruntos, vbi cumque amicos habebant, auxilium querere non cessauerunt: & cum Armenis circa se conuersantibus, machinari studuerunt, vt si quando auxilium ab externis amicis suis adipisci posset, illi adiutores esse veri non desisterent. Et cum post aliqua dona & promissa plurima, hoc fidei nexu utriusque confirmatum esset, de Ædesena vrbe quinquaginta ferè clientes, illuc ob id missi sunt. Et quasi pauperrimi, merces ferentes atque vendentes, usque ad portas interioris castrī, occasione quādam nata, paulatim se intromiserunt. Quod cūm portariorum magister, iuxta portam cum quoddam fideli nostro in-
 prouidus scaccis luderet, clientes nostri astutissimè attentius appropiauerunt, querimoniā sibi factæ iniuriæ ad eum facturi: & deposita omni tunc ignavia, & pauore, vaginis extractis cultellis, illum dicto citius necauerunt, & arreptis lanceis illic inuentis, ferire & occidere viriliter non pigruerunt. Clamor in-
 gens illico attollitur; & intus & foris omnes perturbantur: Sed qui ad tumultum hunc festini accurrerunt, festinantiū mox perempti sunt. Fuerunt equidem centum sētē Turcorum: Et portis confessim clausis, de carcere Rex & alii, tunc eiiciuntur. Adhuc erant aliquanti coimpediti, quando iam per scalas muri fastigium descendebant: & eleuato in arcis apice Christianorum vexillo, rei veritas patefacta est. In eadem arce erat vxor Balac, ceteris quas habebat sibi carior. 40
 Castro autem à Turcis mox undique cincto, ingressus & egressus, interius & exterius omnino est prohibitus. Portæ etiam clauduntur, vestibus obditis. Hoc autem nō puto silendum quod Balac infortunium quoddam per visionem est reuelatum: vident enim sibi à Gocelino erui oculos: quod ipse postea suis retulit. Quo indilatè sacerdotibus suis manifestato, interpretationem sompnii ab eis sciētabatur. Verè aiunt, hoc tibi continget, aut si forte in manus eius quandoque incideris, huic equipollens. Hoc autem audito, citissimè legationem illic misit, vt occidetur, nē ab eo posset occidi, sicut illi præ sagiebant. Sed antequam ad eum dirigeretur lictor, Deo gratia, iam de captione euaserat. Rex autem & sui omnes communi & sapienti consilio usi, vt saluari quolibet modo possent, cum tempus ad 50
 hoc considerarent aptum, posuit Dominus Goscelinus animam suam in periculo mortis; & conditori vniuersorum se commēdans cum tribus famulis suis, tam pauidus quam audax, extra castrum per medios hostes, radiante Luna, erupit. Qui continuo unum ex eis regi remisit, reportantem ei anulum suum, vt totaliter significaret se ab hostibus obfessoribus extorsisse. Sic enim inuicem fieri decreuerant. Postea & fugitando & latitando plus per noctem quam per diem pergens, disruptis calceis ferè nudipedes, ad usque fluuium peruenit Eufraten. Et quia nauis absfuit, quod pauor optabat agere non distulit. Quid igitur?

Duos

Duos vtres, quos secum detulerat, vento inflauit, super eos se collocauit, & sic in flumen se impegit. Quem collegæ sui ignarum nandi, commode iuantes, sustentare studuerunt, & vsque ad littus, Domino ducente, sanum deduxerunt. Et cum itinere insolito valde fatigatus esset, famelicusque ac sitibundus, anxius anclaret; nec erat qui manum ei piè porrigeret, sub nuee quadam illie inuenta, sospore tactus, membra labore fessa quieti attribuit, obumbrans se vepribus & frumentis, ne visus agnosceretur. Interim autem præcepit vni ex famulis eius, ut exploraret & imploraret aliquem indigenam, qui ei panem, vel daret, vel vt cumque venderet: Inedia enim valde vexabatur. Cliens autem ille, rusticum inuenit quemdam Armenum mox in campo, quem consultè allocutus adduxit ad dominum suum, caricas & racemos apud se habentem. Hoc quidem famelicus comes desiderabat, hic autem, cum appropians comitem Goscelinum agnosceret, procidit ad pedes eius, dicens; *Vale Gosceline.* Qui audiens quod nollet, territus respondit, verumptamen modestè: *Non sum ille, quem dicas. Sed Deus adiunet illum ubicumque sit.* Rusticus ait: *Noli queso celare noticiam tuam, quoniam procul dubio te benè agnoscō. Sed ruela mihi quid, & quomodo his in partibus tibi accidit: ne expauescas, moneo.* Cui rursum comes: *Miserere mei, quicunque es; nec miseriā meā inimicis meis inotescas, obsecro: sed ad salvationis locum deduc me, ut unum pro mercede numisma merearis accipere.* Ego enim de captione Balac, Deo propitiante, egressus aufugio: de castro scilicet, quod Kartapeta nuncupatur, quod est in Mesopotamia, cis Eufraten. Bene enim operaberis, si mihi hac in necessitate subuenieris, ne amplius in manus Balac incidam, ne infortunatus peream. Quod si vsque Terbexel castellum neum, te mecum venire libuerit, omnibus diebus vita tua bene tibi erit. Dicitur mihi, que & quanta in his locis est possessiuncula tua, ut maiorem, sis, apud me tibi diligenter restituam. Et ille: *Non quero, inquit, ate, Domine, quicquam: sed quòvis, te saluum perducam.* Olim enim, ut reminiscor, ante te me fecisti comedere benignè panem; quamobrem prestò sum tibi reddere talionem. Vxorem, inquit, domine, habeo, unicamque filiam parvulam, similiter quae unam asellam; Duos etiam germanos, & duos boues. committo autem me omnino tibi, quia vires prudens & sapientissimus. Iam iamque cum eis omnibus, tecum vado. Porcellum insuper unum habeo: hunc modo quoquam, & huc tibi afferam. Sine fratre, inquit, unum enim porcellum non es assuetus uno prandio mandare: nec expedit te aliqua expeditione vicinos tuos commouere. Tunc ille iuit; & cum suis omnibus, sicut fieri decreuerant, rediit. Ascendit ergo Comes, Rustici asellam, qui quondam erat equitare solitus mulam per optimam: baiulans ante se infantem, feminam videlicet, non marem: & quā non licuit generare, licuit, ac si patrem, ante se gestare: Non ut sibi ex progenie habebet contiguam, sed ut spem filiationis monstraret esse certam. Sed cum cepisset infans plorando & clamando comitem incessanter molestare, nec posset eam villo modo pacare: quia nec altricis lac inerat papillis, nec ipse mulcere nouerat festeniniis: voluit collegium ei forte nocuum ob id deserere, & segregatim tutius incedere: sed cùm auertit hoc rustico displicere, noluit eum conturbare, sed perseverauit in incepto labore. Et cùm peruenissent Turbexel, talium hospitum læta fuit suscepitio valde. Gaudet quippe vxor de tanto compari, exultat familia de tanto patrono. Non ambigit nostra conscientia, quanta gloriati sunt omnes lætitia, & quantæ lachrymæ præ gaudio affluunt, & pia suspiria. Fit etiam rustico indilatè, de humilitate sua digna remuneratio. Pro vno enim iugo bouum, continuò recepit duo. Sed quia non oportuit in hiis diu morari, Comes festinanter iuit *Antiochiam*, dehinc Hierusalem. Et redditis illic. Deo gratiarum laudibus, obtulit geminas cōpedes apud se allatas, quas in monte deuotè pependit Caluariæ: ad memoriam videlicet captionis, & ad gloriam suæ liberationis: vñæ quidem ferreæ, alteræ vero argenteæ. Post triduum autem exiit de Hierusalē, Dominicam sequens crucem, quæ vñque Tripolim iam delata erat. Iturus enim erat cum ea Hicrosolitanus exercitus vsque Kartapeta, castellum Balac: Vbi Rex, & quam plures alii, adhuc non in carcere, sed in castri firmitate tenebantur. Benedictus autem sit vniuersalis Dominus, qui voluntatem suam & potestatem ita modificat, ut potentem de excelsø, cum vult, præcipite, & de puluere, pauperē sublimet. Mane itaq;, *Baldinus Rex imperauit*; sero autē, seruus seruuit. Goscelinus quoq; nihil minus. Liquet vñiq; nihil in hoc seculo esse certum, nihil stabile; nec etiam diu gratū. Ideo terrenis inhiare non est bonū; sed cor habere semper in Deum intentum: nec confidamus in caducis, ne alienemur æternis.

A.D. *Iam nunc tredecimū complens ut estimo, lustrum, Regem non vidi, velut hanc, in carcere plecti.*
 1123. *Significet siquid, ignoro quidē, Deus hoc scit.* Euntibus ergo Hierosolimitanis quorsum
 ire statuim fuerat, glomerantur eis apud Antiochiam Tripolitanū; atq; Antio-
 cheni: sed cum Turboxel peruenissent, intimatur eis denuo regem esse captum, &
 in quo clausus erat, oppidum. Hoc audito mutatur consilium, & iubetur illico e-
 dici redditum. Et cupientes aliquid sibi prodesse, cornicine significante, diuerte-
 runt ad urbem Caliptum; & vastauerunt & dissipauerunt omnia quæ extrinsecus
 repererunt, dum primitus intra mœnia ferociter omnes, qui contra eos exierant,
 impulissent. Sed cum quadriduo ibi morantes nihil amplius profecissent, ad sua
 remeare statuerunt: iam enim alimoniorum penuria vexabantur. Goscelinus vero 10
 comes in territorio Antiocheno remansit. Et cum vsq; Ptholomaidam regressi
 fuissent, ante affines Sarraceni hoc auertissent, Jordanem subitaneo itinere trā-
 ierunt. Et cum per regionē illam quæ monti Galaad & Arabiæ contigua est, per-
 currissent, & de Sarracenorū vtroq; sexu, bestiisq; plurimis græges diripiuerint,
 cùm ingenti carra camelorum atq; ouium, infantium quoq; ac puerorum, Tybe-
 riadem eis proximam tunc redierunt; & disperto pro more inuicem emoluimen-
 to, Hierusalem vndiq; conuenérunt; & Crucem Dominicā allatam in suo loco, vt
 decuit, reposuerunt. Nunc autem reuerti decet ad id quod desieram. Cumque
 audisset Balac quod apud Kartapetam contingera; & quemadmodum Comes
 Goscelinus de captione euaserat, quantotius potuit illuc iratus perrexit; & regē 20
 blandè allocutus, flagitauit vt ei castellum suum redderet, ne forte vel vni eorum
 vel ambobus in deterius fortuna prodiret: & ita quietum eum abire permitteret,
 vt datis inde obsidibus electis, vñque Antiochiam vel Edessam perduci saluē fa-
 ceret: Alioquin vcl vni eorum, vel ambobus indeterius fortuna prodiret. Sed
 cuim hoc Rex concedere nollet, diro efferratus animo Balac minitatus est & re-
 gem & castrum violenter capere; & de iniunctis suis proculdubio vindictam fa-
 cere. Qui iussit ilico rupem, super quam sicutum erat castrum, suffodi; & per cu-
 niculum, sudibus dispositis, opera suspensi, illataque silua ignem mitti. Suc-
 censis autem fulcimentis, cauea repente subsedit; & turris quædam huic incen-
 dio proxima, cum magno sonitu decidit: primo quidem cum puluere fumus ex- 30
 citatus est; cum ignem ruina concluderet: sed peræsa materia qua præmeba-
 tur, flamma iam clarior apparere cepit, & repentini facti Regem occupat stu-
 por, qui hanc molitionem ægre ferebat: & ita spes eum cassa refrixit, quem
 tantus casus valde terruit. Itaque tota virtute cum sensu perdita, Rex & sui
 clementiæ Balac supplices addicti sunt, nihil nisi supplicium secundum me-
 rita expectantes. Regi tamen indulta vita pepercit, & cùdam Galeranno nepo-
 ti suo quoque: Armenos autem qui adiumento regi contra Balac extiterant,
 alios quidem pependit; alios vero excoriavit; quosdam nempe per medium
 ense cecidit. Regein vero cum tribus de suis de castro eiecit, & ad Carram
 ciuitatem adduci fecit. Et quia procul à nobis haec facta aberant, vix certi- 40
 tudinem rei addiscere poteramus. Verumptamen quām verius potui, à rela-
 toribus mihi intimatum, chartæ commendāui. *Hic pluviis artus, fitibundus desi-*
 lit annus, Vnde Hierosolimi crebro sunt murmure questi. Anno à Domino Iesu
 A.D. Christo nato millesimo centesimo vigesimo quarto, cum Natale Saluatoris, tam in
 1124. Bethleem quām in Hierusalem, vt decuit, celebrassemus: cui celebritati
 Dux Veneticorum cum suis deuotis interfuit: confirmatum est communī & gratui-
 ta voluntate, sub iure iurando, obsidionem circa Tyrum vel Aschalonem, post E-
 piphaniam agere. Sed quia pécunia inopia nos vniuersos tunc arcebat, colligi-
 tur inulta viritim, militiæ & clientelæ conductitiæ impertienda. Non enim po-
 terat tantum negotium, sine donatiuis, expediri. Quamobrem oportuit nos et- 50
 iam præciosiora ecclesiæ Hierosolimitanæ ornamenta, colligendo numismata,
 obpignorare creditoribus. Igitur, sicut intimatum est, & vbi denominatum est,
 vndique conuenerunt omnes. *Cum ter fusor aque reparatur solis ab igne,* Plebs de Hieru-
 salem communiter exit in hostem. Hoc fit & in prima feria, luna quoque prima. Ita vñque A-
 chon profecti disposuerunt vna cum Veneticis, Tyrum adire & obsidere. Patriar-
 chæ quidem cum sibi subditis; Dux vero cum Nautis & nauibus suis: quod factum
 est, decimoquinto Kalend. Martii. Hoc autem audito Aschalonitæ, qui solita pro-
 terua nunquam mansueti nouerunt, dampnum facere nobis pro posse non
 distule-

distulerunt. Quadam quippe die triplex exercitū suo , maiorem partem co- A.D.
hortum suum Hierusalem adduxerunt: qui extimpo extrā urbem, octo homi-
nes qui vineas p̄tabant, truciter peremerunt. Quorum aduentu comperto, su-
per arcem Davidis tuba mox infoauit, hæc nobis significans: & procedentes ad-
uersus eos Franci nostri atque Syri, audacter obstiterunt. Et cum tribus horis
diei alterutro conspectu ad tedium s̄e fatigassent, effecti inanes cum pluribus
fauciatis, mœsti valde abierunt. Nostri siquidem, paulatim eos inseçuti sunt: Sed
quia militibus carebant, insidias eorum veriti, non præsumperunt eos diu inse-
qui. Ad extremum tamen de capitibus eorum amputatis, octodecim retinu-
erunt; totidemque equos: Tres equites viuos, de quibus quadraginta quinque
sunt occisi. Quod si milites haberemus, pauci ex eis euasissent: equitatus enī
noster in exercitu erat. Tunc autem Deus laudatur, cui semper laus deberur. In-
terea loci, coargustantur Tyrii in vrbe sua proximè clausi, nec capi cedentes, nec
pacem quærentes. Diuitiis enim opulentī, & maris præsidio circumfulti, con-
sueuerunt semper esse ingratii. Hæc est equidem cunctis vrbibus, quæ in terra sunt
repromissionis, dicitur & nobilior præter Asor quam antiquitus Rex Cananæorū
labin, possedit, quam losue postea cum ceteris pluribus, destruxit: quæ quidem
vt legimus, nongentis curribus munita gloriabatur: Iosephus autem tria milia cur-
ruum falcatorum fuisse narrat: Armatorum vero trecenta milia, & decem
equitum milia similiter alebat: cuius militiæ Sisara dux extitit. Hæ vrbes ambæ
in terra Phœnicum fuerunt institutæ: hæc institutoribus & negotiationibus mu-
nitissima; illa vero infinita gente populosæ: hæc in marino littore sita; illa verò
in campestribus collocata. Quando Gedeon iudicabat Israël, tunc temporis Ty-
rus condita fuit à Phœnicibus, paulo ante Herculem. Tyrus quidem in terra
Phœnicum est. Hæc est ad quam Ysayas loquitur, exaterbans eam propter su-
perbiæ suam: in qua optima purpura tingitur: vnde Tyria dicitur nobilis pur-
pura. Tyros, interpretatur angustia: quæ Soor Hebraicæ dicitur. Rex autem As-
syriorum pugnans contra Syriam & Phœnicem expugnauit eam, cum in ea re-
gnaret Elyseus Rex: Nolebant enim Regi Assyriorum, Tyrii esse subiecti. Hoc
per quinquennium actum est. De hoc Menander scribit, Iosephus quoque la-
tiūs. Tunc temporis pelagus transfretantes Tyrii, Duce Didone Beli filia,
Cartaginem in Africa condiderunt. Cuius situs triginta milibus passuum muro
amplexa, & pene tota mari cincta, ab Orosio hystorico fuisse describitur, absque
faucibus, quæ tribus milibus passuum aperiabantur: hic locus, murum triginta
pedes latum, habuit, saxo quadrato, in altitudinem cubitorum quadraginta. Arx
verò, cui nomen Birse fuit, paulo amplius duo milia passuum tenebat: quæ se-
ptingentesimo post conditionis illius anno omni murali lapide cōminuto, con-
funditur: quæ ante urbem Romam, duos & septuaginta annos, ab Helysa con-
dita inuenitur. Hanc Publius Scipio, superioris anni consul, delere supra molitus est:
quæ continuis septendecim diebus miserabiliter arsit. Tyrus autem, superius
memorata, septuaginta annis, iuxta Iſuam, depopulata elanguit. Aqua receden-
tibus Ceteris nauigans reduxit eos Eliseus Rex: contra quos dero Salmanasar Rex
Assyriorum, insurgit. Recessit à Tyro tunc ciuitas Sydon, & Arce, & antiqua Ty-
rus, & multæ aliae simul vrbes, quæ semetipsas Assyriorum Regi tradiderunt.
Quapropter Tyriis non subiectis, iterum aduersus eos egressus est, Phœnicibus
ei naues sexaginta exhibentibus, & remiges nongentos. Contra quos Tyrii na-
uigantes, in duodecim dispersis nauibus, cepere captiuos viros quingentos: vñ-
de honor Tyriorum propter hæc, crevit eximiè. Reuertens autem Assyriorum
Rex, disposuit custodias super flumen, & aquæ ductu circuiuit, vt Tyrios haurire
pocula prohiberent. Et dum hoc per quinquennium fuisset factum, tolleraue-
runt, de effossis putcis bibentes aquam. hæc itaque in archiuis Tyri de Salma-
nasar, Assyriorum rege, conscripta sunt. Hic est qui Samariam obsedit, & ce-
pit, anno regis Ezechiae sexto: & transtulit Israël in Assyrios, ante quem vene-
rat etiam Phul Rex Assyriorum, & post eum Teglaphasar Rex Assur, qui cepit
Cedes & Asor in Neptalim, & Ianoc, & Galaad, & vniuersam Galileam, & trans-
tulit illos in Assyrios. Venit quoque Sargon, rex Assyriorum, qui misit Tarchan
pugnare contra Azotum, & cepit eam. Itaque propter peccata populi vastata est
terra repromissionis, & in captiuitatem ducta; prius Assyriis, deinde Chaldeis.
Nabuchodonosor autem, tam Chaldeus quam Babilonius Rex, & obsedit & cepit

A.D. Hierusalem. Vnde fugiens *Sezechias* rex, captus est iuxta Hierico, & ductus in
n^o 4 regionem quæ Reblata dicitur, in terra Emath. *Hieronymus* dicit *Emath* magnam
 esse Antiochiam, minorem verò Epifaam. Vbi fecit Nabuchodonosor oculos
Sezechiae regis erui, & filios eius coram se iugulari. Tunc venit Nabuzzadan
 princeps militiae eius, & succedit domum Domini & domum Regis; & totum
 murum Hierusalem destruxit per circuitum. Post temporum autem interualla
 venit *Alexander Rex*, qui Tyrum obsedit & cepit, subiugata Sydone, prius au-
 tem Damasco, Gaza quoque ab eo capta, duorum inensum spatio: qui circa Ty-
 rum septem mensibus federat: ad ciuitatem Hierosoliniam festinavit, vbi ho-
 norificè suscepimus principem sacerdotem nomine *Iaddum*, pluribus honoribus 10
 prosequitur, habente cydarim super caput eius, & stolam auream iacinthinam,
 & super laminam auream in qua nomen *Dei* scriptum erat, solus adiens diligen-
 ter adorauit. Et disposita Hierosolyma, ad reliquas ciuitates exercitum suum
 conuertit. Post annorum plurium spatia peccatis Iudeorum exigentibus, *An-*
thiochus Epifanes, legem eorum impugnans, *Machabeos* valde coartauit. Post hanc
 venit *Pompeius* qui Hierusalem infeliciter dissipauit: ad ultimum vero *Vespasianus*,
 cum *Tito* filio suo venit, qui penitus eam destruxit. Itaq; per varios rerum euentus
 usque ad tempora nostra & Ciuitas Sancta & patria ei subdita, præcipitanter
 extitit vexata. Plerumque *Palestina*, interdum *Fænicia*, quæ à Phenice Cadmi fra-
 tre nomen accepit, est vastata: Tum *Samaria*, tum *Galilea*: quæ quidem bipartita 20
 determinatione distinguitur. Nam altera superior, altera vero inferior appellatur:
 quas ambifariam Fenice & Syria cingunt. Illa vero, nempe quæ est trans
Jordanem, à *Macheronte* in *Pella* capit longitudinem; & à *Philadelphia* usque ad
Jordanem habet latitudinem. *Pella* quippe leptocntronialis eius est tractus; oc-
 cidiuus vero, *Jordanis*; Meridianus autem, *Moabitide* terminatur regione: ab Ori-
 ente *Arabia* & *Filadelphia*, itemque *Gerasidis* clauditur. *Samariensis* autem Regio
 inter Iudeam & Galileam sita est. Et *Iudea* latitudo à *Jordanem* usque *Ioppen* ex-
 plicatur: media vero ciuitas eius est *Hierusalem*, quasi umbilicus eius terræ sit.
 Porro inferior *Galilea* quæ ex *Tyberiade* usque *Zabulon*, & usque *Ptholomai-*
dem & *Carmelum* & montem *Tyriorum* tenditur, continet intra se *Nazareth*; & 30
Sesforium ciuitatem validissimam; & *Thabor* etiam, & *Cana* cum pluribus aliis.
 Hoc siquidem monte Libano attingitur, & fontibus *Jordanis* vbi nunc est *Pan-*
æs, siue *Dan*, alio nomine, siue *Cesarea Philippi*, circa quam *Traconidis* est regio, & Na-
 batanea. Iudeæ autem, Bersabee ciuitas dat limitē inter quam sunt *Tamina* & *Lid-*
da, *Ioppe* & *Iamnia*, *Tucus*, & *Ebron*, *Astaol*, & *Saraam*, & multæ aliæ. Nunc
 autem ad calceum redeo, qui aduersas per semitas diu cucurri. Cum vero circa *Tyrus*
 in obsidione laboraremus accurate ad præparandas machinas: nihilominus *Pa-*
lac contra nos maliuolos suos, cornu suum extollere non cessabat. Qui egressus
 ab urbe *Kalypso*, mense Maio intrante, cum quinq; milibus militum, peditumq; 40
 septem milibus, perrexit *Ierapolim*, quam urbem *Mumbeth* vulgus vocatur: cum
 que possessor eius eam reddere nollet, extra urbem ad se tum aduocatum, nefaria
 decollauit. Qua urbe protinus à *Balac* obseissa, non latuit *Goscelinum* Antiochia
 tunc morantem: & habita inde legatione, accelerauit cum Antiochenis illuc ire.
 Licet autem paucissima gens esset Christicolarum, non pauit aut *Goscelinus*
 aggredi multitudinem perfidorum. Nec diu mora protracta, commissa est fero-
 citer pugna: Deo autem suffragante, postquam ter sunt confusi, terq; viriliter ad
 pugnam regregati, *Balac* in ea pressura sauciatus ad mortem, pro posse diuertit,
 moribundus in partem: quodcum sui coperissent, qui potuerunt fugere non
 torpuerunt. Potuerunt pleriq; fugere: sed non potuerunt quidem effugere. Re-
 feruntur enim tria milia ex eis esse interemptorum, qui milites fuerunt: de pedi-
 tibus autem illorum ignoratur numerus. De nostris autem, triginta milites ibi
 perempti occubuerunt: de peditibus vero nostris sexaginta ferè. Volens autem
 certitudinem rei scire *Goscelinus* an esset *Balac* mortuus, an aliquatenus eualesset
 viuus, cum sagaciter inter necatos perscrutaretur, indiciis armorum acognitis,
 cognitus est. Cuius caput qui amputauit, *Goscelino* gratulabūdus detulit, à quo
 quadraginta numismata, sicut se daturum spoponderat, lucratus accepit. Caput
 siquidem continuò Antiochiam ad declarationem gestare rei, *Goscelinus* deferri
 fecit: quod ipse qui detulit in sistacia sua, legatus vñq; *Tyrum*, itemq; *Iherusalē*,
 nobis vniuersis & enarrauit & declarauit: qui etiam in prælio declarato cum
 præliantibus præsens adfuit: Armiger quippe *Goscelini* erat ipse. Et quia nuntiū
 attu-

attulit desideratissimum, in exercitu nostro ante Tyrum, acceptis armis ab armigero, in militem prouectus est: Comes quippe *Triopolitanus* ad hunc gradum eum sublimauit: & laudauimus omnes & benediximus D E V M , quia suffocatus est draco ille saeuissimus, qui Christianismum diu tribulauerat, & pessimus * de erat crudelissime. *Sol deies nouies lustrarat lumine taurum*, Quando Balac cecidit vel eum fortuna fitellit. Ecce sic interpretatio somnii superius memorati declarata est, quod quasi vaticinans ipse Balac de seipso dixerat, tempore illo quo Goscelinus de captione mirabiliter euasit: videbat enim in visu à Goscelino sibi oculos erui: Verè penitus eruit, quoniam & caput & membra illi abstulit: *Nec videt, nec audit, nec fatur, nec sedet aut it: Nec Celo, nec humo, nec aqua lacus eius habetur.* Quadam verò die dum in obsidione memorata secure quiescerent, qui circū sedebant, opportunitate considerata egressi sunt ciuitatem Tyrii, tam Turci quam Sarraceni, patefactis portis; & ad machinam nostram inter cæteras fortiorum, currentes vnam imiter irruerunt. Et antequam nostri arma caperent, quos in machina custodes inuenerunt, foras sauciando pepulerunt: & accenderunt & incenderunt eam igni: qua solebant turres antea iactis lapidibus conquassari, & vehementer perforari: in qua impugnatione triginta homines perdidimus. Illi autem receperunt duplum damnum: ciuic qui propter muri rimas, tam sagittis quam spiculis, siue lapidibus crebro nostros ladebant, & vulnerabant. Interim autē probitate quadā excogitata, quinq; Venetici secunda satis fortuna vsi, carabrum suum ingressi, domum vnam diripuerunt; duobus ibi capitibus amputatis: qui tunc sine cunctatione cum lucello suo statulabundi foras remeauerunt. Actum est hoc vndecimo Kal. Iunii. Sed nihil minus valuit, cum paulò ante Tyrii Liburnam vnam noctu Veneticis clepserint, & intra urbē per portum traxerint. Nam in huiusmodi certaminibus, talia səpē fieri obtingunt. *Hic cadit, hic surgit; hic gaudet, plorat ille.* Scientes autem Ascalonii gentis nostræ paucitatē, vbi magis æstimauerunt nos debilitare, vel damnum inferre, non pigruerunt molestare. Nam propè Hierusalē viculum quendam *Birium* nominatū, vastauerunt & concremauerunt, & asportatis omnibus rebus illic inuentis, cū aliquantis mortuis & pluribus vulneratis abierūt. Mulierculæ enim & infantes in turri quadā tépore nostro illic edificata, se intromiserunt; & sic saluati sunt. Itaq; per terrā excurrentes, diripiebant, necabant, captiuabant; quodcunq; malū poterant, faciebant: nec erat qui eis resisteret. Intenti enim omnes eranii ad oblidionē, misericordiā Dei expectantes superhā, quatinus laborem nostrū, D E O fauore & adiutore, valeremus consumare. Videns autem Rex Damasci Turcos suos ac Sarracenos qui erant in urbe circumclusi, nullo modo posse de manibus nostris euadere, maluit cum aliquo dedecore viuos eos redimere, quam mortuos plorare. Quæsiuit ergo per interlocutores sagaci consilio, quatinus homines suos cum rebus eorum omnibus foras exciperent, & urbem vacuatam nobis relinqueret. In quo cum vtrinque diu luctaremur, obsidibus ambifariam traditis, illi de urbe sun̄ egressi, & Christiani pacifice introgressi. Quicunque autem ex Sarracenis remanere in urbe voluerunt, sub consuetudinis ratiocinio in pace remanerunt. Sub Cancro Phœbus fuerat ter septies ortus: Quando Tyrus capitulatur, ac redditur, ac superatur. Nam Nonas Iulij contigit hor fieri. Non est igitur cessandum, non est etiam tardandum querere Dominum nostrum, adiutorem in tribulacionibus benignum; & precibus pulsare eum, ut nobis supplicantibus pium præbeat auditum. Hoc equidem perspē in Hierusalem feceramus, Ecclesias visitando, lachrumas fundendo, elemosynas impartiendo, corpora ieuniis affiendo: quod D E S V S vt credo, de supernis aspectans, non reliquit post se benedictionem, sed exaudiuit deprecationem nostram. Quod si aliquem adiscere rumusculum auribus apertis expectabamus, ecce Legati festinatissimè venerunt, nobis nuntiantes, & litteras à Patriarcha nostro deferentes, & urbem captam esse innocentibus. Quo audito clamor iocundissimus attollitur; Te D E V M laudamus, illi cō vocibus altisonis decantatur; signa pulsantur; processio ad Templum Domini deducitur; vexilla in muris & turribus eleuantur; per omnes vicos ornamenra multicoloria extenduntur; gratiarum actiones depromuntur; nuntii pro meritis dignè remunerantur; pusilli & magni pariter congratulantur; puellulæ cantilenis in choreis delectantur. Recte mater Hierusalem gaudet de Tyro filia, cuius ad dexteram sedebit à modo coronata. Luget & Babylon consolatione eius perdata, cuius adminiculō dudum extiterat suffulta; cuius classem quotannis nobis hostilem excipiebant. Hæc verò si memoratur pompa, augmentantur Diui-

A.D. na gratia. Nam quod apud Hennicos ciuitas habuerat in magisterio primi flamminem vel Archiflamminem, secundum patrum institutionem habebit Primatem vel Patriarcham in lege Christiana: Vbi enim Archiflaminnes erant, Archiepiscopi Christianorum sunt instituti, qui singulis praesint prouinciis: vbi Metropolis erat, quae interpretatur mater Ciuitas, Metropolitani erant, qui de tribus aut quatuor ciuitatibus, intra aliquam prouinciam maiori & matri alias ciuitatum praesidebant. Vbi autem minores ciuitates, habuerunt solummodo Flaminnes vel Comites, Episcopi sunt instituti. Portò Tribuni plebis non absurdè intelliguntur Presbyteri, siue aliqui inferioris ordinis clerici. Sic omnis mundana potestas his gradibus dignitatum à se inuicem distat: id est, ut primus sit Augustus vel Imperator, deinde Cæsares, deinde Reges, Duces, Comites. Sic dicit Clemens Papa, Aneclaus Antonius & plures alii. Demus autem laudes Deo altissimo, quia non hominum virtute, sed sua bene placita voluntate, sine sanguinis effusione nobis Tyrum reddidit urbem inclitam, urbem fortissimam; & ad capiendum difficilimam, nisi Deus manum apponneret dexteram. In hoc quidem Antiocheni deliquerunt, quia nullum nobis auxilium praebuerunt, nec labori huic adeste voluerunt. Benedicatur autem Pontius Comes Tripolitanus, qui nobis adiutor affuit fidelissimus. Pacificet Deus Antiochenam Ecclesiam cum Hierosolimitana, quæ duæ dissident de Tyria tertia: Illa dicit hanc sibi fuisse subditam sub Græcorum tempore; hæc dicit se esse communitam priuilegiis à Romano praefule. Nam in Concilio Aruerniensitatem autentico & nominatissimo constitutum vnanimi assensu fuit, ut quæcumque ciuitas, mari magno transito, à Paganorum posset excutirgo, sine contradictione aliqua, sub Sanctæ Hierusalem dominio vel dictione perenniter obtineretur. Hoc etiam in Antiocheno Concilio, Episcopo Podiensi magistrante, replicatum & concessum ab omnibus est. In Hierusalem quoque Dux Godefridus & dominus Boemundus, acceperunt terram suam à Patriarcha Daiberto propter amorem DEI. Identidem Paschalis Papa, priuilegiis suis corroborauit; & ea Ecclesiæ Hierosolimæ transmisit, quibus Ecclesia Romana sic auctorizante, iure perpetuo communicetur. In quibus priuilegiis hæc inscripta sic continentur. PASCHALIS SERVVS SERVORVM DEI, REVERENTISSIMO FRATRI HIEROSOLIMITANO PATRIARCHÆ GIBELINO, ET EIVS SVCCESSORIBVS CANONICE PROMOVENDIS. Secundum mutationes temporum, transferuntur etiam regna terrarum, unde etiam Ecclesiasticarum parochiarum fines in plerisque prouinciis mutari expedit & transferri. Asinarij siquidem ecclesiarum fines antiquis fuerunt diffinitionibus distributi: quas distributiones, diuersarum diuersæ fidei gentium confudit irruptio. Gratias autem DEO, quod nostris temporibus & Antiochiae & Hierosolimæ ciuitates, cum suburbanis suis adiacentibus prouinciis, in Christianorum Principum redactæ sunt potestatem. Unde oportet nos Diuine mutationi & translationi manum apponere; & secundum tempus que sunt disponenda, disponere: ut Hierosolimitana ecclesia urbes illas & prouincias concedamus, que per gloriose Regis Balduini prudentiam, ac exercituum eum persequentium, sanguine, per DEI gratiam adquisita sunt. Praesentis itaque decreti pagina tibi, frater karissime & coepiscopo Gibeline, tuisque successoribus, & per vos Sanctæ Hierosolimitana Ecclesia, Patriarchali seu Metropolitano iure regendas disponendasque, sancimus, ciuitates omnes atque prouincias quas supradicti Regis ditionem, aut iam restituit, aut in futurum restituere gratia Diuina dignabitur. Dignum est enim ut Sepulchri Dominici ecclesia, secundum fidelium militum desideria, competentem honorem obtineat, & Turcorum seu Sarracenorum iugo libera, in Christianorum manu abundantius exalteatur. Expletis autem apud Tyrum, prout oportuit negotiis, & tripartita diuisione dispositis; & æquiparatione congrua duabus proportionibus Regiæ scilicet potestati, & tertia hereditario iure Venetici tam in urbe quam in portu, sigillatim contraditis, recesserunt omnes ad sua. Reuertente itaque Hierosolimo Patriarcha Hierusalem cum Hierosolimitis, Crucem Domini Sacrosanctam, digna cum veneratione suscepit & Clerus & populus.

EXPLICIT LIBER PRIMVS A FVLCHERIO ILLVSTRI
VIRO COMPOSITVS.

INCL-



INCIPIENT

ANTIOCHENA BELLA.

Extitit hīc victor, GAVTERIVS indicat auctor
Antiochenorū dominus Rotgerius, & dux.

INCIPIT PROLOGVS.

 PER AEPRACTIVM est audire, & utilitati congruit, quomodo, quibus miraculis, qua gratia D E V S arbiter bellum cum Parthis manu Rotgerii principis Antiocheni ex insperato gessit. Auditis etenim miraculorum virtutibus proborumque virorum actibus, mali prosternerentur facilis; boni etiam incitabuntur ad melius.
Vnde fit, ut cuius instinctu omnia bona facta sunt, ipsius deprecet auxilium: qui eidem Principi Spiritus consilii & fortitudinis vires administravit, quibus superbiam gentium elidere, & feritatem debellare praevaluit: mihi quoque rei seriem desiderantis literis assignare, ac posteritatis memoria commendare, scribendi potentiam & sermonis copiam cælitus dignetur instillare: quatenus capaces rationis & veræ fidei defensores, audita veritate, Creatoris sui imperio & seruitio viriliter inhærent; aduersarii verò diuino terrore perculsi, tam præsentes quam futuri non Domino, sed suis confisi viribus sagittis Domini terga præbeat, ac reuerti ad opus simile non præsumant. Veruntamen inspectis partibus pugnae necessariis, materiaque sumpta meis aqua viribus, ante pugnae narrationem, videtur mihi perutile præcedentia mala prius indicare, ut ex causis prælibatis, sequentium effectus perpendatur facilis. Primum igitur locustarum agmina longè latèque sub metaphora hostium agitata, acolarum Syriæ penitus omnia abstuleré vi etiū necessaria: De hisc partim humi serpentia, partim per auras dilapsa, fere omnium Orientalium Christicolarum plagam ad idem duxere inconueniens. Qui licet se debere affligi digna ultione nouerant; Dominum tamen Creatorem suum, non solum sibi fore placabilem non expetebant, præteritus inherentes vitiis, verum etiam terminos pudoris excedentes, crima criminibus augebant. Quidam namque osores ieuniorum, sectantes epularum, gula illecebris addicti, non bene viventium, sed bene pascentium mores vitamque imitari studebant. Alii verò incestitatis affectu, contubernia sequebantur impudicorum: * aurum etiam publicarum reverentiam urbis inuercundis incestare nitebantur, facientes ambiguum putidiores ac facinorosiores existimarentur. Nonnulli autem habentium diuinitas iniuste adquisitas, suis etiam propriis abusi, vas a sibi fieri voluptuosis excessibus apta, Salomonici operis arte insculpta, ardenter inquirebant: vxoribusque suis, fama narrante artificis, auro & Arabico, præiosarumque gemmarum varietate multiplici, putibunda partis tegmina studiose componi satagebant. Non obtegenda turpitudinis forma, vel refringenda libidinis flamma; sed ut quibus ingratum erat quod licebat, eos acrius vreret quod non licet. Qui cum hoc modo suam vellent incitare libidinem, mulieres dealbare & eis

Satisfacere putarent, ut prelibauimus, augebant crimina criminibus. Mulieribus itaque nihil sancti, nihil pensi erat in appetendis turpitudinibus: Infruite enim, spredo viri thoro, in lupanari prostibulo incestui seruiebant. In biuis, in triuis, in competitis exquisitis potationibus, die noctuque inuigilabant: per plateas & per vias se agentes, habitu & incessu lasciuia, transeuntium obtutibus obfistebant: quouis ære mercabiles volentibus succumbebant. Nolentes autem, quos ad suam impudicitiam irritare non valebant, etiam dato precio vix obscedere permittebant. Hos itaque perpetrata mala non plangentés, & plangenda voluntarie ac publicè perpetrantes, auctōr summa iusticie signis, prodigiis, plagiis, tribulatione etiam aduersarum gentium, multis annorum curriculis illatis, non perdendo sed parcendo permisit affligi: Græcis namque regnantibus ipsorum imperio seruisse conuincuntur: Eisdem ex Asia propulsis, Parthorum regnantum cesseré domino: tandem, Domino volente, intolerabiliori subcubuere Gallorum posteritati: Qui cùm neque hinc, neque inde corrigerentur prefati Syri & eorum dominatores, tantam à contingentiter rāmotu passi sunt calamitatem & ruinam, quantam antea fuisse nullā commemorauit historia.

20

EXPLICIT PROLOGVS

A.D.
1115.

Nono igitur millesimo centesimo decimoquinto ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi, in Vigilia Festivitatis beati Andreae Apostoli, sub tempestate noctis silentio, qua humana fragilitas habilius atq; dulcius quiescere consuevit, factus est *terremotus* in Antiochiam & omnes partes, immensus & horribilis. Ipso etenim ex insperato homines terribiliter pulsi, sentiunt, vident, audiunt, murorum, turrium, ædificiorumque diuersorum ruinam sibi à cæteris penitus immiñere. Quam nonnulli fugiendo putantes euadere, quidam elapsi à mœnibus, quidam ab aliis domibus in præcipitum se dedere. Plures equidem in somno cum ruina membratim ita sunt rapti, quod manente etiam parte partis integra, nusquam comparuere. Alii verò terrore pércessi, dimissis domibus, spretis opibus, relictis omnibus per plateas & per vias ciuitatis, velut amentes se agebant: expansis tamén ad cœlum manibus, pro diuersitate metus & impotentia, pro diuerso linguarum genere, voce lacrimabili, PARCE DOMINE, parce populo tuo, clamare non cessabant. Mane autem fasto, cùm subruina, tam hominum, quam & aliorum miseræ clavis pateret humanitas, omnes vñanimiter Latini, Græci, Syri, Armeni, aduenæ & peregrini suis peccatis exigentibus, id accidisse profitentur. Nec multo, salubri vtentes consilio, ad ipsam beati Petri Apostoli confugiunt Ecclesiæ, pérpetuae tutelæ quærentes patrocinium. Ipsum namque quem in prosperis non cognouerant, in aduersis, operante eius summa bonitate cum iustitia, cùt potenter ac propicium recognoscunt: & eidem se grauiter peccasse contentur: suisque præteritis & præsentibus abrenunciando voluptatibus, Domino Bernardo primo Patriarchæ Latino, emendationem promittunt deuotissime: cuius fide mentis & orationibus, cum suo Clero & cæteris fidelibus humillimè Domino supplicantibus, ut verè credimus, residui sui populi Antioceni misertus est Dominus. Celebrato verò diuino officio, facto sermone, iniunctisque mandatis, quomodo se habeant, vel quid agere debeant, nihil grauius accidisse putantes, repente horribili torrentur nuncio. Quidam namque à periculo ruinæ oppidi Miragii diuino nutu elapsi, ipsam ciuitatem cum eiusdem domino & Episcopo, clero, etiam omni populo funditus euersam fuisse protestantur: Nec multo post recordatio oppidi Mamistrare, cum oppidanis & maiori parte ciuitatis, In festo Sancti Brictii, antea pessundati, metum multiplicat. Quid de cæteris Antiochenis finibus? Quid de Cypro? pars tormentum prædicatur de disparibus: Metus ergo timori permixtus ita miseræ plebi ingeminatur, quod vbi maneant aut quod fugiant prorsus ignorant. Quaque enim die, horis desperatis instabant terræmotus. Vnde ad inuicem hæc pronunciant, ô necessitas abiecta nascendi, misera moriendi: dura

dura viuendi nostranecessitas. Hicet nouerint D e i potentiam nusquam & nunquam posse aufigi: eligunt tamen facilius esse cohabitare cum bestiis extra, quā intus incessanter ædificia timere ruitura. Quocirca in viciis, in plateis, in ortis, in virgultis, desertis habitationibus, aliis tentoriis pro domibus suis posciebantur. Plures etiam relictis ciuitatibus; de loco ad locum translati mappalibus in campis morabantur: Et qui Patriarcha loci temporis omnium peritisimis, per necessaria disciplinariū philosophiæ membra discurrens, defolatorum, etiam penè de vita desperantium corda, sanctæ prædicationis dulcedine fota, mitigauit: Ac tunc dénum omni populo triduanum ieiunium in gemitu, & spiritu con-
 tritionis indexit; adiungens etiam mala opera vitare, ac bonis omnibus inuigilare: Quid igitur operis? populus in Domini seruitium redactus, hoc modo prohibetur. Commessationes fugiunt, ebrietates detestantur, vitant *haldea*, execratur stupra, omni etiam cultu corporis postposito, habitu in cinere & cilicio mutati, de plateis in plateas, de Ecclesiis ad Ecclesiis, semotim viri, semotim fæmina, nudatis pedibus, solutis crinibus, pulsis pectoribus, vbertim lacrimis rigatis vultibus, de die in diem Letanias frequentant Domino medullitus. Noctibus si quidem tam in Ecclesiis, quam in cubiculis vacat instanter orationibus; dispersos reuocant, deuios corrigunt; Orphanis, viduis, ferre solatum, & eorum indigentiam supplere satagunt; sufficienti etiam hospitalitate pauperum, inopum, & indigentium corpora, vultu hilari nituntur recreare; ac recreata datis munib[us] exhilarare. Quid ultra? Fructu pœnitentiæ correcti, bonis operibus ador[nati, à periculo terræmotus per quinque mens[is] & ultra inimicantes, non suis meritis, sed D e i gratia liberati, Cuncti-potenti referunt gratiarum actiones, in Ecclesia sua læti. Princeps igitur memoratus, diruta ædifica sua in castris & alibi visitans, per quanto cius p[ro]terquisitis necessariis, ea quæ defensioni suæ terræ utiliora, & hostibus propinquiora nouit, & si non ad plenum, ad præsentem tamen tutelam, reparare ac munire maturauit. His peractis: redeunte æstiuo tempore, sicut mos est regionis illius, properauit ad fines in quibus o[ste]rius de aduentu Parthorum audire valeret; & unde pernicius hostium turmis occurrere posset.
 Peruenit itaque usque ad Fontem Fars, ubi exercitum suum sibi fore obuium præmandauerat. Ibique eo tractante cum suis de communi uilitate, diuersarū gentium exploratores, ad illas Parthorum partes mittere deliberat, quarum dominatores nunquam fraudati à rumoribus per suos etiam internuntios Christianæ milicie præsidia ferre solent. Ipse vero dimisso ibi exercitu, cum paucis Antiochiam reuersus accersito Antiocheno duce *Radulfo de Acon*, viro experientis consilio, in primis quid sit agendum de emendatione, & de statu totius ciuitatis, cum eo discernit: de his etiam quæ cum Domino & bellatoribus fieri deceant ad belli necessaria, ipsum consulit. Dux igitur vicecomitem ad se vocari iubet, vicecomes prætorem, prætor præconem, præco iudicem: his aduocatis agitur causa prælibata: iniuncto mandato domini principis vocantur maiores, vocantur & minores. Nec mora conueniunt. Dux itaque pulchre eos alloquens, præsentis negotii causam & domini sui decretum indicat ita peragendum, si ipsorum consilio non displiceat. Audita causa negotii, suscepitoq[ue] decreto principis, omnium una fuit sententia. Mensuratis igitur murorum acturriū dirutionibus, habentibus terras & honores, secundum maius & minus, reficienda præbentur. Princeps interim custodes cum custodibus, quos sibi fideliores intellexit, tam in oppido, quam in ciuitate, ut iturus ad bellum, diligentissime poscit. Deinde præmissis armis, aliisque bellii & victus necessariis, auditio diuino officio in beatorum intercessorum Ecclesiis, Sanctæ Mariæ Virginis, Petri & Pauli, Georgii & aliorum plurimorum, facta oratione, accepta licetia, & Patriarchali benedictione; Deo & domino, & Patriarchæ, se ipsum & ciuitatem, & omnia sua commendans, valelicens omnibus, in expeditione profectus est. Hinc dominus in exercitum, inde exploratores adueniunt. Interrogati, Persiam gaudere ob ruinam & interitum Syriæ, publicè respondent. Referuntque *Soldanum Corocensem*, à Sole & Luna acceptis auguriis totius Persiæ exercitum mandaret; & ipsam Syriam, à Deo derelictam signo terræ motus, cum aliquantulo inhabitantium residuo, suo dominio ex facili posse subiici profecto confirmare. Noua secretiora, admissi in cancellis, soli principi cum interprete, enucleare festinant. Auditis gentium legationibus eliminandi à velis, ne obstrepant, eliminantur; admittendi, sagaci

consilio admittuntur. Princeps ergò secum reputans, *iacula quæ prouidentur minus ferire*, & post consilium sapientes non pœnitere, lagationes lagationumque causa seriatim suis indicans, quid vtilius agendum sit ipsos consulit. Ventilata consilii causa necessaria, ad *Ceruptum* festinare dignum ducunt. Audierant namq; fama narrante, Damascenorum Regem *Boldechinum*, cum *Amirgazi Turcomanorum* Amirado decem millibus militum comitatos ob fidelitatem natì Rodoam *Calep* peruenisse. Sed res erat, vt ipsam, facta concordia, pro nece *Maledoëli*, molirentur Soldano tradere, si valerent. vnde nostrates accelerant, feruentes concitato belli examine, ipsorum sententiam permutare. Quod vbi comperierunt nostrorum ipsorum fines attigisse, timore subacti animi sui habitum vocis indicio dissimulant: Aiunt enim, missis ad principem internunciis, ob firmandum fœdus amicitiae cum ipso, & contra Particum hostem se venisse expugnatum. *Dodechinus* autem licet virorum Christicolarum Parthorumque potentiam formidabilem vereretur, maluit tamen simulata pace cum Christicolis concordari, vt ipsos duceret ad perniciem, quam Parthis adquiescere, quos multos crudeliores sibi in pace quam in bello cognouerat. Loco itaque assignato conueniunt: Ibique firmatis conventionibus quasi amici facti sunt. Disponunt igitur, contra hostium turmas quo vtilius sit eundum, sed similiter: Damascenus enim ad loca vtriusq; fortunæ sibi suisque vtiliora ire præmonet; Antiochenus verò, ad illa quibus recta fronte, hostes citius agredi potuissent. Quid singula? principis stat sententia, cui iam prædictum fuerat exercitum barbaroru[m] per *Salobriam* venturū *Syaram*, quæ ante tributaria & nostris seruiens, iam versa fuit in contrarium, illorū confisa suffragio quorum postea, actione vtriusque partis, passa est dispendia. Tandem nostrates missis exploratoribus contra hostes, *Appamiam* proficiscuntur. Vbi velut filii & parentes societate hospitalitatem, vinculo etiam dilectionis integræ videbantur conuenire, licet numeri ac probitatis differant quantitudine; pars etenim Principis ultra duo milia pugnatorū non poterant inueniri; pars autem diuersæ societatis à multis reputantur æquipollere decem millibus: Hæc autem quod maius numero, probitate quidem minus obtinebat. Siquidem ante Apamiam castrametati, per duos menses morati sunt, antequam eis certus Parthorum nunciaretur accessus. Mense vero Augusti *Burno* Parthorum dux militiæ, stipatus validissimis pugnatorum agminibus, ultra Eufraten iam venisse, atrociter partes Syriae inuasile nunciatur. Quod vbi princeps verum esse competit, *Regi Hierosolimitano*, comiti *Tripolitano*, suis notissimis internunciis, cum literis sigillatis hostium aduentum locumque nominatum, non multum à nostris distantem apud *Salinas* indicat, vbi factis potationibus, cæterisque voluptatibus, crescentis Lunæ augurium expectabant: hortaturque eos pro suis viribus, cum celeritate, Christianæ militiae adesse præsidio. Rex itaque probitati semper intentus, haud signiter agens, eodem die præmissis nunciis ad Comitem ne moram faciat, quam citius potest ipse subsequitur: Præmandat tamen Principi cum iuramento Christianitatis & amicitiam fraternitatis, quo cunque erant, vel vbi consistant, ne eos sine ipsorum adiutorio aggredi non præsumant. Interim hostes, vt fama præcinit, per *Salobriam* profecti, acceptis ibi necessariis, *Hammam* perueniunt. Quod cum reperissent ex parte Soldani dari sibi ne habere minis aut precibus potuissent, Stipati armatorum validissima manu illud inuadūt strenuissime. Inuasumque vndique truncatis pluribus, vi fortior hostis ingreditur. Quod factum non minimum intulit timorem popularibus. Ingressi illico dominam oppidi exponunt, fortioribusque villæ, quibusdam expositis, quibusdam interemptis, ipsorum inter se distributis opibus, ibidē custodes suos adhibent. His peractis, *Fisariensis Amaraldus* confisi amicitiam apud ipsum volentes hospitari, *Sifaram* accedebant. Ipse autem haud immemor Hamensium incommodi, vtilius secum reputat, ipsis extra hospitatis præbere necessaria, quam intrantium ferre incomoda. Timebat enim in suis rebus redundare hostium sequitiam; sed multo magis se ipsum verebatur fore necis prædam. Præmisit igitur fratrem suum, vt fama retulit, Barbara munera ferentibus equis comitatum, quo prætiosioribus *Bursonem* prædonaret; cæterosque magnates præsentatis aliis, acceptos sibi redideret; & vt eo mediante inter ipsos firmaretur fœdus amicitiae: Ita tamen, quod dum dominus Sifara maneret præsidio oppidi, Frater eius indigena sciens aditus & recessus patriæ, deuastationi bellique necessarios, cum ipsis proficisceretur, dux

dux eorum itineris, & prouis or vtilitatis. Sed vt in sequentibus dicam, Domi-
no operante, contra spem eorum res versa est in contrarium. Frater, Matri Imperio obtemperans, iniunctum sibi negocium latius exequitur. Exercitus au-
tem ante cauernas Sifariae castrametatus, iterum factis potationibus de die in
diem, à longe positis excubiis nostrates bello lacescere temptavit. Princeps igitur
Christianitatis Sacramento, & fraterna regis dilectione coniuratus, tam pre-
ludium quām ad bellum aditum, erutione oculorum interposita, generaliter om-
nibus suis abdicat. Quo audito, pars hostium arrogans, ex insperato, *Cefarda*
castrum tribus leugis à nostris semotum attigit: quod sepius agressum licet pars
10 interior, crebris sagittarum ac lapidum ietibus dirisque vulneribus premeretur,
ea vice capi non potuit. Sed quodam illorum Amiraldo imperfecto, & pluribus
vulneratis, reuersi sunt ad exercitum, afferentes ipsorum dolorem vindicta pos-
se minui. Qui cum molirentur quomodo atrocius nostros aggredi potuissent,
fama nuncians Regis aduentum proximum ipsorum aures perculit. Ipsi verò
non in virtute Sancti Spiritus, sed in multitudine exercitus confisi; antequam
rex accedat factis agminibus, abiliores præludio ad tentoria nostrorum dirigunt,
acies de more ipsorum ordinatæ sparsim subsequi deliberant, loco assignato;
Bursone duce ipsorum, cum maxima in expugnatorum remanente præsidio. Quid
vltra? Vibratis iaculis, emissis sagittis, fere in castra nostra cursitant. Quoviso
20 Princeps memoratus veloci equo residens, exemplo ense castra suorum curavit,
asserens: *Fide D E I, quā vivimus, si quis egredi iam præsumperit, meo peribit gladio:* quin
immo, præcepit vnicuique armata manu & vigilanti animo pro castro suo stare.
Nec tamen præsumi vlo modo vel signum conflictis ipsis demonstrare. Miran-
tur itaque Parthi, gentem bello promptissimam, iniuriazque semper inpatientem;
toties sagittis prouocatam, toties conuiciis affectam, tam patienter ferre, quod
dimicandi signum non ostendat, & quasi illorum timore deuicta iam succum-
bat. Quidam & nostrorum, id facti timiditati reputant: Nonnulli autem capa-
tionis ingenii, hoc fieri de Principibus industria coniiciunt: vt explorato con-
grui temporis articulo, non admonitione hostium, nec præsumptione virium;
sed sūi, regisque in proximo aduenientis, dispositione prouisa, ingenioque expi-
enti eos impetere præualeant. Sæpius etenim, vt exceptum est, præualet in bel-
le cum audacia & ingenio pugnatorum paucitas, quām infrunita & vacans ar-
matorum multitudo. Interea, fama narrante velociore facto, regem *Baldinum*
Pontiumque comitem viriliter celeriter accelerare compertum est. *Bursō* i-
gitur dux dolosæ caliditatis, retrocedens fugam simulat, & quasi repatriare vo-
lens, per partes *Sifara* diuortia faciendo; ad tempus suam occultauit nequitiam:
vt nostris retrocessis ac separatis, valerent tutius diruere marchitima munici-
pia. Interim rex, de more pristino cimbalis resonantibus, tubiis tubique clan-
gentibus, castra nostrorum ingressus est: Statimque vt rex comperiit hostes re-
cessisse, admòdum se serò venisse conquestus est. Breui tamen sumpto consi-
lio, cum ignorent quò eos subsequi, & vbi inuenire possint, quoddam castrum
ea vice Parthis subditum; *Gisrum* nomine, oppugnatum ire deliberant, æsti-
mantes eos hoc facto ad bellum posse reuocari. Nec mora, nostrates illuc per-
ueniunt. Repente ordinatis agminibus per circuitum, tam oppidum quām sub-
urbium aggredi stenuissimè satagunt: tandem suburbium ietibus ensium com-
prehensum, partim diruitur, partim igne comburitur. *Perfes* verò licet fumifera-
rum nubium intimidatione, propriorum oculorum suorum intuitione, exustio-
nem eiusdem municipii à nostris ob illorum dedecus factam esse intellexerint;
verentur tamen illos aggredi, quos antea inuaserant. Hoc namque iudicio, pro-
50 ingenio audacie & probitatis secum reputant, quicquid ante castra pro inertia
& timiditate duxerant. Cum autem nec venerint, nec rumor audiatur vbi
manserint, agitur quid super hoc fieri deceat. Pars igitur illa quæ magis spe-
tabat bello adquirere quām domi sibi reliquisse, reperte, subsequi bonum es-
se confirmat. Pars cuius animum res possessa dulcedine reuocabat, cum ho-
stis sit copiosus, sitque valde fortis, vnumquenque ad propria reuerti, cau-
sa sua tutandi municipia, vtilius esse iudicat. Rex itaque Hierusalem cum
suis Tripolitanis Tripolim, Damascenus Damascum, Princeps Antiochenus
Antiochiam reuersus est. Nec id fieri istorum potentia intelligimus; sed illi

procul dubio, qui societatem Belial à nostris separari voluit. Nec multò post partes Sifariæ hostes tyrannidem exercendō, quadam die castrum *Cafarda* quō iam damnum eis contigerat inuadunt atrocissimè: Hinc inuadunt, illinc per tra-riis aliisque machinamentis ita quidē pulsant, quod factis muri dirutionib⁹ ingens præbetur aditus. Mox introgessi, præsentes suos interemptos, & præteritos vindicandos, quosdām interficiunt, quosdām altionis fortunæ re-feruant, vt ipsos pro victoriae palma Soldano præsentare valeant. Sed prospe-ra illorum postea, D e i gratia, cessere in contrarium. Castro illo funditus di-ruto, perfidia deuastando & truncando quos inueniunt, ad *Marram* peruenē-re, quam ante deuastauerant. Ibique quasi in propriis remanentes, ingenia quibus *Sardonas* capi posset, studiose præparabant: Hæc & his similia domi-no *Rotgerio* principi, existenti Antiochiæ citò reuelata sunt. Quo audito, vi-rili audacia motus, sua tantum comitatus domestica familia, secessit ad *Rubeam*; præcepitque suis omnibus, absque omni dilatione & *exonio* illic ten-dere: Dominum autem *Patriarcham* precatus est cum summa deuotione, il-lo peruenire, vt suo officio & benedictione potiti, liberius & securius D e i militiam exercere valeant. Mense igitur Septembrio, die Dominica, ante diem festiuitatis Exaltationis Sanctæ Crucis, Antiochenus; loco assignato *Philacabas* Patriarcha festinus adest. Distinctè & apertè D e o imagis placita quām hominibus locutus est. Quicquid enim reprehensibile, & quiquid D e o contrarium in eis nouerat, ibi quidem non tacuit, sed sicut decet pa-trem arguendo, obsecrando, increpando, quæ vitanda sunt & quæ sectanda, ipsos edocuit. D e o, & domino Patriarchæ, sua peccata fateri non erube-scunt: Iniunctumque est vñicuique à domino Patriarcha vice veræ peniten-tiæ, prò posse cuiusque, cum D e i auxilio plenam iustitiam tenerè, tali in-quam modo, vt qui in illo eminenti bello mortui fuerint, sua absolutione, Domini quoque propiciacione, saluentur; & qui redierint, in proximo festo omnium Sanctorum, statuto concilio omnes conueniant, concilio Antio-chiæ Ecclesiæ inter se, tam in rebus possessis, quām & aliis, plenam iustiti-am facturi: Hoc tamen supplemento, quod si plenam, per ignorantiam vel impotentiam, adimplere nequiuerint, illorum consilio & iudicio, qui secundi-i iustitiam capaciores veritatis fuerint, adquiescere non renuant. Sic tractum & iniunctum, ab omnibus concessum est, & singulatim iunctis mani-bus omnium inter manus Patriarchæ, D e o & eidem fide promissum est per induciam & Ecclesiæ propiciacionem: quod si forte oberrauerit, per emen-dationem & satisfactionem Ecclesiæ, eos saluari posse. His peractis venerabilis Patriarcha Missarum celebrans sollemnia, præmissa populo sibi commis-so peccatorum absolutione, omnes Patriarchali benedictione confirmat; & in ipsis spirituali diligentia episcopi Gibbelli, ad bellum simul pergentis, hu-millime commendat; ac salutatis omnibus Antiochiam repedat, assidue Do-mino supplicans, & ipsum deprecans, vt qui superbos humiliat, & qui ab initio bella conterit, ab impetu populi sui conterat aduersarios. Sequenti au-tem die, expōsitis circumquaque custodiis, agmina sua confidenter Princeps iubet procedere, illiq̄ue cito gr̄essu tendere quo Pártbos, vicinorum reuelatione, iam iam venturos audierat. Cumque parati in hostes irruere assignato appropinquassent loco, cum ipso non inueniunt quos perdere iam quære-bant; ante *Hapa* castrametati sunt. Mane autem expleto viuificæ Crucis Mis-farum officio, cuius exaltationis festiuitas eo die contigit, *Willermus* episco-pus Gibellensis, vir per omnia laudabilis, populum à D e o sibi commissum, verbis & exemplis eidem festo congruentibus instruxit, monuit, & armavit. Quid vltra? Omnis cum summa deuocatione eiusdem Dominicæ Crucis lignum sacratissimum, antequam iter arripiant, properant adorare; cuius licentia & benedictione muniti, præmissis exploratorum speculatoribus, ne subitus ho-stis in eos irruat, ordinata acie *Comitis Edessani*, ex dono principum, primi ictus in bello primatum obtinentis, dispositisque cæteris agminibus, ordine belli necce-sario, viam arripiunt. Repente *Theodericus Barneville* unus ex speculatoribus, festiuitus adest, vultu hilari sic locutus: *Ecce quod querebamus, ecce quod cupiuimus, diuina ope-rante gratia: ubi nostra figere tentoria disposueramus, in valle Sarmiti circa fontes, ibi hostes sua-partim*

partim iam fixa partim adhuc figenda explicant. Ad hæc Princeps: In DEI nomine, ad arma milites. Sic fatus, virili fretus audacia, de acie ad aciem celeri vectus equo cursitans, omnes admonet debere iam letari cum certamen sit paratum, quo exerceri deceat militis officium: Imperat igitur arma baiulari, nec ulterius differre paratis. Illico præsul memoratus, in Spiritu humilitatis Crucem Dominici ligni venerabilibus gestans manibus, totum circuit exercitum: quam dum ostentat omnibus, asserit eos in proximo per virtutem eiusdem victoriam adepturos, si prompto pectori in hostes irruant; & in Domino IESU credentes certaverunt. Continuo omnes corde & ore simul proclamantes: Sancte DEVS, sancte fortis, sancte, & immortalis, miserere nobis, ter flexis genibus corâ ligno Dominico procumbunt; & ipso reuerentissime osculato eidem se comendant. Hac consolatione muniti, hoc signo signati, iterum atque iterum ipsam Crucem salutantes, celeriter equos ascendunt. Princeps verò intrepidum gerens animum, manu ceteris silentium in dicendo, sic loquitur ipse: *Eia, fratres mei & comitones, tuque manus pedestris, accedamus iam propius: Mementote quanta laude, quanta veneratione, quanta etiam literarum commemoratione acta proborum virorum toto mundo ascribantur memoriae. Ecce tempus adest quo vigor & probitas nostra vigeat, quo nomen nostrum victorabile super Barbaros, orbis per climata clarius elucescat. Attendite etiam, quia legitimè certantibus à Domino corona iam promittitur. Festinemus igitur in ipsis ingredi, & fractis lanceis, quantoctius nudatis ensibus circa tempora accedamus vicinius; ut crebris nostris ictibus illorum superbìa prosteratur; & DEO vindicante non differatur interitus.* Cuimque pergerent ordinatis aciebus Princeps generaliter omnibus præcipit, vt nulli cupiditate diuinarum moti ad rapiendum se inclinent; sed sicut decet bellantes, suam protegendo salutem, hostum nitantur perdere feritatem. Præsul ergo memoratus, huic salubri sententię resistentes, corporali vindicta meritò debere puniri prædicat; & quod intolerabilius est, perpetuo anathemate feriendos confirmat. Sie factus, vnumquemque ad certamen accingit animosius. Interim contra arma nostrorum Solis vibrante lumine, Parthorum lumina obtunduntur, & stimantium & dicentium ibi non esse Principem, sed tuentium marchiam giro viagorum plebem. Burso itaque, ipsis à tergo retortis manibus, ad se funibus adduci imperat. Nec mora vexilla principis prodeunt: quæ, DEO rectore, sic à Parthis videntur dilatata, vt de albatis militibus & vexillis, ipsam terram circumquaque tegi crediderint. Burso tamen suique, omnes erroris scaric imbuti, cum fratre suo & vi nimia pugnatorum, vt ibi nostri resistant, montem nomine *Danit* ascendiare non differunt; In cuius cacumine eminentis mathesis falsorum Deorum auxilia sibi adesse inuitant. Tandem ipsum montem non solum se ipsis, verùm etiam diuinarum multiplicitatem visi sunt honerasse, *Tumbaret* ultra montem cum sua acie latitatem præsidio. Cæteri verò intentoriis & extra præsentium diuinarum capti, suis quidem, maximè autem principum suorum confisi viribus, superbè præstolantur: quod nec penitentia iuuatur, quia sera; nec suorum protectione releuatur, quia perdita. Adest namque *Rotgerius* Christianæ militiae Princeps elegantissimus, cum sua acie hostibus ferocissima, personantibus tubis per media castra, captos suos liberando & hostes obtruncando, diuicias quasi sumum reputando, ad montem, quo standardum & robur ipsorum concoloratum fuerat, iter dirigit. Comes verò *Edessanus*, *Guido* quæ *Caprelus*, ad primos ictus ordinati, à sinistris antecedendo, asserunt se, alterum recta, fronte super montem, alterum ex oblico hostes impere. Burso autem diuini terroris iaculo sauciatus, cum fratre suo & familiaribus, quasi bellaturus descendens, viriliter resistere montemque tueri præcipit; Seipsum cum quibus potuit, fuga deliberat. Interim, hinc Comes, inde *Guido* in primo impetu fractis lanceis, a strictis mucronibus hostes percutiunt: Vnde clamor, luctus, & armorum fragor utriusque partis bellantium aures sic obturat, vt nec amicus amicum, nec frater fratrem intelligat. Nostrates autem non clamoribus territi, nec labore deuicti, pari audacia vires resumendo, hostes eliminant, euiscerant, & obtruncant. Quo viso, *Tumbaret* ex oblico sinistrosum profiliens splendentis acie trecentorum militum comitatus, post aciem principis cursitando, cum ipsam nec impetrere audieant, nec crebris ictibus sagittarum ab incepto gressu dimouere possunt, Turcupulos contra ipsis sagittates, plus citis gressibus intra nostrates mergi faciunt: ex ipso impetu cohorti *Robertii Fulco* dextrorsum incedenti, recta fronte obuiat.

Quam cùm intuiti fuissent, *Robertus Surdevallis, Bocardus* que milites egregii, non veriti disperatæ gentis expetere feritatem, subito in medios hostes se conferunt, obtruncando perfidos, demum & ipsi obtruncati **C H R I S T I** martyres effecti sunt. *Robertus* verò non moratus suorum vlcisci sanguinem, strenue decertando succisis loris equi sui, sagitta sauciatus occidit, eohorte illius penitus dissipata. *Alanus* adolescens, *Guido* que *Frenellus* simul incidentes voce viuâ hæc pronunciant; *Commilitones* *ostri probatissimi, iam iam nostris ferendum est subsidium.* Mox intromissi, peracto lancearum officio, ictibus ensium defunctos nostros retinent, viuosque illius aciei protegunt: vicissim tamen hinc & inde sanguis immensus funditur. Interea nostrorum acies, tam dextrorum quam sinistrorum **PARTHORUM** multitudinem vndique frementem intuentes, parvoto, **CHRISTE IESU**, proclamantes in medios hostes irrunt. In primo aggressu, diuino feriente gladio, hostilis clamor antea horrifex & immensus, diuerso modo, morientium crebris singultibus commutatur. Quid singula? Quidam diuersæ illationis pœnâ, necis fuit materia; cæteri vero diuinæ vltionis iaculo percussi, terga versi diffugiunt. Princeps igitur **D E O** deuotus, ipso die per virtutem **Sandæ Crucis** victoriam adeptus est. Felix belli campus, Domino largiente, eidem aperitur. Ipsè itaque, prout dignum est, cum domesticis laude suorum, in campo remariæ, protinus ad insequendum cæteros dirigit: Quia in re præ cæteris acies beati *Petri* laudis nomen obtinuit. Ibi quidem planicies ita fuit partim mortuis obsita corporibus, partim camelorum cæterorumque animalium diuitiis honeratorum referata multitudine, quod nostris occidendi impedimentum, fugientibus extitit euadendi subsidium. Nostrum tamen percutiendo, vulnerando, obtruncando, infra duo milliaria vltra *Sarmatum* hostes insecuntur. Tandem victores reuersi, diuersa ferendo, mittendo, ducento, opibus honerati, **D E O** Creatori gratias agentes, ad ipsum Dominum *Rotgerum* principem campum obtinenter, exhilarati perueniunt. Quid referam captarum diuinarum seriem, cum nec modus, nec varietas ab ullo perpendatur? Quid hostium occisorum numerum? Cùm sint innumerabiles, apud nos pauci reputantur. Princeps verò per tres dies campum obtinendo, coram ipso allatis opibus, quod decuit tantum principem sibi reseruari præcepit; cetera diuidi, sicut dominatus & mos eiusdem curiae exigit. His peractis, Princeps ante se diuersarum gazarum copia, captiuorum præmissa multitudine, **D E O** supplicando, suisque omnibus gratias agendo, & quod **D E I** seruitum viriliter sapienterque peregrissent, piæ paternitatis amore omnes licentiauit. Primitibus autem ad propria redeuntibus, vxoribus suis ac liberis visitatis, ad tractandum de Christianissima utilitate, Concilio Antiochenæ Ecclesiæ, tempore assignato, Antiochiam reuerti præcepit. Ipse verò cum manifesta victoria palma rediens, perrura & castella, cum hymnis ac canticis ab omni populo lætus excipitur: Cumque appropinquasset Antiochiaz yrbi venerandæ, per totam ciuitatem sonus aduentis intonuit: Sanctorum itaque reliquiarum præcedente ordine, venerabilis Patriarcha cum suo clero Ecclesiastica institutione decorato, virorum ac mulierum sequente multitudine, exiit ei obuiam: *DEVM time, & mandata eius obserua, vocibus angelicis personantes, ipsum suscipiunt, conlaudent, ac venerantur.* *Ad honorem summi Regis, Et ad effectum sui regis, Liber, seruus, & ancilla gratulantur die illa.* Interim diuersarum nationum populus, innituntur coronare ciuitatem floribus. Quisquis carum seu rarum ornamentum habeat, Tunc non celat, sed reuelat, quo victori placeat. Vicos sternunt & plateas ornamenti sericis, Auro gemmis adornant, ob aduentum principis. Diuersarum specierum tantus odor funditur, Quod terrestris paradisus possit dici penitus. Princeps intrat; plebs resultat laudibus hymnidicis: *DEVM laudant, hunc salutant voxibus altisonis.* Sic ad templum Sancti Petri peruenire pariter, Vbi laudes **D E O** Patri soluunt alacriter. Ergo Princeps ad altare, fert vexillum triumphale; Offert illud speciale, posthæc minus principale. Adorato **D E O** vero, reddidit grates omni clero, prece cuius decoratus, vicit or extitit beatus. Ipso valvas exuente, clamant omnes cordis voce, *Salve Rex athleta veri, seformidens hostes DEI: Tibique sit consimilis pax, salus & victoria per seculorum secula.* Amen.

PRIN-

PRINCEPS VALDE PROBVS ROTGERIVS ANTIOCHENVS,
QUALITER OCCVBVIT, GAVTERIVS HIC RECITAVIT.

10 INTER diuersos prisci temporis bellorum euentus, profecto illorum aliquis ab his
storiografs assertus, seu mestitia seu gaudi mentibus auditorum quoquomodo
causam intulit: Illud verò doloris dolorum, ac totius infelicitatis elogium, quod re-
pentina calamitate belligeram partem Rotgerii Antiochenorū principis, ipsum-
que principem mole criminum exigente subintravit, ita funditus gaudia remouit
totiusque miseria terminos modumque excessit, ut nec verbis exprimi, nec men-
20 te concipi valeat, quotque quibusque penis & inauditis mortibus exterminii im-
manitatem nostris intulerit. Vnde necessario fateri cogimur, quod nec historio-
grafus ad plenum rei seriem describere valeat; nec alius aliud, quam diuina fuisse
vultione dicere presumat. Veriuntamen ne penitus à memoria labi videatur, quod
dignum relatu auditorum saluti possit consulere, mutato stilo primi belli, prosperè
succedentis, ego ipse Gauterius cancellarius, & triusq; fortunæ particeps existens,
30 expertusque magis nocere carnis prosperitatem, animæ; quam aduersi-
tatem corpori, partem secundi cedentis in contrarium describere curauit cum i-
psius adiutorio qui nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui in-
spirat, ut ea quæ sibi fuit placita implere valeamus. Primum itaque diuinæ legi
obtemperare volentes admoneo, non gloriari in malitia, nec esse potentes
in iniquitate; sed nec unquam in suis bonis actibus superbire: Hoc enim
vitio, de ipso fastigio perfectionis deiectæ sunt animæ: eodemq; & nos DEO ingratii,
& immemores sui beneficij ex euentu prioris belli nostris viribus victoriam impu-
40 tando, in secundo detestabili, quidam subito facti necis matheria; quidam verò diro
longoq; cruciamine referuati cecidimus: sicut in subsequenti tractatu, pro capacitatem
nostræ ingenii vi carceris ebat, posteritatis memorie cōmendando designabimus.

Forte fortuitu contigit *Algazi* Turcomagnorum erroris & desidiæ princi-
pem, bellico apparatu Antiocheni honoris partes marchitimas attigisse: Quo
audio Princeps suis vndiq; congregatis *Artefum* profitiscens, Dominum Bernar-
dum primum patriarcham Latinum illuc vsq; subsequi, supplicando rogauit; cu-
ius sacro dogmati & consilio si adquiescere fideliter voluisset, ibi *Baldwinum*, Deo
vocante, Hierosolimorum regem expectando, proinde sibi suisq; consulere po-
tuisset. Erat enim eo tempore situs loci vieti potuq; abundans & salubris, nostræq;
50 parti parentes ac tutos præbens aditus; hostibus verò è contrario. Densitati ete-
niam vallium montibus inter mixtis, scopolisq; singulorum vrgentibus aditum, &
situ & accessu illorum parti magnæ ruinæ essentialiter præbet indicium. His v-
trimq; efficacis animi viuacitate inspectis, *Patriarcha* vir vita venerabilis, morum-
que honestissimus, in celebratione diuini officii, prophetæ funetus ammiculo,
de gestis rebus, & de gerendis, eidem Principi omniq; populo sermonem edidit:
De gestis, paterno affectu omnibus supplicando ut illas intuendo mores corri-
gerent: de gerendis, prædicendo futura; & exortando, ut non suis viribus im-
putando, sed ad correctionem morum conseruato Eccl'siarum iure; reddito-
que, vel pacto reddere, tempore competenti cleri ac totius Christiani populi iu-
stitia coimtante. His modis, & aliis bene agendo, vitiis voluptatibusque noxiis
resistendo, bellatores Dei fieri inciperent: quatinus in conflictu contra perfidos
armis fidei præmuniti, & Christiani & CHRISTI milites, ex re dici potuissent.
Princeps verò ea vice, prodolor, audēdo non audenda, & præsumendo agere non
agenda, sui equidem suorumq; salutem ignorans, tanti patris documenta suæ te-
meritati postposuit; neve timore hostium trepidasse, vel ullo modo posse fle-
cti videretur, cuiusque iuris effectibus prætermisis, & in se & in aliis sibi
subditis nocentia, ac nocitura quibus præbebantur, emendare tunc distulit.
Rogatus etiam à multis affectu pietatis, & admonitus remanere, palam differuit,
se neminem ibi diutius præstolari: Motusque quorundam consilio Baronum,

res quorum hostes assueti singulis annis deuastare, eo etiam tempore deuastabant: vocatis ad se domesticis curiæ, suæque gentis præordinatis, inconsulti animo vice fruens, de frugi loco cum tentoriis ad inutilia trâfrire disposuit. Patriarcha verò luce veritatis intuens communis utilitatis effeðum, cùm ipsum Principem pluresque alios inemendatos, & contra iustitiam ire persensisset, evidentissimis rationibus, eos vbi erat timor, non trepidare; & vbi non erat, trepidare comprobauit: & quod ante figurata locutione prædicauerat, aperte Principi digito, *Væ* *Xæ* illud demonstrauit: sicut eidem maioriq[ue] suorum parti, non multo post contigit. Princeps itaque voce beati viri quoquomodo territus, præsentibus his personis, videlicet præfato patri, Archidiacono, & decano, curiæque capellanis, cōmissa quibus in mundi ludibrio vixerat, secretius in tentorio voce vna confiteri non erubuit: & vtinam ad salutem. Res quoque suas ibidem scripto designatas pro velle suo dauidi & erogari, si contigisset eum in bello mori, coram eisdem imperauit: & hoc vtinam ad salutem. Pater itaque memoratus, huius ac totius populi infirmitati compatiendo, vice beati Petri functus, modum veræ penitentiaz: perpetrata, inquam, mala plangere, & plangenda non perpetrare: eidem principi, omnibusque suis generaliter iniunxit; familiarius autem pro vita meritis futura, iniunxit in Domino. Sice eisdem Patriarchali benedictione signatis, valdicens omnibus, fusis lacrimis, crebrisque singultibus ab imis cordis erutis, pro populo Dei exoraturus, ad Ecclesiam remeauit. Nos autem sinistro omne in 20 præcep[er]s rapti, non attendentes superbos merito deiici, humiles exaltari, quasi leonibus fortiores, tigribusque immittiores, ad *Agrum sanguinis* castra metaturi, inter extorsimus: *Agrum*, inquam, *sanguinis*, & re, nomine à vulgo nuncupatum: vbi aliquandiu immorantes, de die in diem victus potusque naturalis indigentia coacti, non vi hostium nobis illata, sed raritate utriusque in illis locis exigente, mittebamus alio vbi & vnde, intus & extra castra existentes, possemus indigenitam expellere. Tunc quoque ad castra extera munienda, quidam nostrorum missi sunt. Quod hostium turmas diu non latuit: missis namque exploratoribus, quasi volatilium venditoribus, esse nostrum quo cunq[ue] modo se haberet, eisdem reuersis, relatione facta, & Dominus & primates, quasi propriis oculis inspexissent, 30 lucide intendebant. Ipsi itaq[ue] dolosæ calliditatis viri, vt dissimularent quod moliebantur, videlicet ex insperato nos inuaderè, palam ordinatis aciebus, abilioribusque præludio iam præmissis, quasi obfessuri *Cereptum*, spectatum veniunt: ob hoc itaque vt spectent, & spectentur: Spectent, inquam, exteris meatuū partes, & interiorum callium accessus, quibus sibi tutius, & nostris damnosius principem aggredi potuissent: Spectentur autem, vt ipsi multitudine exercitus gloriost[er]i haberentur; & nos à solita probitate repulsi, timore multitudinis defecissemus. Quod in breui, non vi illius multitudinis, sed comissis & sceleribus nostris exigentibus, iusto Dei iudicio, in nobis completū est: vt paulò post, non ex me, sed nutu & auxilio Dei dictante, edisserere conabor. Prius autem, ne prolixitate verborum videar rei ordinem præterisse, sequitur: primates ad *Cereptum* circum circa se ducendo milites *Cerebitas* manumque pedestrem illius castris, & quosdam ex nostris, qui nocte illuc ierant more propugnatorum prope se, quasi bello eos lascessentes, subito inspiciunt. Quibus inspectis hostes, licet λx , milibus militum vel yltra, vallati viderentur, retentis tamen abenis, ac de parte pendula sumptis arcibus, parmisque ab humeris ad brachia, à brachiis ad pectora reuocatis, quasi animo titubantes, & quasi pungere metuentes terga versi fremendo se habebant. Sed res erat tecta fraude & industria, vt his indicis remotiūs à castris nostros extrahere potuissent. Quod factum, sæpe à pluribus bellatorum cautis inspectoribus, pro improbitate reputatur, licet multociens ex astutia ingenio id fieri comprobetur. Nostri verò virili audacia freti, illorum & audaciæ & ingenium postponentes, astrictis lateri clipeis, palpatis lanceis, pressis calcariis, vt decet milites: his simul omnibus, in medios hostes se conferunt; ictibusque asperis militari agentes quosdam prosternunt humili, vicissim effuso sanguine; quosdam compellunt ad tartara deuehiletali vulnera. Hæc inter præludia *Robertus de Veteri ponte*, haud segniter agens, more solito probitati inherendo, cum impetu strenui animi & velocitate equi sui ferociissimi, plures illorum gregatim equitantes impetiit, & percussit: statimque in quadam fracta lancea, astricto mucrone alios repercussit: demum & ipse à pluribus reper

repercussus, equo suo telo multipli perforato, vi ineuitabili ingruente, occidit; nec *oblitus matris filii*, licet crebris lancearum sagittarumque ictibus humi premeretur, audacia tamē leuitate vires resumendo surrexit, & ensere uerberans contra nititur, suisquē visis ei succurrere properantibus, prāns animo fūs clamauit: *Adeste sodales, adeste, subnixi militis viribus.* Nec mora conueniunt, eq; alterum equum adtribuunt: quo ascendentē, vibrato ense locis inquit, *allatum dolorem, vindictam posse minui.* Mox illis iunctus, iterum simul in hostes irruunt: robur verò illatione sibi facta priori simili, pulsat humum, protectus clepeo, *Dei iuuamine vitat exitium.* Quid de sodalibus? Iētus milicæ probabiles quiq; suo loco, densis hostium gregibus, strenue inferunt. Aliunde etiam *Alanus* eiusdem castri dominus, familia domestica comitatus, viriliter egisse cernitur: nam hostibus resistēdo, vice muri fruitur; & in sequendo, Lēo pēribet. Quid de ceteris? vltum venientes, priores prioribus in agenda milia, & præesse & videri captabāt. Sed vt verius eloquar, non apēditii sed naturales milites in dāndis ictibus & pro sternendis hostibus singuli singulis prōdēsse, ex re *CHRISTI* milites fieri satagebant. Multi tamen vocati in illo conflietu, non strenue decertando, sed nutu *Dei* resistendo, conualuerunt. Nostri verò, eiusdem nutu, non ferentes immanitatē hostium, Solevergente ad occasum, quisque tam in castro quam & alibi, affectu niniō querit quiescendi aditum, haud immerito: ibi enim minus dampnum, maius maiorī damno extitit. Magis etēnī pauperes ex minimo, quam diuites ex maximo lādi creduntur: Ex his itaque in castro quidam hospitati, quidam in exercitu serō reuersi sunt: Referuntque curialibus acta diei præteritæ militiæ illu xisse: vnde, vt mos militum inholeuit, quisque conqueritur ibi non fuisse. Quo audito, Princeps citissimè proceres ad se accersiri iubet, vt super imminentem negocio pro relatione in conflietu existentium, cum eis decernat, quid eadem nocte vel mane fieri deceat. Vocati adsunt: agitur causa prælibata. Auditis relatoribus, vt decet militem animi strenuissimi, Dominus prior inquit, *Accedamus mane ad Cerepum, accedamus vicinius: Quasi venerint, strenuitas & amor DEI militiæ, quibus promoti vltisci sanguinem seruorum suorum venimus, perfidie multitudinem non formidet; sed strenue decertando, tyrannorum nitatur perdere ritatem: Quod nisi venerint, sumpto consilio sequenti die ad illorum tentoria uter dirigamus.* His verbis pars procerum resistēdo inhæsere; pars autem ab illo loco retrogradē tentoria iuxta rupem prouichi consuluere. Pars equidem consilium Domini salubre decreuit, & ei fauendum consuluit. Sic facti voluendo & reuoluendo quid decens, quid indecēs; quid honestum, quid in honestum; quid vtile quidve inutile ocius fieri queat annon, pro præsentī negocio vtilius auttumates eligunt eadem nocte, & milites & pedites ad præfatum castrum transmittere. Decernuntque *Malgerum de Alta villa* cum quadraginta militibus summo mane vltra districta militare; & decem milites speculatores ad turrem in cacumine montis positam dirigere: vt si hostes ad Cē 40 repum iterum venerint, veloci equo & astuto milite principi nuncietur. Atq; est *P. Archiepiscopo Apamensi considente, vt omnes vna, facto edicto per exercitum, ante lucem ad capellam conueniant: quatinus ibi vita & moribus emendati, cibo potuque celesti refecti, in DEI seruitio, & in nomine eius, vt decet milites, vivere vel mori valeant: Fitque edictum illico. Dum hac agrentur, affuit extra mulier-lunatica, vsa his vocibus: Agite, agite; nec diu utique: Cras enim manu hostili prævalente amputatis capitibus, que acutus abstulisti, mea mibi regima dimittetis.* Quæ verba spiritui prophetiæ congruere ab effectu sequentis diei perpendimus. His auditis quidam risere consternati animo; quidam vtilius reputauere, apud se admissa mala deflere serio. Quid singula? Licentiatis Baronibus noctis quiete recreari, 50 vocatis domesticis princeps imperat, vt à signato termino expeditè fiat quid decreuerant, monstratque eis quid & vbi, & quomodo sit agendum: Vocatoque secretiis *Cancellario*, cum eo discernit, quid pro imminentem negocio fieri conueniat super his quæ bellatoribus honeri videbantur: hinc itaq; & inde euentialata causa necessaria, vocato Camerario, vocatisque familiaribus, actum vt vasa pretiosa & omnis suppellex honcrosa, nocte ad *turrem Artesii*, episcopo commendanda deferrentur. Sequitur: vocantur Turcopoli, vocantur & famuli: his id fieri imperat Dominus subito; parati eminus parent imperio. Exercitus verò haud oblitus edicti, ante lucem ad Ecclesiam conueniunt: vbi *D E O Altissimo corde & ore supplicantes, matutinis laudibus inuigilant; Quibus finitis Archiepiscopus*

in vtraque militia virelegantissimus ; & de cœlesti & de terrestri sermocinando, *sic inherendum terrestri Christianos docuit, ut in celesti, gratuita pietate DEI, mererentur ipsius milites coronari.* Mane autem facto, diuino officio celebrato, publica confessione, publica lamentatione, omnes se contra legem DEI peccasse, voce profitentur vnanimes. Singuliq[ue] delictis omnibus quibus infecti fuerant abrenunciando, confitendo, D[omi]no & Pontifici deuotissime promiserunt, quod in illa, aut in his similis, gratia DEI cooperante & protegente, nunquam amplius incidentent. Quo auditu præsul memoratus intuens bona voluntatis affectum, nomine & sub obtentu veræ penitentiæ iniunxit cuique, si contigisset contra perfidos certamen ingredi, non suis viribus præsumiendo bene agere ; & illorum siue mori siue viue re totum DEO committere. His itaque confirmati, & Pontificali benedictione signati, corpore & sanguine Domini refecti ; his armis fidei præmuniti, bellum adhuc ignorantes, in sua quisq[ue] tentoria remeauit. Princeps vero suffultus Diuinò spiritu, ante altare fusis lacrimis pro omnibus quæ in Deū, visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu deliquerat, Diuinæ maiestati se reum tradidit ; singulaq[ue] sua delicta pro qualitate vel quantitate existentia, voce viua Pontifici confessus est : acceptaque penitentia præfate simili viatico Domini vegetatus, abiens, ante tentorii ingressum pauperibus CHRISTI ab eo alimoniam potentibus, propria manu munus principale, auri pondera, caritatiuè erogavit ; paratusque, more solito mane spaciari, equum ascendit. Allatis sibi auibus, allatis paruis canibus, adductis aliis, sumptis venabulis, præmissis pueris cum venatoribus, vt decet principem ipse sublequitur : hinc agros & valles peragrat, inde montes & colles circuit, hinc aues capit auibus ; inde feras prosternit canibus : Subito autem motus animo futura sibi prætentante, speculandi causa dimissis ludis ad turrem iter dirigit. Quo abeunte, adest ei nuncius equi cursu velocissimus : cui Dominus, *Quid pro serio?* Id ei Nuncius : *Hicce oculis hostium turmas intuens, per abrupta montium & deuallium loca, inquam, etiam ferarum gressibus nunquam patentia, ex tribus partibus tripli bello expeditè in nos accedere pro vero nuncio : Innumerisque acies tam vexillis quam & aliis Ziforum, hoc est mundo florentes, pompis decoratas priores subsequi firmiter afferro.* Ad hæc Princeps, Nobis datum est pro CHRISTO non solum ut in eum credamus ; verum etiam ut pro illo patiamur, & ei quod debemus debitum iam reddamus : Videlicet ut omnis nostra rationalis voluntas eius voluntati subiecta permaneat. Et qui honorem illius in nobis violanimus, secundum exortationis factam molestiam eidem salvatori nostro, nos ipsos, cum ipsius adiutorio, non peccatores restituamus. Is finitis accersito agosone, accersitis preconibus imperat Dominus, totum exercitum armis parari eminus : libertique preconari voce propatula vt vniuersi audito primo sonitu gracilis, festinent bellicis indui ; & secundo, parati, aciebus sibi præordinatis tam milites quam & pedites parati iuncti conueniant ; & vt audito tertio, singulæ acies promotæ signiferorum ductu accedentes, coram signo Crucis Domini se præsentent. Nec mora ; fiunt præconia imperio domini, voce propatula ; Ipseq[ue] vectus equo celeri, ante tentoria arma bellica ante se præcepit aduehi. Quo peracto, præsente priori nuncio, adest & alias eadem belli indicia asserens verbo dissimili : ait enim *Ellos* ; *Citra montes citraque districta : adiungit : vicimus.* Princeps itaque, præcipit vniuersos moneri sonitu gracilis. Nec mora ; Primo admouentur, secundò parantur, tertio conueniunt : ante capellam, vbi Crux erat, Domino præsentati conueniunt. Præsul itaque Crucem Domini venerabilibus gestans manibus, inquit : *Quid ultra? Armis fidei præmuniti, hoc signo salutifera Crucis precedente, nec veriti perfidorum sententiam permuteare, prodeamus in medium.* Et hoc dicto, Princeps publicè corporis sui voluptatibus, præteritis, præsenti bus, & futuris abrenunciando, DEO, & episcopo pro lege Domini moriturum vti decet Christianum, eisdem galeæ suæ laqueis se seruum tradidit. Quem Archiepiscopus vice beati Petri suscipiens ab omnibus peccatis absoluturus, in nomine Domini, & in nomine vere penitentiæ præcipit bellum præsens aggredi ; & agere vel recipere, quod diuinæ maiestati placeret, mori vel viuere. Latuus itaque & exilaratus, manibus sacerdotis signum Dominicæ crucis ante se geri postulat, vt ei supplicet : Fitque pro voto illico. Interim Albericus vicedapifer, non more fugientis sed inpetentis militis, percussus lancea in faciem & affixus sagitta ferme ad oculus vt noströs præmuniat, Nuncius extitit tertius : hic primo interrogatus ex præmissis quadraginta militibus cum quibus ierat, respondit : *Quosdā amputatis capitibus, videlicet Iordanum, Iordanidem, & Ydonem de Foresti monasterio, plures.*

pluresque alios, iam de mundi ludibrio Deo militasse, Malgeriusque vi coactum intolerabili praesentem adesse: fitque subito; adest Malgerus. Adebat contra ventus; horum equi sagittis affixi, plumbatis obruti, corruunt mortui: Statimque sumptis aliis, coram Baronibus inquiunt Principi. Super his que nobis imminet consaltò opus est; ut consaltò propere: Parati veniunt, strenue agite: diuisi etenim ex tribus partibus, tripli belli querunt nos perdere. unde tam procerum, quam & aliorum quidam assidentes salubri consilio, ut putabatur, laudauerunt nostros omnes una; vt erant, ordinatis aciebus circa tentoriā sisti, manu pedestri circumquaque; ante posita; Sicque ferendo immanitatem hostium, leuius salubriusque possit praestolari assuetuerunt.

10 Super his eisdem, hominum erat, prouisū eorum, loqui, tractare: DEI autem, cui omne copat, & omnīs voluntas loquitur, erat iudicare. Quid ergo? Subito perfidorum vexilla & standaria ex lateribus montium inter oliueta prodeunt: Quibus visis, Princeps hoc modo intulit: Eia, milites CHRISTI, non nos deterreat certamen multiplex pugnatorum; sed iam exercet quo vigore debemus militis officium: ut quia etenim mundo militamus, hodie ab affectu decertando, siue viuis siue mortui, DEO militemus. his dictis imperat Rainaldum Mafuerum triplici cohorte præmuniri citissime, ut intrantes per districta Samartani bello percutiat evidenter; sequens asseruit vim nefandorum principum, quotunque, eat vel ubi consistat, monte vel piano, cum Dei iuuamine, accerrime percussurū. Quid horum singulæ? Sicut saepius ante di-

20 sposuerat acies singulas singulis ordinibus incedere, tunc quoque imperauit; sed multo melius: Ait ethim: In nomine Domini nostri IESU CHRISTI, ut decet milites pro lege DEI tuenda, iter arripere, & cum locus percutiendi affuerit, haud oblitii seruorum DEI effusis sanguinis, crebris ictibus insistendo, iniquorum superbiam prostrernere, & illorum sanguinem effundere mementore. His dictis, adorato Signo Sanctæ Crucis, eodem reuertentissime osculato, singuli erectis vexillis ordine assignato profecti, gracilibus tibiis tubis clangentibus, in Dei nomine iter arripiunt. Interim hinc & inde de aciebus ad acies, volatiles tam telorum quam & sagittarum, ut mos bellantiū exigit, mituntur internunci. Acies itaque beati Petri à dextris antecedens, cuius iuris est & antecedere, & primum hostes percutere, laxis aperiis palpatis lanceis, impetu-

30 se ac strenue cohortem sibi obuiam percutere matutauit, multosque perfidorum prostrnendo, penè totam dissipauit. Quo viso Gaufridus Monachus insigni acie comitatus, virili fretus animo, cohortem perfidorum ad minus decem milibus militum constipata, impetiit & percussit: ita quod pene eadē, & ceteras proprie existentes, in fugam & disconfecturam impulit. Nec minus, quantum ad id, acies Guidonus Frenelli cum suo posse, hostes inuasit & concusit: sed quia nostri instanter persistere desierunt, ut opus esset, & hi & alii plures passi sunt exterminiū. Perfidiani namque, mutu Domini resumptis viribus, nostros aggredi non metuerūt: sed telis, lanceis, sagittis, plumbatis ferratis, & crebris gladiorum ictibus reinuadendo acerrime percusserunt, utrumque attestante effuso sanguine. Interim

40 cohors Roberti de Sancto Laudo cum Turcopulis à sinistris antecedens, cum percutere debuisse, sinistro omnino Turcopulis primo fugientibus non valens resistere, ipsorum pulsa impetu & perfidorum clamoribus, aciei Principis contra vim nefandorum equitanti, obstitit, & ab impetu fugiendi, non loris, non frenis, non funibus, sed nec vlla animi securitate reuocari potuit. Nam & quod deterius extitit, partem cohorti principis secum in dispersione depulit. Tunc quoque, ut à malo indicio peius sequeretur, turbo ab Aquilone prōdiens, in medio belli tempore cunctis cernentibus, hesit humi, humilique serpendo, puluerem raptuit: qui bellantium oculos nebellari possent, infectos tenuit; & se per girum deducendo in modum dolii sulfureis ignibus concremari, quasi ad astra extulit. Quo viso, ab invictissimis scelerorum partibus oritur clamor immensus & orribilis. Princeps tamen constanti animo in certamine perseverans, suis vndeque prostratis & occisis, nunquam retrorsum abiit, nec respexit; sed parentis imperio Domini & Pontificis, paucis etiam comitatus, contra vim totius belli strenue decertando, ense militis percussus per medium nasi cerebrotenus, in nomine Domini morti tributum persoluendo debitum, coram signo Sanctæ Crucis corpus tertæ, & anima cælo reddidit. Hac illatione facta, perempto sacerdote eandem Crucem manibus deferente, plures etiam perfidorum ambitione auri preciosorumque lapidum capti, vim virtutis Dei in Cruce latentis ignorantes, ibidem inter se datis crebris ictibus necis materia effecti, ad inferos, inferorum ignibus cohercandi, non

redituri elapsi sunt. Statimque omnes vna, ut erant centum milia pugnatorum, assignati à quatuor mundi partibus, attristissimè in nostros irruerunt. Nostris itaque nutu summi iudicis, diuina vltione subacti, ut erant septengenti milites, & tria milia peditum pugnatorum reputati: cum multis aliis qui ad conflictū causa mercati, vel pro ambitione hostilis lucri ierant, inualescentibus iterum atque interum perfidorum clamoribus, & hostili gladio præualēte, quidam sauciati, quidam cœsi, & quidam diuersis illationibus obtruneati, eodem in campo citra ad exterminium deducti sunt; & quidam miserrimè captiuitatis laqueos, iusto Dei iudicio, inciderunt. *Rainaldus etiam Mansuerus*, dum hæc apud nos agerentur, ex sua parte viriliter bello decertans, hostium intrantium per districta Samartani, non 10 minimam multitudinem prostrauit, & deuicit: ita ut pro existimatione vtrorumque bellantium, nostri viatores & hostes victi reputarentur. Placuit autem Diuinæ maiestati, cui non placuit nisi quod decet & expedit, ut victi resumptis viribus viatores haberentur; & nostrorum prior pompa non manu hostili sed D 5 1 exerceente potentia, haberetur vltima. Prostrati enim & deuicti, quidam ibidem hominum exuentes, & quidam fugæ impetu euidentes, eodem quo & alii plexi sunt exterminio. Contigit autem *Rainaldum Mansuerum* graui vulnere afflictum, cum paucis suorum turrem intrasse Samartani; ut eam ob refugium sui, & aliorum euidentium obtineret; & si posset ibidem *Baldwinum Regem Hierosolimorum* ad succursum Christianitatis properantem expectaret: sed debilitas turris & visus indigentia, maximè autem *Alzazij* illuc adueniens, efficiens causa extitit ut ibi remanere non posset; & se captiuum triumphati redderet: Astutia enim præmunitus, quasi in turre se defendere posset, caute locutus est: Ait enim triumphanti; *Ne nequam tibi reddam, nisi te prius fide & Sacramento tua legis michi afferas presentis tutela patrocinium, & euadendi subsidium*: Astuto itaque respondet astutior; *Quid ni? Dum in bello fuisti, in te & in alios agendum erat ut in hostes: Nunc autem humanus sentiens, recolo vos esse homines: & ne me suspectum habeas, sub obtentu me & fidei & Sacramento beatæ legis nostra annulum meum suscipias: ut hoc signo, finito vnius mensis termino & me libertatem recipias*. Ipse itaque qui nec vnius diei spacio se posse viuere intendebat, auditio mensis termino intus tristis existens, accepto tamen annulo, quasi 30 latus forinsecus, se captū reddidit. Nonnulli autem procerum, qui strenuitate & ingenio, ac generis nobilitate pollere videbantur, etiam primos ictus non suffrarent, dimisso in campo viuo Princeps, dimissis parentibus & amicis, ante quam bellum campus & montium introitus immanitate hostium clauderetur, haud lenite profecti, vice optati portus, Antiochiā subeunt. Ante eos tamen ingressi sunt alii, more solito, in portis primi, in bellis vltimi. Ne autem loquendo de illis qui euaserunt, nimia digressione frui videar, de gestis in campo prius edisseram, ut egradatim enarrando partem malorum inter duo bella existentia ad id condescendā, & enarrent quomodo auctor summæ iustitiae manu *Balduni* Hierosolimorum regis Latinorum secundi, plebem Antiochenæ dignitatis, vastitate hostili penè 40 terminatam, de ore leonum liberauerit; & quomodo triumphale nomen bello principali armis, eidem plebi virtute Crucis sanctissimæ, bello regali extitit reparatum. Reuertar igitur ordini inherendo: Sequitur. Interempto Princeps in campo, peremptaque non minima multitudine à quatuor mundi partibus deforinsecus, præter illos qui intus in nostros sauebant gladiis, adeo belli campo clauditur montium valliumque aditus* escaramis obfuscantur, quod nec vnius fugientium illibatus pertransire potuit. Nostris itaque, quotquot in campo superfuere gladiis, spe pugnandi ad tentoria, vel fruendi caute fuga, stupefacti deueniunt. Sed hæc iam manibus impiorū asportata, non inueniunt, exceptis Principis & capellæ tentoriis, in quibus nefandissimi certatim auri & argenti ornamenti 50 principalium cupidine capti, ensibus contendebant. Quo viso adest *Euterpius* in certamini corporis & animæ miles probatissimus: inquiens his qui ante capellam contendebant, & ictibus decertabant: *Quæ societas CHRISTI ad Belas! vos dividitis, sed non est æqua portio*; Cum his verbis Amitaldum auro textum ante hostium capellæ lancea cordetenus perforauit. Cæterosque inuadendo, in constituto Dei terminio, quem præterire non potuit, in martyrio, hominem exiendo ad quietis beatitudinem feliciter transmigravit. Hæc in ter discrimina, cœuentus nostri harneſii cum totius exercitu supplectili, in quodam monte prope existente se locauit, existimans ibi posse præstolari aut aduenientium militum subi-

subsidium, ut aliquò modo inde carpere euadendi refugium. Quid ergo? Non
 multo post à campo euadentes, viis nostris in monte collocatis, vbi mors erat
 vicinior extimabant & quærebant viuendi solatium. Casla namque spe decepti,
 hinc & inde confluentes moti adherebant inculcate: qui in momento ab impiis
 sic obsecus extitit, vt obsecsi mallent breui morte mori, quam illorum tela pati:
 iure quidem: tantus etenim erat vndique telorum ac sagittarum impetus, quod
 ex illorum collisione mutua, reuerberatis ictibus, etiam persidi existentes forin-
 secus, acerrime plectebantur; nostri vero multo ferocius. Nam vt aura, breui hor-
 râ magnis cedit himbribus; & vt fenum exsicatum kreditur grandinibus; sic gens
 nostra citò lœsa cœsis crebris ictibus: inde tamen pars equalis, ductu summi iudi-
 cis; & pars capta, sorte mala, addicta suppliciis, ducta fuit ad standale nefandorum
 principis. Sequitur pena peccantium: Ibi etenim iuxta bellum campum, captiui
 quingenti vel plures, à tergo retortis manibus, & vinculis ferreis astricatis pedibus
 cum catenis penis strictissime, de more canum, à collo bini & bini copulati funi-
 bus, coram magistro sceleris capitalem sententiam subire præstolantes, in giro
 humi versi, tenebantur. Impius autem exitiali furia inuectus, ministris cædis im-
 perat, letali tenta captiuorum vulnera intemperari, & afflictos vulneribus gravi-
 bus virga capillis illita, foras ad decollandum extrahi; ceterosque nocturno cru-
 ciamine affectos, cædi crastinæ reseruari: impii itaque læto animo, scelerato do-
 mini sui parent imperio. Sequitur autem ex scelesti imperio effectus scelestior.
 Ducti etenim ad decollandum, alii & alii, non solum amputatis capitibus mani-
 bus impiorum corrunt; verum etiam abstracta cute viui capit, & mediotenus
 detruncati, diræ mortis discidium subeunt. Residui quoque illato sibi promisso
 cruciamine, cum contumeliis & terroribus noctem illam tenebrosam deducen-
 tes, mentibus obstant, verbis increpat mortem, si pro vocatam & reuocatam eis-
 dem mestis non venire. Vicissim tamen apud se reputant, præsentis vita meritis
 exigentibus id eis contigisse; fatenturque iuste & inerito deteriora sibi immine-
 re: & haec talia hisque similia, non ad puram sed ad correptam hominis naturam
 pertinere: Altera enim, valet ad miseriæ; & altera, ad beatitudinem. Pressi ita-
 que tota nocte & constructi sequenti diei orto vñà sole, sole, inquam, eisdem no-
 cte tenebrosa tenebrosiore, iusi sunt sisti in tentoriis, quoque decernat Prin-
 ceps sceleris, quid de eis animo suo sufficienter fieri valcat. Idque placuit nefando
 Principi: Horæ diei tertia, captiui nudi, ducenti vel trecenti, à collibus simul
 religati, cum gladiis & fustibus, flagellis & restibus per cāpos miliarii spacio car-
 donetis & veribus insitos, ducti sunt in vineam, iuxta Samartinum nouiter excul-
 tam, vbi pietas humana naturali iure priuata, in furorē sacrilegum conuersa exti-
 tit, tiranno *Algiz* tirannidem in Christicolas ibidem exerceente: & hoc modo:
 Æstus quippe erat non solum captiuis vulneratis & ægrotis, verum etiam sanis
 hostibus & liberis admodum intolerabilis, ita quod singuli captiuiorum, pro cali-
 ce aquæ frigidæ non renuissent porrigenti, etiam membra singula, vel ipsam vi-
 tam dare. Ibi quidem captiui visis botris vineæ humi inhærentibus certatim su-
 per eos proni incidentes, gipsatos etiam ore carpebant audo: pedibusque co-
 ciliatis, quorum liquor ab ore prementis quoquo modo esset elapsus, ore alte-
 ri us suscipiebantur, sepiusque putantes elapsum liquorcm retinere, ardore coa-
 cti linguis propriis dentibus corrodabant, & aliorum barbis alii inherentes, visa
 liquoris stella miserimè saeviebant; pluresque vrina potiti, tunc primū sitiebant.
 Hoc autem minister cædis intuens, & ipse met frigido potu indigens, à remotis
 partibus aquam equis vectilibus præcepit aduehi: Qua allata, priorem partem si-
 bi suisque iussit reseruari; faciemque lutu, captiuis porrigi: Statuitque, vt bini &
 bini ad vtres ducerentur: & si quis accederet, non conductus, ipsum ilico priuari
 capite imperabat. Aqua allata in medium, vitam pro solo gustu commutare cu-
 pientes, non id respiciunt; sed plures cum pluribus per medios enses ad aquam
 corruunt. Ibi quidam lapidibus obruti, quidam telis perforati, & multi sunt di-
 uersis modis detruncati. His visis, horum cruciam inibus mulcebatur impius, &
 quasi refectus oblatis ferculis, suæ crudelitati arridebant: Nec tamen id ei suffi-
 cit crudeliora cogitanti. Imperat enim omnes simul quotquot fuerunt, in medio
 campo sisti: vt cui sanguis singultim effusus, flocci pendebantur ad sufficientiam
 exterminii; saltem vniuersalis victima quoquo modo placuisse ad augmentati-
 onem sui gaudii. Itaque sistuntur in medio: Huius iussu parantur mille milites;

vel plures, censes nudatos manibus deferentes, ut simul datis ictibus, & hos dilacerare & profanum exilarare valeant. Paratis militibus irruere cum impetu, ad est quidam Admiraldorum potentissimus, dominum cædis his verbis allocutus. *Eia, legis stella, quid deponis tam brevi super his finiri tua gaudia? His peremptis, quid triumphi exteris regibus & Principibus nostre legis presentabis? Desine hoc modo istos morti tradere;* michique, ad honorem tibi consulenti, non rennas credere. *Nihil enim consulam nisi quod nostra legi suppetit & tuo honoris congruit.* Laudo itaque & tua magnitudini consulo, ut ex his canibus diores, potiores, generosioresque eligi precipitas separatis: qui aut redemptione capit is easuri; aut intus solennitatibus Mathematicis, diuersis tormentorum illationibus exterminandi, tibi referuentur. Et qui missi Soldano ceterisque dominis & primatibus inclita preconia tui nominis 10 & triumphum quo viges, voce viuare representent: & his separatis, residui tuis ensibus membrum casi, sentiant quid & quantum huius eorumque parentes & compatriote, in sanctissimam legem nostram deliquerunt. Quod consilium sceleris, scelerato placuit, & sic fieri precepit. Electi igitur separantur ad tormentum; Residui in campo ad præsens exterrinum. Ait enim nequissimus. *Eiamilites, legis eximie tutores & auctores, adeo caenum victimarum vestris ensibus preparata.* Exclamavitque, *Ehoe, Echoe, promptè ac strenue in eos irruite.* Impii itaque, cum uno impetu feriunt gladiis necis materiei deputatos: Nec cædere desinunt, quo usque captiuorum partium partes integras non inueniunt: ibique in effuso sanguine prouoluti, ut sus in volutabro luti, nec dum cæde virorum latiati, flexis genibus potentiae iudicis supplicant, exorantes ut simili cæde electos ipsius iussum, exterminare valeant. Noluit autem diuina maiestas ut per omnia præualeret ipsius crudelitatis immanitas: Præcepit igitur electos tradi suo filio, qui eos tormenta inferendo in captiuitatem Halapiæ perduxisset. Nec caruit affectu scelerati patris imperium. Electos enim captiuis recepit, eosque in prima nocte lapidibus & spinis cardonibusque his immixtis hospites tradidit. His quoque, pro cibo scilicet, & pro potu duros ictus contulit; pro lecto, in pedibus & in collis laqueos astrictos intulit. Heu, nox illa inter infernales de terior extitit computata: sequenti verò die *Halapiam* ducti sunt ad patibulum: vbi crebris ictibus & diuersis tormentorum generibus, passi sunt quidam exterminum; & quidam, propiciante Dœo, redempti sunt, sicut in fine narrationis regalis 20 belli edisseram: & est ratio: Contigit enim ex regalibus plures, sorte miserrima cum his admisceri, de quibus prouisu & auditu rara discutiam. Sed ne inceptæ narrationis ordinem præteream, ad id quod vicinus *Alegazi* post bellum egit, narraturus ipsius tirannidem condescendam. Viso esse *Cerepi* cum exercitu *Artesium* profectus est: Vbi turrem episcopalem facto sibi subiugavit, hoc modo: quod episcopum cum omnibus suis tam clericis quam & aliis, liberum, absolutum, & quietum Antiochiam adire permetteret. Quod in parte compleuit, & in parte promissio contrarius extitit. Quidquid enim auri & argenti, ornamentorumque clericos deferre comperit, viceconductorum missis raptoribus totum abstulit: Sacerdotalia vero indumenta, ut his nequitiam suam tegere 30 potuisset, palam reddidit; & post illos abeuntes ablata remisit: ibique ante Artesium fixis tentoriis perhendinare dispositus, ut prius capto Artesio, inde profectus Antiochiæ expugnaret: Placuit autem diuinæ dispositioni, ut ibi detineretur verbis cuiusdam hominis, nomine *Ioseph*, viri prudentissimi! qui, cum ipse *Alegazi* quereret castrum sibi reddi, Ioseph astutia præmunitus, non repugnando, sed quasi assentiendo, hoc modo respondit. *Nouimus quia tuis ensibus & tuo dominio subiacet, quicquid in hoc principatu extra Antiochiam continetur.* Ipsam itaque si adquisieris, cū ea & hoc, & cetera castra in momento erunt tibi subdia; & ne credas te verbis meis illudi, interim quendam tuorum *Sahenas* michi attribuas, qui vice tui mecum res tuas custodiat, & locum tanti domini possideat: te ipsum etenim si intus receperim, procul dubio hoc audito filius meus 40 *Antiochia* existens morte turpissima perimetur; & ego senex & plenus dierum, si hoc egero, pro nequissimo proditore, quod ab his reputabor: & decentius est, ut me innoxium quam reum habeas. His verbis deceptus castrum intactum dimisit: & ibidem *Sahenas* quendam posuit: ipse verò potionibus intentus, & nutu Dœi oblitus Antiochiæ, per partes exteras & propinquas saepius milia militum transmittebat: Qui de die in diem, prædictam hominum quam aliorum refecti, ad ipsum reuertebantur honerati. Interim super malis & infortuniis quæ ex proximo facta, & è proximo amissioni ciuitatis Antiochiæ imminere cernebantur, quicquid curæ, laboris, timoris, metus, vel damnis Christianitati contingere poterat, iam destituto militari officio, & iam penè totu-

toto amissio Francorum ciuium auxilio, ea vice in clerum necessario totum redatum extitit: Ita, inquam, vt multo acius timerent interiorum hostium proditio-
ne falli, quām vi exterorum vlo modo intrinsecus posse comprimi. Nec id mi-
rum: Gens etenim Antiochia, vi & prauo ingenio gentis nostræ, priuata suis bonis
& addicta prauæ consuetudini, sèpius mœrore concussa, si, quod est vicissitudo iu-
stitiae, malum pro malo reddere voluisse, eo temporis interuallo nostros proditio-
ne, vel alio modo, admodum grauare potuisset. *Patriarcha* verò super his & aliis
prouide agens, vocatis ad se Francis, Dei virtute corroboratur, suiq; cleri munimi-
ne frugi septus, cum eis super hoc decernit, vt gens, si velit, proditione agere ne-
queat; & vt ipse custodiam ciuitatis totius sibi & clero cum Francis tantummo-
do aslumat: statuitque vt vbiunque & vndeunque sint in ciuitate diuersarum
nationum populi, exceptis Francis, omnes inermes existant; & nunquam à do-
mibus suis nocte sine lumine egredi præsumant. Idque actum est, vt nullo modo
proditionis ingenio infecti viderentur; & vt nullatenus etiam suspecti haberi po-
tuissent. Statuit vt vbi totius ciuitatis inferior patebat debilitas, ibi tentoria sua pro-
tectioni Christianitatis necessaria ponerentur: & vt singulæ turres quotquot es-
sent, monachis ac clericis mixtim cum laicis, pro posse & quantitate Christicola-
rū, eminus munirentur. Huius patris & doctoris prudētissimi omnes vna diligenter
parent imperio. Munitis itaque turribus, intrinseci & extrinseci adhibentur cu-
stodes cum custodibus. Idemq; Patriarcha magis precibus quām armis pugna-
tur, pro salute ac defensione Christiani populi incessanter Deo supplicabat me-
dullitus. Nec tamen desit, horis competentibus, nocte ac die cum armato suo
clero & militibus, more pugnatorum, portas, mœnia, & turres, murosq;ie circum-
circa, & ipsorum custodes vicissim visitare, consolari, & incitare vt vigilanti ani-
mo Christianæ protectionis curam adhiberent, & incepto bono nulla hostili per-
turbatione desisterent. Quid singula? Clerus cum cæteris fidelibus prouide &
strenue, intus & extra, militaris officii vicefunctus, cum Dei virtute, ciuitatem ab
hostibus intactam Balduino regi diu optato protegendam reseruauit. Inter hæc
discrimina sicut certis internunciis didicimus, auribus *Algazi* insonuit regem *Bal-*
duinum, *Pontiumque* Comitem Tripolitanum, cum eo, ad Antiochiam citis gressi-
bus festinare. Vnde ilico statuit contra eos decem milia militum transmittere; &
post illos totidem vel plures aut lentè subsequi imperauit. Factaque electione quos
transmittat, & quos secum retineat, euntibus iniunxit regis aduentui sollicitè in-
fidiari; & quibusunque modis possent Christianitatis inuigilare exterminiis;
Moti itaq; impii, iussu sui domini de more solito ordinatis aciebus, versus *Laodiciam*
& ad montana *montis Palerii*, quo & prædari, & regis equitatis insidiari valeant, no-
ste profecti sunt. Ad quas partes cùm deuenient, diuisi sunt factis tribus par-
tis: vt quidam tendant regi obuiam; & quidam prædis capiendis insistant; cæte-
ri verò ad portum *Sancti Simeonis* supra mare iter dirigant. Profectis contra regem,
ipse idem ad montem *Hingronis* ex inproviso obuiat. Hos itaque strenue inuaden-
do, prosternit; & per abrupta montium ita dissipat, vt nec socius socium, nec par-
parem sibi profuturum inueniat: Quo peracto rex ante latorum castrametari iu-
bet, & inde mane profectus, se ipsum præcessurum, vt primum hostes inueniat, di-
sponere curauit; Comitemq; cum *Prouincialibus*, retrogradè custoditurum, subse-
qui imperauit: vt & ipse, si forte hostes viderit, regi cito nuncio id insinuet: & eos
percutere non renuat. Sicq; his ordine incedentibus, contigit Prouinciales vidisse
partem hostium ante se prædam maximam effugantium, quos citissimè ac viri-
liter percutere non differunt: ita quòd ipsam prædam ab eis excutiunt. Sorte
ergo miserrima perfidi resumptis viribus, Prouinciales inuadendo ad hoc perdu-
cunt, quod ad regem illa die reuerti nequeunt: Quibusdam etenim peremptis,
& quibusdam per montana dissipatis, cæteri vagando incedentes, iam nocte a-
pud *Casam bellam* regem hospitatum inueniunt. Huic sicut eis contigerat referunt,
Ibi quidem rex hostium certa inuenit indicia. Castra etenim quatuor milium
militum patebant recentia mortuis hominibus & membris animalium, qæ co-
mederat adhuc turpiter infecta: Rex autem his auditis, estimans eos posse asse-
qui, vt ille, qui compatiebantur præteritis, præsentibus interemptis, & cuius iuris
erat tueri patriam, valde conqueritur, cùm ignoret quòd certius eos sequi potuiss-



set: secum tamen reputat ut ilius Antiochiam adire, causa gemina; videlicet, ut & desolatos Antiochiæ consolari; & ibi auditis rumoribus sumpto cum Patriarcha consilio, hostes sequi valeat. Interim tria milia vel plures nocte ad *portum Sandi Simeonis* profecti, aurora apparente subito soporatos percusserunt gladio; cæteri verò evaserunt nauigio. Impii autem, hominum & aliarum rerum prædam colligentes, per abrupta montium clapsi, moto iam sole horarum duarum spacio, non longè ab Antiochia erectis vexillis apparuerunt: vnde visis hostibus, sicuti mos hominum exigit, circum circa clamor immensus oritur. Quocirca cleris & milites, qui de bello Antiochia venerant, & ciues, & quorundam fuerant, sumptis armis quasi pugnaturi exeūt, & statim quosdā ex his in hostes dirigunt scrutaturos quanta fuerit pars & vis illorum hostium. Contigit autem ex illis missis, diros in campis perimi; & cæteros impetu hostiū impulsos, celeriter regredi. Quo viso nostri non longè ab urbē præstolantes, visa incerti placide fugiente quæ cum ipsis ierat, cooperunt morueri & titillare. Nec mora, hostes qui sequebantur primos, non retentis loris, sed pressis equis calcaribus, simul in nostros irrunt: ita quod quosdam etiam loricatoris in flumine mergi faciunt; cæterosq; mixtum percutiendo, vñque super pontem insequiri non desistant. Ex quo impeta x x x. & vii. ex nostris perempti sunt. Nostris tamen in ponte resistentes, dimissis equis & extractis ensibus, pedetentim vires consumendo, hostes eliminant. Eliminati itaq; ac cæteris prædis honerati simul incedentes, ultra *Corbanā* inter duas aquas paulisper accubuerūt; Nec multò post adebat 20 *Baldinus* rex memoratus, omni populo Christiano expectatione magnus, aduentu maior, protectione maximus. Qui cùm intellexisset perfidorum tyrannidem in nostros, infra cutem & carnem, ac medullitus exarsisse, nec ipsis alio retentos militie nisi maris vñda deiscente, tactus dolore nimio, urbem intrare festinavit: non ut quiesceret, sed ut primum regnum Dei rquereret; & ipse, pro patria pugnaturus, in Ecclesia beati Petri, ut decebat regem, deuotissimè Deo supplicaret: quatenus inde liberè, & absoluto Ecclesiastico consilio roboratus, iter sequenti perfidos tutius assūmere potuisset. Nec id distulit, sed facta oratione & vegetatus Patriarchali consilio, motus etiam ardore dupli: intrinsecus, animi anelantis ad vindictam; & extrinsecus, militaris officii incitantis ad militiam: præmissis speculatoribus, ad insequendum citis gressibus & ordinatis aciebus iter arripuit. Qui cùm nunciorum relatu persensisset, eos esse remotos, & nusquam certo loco paulantes, sed citius solito, quasi timore subacti equitantes, fuosq; ex itinere fatigatos considerisset, laude cleri totiusq; ordinis senatorum, considerata ratione, Antiochiam reversus est: Vbi, Deo vocante, & ipsis dono promotus, Principatus dignitatem adeptus est, iure quidem. Huius etenim manu, diuina prouidentia, ciuicis moenibus, & urbem ciuibus, quibus destituta sorte miserrima fnerat, reddere curauit. Euentilata itaq; causa pro imminentí negocio necessaria, cum hostes sint copiosi fortes, sintq; potentes in malitia, Patriarcha & ordo clericalis, cuius iuris est bona more, facere, & docere, vi interioris hominis suffulti, inquiunt perfidos & incredulos ex facile posse flecti & prosterni; etiam paucorum Christicolarum manibus, si vera iustitia cum eis comitante, legitimè pugnauerint: & ut hoc fiat, rex & cæteri, mores corrigere horum consilio, & aliis bonis inuigilare satagunt. Statuto itaq; consilio, in curia bcati Petri ratione perneceſlariā decretū est, vt Rex, cui æquus & summus arbiter ferè omne regnum Orientalium Christicolarum subdiderat, pro affectu iustitiae & pro cōmuni utilitate filio *Boemundi*, cuius iuris erat, principatum Antiochiæ cum filia sua traderet, si etiam ducturus, & terram, principatus, ipsis consilio & auxilio protecturus adueniret. Hoc etiam considerato moderamine iustitiae, decretum est: vt illi qui in terra aliena, ex dono dominorum, multiq; contumeliis & terroribus, effusione etiam sanguinis sui & parentum suorum, in defensione Christianitatis tertias & honores adquisierunt, nulla mutatione Christianæ dominationis habita & possessa amitterent, sed iure hereditario possiderent: Idque verbis & manu regia sanctū & confirmatū extitit. His peractis, Rex Antiochiæ existens de remotis partibus, & proximis, & vndecimq; potest, nomine belli gentem citissimè congregat; seque fuosque armis bellicis, cæteroque bellico apparatu, ut decebat regem, munire satagit. Hoc audito *Alzazē* dimisso intacto castro *Arthesū* & *Emine*, ad obſidendum *Ceropum* profectus est. Audierat namque, fama multo-

multorum enarrant, *Alanum* illius castrum Dominum, cum suis militibus, Edessanos etiam milites ac de aliis castris ferè omnes, iussu regio Antiochiam aduenire, ut inde promoti, ipsum ibi vel alibi existente, bello percutiant. Nec affectu caruit, super hoc & super aliis, quod rex cæli & terræ fieri voluit. *Algazi* verò cū suorū assultu castrum capere nequeat, ex diuersis partibus facto specu subterraneo infodientes mittit homines, igniferosque parat currus siccis lignis insitos, vt cum ad turres peruerent sub podiatæ postibus eisdem immisis ignibus corruant. Præter hæc de die in diem ter vel quater petrariis diuersorumque ingeniorum instrumentis, cum assultu armatorum ordine triplici inuadentium, immisis sagittis cum immanitate telorum, & turres propugnaculis priuabant, & defessores sœuis iætibus prosterabant. Tandem oppidani, partim his territi, & partim subterraneo igne turribus immiso coacti, mallentes adhuc mundo viuere, quam in castro diuturno timore effici, vel martirio coronari, infelix, & pudendo facto placito, vt securi viui possent euadere, sumpta perfidorum fiducia, castrum reddidere: & inde flebiles & pudibundi ad regem iter extorsere. Perfidi vero ibidem missis custodibus, & aliis munitioni castrum necessariis, ad obsidendum *Sardonas* profecti sunt. Interim rex æstiuans nefarios apud *Cerepum* posse inueniri, paratis omnibus, que ea vice in hominibus aliis belli necessariis habere poterat, in spiritu humilitatis, & in animo cōtrito, laneo indutus habitu, nudisq; incedens pedibus in beatorum intercessorum Ecclesiis, cunctipotentem exorare, eq; medullitus supplicare maturauit: vt cuius natus suscepereat regni gubernacula, ipso inchoante & peragente, ad honorem & laudem sui nominis, tyrannos & impugnatores Christianitatis, ab elatione præsumptuosa, & à suis viribus, quibus se triumphare putabant, nihil triumphi vel inane laudis sibi usurpando, sed totum Deo comittendo, virtute Sanctæ Crucis, deponere & prostertere potuisset. Tandem congregato totius ciuitatis clero & populo in *Ecclesia beati Petri*, Patriarcha, celebrato diuino officio, vt decet patrem filios suos ituros ad bellum, & domi in Deo seruitio remansuros, præceptis Dominicis instruxit, monuit, & armauit, cœlitusq; benedictione signauit. Sumptis processionis mysteriis, omnes vna inclinati capitibus ad altare, cum sacrarū reliquia rum ferentis & signis, præcedente Cruce Domini, ordine cleri Ecclesiastica institutione decorato, omniq; populo subsequente, cum humanitate & mansuetudine letaniis & aliis precibus Deo supplicantibus, ituri ad bellum & domi mansuri singulis laneis induti, & nudis pedibus profecti, extra ciuitatem ad diuisionis metam deuotè perueniunt. Ibi iterum Patriarcha sacram Crucē sacratis assumens manibus, iterum virtute ipsius omnes signauit, Dominoq; medullitus hoc modo commendauit: *Qui nos precioso sui sanguinis redemit, ipse sit clemens & propicius dux itineris, & prouisor utilitatis, vt & euntes & remanentes à peccatis absoluti, liberè & absolutè eidem famulari sic valeatis, quatenus eius dono consolationis & victoria triumpho potiri, in ipso & per ipsum gaudeatis.* His dictis, hinc & inde fusis lacrimis, præcedente signo Sanctæ Crucis, Rex ad bellum, cleris ad Ecclesiam, populus in sua remeauit: exorantes & deprecantes, vt auctor summæ iustitiae, qui ab initio bella conterit, ab impetu populi sui suo nomini laudem tribuens, conterat aduersarios. Eodem vero die & sequenti nocte, Regi equitanti ad *Cerepum* adiungit illi obuiam, qui cogente forte miserrima hostibus castrum dimiserant. Quibus visis & auditis, Rex interno mœrore concussus, stupet & contristatur. Intuebatur enim ipso eodem attestante, ex redditione castrorum Christicoli præsentibus & futuris, duo dampnosa imminere contraria: alterum, ad tempus, Deo annuente, recuperabile; & alterum nunquam recuperabile: recuperabile, castrum dianum; intrecuperabile, redditionis opprobrium. His itaq; accensus animosius, sumpto cito consilio, ad *Rubeam* iter dirigit: vt inde equitando per *Hap*, ad montem nomine *Daniz*, castrametari valeat. Ibi enim sperabat, se posse auditu vel visu certa hostium indicia percipere. Nec affectu caruit, quod prætemptabat habitu sui animi: Ipso etenim die quo in monte fixis castris accubuit, hostes non longè esse remotos, certis indicis comperit. Relatu namque audientium & videntium perfidos *Sardonas* obsedisse lucide intellexit; & quod eodem die, vel mane, ex ipsis quosdam videret, certo nuncio didicit. Contigit namq; in crastino summo mane leuiores habilioresq; militiæ sparsim præludendo circumquaq; emissis sagittis nostros impetrere; Sicq; diem deducentes bini

& bini, pauci cum paucis, plures cum pluribus, hinc & inde, cauda & capite, moliebantur, partem nostri exercitus conturbare, vel quoquo modo impellere. Rex autem vigore virilis prudentiae fretus, cum inspexisset eos non more pugnatorum: habere, nec ordinatis aciebus incedere, hortatur suos, imperatque omnibus pro castris suis prudenter existere; cōstantiq; animo pati, & inspicere quousq; loco cōgregatos, vel simul incedentes posset eos comprehendere. Ipsi vero doloſa calliditate pleni, in sero etiā vitabant simul hospitari: sed in noctis crepusculo circa exercitum hospitati sparsim, tenentes equos manibus in singulis, ea nocte fuit idem seruus & dominus. Interim cum *Algazi* petisset castrum *Sardonas*, sibi reddi minis, & blanditiis, terroribus, pollicitis, nec habere potuisset, assaultu & ingenio priori simili, impetuosoē bis vel ter in die, nocte etiam castrum aggredi nō deflītit: Vbi autem deficientibus herbis & segetis, aquis etiam hominum & equorum victui necessaria, sub specie aquirendæ munitionis & stipendii, perfidi gregati in Turchomagnorum & Arabum factis milibus, per diuersas partes quibus incedebant de more luporum rapacium, perfidis inherendo & deuorando secumq; abducendo ex rapto quicquid poterant repatriare satagebant: Ipse etiam Rex Arabum, nomine *Debeis*, *Bocardusq;* Princeps suæ gentis nominatissimus, & plures principū, qui cum *Algazi* in cōfliictu extiterant, post primos recedentes simili modo profecti sunt. Quoviso, *Algazi* antequā Rex adueniat ad capiendum castrū insistit suis viribus: magis autem astutia fallenti oppidanos fallere nititur. Eisdē etenim spopondit fide & sacramento suæ legis, si munitionem suæ dominationi subderent, eos sanos & intactos, suo deductu salubri, ad metam tutæ euasionis prouochi, rebus omnibus saluis & intactis. His auditis, partim coacti vulneribus ex inertia corporis priuati viribus, sumptu Principis quasi fiduciā, petitioni nefandissimæ hoc pacto assensere: omissoq; oppido, iussu profani principis, producibus conductoris se ipsos manibus carnificum ignoranter tradidere. Lætus itaq; læto animo oppidum suscepit. Multo verò lætiori, imperat manibus suorū abeuntes Christicolas seuissimæ morti tradi. Quid horū singula? penè oēs vno momēto facti sunt necis præda. Nondum autē ad aures Regis id peruererat. Eā verò nocte, quā apud *Daniz* castrametatus est, relatu cuiusdam curati *Robertus Fulchois* sic accidisse intellexit. Nec tunc mirandum fuit, si Rex, qui solus post Dominum, dominus & dētēn̄tor Christianitatis extitit, ea vice iterū detimento & dedecori Christicolarum condoluit: cōsolatus tamen virtute sancte Crucis; se in mane pugnaturum contra hostes præparauit viriliter. *Algazi* verò iam sciens regem apud Daniz immorari, relatu illorū, qui circa exercitū nostrum præludentes extiterant, munito Sardonas, ipse & *Dodechinus* cum omni exercitu suo in sero, militibus illis quos ante præmiserant, circa nostros exultantib. & insidiantibus iuncti sunt, vt mane subito soporatos inuadere potuissent: id namq; s̄xp̄ multis profuit. Rex autē somno lensus sed prouisor vtilitatis; & munitus signo venerabili, quo & reges regnans, & hostes vincuntur, ipso etiam dic quo priores venerant, prouidè, vt ille, qui fæpius hostium esse & bella expertus fuerit, cum archiepiscopo *Cæsariensi* & aliis veræ fidei cultoribus, dispoluit nocte tentoria sua collegi, milites parari, & omnia bellatoribus, necessaria sic decerni, quod si hostes subiti in eos irruerent, nihil pigrum, nihilq; inordinatū inueniant; sed in datis ictibus, & prostratis hostibus Christianos Dei virtute & eius signo vigere comperiant: sin autem, vt eos gregati posset comprehendere, dispoluit se cum toto exercitu ordinatis aciebus die terris illabente, versus *Hap* equitare; Eo etenim modo æstimabat bellum, & fuit ineuitabile. Mane itaq; præmisso signo salutifero, nouē aciebus, iussu regio, dispositis, D̄eo & virtute sanctæ Crucis Christicoli comendati, more bellatorum passim iter arripiunt, hoc ordine incedentes: Tribus aciebus ante positis, manus pedestrīs vt hos protegat & ab his protegatur, retro sistitur: Virtus verò regia harū & aliarum protectione parata, incessit ordine omnibus necessario: acie Comitis Tripolitani militis strenuissimi à dextris posita; aciebus Baronum à sinistris; & post, iussu Regis quibusq; suo loco positis. Hostes verò in diei crepusculo circumquaq; positi timpanorum ac buccinarum emittunt strepitū, cum strepitibus clamores, cum clamoribus latratus, cum latratibus audaciā. Et quia his ab incepto gressu Christicolas remouere, & in dispersionem æstimabat compellere, duplicatis clamoribus insistunt vehementius, hinc & inde s̄xp̄ sagitarum & telorum immisis s̄euis iictibus.

bus: Qui cū hoc modo quod moliebantur efficere nequiuisserent, & nostros audacter incedere & viriliter resistere persentissent, ex arrogātia multitudinis pugnatorū audaciam assūmētes, ambiosi manū pedestrem prosternere, quā grauius refrenabantur; cūm hanc prēcedentib. aciebus, & acies hac protegi viderint, vi maximā accensi, animosius post ictus illatos, lanceis & sagitis, arcubus immis̄is brachiis, exemptis ensib. nostros percutiunt: ita q; iam pluribus dissipatis, ipsam etiā Comitis acie splendidissimā in regali acie mergi faciunt: Ibi quidē apparuit, quia in Comite natura militiae nihil exaruit: sparsis etiā suis & penitus effugatis, sparsisq; trib. acieb. ipse solus vel cū paucis militariē agēdo vicissim datis & vicissim suscep̄tis ictib. ho-
10 stib. resistebat; & se cōstāti animo cū Cruce Domini & Rege mori vel viuere applicuit. Interim pr̄fatis aciebus effugatis, maior pars nostrae manus pedestris, permis-
sione Domini, cōcussa, hostiū gladio corruit. Statimq; à dextris & à sinistris, à cau-
da & à capite, hostes graui impetu nostros percutiunt. In hoc cōflictu *Archiepiscopus*
Cæsariensis vir vitē venerabilis, nomine *Euzomerus*, non loricā, sed sacerdotali super-
pellico indutus, Crucē Dñi venerabilib. gestabat manibus: cuius protectione ipse
etiā sagitta percussus, multis attestantib. permanit illæsus, solā gutā sanguinis illi in
testimonio eminēte. Ibiq; Regis equus in collo extitit vulneratus. Quod cū Archiepiscopus cōperisset, & perfidos nostros inualescere persensisset, in eos versā Cruce
Dñi apertissimè inquit: *huius virtute sacratissima anathematisati sitis, nefandissimi; &*
20 *diuinā ultione in dispersionē effugati, citissimè pereatis.* Rex itaq; virili audacia fretus, quā
parte hostiū turmas vi pugnatorū in nostros magis vigere cōperuit, illic exclamādo
S. Crucis protectionem & auxiliū, velocissimè irruit; perfidos prostrauit, & in di-
spersionē impulit: Ita, inquā, quod vicissim anteriores, & vicissim posteriores per-
cutiēdo effugauit. Sicq; actū est vt in illo bello, diuina agēte prouidētia, vt ex vtraq;
parte, & victi & victores haberentur: sed dissimiliter. Nostri etenim victi ad *Hap*; ad
Antiochiā & etiā remotiū ad Tripolim fugā euadentes, nostros ad exterminiū de-
ductos nunciauerunt: Aliunde etiā Turci cum impetu quorundā nostrorū ad Ala-
piam effugati, *Algazi* & *Dodechinā* cum omni Turcomagnorū exercitu ad interitū
deductos asseruerunt. Auctor verò & inspektor summæ iustitiae id Regi Balduino,
30 per virtutē S. Crucis & vitam ipsius exigente cōtulit, quod & hostes effugauit, & cū
triumpho diuinæ victoriæ, belli campū libere & absolute cū paucis etiam obtinuit.
Contigit autē partes hostiū partibus nostrorū ab impetu reuertentib. fessis, & equis
eorū deficientib. cum agasone, quoddā vexillorū regi deferēte, separatim obuiasse.
Quod cūm perfidi sorte sinistrā defatigatos cōspexissent, immis̄is sagittis equos ex
facili prostrauerunt, & milites vi telorū coactos quosdā morti tradidēre, & quosdā
captiuitatis laqueis astrictos, Rege nesciente *Halapiam* perduxerunt. Rex verò cam-
pum obtinens, audito nuncio quosdam ad *Hap* effugisse, & ibi permanere, pro illis
bis & ter enūciata victoria mittere festinauit. Qui licet certo signo & certis indicis
Regē cū victorię triumpho campū obtinere persensissent, ad ipsum tamē, partim ti-
40 more coacti, & partim verecundiā pressi, accederē verebantur: nec tamen reuerti
desinunt, ne penitus defecisse teneantur. Rex itaq; penuriā victus potusq; coactus,
serò profectus ad *Hap*, mane in campū reuertitur, vulneratos campi & defunctos, q;
decebat, vtrosq; perduci imperauit: & circūquaq;, si quid bellī residui remansisset,
ipsemet equitans spectatū, strenuos trāsnittere curauit: in campo etiā tā diu remā-
sit, quōd certis nunciis & certis indicis perfidos deuictos lucide intellexit. In illo
conflictu, vt putabatur, ex nostris quingenti vel septingēti pedites, & centū milites
perēpti sunt: de Turcis verò, vt ipsimet fatebātur, qui euaserunt, duo vel tria millia
Christicolarū gladio corruerunt. Id victoriæ, in vigilia festiuitatis de assumptione
beatæ Mariæ Virginis, virtus S. Crucis obtinuit. Gauifus itaq; Rex memoratus, an-
50 nulū sui digitii Patriarchæ suæq; sorori principissæ bene notū, fideli internuncio ad
Antiochiā deferendū cōmendauit, vt hoc signo victoriā S. Crucis nunciaret, &
Regem belli campū obtinere assereret. Nuncius itaq; haud lentē profectus, omni
populo Antiochiæ in mōrore cōstituto hæc nunciās, in signū Christianæ victoriæ
ex parte Regis Patriarchæ anulū præsentauit. Quid ergo? Dēo altissimo omnis vna
reclūptis viribus, moribus & vita emēdati, retulerunt gratiarū actiones, in Eccle-
sia sua lāti. Post hæc autē ex diuina potentia viuificæ Crucis, recuperato triumpho
Christianitatis Rex Antiochiam rediens, extra ciuitatē, vt decebat, remotius solito,

ab omni populo ac clero cum hymnis & canticis spiritualibus victoriosè suscipitur, ductuq; processionis salutiferæ, ad Ecclesiā beati Petri, vnde iter & initiu bonæ expeditionis aslumpferat, hilari & latus reducitur, ad laudē & gloriā summi Regis & summi Domini; cui nemo aliunde placere potest, nisi ex eo quod ipse donauerit, qui viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen. Nunc autē quædam illorū quæ Christicolarū captiuorū exterminio discutiēda prælibauit, pro visu & auditu seriatim edisserā. Eo namq; die quo *Dodechinus* rex Damasci & *Algazi* Turcomagnorū princeps virtute S. Crucis & manu Regia deuicti fuerūt, & in dispersione effugati, nunciātū est filio Algazi, ea vice oppidano Alapiæ existenti, ipsos primates cum maiori parte illorū exercitus Christianorū gladio corruisse: quo audito potētiōres Alapiæ quidā antea manu & iuslū nefandi principis redempti, & quidā à domibus suis & aliis honoribus priuati, eisdē Turcomānis attributis, sub specie publici luctus & clamoris, intrinsecus gauisi, moliti sunt euasis fugientibus diuersis modis exterminii impedimentū inferre. Astutē etenim milites alios raptore, post disconfectos dirigūt, qui fugituos expoliādo cädant, & vice dispendiorū Halapensisbus illatorū, irā vindice ipsos perdant. Sicq; actū est, quod extra ciuitatē fugientes per diuersas partes, diuersis exactionibus plectuntur, & infra à quibusdā veris, & à quibusdā fētis lacrimis cū immēsis clamoribus, pro pērēptis lugubres luctus deducūt: ita quod ipsa ciuitas in superficie & fundamētis murorū ac turriū ædificiorumq; diuersorū non secus intonat, ac si tota fulgorib. & tonitruis subuerti debeat. Idq; actū extitit, more illorū exigente, cū enim vincantur factō edictō nuntiant se vicisse; & similitatis triūphi gaudiis timpanistris, tibiis, tubisq; clangētib. mētes desolatorū, ne desperent, his instrumētis ad gaudia excitant. Ea verò vice iocundius solito & animosius talib. insistebat ut captiui Christicolarū, qui tūc Alapię diuersis tormētorū generibus astricti tenebātur, hoc audito magis magisq; animo cruciati quoquo modo decrediscent: ipsi verò armis fidei præmuniti, licet cruciamine cordis & multis iniuriis affecti haberētur, pro eo q; relatu perfidorū audierāt regē suosq; bello cecidisse, nūquā tamē à cultu veræ fidei defecerūt, sed multò ardētius solito pro salute Christianæ militiae, & pro se ipsis Deo medullitus vigiliis & orationib. supplicabāt. Cōtigit autē eos audisse, se furtiuo relatu quorūdā fideliū, & etiā infideliū, gaudia & diuersos plausus quē publicè agebātur, ex re, mōrōre & luctu p̄r̄maximo plena extitisse, super nefandorū exterminio, & Christianorū victoria, quæ patebat virtute S. Crucis insignata, & præsentia Regis *Baldūni* belli campū obtinētis. Audierūt etiā *Dodechinū* cū *Algazi* ad exterminii deuenisse. Quid ergo? Quicquid amaritudinis ac doloris antea passi fuerāt, hoc audito totū in dulce conuersū reputant; eiq; à quo bona cūcta pcedūt, deuotè ac puri cordis affectib. supplicare nō cessant. Hoc gaudio reflecti die deducētes & ad noctis partē tertīā vel mediā exhilarati, certæ spei victoriæ cōgaudentes, ex insperato audiūt è diuersis partib. hominū clamores priorib. dissimiles, gaudia ceteris altiora, instrumēta, timpanistria, ferociūs ante tactis sonitus ac tumultus emitentia. Mirantur itaq; captiui & admirantur, quid noui horū mutatio insinuet, & quid insolitū populus totius ciuitatis circūquaq; accēsis, luminarib. cū altis clamoribus prēdicet. Cōtigerat autē *Dodechinū* & *Algazi* à bello in partes *Berrie* fugatos, incernes & defatigatos, cū paucis Alapiā remeasse; & inde præfata laudum præconia intus & extra inter Alapenses admiratiū excreuisse. Tunc iterū, q; captiuis gratū fuerat & dulce, hoc intellecto sorte miserrima cessit in contraria: summo etenim mane dū vacarent orationib. sceleratorū principū adsunt internuncii, & cū ipsis turbā prædictorū nō minima, afferentes septē militū capita, cū nudatis ensibus ferratū impetuose carceris pulsantes & impellentes hostiū, de more solito quo captiuos de die in diē ad decollandū extrahere consueuerant; intrantq; carcerē vñi his vocibus. *Ex parte victoris Algazi nuncius vobis afferimus, Regē vestrū residuū Christiani populi, ipsius gladio in bello corruisse: & oblatis capitibus, captiuis. inquiūt: hæc fercula ut sint vobis in escā, huc dirigit ipsa legis stella.* Nec multo post ipsius vestri regis viso capite & vexillo, equidē sentietis quæ & quanta sit virtus eximiæ nostræ legis, cui amodo cōtradicere nō habetis. Sic facti rei seriē occultātes quasi lēti ad dominos extra portā in tentoriis accubantes, illorū dedecus & detrimentū vini potationibus reuelantes, nuncii reuertūtur. Captiui autē ad parietis rimulā, vbi relatione fideliū acta sceleratorū principum s̄epius intendebant, tunc quoq; seriō intellexerūt vtriq; parti dispendia contigisse p̄r̄maxima: ita, inquā, q; prophani, foris simulato gaudio, pro

amissione triumphi intus cruciabatur animo. Christiani verò recuperato tritopho, in Christo certa & perfecta gaudebat victoria. Quinto verò die, *Rotbertus Fulcoides*, manib. impiorū abstractus & dilaniatus, Alapiæ Algazi præsentatur, vnde geminata lætitia & inauditis laudū præconiis, omnes vnā plaudētes manibus, ad ipsum quasi ad monstrū confluunt: nō vt à pœnis redimant: sed vt hunc admirādo illudere, illudendo cruciare, & cruciando membratim valeant discerpere: & hoc sanguino vindictæ genere, dolorē suum ab ipso eisdē ex longo tempore illatum gaudeat minuere. Dominō verò prohibēte nō audent eū tangere; Quid ergo super hoc? Cūm populus id efficere nequeat in se ipsū & capillorū & barbarū euallationē retorquere non ceslat. Placuit autē Principi nefario, vt hūc Doldechino, exquisitori & inuictori diuersorū tornētorū, ad puniendū dirigat. Mittitur itaq; & à collo & à manib. vinculis ferreis strictissimè religatus. Quo viso Doldechinus vice gaudii prætēdit os rictu ferino dilatatū. Miratur itaq; toruo lumine ipsum militē, cuius manu & ingenio cū ceteris fidelibus, sēpius sibi cōtigerant rerū suarū dispendia, suisq; corporis effugati plura incōmoda. Quid vltra? præsentatū suscepit, suscepitū inspicit, inspectū contēpnit, conteintū ad exitiū quo dignus fuerat euenisse decernit: hoc modo inquiens: *Eia Rotberte, eia inspice, quid utilitatis lex nostra cōfert, quo vos error & incredulitas cōpellet. Vnde ad hoc ducimini quod legē nostrā lege vestra & omnib. aliis meliore peruertere niti-mini? ut quid manus vestra, manus, in qua, quātula, in potentia & dominiū nostri, ut vermis humi serpēdo se extollit?* Ecce actenus faro nostro exigente, cadendo & resurgendo incessimur. Modo verò eodē permuto, ius vestrū in nos redactū, ex munere DEI, credimus. Te autē recolo, mihi de tuo tribuisse tā in praterito: vnde ut te interficiā apud me hac vice non inuenio. Remisitq; cū ad Algazi, inquiens verbis internuncii: *Malo hunc tuo quām meo perire gladio.* Nec ob aliud mortē inferre distulit, nisi vt vicissim illusus ab vtroq; sentiat quid vtriusq; terror & potētia in eū exercere valeat. In præsc̄tia itaq; Algazi illusus, præfato nequā Rotbertus iterū præsentatur, cui arrepto gladio *Dodechinus* inquit; *Abrenūcia legi tua, vel morere.* Adhæc Rotbertus: *Omnibus operib. Sarana & pōpis eius ab-renūcio; pro Christo verò nō renuo:* his verbis profanus furore arreptus, illatione gladii caput Christiani à corpore separauit. Quod deferēdū publicē, iudicario præconi tradidit; corpus verò ad dilacerādū vulgo proclamati, munus præoptatū contulit. Quid igitur? Lator capitīs p platēas, & vicos ciuitatis hoc ostēso & diuitib. præsentato, quingētis Bisantiis, & diuersis munerib. exhilaratus, ad pphanū rediit; eiq; pro illato sibi beneficio gratias agēs, flexis genib. medullitus supplicauit, caputq; reddidit. Vnde impius illū ab artifice artis impiae vas sibi ad potandū auro purissimo gemmisq; præciosis ac mirifico ornatū cōstructū, citissimè fieri imperauit: quo sibi portanti in festiuis solēnitatib. suis posteris signū audaciæ & victoriæ representari valeat. Statimq; *Dodechinus*, electis suæ gentis primatib. internūciis *Algazi* requisuit, vt p remuneratiōe verē amicitię, acceptis ab eo Bisantiorū Sarracenatorū LX. milib. pmississet eū carcerē Francorū īgredi, vt omnib. qui in carcere illo erant manu suâ priā detruncatis, ipse in effuso sanguine vice obtati balnei potuisset recreari, & vt aquila viuēte renouari: Algazi verò accepto cōfilio, primatib. hoc modo respondit: *Petitionē tanti viri rectā, ac iustissimā esse fateor. Est autē aliud q; prius agēdū intucor, legi & utilitati nostrae pfuturū, quo peracto, & in his & in aliis tātī amici volūtati & dominio, funditus obsecūdabor. Ne autē vos & ipsū affectus mei cōsiliī lateat, hoc vobis attēdendū, & eireferēdū prudētia vestra cōcipiat. Castrū Hala, quod porta introitus & exitus Halapiæ reputatur, nondū habere possumus. Hoc. n. quod Frāci resumptis virib. in nos cōualuerūt, nimis impe-dit, & prefatū recuperare, & iā recuperata castra ab eorū ingenio & potētia intacta cōseruare. Quod si captiuos quos habemus ex eorū genere nobiles & ignobiles, hoc modo exterminari per-miserimus, & in castris recuperādis & in aliis dispēdia solito grauiora profecto patiemur. Et est nobis cōsiliū, moliri utrū captiuorū cōmutatione quoquomodo simulata valeamus, vel in redditione castrī, vel in aliis astutū & prouidū ipforū Regem fallere.* Eo etenim viuente, putadictum, nos nullatenus illud castrū; sed nec quicquā terra sua dominationi subditæ, nisi vi aut ingenio posse habere. Ferendum est itaq; captiuos adhuc viuere, vt prius ultrici manu grauatis horū principibus ac dominatoribus, postea in ipsos ipse Dodechinus retorquēdo, quicquid obstat sitēti animo satisfaciat. Hoc auditō, reuersi nuncii, auditā suo referūt Domino. Laudantq; decens & vtile illud fieri, quod legis stella consultit; his auditis, Dodechinus licet inuitus, fauet tamen & patitur. Vterq; autem territus fugā & exterminio quod


eis contigerat prætermissis æquitatibus cæterisq; negotiis reipub. profuturis; solis potationibus inuigilat: Inter quas noctibus ac diebus horis desperatis, missis ministris cædis, vt oues gregatim captiuos abduci & ante se sisti faciunt; Quorū quidam funibus ad stipem suspensi, seorsum plexis capitibus, sursumq; versis pedibus, duræ cædis materia, sagitarum præbètur crebris iætibus. Quidā vero pubetenus, quidam vmbilicotenus, & quidam terræ spccumentotenus infossi, manibus impiorum, vibratis iaculis subeunt pro Christo lamentabilis vitæ discidiū: Nonnulli equidē singulis cæsis membris, in vicis & plateis proiiciuntur, transeuntibus miræ exactiois spectaculum: & quo amplius perfidorum feruebat ebrietas, tanto magis tormentorum crescebat peruersitas. Quod ab affectu portationis herili palatii expertum in multis innotuit: eo namq; die, quo post bellum Algazi in palatio vini furia inebriatu accubuit, omnes vna quotquot fuerat Alapiæ Christicolæ captiu nominati, ipsius iussu ante eum adducti sunt: Ibi quidem, ante ingressum palatii congregato fermè totius ciuitatis populo, eisdem proclamatibus ac suspirantibus in affectu optati captiuorum exterminii, traditi sunt cædi miserrimæ milites ac pedites xx x. & vii. exterminali pari cruciamine: Horum in momento corporibus detruncatis, totum porticus pavimentum aulæ regiæ, profluens aspergit vnda sanguinis. Tandem præter istos in exultatione portationis horrificæ, milites vtriusq; belli, tam proceres quā & alii, corā perfido super pavimentū apponuntur acerimè religati, vbi à circumstantib. illusi, contumeliis & terroribus affecti, multisq; alapis, & miseriariū stimulis impulsi, barbarum & capillorū euellationibus deturpati, pudibundâ nuditate presi, strident dentibus, tremunt visceribus, inhiant cælestibus. Ea vice in mundo nihil eis certius quam iætus gladii imminentes: mente & corpore cruciantur: singuli etenim vnu post vnu, coram impio aduocati, ab ipso verbis internuncij requiruntur: *Quid maluit, aut Christicolarum legi abrenunciare; aut illatione sui gladii in momento acerimè truncari?* Ab eis autem, veræ fidei cōtrariū nihil verbis, nihil operis extorquere potuit. Audita itaq; responsione procerū, fidei, spei, ac caritatis plena, cum & minas ipsius, & mortem pro Christo pati nō formident; assurgit, arrepto gladio profectus in mediū, in girum deambulando, & toruis luminibus intuendo singulos: æstimans sacerdotē esse, qui cum captiuis aderat, quendam militem iubet arripi, cuius caput; ipse idē manu propria gladio succidit. Reuersusq; in girum, in medio captiuorum, ensem deducendo ante ora singulorum, expetiit Bisantios citissimè sibi porrigi: non vt vellet eos redimi ea vice, sed quia ebrietate impulsus volebat eos perdere: statimque iubet arripi alium *Arnulfum* nomine, Marisiensem dapifer, magnæ religionis virū: datoq; gladio Patriarchæ Damasceno inquit, *percute, percute: sic decet utiq.* quo accepto *Archadiu*s mente compunctus cuidam Amiraldo inquit: *vice mei id honoris legi nostra exhibe, vt vir tansus manu tanti militis iam priuetur capite;* ipsoq; decollato, Algazi iterū accepto gladio venit in medium, non alia intentione nisi vt omnis vna simili cæde perdat. Actor verò summæ pietatis, id captiuis cōtulit, vt quod peruersitas illius intēdebat agere, nutu Dei mutaretur, missō sibi munere. Contigit. n. tunc 40 ex parti *Debeis* regis Arabii, equū miræ pulchritudinis illuc aduenisse, freno & sella ac pendulis raræ ac præciosæ artis ligulis adornatum, ab aure vñq; ad pedis rasulari, auro Arabico gemmisq; preciosis decoratū. Quo viso, proiecto gladio Algazi gau- dio permutatus cum primatibus intrathalamū, seq; induit ornamenti præcio & opere mirifico specialissimis: primatib. verò imperat vt captiuos cito cōpellant ad hoc quatenus à singulis audiant, quantū pro redēptione vitæ suæ quīsq; dare valeat: Sic factus, equū ascendit ad *Dodechinū* tendens ministrū Antichristi: primates verò vicedomini inquirunt à singulis, quantū possent redimi. Auditis singulorū præciis secundū maius & minus, totū inscribūt cartulis, & his finitis, ad carceres captiui remittuntur. De diuersis itaq; tormentorū generibus, quib. captiui carceribus Sarra- 50 cenorum conterebantur, multa quidē miranda ac stupēda haberem describere, & verbis edifferere; sed quia reges, principes, mundi q; aliis potentes, etiā & impotentes, eiusdē cōditionis, eiusdemq; fidei homines cuius & ipsi sunt, aliquādo iustē, aliquādo iniustē capiunt, captosq; pro extorquēda pecunia diuersis pœnis, puniūt: & cum pœnæ omne genus mortalium, instinctu diabolico, à malis potius, quā à bonis exempla sumere consueuerint: vtilius mecum reputo, formam & quantitatē tor- mentorū tacere quam exprimere: ne Christicolæ Christicolis similia inferat, & in con-

consuetudinem vertant. Illud verò miraculi, quod captiuis in carcere contigit, eisdem compatiēdo, præsentib. & futuris literalim memoria pando. Nocte quadā cùm captiui sopori membra dedissent: sopori, inquam, qualis haberi poterat in miseria: cuidam militi *Sanson de Bruera* cognomine, per visum innotuit cœlum apertū vidisse, & inde Dominum nostrū Iesum Christum, cum decore & splendore virtutū à summitate cœli vsq; super carcerē confeditse; ipsumq; Sansonem ut ad eum veniret cum suis sociis imperando, ter vocasse: & ipsis aduentientibus, dextrū brachium à summitate carceris vsq; ad finem extendisse, dextroq; pollice intincto oleo & crismate, signum sanctæ Crucis singulorū frōtibus impressisse. Inter quos, ex nomine assignatos, per visum affuerunt alii, quos cùm Dominus eodē modo non signasset, interrogatus à Sansone quare eos dimiserit, fertur ei sic respondisse: *Nolo amplius: aliás, ubi mihi placuerit, ceteros signabo.* Hac visione Sanson excitatus, captiuos fratres nocte media, more solito, ad orandū excitat; eis finitis matutinis laudibus hanc visionē insinuat. Quid singula? Eodē die, omnes signati, & cum ipsis alii, extra portā ducti sunt ad patibulum, vbi princeps sceleris cum primatibus totius Alapiæ dignitatis, festiali potationi inuigilabat. Quibus visis, magister sceleris exultans primatibus inquit, *Intuemini quā redēptione & quo munere liberos milites iſbos velim ad dominū regem ſuum regredi, & ut singuli à manu mea propria munus ſuū recipiant unus post unū adductus, ſicut decet, iam veniat.* Prius itaq; Sanson adductus, ipsius Algazi manu capite plexus, martirii munere decoratus cùm sanctis regnaturus Domino presentatur; idemq; de cæteris xx i. v. signatis, verè peractum cōprobatur. Nec id tacendū intueor: quod inter istos, quidā iuuensis extitit decollatus, natus *Aconensis Vicecomitus*, cuius corpus, à loco in quo iacebat, virtute ac miraculo Domini, corā cunctis ibidē existētibus, ad alium locū se transiexit. Et hoc factō, profanus viribus destitutus in effuso sanguine spumās & elisus occidit, toruo genere passionis acerrimè deturpatus; ita, inquam, vt os cum auribus, & aures cum naribus chaos horridum firmasse videretur. Residui itaq; non signati, pulsi, flagellati, & detracti, manibus impiorum ſeuissimè ad carcerē remittuntur. Ipse vero *Algazi* manibus suorū in tentorio collocatis, more solito à viuo superatus in fetore ſuī ipſius fecis, quindecim dierun spacio iacuit, quasi mortuus: & hoc genere passionis turpissimæ, in magnis potationibus ſepissimè terebantur. Post hæc autem, cùm non valeat vi, nec ingenio ea vice regem cum Christicolis fallere, à Dodechino & primatibus sumpto consilio, prostrato castello *Sardonas*, munitisq; suis oppidis à terra captos proceres & quosdam alios imperauit redimi, ac precium redēptionis militibus & ſeruientibus terram eustodituris attribui, donec ipſe ad *Merdinum* profectus, ipſius honoris speciale caſtrum, ob Christicolarum detrimentum, Turcomagnorū gentem maiorem solito congregaret, & redeat. Quid singula? Profectus, tam Turcomagnorum quam & Arabum gentem præmaximam congregat. Et his congregatis, vīta tanta multitudine, elatione immēlē superbiæ arreptus, statuit cum vīo *S. Idanorum Chorocensium* super regem *Dauid* in * euictiam equitare; vt eo petemptō vel heredato liberē & absolutē valeret Hierusalem & Antiochiam pere: nptis Christianis suo dominio subdere. Ipſi verò cum superbia equitandi, ira DEI extitit. Eo namq; die, quo Soldanus & ipſe Algazi cum sexcentis milibus terrā legis bellaturi intrauerunt: ipſe idē Rex *Dauid*, signo sanctæ Crucis præmunitus, habens inter *Medos* & Christianos quateruiginti milia pugnatorū, factis agminibus inter duos montes densissimis nemorib. insitos, in valle restitit quā, vt fama retulit, super eum hostes ingredi præsumebant. Restitit, & sic locutus est: *Eia, Christi milites si pro lege DEI tuēda legitimè certauerimus, non ſolū innumerabiles dæmonū ſatellites, verum etiā ipſos dæmones ex facilē ſuperabimus. Eſt autē consilium quod intueor, ſi laudatis, noſtro honori noſtrāq; utilitatē profuturū: Hoc videſet, ut erectis ad cœlum manibus cunctipotenti DEO promittamus, pro amore ipſius in hoc bellī campo ante mori, quām fugere; & ut fugere nequeamus, etiam ſe velimus, patētes huic vallis adiutus quibus intrauimus, densissimis lignorū ſtruibus conſtipemus; & cōſtantī animo, hostes ē proximo in nos certare præſumētes acerrimè percutiamus.* Quid singula? Tāti regis veri & perfectissimi Christiani laudata, probata & perfecta ſtat ſentētia. Nec mora, diſpositis acieb. singulis Rex ducētos milites Francigenas, quos habebat, ad primos iectus inferēdo anteposuit: ſtatiq; in altera parte vel frōte vallis, cū ingēti homiſ. clamore, equorū & armorū ſtrepitū cōſtipato, ſceleratorū vexilla pdeunt ferociſſima; & his accedētib. diuersorū instrumētorū ſonu intonat vndiq; mōtes cū vallib.

Rex autem *David*, tantorum ferocitatem humillimè præstolatur; siuosque inuitat virili animo, & consolatur, afferens elatam infidelium multitudinem cooperante virtute sanctæ Crucis, parua manu ac breui posse conteri. Nec multò post viis Christicolis, infinita multitudo spiritu superbiaz exagitata, cum imminens clamaribus in eos irruit: virtute verò Domini inprimis i&tibus excæcati, Francorum manibus corruunt in dispersionem effugati. Vt quid singula? perfidi nutu D E I Christicolis & *Medis* vna præbentur cædis materia: & vt serio existentium in conflitu didicimus, in fuga spacio trium dierum habita, corrucrunt regali gladio quater centum millia: idemque *Algazi* in capite vulneratus peremptis penè omnibus suis permissione Domini, cum paucis effugatus, inermis & famelicus conductu Regis Arabum repatriauit semimortuus. Sequenti verò anno conualescens ad obsidendum *Sardonas*, quod manu Regis refirmatum fuerat, quotquot potuit militum ac peditum constipatus agminibus, inense Julio rediit. Quo audito; *Goscelinus Comes Edessanus*, sumto ab Antiocheno Patriarcha consilio, cum suis & Antiochenis bellatoribus ad *Samartanum* profectus est, ut obsidionē Sardonas bello disiperet. Quo audito Rex *Hierosolymitanus* cum Hierosolymitanis adueniens, citis gressibus illuc peruenit, ante cuius tentoria è partibus perfidorum milites præludentes aduenerunt, visuri Christicolarum exercitum. Quid ultra: visis Christicolis hostilis ferocitas timore subacta nocte collectis tentoriis & ante se præmissis, castrum lædere desit. Ipse *Algazi* cum suis Alapiam reuersus est, arreptus genere morbi paralyticī; Qui cum nollet istud prodi, simulauit se iterum & in breui, tam Arabum quam & Parthorum maximam gentem adducturum: quod si esset sui iuris, ardenti animo inuigilasset Christicolarum exterminio. Contigit autem in lectica, quaferebatur pro honore & impotentia, cum egressione fimi ventris, ipsius sordidam per anum exisse animam, & abstractam infernalium scorpionum vnguisbus, corruisse in inferni inferioris ollas plenas diris ignibus, ardentibus, sine fine comburentibus & inextinguilibus: à quo nos liberet ipsius Domini nostri IESV CHRISTI gratia & misericordia, cuius imperio parent omnia cœlestia, terrestria, & infernalia, per seculorum secula, Amen.

EXPLICIVNT ANTIOCHENA BELLA, ACTA A ROTGERIO PRINCIPE ANTIOCHENO, BELLO, QVOD FVLCHERIUS SVPRA IN HVIVS VOLVMINIS EXORDIO DESCRIPTISIT.

HISTO-



HISTORIA, QVÆ DICITVR GESTA DEI PER FRANCOS

edita à venerabili domino G V I B E R T O Abbate monasterii S.Mariæ Nouigenti;

INCIPIT EPISTOLA G V I B E R T I AD LYSIARDVM SV E S S I O N E N S E M E- piscopum.

PATRI ET DOMINO SANCTE SV E S S I O N E N S I S
Ecclesiæ Episcopo L Y S I A R D O , G V I B E R T V s perpetuò suæ libera-
litati debitor, quidquid dulce & vnicum cre-
ditur in affectu:

20



*V*M ab amicis mihi sape suggesteretur aliquibus, quare opusculum præsens proprio non insignire in nomine; hucusq; repuli, plane veritus piam historiam personæ odibilis fædere vocabulo. Ratus autem ipsam per se claram præclari hominis titulo posse fieri clariorem, ad te tandem appuli; & operi sui autoris nota depresso, iocundissimum luminare præposui. Cum enim tuæ vetustissimæ nobilitati, scientia litteralis, serenitas specialis, mo-
destiaq; moralis accederet, DEO iustè creditur prouisore dispositum, ut tantæ reuerentiae munus Pontificij dignitas honestaret. Sequens itaq; scedula tuo amplectendo nomine infloretur, quæ ad se quidem incondita, tui cui scribitur amore conditatur; & officij quo præmines, auctoritate firmetur. Non deerant sanè præ-
sules, & alij, quos huius aliorumq; scriptorum meorum notiones, aut etiam oppi-
niones attigerant: his certè sepositis, ad te summa fuit concurrisse voluntas. In
qua tibi est lectione pensandum, quod si etiam aliquotiens me à vulgari gramma-
tica peregrinari contigerit, idcirco fecerim, quod vitia, immo illuſt̄a humiserpens
eloquium præcedentis corrigebam historiæ. Et villas video, urbes, ac oppida stu-
diis feruere Grammaticæ: unde à veteribus historicis noluisse sifacultas sup-
peteret dispare. Pensa deniq; quod inter rei familiaris curas, & crebras audi-
tiones causarum, dictandi mihi, immo quod grauius est, translatandi æstuabat
intentio: & dum diuersa, non sine mordaci importunitate foris audire compelle-
rer, stabiliter intus quæ orsus fueram cepta tenere cogebat. Longè alia, quam in
expositionibus Geneſeos, vel alius opusculis tractatorius me usum stilo, nemo
miretur: decet enim licetq; prorsus operosa historiam verborum elegantia co-
ornari; sacri autem eloquii misteria non garrulitate Poetica, sed Ecclesiastica
simplicitate tractari. Id ergo peto gratae suscipias, & pro perenni tui nominis mo-
nimento retineas.

E X P L I C I T E P I S T O L A .

INCIPIT PRÆFATIO SEQUENTIS HISTORIÆ.

D præsentis opusculi executionem multum mihi præbuit ausum, non scientiæ literalis, cuius apud me constat forma pertenuit, vlla securitas, sed historiæ spiritualis autoritas. Quam enim certum semper tenui solo D E I numine, & per quos voluit consummatam, eam non dubium habui per quos etiam rudes ipse voluerit conscribendam. Qui enim eos per tot difficultates traduxit itinerum, qui succidit ante ipsos, tot excrementa bellorum, dubitare non valui, quod rei gestæ mihi, quibus sibi placeret modis, inderet veritatem; nec negaret competentium ordini ornamenta dictorum. Errat siquidem eadem historia, sed verbis contexta plus & quo simplicibus, & quæ multotiens grammaticæ naturas excederet, lectoremq; vapidi insipiditate sermonis sæpius examinare valeret. Ea planè minus eruditis, nec de locutionis qualitate curantibus, ob illius nouæ relationis amorem satus oportuna videtur; nec aliter quam illi sentiunt, ab auctore dici debuisse putatur. His autem quibus parvulum eloquentiæ estimatur honestas, dum ea minus aptè dicta perpendunt, ubi narrationis dinoscitur expedire comitas; & proleta succinctè, ubi facundia paregorizantis decuit laciniosa varietas, dum suscepitæ materiei seriem nudò procedere vestigio vident, iuxta Poetæ sensum, aut dormitant, aut rident: quin etiam, male præsumptæ orationi, quam longè diuerso oportuisse cantari modo considerant, inuident. Pro statu planè casuum sermo coaptari debet orantium: ut verborum acrimoniâ, bellica facta ferantur; quæ ad diuina pertinent, gradu temperatore ducantur. Quæ gemina, si facultas mihi supppereret, formâ, in huius stadio operis excurrisse debueram: ut & facinorum suorum insignia nequaquam verbis recitata disparibus insolens Gradius agnosceret, & numquam grauitatis sibi inditæ tonum, cum de pietate res agitur, modestia Mercurialis excederet. Quæ licet ex sententia adimplere nequiuerim, benè tamen ab alio gesta plurima ex parte approbare nec minus probare dicserim. Ergo alienorum iudiciorum, valde temerarius, (sed ex fidei amore) & impudens, me fateor incidisse discrimina: quia dum corrigendi voto, hæc me compererint attigisse studia, fortassis secunda deterius apprætiari poterunt, quam priora. Cum enim pañim videamus feruere Grammaticam, & quibusq; vilißimis præ numerositate scolarum hanc patere nouerimus disciplinam, horro fuit, & si non uti debuimus, vel uti potuimus, hanc nostri gloriam temporis non scribere: immò reliquisse sub inconditi scabredine sermonis historiam, videram, his Dominum diebus quam fecerit à seculo, mirabiliora gesuisse; gemmamq; huiusmodi extremo diuersari in puluere: tantiq; contemptus impatiens, curauit quibus potui eloquiis, id omni carius auro, quod neglectu tradebatur, absoluere. Nec id solo præsumptiuè, instinctu egi meo, sed sua aliquibus petitione, huic adnitètib. fideliter voto. Quidam sanè, prosa ut scriberem, metro autē id fieri, pleriq; rogabant: quoniam talis me studii in primæuo rudimenta celebrasse satius iusto, competerant. At ego iuuentute, gradu, experientiaq; prouectior, nō id verbis plausilibus, non versuum crepitibus enuntiandum rebar, sed maiori, si dicere audeam, quam omnes belli Iudaici historias maturitate dignum digeri, si esset cui D E V S copiam super hac re tribueret, arbitrabar. Nec diffiteor me post Iherosolymæ capionem, ex quo illi, qui tantæ interfuerant expeditioni redire cœperunt, adscribendum

bendum ea animum appulisse; sed quia quarundam circa istud importunitatum obices adstiterant, distulisse. Sed quia, D E O permittente, nescio si volente, voluntati meæ constat oblatæ facultas, in id quod piè affectaueram fortasse à cunctis ridendus, incessi, cachinos ac triscuria prætergrediens aliquorum, dum modo diuturni eruptioni conceptus quacunque delatratione fategerim. Et si sit qui rideat, non tamen iuxta posse gerenti ac sanum intendentí detrahatur; nec meis præproperè nærum dictis inuratur, sed si penitus aspernatur, posthabita lité verborum, ipse male perorata rescribens, exempla dictandi præbeat. Porro si quis aliquid subobscure dictum causetur, notam sibi hebitudinis infligere vereatur: cum pro certo nouerim, quòd ex his quæ in subiecto libro dixerim, nemini in litteris exercitato iustè quæstionem mouerim. Corrigendum igitur, nescio an corrumendum, historiæ ipsius aggressurus exemplar, primò causas & necessitates quæ huius occursum expeditionis urgebant, sicut audieram, proposui referendas; et sic, occasionibus præmonstratis, res demum attexere gestas. Quorum tenorem, ab illo priori quem prosequor auctore, multa varietate prolatum, ab eis qui eidem interfuerant via, edidici. Ea sane quæ ferebantur in libro, contuli crebrius cum ipsorum qui facta viderant verbo; et proculdubio expertus sum, quia neutrum discreparet ab altero: quæ autem addiderim, aut ab his qui vide-re didicerim, aut per me ipsum agnouerim. Quòd si quipiam aliter dictum quām se res habet, constiterit, in cassum fateor mendacii mihi probra callidus deprehensor obiecerit, cùm me fallendi desiderio nulla dixisse sub D E I testimonio scire possit. Quid enim mirum si fallimur, dum aliena facta referimus, cum nos ne nostræ ipsorum quidem cogitationes, ac opera, non dico verbis exprimere, sed ne colligere tacita saltē mente possumus? Quid de intentionibus loquar, quæ adeò latere plerumque probantur, ut vix ab ipso interioris hominis acumine discernantur? Non est igitur seuerius argendum, si ignorāter in verba prolabimur: sed illud est inremissibili censura terendum, cùm falsitas ex industria deceptionis, vel cuiuspiā subornationis voto contexitur. Porro de nominibus hominum, prouinciarum & urbium, multa mihi est difficultas ingenita: dum enim quædam, quorum attigerim notionem, male ab illo auctore expressa cognosco; remota quælibet, eoqué magis incognita, eadem prauitate enuntiata non dubito. Verbi gratia: Turcos, cotidiano increpitamus strepitu; Corozaniam, quiddam noui nominis vocitamus: ubi vocabulorum vetustas quoniam penè prorsus oblitterata deluit, antiquitate omni, etiam si ad integrum patuisse tamota, nihil nisi quod publicè cantitatur dicere libuit. Si enim Parthos, ut aliqui sentiunt, non Turcos, Caucasum, non Corozaniam ponerem, quasi sectando autentica, obscurus fierem: meoque illis qui de propriis regionum nominibus certant carpendum expонerem. Et maxime illud attendo, quia sicut in his prouintiis, terras nouis constat vocabulis insignitas, itidem immutari non dubitamus & exteris. Namque si ea, quæ olim Neustria, modo Northmannia appellatur; et quæ Austria, nunc Lotharingia pro aliquibus accidentiis nuncupatur: idem apud Orientales quomodo fieri non credatur? Ut afferunt plane quidam, ipsa quondam Memphis Ægyptia, Babilonia nunc dicitur. Vulgari itaque modo malui enuntiare aliqua, quām obscurari aut contendere ponendo diversa. De nomine autem Podiensis Episcopi diu hæsi; vix in huius operis fine edidici: non enim in meo habebatur exemplari. Parcat quoque Lector meæ sermonis incuria; indubie sciens, quia quæ habuerim scribendi, eadem mihi fuerint momenta dictandi: nec ceris

emendanda diligenter, excepti; sed uti præstò est, fæde delatata, membranis apposui. Nomen autem indidi quod arrogantia careat, gentisque honori proficiat: scilicet DEI GESTA PER FRANCOS.

E X P L I C I T P RÆFATI O HISTORIÆ QVÆ D I C I T V R D E I G E S T A P E R F R A N C O S, editæ à Venerabili Domno Guiberto Abbe Monasterii sanctæ Mariæ Neuigenti, quod situm est sub castro Cociano, in pago Laudunensi.

I N C I P I T L I B E R P R I M V S H I S T O R I A E
H I E R O S O L Y M I T A N A E



VORVM DAM mortalium vitiōsè aliquotiens, sed non semper, moribus constat inolitum, vt in modernorum facta vituperent, præterita secula sustollant. Et quidem laudanda fuit veterum modestiæ contemperata felicitas, & retractatione consilii in moderata viuacitas: fed nemini discreto, qualicumque virtuti nostræ, secularis eorum fuerit vlo modo anteferenda prosperitas. Etsi enim in antiquis virtus defecata præminuit; tamen in nobis, in quos licet seculorum finis deuenir, dos naturæ nequaquam prorsus extabuit. Prædicantur meritò pro hominum nouitate, priscis acta temporibus: sed multo iustius efferrī digna sunt, quæ mundo prolabente in senium, peraguntur vtiliter à rudibus. Regna quondam extera, bellis suspiramus insignita potentibus: stragem *Philippicam*, & vbique inclemētem, non sine continuâ sanguinis effusione victoram, suspicimur: *Alexandri* rabiem de camino Macedonum ad totius Orientis exitia emergentem, tonantibus eloquiis pensitamus: *Xerxis* in Thermopilas, *Darii* in Alexandrum cōpias, cum execrabilis infinitarum gentium digladiatione metimur. *Chaldaicam* superbiam; *Argivam* acrimoniam; *Egyptiorum* spurciam, instabilemque *Asiam*; *Pompeii Trogi* & auctorum disquisitione sublimium miramur. Prima *Romanorum* instituta; sub communis vtilitatis censurâ; & Imperii propagatione complectimur. Et tamen, si horum omnium ad purum discutatur essentia, non modò apud probos quoslibet laudabilis ipsorum habetur audacia: sed meritò patet infamia pertinax belligrandi, sine vlla ratione, pro sola dominandi libidine, vecordia. Respiciamus ergo, immo resipiscamus, ad huius quas despiciimus æui fætulentas, vt sic dixerim, fæces, & minimum digitū nostrum, patrum quos plus æquo extollimus, nostrorum dorsis grossiore, iuxta illud fatui Regis dictum, repperire poterimus. Si enim prælia Gentilium, & regna multo armorum labore peruasa perpendimus, nullas eorum vires, nulla prorsus exercitia nostris, per Dei gratiam, æquiparanda censemus. Si D E V M in Judaico populo magnificatus audiuiimus; I H E S U M C H R I S T U M, sicut heri apud antiquos, ita & hodie apud modernos, esse & valere certis experimentis agnouimus. Reges, Duces, Dictatores, ac Consules vspiam pugnaturi populorum exāmina conflauerunt; & editis potentibus, vndeunque gentium, numerosos exercitus contraxerunt. Hii tamen, hii coeunt hominum terroribus acti. Quid de illis dicam, qui sine domino, sine principe, solo videlicet D E O impulsore, non modò extra natalem prouinaiam, extra etiā originale regnum; verū quoque extra multitudinem interiacentium nationum progressi atq; linguarum, de extremis Oceani Britannici finibus, usque ad totius terræ mediterraneum castrorum suorū acies produxerē: Denoua & incomparabili *Iherosolimitana* expeditionis victoria loquimur, cuius tanta erga eos qui non desipiunt existit gloria, vt nostra, quod nulla præterita meruerunt, tali titulo iubilemus insigniri tempora. Hoc nostros aggredi, non inanis famæ, non pecuniarum, non dilatandi limitis coegerit ambitio: quibus occasionibus innituntur aut nisi sunt penè omnes, qui contra quoslibet armis mouent, siue mouerunt. Quibus illud poetum opportunè dicitur:

*Quis furor o' Ciues, que tanta licentia ferri,
Gentibus iniuisis proprium prebere cruorem?
Bells geri placuit, nullos habuit ura triumphos.*

Si enim

Si enim pro libertate tuēda; aut pro publicare defendenda sumerent causam, excusationem vtique prætendere possent honestā. Vbi autem aut Barbararum gentium, aut metuitur Gentilitatis incursum, ab armorum iure nullus debet miles arceri: & si ista defuerint, pro sola sanctæ Ecclesiæ tuitione cōsueuerunt quā legitimè bella tractari. At quoniam in omnium animis hæc pia definit intentio; & habēdi cunctorum peruersit corda libido, instituit nostro tempore prælia sancta D E V S, vt ordo Equestris & vulgus oberrans, qui vetustæ Paganitatis exemplo in mutuas ver-sabantur cædes, nouum repperirent salutis promerēdæ genus: vt nec funditus ele-
cta (vt fieri assolet) monastica conuersatione, seu religiosa quamlibet professione,
seculum relinquere cogerentur; sed sub consueta licentia & habitu, ex suo ipsorum
officio, D E I aliquatenus gratiam consequerentur. D E O ergo incentore, motas audiuitus nationes, & ad omnia necessitudinū affectionumque genera præcordiales
aditus prædurantes, tanta atuiditate ad Christiani nominis hostes euertendos exiliū
petere; orbemque Latinum, noticias etiā terrarum excedere, quanta neminem ala-
critate viderimus aut epulas aut dies festos adire. Honores amplissimi, castellorum
& urbium dominia spernebantur; vxores pulcherrimæ quasi quiddā tabidum vile-
scebant; omni gemina quondam gratiores promiscui sexus pignorum fastidiebātur
asperitus; & ad quod mortaliū nullus aut urgere imperio potuisset, aut suasione pro-
pellere, ad id subita mentium demutatarum obstinatione ferebantur. Non erat Ec-
clesiasticæ cuiquam personæ necessariū; vt ad excitandos pro hoc ipso populos in
Ecclesiis declamaret; cum alter alteri non minus monitis quam exēplo domi foris-
que profectionis vota clamaret. Ardebat studia singulorum: & tantā illis facultas
videbatur illud iter ineundi quibus nullæ sumptuum copiæ suppeditabant, quāta illis
quibus ingens possessionū venditio, aut thesauri repositi opulentissimum viaticum
conuichebāt. Videres dictum Salomonis euidenter illud impleri: *Regem locusta non habet, & egreditur uniuersa per turmas suas.* Hæc locusta nullū bona operationis sal-
tum dederat, quādiu longæ iniquitatis congelatione torpuerat; at vbi solis iustitiæ
feruor incanduit, genuinæ illicò trāsmigrationis euolatione profiliit: dum de patris
domo ac cognitione digreditur; & per sanctæ intentionis assumptionem moribus
imminutatur. Ipsa regem non habuit: quia quæq; fidelis anima omni ducatu, præter
solius D E I caruit, dū illius se contubernalem æstimat, eumque præuium sibi esse
nō dubitat, cuius voluntate & instinctu se cœpisse, quem in egestatibus solatio sibi
futurum coniubilat. Sed quæ est quæ egreditur vniuersitas, nisi illa, quæ ad vnum
ideāque appetendum numerosissimarum plebium corda vertit simplicitas? Cum
solam quasi specialiter *Francorum* gentein super hac re commonitorium Apostoli-
cæ sedis attigerit, quæ gens Christiano sub iure agens non illicò turmas edidit; &
dum pensant se D E O eandem fidem debere quam Franci, Francorum quibus pos-
sunt viribus, nituntur & ambiunt communicare discrimini? Videres *Scotorum* apud
se ferocium, alias imbellium, cuneos crure intecto, hispida clamide, ex humeris de-
pendente psitarcia, de finibus viginosis allabi; & quibus ridicula quantum ad nos
forent arma copiosa, suæ fidei ac deuotionis nobis auxilia præsentare. Testor
D E V M me audisse, nescio cuius Barbaræ gentis homines ad nostri portum maris
appulso, quorum sermo adeò habebatur incognitus, vt lingua vacante, digitorum
super digitos transuersione crucis signa prætenderent; hisque indiciis, quod ne-
quibant vocibus, se fidei causa proficiisci monstrarent. Sed de his suo loco vberio-
ri forsitan circumlocutione tractabimus: nunc de *Iherosolymitana* vel *Orientalis*
statu, qui tunc erat, Ecclesiæ aliquantis per agamus. A temporibus fidelis Hele-
nae, Constantini Principis matris, per loca dominiorū & suppliciorū vestigiis insig-
nita, basilicæ sunt, per eandem Augustam, & ministeria digna basilicis instituta.
Quæ institutionis ordinē post deceplum præfatorū, per Romani imperii successio-
nes, diuturnis temporibus, Ecclesiastica historia docente, comperimus perdu-
rasse. Orientalium autem fides, cum semper nutabunda constiterit, & rerum mo-
litione nouarum inutabilis & vagabunda fuerit, semper à regula veræ credulita-
tis exorbitans, ab antiquorum patrum auctoritate descivit. Ipsi planè homines,
pro aeris & cœli cui innati sunt puritate, cùm sint leuioris corpulentiae, & idcirco
alacrioris ingenii, multis & inutilibus commentis solent radio suæ perspicacitatis
abuti: & dum maiorum siue coæuorum suorum despiciunt obtemperare magiste-

Psal. 63.6. rīo scrūtati sunt iniqūtates; *defecerunt scrantes scrutinio.* Inde hærefes & pēstium variarum genera portentuosa: quarum tanta pernities & inextricabilis extitit labirintus, vt veprium vel etiam vrticarum feratior vspiam fieri nequaquam in-cultissima possit humus. Omnia hæreſeon catalogi perlegantur: libri anti-quorum scripti aduersus hæreticos recenseantur, mirabor si præter Orientem & Africam, vix aliqui sub Latino orbe cernentur. *Pelagium*, nīsi fallor, Britonem hæreticum nescio quo legerim; sed illorum vel erroneos, vel errores colligere neminem vñquam potuisse crediderim. Ipsi fuerunt terra in suorum maledicta magistrorum opere, spinas & tribulos germinans operantibus se. Ex Alexandria *Arrianus*, ex Perside *Manis* emerit. Alterius rabies sanctæ Ecclesiæ vestem, maculam aut rugam non habentem, tanta scidit atque cruentauit instantia, vt eius confide-ratione, breuior penitus tempore, locis contractior æstimetur persecutio *Deciana*: vrpote cui post Græciam, plenissimè succubuerunt Hispania, Illiricum, & Africa: Alterius fabulæ, & si ridendæ, argutissimorum etiam virorum longè lateque obtu-derunt quasi præstigiis quibusdam acumina. Quid *Eunomios*, *Euticetes*, *Nestorius* loquar? mōstrorum millia texam? Quorum aduersus nostros tam pertinax vec-dia fuit, adeoque difficilis victoria prouenit, vt viderentur hærefes non gladiis sed fustibus decollari. Recolamus veteres de originibus Regnorū historias, & garria-mus super ridiculo statu Regum; & Asiaticam leuitatem, super subita Principum destitutione ac restitutione miremur. Qui ergo doceri de eorum fœda mobilitate 20 desiderat, rotabundos in regnis alternantesque Antiochos, Demetriosque recen-seat: & quem hodie florentissimū viderit imperio, gentium facilitas subditarū eum non modo à fascibus, verum naturali cras exulem disperget à solo. Vnde hæc ipso-rū, & in actu seculari, & in Christiana professione nugacitas, ad hoc usque tempus in tantum viguit, vt neque in Eucharistiæ confectione, neque in Apostolicæ sedis subiectione penè quicquam illis commune nobiscum sit. Sed si illud, quod *depani-bus fermentatis sacramenta conficiunt*, conuenienti aut vero simili ratiocinatione de-fenditur: quia, quod recta cum fide geritur, materialis fermenti admixtione nō læ-ditur; & quod veteribus cærementi Dominus finem ponens; postquam cum azi-mis agnum comedit, de eodem pane, quia aliis non aderat, nec secundum legem; quā implebat, induci tunc poterat, Corporis sui Sacramēta contradidit, azimorum illatio, quæ tunc affuit necessitati, non eis videtur ad institutionem pertinere miſte-rii: sicut buccellæ intinētio, non sacramenti peragendi, sed Iudæ proditoris fuit o-stensio: si, inquā, ista aut quælibet alia aut falsò aut veraciter obtendi possunt, quid de *Spiritu sancto* dicturi sunt, qui adhuc eum secundūm reliquias hæreticos Arrianæ, minorem Patre & Filio profana mente cōtendunt? Cū ab institutis paternorum Canonum, & ab Occidētalis Ecclesiæ pio ritu, sensu ac multimoda actione discor-dent, hunc dampnationis suæ adiecerunt cumulum, vt claudicare perhibeant, in-flicta ei propriæ naturæ inæqualitate, D E V M. Si enim ex Filii D E I præcepto, IN PATRIS ET FILII ET SPIRITU SSANTI nomine baptizandum est: & hoc 40 idcirco, quia hæc tria unus D E V S est: quicquid in his tribus asseritur minus alter-

Psal. 67.33. utro, D E V S profecto non est. Taliū ergo congregatio taurorum inter vaccas po-pulorum, excluserunt etiam nunc eos qui probati sunt argento, dum quidā nostra-tium, hac Græcorum altercatione citati, clarissimos de *Sancti Spiritus proceſſione* edi-derunt libros. At quoniam offendiculum ponit D E V S coram his qui voluntarie peccant, terra eorum ipsos sui habitatores euomuit, dum primò fiunt à notitia veræ credulitatis exfortes; ac merito deinde ac iure, omnis suæ terrenæ possessionis ex-torres. Dum enim à Trinitatis fide desciscunt, vt adhuc sordescant qui in sordibus sunt, paulatim usque ad extrema suscipienda Gentilitatis detimenta venerunt; & procedente pœna peccati, alienigenis inruentibus, etiam solum patriæ amiserunt: aut si quempiam ibidē remanere contigit, externis indigenæ sese sub tributi redibi-tionibus subdiderunt. Prædicatissimæ nobilitatis vrbes *Antiochia*, *Iherusalem* ac *Nicaea*; etiam Prouinciae, *Syria*, *Paleſtina* & *Gracia*, è quibus nouæ gratiæ seminaria pul-lularunt, abortiuis florentibus Italìs, Gallis, Britonibus ab interno viro radicitus defecerunt. Taceo quod in ipsis, vt ita dixerim, qui quiliis Ecclesiarum tantæ abu-siones inoleuerunt, vt in plerisque illorum regionibus, nemo ad presbiterium pro-1. *Tim. 3.1.* uchatur, nisi primò coniugium sortiatur; vt de vnius vxoris viro, qui eligendus est,

Apostoli

Apostoli sententia compleatur: cum idem dictum non de eo qui habeat & vtatur, sed de eo qui habuerit habitamque dimiserit, constantissime Occidentalis Ecclesia auctoritate firmetur. Taceo quoque, contra consuetudinem Latinam, marium foeminarumque, dignitatis etiam Christiane personas indifferenter emi, ac si bruta animalia, distrahi; & longius à patria ad crudelitatis augmentum, ut gentiliu[m] fiant mancipia, vendendas emitte. His denique omnibus præponderare videtur, quod Imperiali apud eosdem constat generaliter lege sancitum: quod de omnium vide licet filiabus, concessa passim quasi pro iusto licentia, assumi debeant subituræ protibulum. Verbi gratia: Ecce quis habet tres aut quatuor filias, una earum ad lupanar exponitur; & de eo ipso tam putenti lucro, quod infeliciu[m] illarum est passionem quæsitum, pars nescio quota miseri Imperatoris defertur ad fiscum; pars in sumptus eius quæ turpiter id meruit, retinetur. Ecce clamor in Domini Sabaoth aures nimis truculenter ascendens. Præterea sacerdotes quibus est sacramenta diuina tradere commissum, Dominicum corpus post prandia in locis, ut audiui, plenisque conficiunt; & iciuno cuilibet absumentum porrigitur. Dum his & aliis similibus malitiarum modis exerrant, dum in suis adiumentibus eunt, nouum constituit De vs super eos legos: *ut sciant gentes quoniam homines sunt.* Et dum terminos patrum suorum scienter transgrediuntur, ad hoc merito deuoluti sunt, ut pecoribus facti petulantiores, opprobrio habeantur. Sed aliquantis per edisslerendum est, cum Christiano cultui aliquando deseruisse noscantur Orientalium nationes, ut in Paganismum redierint, quo tandem atuctore nitantur. Plebeia opinio est, quendam fuisse, qui si bene eum exprimo, *Mathomus* nutcupetur, qui quondam eos à Filio & Spiritu sancti prorsus credulitate diduxerit, solius Patris personæ, quasi Deo vni & creatori inniti docuerit, Iesu vero p[ro]p[ter]um hominem dixerit: & ut breuiter eius dogma concludam, circumcisio[n]e quidem decteta; totius eis impudicitia laxauit habenas. Quem profanu[m] hominem paru[m] multu[m] antiquitatis existimo; non ob aliud scilicet, nisi quia Ecclesiasticorum doctorum neminem contra eius spurcitiam scripsisse reperio. Cuius mores vita[n]q[ue]; cum nusquā scripta didicerim, quæ à quibusdam disertoribus dici vulgo audiuerm nulli debet esse mirū, si dice-re velim. Frustra planè ab aliquo, si falsa an vera sint discutiatur, dum hoc solummodo attendatur, quantus ille magister fuerit, de quo tam nobilium cinorum gloria propagatur. Securus enim quis de eo male cantat, cuius malignitas quidquid praua dicitur transcendent & superat. *Alexandrinum*, quo nescio tempore, Patriarcham obisse constiterat; & vacans, ut assolet, Ecclesia se[m] multa animorum varietate disciderat; & dum quisque in eam quam affectat personam, liberiori voluntate protrahitur, erga eos qui diuersa sentiunt; actiori severitate inuehitur. In quem ergo plurimæ consideratio partis incesserat, haud procul inde heremita manebat. Quem, causa eius essentiam comperiendi, scientiam facundiamque noscendi, cum crebro quidam eorum argutiores intuiserent, ex eius confabulatione coniiciunt, eum intelligentiam Catholicæ fidei non habere concordem. Quo cognito, confessim penitus ab hominibus quam ceperant electione desciscunt; & in maximo mœrore pro sui reprobatione co[n]stituunt. Contemptus igitur cum modestia dilaceretur atroci, quoniam non potuit ad id quod ambiebat assutgere, ad Arrii similitudinem meditari secum anxiè cœpit, quo modo effuso quod conceperat perfidiae veneno ad sui ultionem Catholicæ passim posset documenta peruertere. Tales namque homines, quorum tota intentio humanae prona est laudi, letaliter feriuntur, intolerabile rugiunt, si æstimationem suam qualibet senserint occasione imminui. Hac antiquus hostis apud Heremitarum suum oportunitate prouisa his miserandum dictis aggreditur: *Si, inquit, vis evidens repulsa et solatum, & multo maius quam Patriarcha valeres habere magisterium, inter eos qui ad te proxime venient nota diligenter iuuenem tali ueste, tali culeu[m] & corporis habitudine, tali etiam nomine: hunc animus acrem, tuisq[ue] competentem moribus, ea doctrina qua cordi tuo adiacet imbue;*; *hunc institutionum tuarum fidissimum auditorem, propagatoremq[ue], tuo magistratu prosequere.* Ille sollicitus hoc oraculo redditus prædicta sibi inter aduentantium cuneos circunspexit insignia; iuuenemque tecoghitum affectuosè tenuit, peste qua tabescet imbuit; & quia pauper erat, & pauperi minus auctoritatis suppeditabat, hoc ei statim modo diuitias procurauit. Ditissima quedam mulier viduitatem, obeunte

marito, inciderat: eam sibi nuntio sordidissimus Heremita contraxit, & de coniugii iteratione submonuit. Illa cum diceret, iuxta suæ statum honestatis non le præstò habere quem duceret; ipse intulit, se sibi aptū ihuensis prophetā; & eam, si sibi acquiesceret, per eius nuptias felicem omnino vieturam. Multa mulierem circumlocutione præstringit; & ad præsens ei futurumque seculum affuturas prophetæ illius prouisiones pollicens, in amorem ipsius quem non nouerat hominis, feminum iecur exporrigit. Spe igitur omnium quæ fierent, & quæ fienda essent præcognitionis inlecta, suo vati coniungitur; & pridem miser *Mathomus*, fortunis undecunque micantibus, ad inopinatos fasces, forsitan non sine sui ipsius incredibili stupore, prouehitur. At cum saepius vtrorumque commercia lecti vnius¹⁰ vrna susciperet, Prophetat cœpit egregius morbo epileusie, quem *caducum* vulgo dicimus, aliquotiens acriter, prophetissa cernente, vexari; & euersis obtutibus, facie tabida, labiis spumantibus, dentium eius stridoribus ipsa terreri. Insperato hoc euentu perterrita, recurrit ad solitarium; quodque sibi accidit causatur infortunium: & animi prorsus ægritudine consternata, præobtare sibi fatetur interitum, quam execrabile arreptiti subire coniugium. Innumeris itaque querimoniarum modis Heremitæ impropreat, nequam sibi præbuisse consilium. At ille cum inçoparabili præmunitus esset astutia: *Desipis, inquit, fatua; dum id quod est claritas & gloria, tu tua ascribis iniurie.* An nefcis, imprudentia; quia quotienscumque prophetarum mentibus Deus inlabitur, tota corporis humani massa concutitur, quia ferre non præualeat²⁰ carnis infirmitas, cum ei se applicat diuina maiestas? *Resipisce tandem, ne insolitis visoribus expauescas, beatasque sancti hominis tortiones grater attende præsertim cum eum tunc virtus spiritualis instituat, super his omnibus quæ sciri & fieri in futurum à vobis expediat.* His feminea levitas reueata sermonibus, totum iam non modò tolerabile, sed etiam sacrosanctum & spectabile arbitrabatur, quicquid prius fœdum ac despicabile putabatur. Interea per hæreticum Heremitem ad prophana dogma-ta homo ille, Diaboli fistulâ, imbuebatur; & ipsius quaquaversum præeunte præconio, propheta ab vniuersis creditur. Cumque iam longè lateque in omnium opinionibus fama proficiente, claresceret; & suis documentis circumiacentiū ac remotarum prouinciarum acclives populos conspexisset; communicato cum suo³⁰ doctore consilio legem scripsit, vbi suis sequacibus totius turpidinis, per quod magis traherentur, frena remisit. Quo facto, infinitæ multitudinis vulgus aggregat: & ut magis vaga corda præmissa religione deciperet, triduo eis ieunare imperat; & ut D E V M attente postulent pro legis acceptione sollicitat. Hoc etiæ eis signum dat: quia si D E O sibi legem dare placuerit, more eis insolito, & per manum de qua non speratur dabit. Interim *vaccam* habebat, quam ita manui suæ assueficerat, ut quotienscumque aut eius vocem audiret vel videret præsentiam, vix eam vis villa teneret, quin ad eum intolerabili quadam auiditate concurreret. Factum igitur libellum cornibus animalis circumligat, & in tentorio quo versabatur illud occultat. Tertio denique die super omnem qui conuenerat populum eminens, tribunal⁴⁰ ascendit, & declamare productis vocibus ad populum cœpit. Quæ cum, ut ita dixerim, summa aure verborum sonum attigisset, è tentorio subteriacenti confestim egreditur, & per medias coadunatarum gentium turmas, volumine cornibus imposito, ad pedes loquentis quasi congratulatura vacca contendit. Mirantur omnes, raptim volumen euoluitur, anhelanti turbæ exponitur; petulantia turpi lege permitta, gaudenter excipitur. Quid plura? oblati libri miraculum centuplicatis fauoribus celebratur. Propagatur vbique gentium quasi cœlitus veniens; indiferenter coeundi nouialicentia; & quanto magis pollutionum concessarum exuberat copia, tanto magis tacito fœditatis nomine D E I remissiora tempora indulgentis prædicatur gratia. Tota Christianitatis censura conuitiis mille dampnatur: & quicquid olim honestatis ac vigoris ex Euangeliorū teatre constiterat, crudelis vocatur acerbitas: at præceptum quod vacca detulit, generalis appellatur, & ipsa solum à D E O commendata libertas. Non *Moysha* antiquitas, non Catholica nouitas reputatur: quidquid ante lege, sub lege, quicquid sub gratia, inexpiabilis falsitate notatur: & ut Psalmus minus congruè vtar, *Deum non fecisse taliter omni nationi;* & iudicia sua nulli a seculo aliis manifestasse, cantatur. Profusior libidinis adimplendæ facultas, & bestialem iam superans appetitum, non coniugiorum iam, sed scortorum numero-

Psal. 147, 9

numerositate voluptas, procreandorum liberorum superficie palliatur. Sed dum in his quæ quasi vñalia sunt, nequaquam fluxus naturæ restringitur; vsque ad ea quæ non continentur, nec nominari in nobis debent, brutis etiam pecoribus inexperta; concurritur. Huius nefariæ institutionis obscuritas Christianum tunc nomen obtexit; & adhuc pertinætia penè uniuersi, Africæ, Ægypti, Æthiopiæ, Lybiæ, & iuxta nos Hispaniæ remotissimos sinus obliterat. Sed hunc tantum tamq; mirificum legislatorem quis exitus de medio tulerit, dicendum est. Cum subitaneo ictu epileuseos sèpc corrueret; quo eum superius diximus laborare, accidit semel diuina solus obatbulat, vt morbo elisus eodem, caderet; & inuentus, dum ipsa passione tor-
to quetur, à porcis, in tantum discerpitur, vt nullæ eius præter talos reliquiæ inuehiren-
tur. Ecce legifer optimus, dum Epicureum, quem veri Stoici, C H R I S T I scilicet cultores, occiderant, porcum resuscitare molitur, immo prorsus resuscitat, porcus ipse porcis deuorandis exponitur: vt obscenitatis magisterium obscenissimo, uti conuenit, fine concludit. Talos iure reliquit, quia perfidiæ, ac turpitudinis vestigia, deceptis miserabiliter animabus infixit. Cuius talorum titulo exegimus tetra-
sticum iuxta Poëtam aëre perennius, Regalij, situ pyramidum altius: vt vir egregius omni iam porco felicior cum Poëta eodem dicere valeat: *non omnis moriar, multa pars mei vitabis Libitinum.* Quod est:

Manditur ore suam, qui porcum vixerat, huius

Membra beata cluunt, podice fusa suum.

20 *Cum talos ori, tum quod suis fudit obris, Digno qui celebrat cultor honore ferat.* Quod si *Manichaorum* sunt vera repurgia sectæ, vt in omni quod comeditur pars quædam maneat commaculata D E I; & dentium comminutione, & stomachi concoctione pars ipsa D E I purgetur; & purgata iam in Angelos cōuertatur, qui ructibus & ventositate extra nos prodire dicantur: sues de huius carnibus pastas, quot credimus Angelos effecisse? Sed omissis iocularibus quæ pro sequacium detractione dicuntur, hoc est insinuandum; quod non eum D E V M, vt aliqui æstimant, opinantur; sed hominem iustum, eundemque patronum, per quem leges diuinæ tradantur. Hunc cœlitus assumptum astruunt; & solos talos relictos ad suorum fidelium monimentum, quos etiam infinita veneratione reuisunt: porcorum vero esum, iusta prorsus ratione, contempnunt, qui mortibus eorum dominum consumpserunt. Hæ 1 v.
igitur quas supra diximus gentes, postquam per longa tempora, post multas posteritates, error cœptæ Gentilitatis inualuit, cum Palestinam, tum Iherosolimam ac sepulchrum Domini peruerserunt; Armeniamque, Syriam, partemque Græciæ, penè usque ad illud mare quod *Brachium sancti Georgii* dicitur, obtinuerunt. Inter omnia Orientis regna *Babylonicum* imperium, ab antiquo præpotentissimum fuit, & regnis quampluribus imperauit: attamen *Parthorum* regnum, quos *Turcos* corrupto nomine vocatum, in re militari, & equestri elegantia, animi etiam virtute, præpollet; sed terrarum amplitudine minus patet. Imperator itaque *Babylonicus* eas quas præmisimus prouincias magno exercitu occupat; sed temporis processu, Turcorum emerente copia, Assyriis euictis amiserat. Hii igitur armis viuaciōtes, & consuetius utentes audacia; dum Constantinopolitanum urgerent imperium, & eidem urbi pene obsidēdæ viderentur irrumperet, *Imperator Gracorum* minis eorum frequentibus, & assiduis incursionibus tremefactus, misit in Franciam: scribens *Rothberto* seniori Flandrensum Comiti epistolam: multiplices ei obiectans causas, quibus excitati eius animus posset ad defendendam periclitantein Græciam. Non autem ideo sollicitabat eundem virum, quod tanto negotio, solius ipsius æstimaret sufficere posse concursum, licet ditissimus esset; & magnam valueret conflare inatum: sed quia nō ignorabat, quod si vir adeò potens id ipsum aggredieretur iter, nostræ secum gentis auxilia plurima, pro sola nouitate rei contraheret. Fuit verò Comes isdem, quantum sagax in rebus bellicis, tantum perspicax & facetus in litteris. *Iherosolimam* orationis gratia aliquando profectus, forsitan *Constantinopolim* peruiam habens, cum ipso est Imperatore locutus, unde & apud eum sumpta maiore fiducia, de adiutoriis est expertensis appulsus. Ipsam autem Epistolam, quam inserere opusculo isti omnino piguit, quædam ibidem dictorum, verbis tamen vestita meis, proferre libuit. *De Ecclesiis querimonia est, quas siquidem Gētilitas euersa Christianitate tenebat, in quibus equi-*

rum ac mulorum ceterorumq; animalium catabula construebat. Quid in tantum verum fuit, ut etiam fana sua, que Mathomarias vocant inibi instaurarent, & infinita quoque turpitudinis commercia exercearent, ut non iam Basiliae, sed meritoria & scanaferent. Porro de Catholicorum necibus fructu agerem: cum mortuis in fide, vita eternalis videretur instare concubium: superstites sub miseri iugo famulatus vitam gererent, ipsis, ut arbitror, mortibus acriorem. Virgines enim fidelium apprehensa, publicum fieri precipiebantur scorrum: cum nusquam pudori deferretur ac honestati coniugum. Matres correpta in conspectu filiarum, multiplicitate reperiit diuersorum coitibus, vexabantur; cum filiae assisterent, carmina praeclinere saltando nefaria inter huismodi cogerentur. Eadem statim passio, quod dici quidem & dolor & pudor est, revoluebatur ad filias, quemadmodum fidit as ubscenis infelicium matrum cantionibus ornabatur. Totius denique nominis reverentia Christiani, profibulo tradebatur. Cumq; sexus feminino, quod tamen excusari poterit, pro competenti natura non parcitur, in masculinum pecualitate transgressa, solutis humanatum legibus, tur. Vnde, ut viuis execranda & penitus intollerabili auribus maiestate flagiti, illaque in mediocres & infimos, defurebat perulantia panderetur, dicit quendam eos abusione Sodomitica interuenisse Episcopum. Et quomodo praeceps, & omnibus omnino vesanis preferenda libido: que semper confliui frontisq; fugax perpetuo impetu agitur, & quo crebrius extinguitur, eo vivaciore flamma iterato faccenditur: erga humana se temperet, que brutorum animalium inauditis, & ori Christiano vetitis commixtionsibus sordet? Et cum sit miseris permissa suo ipsorum arbitrio multiplicitas feminarum, parum est apud eos, nisi & dignitas sancta spuria volutabro commaculetur marium. Nec mirum si DEVS exoletam eorum nequitiam, & in clamorem versam impatienter tulerit; tantaz funestorum habitatorum execramenta, more antiquo, terra vomuerit. Cum ergo de Constantinopolitana quam potissimum verebatur, & quæ transito Sancti Georgii Brachio imminebat obsidione, multâ querelâ tractaret, inter cætera insultit: quod videlicet si non alia subueniendi sibi videretur nobis occasio, saltem proper feno quorum corpora ibidem tumulata habentur Apostolos, ne ab impiis, aut incendio conflagrentur, aut in voragini demergantur, celeberrimam perhibet Civitatem omnimoda opitulatione dignissimam. Et certe nihil verius. Vrbs enim illa, non modò Sanctoruin illorum monumentis excellens; sed & auctoris merito & nomine præcluens: præsertim cum ex revelatione superna, ex vetustissimo oppidulo eam toti mundo spectabilem, Romanique secundam fecerit, vniuersi, si fieri posset, Orbis concursu; & suffragio digna fuit. Sequiturdeinum post Apostolorum inlationem, & dicit apud se beati Iohannis Baptiste caput haberi: quod quamvis falso dicat: hodieq;, ac si viventis capitellis, & cuse videatur insigniri. Quod si verum est, quætehdū apud Angériacenses est Monachos, de cuius Baptiste Iohannis capite, glorientur: cum pro certo habeamus; neque duos Iohannes fuisse Baptistas; neque unum ipsum, quod dici nefas est, fieri potuisse bicipitem. Et considerandus etiam sub hac occasione, plurimus quidem, sed non perniciosus error, qui Gallicanas præcipue, de Sanctoruin corporibus obsedit Ecclesias: Iste illum, illos eundem, seu Martyrem, seu Confessorem se habere lactantibus: cum duo loca non valeat occupare integet unus. Quod totum contentionis malum inde sumit originem, quod Sancti non permittuntur habere debita, & immitabilis sepulturæ quietem. Et plane ex pietate descendisse non ambigo, quod eorum corpora argento operiuntur & auro; sed iam evidenti & nimium turpi auraritiae militant, & osfium ostensiones, & feretrorum ad pecunias torrogandas circumlationes: quæ omnia desuissent, si corum, ut DOMINI IHESU, fortis apostolo obice immobili clauderentur membra sepulchro. Sed his omisis sequentia attingamus. Præterea adiicit ut si non tant' cohibitio malit, si non prefatorum Sanctorum ad hec ipsum eos amaret amor; saltem auri argentiq; quorum innumerabilis illic habentur copia, expeditas inliceret. Infert denique & quiddam bonorum virorum frugalitati incompetens, ut videlicet præter hac vniuersa pulcherrimarum feminarum voluptate trahantur: quasi Græcarum mulierum species tahta esset, ut Gallicis modo qualibet præferrentur; solaque earum causa Francorum exercitus in Thraciam ageretur. Dum hæc sor didissimus ille Tyrannus ediceret, me initisse debuerat, quod ob hoc ipsum, hæc sibi suisque aduersitas potissimum ingeneret: quia editio celesti, de pluribus vniuersorum filiabus, vnam per omne imperium suum prostitui iuberet; & fisco proprio lucrum fædissimæ passionis inferret. Nec minus illud, quod de pluribus filiis,

vnus

Vnum eunuchizari, data præcepti auctoritate, mandauerit; & corpora matrum ademptis viribus eneruia ac effeminata reddiderit, quæ vobus militiæ iam non habentur utilia; immo ad detrimenti cumulum, abscidatur in ipsis propago futura, cuius incrementis sperari valerent, contra hostes auxilia. Qui ergo dampnauerit ultro sua, iam querere meritò cogitur aliena. Sed attendendum etiam quod is ipse Imperator non ex legitima purpuram successione suscepit: sed cum de officialibus Palatii sub Principe, qui, nisi fallor, Michael vocabatur, esset; & cuidam portioni plurimæ Occidentalium militum præcesset, quos excellentiores apud Græcum Imperatorem, & ad eius custodiam magis contiguos ingenita eorum probitas fecit: collecta ex subiectis militibus audacia, nouas res contra ipsum Principem moliri cœpit. Qui Constantinopolitana contra Imperatorem ciuitate peruersa, caput eundem luminibus illico feraliter priuat, & in quodam municipio artæ custodiæ mancipat; & iura Imperii totius, expers iuris usurpat. Qui Francos quidem, ea quam diximus necessitate compulsus expetiit; sed postquam tantæ dignitatis proceres conuenisse adeò instructos modestia & armis, & equites vidit, multitudini multum, sed multo amplius prudentiæ eorum inuidit. Ast ubi ad effectum eorum peruenit intentio, crevit huius contra nostrorum efficaciam inuidentiæ magnitudo: dum post Iherosolimitanam victoriā veretur, ne victoria in se arma retoqueant, præsertim cum eo potiorem sibi æmulum, inter natices nequaquam esse didicerant. Auditum tamen nobis constat, ante huius viæ compertum primordia, matrem hunc habuisse sortilegam: quæ sibi saepè prædiceret, quia ex Francis originem duceret, qui ei Imperium vitamque adimeret. Cuius oraculum ipsis effectibus explore forsitan Boemundus affectat: qui tantopere illi insistit, ut saepenumero cum eodem configens vertere terga compulerit; & plurimam Prouinciarum eius partem suæ ditioni addixerit. Qui cum genus ex Normannia ducat, quam Franciæ partem esse constat, ob hoc vel maximè Francus habebitur, quia Regis Francorum filiæ coniugio iam potitur.

EXPLICIT LIBER PRIMVS GESTORVM DEI PER
FRANCOS.

INCIPIT SECUNDVS.

VRBNVS Papa, ante Papatum Odo vocabatur, ex Francis claro germine oriundus, ex territorio & clero Remensi; & existens, ut ferunt, nisi falluntur, Papa primus ex Francis. Is Cluniaci factus ex clero Monachus, post Abbatem gloriose memoriae qui adiuuit Hugonem * non multo post rexit officium prioratus: inde proficiente merito, Cœnitati Ostiæ, Gregorii septimi Papæ iussu, destinatur Episcopus: ad extremum Apostolicæ sedi præficitur Pontifex summus. Cuius quanta magnanimitas extitit, huius profectionis incentiuo innotuit, quod dum primus ipse præbuit, quonam pacto id fieret, totus mundus obstupuit. Attestatur statu mentis, finis eius splendens miraculis. Defuncto etenim ac sepulto eo, sicut succedens ei Ostiensis scripsit Episcopus, cum plurima signa iam fierent, adstitit quidam sepulchro illius iuuenis; & membrorum dampnum sibi imprecatus est, si per Vrbani merita; qui Odo dicetur, signum vñquam factum fuerit ac fieret. Necdum pedem à loco extulerat, cum officio sermonis amisso, & altero laterum paralysi intercurrente correpto, postridie, Vrbani virtutum testimonia mortuus ipse perhibuit. Is itaq; vir eximius cum ab Alexi Græcorum principe magnis honoraretur exequiis; & preciis quidem, sed multo propensius generali Christianitatis periculo pulsaretur, quæ quotidiani Gentilium minuebatur incuribus: & Saracenorum namque inruptionibus Hispanias audiebat sepiissime conturbari. Pro hoc ipso, suæ gentis sollicitatus homines, commeatum facere destinavit in Franciam. Apostolicæ nempe sedis Pontificibus ab antiquo consuetudinarium fuit, si quam sunt passi à finitima gente molestiam, auxilia semper expetere à Francis. Stephanus & Zacharias Pontifices, uterque sub Pipino & Karolo Regibus confugium fecit ad ipsos; quorum prior, è Pontificibus sequentem, facta usque Ticinum expeditione, ecclesiæ suum patrimo-

nium reparando, propriæ sedi restituit: *Desiderium Regem* qui violentiam intulerat, ad eorum quæ diripuerat redditionem sola armorum intentatione coegit. Cæteris enim gentibus erga Beatum Petrum, ergaque pontificalia decreta, timoratius humiliusque se habuit gens eadem; nec temeritate, quam alii assolent, velamen malicie arripiere contra Deum voluit libertatem. Videmus iam annis emensis pluribus, Teutonicos, immo totius Lotharingiæ regnum, beati Petri eiusque pontificum præceptis, Barbarica quadam obstinatione reniti; & ambientes malle aut diuturno siue sempiterno Anathemati subiacere, quam subiici. Audiu anno preterito dum cum Archidiacono quodam *Magontino* super sua ipsorum rebellione cōgrederer, quod Regem nostrum cum populo in tantum vilipenderit, ob hoc solum quia Dominum Papam Paschalem cum suis Principibus gratae vbiique suscepit, ut eos non modo *Francos*, sed irrisoriè *Francones* vocauerit. Cui inquam: *Si ita eos inertes arbitrari et marcidos, ut celeberrimum usque in Oceanum Indicum nomen, facte garriendo detorqueras, dic mihi ad quos Papa Urbanus contra Turcos præsidia contracturus diversit? nonne ad Francos? hui nisi praessent et barbariem undecumque confluentium gentium vivaci industria et impavidis viribus constrinxissent, Teutonicorum vestrorum, quorum ne nomen quidem ibi sonuit, auxilia nulla fuissent.* hæc ad illum. Fateor vero, & omnibus credibile est, huic tanto gentem istam Deum reseruasse negotio; præseruum cum pro certo nouerimus, quia ex quo fidei signum, beato *Remigio* tradente, sumperunt, nullius vñquam perfidiae suscipere contagium vel ad horam adquieuerunt; quo vix, aut nullo modo, nationes aliquæ mundæ manserunt. hii sunt qui dum adhuc sub errore gentili positi, Gallorum, sed Christianorum arua pugnaci intentione subigerent, nemini vñquam pro Christi fide aut poenas intulerunt aut mortem: sed eos quos Romana severitas ferro ignique punierat, auro argentoque recondidit, gemmis electroque contexit ingenita liberalitas gentis. Nec solum intra se passos, his honoribus contendit ambire: sed & Hispanis aut Italia seu quibuslibet gentibus aduetos, tantæ desiderio affectionis excoluit, ut martyrum seu confessorum, quos tantopere seruat, amor, & celebrem reddiderit & inlustrem, fideique inremesso tenore donauerit; ad extremum huius Iherosolymitanæ victoriae triumphis extulerit. Quia enim portauit iugum ab adolescentia, sedebit solitaria: inter omnium videlicet gentium proprietates gens nobilis, prudens, bellicosa, dampfis, ac nitida. Quibus proprium cum sit nomen, quarumquimque nationum homines, mutuato immo præstito ipsorum agnomine honorantur. Quos enim Britones Anglos, Ligures, si bonis eos moribus videamus, non illico *Francos homines* appellemus? Sed iam ad proposita redeamus. Papa igitur *Urbanus* Regni nostri fines ingrediens, tanta urbium, oppidorum, villarumque lætitia & concursione excipitur, quanto omnium qui adiuuerent memoriis incomptum fuerat, quod aliquando Apostolicæ sedis Antistes in regiones has venisse videretur. Annus itaque incarnati verbi *millesimus nonagesimus septimus* properabat euolui, cum præsul idem, valde frequens accelerauit conuocare Concilium, cui tandem in urbe *Arverna*, scolasticissimo omnium præsulum Sidonio gloriofa, dedit locum, cui tamen immutatae *Claromonti* constat esse vocabulum. Quod fuit tanto celebrius, quanto excellentis & inusitatæ personæ oracernere, verba audire erat desiderabilius. Illic, præter Episcoporum & Abbatum examina, quos circiter quadringentos, per prominentes ferulas fuisse, aliqui numerauerant, totius Franciæ & appenditum comitatuum literatura confluxit. Erat ibi spectare quam serena grauitate, ponderosa comitate præsideret, & vt præfati *Sidonii* verbis vtar; quam *piperata facundia*, ad obiecta quælibet Papa dissertissimus detonaret. Notabatur quanta vir clarissimus modestia tolerabat, suas tumultuosè causas ingerentium, loquacitatem; quam parum appreciabatur, nisi secundum Deum, cuiuspiam personalitatē.

r. Philipum Regem Francorum, cuius trigesimus septimus tunc Regni recessebatur annus: qui propria, *Berta* nomine, vxore relicta, Andegauensis Comitis vxorem sibi, *Bertiadam* vocabulo, deuinxerat, tanta auctoritate excommunicauit, vt intercessiones spectabilium personarum, & multiplicium munera in latitudes contempserit; & quod intra Regni ipsius demorabatur limites non extimuerit. In hoc ipso Concilio, sicuti antequam ab urbe digrederetur proposuerat, hacque de causa *Francos* expetiuerat, maximam ad sibi adstantes concionem habuit; & inter

* A.Da.
1097.

inter cætera, quæ excessere memorias auditorum, hac intentione disseruit. Eius enim scientia litterali, eloquentia cooperabatur agilitas: non enim minor ei videbatur in Latinæ prosecutione locutionis libertas, quam forensi cuiuslibet potest esse in materno sermone pernitas. Nec altercantum multitudo, obtundebat concionantis ingenium; sed licet prædicabilium Grammaticorum elegantiis ambiretur, & causarum emergentium nebulis offundi videretur, & oratorum superexundare copias, ac sermonum quorumcumque facetias superequitare litterali lucculentia putabantur. His ergo, et si non verbis, tamen intentionibus usus est.

Si inter Ecclesias toto orbe diffusas alie præ aliis reverentiam, pro personis locisq; me-

IV.

orientur; pro personis, in quam, dum Apostolicis sedibus priuilegia maiora traduntur; pro locis vero, dum Regis urbis eadem qua personis dignitas; uti est Ciuitas Constantinopolitana, præbetur: Illi potissimum Ecclesie deheremus; ex qua gratiam redemptionis & totius originem Christianitatis accepimus. Si enim verum constat quod à Domino dicitur, quia videlicet salus ex Iudeis est; & Dominum Sabaoth semen nobis reliquisse constat, ne sicut Sodoma simus, & Gomoræ similes fiamus: & semen nostrum C H R I S T V S est, in quo salus & omniū gentium benedictio est: ipsa terra & Ciuitas in qua habitavit & passus est, scripturarum testimoniis Sancta vocatur. Si enim hæc terra, D E I hereditas & Templum sanctum, antequam ibi obambularet ac pateretur Dominus, in sacris & Propheticis paginis legitur: quid sanctitatis, quid reverentiae obtinuisse tunc creditur, cum D E V S maiestatis ibidem incorporatur, nutritur, adolecit, & corporali vegetatione hac illacq; perambulat aut gestatur? &, ut canctæ que longo verborum gyro narrari possunt, digna breuitate constringam, ubi Filius D E I sanguis, cælo terraq; sanctior, effusus est? ubi corpus, paucitibus elementis mortuum, in sepulchro quietum, quid putamus venerationis emeruit? Si ipso Domino nostro recens interfecto, & à Iudeis adhuc Ciuitatem possessa, Sancta Ciuitas ab Euægelistâ vocatur, cum dicitur: Multa corpora Sanctorum qui dormierant surrexerunt, & venerunt in sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Et à Prophet. Isaiæ dicitur; Erit sepulchrum eius gloriosum: cùm ipsi sanctitas, ciuitati semel D E O ipso Sanctificatore per seipsum indita, nullo malo superueniente exinaniri valeat; & eodem modo indivisibiliter sepulchri gloria constet: summis studiis fratres karissimi, vobis elaborandum est, ut sanctitas ciuitatis, ac se- pulchri gloria, que Gentilium frequentatione quantum in ipsis est crebro polluitur; si ad au- òtorem illius sanctitatis & glorie aspiratis, si ea que in terra sunt vestigiorum eius signa dili- gitis, si expeditis: D E O vos præunte, D E O pro vobis præliante, mundetur. Si Macchabæis olim ad maximam profuit pietatis laudem, quia pro ceremoniis & Templo pugnarunt; & vo- bus, & milites Christiani, legitime conceditur, ut armorum studio libertatem patriæ defenda- ris: si limina etiam Apostolorum, vel sanctorum quorumlibet, tanto sudore petenda putatis; quid crucem, quid sanguinem, quid monumentum eruere, quid visitare, quid pro his eruendi, animarum præcia impendere, detrectatis? Indebita haec tenus bella gessistis; in mutuas ædes, vesana aliquoties stela solias cupiditatis aut superbiae causa, torsistis: ex quo perpetuos in- teritus, & certa damnationis exitia meruistis. Nunc vobis bella proponimus, quæ in se ha- bident gloriosum Martirii munus; quibus restat præsentis & eternæ laudis titulus. Ponamus modo, in Iherusalem C H R I S T V M nego mortuum, nec sepultum, nec ibidem vixisse aliquādo. Certè, si hec deessent omnia, solum illud, ad subueniendum Terra & Ciuitati vos excita- re debuerat, quia de Syon exierit lex, & verbum Domini de Iherusalem. Si enim ex Iherosolymitano, quicquid Christianæ prædicationis est fonte manauit: riui, quaqua versum toto terrarum orbe dispersi, Catholicæ multi: tu dinis corda retorqueant, ut solerter attendant quid fonti tam inrigas debeat. Si ad locum unde exiunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant, iuxta dictum Salomonis gloriosum vobis videri debet, si in loco repurgium possitis im- pendere, unde Baptismatis pargamentum, & fidei documentum vos constitutis accepisse. Et est vobis præterea summa deliberatione pensandum, si ipsam matrem Ecclesiarum Ecclesiam, vo- bis elaborantibus, id Christianitatis culsum reflorere, D E O per vos agente, contigerit, ne forte contra propinquæ Antichristi tempora ad fidem partes Orientis aliquas restitui velit. Perspicuum namq; est, Antichristum non contra Iudeos, non contra Gentiles bella facturum; sed, iuxta etymologiam sui nominis, Christianos peruerserum. Et, si Antichristus ibidem Christianum neminem sicuti hodie vix aliquis habetur, inueniat, non erit qui sibi refragetur, aut quem iure peruidat. Iuxta enim Danielem, & Iheronimum Danielis interpretem, fixurus est in Oliveti monte tentoria; & Iherosolymis, In Dei templo, tanquam sit Deus, certum 2. Thess. 1, est, Apostolo dicente, quod sedeat; & iuxta eundem Prophetam; tres Reges, Aegypti videlicet, Dan. 7, 24.

- ¶ *Affrica, ac Aethiopia, haud dubium quin pro Christiana fide primos interficiat. Quod quidem nullus fieri poterit, nisi, ubi nunc Paganismus est, Christianitas fiat. Si ergo piorum priorum exercitio studeatis, ut sicut ab Iherosolymis DEI noritiæ seminarium accepistis; ita illic mutua et redhibitionem gratia restituatis; ut per vos nomen Catholicum propagetur, quod Antichristi Antichristianorumque perfidie refragetur: quis non conicere potest, quod DEVIS, qui uniuersorum spem exuberantia virtutis exuperat, per scintillam vestram tantæ paganitatis arundinet a consumat, ut Aegiptum, Africam Aethiopiamque, quæ à nostræ credulitatis commanione desciscunt, intra huius rudimenta legis includat; & homo peccator, filius perditionis aliquos rebelles inueniat? Et ecce Euangelium clamat Iherusalem calcandam à Gentibus, donec impleantur nationum tempora. Bifariæ intelligi possunt tempora nationum aut quia Christianis dominatae sunt ad placitum, & pro suis libidinibus turpitudinem omnium voluntaria sectatae sunt, & in cunctis his nullum obicem habuerunt: tempus enim suum habere dicuntur quibus ad votum cuncta suppetunt, ut est illud: tempus meum nondum aduenit; tempus autem vestrum semper paratum est: unde & voluptuosis solet dici, vos habetis tempus vestrum. Aut rursus, tempora nationum sunt plenitudines Gentium, quæ antequam Israël saluus fiat, subintratur & sunt. Hæc tempora, fratres carissimi, modo forsitan implebuntur, dum per vos, DEO cooperante, Paganorum potentiae repellentur: & fine seculi iam propinquum, & sigentes desinent conuerti ad Dominum:*
- ¶ Thes. 2.3. quia iuxta Apostolum, oportet fieri à fide discessionem. Primum tamen necesse est, iuxta Prophetas, ante aduentum Antichristi, in illis partibus, aut per vos, aut per quos DEO placuerit, renouari Christianitatis imperium: ut omnium malorum caput, qui ibidem Regni thronum habiturus est, fidei aliquid contra quod pugnet reperiatur nutrimentum. Cogitate itaque apud vos, quod vos Omnipotens ad hoc fortasse prouideat, quatenus Iherusalem per vos à tanta conculcatione restituatur. Rogo, perpendite quibus cordibus gaudia illa poterunt concipi, cum Sanctam Ciuitatem vestro administriculo viderimus suscitari; & prophetica nostris temporibus, immo oracula divina, compleri. Moneat memoriam vestram quod vox ipsius Domini ad Ecclesiam dicitur: Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Semen nostrum DEVIS adduxit ab Oriente, quia dupli modo Orientalis illa prouincia edit primitua incrementa nobis Ecclesia. Sed ab Occidente eam congregat, dum per eos qui ultimi fidei documenta cœperunt, Occidentales scilicet, (quod per vos, prastante DEO, fieri posse putamus,) Iherosolymitana dampna restaurat. Si scripturarum vos non excitant dicta, nec nostra vestros animos penetrant monita; excitet saliem vos, eorum qui sancta loca adire desiderant magna miseria. Perpendite eos qui peregrinantur, & per mediterranea illuc vadunt; siquidem opulentiores sunt, quantis redhibitionibus, quantis violentiis subiacent, dum penè post singula miliaria pensiones coguntur, & tributa dependere; per quasq; Ciuitatis portas, per Ecclesiarum, & templorum ingressus redemptiones exsoluerent; ad quasq; de locis ad loca demigraciones, inflecta qualibet accusatione, ad redemptionem compellere? dare vero munera detrectantes, quomodo Gentilium praefecti consueverunt, verberibus truculenter vrguere? Quid de his dicturi sumus, qui nihil prorsus habentes nude fiducia paupertatis, dum nil praeter corpora videntur habere quod perdant, iter illud arripiunt? Dum ab eis pecunia qua non est, suppliciis intolerandis exigitur; dum callos talorum, ne forte quipiam ibi insuerint, dissecando ac reuelando rimantur: crudelitas nefandorum ad hoc usq; perducitur, ut aurum vel argentum miseris absorbuisse putantes, aut dantes in potum sciamonia, usq; ad vomitum, vel etiam eruptionem eos vitalium urgent; vel ferro, quod dici nefas est, discisis ventribus, intestinorum quorumcumq; inuolucra distendentes, quidquid habet natura secreti, horribili cessione aperiunt. Recolite, precor, eorum milia qui detestabiliter perierunt: & pro sanctis locis agite, unde vobis pietatis rudimenta venerunt, ante vos, in sua bella mittendos, Christum fore signiferum indubitanter credite, & precursorum individuum. Perorauerat vir excellentissimus, & omnes qui se uitiosos vocerant, beati Petri potestate absoluit; eadem, ipsa Apostolica auctoritate firmauit: & signum satis conueniens huius tam honestæ professionis instituit, & veluti cingulum militum: vel potius militaturis DEO, passionis Dominicæ stigma tradens, crucis figuram, ex cuiuslibet materia panni, tunicis, byrris & palliis iturorum, assu mandauit. Quod si quis, post huius signi acceptancem, aut post evidentis voti pollicitationem, ab ista benevolentia, prava pœnitudine, aut aliquorum suorum affectione resiliret, ut exlex perpetuò haberetur omnino præcepit nisi resipisceret; idemque quod omiserat factum repetere. Præterea omnes illos atroci dampnauit anathemate, qui eorum vxoribus, filiis,*
- aut

aut possessionibus, qui hoc DEI iter aggredierentur, per integrum triennii temporis molestiam auderent inferre. Ad extreum, cuidam viro omnimodis laudibus efferendo, *Podiensis* urbis Episcopo, cuius nomen doleo quia neque usquam reperti, nec audiui, curam super eadē expeditione regenda contulit; & vices suas ipsi, super Christiani populi quocumque venirent institutione, commisit: unde & manus ei, more Apostolorum, datā pariter benedictione, imposuit. Quod ille quām sagaciter sit executus, docet mirabilis operis tanti exitus. Terminato itaque Concilio quod *Claramonti* habitum, citra beati Martini octauas, Nouembri mense consederat, magnus per vniuersas Franciæ partes rumor emanat; & quisque ad quem primo Pontificis præceptum, præuolans fama detulerat, de propo-
nenda via DEI, (sic enim Antonomasicè vocabatur) contiguos sibi ac familiares quosque sollicitat. Iam Palatinorum Comitum pruriebat intentio; & mediocritas equestrium vitorum parturite iam cooperat: cùm ecce, pauperum animo-
fitas tantis ad hoc ipsum desideriis aspirauit, ut corum nemo de censuum par-
tuitate tractaret, de domorum, vinearum, & agrorum congruenti distractione
curaret; sed optimos possessionum questus, multo pauciori precio venditaret,
quām si eorum quemque fecociissimæ captiuitatis carcer includeret, qui necessi-
tatem celerrimæ redemptionis indicaret. Erat ea tempestate, pro generali defec-
tione, frugum etiam apud diores magna penuria; cùm etiæ aliquibus passim e-
menda suppeterent, nulla tamen aut vix aliqua unde emerentur haberent. Iam
inopum greges addidicerant herbarum sponte nascentium vicitare radicibus,
dum panis rarissimi parcitatem, quæsitum vndecumque escarum edulio pro-
pensiore compensant. Imminebat planè etiam potentiorum obtutibus omnium
aestimatione concitata miseria: & dum singulus quilibet, vulgi minimi per cru-
delem inediā considerat torsiones, indicta sibi parsimonia magnis elaborate
sudoribus metuit, ne sumptu facili dissiparentur opes. Auaroruim sitibunda præ-
cordia, qui tempora lætabantur cruentis arridere fœnoribus, dum modios diu ser-
uatæ frugis intendunt, crebris annorum numerare recursibus pensant, quid super-
addere possint, ea vendita, cumulandis pecuniarum montibus. Interea dum illi
cruciantur, hii ambiunt, repente in spiritu vehementi conterens naues *Tharsis*, per om-
nium penè animorum aures *CHRISTVS* intonuit, & is qui educit vincitos in *Psal. 47.6.*
fortitudine adamantina, quibus inretiebantur desperatorum hominum corda,
cupiditatis vincla disruptit. Cùm enim, vt superius dixi, illud minus fertile tempus omnium substantias coartaret, dum ad spontaneum innumerabiles animasset
exilium, diuersæ plurimorum copiæ deferuntur in medium; & quæ cara vide-
bantur dum nullus mouetur hominum, commotis ad hoc iter omnibus, vili præ-
cio traduntur venum. Cumque multi negotium huius profectionis accelerant:
vt vnitæ tei exemplo eorum quæ vendebantur subitas & insperatas vilitates ex-
primam: quod insolitus dictu est, quinque denariorum præcio, septem distrahe-
bantur oves. Frumentorum illa defectio, vertebar in copiam: & dummodq;
suppetat cuique quantulamcunque quoquo pacto congregare pecuniam, dat
• quidquid habere videtur, non pro sua, sed pro taxatione eimenti, ne DEI poste-
rior aggrediatur viam. Erat itaque ibi videre mitaculum, caro omnes emere, &
vili vendere: caro quidem, quæ ad usum deferrentur itineris, dum præpropo-
rant; vili verò, dum sumptuum impendia coaggerant: & quæ pauloq; ante nec car-
ceres nec tormenta ab eis extorquere poterant, breui nummorum numero cun-
cta constabant. Nec illud minus ridiculum, quod hii plerumque quos nulla
adhuc eundi voluntas attigerat, dum hodie super omnimoda aliorum ven-
ditione cachinnant; dum eos miserè ituros miseriusque reddituros affirmant,
in crastinum repentina instinctu pro paucis nummulis sua tota tradentes, cum
eis proficisciuntur quos riserant. *Quis pueros, quis dicat annus ad bella moueri?* *Quis* “
quis virgineas annumerare manus? *Quis referat senium trepidam gravitate fariscens?* *Bela-*“
la canant omnes, nec se pugnare fatentur. *Martyrum spendor, gladius vel collaudaturos.* *Vos* “
iuuenes aiunt manibus tractabitis enses; *At nos hic liceat CHRISTVM tolerando mereri.* “
Licet enim æmulationem DEI habere viderentur, sed non secundum scientiam, ta-
men DEVS qui multa vanè cœpta ad pium intorquere consuevit fine, simplicibus

illorum animis comparauit, ex sua ipsorum bona intentione, salutem. Videres mi-
rum quiddam, & planè ioco aptissimum, pauperes videlicet quosdam bobus bi-
roto applicitis, eisdemq; in modum equorum ferratis, substantiolas cum paruulis
in carruca conuchere; & ipsos infantulos, dum obuiam habent quælibet Castella.

vii. vel vrbes, si hæc esset Iherusalem, ad quam tenderent rogitare. Erat eotem-
pore ante quam gentium fieret tanta profectio, maximis ad inuicem hostilitatibus
totius Francorum Regni facta turbatio; crebra vbiique latrocinia, viarium obse-
fio; passim audiebantur, immò siebant incendia infinita; nullis præter sola & indo-
mita cupiditate existentibus causis extruebantur prælia: & vt breui totum clau-
dam, quicquid obtutibus cupidorum subiacebat, nusquam attendendo cuius es-
set, prædæ patebat. Mox ergo & mira & incredibili ob insperabilitatem, animo-
rum immutatione commoti, signum Pontificis prædicti preceptione indictum,
Cruces videlicet, ab Episcopis & Presbyteris sibi precantur imponi. Et sicuti rapi-
dissimi venti impetus solet non magna pluviæ vnda restringi; ita ilico contigit ad
inuicem simultates vniuersorum & bella sopiri, per inditam sibi aspirationem,

viii. haud dubium quin C H R I S T I. Principibus igitur, qui multis & magnis ob-
sequientium ministeriis indigebant, sua morosè ac dispensatiuè tractantibus, te-
nue illud quidem substantiæ, sed numero frequentissimum vulgus, Petro cui-
dam Heremita cohæsit; ciisque interim, dum adhuc res intra nos agitur, ac si magi-
stro paruit. Quem ex vrbe, nisi fallor, Ambianensi ortum, in superiori nescio
qua Galliarum parte, solitariam sub habitu Monachico vitam duxisse, comperi-
mus: vnde digressum, qua nescio intentione, vrbes & municipia prædicationis
obtentu circumire vidimus; tantis populorum multitudinibus vallari, tantis
muneribus donari, tanto sanctitatis præconio clamari, vt neminem memi-
nerim similem honore haberi. Multa enim fuerat, ex his quæ sibi dabantur,
dilargitione liberalis: prostitutas mulieres non sine suo munere maritis hone-
stans, in discordibus vbiique paces & fædera, mirâ auctoritate, restituens.
Quidquid agebat namque, seu loquebatur, quasi quiddam subdiuinum videba-
tur, præsertim cum etiam de eius mulo pili pro reliquis raperentur: quod nos
non ad veritatem, sed vulgo referimus aiani nouitatem. Lanea tunica ad pu-
rum, cucullo super vtrisque talaribus, byrro desuper induebatur; brachis ni-
nimè nudipes autem: Pane vix aut numquam vino alebatur, ac pisce. Is nam-
que vir, partim opinione, partim suo monitu cum immanem conflasset exerci-
tum, per Hungarorum terram delegit abire. Quorum Regiones cum earum re-
rum quæ ad alimentum pertinent opulentissimas, idem vulgus indocile rep-
perisset, coeperunt luxuriis enormibus contra indigenarum mansuetudinem de-
bacchari. Cum enim plurimorum annorum segetes triticeas, vt in ea terra mo-
ris est, in modum turrium per agros stabilitas cernerent, quas nos metas vulgari-
ter vocare solemus; cum carnium diuersarum aliorumque vietualium, quorum
illa feracissima tellus est, copiæ suppeterent, non contenti humanitate eorum,
mirâ dementiâ, ipsi alienigenæ coeperant conculcare gentiles: & cum idem, vt po-
te Christiani Christianis venialia cuncta grataranter ingererent, ipsi, libidinis im-
patientes, piæ hospitalitatis ac beneficentiae immemores, bello gratis eos aggri-
diuntur: dum illos opinantur nihil aysuros contra, ac penitus futuros imbelles.
Rabie igitur execranda, publicis quos diximus horreis per eos ingerebatur in-
cendium; puellis cripiebatur, violentiâ allata, virginitas; dishonestabantur
coniugia, crebris raptibus fœminarum; vellebant, siue vſtulabant suis barbas
hospitibus: nec iam de emendis vſui necessariis quippiam tractabatur; sed
quisque eorum, prout poterat, rapinis & cædibus nitebatur: sic se acturos mi-
râ lasciuia contra Turcos minabantur. Castrum quoddam interea habuere
perium, cuius nullo modo poterant euitare transitum: is enim terræ situs est,
vt in modum angiporti nequaque ad dexteram vel sinistram patet diuerti-
culum. Ipsum solitâ insolentiâ obsidere aggredi sunt, sed cum propè capien-
dum esset, repente, non curò quo euentu, ita obruti sunt, vt pars gladiis oc-
cumberet, partem fluialis vnda submergeret; pars sine vllis stipendiis, im-
mò turpi pauperie, magis autem pudore, in Franciam consumpta redit. Et
quia

quia idem castrum *Moyssonem* vocabant, & reuersi ad suos ad *Moyssonem* usque se
fuisse dicebant: magnâ omnium irrisione excepti sunt. Petrus autem cum
illud indisciplinatum vulgus, vtpote mancipia & publica feruita, nullis horta-
mentis cohibere valeret, cum Allemannorum aliqua frequentia & nostrorum
fæce residua, quâ potuit inde prouisione elapsus, in kalendis Augustalibus *Con-
stantinopolitanam* attigit vrbe. Sed hunc eius adueatum, Italorum, Ligurum,
Langobardorum, cum Transalpinarum videlicet partium hominibus magnum
præcesserat agmen, qui eius & cæterorum Franciæ Principum ibidem decreuer-
rant præstolari Comitiam: non enim eam arbitrabantur sc̄ habere militiæ frequen-
tiam, vt Græcorum auderent, contra Turcos exituri, præterire prouinciam. *Impe-
ratoris* autem editio iussi sunt omnium quæ vendebantur in vrbe, vti vellent, habe-
re commercia: sed *Brachium Sancti Georgii*, quod à Turcorum partibus limitaneum
erat mare, ipsius principis consilio vetiti sunt transmeare: quia paucos innumeris
perniciosem dixerat obuiare. At ipsi nec prouincialium sunt humanitate deten-
ti; nec imperatoriâ vllatenus affabilitate molliti: sed nimis insolenter agebant;
vrbis pallatia deuolubant; publicis ædibus ignes subiiciebant; & detectis Eccle-
siis, quæ plumbo operiebantur, plumbum idem Græcis venale præbebant. Haç
Imperator tam fœdâ præsumptione turbatus, præcepit procrastinatione remo-
tâ, vt memorati Brachii equora transmearent. Cui freto transpositi, eadein, quæ
20 citra egerant, nequaquam vltra iterare cessabant; & qui contra Paganos voto
certamen insumperant, passim Ecclesiarum excidiis, Christianorum inuolando
substantiis, contra nostræ fidei homines factorum immanitate pugnabant. Dum
enim nullius experiuntur seueritatem Regis, qui iudicali deuios vigore retor-
queat, nec diuinæ reuerentiam concipiunt legis, quæ mentium leuitatem matu-
rà recogitatione deprimat, repento prolabuntur interitu, quia *indisciplinatis mors
obuiat*, & *quidquid pensi moderatig, nihil habet, parum durat*. Tandem *Nico-
medium* attingentes *Itali*, *Langobardi*, & *Alemanni* Francorum impatientes super-
biæ diuelluntur ab ipsis. *Franci* namque, iuxta naturam nominis, magnæ quidem
sunt titulo viuacitatis insignes; sed, nisi rigido frænentur dominio, inter aliarum
30 gentium turbas, sunt iustius æquo feroce. *Transalpini* itaque, quos prædiximus
diremptos à *Francis*, *Rainaldo* quodam sibi Duce creato, eam quæ dicitur *Romania*
prouincia, intrauerunt: & quatuor dierum itinere Nichomediâ prætergressi, in-
ter eundem castrum offendere quoddam, quod auctori placito nomine vocatur
Exorogorgum: quod habitatorum suorum omnium vacuatum præsidio, sine mora
turbæ patuit influenti. Incolæ autem profugerant, superuenientium timore ex-
trusi; & dum de sua ipsorum salute desperant, de substantiarumq; suarum copiis,
quæ plurimæ erant, transponendis omnino non curant. Vnde, multam viætua-
lium opulentiam ibidem repperientes, ad plenum fuere refecti. At *Turci* compe-
rientes Christianos obtinuisse castellum, magnâ illud obsidione cinxerunt. An-
40 te municipii portam puteus, & subter idem, non longe à moenibus, profluebat al-
ter, vbi positis ipse Dux eorum *Rainaldus* insidiis, Turcos quasi callidus obserua-
bat. Nec mora, qui obseruabantur occurruunt; eaque die qua *beati Michaelis* me-
moria celebratur, peruaso cum suis Comitibus Duce, plurimos ex eis qui sibi insi-
diabantur interimunt; alias Castri munimenta turpiter subintrare compellunt.
Quod illico Turci circumuallantes tantâ incursione presserunt, vt haurienda-
rum facultate, penitus obseSSI, priuarentur aquarum. Ibi fuit tanta sitis aridi-
tas, vt flebotomo equis suis asinisque illato, animalium cogerentur haurire cruo-
rem: Alii, in piscinam zonas demittentes atque panniculos, eaq; in os exprimen-
do suum, remedii sibi aliquid contrahere videbantur: Alii, quod horror est di-
50 cere, id ipsum quod minxere bibeant: Alii fodiebant, & se intra id quod
foderant immersentes, arentia pectorâ terra ipsâ recens fossâ operiebant; sic intre-
riorem æstum suum temperare aliquantulo humore se posse credebant. Sed E-
piscoporum Presbyteroruinque præsentium, idemque patientium, non ibi defu-
re solatia, qui quanto videbant atrociora pericula, & humana negari auxilia, tan-
to magis eis, ne deficerent, fatagebant spondere cœlestia. Haç octo dierum spa-
tio apud illos perseuerauit angustia: interea dum vni pariter videntur subiacere

miseriæ , non vni tamen omnes pariter suspirant D e i misericordiæ ; sed potius machinantur sibimet , hii qui duces extiterant , præsidium perfidiæ . *Rinaldus* etenim , qui eis in prosperitate præfuerat , clam sibi Turcos fœdè conciliat : patet eisdem quod totius militiæ comitatum sibi proderet quem regebat . Egreditur itaque ad illos quasi pugnaturus ; sed in ipsa dirigenda aciei affectata specie , cum multis suorum profugit ad ipsos , perpetuò remansurus : Residuos , est captiuitas consecuta . Quibusdam eorum captis de sua fide est facta discussio ; C H R I S T V M q; negare iubentur : sed C H R I S T V M inflexibili animo & voce fatetibus , capita amputantur . *Et veterum similes modo CHRISTVS habebit honores , Marti- tyribus decorans secula nostra nouis . Quam redolente ferunt insignia tempora lauro , Qui 10 breue quid , scelto ferre parant iugulo . Dixero felices , qui per momenta tulere : Hos tenet eternum vivere certa fides . Iam feces nostras non desperare licebit , Ausas quod cuiquam vix imitabile sit .* Captiuorum alios , datâ viuendi , immò morosius moriendi , indulgentiâ , sed magis violentiâ , inter se diuidunt , funesta sub cruentis dominis exhiburos seruitia : Quosdam alicubi prostittuentes , quasi ad signum , sagittis iaculantur : alii quasi pro donatiuo dabantur ; alii vendebantur . Quibus dati fuerant , in proprias abducebant eos sedes : alios in eam quam *Corozaniam* dicunt Regionem ; alios ad *Antiochenam* pertrahunt urbem , miseram pro qualitatibus scelestis simorum dominorum passuros seruitutem . *Hos in supplicium fateor diuturnius esse ; Quam quibus ad subitum mucro caput tulerit . Hunc agitat crudelis herus , duroq; labori 20 Mancipat : ingrato seruit ubiq; pius . Vapulat officiosus nec tormenta fideli Defunt , quo studio commodiore gerit . Quod videt aut audit , quem transigit indies actum . Quod calebs est ad turpia fit sibi crux . Hos ego non dubitem sati acrius excruciali Quam queat equuleus per spatium tridui .* Hos primos nouitati nostræ , & desperato prope huius vita nostræ statui Martyres fecit D e v s . *Petrus* ille interea qui à nobis supra expositus est , de multâ comitum suorum vecordiâ , sâpe vexatus , & crebra strage confusus , tandem cuidam Transequano , & cogniti generis viro , armis quantum ad se strenuo , nomine *Gualterio* , primatum suæ gentis dederat : vt quos documentis distinere non poterat , ille saltem militari autoritate restringeret . Is itaque *Ciuzum* , ciuitatem quandam , quæ *Niceæ* vrbi , secundum positionem loci , præminere dicitur , cum suo illo dementi exercitu properabat attingere . *Quod Turci* , nostrorum vestigia aucupantes vbi comperiunt , illuc cum multa pessimæ voluntatis auiditate contendunt . Eentes igitur præfatum *Gualterium* cum sua frequentia ; medio itinere offendunt ; eumque cum suorum plurima parte interimunt . *Petrus* verò , quem *Heremitam* agnominant , dum vesaniam eius , quam conglomauerat , gentis compescere non valeret , *Constantinopolim* prouidè secesserat , quia ipsorum effreni & incircumspectâ levitate inuolui metuerat . *Turci* ergo in eos inopinatè effusi , quosdam dormientes repperiunt ; alios non modò armis verumetiam nudos vestimentis inueniunt ; quos pariter continuò neci tradunt . Inter eos Presbyterum quemdam repperiri contigit Missas agentem , quem in ipsa 40 sacrorum statim confectione mortificant ; & dum immolat D e o , ipium eundem coram eius altari sacrificant . *Quæ ferri potuit gravior hostia , Quam cuius Domino fit caro victimæ ? Quid tunc corde precū fudit ab iniimo , Cū grandis reperet prelia clasico ? Victores lacerant , armæ retinuerunt : Mærens exululat turba fugaciū . Aras ambierat Presbyter optimus , Complectensq; DEI sacra medullitus , IESV , dixit , ades præsidū bone : Cū te iam teneas spes pereat fuga : Iungā perpetuò iā tibi fædera . Occidor : perages cæpta DEVIS sacra .* At verò si qui euadere potuerūt , *Ciuzene* vrbi sese fugientes inferunt . Alios , quos tueri fuga non valuit , præcipitiū maris absorbuit : dū latius eis est morte eligere , quæ inferenti succumbere . Alii montana petentes fouebantur in rupibus : alii delituerē per sylvas . Nec mora , *Turci* correptis his aut punitis quos extra reppere-50 rant , eos aggrediuntur , & obsidione concludunt qui in castrum configerant , in tantum , vt ad succendendum idem castellum ligna conueherent . Quibus deinceps hii qui obsidebantur ignem subiiciunt ; & D e o iudice , dum eos qui intus erant *Turci* æstiūt concremandos , tota vis ignium concessit in Turcos , & ex eis consumpsit aliquos ; nullatenus autem nostrorum attigit yllos . Instantibus deinde illis , in municipium capitur ; viui , quos quærebant comprehenduntur ; idemque , vti pridem de aliis egerant , disperciuntur ; & ad eas , vnde hostes venerant ,

venerant, prouincias, perpetuò futuri exsules, destinantur. Hæc vt dicta sunt, mense peraguntur Octobri. At perfidus *Imperator*, comperto fidelium infortunio, nequam elatus lætitia, facultatem residuis iubet attribui, transito videlicet *sanceti Georgii*, quod dicitur, *Brachio*, in citerioris Græciæ partes regredi. Retrogressos cùm in suæ ditionis terra vidisset, arma vt sibi eorundem venderentur, iure iam necessitatis, exegit. Comitiæ *Petri* heremitæ talis fuit exitus: cuius historiam ideo sine alterius materiæ intersticio prosecuti sumus, vt eam aliis nullam impendisse opem, sed Turcis addidisse audaciam monstraremus. Nunc itaque ad eos quos omiseramus qui eadem quâ Petrus subsecuti sunt viâ, sed

xii. longè feliciori modestia, reuertamur. Dux *Godefridus*, Eustachii Boloniensem Comitis filius, duos habuit fratres, *Baldwinum*, qui Edessenæ vrbi præfuit, & post ipsum fratrem, Rex effectus Iherosolymæ, nunc usque regnat; & *Eustachiam* qui paterno comitatui præfest. Hii patrem habuerunt potentem, & secularis ingenii virum: sed & matrem literis quidem, nisi fallor, eruditam, & ex Lotharingis ingenuè admodum oriundam: sed potissimum ingenita serenitate & magna erga Deum animi deuotione præstantem: cuius diutinæ religioni tam spectabilium debebantur, ut credimus, gaudia filiorum. Illi planè, de quo loqui adorimur, *Godefrido*, ex materna hæreditate apud Lotharingos ducatus accesserat. Hii tres, à matris nequaquam simplicitate degeneres, cùm multa armorum gloria; tum modestia non minore floruerunt. Solebat narrare gloria mulier, cum huius profectionis exitum & filiorum suorum miraretur euentum, quoddam se audisse ex ore filii ducis tale præfigium, multo antequam fieret aliquod peregrinationis initium. Dicebat namque se desiderare proficiisci Iherosolymam, & hoc non simpliciter, vt alii; sed cum violentia exercitus, si sibi copia suppeteret, magni. Cui secundum diuinum, à quo intuebatur, instinctum, mirabilis super hoc postmodum opportunitas arrisit. Tres itaque hii, maximis quos habebant oblitis honoribus, perrexeré. Sed quo cæteris fratribus prudenter, eo Godefridus Dux extitit militiâ numerosiore potentior. Huic adiungitur *Baldinus* Comes de Montibus, Rothberti Flandrensis Co-
mitis iunioris patrui filius. Cum nobili igitur rerum equestrium pompa & spectabili fortissimorum iuuenum frequentia, *Hungarorum* ingrediuntur terram: habentes tamen eam, quam Petrus tenere non valuit, erga suos milites disciplinam: & duobus ante Domini Natale diebus, primi ante omnes Franciæ Principes, vrbum attigere *Constantinopolitanam*; sed hospitati sunt extra ipsam. At perfidus Imperator territus, auditio clarissimi Ducis aduentu; detulit ei reuerentiam; sed minis extortitiam: præbens ei pro mœnibus, in burgo videlicet vrbis, commandandi licentiam. Hospitio itaque ad imperium Imperatoris accepto, ad contrahendas undeunque paleas equisque necessaria, Dux & quisq; suorum, armigeros proprios destinabant. Et cum arbitrarentur licetè ac securè se discurrere posse quo vellent, clam Princeps ille nequissimus, his qui circa se versabantur imperat, vt Ducis ministros, quocumque peruadere possent, indiferenter occiderent. Quod ubi *Balduno*, Ducis fratri compertum est, obtendit insidias; & cùm suos repperisset Turcopolarum violentiâ molestari, accerimè eos, vti decebat, aggreditur: & Deo prosperante, tanta victoria potitur, vt ex eis, sexaginta comprehensis partim occiderit, partim Duci fratri obtulerit. Hæc ad impii Imperatoris ubi deuenire notitiam, multa animaduersione torquetur. Quo eius motu cautior sibi redditus Dux, burgo vrbis, quo succederat, cessit: & extra fines eius castra figit. At Princeps, illati doloris non immemor, cùm dies esset acclius ad vesperum, directo eo quem cogere poterat exercitu, Ducem cum sua gente ad bella lacepsit. Quos Dux vehementi exceptit instantia & in fugam pulsos, persequendo coegerit in vrbum; septemque peremis eorum. His ita feliciter actis, Dux ad sua castra rediuit; ac per quinque dies refecit ibidem, donec ipse Imperatorque confederarentur ad pacem. Sed sibi timidus Princeps exegit à Duce monitis, vt *sanceti Georgii Brachium* transiret, sponsans quod omnium victualium negotia, vti haberentur Constantinopoli, eis deferriri iuberet: & pauperibus quoque eorum elemosynam impenderet. Quod & factum est. Quoniam igitur de Duce diximus cuiusmodi huc usque com-

xiii.

meatum habuerit, restat ut ad interioris Franciae proceres redeamus: & qui fuerint, quae perrexerint, quos etiam euentus habuerint, aliqua ex parte tangamus. *Podiensis* Episcopus vir, vita, scientia, documentis & militaris dispositionis sagacitate mirandus, cum innumera suarum partium gente per *Sclavoniam* regionem proficisci delegit. Cuius vocabulum, qua superius me ignorare dolucram, nec per eam discere potui, cuius esse video interpres, historiam: Per eos tandem qui in illa expeditione eum nouerant, eo que usque sunt, attigimus eius noticiam:

- xiv. vocabatur autem idem pretiosus vir *Aimarus*. Inter ceteros Principes, initium mihi videtur a Philippi Regis Francorum fratre *Hugone Magno* sumendum: qui etsi ab aliquibus opulentia ac potestate praeceditur, nulli tamen quantum ad originem spectat morumque probitatem secundus habet. Cuius in armis strenuitas, cum generis maiestate serenitas, praeter haec etiam erga omnem sacram ordinem humilitas, quam suaz ipsius nihilominus temperantiae condiebat honestas, iustissime praedicatur. Huic quidam procerum innitebantur; & si quid bellorum iure euictis Gentilibus, eos obtinere contingeret, ipsum sibi Regem præficere meditabantur.
- Posthunc Comes *Stephanus*, vir tantâ potentia praeditus extitit, ut fama testetur totum pollere dominio castellarum, quot annus constat honore dierum: cuius, dum hic ageret, admodum excellens liberalitas fuit, grata satis personalitas; consiliorum verò, vnde cumque librata maturitas: in rerum equestrium industria, tantâ nobilitate præminuit, ut eum tota illa sancta militia, cum in procinctu contra Turcos existeret, dictatorem sibi ac magistrum efficeret. Huic sagacissima foeminarum vxor accesserat, quæ *Guilelmus* senioris Regis, qui Anglorum Scotorumque sibi regna subegit, filia fuerat: cuius prudentialm, munificantiam, dapsilitatem, opulentiamque, si laudare velimus, vereor ne viro magnifico nubem ex foeminea, quam & in viduitate meruit, laude feramus. Ad horum cumulandas vires, *Rothbertus* iunior senioris, ad quem Imperatoris misericordia est epistola, filius, tota animi viuacitate dirigitur: & Flandrensum Comitatum, cui multa armorum magnanimitate præfuerat, ad hoc ut eorum qui pro Christo exiles fieri delegerunt, commilito vocetur, immutat. Qui huic quod cœperat negotio quam persequenter institerit, gestorum præsentium prosecutio declarabit. Huius uxores clarissimas, cum filiis gratissimis relinquentes, quidquid in affectionibus maius est, proposito postposuerunt exilio. De honoribus possessionibusque reticeo, quæ quidem extra nos sunt. Sed illa stuporem nobis generant: quomodo maritorum vxorumque, sobole mediante immo agglutinante karitates, sine alterutrorum periculo ab inuicem diuelli poterant. Denique *Rothbertum* Normanniae Comitem tacere minimè conuenit: qui quidem corporis pondus, lenitatem quam hic habuerat voluntatis, nimiamque effusionem pecuniarum animi esculentioris, non sine maiori somnolentia, celebriori petulantia, fluxum, eam quam in Dominico viguit exercitu persequentiâ & virtute piauit. Isti adeò naturaliter insita clementia fuit, ut in eos qui penes se reatum proditionis ac iudicium mortis inciderant, vlcisci non sineret; quinetiam si qua accidissent, eorum infortuniis illachrymaret. Cuius quidem in rebus bellicis audacia: & quantum ad prauas machinationes, quibus multos fecerat cernimus, nulla versutia, meritò laudaretur, nisi quibusdam tacenda indignitatibus vrgueretur: quod totum iam tamen ei cōdonari debet. Quia pro his horumque similibus, Deo ei pœnâ temporaliter retribuente, carceralem, amissio omni comitatus honore, custodiā fouet. Cum istorum quos de sua quisque prouincia secum traxerat inclitis ordinibus, mediocrum principum exiit multitudo. Quorum numerositas, quia nostram videtur obnubilare noticiam, in præsenti supremus, habituri meliorem, processu historiarum, quosdam forsitan exprimendi causam. Unius enim, duum, trium seu quatuor oppidorum dominos quis numeret? quorum tanta fuit copia, ut vix totidem coegerit putetur obsidio Troiana. Eo tempore cum inter regni primates super hac expeditione res fieret, & colloquium ab eis, cum *Hugone Magno*, sub Philippi Regis præsentia, Parisiis haberetur, mense Februario, tertio Idus eiusdem, Luna, eclipsim patiens, ante noctis medium, sanguineo paulatim cœpit colore velari, donec in cruentissimum ora horribiliter est conuersa ruborem: At ubi aurora crepusculo natura rediit, circa ipsum lunarem circulum insolitus splendor emicuit. Quadam autem
- xv. stiui

æstiui diei vespertinâ irruente horâ, tanta ab Aquilonis plaga efflagratio apparuit, ut plurimi ē domibus suis sese proriperent, quærentes quinam hostes prouincias suas adeo graui ambustione vastarent. Visæ sunt præterea non multò post tempore, mense Aprili stellæ noctu, ac si pluua densa, de cœlestibus labi. Quod in tantum apud plerasque Ecclesiæ portento simile, quod & fuit, habitum est, ut Litanias pro hoc ipso quod significatur dampno auertendo instituerent; & scriptis tempus & euentum traderent. Mense tursus Augusto, sexto Idus eiusdem, ante Solis penè occubitum, Lunæ pars prope media est in nigredinem, multis intuentibus versa: vbi dicendum, quod licet luna in pleniluniis naturaliter patiatur defectiones, sunt tamen aliquæ in ipsis colorum eius mutationibus portensiones. Vnde & in Pontificabilibus & Regū gestis exinde solent fieri annotationes. Visæ sunt & alia pleraq; quæ narrare supersedimus. Ad extremum *Sancti Egidii Comes Raimundus*, non x viii.

ad sui vilitatem, sed pro summâ ponitur. Qui, quia in supremo Franciæ limbō morabatur, quanto minorem operum suorū notitiā nobis præbuerat, tanto huius seriæ historiæ, a principiis usque finem, maximæ suæ virtutis, & constantiæ monumento nobilitat. Qui quidem naturali cuidam suo filio comitatu quem regebat relicto, propriam coniugem, cum filio quem ab ea exegerat vñico, secum duxit. Erat autem præfatis nostris Principibus ætate maturior; & exercitu, nisi quantum ad garulos hominum *Prouincialium* mores spectat, nulli inferior. Cùm ergo copiosissima fortissimorum militum manus, eâ quâ Romam proficisci solemus viâ, usque in *Appuliam* deuenissent, ex calore insolito, quæ tunc erat æstatis, ex corruptione aëris, de escarum insolentia, innumeri perniciem nimis contraxerunt infirmitatis & mortis. Ad diuersos itaque se se contulerunt, transituri mare, portus. *Brundisium* plures: hos suscepit avius *Tadron*; illis piscoi patuerunt aquora *Bari*. At *Hugo Magnus*, xix.

non expectata suorum & militum, conprincipumque comitia nimis inconsultè, nimis præproperè adito *Bari* portu; nauigatione prospera deuehitur *Dyrrachium*. Considerandum namque sibi fuerat, quia ad tantarum expectationem personarum, ad tantas equitum peditumque copias, totius Græciæ, ut ita dixerim, fundamenta tremuerant. Et licet aliorum procerum multo maior, quam ipsius, apud nos reputaretur auctoritas, apud exterorū tamen, præsertim apud inertissimos hominum *Gracos*, de Regis Francorum fratre præuolarat infinita celebritas. Cùm ergo Dux Imperatoris, qui ibidem commanebat, non magnâ hominem spectabilem attendisset cinctum manu; subripuit illius animo ex tantæ solitudinis oportunitate nequitia; illumque comprehendens, præcepit Constantinopolim ad Imperatorem cum multa prouisione ac reuerentia duci: ob hoc solum ut fidem timido Principi daret, quod per eum vitæ suæ, & honoris prorsus indempnis existeret. Is ergo illustris viri casus, maximam sequentium procerum fortitudini eneruationem intulit. Idem namque facere, quod ab isto exigebat, seu vi, seu clam, seu precario cæteros coegerit Principis fraudulentí astutia. Sed iam finis huic libello accedat.

40

EXPLICIT LIBER SECUNDVS GESTORVM DEI
PER FRANCOS.



INCIPIT LIBER TERTIVS.

EX cunctis ferè Occidentalium partium Regionibus, cum innumerabilis exercitus appulisset *Appuliam*, ad *Boemundum* Roberti, qui *Wiscardus* vocabatur, filium, singularis magnificentiæ virum, aduentatiæ multitudinis peruenit verbum: is tunc temporis *Amolitanos* obsidione compresserat. Cui cùm nuncius de eâ quæ confluebat gente superuenisset, sciscitatus itineris causas: audit, quia Iherusalem à gentibus, immò Dominicum sepulchrum & sacra ibidem loca ignominiosè habita, ab eorum dominio exire properarent. Nec ei demum tacitum est, quot cuiusque generis, quantæque excellentiæ viri, relictis, ut sic dicam, honorum maiestatibus, ad hæc peragenda

SS 4

quām inaudita audiūtate contēderent. At ille interrogat, an arma deſerant; vt nūm peras, an aliqua huius nouæ peregrinationis insignia præferant; quæ ad vltimum, in bellis ſigna conclamant. Respondebat, arma planè Francico vñ gestant: Crucis autem figuram, aut in humeris, ſeu vñlibet, ex qua voluit materia vel panno. præceptum eſt, vt vñtibus affuant: Remota autem arroganti varietate signorum, humiliter in bellis fideliterq; cōclamabunt, *D E B V S id V V L T.* Ad hæc ille cordis excitatus à fundo, *D E o* inspirante, compungitur: & pallium preciosissimum iuſſit afferri; Idemque, per cruciculas fecit incidi: ſuaque ſibi imposta, ſuis, qui idipſum quod vouerat affectabant, cruces apponendas expendit: nam milites qui ei in illa obſidione obſequabantur, animo repente mutato, ipſum, quod ſuus ipſorum *D o*¹⁰ minus, iter aggrediebantur. Tanta autem ad id voti tunc militum multitudine confluxit, vt frater eius, Siciliæ Comes, *Rogerius*, admodum doleret: quia in ea obſidione omni penè ſuorum fidelium ſolatio fraudaretur. Sed paucis expediendum eſt, quo ſanguine cretus; quibus idem *Boemundus* ad hoc honoris ſit promotus accessibus. *Rothbertus* quem agnominari *W ifcardum* diximus, ex Northmannia extitit oriundus, & tenui ſatis loco natus. Is à natuua quam præmisimus regione vrum ſponte egressus nescio, an pulsus, pedes in Apuliam abiit; ibi equos, & arma, quibus eques fieret, qua potuit arte, commeruit: inde castella quædam, contractis iam undecimque qui ſibi auxiliarentur prædonibus, non abſque nauo tamen proditionis vſurpans, aliaque perinde crebris incuſionibus fatigata occupans, etiam vrbes²⁰ præditas obſedit, & ad neceſſitatē deditioñis impulit. Et, vt paucis abſoluam, tantopere nouus homo ſuę loca dominationis extendit; in tantum quæ voluit quæ, que perdomuit, vt ſicut in Epitaficis eius versibus dicitur: *Vrbe expulerit eū, Quem Ligures Regem, Roma Lemannus habet:* Henricum videlicet Augustum, virum utique innumeris, immò ferè iugibus victoriis fortunatum, *Parthus, Arabs, Macedumq; phalanx non texit Alexis:* Græcorum, qui nobiscum ſapè agit, principem. Sed ſe-penumero eum ſubigenſ, niſi veneni haustus ei ſubitò vitam præripuiflet, caput eorū ſronatum infra paucos, vt dicitur, dies Constantinopolitanis ſedibus intuliflet. Videat qui vult hodie filii eius *Boemundi* potentiam, qui veterum obliterate vilitate parentum, Philippi regis Francorum filiam duxit in coniugium, & prædicti Alexis³⁰ aggressus eſt oblinere violenter imperium. *Rothgerio* igitur fratre eius remeante Siciliam; & propè omnīmodam gentis ſuę amissionem, quæ rota Iherusalem videbatur itura, dolente. Idem *Boemundus* contractis, quæ ad tantam protectionem neceſſaria erant, copiis, confcnſis cum ſuo exercitu nauibus, aura famulante ſe-cunda; littori *Bulgarico*, feliciter euectus, exponitur: in cuius comitatu cùm multa equeſtrium virorum probitas, tum principalium non parua ſublimitas exitit: inter quos, *Tancredum*, Marchionis cuiusdam ex Boemundi, niſi fallor, ſorore filium: cuius frater cum Hugone magno præceſlerat, cui *Guillelmus* erat vocabu-lum: & quendam qui dicebatur de prima ciuitate *Richardum* nominatores agno-uimus, virum ſanè pulcra corporis habitudine ſpeſtandum: quem pro *Constantia*,⁴⁰ Boemundi coniuge, ad Franciæ Regē vidimus legatione perfunctū. Ingressus igitur cum ſuis *Bulgaria* regionem, multam opulentiam eorum quæ ad viſtualia per-tinent reppererunt. Et cum ad *Andropolitanam* deueniffent vallem; ibidem donec tota eotum classis perenataſſet & allaberetur, expectauerunt. Tota igitur gēte coacta; collectis proceribus confilium cum eis communicat, pari omnium inductione præcipiens: vt per Christianas transiūtum habituri gentes, benignè innocenterque ſe agerent; nec eorum patriam depopularentur, pro quorum ſuffragio veniffe de-bruerant: ea ſolum, & quām pacificè, dato tamen pretio acciperent, quæ ad viſtualia ſufficere poſſent. Proceſſerunt inde, & dum de vrbe in vrbeam, de ruire in rus, de oppido transierunt in oppidum, vberimum vbiq; repperēre commercium, do-50 nec in eum quæ vocatur *Castoria* deuenire prouincia: vbi & Dominicā ſolempni-tatem celebrauerē Natalem, commoratiq; ſunt aliquot diebus ibidem. Quæſie-runt igitur à prouinciali gente negotium, ſed ipſi noluerunt eis præbere conſen-sum: eo ſcilicet quod veterentur eos, militares illos æſtimantes non peregrinos, & quia vellent exterminio terram tradere ac perimere. At illi modetiā, quam ha-buerant, in furorem verſā, diripiebant equos, boues, aſinos, ac quælibet ſibi vtilia. Egressis tandem de *Castoria* occurrit *Pelagonia*; vbi quoddam Hæreticorum ca-ſtrum

strum repperiunt, quod vndeque aggressi, ad suum subdi coegeré imperium; & igne
 subiecto, conbusserunt cum suis habitatoribus castrum. Inde ad fluuium perue-
 niunt qui dicebatur *Baudarum*. Progressus est ergo *Boemundus* cum aliqua suorum
 militum parte: in manu autem cuiusdam sui comitis partē dimisit residuam. Quod
 Imperatoris, qui inde non procul aberat, dum comperisset exercitus, Comitem,
 Ducis qui præcesserat destitutum præsidio, aggreditur, & Comitis socii repentinā
 hostium incursione turbantur. Perueniunt hæc ad aures *Tancredi* fortissimi: & di-
 sto citius retrogradum sumens iter, sequē in flumen præfatum proiiciens, ad eos
 qui impetebantur tranando peruenit; & duo penē milia secum auxiliiorum, qui
 post ipsum enatuere, contraxit. Hostes repperit; & cōtra suos acriter confligentes,
 actiori, vt par erat, animositate peruersit; nec mora, subegit. Apprehensi itaque ex
 eis plurimi, ante Boemundi præsentiam deducuntur, & in vincula coniiciuntur.
 Ad quos idem Princeps: *Cur, inquit, & Christi & meam insequimini gentem? Ego Im-
 peratori vestro nihil cuersionis molior.* Econtra illi: *Ex nostra deliberatione nil agimus;
 rogam Principis emerituri, militiam professi sumus: & quicquid nobis præcepitis, necessariō
 persequemur.* Quod vir egregius cum audisset, impunitos ac irredemptos, illicò la-
 xuit abire. Quartā feriā, quæ apud Christianos est *caput vocata ieunii*, bellum istud
 factum constat. *Alexis* Imperator comperto viri eximii facinore, vni ex suis
 necessariis, cuius potissimum innitebatur consilio, tunc mādauit, vt magnanimem
 cum suo exercitu Ducem per terram suam honorificè deduceret, donec ad sui præ-
 sentiam Constantinopolim deueniret. Cumq[ue] per ipsius imperii municipia &
 vrbes transiret exercitus, regionum quarumque incolis imperiale iubebat edi-
 ctum, quatinus ei satagerent comportare copiam rerum vndicunque venalium.
 Sic autem militiæ illi per prouincias properare dabatur, vt nullus eorum, qui Boe-
 mundo cohæserant, intra cuiuslibet ciuitatis muros ingredi permitteretur. Nisi
 sunt autem idem milites irrumpere quoddam castrum bonis, quæ tunc videban-
 tur competere opulentum. At vir ille illustris id vetuit: partim ne terræ iura turba-
 ret; partim ne Imperatoris temerum adhuc animum offenderet: immò ne pacta
 cum eo per internuncios recens facta cassaret. Vnde cœptam ineptiam, ægrè fe-
 rentis; iratus suis qui cœperant, & specialiter *Tancredo*, repressit. Id vespere conti-
 gerat. Mane autem facto, procedunt castrenses, & præ se crucis vexilla farentes. Ad
 Boemundi conspectum cum multiplice humilitate & religione contendunt. Ipse
 verò affabiliter eos ac mansuetè admittens, indulta eisdem sua gratia, à se latabun-
 dos emisit. Denique ad quandam deueniunt urbem, quæ *Seora* vocatur: vbi sua fi-
 xêre tentoria: nec illis diebus congrua sibi defuere commercia. Ibi *Boemundus*
 cum duobus præfectis Palatinis in concordiam rediit. Vnde pro eodem nouo fœ-
 dere, & pro iure seruando prouinciæ, iussit restitui quidquid incolis sublatum fue-
 rat prædæ. Exinde alterius, quæ dicitur *Rusa*, ciuitatis fines attigerant: & ecce, Græ-
 corum promiscuum vulgus, illi nobili obuiam viro concurrens, quælibet venalia
 pro tempore conferebat: ibique, triduo ante cœnæ Dominicæ diem, castra posuē-
 re. *Boemundus* autem proprio illic comitatu dimisso, *Constantinopolin* proficiscitur,
 paucis secum militibus eductis, cum Imperatore colloquium habiturus. Interim
Tancredus procurabat exercitum, & dum videt quoisque, iam exhausto marsupio,
 vietiū necessaria difficulter emere, proposuit apud se, quòd tutam viam desere-
 ret; & ad partes minus frequentatas itinerantium assiduitate, suos deflecteret, v-
 bi largior emendorum affluentia cunctis suppeteret. Diuertit igitur eos à strata pu-
 blica; vallemq[ue] diuersorum alimentorum vberitate confertam, pauperioribus
 suorum consulendo, subinrat: in qua & Pascha Dominicum debitâ populus
 cum ipso affectione concelebrat. At *Alexis* Boemundum ad se venire comperiens,
 plurimam aduentanti reuerentiam iussit impendi; & hospitalia in ipsius ciuitatis
 Burgo præberi: quo recepto, ad colloquiū accersitur; veniesq[ue]; apud ipsum secretò,
 acturus excipitur. Interea Dux *Godefridus*, cum fratre *Balduno*, ac deinde *San-
 éti Egidii Comes*, vtrique cum manu non exigua, attigere *Constantinopolana* suburbia:
 tunc *Alexis* perfidus, qui olim contra Turcos auxiliorum putabatur audius, a-
 cerbitate rancoris infrenduit; & qua fraude tot militias, sibi, vt putabat, ingruen-
 tes, turpi præcipitaret exitio sèpè reuoluit. Sed D E V S, cuius illa pia agmina duce-
 bantur instinctu, ita eos est tuitus, vt nullus ad corum lessionem nequissimo pateret

III.

IV.

locus; Immò, omni possibilitate succisâ, grauis misero incuteretur metus. Denique visis confluentium cuneis, Constantinopolitani turbantur; consiliumque quæsturi, glomerantur. Dum enim timent ne ciuitas superuenientium numerositate prematur, & eorum prouinciae depopulatione tradantur, in cōciliis habiti euentione repperiunt, quatinus sacramentū exigat tyrannus à Franciis, *quod nunquam sint sibi nocituri vel suis.* Quod vbi fuit nostrorū primoribus agnitu, magna est illico subflānatione contemptū. Perpenderant plane; quia si quo paēto primos exercitus à cōcepto exerrare contingeret, tot tantosque milites stipendiorum inopes factos, contra ea quæ fecissent sacramenta, perfido Principi inferre p̄r̄lūm op̄porteret. Et certè, si nobis, inquiunt, nullus incumberet timor futurorum, id solum, quod per Graculos ¹⁰ istos, omnium inertissimos, iurare cogeremur, nobis esset sempiterne pudendum. Plane eos dicituros minimè ambigimus, quia velimus nolimus, ipsorum imperio paruerimus. Adhac Imperator, fortissimum Boemundum aggreditur; & muneribus parat allicere, quem plurimū verebatur: Bello enim eum s̄pē vicerat; & ideo illi potius quam cæteris imminebat, quem suum specialiter xinulum agnoscebat. Spondet ergo ei quindecim dierum itinere terram eidem se-daturum citra Antiochiam, in longitudine; octo nihilominus in latitudine. Frangitur illustris hominis hac pollicitatione seueritas; nec differt sacramenta tyranno: & quod *Hugo Magnus* cùm necessitate, tum pecuniâ lenocinante iurauerat, hoc is eo consensit tenore iurare, vt *s̄ Alexis ea quæ iurando paciscebantur infringeret, ille ab his, quæ iure iurando firmauerat, liber esset.* Sed si quis percunctetur, quare is & alii à suo sint rigore, ad deferenda tyranno sacramenta, deflexi: sciat proceres suorum in Domino commilitonum subuenisse necessitati, quibus erat multa penuria, si mercatum euntibus negaretur stipendii. *Alexis* quoque nihilo secius & ipse nostris fidem sacramento p̄f̄stiterat: quia ipse cum eis, suo pariter comitante exercitu, deueniret, terraq; mariq; iuuaret; ac utrobique conuehi victui emenda iuberet: si qua etiam illis euenire dampna contingere, sine imminutione restitueret ad supplementum: neminem in hac expeditione vexari, ledī, occidi, aut vellet, aut sineret, quantum sibi facultas sufficeret.

- ^{iv.} Comes præterea Sancti Egidii, cum castris suis occupasset Bizantea suburbia, pars verò militiæ necdum ad integrum conuenisset, cœpit tyrannus Comitem fol-³⁰ licitare per nuntium, vt, vt alii fecerant, facere & ipse sibi pateretur hominum. Mādabat hæc tyranni insolentis astutia: sed econtra, quomodo nequissimi vlcisceretur inuidiam, Comitis glorioſi cœperat iam secum ruminare prudentia. At Principes, Dux vtique Godefridus, Hugo Magnus, Rothbertusq; Flandrensis, & cæteri, dixerunt, quia nunquam contra aliquem qui Christiano censeatur agnomine, arma portabunt. Insuper & Boemundus intulit, quia si bellum Imperatori moueret, & sacramenta securitatis abnueret Imperatoriæ, ipse adminiculum partis existeret. Itaque Comes, communicato cum suorum quoque necessariorum consilio, *vite ac honoris indemnitatem*, iurat Alexi impio: quod nec per se videlicet, nego, opitulando alii, illius faueret exitio: Cumque ei verbum de hominio replicassent, dixit se capitis male subire periculum, quam tali modo se ei fore obnoxium. Interea Boemundi exercitus Constantinopolitanis arcibus propinquabat. Tancredus itaque, sacramentis quæ exigeabantur ab Imperatore compertis, cum ea quam ducebatur omni penè Boemundi frequentia; Sancti Georgii cœkriter Brackium prætergreditur. Ad hæc, Sancti Egidii Comitis exercitus, per eiusdem urbis confinia castra ponendo dispergitur: qui Comes ibidem cum suis copiis aliquantis per desiderare disposuit. Boemundus etiā cum Imperatore remansit, vt cum eo valeret tractare licetius, quatinus imperiali edicto, pro conuehendo vietualium vndique negotio, gentibus trans Nicæam positis denuntiaret. Godefridus autē Dux, qui præcesserat, cum Tancredo peruenit Nichomediam: Nichomedē auctore, qui subegisse Cæsarē, & non triumphasse, in triūpho ⁵⁰ cantatur insignē: & triduo cum suis vterque copiis mansit ibidē. Perpendēs itaque Dux quibusdam vias perpediri obicibus; nec facultatē suppetere quanta numerositas exercitus Nicæam valeret adire: quoniā in eam, quā Petri heremita homines transierant semitam, tanta nō posset ullatenus multitudo prætergredi, direxit ante se tria hominum milia cum asciis atque securibus, qui callium præpedimenta dirigerent; iterque fieret liberum, aperiendo angustias usque Nicæam. Erat autem via incredibiliter ardua per nimis scrupula; & minacis proceritatis montana procedens:

procedens: quam, qui præmissi fuerant, excisis cautibus dilatantes, cruces ferreas lignæasque stipitibus imponebant altis: ut nostri non exorbitarent à tramite, signis cæminus stipitum visis. Tandem vcncre *Nicæam*, quæ totius Romaniæ metropolis est ciuitas, Bithyniaæque caput, trecentorum decem & octo Patruim Synodo clara; sed *Omouion* afflictione, & *Arrii* damnatione præclarior: pridieq; Maii Nonas, circa vrbis territorium castra sedere, tertio ex quo à Nichomedia recesserant die. Antequam aut Boemundi aduentaret exercitus, tanta panis ibi dicitur extitisse penuria; vt unus patis aut quincenis aut tricenis denariis venderetur. At *Boemundus* vt adfuit, maximas quorumque venalium copias, tetraq; mariquæ euexi; statimque omnium vñi aptorum opulentia repentina confluxit. v Dominicæ ergo die Ascensionis, cœpere pro muris vrbem vndeunque peruidere; & machinas instruere, phalas erigere, instaurare phalaricas; murorum ac turrium gyros frequentibus per ambitum pulsare balistis. Tantâ autem animotum acrimoniâ obſeffio vrbis incipitur, vt solius bidui infra spatum, muros effoderent. Verum Turci, qui ciuitatem obtinebant, ad alias nuntios ciuitates dirigunt, quo ad eos, scilicet opem laturi, conueniant; eo vtique modo, vt indubitanter per Meridianam portam introeant, quoniam ea pars ab obſidione sit libera, nec opitulari voletibus illic ipsis vllus obſileſt. Vnde contigit, vt cā ipsâ die, cūm Sabbathum post Domini ascensionem effet, à Comite *Sancti Egidii*, & à *Podiensis Episcopo* portæ aditus muniretur. Accidit ibi res clari nomine digna facinoris. Egregius namque Comes isdem, cum fide ad Dominum; tum fortis & aptus ad arma; nec minus instructissimo cinctus exercitu, obuios habuit auxiliariorum cuncos properantes in vrbem. Qui animo diuinæ ſubſidio virtutis innixo, aggreditur Turcos & ſuperat, compellit in fugam; parte inque eorum maximam truncat. Sed foedè repulsi, nouas intendunt conflare copias: quarum fisi adminiculo cum multa exultatione iterare bella decernunt, aduectis pariter ſecum funibus; quibus noſtros ligatos Corozaniam abductare proponunt. Hac ergo ſpcidum extolluntur inani, ex ſupremo montis, qui vrbis prominebat, pedetentim alter post alterum cœpere progredi. Qui à noſtris gratanter vt decebat excepti, cesa ſua capita, pro testimonio noſtrorum victoriæ reliquerunt. 3 Quæ post eorum fugam balistis ac fundis, ad terrorem Gentilium, proiiciebantur in vrbem. At beatæ memoriae *Podiensis Episcopus*; & *Sancti Egidii* Comes Raymundus; infirmando vrbis ſtatui inſistentes, turrim quandam, quæ erat ipſorum contigua castris, factis ſubter ad eius fundamenta eneruata in culis, deſtituere aggressi ſunt. Fosforibus igitur ad hæc effienda locatis, cum arcibaliftis, & arcibus & balearis habenæ tortotibus, pariter ſuffodientium defenſores adduntur. Itaque vñque ad ſoli ſubſidentis extremitates arce ſuccifa, nutabundum interim parietem tignis aſſeribusque ſuſtentant, & pénitus ædificii calce iam diruto, ſic ignem ſubiectis trabibus inde ſubiiciunt: *Aſt ubi nubila nox indixit virinque quietem, La- psa facit ſubitam turris caſtrata ruinam: Tempora ſed noctis quia ſunt minus apta duelli,* 4 *Francigena ceſſant, ne Turcos nocte lucesſant.* Illico tamen Turci, pro ſuæ ſalutis tuitio- ne ſolliciti, totâ lagacitate conſurgunt; & murum tantæ ibidem fortitudinis, tantâ celeritate reſtituunt, vt poſtridiē nullum eos laedendi valerent noſtri reperire locum. Interea loci, recens adueniunt viri, armorum gloriâ celeberrimi, Comitesque ditissimi, de quibus ſupra egimus, cum frequentiis quæ ſibi cohæferant militaribus: ad quorum aduentum omnis ille Domini coniubilauit exercitus: Normannorum ſcilicet Comes *Robertus*, & Carnotensis Comes *Stephanus*. Igitur *Boemundus*, vi. vrbem obſedit à fronte, & *Tancredus* à latete; tertio loco, Dux *Godefridus*; quarto, *Flandrenſium* Comes; quinto Comes *Normannicus*; ſexto *Sancti Egidii* Comes, & *Podiensis* Episcopus. Ita verò eam obſidere intendunt, vt nullū introeundi exeun- 5 dique obſeffi reperire quirent aditum. Erat ergo ibi considerare collectum totius Francorum militiae, nobilitatis, prudentiae, armorumque claritudinis florem: quos in equeſtri loricatorum galeatorumque decore, hii qui exercituum quantitates penſitare didicerant, centum circiter millia putauere. Porro pedestris populosi- tam turbæ, & illorum numerum qui affectabantur equeſtribus, posse ab aliquo ſupputari non æſtimō penitus. Planè, non modo quæ a clientibus ſive mancipiis toient præberi officia militaribus personis, dcſerebantur à talibus; ſed ad obſidio- nes, ad prælia, adeo eorum fuerat virtus, & inſtar Leonis audacia neceſſaria maio-

ribus, uti solent arma vel utensilia quælibet, bello seu opere exercendis, opportuna aliquotiens esse manibus.

VII.

Dicere nullus
Sermo valibit,
Quanta per ipsum
Tempus ibidem
Armi potentum
Fulsi honestas.
Tam generosi.
Germinis agmen
Nulla coisse
Terra per orbem,
Viderit usquam.
Singula si vis
Regna retexam,
Factaq; passim
Prælia dicam:
Non erit ille
Qui queat horum
Aut genus, aut vim
Acquisperare.
Ecce, relicta
Sede parentum,
Fædera vitane
Coniugiorum:
Pignora ferdent,
Pæna domus sunt:
Feruet in omni
Milice cura
Martyriorum:
Cumq; cruxis
Omine fusi.
Turba trahatur,
Quis reperi

Poſſit inertem?
Quisque Leonis
Pectore fertur.
Ergo Nicaea
Mænia cingi,
Cernere gratum.
Campus equorum
Lore nitebat,
Et phalerarum
Forma sonuq;
Cuique placebat:
Lux Toracarum
Pulchrior haſtis
Solibus ibat:
Aereq; flauo
Cassis & umbo,
Limbus eodem
Fulgidas extas.
Hosce videres,
Turbinis instar,
Ariete crebro
Volueremuros.
Repperit arcus
Cuspis eorum
Francica duros.
Obtudit enses
Crebrius ossis
Vultus acutos.
Comparat illos
Mænibus alius
Cedere Turcos,
Ligaeaturris.

Commixtus illis
Prælia feruent:
Mutua quique
Spicula torquent.
Missum vix
Iactus inanis.
Mors inopina
Quosa supinat.
Gloria nostros
Cælicafortes
Reddiderat: tunc
Corpora fatis
Exhibuere.
Quarere gaudent
Præmia morte.
Marcidus omnis,
Acer & audax
Redditur istic:
Quem melioris
Optio vita
Rite probarit.
Landis auaræ
Crimina mentis
Inde procul sunt.
Credidit omnis
Id dare CHRISTVM,
Si sibi digni
Nominis auram,
Bella pararent.
Nec sibi quisquam,
Quisquis honesti
Quidlibet egit,
Arrogat actum.

In Darium Scythicos non his conferre triumphos
Quibimus: aut sciri poterunt molli-
mina Cyri, Digna viro Thameris, qua clauserat utrere crucis.
Luxeris cuentum, bone
Pyrre suendo Tarentum. In vacuum garris noua sumere prælia Barris. Hannibalis co-
mites semel & bis, terq; Quirites Ut segetem cadunt: vieti tamen urbe recedunt. Si fuit
indempnis sub Cælate pugna, decennis Sit pro iactura per Gallica mansura. Tempus ad
huic opera breue, prospera cuncta fuere Cum DEVS esset in his: probat optimus omnia finis.
Obtigerit cui mors cum martyre gloria sit fors. Quisquis eget taxat, quia crimina pena relaxat.

VIII.

Quandam eiusdem urbis parte obiectio laci, longè lateque stagnantis, am-
bierat: unde hostes summissis ratibus, liberum exequendi intrandique videbantur
habere meatum: ex quo etiam lignorum, pabuliisque siebant eis, & quorumcunque
deuectiones utilium. Quamobrem proceres, coacto cōcilio, sua omnium assertio-
ne decernunt, ut ad Principem Constantinopolitanum legatio destinetur, quæ suggestæ
naues quamplurimas Ciizenam usque urbem debere perduci, vbi portum con-
stat haberi: ac deinde boum sine numero paria congregari, qui cas per montanas
siluasque conuecent, donec prædicto inferatur lacui. Nec mora, velox operis
executio deliberata ac expostulata, Principe maturante, prosequitur: pariterque
hii qui vocantur Turcopoli, quos non alios quam familiares eius militia intellegimus, diriguntur. Adductis ergo, prout Principis virgebat imperium, puppibus, ipsa
qua deportatae sunt illuc siluerunt die; at noctu eas intruserunt lacui, & cum cis
Turcopolos armis instruictissimos. Mane itaque classæ composita, cum multa mo-
destia, ac si ex eorum vestigalibus essent, proficiscebantur ad urbem. Turci quibus
erant ista spectaculo mirabantur, ambigentes, an sua ipsorum, vel Imperatoris hæc
eadem

eadem esset euectio. Postquam verò ea quæ viderant hostilia fore nouerunt, timore lætali extabuerunt, sed quantum illi lamentis & fletibus, tantum nostri indulserunt gaudiis, gratiarumque Domino repensarum plausibus. Reddidit igitur id ipsorum infortunium hostes usquequa defectos: iamque de suis & auxiliariorum viribus desperantes, Imperatori missa legatione promittunt, quia ditionem facerent urbis; si eos cum uxoribus & filiis abire licere, apud Francos impetraret, permisssis una substantiis. Quorum tyrannus petitioni gratissimè fauens, non solum impunitate donauit, sed etiam summo sibi sarcendos amore, Constantinopolim usque contraxit. Cuius infidæ per omnia menti, principalis in hoc opere subiacebat intentio: quod si Francorum discrimini locus forte ullus aliquando pateret, penes se ipsos haberet, quos eisdem oportunè obiceret. Septem hebdomadis tribusq; diebus hac sunt obsidione detenti; & ex nostris plurimi munus ibidem receperè martirii. De quibus indubie sententia proferetur; quod qui mortis exitio sese profidei obiecere iustitia; inter eos profecto apud Dominum censeantur, qui sanguine in pretium dato, præmia meruere cœlestia: nec eos illis impares dixerim qui famis occubueré miseria. Hoc enim ibi modo, perit multitudo perplurima. Si namque iuxta Prophetam, quod historialiter dicere liceat, *melius fuit occisis gladio,* ^{Hier. 4, 9.} quam *interfectis fame,* qui proculdubio cruciatu diuturniore sunt moriendo torti, non erunt ut credi fas est, absque corona martirii. Ciuitate itaque reddita, & ix.

20 Turcis Constantinopolim ductis, tyrannicus ille Princeps, nimiù de urbis restituzione gauisus, nostrorum primoribus munera infinita largitur: & quibusque pauperimis eleemosina copiosa tribuitur. Ex quo mediocribus exercitus personis, quas munificentia illa est visa prætergredi, multa fuit inuidentia contra Principes, ac similitas ingenita. Nec iuxta quendam modum, id proorsus iniuria. Hii nempe exercuere prælia: ad hos attinuit totius obsidionis effectus, moliū vectiones, machinarum balistarumque in pacticō: hii, inquam, ut breuiter claudam, portauerūt pondus diei & astus. Primā igitur die qua ab urbe recepta digressum est, pontē quendam per uitium habuerunt, circa quem biduo cōtinuato manserunt. Tertiā autē die cum expromeret iam tenuis auroræ crepusculum, surrexerunt nostri, & dum ad 30 hoc dubiā sub luce cæcutiunt, biuio scindūt in uno; & biduo integro sub duobus disparati profiscuntur agminibus. In altero agminum *Boemundus* erat, *Rothbertus* ex Normannia; *Tancredus* quoque cum plurima militia: à Comite *Sancti Egidii*, Duke *Godefrido*, *Podiensis* Episcopo, *Hugone Magno*, Comite *Flandrensi*, per auia quædam adduccebat alterum. Tertiā denique die in *Boemundum*, comitesque eius, fit *Turcorum* infinita multitudinis, cū repentina, tum terribilis, & prope non ferenda collisio. Videres eos scenicè super nostrorum, qui putabantur, timore garris, æstimates eos ex inopinata incursione terreri: & bellicum, quod contineuerant, signum terrificis suæ linguae vocibus inclinare. Licet ergo vir eximius, manu impeteretur enormi, non amisit timore consilium; sed confestim sistere gradū præcipit omnibus, 40 & papilionibus deuolutis, iussit celeriter castra cōsterni. Priusquam verò ea quæ præceperat explicarentur, propriis militibus in sit: *Si vos meministis militia quam profecti estis, considerat à necessitate quæ urget, ite; viriliter eis occurrite; honorem, pariter q; vobis vitam defendite: at vos pedites, tentoria diligenter extendite.* Quo dicto citius expleto, Ecce eos Turci subitā præuolatione obambiunt spicula, iaciunt, pugnaque, pro more, fugaci pectoribus sagittas incussere sequentiū. Franci verò propositi fidelis memores; nec semper celebris suæ virtutis ignari: licet euidenter agnoscerent tantæ numerositati se impares, tamen obuiare furentibus viuaci animositate, cōtendunt. Illic *Comes Normannia*, recordatus, vti decuit, paternæ bellicositatis & nobilitatis auitæ, magnâ illico armorum exercitatione, hostiumq; repulsione, defensione exempla exercitui nostro, aliquantis per exterrito, præbuit. Affuit etiam *D E v s*, vt feminatum quæ comitabantur, non illic quoque illis decesset instantia; ipsæ enim aquas recreandis militibus, quæ sedulò deferebant: sed multò vigilantiores instigationibus eos suis ac monitis, solertioresque reddebat, quæ illata fierent vnda recentes. At ubi *Boemundus* moneri cœpit tanti inæqualitate congressus, iis qui deuia sequebantur; illico nuncio mediante, notificat, Comiti *Sancti Egidii Raimundo*, Duke *Godfrido*, *Hugoni Magno*, *Podiensis* Episcopo, aliisque eorum comitiæ, ut celerius aduenire præproperent, non ob aliud, sed ad bella quæ imminent. Si, inquiunt,

prima penes Turcos, pugna rudimenta videre collibeat, iam sunt quæ vultis: preffo venite. Ducis itaque nomine dignus, specimen militiaæ Godefridus, & ab ea quæ Regi competit, fortitudine non degener, immò pardalicâ, vt sic dicam, animositate patrissans, Hugo Magnus, cum suis primicopiis, quadam epulari alacritate concurunt. Deinde Podiensis Episcopus, non modò multis quibus emicat armis, sed monitis precibusque sacris communiit ipsum: siq[ue] foret tepidum, feruescere compulit agmen. Ad extreum sicut erat ætate grauior, experientiaque instructior; & confiliis idcircò securior, Comes Sancti Egidii Raimundus Prouincialium suorum manipulis succenturiatus erupit. Superinspesto igitur hostili exercitu tanta nostris admiratio increuit, vt nil aliud mirarentur, nisi vbi gentium vbique terrarum tam infinita coaluerit multitudo. Erant autem Turci, Arabes, ac Sarraceni, quorum inter hostes & numerus & dignitas eminebat: copia minus patens, de auxiliariis & minus celeribus populis erat. Videres montium iuga de hac collectione prophana, & colliū conuexa densescere; innumerabilibus frequentiis omnia operi campestria. Primores itaque cum sibi subditis commonitorium habuere sermonem: Si DEO, inquiunt, hanc quam exercetis militiam deuonistis; si patrias, si domos, si coniuges, si liberos, si denique corpora contempsetis; & ipsa quinetiam sola reseidunt gloriois exponenda martiriis, quid vos ad istorum considerationem, precor, exterreat? cum unius vestrum ex DEO fida sagacitas, totius huius vilissimi vulgi superstitioni proualeat. Si hic vobis fuerit obeundum; regnum vos cœlestē manet, felici obituros exitio: Si viuendum, expectat vos, si de fide præsumitis, certa victoria; post victoriam, gloria; post gloriam, maior audacia; ad hac ex hostium diuitiis opulentia copiosa. Vtrumlibet ergo accidat, inest vobis utrobique securitas; & ubique, nequam quid timeatis habetur: nulla vos iam retractatio vel dubietas remoretur. Ergo mentes & corpora fidei Dominica Crucis addicite; & contra hunc aggestum palearum, tantillo videlicet ac penè nullos homines, arma capessite. Præterea, ordinatim acies disponuntur. In sinistro cornu magnanimus Boemundus, Comesque Normannorum, miles acerrimus, Tancredus, & qui dicitur de prima ciuitate Ricardus. Podiensis autem Episcopus altrinsecus è regione hostium per montana progrediens, Turcorum exercitus ambiebat. Sinistræ etiam illi parti Raimundus Comes adequitat. In dextro autem Dux Godfridus, Flandrensisque Rothbertus, Hugo Magnus, & reliqua præpotens, ut potè pro CHRISTO pugnatrorum manus. O bone, internorum cognitor, Deus, quid in tanto lachrimarum tibi fusum est apparatu? Quid in illo procinctu, ex omnium animo, piæ compunctionis ac confessionis emersit? Et digna, vt parest, consideratione quis penset, quantâ mentium temeritudine, ex tui solius spe, cunctorum generaliter corda peperderint? quantis ad te, CHRISTE, mortibus singulorum quorumque iustitiae aut peccata clamauerint? Fleuerant, CHRISTVM MQUE adhuc piis piissimum suspiriis irritabant, cum ecce Crucis frontes cunctas præeunte sigillo, non dico leonum, sed quod magis competit, martyrum animositate confertissimos, vexilla feruntur in hostes. Mox abeunt Arabes, Persæ, Turciq[ue], feroce: Ante pios populi, terga dedere turres. Fit fuga, dispersè miserum protenditur agmen: Non secus ac lepores diffugiunt Arabes. Quanta fugax acies: fit eorum prodiga cades Nostrorum gladii, vix potuere neces. Dampna ferebris membris, cuiusque retunditur ensis: Falce velut segetes; sic resecant homines. Hic caput, hic nares, hic guttura truncat, hic aures. Scinditur alaus huic, obuius omnis abit. Obstupere manus, riguerunt brachia cede. Nemore repellit eos, quoque ferente mori. Nempe subinduerat sensus hebitudo profanos. Excipiunt veniens pectora cæcamalum. Fuisse autem eorum hostium qui victi fuerant numerum quadringenta sexaginta milia traditur, præter Arabes: quorum adeò enormis extitit pluralitas, vt omnis eorum hebetarit nostros quantitas. Primum quidem, conclamatæ desperatio ne salutis, ad sua quæm properè trepidi tentoria tendunt; ibique quæ præmanibus habuere correptis, diffugiunt; totaque vnâ die nostri eos instantissime persequuntur: spoliis itaque illis recentibus farciuntur ereptis; & post innumeras sanguinum fusiones, copiosæ pecuniae, preciosarum vestium, pecuariorum plurium, quæ tulcrant fugacibus, solatio potiuntur. Ab hora autem tertia usque in horam nonam huius pugnæ, immò internacionis Arabicæ, flagravit incendium. Duo verò ex nostris reuerendi nominis proceres; Iosfredus quidam

dam de Monte scabioso agnomen habens; Et *Guillelmus*, de quo supra diximus, Tancredi frater; aliique quamplurimi, quorum nomina solius DEI notitiae sunt credita, ibidem occubuerunt. Hic planè, hic experimur virtutis Christianæ insignia; & dum hæc paucorum cum innumetis bella miramur imparia; totum necessariò referre cogimur ad CHRISTI solius auxilia. Si enim de his qui nondum à DEO descieruerant Iudæis, dicitur in veteri pagina: *quia persicabantur unus mille, & duo fū. Dñe. 32, 30.* gabant decem millia: non minus de hac mihi viderur sentiendum victoriâ, vbi hominis prorsus ingenium, quâ arte à tantillis innumerabiles euinci valerent, spes & estimatio defecit humana. Sed forsitan quiuis obiectat: rustica manus erat, &

10 gregariorum militum peripisma, passim vnde cunque coicrat. Certe ipsi Franci, qui se tanto obtulere discrimini, pleno ore fatentur, nusquam Turcis illis genus hominum comparabile posse cognosci; adeò argutos animis, ac strenuos armis; qui etiam cùm in initiis cum eis bello configere cœpissent, corundem nouitate armorum propè sunt desperati. Nostris enim inexperta erat tanta eorum in equitando agilitas; in euitandis nostrorum incursis vel ictibus mira pernicietas: præser-tim cum non soleant ipsis emittere nisi fugaciter pugnando sagittas. Est autem eorum opinio, quod Francorum contribules existant; & præ ceteris gentibus solis specialiter Turcis & Francis deberi militare fastigium. Igitur eis hoc modo repulsis, & die noctuque à Francorum facie fugitantibus, contigit Luccem qui

20 Nicæa præterat cum multa amentia timoris post finem obsidionis clapsum, decem millibus occurrere Arabum, cui inquiunt: *Minime gentium, quam obrem ira misere exterritus fugis?* Francos, ait, *me penitus dispersisse ac interemisse putaueram; rotamq; eorum summam rebar iam sempiternæ captiuitati traditam:* & dum eos per manipulos aduentantes & turmas, subacturum me astimo, & in exteriores ligatos terras abducere, tunc subito tam numerosi apparuere exercitus, ut campus & montibus eorum multitudinis enormitate repletis, nusquam ab eorum frequentiis nostrarum videretur regionum terra vacare. Captiuitatem quam asserit factam, ad Exercitum conuenit Petri heremita referre; sequentem vero multitudinem ad eos qui urbem nuper subegêre Nicæa. Cùm ergo, inquit, tot populorum examina vidissimus, & instar segetum cunens crescentes, qui armorum nequam defensione presumimus: nec enim tutum fuerat, mortem contiguam evadendam, vel pede adminiculante censiimus. Vnde fateor; et si remoti, ex eorum, quos vidimus, dira recordatione concutimur, adhucq; de experta, licet ad momentum, ipsorum ferocitate timemus: *Quod, si & vos mea experientia fidem prabere velletis, huic quæm properè loco cederetis: quia si vos eorum manus contingunt incidere, multiplices sine dubio vestre imprudentie constabit pœnas vos luere.* Hæc illi audientes, & credendum iudicantes expertis, verterunt celeres vestigia cuncta retrorsum, & per vniuersam sese diffudere Romaniam. Interea è vestigio fugiuos Turcos subsequi curabant nostri: præcedentes autem illi, dum urbes & castella pertranscunt, sese Francos viciisse passim iactitando efferunt; sicque terræ habitatores, quæ ibant, mendacibus verbis eludunt: *Nos, aiunt, agmina Christiana repellimus; eisq; totius deinceps ausum congressionis abstulimus.* Itaque nos intra urbes vestras admittite; & gratiæ inter eos qui tantopere vos tuentur excuse. Ciuitates ergo ingressi, ecclesiarum ditripiabant ornatus, publicarum ædium spoliabant copias; aurum argentumque, diuersi generis animalia, & si qua suppeterent, eripere moliebatur vtilia. Ad hoc etiam quosque Christianorum filios promancipiis abducebant: cætra quæ minus prædæ patebant, incendiis absumentes; aduentum nostratum semper præundo, verentes. Hos denique profanos per solitudinem nostri auia disquarentes, terram desertam inuiam & inaquosam intrauerunt, de qua vix miserandi emerserunt. Hinc famis, inde sitis agitabantur inopia; nihilque pertinens esui poterat reperiri, nisi quod spicarum confricatione aliquotiens videbatur crudelis inedia temperari. Ibidem plures equestris viros dignitatis constat obisse: dum desertorum insolentia, vitam equis adiimeret; itinerumque impatientia, delicatos perimeret. Vnde boues, capros, arietes, &, quod mirum magis est, canes saginarios tunc fieri, equorum vehicularumque grandis coeger egestas: his enim omnibus pro modulo impertiebantur, vel qualescunque sarcinulas. Exinde opulentam ex his quæ usui prosunt, eos contigit introire prouinciam; attigeruntque Scenium ciuitatem, Pauli Apostoli tolerantiæ & scriptis insignem. Ast prouincia-

les, adinonebant præmuniendo nostros, vt aquas vtribus impositas secum deferrent: quia diei vnius itinere, nihil aquarum penitus reperiatur. Ita ergo fecero, donec ad cuiusdam horam fluminis deuenire. Ibique per biduum hospitia sumptuare. Præcuntes itaque qui præcursorum officio fungebantur, peruenire Erachiam, vbi Turcorum pluriima phalanx adglomerata coierat, id solum præstolans, quomodo C H R I S T I valerent perturbare militiam: quos nostri inuenire, & solita audacia intrepidi peruerasere. Hostes verò celeri elabuntur fugâ. *Non secus ac missa iactu baleare sagitta.* In urbem ergo, iam libero patente aditu, nostri intrant: quatuorque mansere diebus ibidem. Ibi Tancredus Boemundi nepos, & Balduinus Ducis Godefridi frater, non diffugio militiæ, sed animorum acredine, ab exercitus contubernio digressi, vallem quandam, quam Botentrob vocitant ea lingua, sunt ingressi. Tancredus itaque, vti erat confortis impatiens, à præfato etiam Ducis fratre diuiditur, Tarsumq[ue] specialis Apostoli nostri adoranda natuitate præcluem, cum suis aggreditur. Turci ex urbe, obuii aduentantibus ad bella prosiliunt; sed imminentे concursu ad urbis, de qua prodierant, munimenta refugiunt. Tancredus verò, admisso post hostes equo, portam urbis castrorum suorum positione conclusit. Nec mora, Balduinus adueniens, ad obsidionem ciuitatis ipsius altrius & ipse consedit; & Tancrenum expostulat, vt capienda ciuitatis participium indulgeat, quam suo secum exercitu collaborante capessat: quod Tancredus multa animi indignatione refutat, dum sibi & ciuitatis dominium, & victoriæ insignia arrogare desiderat. Nox itaque superuenit, & Turcorum vulgus, obsidionis impatiens, nec eius qui obsederat pertinaciæ & virtutis ignarum, vniuersum prorsus aufugit. Quibus ita extrusis, hi qui in urbe commanebant, ipsius profecto terræ gentiles, Christianæ scilicet homines conditionis, in ipsa egressi ad nos nos nocte, conclamat: *Franci, inquietant, maturete ingredi ciuitatem, quia alienigena diffugiunt: in tantum vestra fortitudinis conceperè timorem.* Ast vbi eluxit, loci ipsius primores urbem ultrò dedunt; & hiis, quos super eius dominio iurgia motare coipererant, aiunt: *Illum nobis præsidem deligimus, quem cum Turcis adeo acriter hesterno egisse cognouimus.* Verum Balduinus, Tancredo peruvaciter instans, ciuitatem secum pariter cohortabatur intrare; & prout cuique facultas inesset, spoliis diripiendis insistere. At Tancredus non inconsultè refert: *Id se habere propositi, impugnare utique Turcos; non spoliare Christianos: præsertim cum se sponte elegerint, nec alterum quam se velint.* Licet haec diceret, considerans tamen cum potentia præminere copiosioris exercitus, vellet nolle, viro illo pro tempore cessit. Cui inde recedenti duæ per ditionem, optimæ se ei subdiderunt ciuitates: *Athena* videlicet, & *Mamistra*, & castella quamplurimæ. At quoniam de hoc ipso Balduino nullus forsitan deinceps referendi se se aperiet locus, paucis insinuare velim quam fortuniosus eius fuerit exitus. Apud Edessam Mesopotamiae urbem, sicut ab his qui ibidem versati sunt, accepimus, vit quidam Ducatus honore præfuerat: qui Christianam prouinciam quam regebat, non tam armis a Gentilium incuribus, quam per cuniariâ redēptione protexerat. Is senio grauescente iam squalidus, cum esset ei vxor sine liberis, identicem anus, dum Francos agnouisset Mesopotamiae contiguos finibus, multo astu desiderabat quempiam, quem sibi adoptaret, ex Francorum habere nobilibus: qui, quod ipse precio, hoc ille defensaret armis ac viribus. Contigit interea quendam familiarem illi militem, huiusque sui desiderii consicum, cum hoc ipso Balduino habere colloquium. Cui cum ille adipiscendi ducatus spem indidisset, si à præfato seniore se adoptari permetteret, Comes credidit, & milite comitante Edessam adiit. A quo affectu nimio, præterquam sperabatur exceptus, ab utrisque est in filium adoptatus. Adoptionis autem talis pro gentis consuetudine dicitur fuisse modus. Intra lineam interulam, quam nos vocamus Camisiam, nudum intrare eum faciens, sibi adstrinxit; & haec omnia osculo libato firmauit: idem & mulier post modum fecit. His explicitis, cum ciuitatenses eum ab honoris pristini culmine expositum, primatum iam cerneant, coniuratione clam facta; eam, in qua cum Balduino morabatur, obsessæ: repente curiam. Recordabantur enim quorundam quæ eis intulerat malorum. Obsesso itaque eo, cum adoptiuus eorum nouus reclistere Francicæ amplitudine pararet, senior eum mira fide exhibuit, dicens pro certo scire se ab eo-

rum

rum manibus nullatenus erui; ipsum verò, pro sua defensione facillimè posse periclitari. Infinitis ergo ab eo extorsit precibus, ut repugnare desisteret: & cùm ille illacrimans miserabiliter, malle se cum eo mori diceret, reppulit hominem; & cum obsidente se populo egit, quatinus nouo illi Principi parceret; seipsum verò prout vellet occideret. Quod & actum est. Interempto itaque eo, *Baldinus*, duca-tum sibi ex adoptione delatum, strenuè optimuit: & ex Francis equites, ac famulos ad sui custodiam, memor expertæ nuper prodictionis, adhibuit. Non multo post autem tempore, cum Dominicus Natalis adesset, noui Ducis necem in ipso solempni die, iteratâ conspiratione, diffiniunt. Qui eorum tractatus Ducem minimè latuit.

10 Insinuat igitur & ipse hiis, qui in suo asseclatu erant, Francis, & festis Ecclesiæ loricati ac galeati, immò ac si ad bella parati, equites assisterent; pedites lanceis, gladiis, bipēnibus se munirent: & sic vbiq; procederent. Quo facto, urbani se à Duce præuentos intelligunt: ipse eniñ cum multa armatorum ad ecclesiam constipatio-ne processit, ac sacro officio interfuit. Ipsâ tamen die siluit. Postridie autem conuocat Edeissenos, & de prodictione causatur; & cum legibus eos ad confessionem cogeret, diffiteri quæ proposuerāt minimè permittuntur. Conuictis itaque totius urbis pri-moribus, his quidem pedes incidi, illis manus, aliis cum naribus aures, quibusdam linguas cum labiis, generandi verò officialia cunctis: omnibus nihilominus diuer-sa per exilia longè lateque distractis. Et cum denique nullus resedisset qui turbam

20 denuò sibi concitare quiuisset, tum demum securè experitur, quis tanti Ducatus fructus ac felicitas esset. Vitam ergo cum multis opibus & prosperitate educebat, plurimis urbis imperabat, inter quas *Selencia* ab antiquo celebris eminebat: do-nec post fratrem Godefridum qui Iherosolimæ regnauerat ex Ducatu quidem peruenit ad regnum: sed exinde, nullius excepto terrenæ felicitatis augmentum: immò pro Deo beati laboris exercitiū: vt pote cui iuge est cum gētilibus prælium.

EXPLICIT LIBER TERTIVS GESTORVM DEI
PER FRANCOS.

INCIPIT QVARTVS.

Nemo iustè, vt æstimo, me id operis derideret agressum. Etsi enim neque Iherosolymam esse, & plerasque personas, loca nihilominus ipsa mihi hactenus contigerit non nouisse; in nullo, generali utilitati reor ob-esse: siquidem ea, quæ scripsi vel scripsero, à viris veritatis testimonio præditis constat audisse. Si mihi planè id obiicitur, quia non viderim, id obiici non potest, quòd non audierim: cùm visui auditum quodammodo sup-parem profectò crediderim. Quamvis enim *Segnius irritet animos demissa per aurem;*

40 *Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus:* tamen quis historiographos, quis eos qui San-
ctorum vitas edidere ambigat, non solum quæ obtutibus, sed ea scripsisse quæ alio-
rum hauserant intellecta relatibus? Si namque verax, vt legitur quidam, & *quod us- 10b, 3, 32.*
dit & audiuit, hoc testatur; autentica proculdubio vera dicentium narratio, ubi vide-re non suppetit, coimprobatur. Si sit itaque qui carpat, qui cœpta despiciat, habet v-
tique liberam obtionem, si velit vt corrigat; & cui nostra displicant, sua scribat.

Igitur Dominicus exercitus cum Ducibus suis, *Raimundo*, Sancti Egidii Co-mite, *Boemundo* atque *Godefrido*, aliisq; quampluribus *Armeniam* ingreditur; de Tur-corum incursibus, si acciderint forte, lxtatur. Inter eundū itaque peruum habu-
re castellum, cui adeò difficilis esset accessus, vt cassum videretur ibidē cuiuslibet
50 molimen assultus. Erat autem illic *Simeon* quidam, Christiano insignis agnomine,
prouincię gentilis eiusdem, qui à proceribus nostris dominium huius regionis ex-
petuit, quo eam à Turcorum irruptionibus deberet tueri. Nec dare ei munus distu-lere petimus: ipse verò desedit ibidē, latus terræ præsidium. Denique nostri pro-
gredientes, *Cæsaream*, Cappadocum attigere. Postquā autem Cæsariensium exces-
sere prouinciam ad quandam multæ pulchritudinis & situs yberimi ciuitatē per-
uenire, quam trium spatio hebdomadarum Turcorū obsedit exercitus, antequam
ad eos pertingeret nostræ expeditionis aduentus: sed nullus eis obsidendo perue-

nit effectus. Nostris ergo aduentientibus, suâ ipsorum deditione ciuiū, vrbis eadem suscepta est. Hanc eques quidā, qui *Petrus de Alpibus* vocabatur, à Principibus pre-
cario exegit: quatinus quantum ad Imperatoris Græci, ac procerum fidem nostro-
rum spectat, defenderet regionem: cui, cum nimio affectu, uti fidelitas interpellan-
tis emerebatur, inducta est. Nox diei illi accesserat, *Boemundo* auditum est, quod ho-
stes, qui pridem vrbem illam obfederant, crebris sed non magnis promotionibus
subsequentes, nostros præcederent. Contentus itaque solâ sibi pertinentium mili-
tum comitiâ, præcessit; sed eos qui quærebantur, non repperit. Vrbem quoque, quæ
Coxon apud eos dicitur, attingunt: vbi earum, quæ vsi habilia erant, rerum pluri-
mam opulentiam reppererunt. Locis ergo illius indigenæ, intra ciuitatis portas, no-
stris gratauerunt admissis, trium illos dierum opportunâ satis refectione confortant.

II. Audit præterea *Sancti Egidii Comes* Turcos, qui Antiochenæ vrbis cōsuecerant
præstare custodiam, ab eius decepsisse præsidio: partemque sui præmittit exercitus,
qui eam obtineant, & dominio seruēt eius. Electis igitur de propriæ militiae primo-
ribus quatuor, quorum tribus idem inerat, scilicet *Petri*, vocabulum, quartus *Wil-
helmus de Monte Pislerii* dicebatur, qui & apud nos armis celebrior habebatur, dirigit
eos illò cum quingentis equitibus. Haud procul itaque ab vrbē prædicta, vallem
intran, & in ipsa valle castrum reperiunt; & ibidem ciuitati Antiochenæ, Turcos
cum manu copiosa præsidere audiunt: quos etiam maximo apparatu & armorum
& hominum fæse instruere contra Francos, si quando sibi ingruerint, addiscunt. Pe- 20
trus ergo, vñus ex his quos superius Petros vocari diximus, cui etiam agnomen à lo-
co, qui *Rosa* dicitur, fuerat, à sociorum cœtu se diuidens, vrbis cuiusdam quæ *Rugia*
dicitur, vallem ingreditur; & inuentis Turcis Saracenisque, cum eis congreditur;
& interemptis eorum quamplurimis alias persequitur. Hoc Armenii attendentes,
& de viri fortitudine iocundati, propter insolitam aduersum Turcos audaciam, di-
tioni illius se mancipant. Nec mora, cuidam *Rusæ* nomine, ciuitati, habitatorum
deditione, præficitur: in plerisque itidem castellis excipitur. Exercitus autem resi-
duus, à Coxon, illa quam diximus vrbē, digressus, per angustam ac cōfragosam in-
credibiliter, quorundam processit mótanorum semitam, adeò arduorum, vt nemo
eū qui præbat vllatenus præcedere posset. Sed alios post alios singillatim pedeten- 30
trumque procedere necesse foret. Arcto namq; & nimis scrupo eo calli prærupti ma-
ximi vorago subtererat, vbi, si equum equo offendì continget, desperabilis statim
præcipitio depèriret. Videres cuncum militarem, qui pridem insolentiâ itinerum,
inediâque de equis tribus pedites facti erant, feralibus affici tristitiis pugnos colli-
dere, vellicare capillos; & mortis sibi imprecato exitu, loricas & galeas, quælibet
arma, sine vlliis preciis respectu, denariis tribus aut quatuor seu quinque distrahe-
re: & dum non suppetit emptor, clipeos, aliaque peroptima in profunda disiicere,
dummodo valerent tanto discrimine corpora, vix sibi sufficientia expedire. Ex his
tandem scopolis ac rupibus, postquam cum intolerâdis emerserâ laboribus, vrbem
quandam *Marašim* dictam introeunt, cuius ciues eis obuiam letabundi prodeunt, 40
& abundè exercitibus venalia cōuehunt. Recreauitque exhaustos tellus vberima,
quousque restitueretur eis Domini *Boemundi*, qui subsequbatur, quemq; præsto-
labantur ibidem, præsentia.

III. Denique perueniunt in illa campestria, vbi Syro-
rum prædicatissima metropolis sita dinoscitur *Antiochia*, cuius titulorum sunt spe-
cialia, præter ea quibus ad seculum floruit priuilegia, quod Christiani nominis in-
de pullularunt insignia. *Pharpar* ipsius ciuitatis fluuius nuncupatur. Ad cuius cùm
nostrî peruenissent contigua loca pontis, quidam ex eis quibus præcedendi castra
officium fuerat, maximam Turcorum offendêre manum, qui plurimis suffarinati
copiis, suggeste properabant obsidens auxilium. Quos nostri vbi perspexerunt
Francicâ in eos ferocitate concurrunt, & penè sine vlo tēporis interstitio subigen- 50
tes, hac illacq; dispergunt. Laniant miseros instar arietum, & quæ paulò ante terrere
potuerâ arma, proiiciunt: fugit per cuncosturba gregaria: vulnerâ & obruunt, dū
mixtim properât, socia agmina: pridè superba rabies, sentit humilia, & quæ nostro-
rum aestimabat se gauisuram stragibus, latatur si possit eruere, vel cum pudore,
corpora. Hii qui venerant expugnandis ferre suffragium, sunt continuò congeries
fœda cadauerum: & quas deferebant obsidens copias, destinauit omnipotens
obfessoribus, consilio misericordiore, præbendas. Hiis igitur non aliter quam sege-
tes gran-

tes grandine comminuuntur, oppressis, multa nostris refederunt spolia: innumera frumenti viniq; relinquuntur impendia: eorum, camelorum, asinorumque perdestribus cessere subsidia. Itaq; nostri super prefati fluminis orā castra constituunt. At *Boemundus*, iunctis sibi lectissimorum militum milibus quatuor, portæ ciuitatis fese opposuit: & ne quis ab ea exiret vel ingredieretur in ipsam, vigilias eā ibi nocte continuauit. Postridie ad ipsam usque Antiochiam, duodecimo Kal. Nouembris, cùm quarta esset feria, & media iam ageretur dies, deueniens consedit exercitus, trium ciuitatis portarum, obsidentium diligentia instantia, præpeditis aditibus, sed quarto vacante, quoniam nullus ei obsidē patere poterat locus, montanorum contiguorum altitudine plurima, angustiaque obstantibus. Tantus autem non modo ciuibus, verū Turcis præstantibus, nostrorum metus incutitur, vt eorum contra nos nemo procederet; nemo, ac si nundinas acturi venissent, ylla eis hostilitatis molimina intentaret: & hæc fucatae superficies pacis quindecim fermè diebus, vcluti conclamata, persistiterit. Circa urbem autem ipsam, fertilissima huius obsidionis extitère primordia; omnium usui conuenientium, tempore nouorum inibi recens acto, feruebat opulentia: vineas, sed quo tempore miror, vindemia dependente refertas; frumenta non horreis sed foueis atque cuniculis, immersa ubique repperiebant: cum nec arboribus poma decessent; & quælibet vitæ ipsorum cōmoda solo uberrimo suppeditante confluenter. *Armeni* autem & *Syri*, ex quibus præter, vt sic dixerim, Turcos epibatas, tota vrbs illa constabat, cùm urbem ipsam incolerent, & Christianæ fese titulo conditionis effertent, crebro nostros iniurire; & esse eorum vniuersum addiscere; & suis, quæ apud nos tuos aucupati fuerant, nūtiare. Cùm enim Francos suæ assidue confabulationis visco allicerent; & se à Turcorum facie fugitare, multæ adulatio[n]is leñocinio, nostroru[m] auribus mussitassent, vxores tamen proprias excedere nullatenus ab vrbe sinebant, & ad ipsas, digressi à Fræcis, postliminium facientes, quæ istinc subintelligere poterat, ad Turcos Christianarum partium infirmiora ferebant. Proposito igitur eorum cognito, ac essentia Syris interpretibus sita, Turci de ciuitate aliquotiens erumpere, aliqua nostris subripere, dum vietualibus quæritandis obetrant, calles confuetos obtexere, plangam montanorum marisque petentibus exinsperato proruere, nihil ab insidiis & irruptionibus vacare permittere. Haud procul autem inde Castrū habebatur quod vocabatur *Areg*: in quo præcipuæ ferocitatis Turcos pro præsidii ipsius tuitione locauerant, qui Francis, aliquotiens inconsiderationibus, frequentium incursum turbas incutiebant. At Principes, tantæ impatientes iniuriæ, non paruâ equitum peditumque conflatâ manu, mittunt qui explorent vbinam delitescere soleant, qui tot suis mala irrogant. Repertoque eorundem latibulo, obuios quidem primò se illic præbent; sed postmodum, fugâ callide simulatâ, eò se ab insequentibus duci sinunt, ubi indubie nouerant latere in insidiis *Boemundum*. Ibidem, Turcis insectantibus, duo ex nostris occubuerunt. At de latebris fese Boemundus excutiens, hostibus cum debita animaduersione occurrit; eos qui videbantur terga vertisse reduxit, & confertiissimâ armorum consertione conflixit. Ex eis itaque plurimos interimit, alios captiuos adducit; ad vrbis portam quos cœperat pertrahit, ibique, ad terrore in spectantium ciuium, capitibus cædi præcipit. Ast aliqui ciuitatenium, cuiusdam concidentes portæ suprema, quaqua versum fatigabant nostros suarum iactibus sagittarum: in tantum vt intrâ ambitum castrorum Boemundi, missilium nimbus influeret; & mulier ibidem iictu sagittæ occumberet. Denique Principes consilium communicant, constituuntque & ordinant, vt castrum fieri deberet in cuiusdam vertice montis quod *Malreguard* appellarunt, cuius præsidium formidinem sibi valeret subinouere Turcorum. Fiebat itaque oppidum, sed præcipue illic videres, in lapidum comportatione, primorum manus elaborare Principum. Non istic egena manus conqueri poterat alias fese per maiorum potentiam angarias tolerare, cùm eos qui sibi dominabantur attenderet, in extremi etiam executione operis, nullo modo sibi metuocium indulgere. Sciebant namque piæ naturæ instinctu eti non legerant, quod *Marius* ille secundum *Salustium* ait: *Si tute, inquit, molles agas, exercitum autem imperio togas, hoc est Dominum non Imperatorem esse.* Peracto itaque castro, Principes illud custodiére vicissim. Appropinquabat Natale Dominicum: & frumentum cæteraque corporum alimenta cœperant vehementer im-

minui; & carò constiterat in toto exercitu omnia vendi. Virtualium quærendorum causa; nulla patebat facultas vel longiusculè euagari: intra Christiani quoque nominis fines, nihil penè iam ad vsum pertinens poterat repperiri. Porro in *Saracenorum regionem* non nisi cum expeditione plurima quisquam valebat progredi. Igitur urgente inedia, coacto Proceres concilio sese discutiunt, qualiter consuli debeat tantæ frequentiæ hominum, famis atrocissimæ, nisi ei subueniatur, subituræ periculum. Tandem vicaria consultatione repperiunt, ut aliquæ pars exercitus stipendiis vnde cumque contrahendis insisteret, altera cœptæ obsidioni vacaret. Ad hæc itaque *Boemundus* intulit. *Si vobis, inquit, o strenui milites, tutum videtur; ego Flandrensis Comitis suffultus comitia virtualium procurationi operam dabo.* Quod à quibusq; i 0 iunioribus tantâ est gratulatione suscepimus, quanto maiori extabuerant, non modò ariditate, verùm omnimoda necessitate ciborum: Celebrata itaque, affectu & alacritate qua poterant, Nativitate Dominica postridie, cū esset secunda feria; duo illi prædicti Principes, allectis sibi viginti peditum militumque milibus: Sarrace-
 norum prouincias depopulari aggrediuntur. Interea Turci, & Arabes, Sarra-
 ceni aliique Gentiles, qui coierat ab Iherusalem & Damasco, & Halep, aliisque gē-
 tibus, pari animo conglomerati, præsidium eidem laturi, cum infinito agmine, An-
 tiochiam properabant. Hii iam compererant Christianos in suis fines, pro frugum
 cæterorumq; vtilium collatione, cursuros: & crepusculo adhuc dubio, contra no-
 stros acie præparata, vbi eos expectare didicerant, cum alacritate in tristitiam mox 2 0
 vertenda, contendunt. Disperiuntur itaque sese per duarum acierum turmas, alte-
 ram à nostrorum frontibus præmittentes; alterā retrogradā omnem eorum ambire
 exercitum molientes. At *Flandrensi* Comes, de diuina nullatenus virtute diffi-
 dens, præfixo cordi ac corpori suo signo Crucis, fretus insigni Comite *Boemundo*,
 ea, qua tantos decebat viros, hostibus magnanimitate occurrit. Pugna conseritur;
 sed in ipsa primi attemptatione congressus, fugax hostis auertitur. Mutantur bella
 trophæis: atque terga vertens illis corporibus, multipliciter rasilis hasta con-
 fringitur. Fraxinos creberrimè longas hostilis excipit vmbro, & magnis impactæ vi-
 ribus, per nimietates ictuum in hastulas minutantur. Galea mucronibus oberta,
 occipitium non defendit à vulnere loriarum, vt putabant impenetrabilium præ- 3 0
 textiones, tenuitatis accusant. Nullis corporum partibus munimenta profuerant;
 quidquid tutum Barbari iudicant, infirmatur; quidquid Franci tetigere, consin-
 ditur. Sternitur campestris superficies, numerositate cadauerum; & crebra mor-
 tuorum congeries, graminosi pridem ruris exasperat æquor; inuiso vbiq; terra, gen-
 tilium cruore respersa, nigrescit. Qui nostrorum cædi fucre superstites, vitam sibi
 gressuum celeritate lucrantur; & spoliis propriis, non ad horum caritatem, sed ob
 sui agilitatem exonerari lætantur. In alterum itaque statum, sese animi nostrorum
 habitudo commutat, dum metus in audacia, pugna in victoriam, mœror in lati-
 tiā, famæ in opulentiam suscitatur: nudus induiis, pedes vehiculis, pauper pe-
 v. cuñiis, erutus gratiis, victor tripudiis ampliatur. Interim dum ista geruntur, 4 0
 Turcos, qui Antiochiæ præterant, *Boemundum* cum *Flandrensi* Comite obsidioni deef-
 se non latuit. Tanta ergo tutiores absentia, saepius ad bella laceſſere nostros exhibat
 sollicitè, quæ pars obsidentium haberetur infirmior, aucupantes. Tandem aptum
 diem, cum esset tertia quædam feria, suæ fortitudini exerendæ videntes, subito mi-
 nus prouidis ingruunt; & expeditibus militibusque quamplurimos, dum nihil ve-
 rentur, occidunt. Magnificus quoque *Podiensis* Episcopus suæ curiæ maiorem, eundi-
 demque signiferum suū, inter eos qui perimebantur amisit. Et nisi fluminis alueus,
 cuius crepidini castra confederant, interiacens obſtitifset, nostrorum internecio
 non parua & quām crebra fuisset. Ad hæc egregium *Boemundum* regredi contige-
 rat, direptis Sarracenorum prouinciis; & ea in quibus Tancredus morabatur mon- 5 0
 tana reuifere: dum æstimat aliquid, quod prodeſſet obſſoribus ciuitatis, ſe poſſe
 ibidem repperire. Cū enim quidquid præ oculis habuerant quique nostrorum
 diripiuerent, multi tamen ex eis nihil inueniēre; vacuiq; rediēre, eorum ſcilicet quæ
 victui necessaria forent. At nusquam expers confilii *Boemundus*, dum eos ineptè
 oberrare conficeret adoritur, dicens: *Si commoda vſta vestrā diſquiritis; si vestrī ſit;*
prout urget inedia, corporibus prouidetis, ita agite, quatenus dum vicitur, querit; vicitum
querentium nullo modo vita necetur. Definite diſcurrere montanorum per auiā; cum ſciatis
hostes

hostes vestros incognita vobis horridarum solitudinum fouere latibula. Iunctus pariter (alter enim ex altero fit fortior) procedit exercitus, ut si parti infertur violentia, partis alterius valent experiri præsidia. Sic enim, si quis à manu vel præsentia pastoris exerrat, rictibus dinoscitur patere lupinis; sic miles si à commilitonū contubernio soliuagus exeat, quibuslibet procul dubio librium prædonibus extat. Satius itaq; vobis sit apud vos & cum vestris, vel tenui cibis pasci, quam inextricabili captiuitati addictos laetiori edulio vesci. Itaq; vnde ire, pariterq; redire, cætibus delectari, præsumptiuè nil agere, quorumq; est censura bonorum; liberè euagari peri e volentium. Dixit, & ad socios repedans, in nullo obseciores redditu suo opulentiores reddidit. Verum Armeniorum Syriorumque calidas, cum videret in exercitu extenuari cibaria, exinaniri venalia per quælibet sibi cognita obambulantes loca, coemptas circumquaq; fruges ad exercitum inopia laborantem deferunt; & adeò immoderata caritudine vendunt, vt asini vnius ex frumento sarcina octo eorum Byzantcorum precio distraheretur, quos ibidem purpuratos vocant, qui eorum viginti nummorum solidis æstimabantur. Ibi pensari potest, quæm horrendo tamis succubuere discrimini, quibus nulla suppeditabat facultas præcii. Et vbi Principes coangustare iam cœperat pecuniae difficultas, quid ageret ille, quem omnibus pridè opulentis, iam extrema premebat egestas? Torsus at grandis cruciatus illos, victus artabat tenuis supremos, Viribus fusis rabies famæ Reddidit imos. Copia parvam fuerant remotæ, Non boum carnes, nec erant suilla: Vulnerant paup' manus indigentum Gramna queq;. Quidquid escarum poterat fuisse, Suppetit tandem repperire nulli. Soluerant artus, tulerant & ausum Pectora laxi. Tenditur dirum cutis in tumorem Quiclibet in nullum tenuere morem. Esca defecit, perit facultas: Dant ea nsortem? Soluit oculos brevis angor omnis, At fame tactos agitant dolores: Vnde protractæ meliora gestant irramiam mortis. Hos sonet planè cibus Angelorum, Optimo gaudent braui laborum, Quo magis pondus tolerasse constat Suppliciorum. Ceteri pugnant, variisq; casus Ferre concer- tant, grauibes secunda Villa vix præstat, meliora letis Tristia censem. Iam cruces CHRISTI STVM geminas ferendo Prosequuntur, potiora iussis Aggredi gaudent quibus autorum nam Iusserit isdem. Huic famæ atrox cor inane carpit, Aridus dudum stomachus fatiscit: Viscerū strages, cerebri ruinas Passio fecit. Intus hac tabes animum fatigat, Inde bellorum feritas molestat, Et dies & nox ibi plena curis Cadibus instat. Acri extat mens, tenuesq; vires; Aegra sed mentis reparant vigores Inq; fundendos minimum verentur Ire cruores.

Guilelmus interea quidam, qui Carpenterius, non quia faber lignarius esset, sed quia in bellis cedendo more carpentarii insisteret, dicebatur, homo Transsequanus; dictis potens, sed opere parcus; magni nominis umbra; vir maiora se aggrediens, & qui nihil relinquebat explicitum; qui etiam cum Hierosolymitanū esset aggressus iter, direptis contiguorum sibi pauperum substantiolis, profanum viaticum præparauit: is, inquam, inediæ, quam multò egentiores summa cernebat tolerare fide, impatiens, silenter aufugit. Cuius quidem in armis gloria; in iactantia verborum solummodo habebatur; nullatenus in regesta. Is in Hispaniis, cum expeditio Francica ad auertendos qui ex Africa ibidem confluxerant Paganos moraretur; iste, cuius vniuersa erat in verbis audacia, fœdè recessit, & innumeros sua auersione fecellit. Nec sine euidenti Dei creditur accidisse iudicio: vt, quos popularis celebriores fama reddiderat; deterrimos omnium, laborumque impatientissimos, cœtentaret diuina sententia. Nec in huius solum persona id portenti patuit, verum de aliis, quorum supersedebo nominibus, id ipsum claruit: vt quorum inter nos armorum terribilis admodum fuerat & famosa ferocitas, eorum in illo Dominico exercitu, mitior fieret etiam leporibus miseranda tranquillitas. Quod quanto a recto diuersius fuit, tanto magis contemptibile haberi debuit. Si enim hic positi, dum sine iure pugnarent, dum scelestè pauperes præda eisdem fierent, non immoritò planè inter ista, pro animalium suarum dampnatione, timidi fuissent: at vero, vbi omnimoda salutis erat æternæ securitas, ibi profecto fuit criminosa timiditas.

Ad hoc, vt stellæ quoque iuxta Apocalypsim de cœlo cadere viderentur; Petrus ille, de quo supra actum est, celeberrimus Heremita, & ipse in desipientiam versus, excessit: Quo geris hæc Petre confilio? cur non in is imminemor extas? Si Petras con- juit origo Petri solidum quid denique signant, Quid tibi vis meminisse fugæ? facilis rescit petramitus. Siste gradum: veterem recolas heremum, ieiunia præfata. Iuxteris hactenus offacuti, seni radice ruente. Tendere debueras stomachum, pecuas gramine vesci. Qui l

v. I.

v. II.

v. III.

» dapis immodicæ memores? mil tale monasticus ordo, Nihil tua te genitura docet: vel se tua do-
 » gma pulsent. Cui populos ad id angis iter, fieri quoque cogis egenos. Sic præiens modo iura
 » feras, qua quisque descendit tulisti. Hic aliquando fugax cereris, pisces ac vina terebut. San-
 » Et iur esca foret Monacho, porri, nasturcia, napi, Cardamus, atque nuces, corili, rysana, frux,
 » lentis, & herbæ, Pisce mereq; procul posito, frusto tamen addita panis. Hos itaq; piæ ob-
 » sidionis, immò sanctæ passionis refugas, Tancredus vir pertinacis in hoc C H R I S T I
 » negotio constantiæ, persequitur, comprehendit; & vt par erat, nō sine plurima eos
 » contumeliarū illatione, reduxit. Quibus tamen redditum sermone spondentibus,
 » credulitatem distulit, donec fide mediâ vterque pepigit, quod ad exercitus coin-
 » munionem redirent; & Principum iudicio pro militiæ desertione fatagerent. Guil- 10
 » lemus igitur, vellet nollet remeare compellitur; & pro curia magnifici Boemundi,
 » totâ nocte ibidem excubaturus, exponitur. Postero verò die, vbi auroræ fibra
 » recanduit, ante illius viri spectabilis ora inducitur. Cui eo quo merebatur pu-
 » dore suffuso, ita Senior ille proloquitur: Cum, inquit, ubique gentium Francia nomen
 » Regis, inter omnia Regna, maiestate præmineat, cum virtutis atque constantie, post D E V M
 » genitrix integerrimos hucusque viros emittat, te, garrule nequam, & omnium impurissi-
 » me, te suo dedecori ac infamiae tulerat: te amodo, ac si portentum habeat. O bone rerum pa-
 » ter, cuius modi Carpenterium habebamus: qui sicut architectus dolabro lignum; ita lanceis
 » & ensibus triuerit terga Gentilium? Ecce ictuum assiduitate faber idem mille interdiu spa-
 » cas obtudirat; & populos Ethnicorum solus ipse, feriatis nobis exciderat. Vbi est illa fa- 20
 » fluosa rigiditas, & circa Ligerim ac Sequanam innutrita loquacitas, vbi constare dino-
 » scitur parsimonia actus, & crepitat inde sinens loquacitatis tronius? Solus iste laboran-
 » ti poterat succurrere Luna, cum tamen nil efficax, fæde torpens, protendat in opere.
 » Et certè competebat illi tua tanta fortitudini, ut qui gentes Dominica extitisti prodi-
 » tor in Hispania; idem, cæpti honoris hic habiturus cumulum, molireris in Syria. Esto. Pla-
 » nè tibi conueniebat nil aliud agere: & ideo super reatu adeo turpi, largissima venia dona-
 » bero. Iam huius tam irrisoriæ declamationis, Francos circumstantes pudere co-
 » perat; vixque à viro substomacante imperrant, vt sileat. Pepercit improbo inlu-
 » stris viri seueritas, non ignara modestiæ; eo quidem contenta tenore, vt dato pol-
 » liceretur Sacramento, numquam se ab Iherosolimitano resilire itinere, siue pro- 30
 » spera occurrerent, vel tempus obuiaret inopiam: spondet & ipse Tancrenum, qui
 » eum à subterfugio cohibuerat, amicum deinceps fore, si eum viriliter constiterit
 » permanere. His dictis utrobique assensum est. At non multo post tempore Car-
 » pentarius ille mirabilis, qui quondam, in tuto positus, carnifictum se exercere mina-
 » batur in Turcos, sacramenti incontinens, fideique prodigus, furtiuus fugam ite-
 » rare non distulit. Hac autem exercitui ipsi, licet pio, penurias obtigisse nulli mi-
 » rum habatur: cum indubie credi possit, quia diuinæ, quæ eis si bene agerent non
 » deesset, prosperitati, maximis criminibus obliquetabantur. Cùm enim tanta eos vr-
 » geret egestas, & qui que negatis atrociter profligarentur eduliis, si quempiam ab
 » exercitu remotius ire contingenteret, pro pretio exiguo aliquis, non aliis tamen 40
 » quam nostrorum, cum si solum reperiret occideret. Inde igitur ea per omnes in-
 » felicitas bacchabatur, vt vix in tanto hoste mille equi reperirentur: hinc panis uni-
 » uersos feraliter excruciat angustia; quæ tamen non arcebatur, sed aliquos acrius
 » instigabat ad crimina. His verum sibi diuinitus accendentibus flagellis, non du-
 » biuim est multos corundem ad sui recordationem pœnitendo reductos; & de suis
 » desperantes viribus, ad D E I solius subsidium, sub tanta miseria, vnicè postulan-
 » duim, spei instinctu melioris, appulsos. Siebant planè his iam eruditiores euenti-
 » bus, vt quod magis suas attenderent aut copias extenuari, aut fortitudines enerua-
 » ri, eò amplius ad Dominum, cui omnia possibilia crederent, doceremur debitâ
 » x. humilitate subiici. Præterea, quidam quoque ex legatis, nisi fallor, tyranni- 50
 » ci Imperatoris, qui Tetigus vocabatur, & illi obsidioni intererat, vir siquidem gra-
 » uis æuo, sed nalo, quâ nefcio occasione, deciso, & ob id vtens aureo: hinc timo-
 » re Turcorum coactus, illinc famis periculo coartatus, multâ mendaciorum co-
 » ornatione politus, Seniores adorit: Vestram, ô Optimi Duces, excellentiam grandis co-
 » git scire necessitas, quantis intra nos anxietatibus deprimamur; quantis etiam extra ter-
 » roribus stimulcemur. Et cum foris habeantur pugna, intus famis non desistant nos excru-
 » ciare

ciare dolores, nullum usquequa patere videtur effugium; nullum adiacet quod nos faciat respirare solarium. At, si prudentia vestra fore credatur idoneum, detur mihi facultas in Romania partes eundi, & faciam istinc frumentum, vinum, hordeum, carnem, farinam, caseumq; & cetera diversis usibus commoda, cum plurima ac frequenti classe deduci; ac inde sinentem quorumq; venalium per maria commeatum, imperatorio passim praecunte edito, procurabo institui. Equorum, & si que sunt aliae animalium atque vegetalium utilitates, omnis vobis per terram, Graecorum prouincia deportabit: Imperator ipse, quem vestra latuit hucusque penuria; ad deferenda indigentia tanta subsidia, summo perè ubi compererit properabit. Et vobis sacramento astruam quod haec, ut dixi, omnina fide perseveranti compleam: que etiam cum explicuero, cæpta huius obsidionis laboribus me nullatenus representare timebo. Quod si vestrum contubernium, famisq; participium me detrectare veremini, ecce tentoria mea; ecce remansuri sunt apud vos necessarii mei, quos et si ad tempus relinquero, in finem contemptissime non potero. Dixit, & procerum aures multæ lenocinio circumlocutionis illexit. Igitur ille recessit omnino non veritus crimen quod in eum, turpiter dum pteraret, incessit; nec unquam deinceps ad id quod sponderat, cuncta mentitus, accessit. Itaque in tantum eos cœperat instantia hostium visque constringere, ut nostrorum nullus, pro quicunque negotio, præsumeret papiliones suos aut communia castra excedere. Ad hoc omnino miserabilius eos inquietabat domestica, & rabiei similiuna pestis inediæ. Si enim, ut ait quidam, nihil illâ fame molestius que extorquetur inuito: quas torsiones æstimamus passos, quibus continuè crucibus addictos, qui nullâ spe ad modicum, vel falsâ, relevati, illis verè in expugnabilibus muris quotidie adsidebant? Vulgus autem, pauperie omnimodâ exesum, per diuersas oberrabat prouincias: alii Cyprum, Romaniam aliqui, quidam per montana vagari, victus insufficientia coangustante, iam cœperant. Porro viam maris, occursus ubique Turcorum creber occluserat. Nusquam denique patebat nostris exitus. Audiens interea Boemundus innumera Turcorum agmina nostrorum superuenientia castris, Principes alios aggreditur, dicens: Cùm tanta iam nostri paucitas exercitus habeatur, ut vni confiendo certamini tenuis iam ac insufficiens videatur, nedum ad duo exercenda prælia bifarjam disparetur: retractandam nobis est, si à nobis, cum qualcumque exercitu, Turcis obuiam ingruentibus iter, quis huic ciuitati obsideri cæpta, impugnator interim, quis tabernaculorum nostrorum defensor relinquitur? Si ergo vestro ratum videtur arbitrio, delectam optimorum partem peditum, ad custodiam urbis destinemus obesse; equites vero, quasi fortiores, Turcorum insanæ comparari debere censemus. Dixerat, & nulli Principum ab eius dissensere consilio. Iam hostium examina iuxta Castellum vrbi contiguum, quod vocabatur Areg, Castra posuerant, trans pontem Pharphareum. Dies erat proliuis ad vesperum, & omni Boemundus citatâ militiâ de castris egreditur, & properans inter flumen adiacenterque lacum castrametatur. Vbi mane inclinavit, celerrimè exploratores dirigit, ut Turcorum quantitate perpensâ, qualiter se agant, & ubi commaneant, festinent renuntiare matrius. Paulò processerant, hostesque quorum personabat aduentus, querere cœperant, cùm ecce infinita eorum cernunt emergere examina, per duarum acierum legiones disparata; retro verò eorum pedetentim multitudo subsequebatur maxima. Quibus prospectis quantocius regrediuntur: Hostes, aiunt, iam imminent, viderote ut fortes vos & paratos inueniant. Ad haec Boemundus, suis in CHRISTO fratribus ac commilitonibus excitandis, eloquitur: Victoriarum vestraram, o optimi milites, creber euentus, non parue vobis ministrat occasio andaciae. Fidei hactenus contra perfidiam bella gestis; & inter omnia discrimina felices exitus habuisti. Delectare vos profecto iam debuit CHRISTI fortitudinis sepissimè euidentis experimentum: præsertim cùm certo certius noueritis, in illis qua potissimum urgebant præliis, non vos pugnasse sed CHRISTVM. Qua ergo valeat vestra menti, pro incursu aliquo, desipientia desperationis inrepere, quos, malâ nulli hactenus attentata, Domino sublevante, euadere, quibus triumphos homini impossibiles contigit prouenisse? in tantum iam precor, apud vos fides

XII.

XIII.

XIV.

experta proficiat, ut nulla vobis humana deinceps fortitudo resistat. Hac itaque animos tu-
 tiores efficite, cautè procedite, & C H R I S T V M vestra, ut affolet, vexilla ferentem, totā
 mentum acrimoniam consecutari nunc, & conclamare curate. Quibus fideliter ac viti-
 dē circumspeteque se acturos acclamantibus, & acierum quoque suarum eidem
 distributionem, vt pote bellorum expertissimo credentibus, iubet idem Boemun-
 dus quemque Principum appendices suas sibi colligere, & propriam singulos a-
 ciem ordinare. Sex igitur, vti dixerat, aciebus expositis, ad peruadendos hostes
 factis singillatim cuneis, cum summa cautela quinque procedunt. At Boemun-
 dus, cuin suo agmine, ad ferendum, si necessitas incubuisse, subsidium, posterior
 sequebatur. Nostris itaque, hoc modo distinctis, dum animis spirantibus stipati,¹⁰
 confertissimè graduntur ad prælium, alter alterius latete tacto solicitabat socium:
 vt nullus, quantum spectaret ad cuiusque personam, pateretur claudicare confli-
 ctum. At vbi res manibus agi coepit. Nec morā, curvatis adeunt hastilibus hostes,
 Cumq; calent animis, & equos calcaribus urgent, Ac virobique feris quatitur clamoribus
 ather, Concurrunt acies, torserunt spicula Turci. Francigena impactis terebrarunt pectora
 telis. Ictibus ensis hebes fuerat, fecere fragorem Collisi cabes: molitur vulnera ferro, Qua
 sit obscenum rapidissima dextra cruentum. Ac si cornicum videas examina mota, Et vel-
 ut immodico processerit agmine turdus: Sic cœlesti iubar tunc protexere sagittæ, Aëra den-
 santes iaculorum grandine cæcum. Arma crepant & equos rapit impetus, asq; retinnit. Ca-
 sa dolent, victoria gaudent, diffossa vox it. Vbi vero totum pondus exercitus quod²⁰
 primas subsequebatur acies, atrocissimo illi certamini se infudit, cœpit nostrorum
 graui hostium impetu acumen obtundi; & eorum proficiente numero, à pro-
 posita virtute parumper inflecti. Quod Boemundus attendens; qui custodias re-
 trò auxilium latus obseruat, multæ animaduersionis motu infreñdit. Comi-
 tem stabuli ergo accersit suum, Rothbertum quendam scilicet, Girardi filium, illo-
 que dirigit: Vade, inquit, utere iam nunc magnanimitate quâ debes, & qua rando negotio
 competit, & assumpti huius intentionem tibi propone laboris, dum causam nobis & tibi
 fore noueris totius Christianitatis auxilium, Iherosolymam D E O redimere, ac eius libera-
 re Sepulchrum. Nec minus tibi constat, diuinis potius adiumentis id operis administrari,
 quam humanis. Age itaque & tuam patienti C H R I S T O, iam defer audaciam, nec tam³⁰
 opportunus te segnem locus inueniat, quem tuo forsitan Dominus honori præparat. His
 concitus ille sermonibus, totâ Domino mente innisus: Exilit, & densas dirimit mu-
 crone cateruas: Signa Ducus prefert, quæ sic diuersa veretur, Vt sibi dum præeunt pars
 nostra vigore leuerur. Non igitur secus ille furit, quam fortibus orba. Affolet ereptis, obie-
 cit necare leana. Mucro vias aperit, confertum diffidit agmen: Obvia contaderat, cu-
 neum docet ire sequentem. Hinc itaque nostri, dum Boemundi non incognitum si-
 gnum sibi in nullo vacillare conspiciunt, & prædictum Stabuli Comitem tantâ in
 Turcos animositate bacchari, resipueré simul, tantaque hostes violentiâ propulere,
 vt solius fugæ cogerentur sperare præsidia: Nostri denique fugientibus instant;
 & dum sine ordine properant, præcipites actos usque ad Pharpharici pontis an-⁴⁰
 gustias, cædere ac detruncare nō cessant. Quâ Turci cæde susceptâ, castrum, quod
 Areg superius nominaui, subintrant, omnimodis spoliant; ignem municipio ei-
 deim subiiciunt, numquamque deinceps ad id reddituri diffugiunt. Armeniorum au-
 tem, Syrorumq; gens perfida, qui inter utrosque populos medii, præliorum aucupa-
 bantur exitus, vt cui cessisset victoria, illi potissimum inhærerent: dum Turcos in-
 feriores attendunt, aggrediuntur quæque semitas obsidere, & Turcos prætereun-
 tes perimere. Igitur ex hiis quæ hostibus detracta sunt victis, crudelis nostrorum
 indigentia illa conualuit, equis & sumptibus subleuatur; ab ipsis insuper, euentu
 triumphorum crebrescente secundo, Turcorum feritas contemptitur. Vnde &
 post victoriam, centum eorum qui bello occubuerant capita præciduntur, & ad⁵⁰
 Turcorum, qui obsidebantur exanimationem, ante muros Antiochiæ suspendun-
 tur. Est autem consuetudo Gentilium, vt cæsorum capita ad indicium victoriae re-
 seruare ac ostentare soleant. Interea dum haec peraguntur à nostris, Babylonicus Im-
 perator legationem ad Principes nostri exercitus direxerat, per quos de his quæ er-
 ga Turcos egerant eis gratulabundus extiterat; pariter quoque, & si falsò, spopon-
 derat, quod Christianus fieret, si gens nostra Turcis ea quæ de eius Imperio diri-
 puerant ademisset, sibiique restitueret. Diximus plane Babylonicum Imperium
 longè

longè potentius Regnis Orientalibus extitisse; sed Turcos armis animisque fero-
ciores multa eius vñsurpassè. At hii qui vñ obsidenda relieti fuerant, & ipsi quo-
que cum cinit. atensibus acerimè contlixerunt, non modò vno in loco, sed ante por-
tas ferè omnis eius vrbis. Dies autem triumphi huius quinto Idus Februarii, pri-
die ante iejunii caput. Nec id iniuriā, vt qua die ante ipsa iejunia debentur Chri-
stianis epulæ, eā, quam potissimum affectabant, hostium iniquorum saginarentur
cæde. Franci igitur, tantæ victoriæ feruente tripudio, votorum multitudine Do-
mino cooperatori gratulantes, non sine plurimo prædarum fructu, ad castra re-
cedunt: Turci verò impatientes præ pudore videri, cuniculis & cuncis, si vale-
rent, regredierentur in patrias.

Denique maiores exercitus, dum crebrò perpendunt plurimas se perpeti ab his qui obsidebantur incursum indignitates, co-

acto Concilio diffiniunt: vt antequam aliquam quoquis casu suæ militiæ minora-
tionem patientur, ad portam vrbis, vbi eorum fanum habebatur, vbi quoque pon-
tem constat haberi, castrum constituant, vnde aliquantis per hostium tempta-
menta restringant: cui eorum sententiæ, cuncti sunt iuniores assensi. Ad hæc San-
cti Egidii Comes primus intulit: *Ego, inquit, stipendiis fulciam; idemq. seruabo castellum:*
tantum mihi opitulamini ad ædificandum. Cui refert Boemundus: *Si libitum vobis sit,*
Ipondeo me iturum cum Comite isto, qui sè præobtulit, ad portum Sancti Simeonis, vbi
*pariter eos tuebimur, qui huic insistent operi: Residui, obsidioni operam dent; nec hostes vr-
bis portas excedere snant.* Comes itaque ac Boemundus ad Sancti Simeonis, vti pro-
posuerant, procellere portum. Hii verò qui remanserant, castellum instituere fue-
rant aggressi: sed Turci huius ædificii principia vehementissimo impetu turbauen-
runt. Repentino ergo nostros peruidentes incursu, terga eos vertere coegerunt,
plurimos occiderunt; diem Francis lugubrem intulerunt. Comperiunt postridie
Turci aliquos Principum obsidioni deesse, & quod ad portum Sancti Simeonis
abissent: multo apparatu se instruunt, atque à portu redeuntibus subito occurunt.
Cumque Comitem ac Boemundum cum militari frequentia aduentare conspi-
cerent, coepere stridores & garritus fædè nimis conclamando emittere: vndecum-
que nostros ambire, iaculari, sagittare, vulneribus etiam inflictis truculenter occi-
dere. Tanta namque fuit eorum intuptionis acerbitas, vt nostri vix elaberentur

per contigua montana præcipites, & quaqua versum patere potuisset excessus.
Qui potuit aliquâ volucres, vt sic dixerim, equos celeritate prætergredi, euasit: si
quem Gentilis alacritas repertit segniorem, occupuit. In hac tantâ, quæ putaba-
tur, calamitate, nostrorum millenarium mortui superauerant numerum: quos fidei
testimonio probables, iuxta Apostolum, inuentos, gloria post necem exceperunt 2. Tim. 2, 15.

40 Efferatis itaque omnium super suorum internecione animis, & CHRISTO amar-

rissimis fidelium singultibus prouocato, eos qui tanta sibi incommoda intulerant
vnanimitate inuasuri, ad prælia loca perueniunt. Stabant hostium cohortes, de re-
cens acta victoria, è regione securæ, æstimantes istic se itidem effecturos quæ cum
Comite & Boemundo se egisse iactabant. Verùm malignis de nequitia proponéti-
bus, benignus DEVS pie disponit quæ debeat remedia præstare inerentibus. In-
signes ergo viri, dolore fratrum interfectorum compassionis adacti, signo Cru-
cis Dominica frontibus animisque præfixo, vniuersa in illos virium suarum col-
latione funduntur. Quorum illi vñanimitate perpensâ continuò cedunt, & ad

50 transiunt multitudine dum fugia præproperat, & cum peditum equitumque cu-
neus, spatio sc̄le breuiore coaggerat, suum quisque comparem, dum nititut præ-
teruolare, præcipitat. Nec nostris super isto vigilantia deerat: vt vbi vulgi fugi-
entis frequentia densescere videbatur, ibi non de vulneribus sed de præcipitio a-
geretur. Quod si quis aquis immersus, aut per pontis columnas rependo, aut ma-
nibus enatando ad aridam conaretur emergere, illicò à nostris, ripam fluminis
ambientibus, medias vndas cogebatū absorptus insumere. Tanta autem huius
iedibitio cædis extitisse cognoscitur, vt Pharpharis vnda potius cruoris quam la-

xiv.

tici putaretur. Tantis ibidem victi vñtoresque concrepucre clamoribus; tanta pereuntium & perire cogentium, tamque terribilis vocalitas serebatur, vt pul-
sari strcpiibus cœlorum supremitas crederetur. Crebris telorum iactibus, cœte-
risque missilibus siebat nubilus aër, globique solaris claritas, iaculorum errantium interstitio tegebatur. Mulieres vrbis indigenæ, Christianæ quidem, circa muri propugnacula spectaculo huiusmodi pascebantur: & dum Turcos perimi, tot æru-
mnis addici prospiciunt, à facie ingemunt; sed auersis vultibus Francorum pro-
speris cuentibus latenter applaudunt. Cogebantur autem Armenii ac Syri, cùm
essent Christiani, sagittas ad nostros emittere; quidam autem ex ipsis, & idipsum
faciebant sponte. Occubuerunt siquidem istic duodecim de eorum primoribus
viri, quos verbo Caldaico *Satrapas*, secundum eorum barbariem *Admirauisos* di-
cunt; aliique quamplures, de magis præditis ac solertioribus ipsorum personis,
quibus tota incumbebat defensio ciuitatis: qui ferebantur mille extitisse quin-
genari. Qui verò huic residui fuere exitio, nostris vti consueuerant insultare de-
sierunt: nulla eorum garrulitas, nil deinceps scurrile apparuit: dies ista diuturnum
illorum gaudium mœrore mutauit. Ergo superueniens nox, vulgus vtrumq; diremit
„Desliterantq; manus, animis agitantibus arma. In tantum autem hæc nostris profuit
victoria, vt numquam vterius tantum roboris ac virium viderentur habere; eo-
rumque vox contisceceret irrisoria. Porro etiam multis, quorum nostros nece-
ssitate constabat vrgeri, affatim refecta est, D E O propitio, indigentia. Postero igi-
tur die cùm diluxisset, Turcorum aliqui de vrbē prodeunt; mortuorum suorum
cadauerā colligunt: quædam quidem repperere; alia verò, intra fluminis alueum
euceta disperiēre; & quæ inuenire contigit, ad fanum suum quod *Mashoma-*
riam vocant, vltra pontem Pharharicum sepeliēre, ad portam Antiochiae. In
quorum tumulis reposuere pallia, Byzanteos aureos, sagittas & arcus; plura-
que alia vñsilia, quæ exprimere supersedimus. Quarum inferiarum cùm ad
nostros deuenisset notitia, funestum cimiterium illud, multo armorum fre-
ti apparatu, adeunt, fractisque sepulchrīs erui corpora exinde præcipiunt, fa-
cta que congerie in cuiusdam foueæ ima deuoluunt. Quorum capitibus tamen
amputatis, ad sua ea deportari fecerē tentoria: quatenus eorum qui occubuerant,
supputatio haberetur certa exceptis quatuor equorum oneribus, quæ asportau-
erant Imperatoris Babylonici legati, patratæ scilicet contra Turcos victoriæ testi-
monia. Quæ Turci attendentes, multo ægrius tulere de expositione cadauerum,
quædam tulerant super interfectione ipsorum. Non enim iam mœstitudinem, modestis
fletibus temperabant; sed pudore recusso, eiulatibus prædicabant. Tertiâ abhinc
dic castrum præfatum ædificare cœperunt: ex his videlicet lapidibus quos fractis
Gentilium farcofagis tulerunt. Castro denique explicito, cœpit iam ciuitas quæ
obsidebatur artari: in tantum vt is, quem pridem habuerant, iam inciperet tumor
omnino reflari. Nostris autem libera quoquis eundi aperiebatur facultas: montano-
rum etiam, quondam difficiles, opportunas deinceps habuere ad quærenda victua-
lia semitas. Igitur omnibus quaqua versum viis Turcorum utilitati præclusis, quæ-
dam pars à flumine, vbi castrum, & iuxta castrum sita erat Ecclesia, possibilitatem
exitus siue introitus adhuc præstatæ videbatur. Quod si quidem castrum, cùm
nostræ esset partis, si fuisset à nostris integrè communictum, frustra iam hostium a-
liquis prodeundi libertatem præsumeret attentare. Concilio itaque proceres
coacto, id repperere consiliū: vt vnum ē suis eligant qui custodiæ præficiatur, sol-
licitè muniat, fideliter tueatur, quatenus omnis Paganorum oberrantium per
montes & campos excursus, omnimodis abstineatur: aditus verò vel exitus vrbis
nihilominus abscidatur. Cumque persona tanto negotio passim per Princi-
pes disquireretur idonea, *Tancredus* ille, qui in bellis Dominicis titulum sagacis-
simæ iuuentutis nunc usque meretur & meruit, propriæ viuacitatis impatiens,
illicè erupit, dicens: *Si scirem pro tanti laboris instantia quid mihi imposterum vti-
litatis obtingeret, ego sollicitudine competenti, domesticorum meorum contubernio ful-
tus, idem castrum satagerem roborare; & vias per quas hostes nostri procedendi so-
lent habere licentiam, D E O auxiliante, conabor occludere.* Cuius Principes bene-
uola illatione gauisi, spondent continuò se eidem præbituros quadringentas mar-
chas argenti. Ægrè tali promisso, quia ad quantitatem studii videretur exiguum,

Tancredus

Tancredus assensit: at tamen, si desisteret ne deputaretur inertiae, equitibus atque clientibus qui sibi familiariter adhærebant, confessim & indubitanter assumptis, dominium castelli obtinuit; facultatem egrediendi extra vrbis portas, hostibus abstulit, maximamque eorum quæ ad equorum pabula pertinent penuriam, lignorum etiam cæterorumque utilium, plurimam raritatem indixit. Itaque vir egregius, perseveranter commanere delegit ibidem; & subtractis commentibus coepit circumcingere, immò obstruere omni vigilantiâ ciuitatem. Ipsâ autem die quâ idem castrum subierat, magna frequentia Armeniorum atque Syrorum per montana veniebat, quæ obsessæ ciuitati diuersorum alimentorum stipendia conuehebat. Quibus optimus ille eques, vt officii cœpti prosperos haberet euentus, non tam forte, quam D E o ingerente, fit obuiam; & apprehensis multam frumenti, vieniatque olei, aliorumque non minus necessariorum diripuit copiam. Ne iam vir bonus conqueri potuit, cum tam pio exerceretur negotio diuinitus sese oblitum, sed in hac quamprimum fortuna edidicit, quod, neque vñquam nimè corporalibus indigeret; & deinde fructus æternitatis, post ipsa carnis subsidia, sibi non deferset ad Dominum. Erat itaque Turcis, quolibet extra muros eundi, siue gerendi, penitus circumclusa potentia: hisque quæ infra vrbis mœnia reperiri poterant, cogebantur esse contenti, donec caperetur Antiochia. In hac ipsa obsidione magnus Christianæ legis extitit vigor, vt si aliquem quibuslibet conuinci criminibus constitisset, acerrimæ sententiæ principium exercitus iudicali censurâ succumbere. Præter hæc autem, specialiter corporalis impudicitia flagitia iubebantur viciisci: nec id immerito. Qui enim penuriis ambiebantur atrocibus; qui quotidie hostium, nisi D E v s protegeret, videbantur patere mucronibus, his profecto nullus rationabiliter debuerat ingeri petulantia cogitatus. Ex quis ibi esse poterat aditus voluptatis, vbi erat inde sinens suspicio mortis? Vnde siebat, vt ibi nec mentio scorti, nec nomen prostibuli toleraretur haberi: præsertim cum pro hoc ipso scelere, gladiis, D E o iudice, vererentur addici. Quod si grauidam inueniri constitisset aliquam earum mulierum, quæ probabatur carere inaritis, atrocibus tradebatur cum suo lenone suppliciis. Contigit interea quendam prædicatissimi omnium Cœobi Monachum, qui Monasterii sui claustra fugaciter excesserat, & Iherosolymitanam expeditionem, non pietate sed leuitate prouocatus, inierat, cum aliqua somnia ibi deprehendi, igniti, ni fallor, ferri iudicio conuinci; ac demum, Podiensis Episcopi cæterorumque præcepto, per omnes castrorum vicos miseram illam cum suo amasio circumduci, & flagris nudos ad terrorem intuentium dirissimè verberari.

Adhæc etiam vt patientiores ad penurias, circumspectiores ad vitia fierent, præfatus Podiensis Episcopus multifariam exhortationi vacabat: nec ullus dies Dominicus, aut festa apud Christianos transigebatur celebritas, quâ non per quosq; castrorum angulos diuinorum verborum prædicaretur auctoritas. Iniungebatur autem id, si qui forte interfuerint, ab eodem præsule, Episcopis, Abbatibus, aut clericis calibus, quæ videbantur eruditiores, personis. Dignum autem relatu inhi videtur, quoniam se operi nostrō Abbatum normen immersit, quendam ibi extitisse Abbatem: qui cum huius viæ adhuc inter nos tractaretur initium, & se competens tanto itineri non habere compérisset prætium: illud Crucis signum, quod vestimentis ex aliqua materia factum apponi consueuerat, ipse nescio sibi quo artificio mediâ in fronte præsculpsit: vt non modo pictum, sed millitaris stigmatis instar ferro esset inflictum: quo facto, vt fraus mendacio firmaretur, ab Angelo sibi per visionem illud celebravit impressum. Nec spei huius qualiscumque defuit fructus, nam id cum subintellexisset indocile & nouarum rerum cupidum vulgaris, plurimis hominem in sua & extra suam regionem prosequutum est muneribus. Nec tamen poterat argutiam sollerter insipientium, talis latere fallacia: cum patenter virus extillare videretur Crucis ipsius violenter inscripta lineola. Is tandem profectus, cum Antiochenæ obsidioni interesset, quæ mendoza confinxerat, licet ab aliis iam dudum depresa, aperuit; & lucri intentionem non tacuit. Qui quidem honestè se habuit, & dominico exercitu multa documentorum gratia profuit. Æmulationem quippe D E i habuerat; sed non secundum scientiam prorsus id egerat: in tantum autem eminuit, vt capta Iherusalem, beatæ

Mariæ Ecclesiæ, in valle Iosaphat positæ, Abbas præficeretur; ac tempore succedenti, Cæsareæ Palæstinoruim metropoli, Archiepiscopus crearetur. Illud autem constat esse indubium, quod, nisi diuini verbi creberrima eis ministrarentur solatia, numquam inter tanta famis bellorum que discrimina, adeo perseuerans eorum extitisset patientia. Vnde quoslibet vitâ probos, scientiâ præditos, non minus, immo magis, inter eos valuisse dicimus, quam eos qui arma ipsa propriis contra hostes tractauere manibus. *Qui enim animo defectum admonitione consolidat, maior profectio eo est cui vires suo hortatu præstat: præsertim cum hii qui comonitores erant, eidem tolerantiae in omnibus communicarent.* Quid de illis ad ultimum dicam, qui in hac ipsa expeditione diuersis in locis Martyrii professione sanciti sunt? Quid, quod non modo sacerdotes, non litterati quilibet, sed viri militares, & quique plebei, de quibus nulla poterat fore confessionis spes, ad huius sortem gloriæ asciti sunt? Multos etenim captos ex his à Paganis audiimus, qui cùm iuberentur fidei sacramentum negare, maluerunt capita gladiis exponere, quam fidem, qua semel imbuti fuerant, Christianam prodere. Inter quos, specialiter quem referam elegi unum, militarem equidem virum, genere nobilem, sed præ omnibus suæ cognitionis & ordinis hominibus quos nouerim moribus magis insignem. Hunc, à puero mihi cognitum, secundo vidi adoleuisse ingenio: præsertim cùm ex eodem quo & ego municipio oriundus extiterit, & tam ipse quam parentes eius, parentum meorum beneficia tenuerit, eisque hominum debuerit; vna mecum creuerit, mihique ad integrum vita eius studiumque patuerit. Cum enim equestri iam præminuisset officio, armorum fuit singularis titulo; sed omnis petulantiae immunis à vitio. In *Constantinopolitani Imperatoris*, scilicet *Alexis*, celeberrimus palatio: nam in eius obsequiis, consueuerat peregrinari sedulò. Qui quidem quantum ad suum spectabat modulum, cùm esset in exteriori benè fortunatus copia, adeo largus habebatur in eleemosyna, in tantum frequens circa diuina mysteria, ut non videatur militis sed potius antistitis eius vita. Cum enim eius recolo iugitatem in oratione, pietatem in verbo, benignitatem in munere, sanctæ eius nimium aggratulor intentioni; sed non minus ingenio meæ. Talem enim ipsius sum expertus actionem, quæ meruerit, non aliud quam Martyrii finem. Glorior certè; & gloriari possunt quicumque illius consequi potuere notitiam, non præsumo dicere amicitiam: quia quisquis eum vidit, proculdubio Martyrem vidisse se nouerit. Is planè à Paganis captus, cum cogeretur *C H R I S T I* negare fidem, inducias expetiit à perfidis usque ad proximum sextæ feriæ diem: Cui cùm libentissime annuissent, æstimates eum morosiori retractatione mutandum; accedit demum, ut dies præfixus adesset; eumque furor Gentilium vrgeret, quatenus eorum sententiae cederet: dixisse fertur. *Sic circa gladium me impudentem distulisse putatis, ut horum dierum mihi lumina parua luctarer; & non potius ut ea ipsa die qua Dominus meus I E S U S C H R I S T U S crucifixus est mori mihi contingere, dignum est ut euident fiat, quid mens Christiana cogitat.* Insurgite ergo, inquit, & quo vultis me exemplo occidite: tantum ut ei, pro ipso interemptus, animam meam restituam, qui pro generali omnium vita hodie impenderit suam. His dictis, gladio imminentि subiectum protendit iugulum; & cæso capite, transmittitur ad eum, cuius similitudinem mortis inhauerat, Dominum. Is vocabatur *Mattheus*: verè, iuxta interpretationem sui nominis, non alii quam *D E O* donatus.

EXPLICIT LIBER QVARTVS GESTORVM DEI
PER FRANCOS.

IN C I P I T

INCIPIT LIBER QVINTVS.



PVS C V L I huius mei, præter spiritualem, si quis tamē futurus est, frumentum, ea intentio est ita me velle dicere, vt ab alio, si eadem scriberet, mihi referre voluerim. Talis namque animo meo voluntas adiacet, vt sit magis suboscurorum appetens; rudium verò & impolitè dictorum fugitans. Ea quippe quæ meum exercere queant animum pluris apprætior, quām ea quæ captu facilia, nihil memorabile audo semper nouitatis largiuntur ingenio. Ego planè cum plura scripserim & scriptitem, ita omnes extrusi ab animo, vt mihi soli profutura putem; nulli alii placitura curem. Opinionibus itaque omnium supercedi: ideoque mei securus aut negligens, præstolor me quorumlibet verborum verbere cædi. Prosequamur igitur cœpta, & quanimiterraque toleremus hominum nos dilatraci iudicia. Quæ facta sunt in Antiochena obsidione, ne minimi relatu possibilia existimamus: quia inter eos qui ibidem interfuerunt, nullus profectò potuit repperiri, qui cuncta, quæ circa eandem urbem agi potuerunt, valuisse peruidere; & ita ad integrum comprehendere, sicut se habet ordo gestæ rei. At quoniam ea quæ passi sunt in penuriis, bellorumque diuersorum casibus, summatim perstricta sunt, amodo videtur idoneum, vt ad quem finem obsidendo deuenerint, quemque fructum tanti laboris habuerint, vt cumque carpamus. His diebus, nocte quadam rutilum in modum ignis super exercitum nostrorum emicuit; & specie, haud ambiguâ formâ, pariter exhibuit crucis. Quod, quique illic sapientium, incendium, ad bella retulere futura: vbi tamen esset, quod crux videretur innuere, certa salus & successura victoria. Quidam de primoribus, qui urbi præsidebant, Turcis, vocabatur *Pirrus*: qui familiaritatem *Boemundi*, quo nescio pacto, noctus, cœpit intercurrentibus nunciis crebrius eius visitare colloquium; & mutuò super his quæ & hinc & inde gerebantur communicabant sæpius ambo consilium. Interea soliditati amoris, per assiduitatem colloquii, gliscetæ fiduciæ; paulatim Boemundus suggestere ei aggreditur, quatenus Christianæ ditioni subiiceret urbem, cui dominari ei plurimè ex parte constabat, suadens etiam vt Christianismum susciperet: spondens nihilominus, si hæc duo fieri adquiesceret, quod multum ipsi quæstum, cum potiori honore quām ibi hactenus obtinebat, impenderet. His promissionibus ille non semel, sed multotiens sibi ingestis, tandem lenocinante emolumento, consensit; eiisque huiusmodi mandata direxit: *Trium, inquit, turrium custodia præsum: ipsas tuo tradam dominio; quaq, horâ tibi collibuerit & oportunum fuerit, te in ipsas, vel quos volueris, gratanter admittam.* Hæc spes quam maxime attollere cœperat Boemundum, & dum securius præstolatur ciuitatis introitum, conceptam mente lætitiam vultu præferebat eximio. Verens igitur, ne cùm ille proderet ciuitatem, aliquis nostrorum sibi Principum totius principatum ciuitatis eriperet, callidè exercitus seniores adoritur. *Non latet, ait, vos, o excellentissimi Comites, quas inedias, quos algores, quamq, truces excubias, hanc urbem obsidendo tulerimus: cunctisque personis magnorum, minorum, atque mediocrum incumbere aequaliter dinoscitur ferale fastidium, nullumque patere remedium.* Consilio itaque apud vos habito, quæso perpendite, an huius urbis dominium unicilibet nostrum obtinere sinatis, si alicui contingat istius prodictionem fieri ciuitatis. *Misi autem videtur non incongruum, ut si seu vi, seu clam, seu præcario quisquam eius obtinebit ingressum, illi procul-dubio ab omnibus concedi urbis debere dominium.* Ad hæc Principum sententia longè diuersa extitit; & eius opinioni severâ fronte restitit, dicens: *non satis esse conueniens, ut ubi pars labor atque metus, non sine prætia maiestate petita sunt, & ubi periculum a quā omnibus lance pependerit, ibi unicilibet, tot tantorumq, dolore questus, debeat magistratus attribui.* Quis enim non iustum esse censeat, ut in quo uniuersorum certamen exstuat, illuc generalis omnibus requies & pars, post victoriam iure perueniat? His Boemundus ægrè suscepit, & graui auditâ trutinans animo, abscessit. Nec mora, peruenit ad Principes, quod ab hostibus eorum innumerabilis Barbararum nationum, ad subueniendum Antiochiæ, conflaretur exercitus: & mutato repente

quāsque anime, ad alterutros, coacto concilio, fabulantur: *Si, inquiunt, Boemundus qualibet techna occupauerit ciuitatem, nos sibi redditam cum patienter habere feramus: ea sibi conditione indita, ut si Imperator, quod pollicitus est prassiter auxilium nobis; & ea que pariter spopondit ac iurauit congruā largitione prosequitur, ciuitas ipsa, nobis tradentibus, iuri Imperatoris cedat; si vero refellerit, in partes Boemundi, sicuti ipse, expetit, tota concedat.* Quo cognito vir ipse clarissimus, iam preces ad Pirrum quotidie, securus ingeminat; & multâ huiusmodi promissorum adulatione circumuenit: *Ecce optime, inquit, Pirre, vides, ad hac nobis efficienda quid opportunitatis arrideat: ne ergo, queso, differas; ne, quidquid communiter utile molimur, si per aliquem, quod absit, detegatur, amittas.* Pirrus, Boemundi legationi congratulans, ope suam non se dilaturum vlo modo, renuntiat. Et, ne virum illustrem reddebet diurna effectus mora suspensum, Pyrrus idem proprium filium latenter Boemundo dirigit, & de verbis dedicatione vt fidenter speraret admonuit: *In castellum, ait, cum primo diluxerit, uniuersam Francica militia manum tubis insonantibus, in unum coge; & quasi depradatores Sarracenorum terras, ut assolent, longiusculè à castris progrederi iube; continuò tamen dextrorsum per montanare uertere.* Ego vero intra ciuitatem, tuum prefestolabor aduentum, tuos absque dubio quos immittere libuerit, in eas, que meo iuri parere videntur, turres utique receperurus. Ad hæc

- iv.** Boemundus, quæ audierat non segniter exequi properat; & accito quodam cliente suo ei præcipit, vt, quasi præconis functus officio, Francorum castra circumueat: quibusque denuntians, quatenus summa se cuncti diligentia præpararent, ac si in terram Sarracenorum procedere debeant. Nec mora, Principis Imperio famuli sagacitas inretractabiliter obsecundat; nec Francorum expeditio obtemperare derretat. Quid apud se lœtæ spei concipiat Boemundus Duci Godefrido, Flandriensium Comiti, itidemque & illi de Sancto Egidio, necnon & Podiensi Episcopo denunciat: iamque tutior ex sponsionibus Pirri, fatetur sibi Antiochiam cā nocte tradi. Ea igitur exercitu, qua diximus, ordinatione disposito: militares eisdem viri, per campestria obambulare iubentur; peditum frequentia, per montana processit. Totâ itaque nocte proprium iter expediunt, & antequam pareret auroræ crepusculum, pro turribus, quas ille felix proditor peruigil excubans obseruabat, adsistunt. Ibi Boemundus de equo desiliit, & Francis insolita iam auctoritate intonuit, dicens: *Procedite, & ab ea, quam dudum paſsi estis inquietudine, respirate: praerectam vobis scalam confendite; & ne diu vos morer, diu exoptatam vobis Antiochiam capite: quia quæ pridem Turcis subiacuit, vestra in proximo, si DEVIS annuerit, cedet custodia.* Ad scalam Franci perueniunt, quæ mœnibus ciuitatis innixa, & ad eadem fortiter illigata, sexaginta illico hominibus ascensi præbuit, quibus intra turres exceptis, earum ipsis homo custodias delegauit. At ipse Pyrrus, attendens quod adeo pauci ex Francis ascenderent, non tam nostris, vt post modum claruit, quām sibi timidus, verens ne ad sui ipsius pernicieē cœptæ prodictionis trepidaret euentus, seuerissimè ad præsentes Græcâ lingua infremuit: *Parum, inquit, Francos habemus.* Hisque dictis Boemundum vehementer inclamat: negotium nimirum accelerans quod gerebatur, ne ciuibus, antequam Franci conueniant innotescat. At Longobardus quidam ex fanaulis, Pyrrum intelligens de Boemundi absentia conqueri, quam celeriter ad virum qui petebatur properat: *Quid, inquit, adeo stupidè agis? Quid cum tanto languore, tam ardua cœpta prosequeris?* Ecce iam nos trium turrium custodias obtinemus: & tu, huius rei euentus adhuc dubios, quasi contemplaris eminus? Expergiscere, manus admove, media reipsum actioni interfere. Ocio ille festinat cum suis ad scalam, & tam proditoris boni, quām eorum qui ascenderant, erigit intentionem. Confestim, qui subierant illas Pyrrī turres, attendentes Francos vnde cumque confluere, proprium cœperunt cum multo inclamare iubilo signum: *DEVIS ID ID VVLT, DEVIS ID VVLT, DEVIS ID VVLT.* Idem autem magnis acclamant vocibus, qui ascensuri pro mœnibus stabant. Præuenire tunc alter alterum in subeundo scalam infinita cōtentione certabat; & quisque subiectus, vti prius poterat, turres & alias occupabat. Quicunque his obuius extitisset

exitisset, tradebat neci: inter quos etiam occiditur frater Pyri. Interea scala disrumpitur; & tota nostrorum multitudo subterjacens, & quæ præcesserat, graui animorum ægritudine sauciatur, dum superiores, differri sibi verentur auxilium; & infra positi, his qui ascenderant timent detrectare suffragium. Sed industria repperit citò locum. Porta namque ibidem clausa atque contigua, à sinistra parte latet: nocte nimirum præpediente repperiri non poterat, quæ etiam interdiu, loco infrequentí constituta, minus patebat. Palpando tamen, urgente curâ, sentitur, ab omnibus; statim ad eam curritur, fractis repagulis ferisque panditur, Francis irruentibus peruia efficitur.

Audires horribili vniuersam ciuitatem frangore v. 11

confundi; & dum isti de tanti laboris fine coniubilant, illi infperatâ omnino sui omnium subuersione collacrimant: nichil pensi, nichil moderati vsquam, penes viatores viatosque constabat. Illicè *Boemundus*, vt intentam sibi redderet urbem; illud Turcis omnino notabile cognitumque vexillum, coram prospectu castelli, quod adhuc captioni restiterat, (suum vtique) iubet in cuiusdam montis supremitate præstitui. Erat in urbe peruasa, ciulatum enormous immensitas; & dum per omnia fugitantium fit angporta occursus, incitantum viatorum ad cædem, feralis ferebatur ac truculenta vocalitas: & dum recordantur quas pertulerant in eorum obsidione miserias, quas ipsis mortibus acerbiores inedias; omnis quas inferre potuerint, insufficientes arbitrantur eorum reatu pœnas. Puniebatur

Armeniorum Syrorumque, Paganorum cohortibus omni merito exæquata perfidia: quia, quos ad suam ipsorum internectionem, Turcorum adminiculo haud segniter inuigilasse compererant, tandem à supplicii pensione disparare nolebant. Et certè tamen fateor, quia ipsorum innumeris pepercissent, si inter Ethnicos, ac nostræ fidei homines; aliquam habere discrepantiam scissent. In tanta planè confusione temporis atque negotii: nox quippe fuerat; & populandæ cunctos ciuitatis auditas, & morarum impatientia perturbarat: nichil forsitan vestium qualitates discernere, nichil barbarum incrementa permiserant. Nostris autem, in assiduo positis procinctu, fatiscentium genarum maciem horribilis primum situs ambierat; & Francico more, incuria diutinæ peregrinationis, omisso, bar-

bulam quisque rasitare distulerat. Quod Podiensis Episcopus attendens; & ne in mutuas ruerent cædes, si quando uspiam præliari eos contingeret, pro barbarum similitudine Turcos alterutrum se putantes, verens: & crebrò eos radi, & Cruces argenteas, vel cuiuslibet materiei alias, cuiusque collo præcepit appendi, ne alter ab altero quasi alienigena possit intercipi. At hii, qui in tentoriis refederant, dum mane ciuitatenses audiunt vehementissimâ tumultuatione moueri, è papilionibus prodeunt. Boemundi vexillum ante mœnia castelli, nondum capti, celso in monte conspexere præfixum. Currunt properè, portasque ciuitatis irrumunt. Turcos Sarracenosque quos repperere percutiunt: illis tamen à cæde saluatis qui subintrauere castellum. Turcorum verò aliqui,

Francos intelligentes ciuitate potitos, per alias vrbis portas elapsi sunt. Intra urbem autem sexum diuersitas indiscretè perimitur; exiguae spes ætatis excidit: & dum Seniori effecto non parcitur, ambigi non potest quantâ ferocitate iuuentus bellis apta conciditur.

Interea Cassianus qui Antiochenæ præsederat urbi; dum Francorum metuit manus incurtere, fugæ subsidio vitam sibi lucrari desiderans, cum plurimis comitibus, haud procul ab Antiochia in Tancredi confinia deuenit. Sanè dum fugere præproperant, equos suos omnimodis defectos reddiderant; iamque nequaquam progressius ire valentes, in domicilium quoddam diuerterant montanorum: itaque habitatores, *Armeni* videlicet atque *Syri*, vbi suum immanissimum hostem paupere delituisse rugū-

rio, fortunâ eum iam aduersante, cognoscunt, comprehensum, capite truncant; succisamque ceruicem ad *Boemundi* præsentiam deportant: vt exinde penes eum, pro insoliti oblatione muneris, libertatis gratiam obtineant. Cuius balteo vaginaque cultelli sublatis, sexaginta Bizantorum precio vendenda taxarunt. Gestâ sunt hæc *Nonas Junii*, cum quinta haberetur feria. Cerneret ciuitatem cædibus explicitis, intolrandis exundare fœtoribus; fora, plateas, atria, vestibulaque ædium, quæ pridem, multâ æquoris gratitudine, marmoreæ, crustulæ distinxerant, tetricimo iam uniformiter cruore sordebant; infinitorumque cadauerum passim

v. 11

decumbente congerie, truculenta spectacula, aurarumque corruptarum feralitas, oculorum ac narium miserabiliter sensus infecerant. Sternebantur vicorum angustiae corporum strage potentium; & dum nec efferendi tot funera facultas aliqua subiacet, nec tutum à foetoribus diueticulum usquam patet, assiduitas visionis ac spiritus, præ sensibus constitutum decutiebat horrorem. Vnde iam per ipsa cadaue-
ra, quibus stratæ erant semitæ, nemo, *usu probente audaciam*, verebatur incedere.

VIII. Igitur *Curbaran* quidam dictus, Regis Persarum, quem veteri *Sogdianum* nomine, ut Romani *Cæsares* vocare solent, Maior domus, vel potius militiae Princeps cùm adhuc infra regnum Persidis, in illa quam *Corozaniam* vocant prouincia moraretur: (dicunt autem quidam terram circa Caucatum *Corozaniam*, corrupto à ru-
dibus nomine, appellari) à præfato *Cassiano*, Antiochenæ urbis Principe, crebris compellabatur nunciis, quo sibi sub tanta obsidionis angustia posito concurreret: pollicens, quia si Francos auerteret, aut urbem liberatain ipsius dominio contra-
deret; aut subuentio[n]is laborem maximâ impensione munerum exæquaret. Cum-
que admodum grandem iam idem militiæ Princeps, huius spe pollicitationis ille-
ctus, conflasset exercitum; & à summo sui erroris Pontifice, (habent enim & Pa-
pam suum, ad instar nostri) licentiam Christianos perimendi poposcisset, ac acce-
pisset; ad eruendam Antiochiam properare, infinito agmine succenturiatus in-
tendit: Iherosolimorum præfectus (quos barbaricâ illi lingua *Admirauis* vocant)
plurimo confestim exercitu, ipsius aduentantis copias auxit. Itidem Damascenum 20
regem, cum expeditione non minima, suis contraxit auxiliis. Gentes autem illæ,
quas profanus euocauerat Princeps, præter Turcos, Sarracenos, Arabes, ac Persas,
cogniti videlicet apud historiographos nominis homines, nouitiis cœrebantur vo-
cabulis, *Publicani* scilicet, *Curti*, *Azimita*, & *Azulan*, cum aliis innumerabilibus ne-
quaquam gentibus, sed portentis. Eorum siquidem quos *Agulanus* appellant tria nu-
mero millia extitisse feruntur: qui neque gladios, neque lanceas, aut sagittas, nulla
penitus arma formidant, quia omni ex parte cùm ipsis, tū equi eorum ferro adope-
riuntur. Hi nihil armorum prorsus in bellis præter enses usi habent. Curbaran
igitur cum tanto gentium fastu ad Francos ab Antiochia diuertendos contende-
bat. Cumque iam fieret urbi contiguus, ecce Cassiani defuncti filius, *Sensadolus*; 30
vocabulo, obuius eidē Principi affuit, & cū multa ad eū mœstitudine dixit: *Cū ma-
gnatua fortitudinis habeatur celeritas, & tuarum victoriarum ubique gentium incompa-
rabilis procedat opinio, de tuis, ut spero, presidiis neutram, vir inuictissime, mihi desperare
licebit. Dum enim tua nemini videam non valere suffragia, tuaq[ue] p[otes]ta constet ob facino-
rum claritatem reverenda potentia, non mihi pudori est coram te me deplorare infortunia:*
cùm certum teneam, ea quæ exorauero in cassum nullo modo prorsus itura: Meminit gloria
tua quot à patre Cassiano, dum in Antiochia obsideatur, legationes habueris; & quod, dum
ei subuenire deliberas, captam à Francis urbem audieris. nunc interempto parente intra præ-
sidium eiusdem ciuitatis obsideor, eadem procul dubio mihi ipsis præstolans euentura, que pa-
tri cognoverim facta. Si Antiochiam peruerserunt, idemq[ue] plurimis Romania ac Syria muni- 40
cipiis urbibusq[ue] fecerunt, in dubium profecto est, quod & vobis & aliis nostris hominibus
gentis atque locis, identidem facere proposuerunt. Excellentia itaque tua, admotis contra
quam rabidos ausus viribus, excitetur; & omnia occupare volentibus hominum pauperi-
mis, cœpta possiblitas abscidatur. Michi nempe in meis infortuniis, tuorum auxilio-
rum spes suprema restiterat. Cui querimonias exaggeranti ille refert: Si, inquit, vis
ut his tuis instantibus periculis obtem, tuisq[ue] utilitatibus attentius operam dem, oppidum
quod defendis, & pro quo supplicas meæ ditioni contrade; & postquam meis castelli custo-
diam delegauero, tunc experieris quantum pro tuo exercear commodo. Adhæc *Sensadolus*.
Si Francos, ait, michi prorsus interimas; michiq[ue] eorum defecta capita tradas, admittam te
in oppidum; factog[ue] tibi hominio, tui iuri idem seruabo castellū. Cui Curbaran ait: Non ita 50
me cum acturus es; sed continuo castrū trades. Quid plura? Prophani Principis vicit exa-
ctio, & se iuuenis à dominio castelli exponens, illum qui extorquebat, non diu in-
IX. de gausurum, induxit. Tertia postquam Antiochiam Franci inruperant, dies
agebatur, cùm ecce, Turcorum præambuli ante urbis mœnia cucurrerunt: reli-
qua verò exercitus frequentia ad Phapharicū vixit tētoria pontem. Aggrediuntur
ergo quamprimum turrim ponti contiguam, quā magnis expugnatā nisi bus, o-
mnes interimunt quos repperere intrinsecus; nec cuiquam illorum vita inducta
est,

est, præter soli cōrūm domino: quem tamen, exacto postmodum contra hos bello, nostri inuenerunt compeditum ferro. Postridie exercitus properauit ad urbem; ac in medio duūm fluminum castrorum sibi loca legentes, duos ibidem egere dies. Capti itaque castro, cuius præside in vincula coniectum prædiximus, *Curbaran* vnum de suis proceribus euocat, quem sagacem sibi que fidum nouerat, ei que imperat: *Vade, & hoc mihi oppidum, ea qua debes, & de tessero fidelitate defende.* Cui ille: *Imperio, ait, super hac re tuo difficulter obediam: id tamen eius rationis conditione perficiam,* ut si Francis cesserit victoria, detur mihi victoribus castrum tradendi licentia. Curbaran verò: *Eius, ait, consili, constantieq; te nouerim, ut quidquid tibi exinde agere libuerit, securus assentiām.* Castri ergo illius munitione explicitā, Princeps ille funestus ad sua regreditur castra: cui Turcorum suorum aliqui, raptis recens cuiusdam pauperis peditis armis, ad nostrorum ludibrium præ oculis ea ingesserunt; ensem scilicet, diutina rubigine scabrum; nigrum, ad instar fulginis, arcum, & lanceam impolitam, multorum annorum fumo infectam: ei que garriendo dicunt: *Ecce arma, quibus nos Francorum expagnabit exercitus.* Et Curbaran arridens cis. *Hisne lucidis adeo ac fortibus armis, Orientem depopulabuntur? his viribus Caucasi extrema subdentur? easq; fortassis quas antiquitus obtinuere terras Amazones, ac nostri quondam sibi vendicauere parentes, poterunt adimere nobis Franci prorsus inermes?* Dicit; & accito confessim notario, ait: *Scribe quantocius eosdem apiccs per diuersa pitacia, que per provincias Persidis dirigantur, ad Papam videlicet nostrum, ad dominum etiam nostrum regē Persarum, ad praefatos quoq; & cōmilitones diuersarum regionū.* Quorū hec quidē habeatur sententia:

DOMINO REGI MAGNIFICO PERSARVM, PAPAE QVE BEATISSIMO, & omnibus aduersus Christianos sanctam professis militiam: Curbaran sua militiae princeps, Salutem atque victoram. Gratulor summa diuinitati, patres ac Domini, quod tempora nobis gaudiis semper opportuna suppeditat; & victorias de hostibus gentium, ubique ministrat. Tria hac vobis arma transmittimus, que quidem Francis tulimus, ut videatis quo munimine polleant, qui nos à patria exturbare desiderant. Sciri autem à vobis volo, quia Francos qui nobis omnibus minabantur exitium, intra ipsam quam cœperant Antiochiam obfessos teneo: castrum verò quod præminet urbi altrinsecus, è regione obfessorum, posideo. Et cum mea adiaceat ad libitum voluntati aut conclusos trucidare, aut extreme captiuitati addicere; vos interim dum redeam nulla volo nostri causa sollicitudine cruciari; sed scire indubitanter nos eorum omnino dominari. Solito ergo tutius vacate delitiis; laetiora; epularum obsonia celebrate; multiplicatis coniugum scortorumq; ginetis, generi propagando insistite & succrescens filiorum numerus, Christiano, quod iam tum & nomini, valeat obuiare. Testor verumtamen summum, beatissimo Mathomo patrocinante, tonantem, quoniam non ante vestra oculos maiestatis intuear, donec regiam urbem, scilicet Antiochiam, appendiceng. Syrian, Græcos atque Epirotas, quos dicunt Bulgaros, meo sub iure coherceam; Apulos quoque & Calabros ad vestra gloriae incrementum mea editioni subinngam. Valete.

At mater Curbaran ipsius, quæ in Aleph manebat ciuitate, per idem tempus accessit ad ipsum, ei que mœsta suggestit: *Velim, inquit, nosse, & consent, ut dicitur, quæ de te celebravit opinio?* Cui filius: *Quæ illa?* Bellum, inquit, Francis te illaturum astimant. Nihil, inquit, verius. Fili, ait, virorum optime, per ingenitos tibi liberalissimos mores, quæsib; contumaciæ audeam, ne eis pugnam inferas, ne tua detrimentum laudis incurras. Cum enim usque in ulteriorem superioris Indiae Oceanum armorum tuorum claritudo resulgeat, tuisq; præcoriis respondeat ultima Tyle; quare pauperum hominum sanguinibus tuos obducere micrones affectas, quos impetere inanis est pena; & superasse, nulla sit gloria? Et cum reges viles terrere remotos; quid tibi cordi est lassere aduenas miseros? Personas eorum, filii, fateor, merito contemptibiliter ducas; sed pro certo noueris, quia Christianæ religionis admodum præcellit auctoritas. Ideo precor, ne velis attemptare, quod te post modum cœpisse sero doleas. Hæc ille cum audisset, lumine ad eam toruo respectans: *Quid, inquit, tibi aniles texere fabulas: Despis, ut coniicio; & in amentiam verfa, sine intellectu verba prosequeris. Planè pluries urbium a domini mihi militant, quæm ipsi in tota sui exercitus uniuersitate homines exhibere præualeant: & tu, mente delira, astimas, quia Christianæ præsumptiones, testimonia mea virtutis obtexant?* Fili, ait, amantissime, eorum de quibus loquimur hominum uominis fluxi pendeo; sed eorum auctorem CHRISTVM, omnimodis ne abhorreas exoro. Nulla sit eis tecum pugnare potentia; sed DEI ipsorum est, si præstare uelit, certa victoria: ipse suos, & si segnes & ignaos, pro sui solius gloria solet defendere;

- & eorum custodie, quorum pastorem se nouit, immo redemptorem, inuigilare. Putasne quod is qui fidei sue curauit imperia; qui huc usque contra nos dedit eis potiri victoriam, non posset etiam modo, vestra nisi per facilis amoliri molimina? Ipsi namque, ac si DEO a mortuis surrexero, a Patre dicitur: Surge, inquit, D E V S iudica terram; quoniam tu haereditabis in omnibus gentibus. Si igitur ipse terram iudicat, quosdam videlicet a massa perditorum discernit & segregat; alios verò reprobat: & non omnes gentes, sed in omnibus gentibus, partem de toro assumens, haereditat. Audiat prouidentia tua filii, quam scuerus eos punit, quos à sui noxia exortes finit. Ait Propheteta David: Effunde iram tuam in gentes quæ te non nuerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Vos Francos istos, non ideo quia aduenae sunt, vosq; gentiles contempnitis; non armorum obscuritatem, non vitæ mendicitatem abiicitis, sed in eis solum potius Christianum nomen horretis. Et certè is, qui in eis despiciatur, pro eis, cum necesse extiterit, effusa ira præliabitur. Si his prophetico ore promittitur, Psal. 112, 3. quod à solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini habeatur: dum non super Iudeos sed super omnes gentes excelsus prædicatur: & DEI ipsius ore, quæ plebs sua non fuerat, iam Rom. 9, 25. plebs sua; & quæ non dilecta, dilecta vocatur: dum quæ extiterat in Iudeis, in nationes adoptionis gratia transfertur, & in reliquo DEI uultus eorum Iudeorum utique præparatur, quis non demens filios DEI impugnare molitur? Prænunc tibi plane, quia si eos bello aggredieris, ingens tibi incommode infamiamq; parabis; certa militia tua dampna subibis; ipsos etiam spoliorum tuorum fabulatione distabis; tu quoque turpifugâ excedendo laberis. Non te hoc siquidem in prælio, manet interitus: sed certum tamen habe, quia tibi vita comite præsens nequaquam transiet annus. DEVIS enim ipsorum, perpetratum non illius scelus vlciscitur; sed usque dum ipsum permaturuerit crimen, criminosi aliquotiens pæna differtur. Ideoque vereor, fili, ne tua, quod absit, truculentia mortis accrescat, dum protelatur. Ad hæc Curboran, ex materni miraculo sermonis redditur hebes; & de propinquæ nomine mortis, exsanguis & tabidus, infit: Et tu, horum velim scire, quomodo sis consecuta mortis: gentem videlicet Christianam vires huiusmodi contra nos exerturam; nosq; in hoc ipso quod imminet prælio deuicturam; nostra eos spolia direpturos, & quod præsenti anno mortis repentina incidam laqueos. Fili, ait, centum prope annorum tempora decursa noscuntur, ex quo in abditis quibusdam sectæ Gentilium voluminibus repertum constat, quod populus Christianus, bellum nobis inlaturus insurgat, nosq; ad plenum subigat; & quod nunc dominium exercemus; ibi sibi prorsus regna constituat, Gentilitasq; fidelibus subdita fiat. Sed in hoc scientia nostra fuiscatur, quia nescimus, utrum modo, an in longa tempora compleatur. Ego etiam Astronomiam disciplinam diligentiori intentione disquirens, innumerarumq; sortium coniecturas attendens, aquâ omnium collatione edidi, quia à Christianis hominibus nos esset omnino necessæ deuinci. Ideoque præcordialiter tibi indoleo: quia indubium mihi constat, quod ex te iam propemodum orbata remaneo. Mater, inquit, velim mihi differas aliqua, de quibus hasito. Consule, ait, ne dubites: namq; quæ sciero, præsto habes. Boemundus, & Tancredus Dii habentur, an homines, queso, inquit, mater edoceas: & si ipsi Francos in præliis victores efficiant, precor, edicas. Fili, Boemundus & Tancredus, communis uti & nos mortalitati obnoxii sunt: sed quia pro de sua agunt, gloriam clari nominis, DEO eis cooperante, meruerunt. Dominum autem Patrem profitentur, cuius Filium pro se humanatum iidem venerantur; qui tamen idem esse in Spiritu sancti unitate creduntur. Quoniam, inquit, non Deos, mater, sed puros homines nostris simillimos attestaris, nil aliud procul dubio restat, nisi ut faxo prælio comparemur collatis viribus illis. Igitur mater intelligens filium ad bella cum Francis agenda procliuem, & suis nolle consiliis animos adhibere, collectis quæ circâ se repperiri poterant copiis, ad memoratam superius urbem Haleph, de filio suo nimium suspecta, concessit. Tertiâ posthac die Curboran arma sumit; & Turcorum plurima cum eo frequentia ciuitatē adeunt, ex ea parte, qua illud, quod nuper coepérant, captumq; sibi communierant, erat castrum. Nostri autem se astimantes eisdem posse resistere, aciem aduersus illos instaurat. Sed tanta eorum copia extitit, ut nostris obsistendi virtus aut audacia nulla foret. Coacti igitur regreduntur in urbe: quibus agmine glomerato fugaciter portam intra muros, ad eum fuit angustus introitus, ut pluribus accideret letalis, ex mutua compressione, defectus. Quinta erat tunc feria: & quidem extra urbem præliabantur portam; aliquos intrinsecus aduersus oppidanos confligentes, totum constituit in præliis contumaciam, donec vespera sceret diem. Sed quia Christus, qui quondam, etiam nunc quos elegerat nouit: ea nocte quidam qui, ut ita dicam, de eorum genere non erant, per quos salus in Israhel

in Israël veniret, dum se Turcorum exercitu ambiri, dum *Bella diurna* vident, vix non
etis limite claudi, Intremuere, timor penetrauit pectora cassus, Atque sub obtutu mors sola
pauentibus adstat. Funditus ante viros sua vita pependit inertes: Non nisi iam Turcos tre-
pida sub mente tueruntur: Hostili reputant iam se mucrone feriri. Quisque suis ibi subsidium
desperat ab armis. Cogitat ergo fugam: qui contempseré DEI spem, Turpiter obscaenias pro-
fugi subiere cloacas. Dignus eius fuit exitus, qui tale veredis Exemplum dedit agminibus. Re-
ptando fugaces Ad mare perueniunt: manuumq; pedumq; renulsas Amisere cutes: ex eis
carnibus ossa, Abradunt cautes: Pauli Doctoris ad instar, Cui fuga per murum dederat vi-
tare Damascum. Hui sibi concinnas insigniueré latrinæ. Fuere autem, qui recesserant, xv.

1° *Guilelmus* quidam ex Normannia, nobiliter omnino progenitus, cum *Alberico* fratre
qui à primæuo scholis datus clericum fecerat, & postmodum à clero apostaticè ac
turpiter, militiæ amore, desciuerat. Municipium quoque eorum, ex quo agnomi-
nabantur, exprimere, nisi generis eorum amicâ milii contigitate deuictus, pu-
dori ipsorum parcere definitiem. *Guido* etiam quidam, qui *Trofulus* cognominaba-
tur, qui trans *Sequanā* oppidorum dominio potētiaq; clarissimus; genere verò Frā-
cīæ vniversæ conspicuus habebatur, fugæ illius insignia vexit. Exitere & alii huius
sanctæ militiæ desertores: qui cum in patriâ repedassent probro & execrationi ha-
biti, vbiq; conclamabantur infames: quorum quidē aliquos ignoramus; quibusdā
verò, quoruin in promptu notitia est, derogate noluimus. Ad portum itaque xv.

2° qui dicitur *Sancti Simeonis* deueniunt, naues nautasq; repperiunt; nauitis inquiunt:
Quid hic vobis praestolari infelices? Illos omnes quibus victualia conuehere solebatis, morti no-
ueritis destinatos: urbem enim ipsosq; intra urbem, Turcorum obsecrit exercitus; & nos pro-
pria corpora ab eorum pernitie vix nuda excerpimus. Qui tristis nuntii iaculo terebrati,
postquam apud sc̄ diutius stupentes hæserunt, salutem ad ultimum in fuga ponētes,
conscensis ratibus petierunt æquoris alta. Nec mora, illis volumina marina sulcan-
tibus, Turci adsunt; quos ibidem inuenire perimunt; naues quas in ipso sali vado
repperere, cōburunt; exuicias illorū quos enecuere diripiunt. Porrò postquam illi
degeneres, & superni iuuaminis refugæ, per obscaenissima, vt ferunt, loca recesser-
runt: residui qui perseverare delegerunt, iā tolerare hostilia sine vlo intersticio ar-

3° ma nequibant. Murū ergo inter se hostesq; construunt, quem, cōtinuatis excubiis,
nocte dieq; custodiunt. Ibi nostrorum oppressio adeò miserāda suboritur, vt ad in-
fames cibos, equorum asinorumq; carnes, compellerentur. Interēa die qua- XVII
dā, Principibus exercitus ante castrū quod intra vrbē obsidebatur positis, & pro o-
mnimoda quam patiebantur miseria animo atrocissimè consternatis, ecce quidam
presbiter adsistit corā eis, & ait: *Patroni & Seniores, visionem excellētie vestra refero, que*
cōsolationi vestre, si ei credideritis, proderit, ut spero. Cū in ecclesia beatæ DEI genitricis qua-
dā nocte dormirē, Dominus IESVS CHRISTVS, cū ipsa matre piissima, & beato Apostolorum
principe Petro, michi apparuit, & adsistens, dixit: Scisne qui sum? Minime, inquit. Dixerat,
& ecce in ipso capit is eius simbo, ut solet, in picturis fieri, crucis species apparuit. Interrogatio-

4° ne ergo iteratā salutis imago repetiūt: *Necdum nosti quem videoas? Non alias Domine, aio,*
tuā reuiso notiū. nisi quia tuis modo cōspicio ceruicibus imminere crucis effigiē, quod tuā spe-
cialiter, quocumq; pingitur, insignire consuevit imaginē. Haud, inquit, erras: Ipse ego sum. Cō-
fessim, non immemor eius quā patiebamur angustie, pedibus me illius aduolut; & deprecabar
obnixè quatinus cōmuni profide certantium calamitati succurreret. Optimè, inquit, que to-
lerasti attendi, amodo vobis opitulari non differam. Meo instinctu huius expeditionis vota
sump̄issis: Nicēam ciuitatē me expugnante cōpīstis; multiplices sub meo ducatu viētorias ha-
būisti; & cum vos huc usque perduxerim, arumnis quas in obſidendo vrbē Antiochiam paſſi
estis indolui, queq; intra vrbē modo etiam toleratis. Sed cū vos toti beneficiis tātisq; triumphis
extulerim, vrbig; viētores induxerim, sanos incolumesq; seruauerim; vos meo munere abuten-

5° res, & cum Christianis male egistis, & cum paganis mulieribus fædiissimè cohæstis; fætorem
nimii clamoris in cælum emisistis. Adhac pietatis inuincibilis Virgo, & humani generis Ma-
ria ad DEV M semper interpres, & claviger aetherius Antiochenorū specialis episcopus Petrus,
ad vestigia misericordissimi Domini prouoluuntur, deprecantur & rogant, ut populo laboranti
sūi impendat solutum. Vbi etiam ipse mirabilis Petrus per se intulit: *Meminit, Domine,*
maiestas tua, quā pudendis domū meam in hac urbe attaminarunt pagani sordibus: redūdat
ad tue diuinitatis iniuriā, quod tua sacraria flagitiis cōpleuere & cadibus. Cum ergo eos tandem,
miseratus, expuleris, gaudiūq; super hac re cælo intuleris; tu tā pūfacti pœnitēs, eorū superbiam

regredi in statum pristinum aduersus temet ipsum patieris? Motus ergo his dictis, Dominus michi dixit: Fade, & dic populo meo, ut ad me precordialiter conuertatur, & ego me ad ipsos totis pollicor visceribus reuersurum; & intra quinque dies maximum vobis prebebo subsidium. Letania itaque instituant: Istud Responsorium Ecclesiastici quique decantent: Cōgregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: contere fortitudinem illorum, Domine, & disperge illos, ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector noster Domine. Quibus peroratis adiecit Presbiter: *Si de his que dicta sunt, aliqua vestris animis irrepit ambiguitas, ego in huius nomine veritatis, cuicunque volueritis me examini vel iudicio, seu ignis seu precipiti, plena fide submittam; & si ledi me contigerit, lesioni meae atrociorem quam potestis addite paenam.* At vir undecimque canonicus Podiensis Episcopus, Euangelia iubet, Crucemque deferri, quatinus verba eius fides adstrueret sacramenti. His peractis, extimplò Principes, communicato consilio, mutuo sibi sacramenta dederrunt, quod scilicet, neque mors, neque vita à cœpta eos defensione suffugere cogeret, quamcumque ipsos urgeri necessitate contingere.

Primò igitur Boemundus, secundò Sancti Egidii Comes, Hugo Magnus, Rothbertus Normannicus, Dux Godefridus, Comesque Flandrensis, pari se nunquam quod cœperant, deserturos, animositate iurarunt. At Tancredus ea conditione iurauit, quia *quandiu quadraginta militum suffragio nisi posset, non solum ex ea quam patiebatur tunc, obsidione sese nequaquam subducere, sed nec ab Iherosolimorum itinere abduci, nisi obvia morte valeret.* Quæ res audita minoribus, magnâ in totius subiectæ multitudinis pectorib⁹ fortitudine parturiuit.

xix. Antequam quoque Antiochena ciuitas caperetur, cuidam de exercitu, Petro nomine, Beati Andreæ Apostoli species apparuit, dicens: *Quid tecum agitur?* Cui ille stupidus non ad interrogata respondit; sed, *quis es?* quæsiuit. Ille *Andream Apostolum* se esse non tacuit. *Nouerisq; ait, fili, quia cum urbem, DEO aperiente, Francorum virtus intrauerit, ad Beati Petri coapostoli mei ac fratri ecclesiam ibis, ibiq; tali in loco lanceam qua Saluatoris nostri IE S V C H R I S T I perforatum legitur latus, inuenire poteris.* Dixit, nec addens plura, recessit. Cuius visionis conscientem neminem homo isdem facere tunc voluit; nec eam apud se tanti pendit, vt ludibriis somniorum, quibus penè indesinenter afficimur, maius in vlo aestimaret valere aliquid. Et tamen non sui, dum cū Apostolo loqueretur, penitus immemor; ei intulerat: *Domine, inquit, si hoc quod ate præcipitur nostris edicerem, quod fidei indicium dubiis adhiberem, unde ad credendum cogi possent?* Ad hæc verba gloriosus Apostolus hominem corripuit; & ad beati fratris basilicam, in eum quo erat deposita lancea locum spiritaliter asportauit. Capta postmodù ciuitate, cùm DEI populus his, quas prælibauimus, subiiceretur exitiis, idem iterum memorabilis Apostolus, qui iuste omnimodis earum rerum procurator fieri cœperat, quas ad charissimi fratris ornatum domus pertinere cognouerat, homini illi Petro rursus apparuit: *Quare, inquit, distulisti manifestare quod iussoram?* Cum vi deas tuos hinc in diarum periclitari incommodo; illinc, Turcis in stentibus, foueiam pro pœnum desperationis illabi, ea quæ me prænuntiante didicas ipsiis notificare debueras: cum proculdubio eos scire conueniat, quia quo cunque lanceam eandem pertulerint, victoria sibi certa proueniat. Quâ Apostoli ammonitione secundò habitâ, nostris cœpit verborum quæ in visione audierat seriem prædicare. Populus autem hominis dicta reuerberâs, mendacii simile quid putabant: vnde enim eos circumcinctibus malis, spem aliquâ eius concipere rei nullatenus poterant. At ille pertinax, & ex Apostolici sermonis auctoritate solidior, assuerabat sibi apparuisse Apostolum; & bis in visione dixisse: *Propera; & dicere quantocius militiae Domini periclitati ne differas: quatinus timore recusso, DEO adiutorium pollicenti indubia fide cohæreat, citra enim quinque dierū spatum tale quid Dominus revelabit, per quod multo gaudio sua pectora releuabit;* & si prælumenis ingruerit, hoc sacro prænunte signo, omnis sibi hostilitas deuicta mox suberit. Cœpere interea ad dictorum illius credulitatem, sedulâ hominis illius suasione vocari; & vicariâ iam commonitione, spei qualiscumque respiratione iuuari: *Non ita, inquiunt, nobis est despiciendum, vt nos profidei defensione conclusos, DEVS tot hactenus victiarum præfitor, de se sperantes, & ad se gemebundis animis inhiantes, Turcorum gladiis concidentes exponat: sed pro certo credi debet, quia post tristia tempora, lucem nobis sua miserationis offendat; timoremq; suum super eas que se non exquisierunt gentes immittat.*

xx. Igitur qui tuebantur castrum Turci, tantâ circumfuderant nostros instanti, vt intra

intra quandam, quæ in prospictu Castelli erat arce in, tres corum milites obstruse
rint. Prodeentes etenim è Castello Pagani tanto in nostros bachabantur incursu,
vt penitus tolerare nequirent. Duo itaq; ex his quos incluserant militibus, vulnera-
ti aufugiunt; tertius diem aduersus hostes, in sui defensione, continuat: adeo vt
duos ex eis super muri deambulacra, scætis ipsorum hastilibus, occiderit: Ipsi ete-
nim tres hastas Turci præ manibus concidendo minuerant. Erat autem militi illi
nomen *Hugo*, & agnominabatur *Insanus*, de domesticis cuiusdam *Iosfredi*, qui de
Monte scabioso præ nomen habebat. Memorabilis autem *Boemundus*, cum ad
castrum expugnandum, vix aliquos suaderet valeret: nam qui domi delitescebant,
10 panis aliqui penuria artabantur; alii gentilium rabie ac numero terrebantur: graui
animaduersione citatus; ex ea ciuitatis iubet ignem parte supponi quâ situm fuerat
nuper defuncti palatum Cassiani. Quod quiq; videntes, derelictis quæ cremaban-
tur omnibus, alii ab incendio confugiebant ad castrum; alii ad Comitis Sancti E-
gidii confluxere portam; quidam ad Godefridum coière Ducem: quisq; ad eam
cuius indigens putabatur gentem. Mox ad cœptæ destitutionis augmentum, vehe-
mentissimæ nimetas tempestatis incessit: ita vt fieret tanta valitudo ventorum,
quo neminem pæne liceret incedere rectum. *Boemundus* interea dum conflagra-
tione horribili abradi funditus conspicit urbem, cœpit pro Ecclesia Beati Petri &
Sanctæ Mariæ aliisq; Ecclesiis anxiè nimis æstuare. Ab hora tamen tertia usque ad
20 noctis medium, flamma desæuiens, Ecclesiarum domorumque duo milia rededit
in cinerem. Circa meditullium ergo noctis, piræ furentis conquieuit acerbitas.

Præterea Castellani atrocissimè vexabant nos, qui versabantur in urbe; assi-
duo ipsos molimine incidiā fatigatos, interdiu ac nocte pulsantes: nihilq; vtrorum-
que exercitus nisi lanceæ & gladii disparabant. Videntes itaq; nostri indesinenti se
duellione teneri; nec sibi si omnis victualium copia suppeteret, aut edendi; aut
bibendi oportunitatem vlla ex parte concedi: inter se & hostes, cemento ac lapide
castrum ædificant, machinis frequentibus ambire festinant, vt vel de cætero ali-
quantisper securiores existant. Pars itaq; aliqua Turcorum commanebat in ca-
stro, quæ monentis propè singulis nostros consueuerat irritare bello; alia propter
30 Castellum, quodam hospitabatur in campo. Nocte ergo sequenti ignis species à
plaga Occidentali de cœlo prolabitur, ac intra hostilia castra cadendo demittitur.
Vtrisq; partibus spectabile plurimum præbuit casus iste miraculum. At vbi mane
inclaruit, quo citius potuere Turci à loco, in quo desederat cœlestis flamma, rece-
dunt; & ante Boemundi, quam occupauerat portam, castra reponunt. Quod por-
tentum, illud quod sibi imminebat patenter, si intellexissent, enuntiare videbatur
exitum. Porro oppidani, qui crebris nostro exercitui irruptionibus incumbebant,
penè sine ullo temporis interstitio, intentis arcubus, nostrorum vulneribus aut ne-
cibus insistebant. Qui autem exteriùs ciuitatem vallauerant, & mœnibus adia-
cens territorium longè latèque contexerant, custodiâ adeo vigilanti vniuersæ in-
40 troitus urbis obstruserant, vt nusquam exire vel ingredi, nisi noctu, & hoc clam o-
mnino valerent. Cum tanto namq; numero idem hostes, luxuriâq; conuenerant,
vt passim nihil aliud quæ homines ac tentoria viderentur, preciosa suppellex, va-
riarum vestium claritates, armentorum ac pecuariorum ad victualia greges; ad
hæc in similitudinem, vt ita dicam, templi, ornatae uxores; tum prætorea ad libidi-
nis cumulum, pharetratæ, cum arcubus aduenere virgines, vt veteris in eis Dianæ
noua cerneretur species; vt non causa bellandi, sed potius sub obtenu putarentur
conuenisse gestandi. Prælio planè maiori exacto, ab his, qui interfuerent, afferitur,
quod etiam recens nati infantuli, quos in ipso procinctu expeditionis enixa mu-
lieres fuerant, dum pro urgentium Francorum insecuritate præproperant, seq; mo-
50 rarum ac oneris impatientes exoccupant, medio proiecti repperirentur in grami-
ne, vt eos, dum sibi quæ illis plus metuunt, neglegenter effuderant. In hunc
itaq; quo diximus, modum, Turcis vndiq; nostros prodire vetantibus, & exterio-
ri prorsus sibi necessariorum procuratione negatâ, famis per omnem penè exerci-
tum successere pericula; & atroci inediarum insolentiâ, pauperiorum quorumq;
præcordia pulsabantur. Cùm enim Franci, Antiochiam obsidentes, vniuersam ci-
uibus contrahendarum escarum copiam ademissent, tanto in urbe capta artiorem
repperere substantiam, quanto diligentiorem ne contra se muniretur à Turcis ipsi

xxi.

xxii.

xxiii.

obsessores habuerent custodiam. Extenuatis denique quæ ad vsum pertinebant omnibus, panis exiguis uno Bizanteo emebatur. Annonē ergo raritas, & cōdimenta parcas, cūm plurimam vbiq; peperisset angustiam, multis, præ inopia tumescentibus, extorsit animam. De vini potionē tacendum, quod ab omnium generaliter ore p̄ierat. Et planè malum biberet, cui nihil suppetebat ut ederet. Iam deficiente legitimi viētus obsonio, equinæ carnis quisquam vix reuerebatur edulium; contristabatq; plurimos frequentibus quæsita macellis, & carius empta, paucitas asinorum. Pullus, quindecim solidis vendebatur; & duobus ouum, nuxq; denario. Vbi enim hominum frequentia; cibiq; totius penuria, necesse constituit cara ibidem haberi omnia. Ficorum, carduorum, atq; vitium frondes in pulmenta transierant: Iamq; in arboribus fructus quæri cœlauerat: Olerum vices, quorumlibet foliorum concoctæ diuersitates agebant. Equorum, camelorum, asinorum, boum, bubalorumque carnes, personarum opulentiorum deferebantur ad esum; sed sicca eorundem tergora, in morem særpiarum concisa, dum diuturno igne coquerentur elixa; accuratissimam pauperioribus, præbuēre coquinam.

xxiv. Légantur vbiq; gentium urbes obfessæ, historiarumq; veterum vniuersitas retexatur, quosnam populos valde bimus inuenire, qui à paterna regione exules; erga tantas indigētias pertinaces atq; duri, adco potuerint perseveranter existere? Planè si Troiana decennio suo illustris obiiciatur obsidio, datas profecto vicariæ securitatis sāpenumero hinc indeq; profitemur inducias: in quibus & hebetatarum virium reficiebantur acumina; & stipendiiorum affluentia terræ ac pelagi cooperatione successit. Et si aliquos aliquando obfessos, aliqua vspiam inediæ contigit pertulisse discrimina, nimirum id tulerunt pro libertate tuenda: cūm corporum & patriæ defensio præ omnibus omnino sit rebus habenda. Hii nulla libidine plus habendi, immò sub obtentu pro Dō egendi, à naturali diducti sunt solo: hii vt diuinis ab Ecclesiis amolirentur iniurias, eas ciborum, accubituum, excubiarum, frigorū, pluuiarumq; sustinuēre miseras; indeficientisq; timoris angustias, quas à seculo nequaquam passas quis audierit vel legerit gentes villas. Et quod maius dinoscitur præstare miraculum, cùm intra proprios adhuc tenerentur fines, vix in sui Regis exercitu tridui spacio patiebantur tentoria, etiam cuim non excedere cogerentur à prouincia. Nullus, vt æstimo, corum qui illi q; subiacuēre periculo extitit, qui anxietates valeat animorum, corporumq; tormenta recolere. Hæc animaduersio, viginti sex diebus continuis perdurauit.

xxv. Eo tempore Stephanus Blesensis Comes, vir multæ quondam modestiæ, magniue consilii, quem vniuersus sibi exercitus delegerat præceptorem, acrise perhibens morbo detentum, antequam Antiochiæ nostris patuisset introitus, in quoddam concesserat oppidulum, quod constat *Alexandriolam* vocatum. Capta verò urbe, & rursus obfessa, cùm Comites Christianos intra urbem diris calamitatibus, comperisset vrgueri, necessitate nescio an voluntate, huc vsq; distulit auxilium ipsius præstolantes. Ipse verò, ybi edidicit Turcorum examina ciuitatis pro mœnibus confessisse, callide ad montana processit, & quænam hostium copiæ haberentur attendit. Cùm ergo papilionibus rura operta conspexisset innumeris, humana tactus cogitatione, recessit, dum æstimat quod in urbe conclusis succurrere vis mortalium nulla possit. Vir namq; expers totius leuitatis, fugax ignauia, & amore præstantissimus veritatis, dum se nequaquam eis subuenire posse æstimat, & illos morituros, sicut circumstantia testabantur, non dubitat: si sibi interim prouideat, nihil infamia dignum se facere putat, dum se oportuniori tempori referuat. Et certè multo meliorem eius fugam arbitror, quæ indecens factū martirii repensione correxit, quæ eorum perseverantiam, quorū reditus se in totius spurcitia, & sceleris profunda deflexit: si tamen fuga dici debuit vbi certa, vt dicitur, ægritudo prætēdi potuit. Quis Comitē Stephanū & Huganem magnū, quibusdā eoru, qui perseverauerentur, ob hoc vtiq; quia redisse visi sunt, cōparabiles dixerit, quorū tantæ honestas semper extitit: finis ad huius rei, de qua criminantur, executionē adeo claruit, vt de his iam secura laus cantari possit; illorum verò vita, omnīū honorū pudor sit. Attendamus illos, qui de Ierosolymitana, quia ibi interfuerūt, captiuitate superbiūt; & videbimus quia in flagitiis, proditionib. periuriis, nemo eoru alicui se patitur esse secundū: horū anteriora ac posteriora, redolere probātur honestū. Illi, quia Ierusalem videbant & Sepulchrū, putat de cetero sibi secure criminib. insisterūt; & sanctis ad sui cōparatio-

nem

nem hominibus impropereant redditum; nec, sepe per scelera infinita putentibus, eorum finē considerant prædicandū. Sed his omissis, cœptæ seriei intendamus articulum. Digrediens ergo ab *Alexandriola* municipio suo, comes isdem, ad eam xxvi. vrbem quæ appellatur *Philomena* peruenit. Iam Imperatori tyrannico captam Antiochiam fuerat nuntiatum: quo ipse cum multis copiis accelerabat iter, æstimans se à Franciā eam sine dubio recepturum. Comes itaq; cùm Principem cupidissimum obtinam habuisset; & ille de statu Christianæ militiae ac ciuitatis proditæ eum requisiisset, Comes vtique captam vrbem minime reticuit, castrum verò Turcos adhuc retinere perhibuit. *Sed, prohdolor!* ait, *gaudium ciuitatis obtenta, iterata turbavit obsidio: dum qui Turcos pridem obsederant, vice miserabiliter commutata; circumc ingantur à Turcis. Qualiter autem postquam inde recesserim se egerunt, incertum habeo.* Hæc quidem secretò Principi à Comite sunt suggesta. At Imperator hæc audiens, & ab spe cui innitebatur decidens, *Guydonem* Boemundi germanum, virum militari vivacitatem conspicuum, quosdamq; alias euocat, remque multo deterius quam comes ei dixerat manifestat. *Quid, inquit, factō opus esse decernitis? Franci atrocissimā Turcorum obsidione premuntur; aut fortasse, iam eorum occubuerē mucronibus; seu etiam per diuersas sunt prouincias iugo aeterna captiuitatis addicti. Quia ergo deferendo eis præsidio nihil nobis potentia, aut opportunitatis arridet, præsertim cùm si progressus eamus, vendū nobis sit, ne nos Turcis occurrentibus pereamus, si vestrae prudentiae videtur idoneum, reuertamur.* Hæc dicens, perfidissimus ipse, sine dubio iocundabatur, quia perisse audierat, quos non minori quam Turcos inuidentiā execrabatur. At *Guido* auxxvii. dito fratri Boemundi Francorumq; discrimine, tam ipse quam familiares ac necessarii eius vehementissimis eiulatibus complorantes, etiam aduersus ipsum Dominum; sumpta iam meritò, vt putabant, iurgandi audacia, conquerebantur, dicentes: *DEVS omnipotens iudicium cuius à recto numquam exorbitat, qui super sortem iustorum nullo modo peccatorum sceptra relinquis, cur populum, qui parentes, uxores, filios, honores eximios, solum naturale reliquerat, immò pro tui desiderio sece cotidianis crucibus mortiā tradiderat, nefandorum hominum gladiis ferendum, absq; subsidio tuae protectionis obieceris? Planè si verum fore constiterit, ut ita eos sueris profanis manibus interencionis exitio tradi, quem deinceps repperies tuis mandatis obtemperare volentem, cùm te ad tuos defendendum vniuersi amodo iudicare debeant impotentem? Sed esto. Pro te occidi volueris; gloria & honore eos coronaueris. Certe & si illis regna centuplicata contuleris, fidei tamen tuae homines, & capitis commotionem opprobriumq; sempiternum in gentibus feceris. Vniuersum Christiani nominis orbem, extremæ desperationis ac incredibilitatis foueæ intrusisti, ne quisf simis verò hominum inrefragabilem contra tuos audaciam perpetuo contulisti. Non erit denique ulcerius iam, qui magnum quid de te præsumat, cùm eos, qui cunctis mortalibus specialius tibi obsequi putabant, tam indigno subrui fine conspiciat. Dic ergo, piissime, qua te deinceps tui fronte vocabunt, cùm tui tales tuorum exitus expectabunt? Has & alias in eis anxietatis & diræ quærimoniæ voces, ferociissimus dolor expresserat in tantum, vt in toto quætyrannus ductabat exercitu, nulli penè Episcoporum, Abbatum, Clericorum, Laiorumq; nimietate stuporis absorti, auderem per aliquos DEVM inuocare dies. Guido autem fratri vnanimitatem, tantiq; Principis magnanimitatem ad memoriā reducēs, replicatis miserabiliter optimis viri qualitatibus, mœrorē intimum multis vñlatibus personabat. Præterea in reditu positus *Imperator*, dum, rupto xxviii. Francorum obstaculo, Turcos liberius passim oberraturos iam iamq; formidat, his qui sibi militabant hominibus imperat: *Ite, inquit, & imperiali edicto totius regionis huius homines cogite; vniuersa Bulgaria loca vastate: ut cùm Turci prouincias nostras depopulaturi discurrerint, nihil ad vñsum pertinens istic valeant repperire.* Vellent itaq; nolent, hii qui nostris concurrere festinabant, Christiani videlicet, reuerti cum Imperatore coguntur. Et milites quidem præceptum properabant implere tyrannicum, pedites per angariam sequebantur exercitum; & dum celeritatem equitum assenti affectant, inextricabili sece infirmitatis impedimento præcipitant. Passim ergo tanti impatientes laboris deficiunt; & inter eundum innumeri eorum languoribus appræhensi occumbunt. In vrbem deniq; Constantinopolitanam repedante tyranno, quiq; per Græcias, in sua vnde venerant remearunt. Hic itaq; huic libello finis accedat.*

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

XX 2

I N C I P I T L I B E R S E X T U S.



Vm in Authenticis historiis Sanctorum Patrum, Deo auctore, patrata bella relegimus; & pro tantillorum hominum penè nulla fide, tanta euenisce perpendimus, (non quod beatissimos Iosue, David, Samuelem, tantillos appellemus; sed quod excepto eorum merito, ceterorumq; quorum nunc vsque D e s Ecclesia prædicat claritatem,) plebis Iudaicæ despiciendam ducimus vanitatem infelicissimos hominum, pro solis Deo ventribus seruientes, nisi ratio obuiaret, placentiores Deo putare possemus, quām istos, quorū tota spiritualis fuerat seruitus. Illis namq; à sola idolatria tutis, prosperè proueniebant omnia, crebræ victoriæ, multa copia: istis verò difficulter vincere, inter vincendū dampna frequentia, raræ opulentia, continuæ quidē, & tunc crudelissimæ egestates: cum hii non militarem, sed monachalē quantū ad passimaniā sanctimoniamq; pertinet, vitā ducerent. Quod totum ratio gratissima nobis ex-

ad Heb. 12. penit, dum attendimus, quia *DEV S flagellat omnē filium quē diligit*; & quibus temporalia disciplinæ rigore subducit, his spiritualia sempiternæ dulcedinis affectione dī-

I. sponit. Igitur post verba Petri illius, cui beato Andrea interprete reuelationem Dominicæ Lâceæ diximus factā, multâ populus exultatione Christianus iuauit; & tanti quē præstolabatur euentus spectaculo de profundo desperationis emerit. Indice itaq; illo, ad locum, quem designauerat, ab omnibus curritur; & in Ecclesia Beati Petri secus altare Dominicū fieri fossâ iubetur. T redēcim ergo hominibus, aluce prima in vesperum, haustam effrētibus terram, homo ipse inuenit Lanceam.. Videntes autem auditæ visioni, omnimodis cōcinuisse rem gestam, magna cuncti concepere lætitia; nec minorē lætitia, iam contra omnis hostis audaciam. Acceptā hoc modo Lanceā, cū ingenti extulere gloria; & ab illa die, de bello agēdo cōpēre fidenter inire consilia. Deniq; dum primores Christiani agminis, coacto consilio, quid factō opus esset pari sensu euentilant, id antequam prælientur faciēdum cōfent: quatenus Turcos primum directa legatione conueniant, vt à Christianorum finium occupatione desistant; nec CHRISTI facere seruos extorres; aut mortibus addicere velint, sed se, suo contentitermino, sub propria regione contineant. Acci-
to igitur illo Petro, huius operis initii non incognito heremita; & adhibito illi quodam Herluino, vtriusq; lingua perito interprete, pariter ambos ad prophanū Principem dirigunt, eisq; materiam sermonis imponunt. Qui cum ad Geptilis illius tabernaculum deuenissent; & admissi horrendo Diabolici hominis cōspectui adstitissent, huius modi scrie perorarunt.

Plurimum principum nostrorum animis miraculum intulisse noueritis, quod terram nomini antiquitus Christiano, solidâ libertate, possejam, adeo inreuerter & improbè introire ac usurpare cæperitis. Cùm enim indubie sciueritis, ex nostrarū, quas audistis, assiduitate cōtra vos victoriarū, CHRISTI nullatenus deficitissimam potentiam; vestramq; aduersus ipsum experti sitis parū posse valentiam, nullo modo estimant quod totiens bello pulsū, præliandi cōtra DEV Maudacis ulterius iterare dementiā. Vnde iam unanimiter arbitramur; quod prudentia vestra non ob aliud hucusq; conuenerit, nisi ut per Christianos, qui nobiscū versantur Pontifices, fidei noſtre dogmate imbui possit. Proculdubio namq; scimus, quia nequaquam de vestra salute curatis, sed cōtra Catholicā credulitatem bella temptatis. Petimus ergo pariter vestra consulentes inscientia, ut ab hac præsumptione cesseretis, scientes quia Beatus Petrus Apostolus, DEO præbente, eam sibi arrogat, cuius primum minime Antistitem se ignorat; & quam noſtro, licet peccatorū, officio, restituere ad DEI cultū, quam illam imbuſt cogitat. A Principib⁹ etiam vobis substantiam, quā detulisti, uniuersam referre, summa liberalitate, conceditur: nec si pacifice recedatis, aliquis nostrorum vobis lesionem quamlibet molietur.

At Curbaran dictorum Petri magnificentia præcordialiters, Iesus, iam Turcorum, qui assisterant, his auditis, immaniter ferociente superbia, sit. *Terram, quam dicitis vestra ab antiquo Christianitati extitisse subiectam, nostram, nobisque omnimodo iure debitam probabimus: præsertim cum eam nationi, vix feminas aquiperanti mirificā virtute rulermus. Porro ingenti desipientie deputamus, quod vos, venientes à finibus terra supremis de nostris nos minamini, immo totā virium collatione conamini propulsare sedibus: cum vobis ad id explendum suppetant nos opes, non arma, non numerus. Christianum vero normen, non modo excipimus, sed abruptissimā despectio;*

despectione respuimus. Et, ut ea quæ intulisti brevi clausula finiamus, vos qui legatione fungimini, ad vestros principes oīius reuertimini; eisque dicite: quia si nostra conditioni fieri desiderant consimiles, & CHRISTVM diffiteri, cui videntur acliues, nōs non hanc eis tantum prouinciam, sed & maioris opulentia & amplitudinis dabimus terram; hisque Castellis ac urbibus gratuità dilarginis, nullos ipsorum patiemur pedites, sed generaliter cunctos instituemus equites: & ubi ritus pariter indifferentes habebimus; de mutua pariter amicitia, & contigitate gaudebimus. Quod si a proposita deliberauerint exorbitare sententia, incident, sine dubio, iniuria citius mortis exitia, aut eterna subibunt captiuitatis exilia, seruituri utique tam nobis quam posteritati nostra per secula. Dixerat; ac celeriter legatione reuersa, militiae Christianæ Ducibus notificata sunt omnia. Exercitus itaque in arcto admodum constitutus, dum istinc crudeli vexaretur incediā; Illinc, dirâ Gentilium, qui se prorsus ambierant, formidine rodere tur; tandem ad diuina sese subsidia refundentes, ieuniā triduana *Podiensis* magnifico institutore concelebrant. Letanias supplices, ab ecclesia in Ecclesiam, explicant; confessione peccatorum sincera se mundant, & Episcopali vel sacerdotali cōsequenter absolutione promerita, Corporis ac Sanguinis Domini sacramēto, plena fide cōmunicāt, eleemosinas, prout potest, quisq; largitur; sacrificia vbiq; diuina pro se offerri exoriant. Deniq; sumptā iam ex his securitate, de bello proponitur, ac intra ciuitatem sena illico acies ordinatur. In prima acie in his videlicet, qui primas vires iectus-
 20 que Turcorū exciperent, extitit *Hugo*, iuxta sui nominis qualitatē verè Magnus, adiūcto manui eius vniuerso Francorū agmine, & præter cætera *Flandrensis* comite. Audiui de hoc ipso Regio hominē, quia, antequā de prælio ageretur, suus eidē dispensator, non paruo præcio pedē camelī emerat, hoc nempe magis eius esui cōpetens reperire potuerat. Quem dominicū hominē victualium insolentiā adeo extenuauerat, vt vix equitare tufficeret, & cùm suggereretur ei quatenus non ad bella procederet, sed vel cū Castelli obfessoribus in vrbe maneret, *Absit*, inquit alacriter, plane vadā; & utinam cum moriūris funera illic beata contingam. Porro in secunda acie, Dux eximius *Godefridus* cum suo locatur exercitu, Tertiā Northmānorū Comes *Robertus* cum suo cunēo fecit. Quartæ, præfuit vir spectabilis *Podensis* Epi-
 30 scopus, ferens scēū Lanceam quæ rēcens inuenienta fuerat Saluatoris. Hæc constitit ex suo ipsius, & Raimūdi Sancti Egidii Comitis, comitatu. Ipsius autē ad expugnandū castrum, ne in ciuitatē oppidanū desilirent, præsentia desedit in vrbe. In quinta acie fuit *Tancredus* cum suo agmine. In sexta, *Boemundus* cum sua postremus incessit militia. At Episcopi, Presbyteri, Clerici, ac monachi, Ecclesiasticis ornati induitiis, præmissis pariter processere Crucibus, decertūuros votis studētes adiuuare flebilibus; & ipsi quoq; præstolantes, si suos cædi contingere, martyriū munus. Quidam certaminis exitū de mœniorum eminentia prospectabant, Dominicē Crucis signa præ manibus exhibentes, & exinde procedente exercitum consignantes. Eo ergo quem præmissus ordine, per eam, quæ erat ante eorū fanum quod *Mathomariam*
 40 nostri dicunt, portam, adeo pedem pēntim lenteq; prodeunt, vt etiā cuilibet aniculę infirmanti, necesse nullatenus videretur temperatiorē habere gradum. De vs omnipotens quātis illic animorū rugitibus clamabar, & fame diutinā fatiscentibus quorumq; corpusculis, rapidissimus, ex timoris instantia, in tuas altissimē aures miserorū cordiū dolor ascenderat! Quantis anxietatibus mens, corpori tunc residua agebatur; & cùm cogere imbecillitas desperare victoriam, sola Deys in mentibus omnium, pia pro te suffrentia tractabatur. Mœrorē præcordia quatuntur, & exucatum longā inediā caput lachrimarum cōcutiebat ariditas: iam exterioris hominis deficiente materie, spiritualiū desideriorum violentiæ concrepabant, Bone Deys, quidnam rei, huiusmodi deuotionibus poteras denegare, quos tātis astibus
 50 conspiciebas; immò faciebas ardere? Dum namq; considero in illis, à facie, militarem ferociam; ab intimis, Martyrii præpondere modestiam, reor & cēso à seculis, vllis exercitibus, parem in utraq; parte non fuisse constamtiam. Hos reuera dixerim tunc clamasse in cœlū, hos sacrī fateor insonuisse tubis, qui nō virium robore, sed singulari exercebantur aysu mentis. Interea *Curbaran* conspicit exēentes; & dum alterum alteri succedere lentis attendit egressibus, eorū paucitatē quam putabat inrisā, *Sinite*, inquit, egredientes progredi, ut magis valeant cum fugerint à regressu cīnītatis excludi. At vbi vniuersus exercitus portas excessit, *Curbaran* intuitus Fran-

corum gentem ordine numeroq; pollutem, tum demum intremuit. Illicò suę Maiori domus, iam de fuga nutabundus, imperat, vt si à prima castrorum parte succendi cerneret ignem, emisso præconio statim edici faceret, per diffusum vbiliter hostem, Fracorum cuneum captare Trophea victorem. Cœpit interim *Carbaran* sensim vestigia ferre retrorsum, ad montana contendens; nostriq; illorū prosecutioni inrefragabiliter imminebant. Præterea Turci, superuacula calliditate, se diuidunt, parsq; eorū circa plagam maris inambulat; pars Francos immobilis superuenientes expectat: tali nostros æstimantes ambitu concludi posse. Quod nostri attentes, ausu quodam præsumptuo, sese itidem, intensa in eos acie, à cæteris diuisere: Sed hac sua insolentia, ipsi ea die sese solos nostro exercitui dampnum fecere, dum 10 vix, præter aliquos equites, peditum vlli viui euasere. Huius temeritatis motor, cum quibusdam aliis extitit quidam nostras, *Clarembaldus de Vendoilo* nomine: qui in his quidem celeberrimus: in illis prouinciis nihil gessit vtile. Interea septima acies, contra illos maritimos, ex duabus aciebus, Ducus scilicet *Godefridi*, & Comitis *Northmannie* sumpta, contexitur; & *Rainaldus* quidam Comes eidem præficitur. Ibi tota acrimonia, eo die, extitit præliorum: nostrorum enim plurimos sagittarum iætibus extinxerunt. A Pharnphari autem, flumine scilicet, hostium equitus vsq; ad montana porrigitur, quæ à se duum milium spatio disparantur. Gentilium ergo phalanges parte ab utraque profiliunt; & Francorum cuneum, quos nostri Turcorum primis incursibus, quasi fortiores obiecerant, sagittis iaculisq; configunt. At qui præterat regiæ mentis *Hugo magnificus*, à paterna magnanimitate non degener, inter hostium iactus ad subiectos exclamat: *Patimini, inquit, & secundos ac tertios audacter prestolamini scutus: quia nisi sunt recessuri dilecto citius.* Et ecce, copiæ innumerabiles cooperunt de montanis emergere, quorum & equi & signa multo candore nitiebant: nostris autem maximus ad eorum contuitum stupor increuit, verentibus vtiq; ne contrariæ venirent adminiculum ferre parti, donec comperierunt id fore, etiam visibiliter, sibi præstitum adiutorium *CHRISTI*. Quorum specialiter fuisse Duces opinati sunt glorioſos post militiam martyres, *Georgiam*, *Mercurium*, atq; *Demetrium*. Hæc à nostrorum plurimis visa; & cum aliis quæ viderant retulissent, plena, vt par erat, fide sunt credita. Etsi *Machabeis* olim pro circum- 30 cione & carne porcina pugnantibus, euidens apparuisse legitur cœleste suffragiū, quanto amplius his debuit, qui pro repurgio Ecclesiis adhibedo, & statu fidei propagando, fusi sanguinis *CHRISTO* detulere seruitum? Primi ergo illi hostes, qui à maris parte conititerant, tanto nostræ gentis oblatculo sese repercuti non ferentes, focos herbæ subiiciunt, hoc videlicet fugam signo illis innuentes, qui dum prælium fieret, tentoria seruauerunt. At illi signo moti, præciosioribus quibusq; directis, fugam ineunt. Franci vero, vbi potiores eorum vires agnouerant, ad eorū scilicet tentoria contendebant. Porrò Dux *Godefridus*, Flandrensisq; Comes, *Hugo deniq;* magnus his, qui crepidini fluminis adequitabant, iunctis nisibus inguebant. Hii planè tres cum suis, *DEI* filium pro se crucifixum præ oculis appendentes, vni- 40 uersæ eorū frequentiæ fortiter immeguntur. Vbi verò & alia nostra agmina id videtur, totâ in aduersas acies animositate se ingerunt. E regione, hostium etiâ multitudo, rabie intoleranda conclamans, & ipsa concurrit. Est autem huiusmodi eorum mos in acie positorum, vt canis æreis, quibus pro hastilibus vtuntur, & Cimbalarum tinnitibus, terrificisq; vocibus, infinitos fragores emittant, vt vix equi hominesq; à tanti sonitus terrore, subsistant. Sed nihil eorum tunc valuere conatus; penitus eorum sunt exinanita molimina. Cœpto etenim nostri bello, primo hostes profligauere conflictu, & ad eam, quam præ mentibus dudum habuerant, fugam, celeri expediuntur effectu: quos tamen nostri, in remissa instantia, per castrorum suorum medium prosecuntur. Nec spoliorum hinc inde iacentium cupidine raptabatur, *CHRISTI* inimicorum solo pasci crurore malentes. Persequuntur illos itaq; ad pontem vsq; Pharnphareum, & Tancredi vsq; castellum. Occupauerat ergo, illis recessentibus, campum spoliorū gloria grandis: stabant ibi, ab hominibus quidē inania; auri autem & argenti ornamentorumq; quam plurimum, non egena tentoria: Ouium, caprarum, boum fusæ vbiq; pecuaria: equorum, mulorum, asinorū copiosa subsidia: frumenti, vini, ac farinæ, collata sine discretione obsonia. At Syriæ, Armeniæq; coloni, qui in illis versabantur partibus, cōperientes Francis insperatā cessisse victoriam,

victoriā obuios fugientibus Turcis se vbiq; præbentes, ad montana concurrunt; & quoscumq; cōprehendunt, interimunt. Nostri præterea redeuntes; & immenso cordis iubilo, incomprehēsibilia præconia rependētes suo cooperatori CHRISTO, cum triumphi cœlestis honore ciuitatē introcunt. Ille autem, qui vrbis præcerat præsidio, videns militiæ principem, nostris insistentibus terga vertentē, omnino intremuit. Et perpendēs minus tutam amodò castelli fore sibi custodiam, signum cuiuspiam nostrorum Principum, postpositā dilatione, expostulat. *Comes Sancti Egidii* contiguus loco, vbi hæc petebantur existens, signū proprium petitori exporrigi celeriter mandat. Quo ille castrensis excepto, turri præfixit. At *Longobardi*, Boemundi fauore omnium æmuli aliorū, ipsius enim patrocinio nitebantur, Principi castris illius inclamitant. *Hoc signum*, inquiunt, *non est Boemundi*. At ille cuius esset rogitans, cum didicisset, quia Sancti Egidii Comitis, depositus illud, comitiq; restituit. Petitoq; Boemundi & accepto, securitatem pariter accepit, vt de his, qui in oppido secum erant, si qui nostræ fidei iungi vellent, cum ipso Boemundo copiam remanendi haberent; sin alias, absq; villo sui ipsorum incommodo recederent. Ad iura itaq; Boemundi concedente castello; & ex eius officio ad oppidi custodiam hominibus inductis, post paucos dies Baptisma suscepit is, qui castrū reddiderat, & cum eo si quis Christiano nomini communicare maluerat. Si qui suis hærcere legibus voluerunt, & propriâ super isto libertate potiti sunt; & vsq; in Sarracenoru terram, ipsius Boemundi cōmeatu, educti sunt. *Hoc bellum quarto Kal. Iulii*, in suæ passionis vigilia Petrus & Paulus egerunt, eius vrbis miseriaz condolentes, & nouoru Ciuium exitia non ferentes, qui eas eliminauerant, quæ templum D E I Sanctum attaminauerant, gentes. Ipsi namque misereſcere iure debuerant, quam utriq; prædicando docuerant. In Ecclesiis planè stabula constituebantur equorum, & in parte ipsius maioris basilicæ beati Petri, Mathomis sui erexerant domum. Viæ denique hostes cùm hac illacq; diffugerent, montes ac valles, rura ac nemora, calles & auiæ quibusdam semiuiuis, aliis mortuis, sauciis innumeris opplebantur. Repentina ergo D E I miseratione respecti, diuturnæ famis calamitatēm celeri felicitate mutarunt, vt vbi duobus pridem solidis ouuum vendebatur, bos vix denariis duodecim distrahētur: & vt breui omnia fine claudam, vbi inediæ rales incesserat, ibi tanta pecuniarum omniumq; viætualium ybertas accessit, vt libitâ emersione passim exoriri videretur omnis plenitudo rei, & apperuisse putaretur Dominus cataractas cœli. Tanta tentoriorum numerositas extitit, vt cùm quiq; nostrorunt tabernacula diripuissent, ditatis omnibus, iamq; prædarum sarcinas fastidientibus, vix inuenirentur, qui raperent. Nec paupere occupante rem quamlibet, ditione nullus superueniens violentiam inferebat, sed alter alteri sine contentione cedebat.

Post hæc Principes nostri, Dux *Godefridus Sancti Egidii Comes, Boemundus, Northmannia Comes, Rothbertusq; Flandrensis, & cæteri omnes, acto pariter consilio, Hugonem magnum, & Baldinum Comitem de Montibus*, pluresque alios illustris nominis viros, ad *Imperatorem* dirigitur, vt vrbem Antiochenam recipere, & quæ nostris fuerat pactus impleret. Iere siquidem, sed postmodum ad eos a quibus missi fuerant redditum distulere. Quodam enim in loco consecuti a Turcis, quibus equi ad manum fuere elapsi sunt; quibus procul, aut captiui abducti, aut ferro finem sortiti sunt. *Comes de Montibus*, cui infortunio succubuerit, adhuc nobis minimè certum est. Hugo autem magnus, quare redditum suum detrectare voluerit hæc aliquibus videtur occasio. Cùm esset alias strenuitatis immensæ, ira procurandis tamen his, quæ vobis tanti hominis sufficientia crederentur, minus se sollicitum exhibebat: & ideo vir honestissimè delicatus, inter eos, quia aut tenaciores erant, aut in his contrahendis aciores, quibus aut maior erat vel in nullo secundus, egere timebat. Sed de eius reditu, iuste nemo queri debuit, qui postmodum, ad hoc idem postliminium faciens, martyris & optimi semper militis nomine insigniendus, occubuit. Denique non multo post, tractatum est quomodo Iherosolymitani itineris, pro quo tanta ruelant, intentio consequeretur effectum: idemq; populus, qui ad id desiderantissimè aspirabat, qualiter interim regeretur, donec ad rem esset ventum. Perpenderant planè proceres, quia inter eundum multa æstiuo tempore inaquositas habeatur: & idcirco, ad Kal. vsq; Nouembbris differenda profectio iudicatur. Interim ergo assentia-

tibus huic consilio cunctis, seniores exercitus per vrbes & oppida, sibi ad inuicem distributa & acquisita, se diuidunt: & vbique per subiectos sibi populos, à præconibus celebrari præcipiunt, quatenus si quis eorum egeret, sub donatiui pactione potentioribus adhæreret. Fuit inter alios vir equestris ordinis, armorumq; exercitio summopere præminens, de primoribus comitis Sancti Egidii necessariis existens, *Raimundus* nomine cognomento *Pilitus*, cui & militum & peditum plurimi sese contulere. Huic itaq; & pro sui munificentia, & pro ingenita industria; multis applicitis, conflato non exiguo exercitu, itur in Sarracenorum terram, castrumq; aggrediūtur quod dicunt *Talamianam*. Oppidani verò idem, cum essent Syri, à præfato sunt viro propriâ statim ditione recepti. Quo intra idipsum municipium o-
cto commorante diebus, nunciatur eidem haud procul inde haberi castrum Sar-
racenorū, innumerabili vulgo frequentissimum. Ad hoc inrumpendum dum rap-
pidissimo ferrentur assultu, D E O penetrante, subigitur. Habitatoribus ergo corre-
ptis, qui Christiana sacramenta suscipere acquieuerūt, seruati sunt incolumes; qui detrectauere, necantur. His explicitis, D E O gratias redibentes Talamianam reuer-
tuntur; & tertia die inde digressi, ferocissimam munimentis, ac variarum gentium coactione superbam ciuitatem, vocabulo *Marram* expetunt. Hæc prælibato conti-
guia erat præsidio, in quam à circuñiacentibus castris ac vrbibus præcipue ab Ha-
leph, Sarracenorum Turcorumq; sentina confluxerat. Quibus phalanga Gentilium obuiam, dimicatura, processit, nostriq; se æstimantes cum eis posse, pro more, bello 20
decernere, citâ illorū sunt tergiuersatione decepti. Attamen hostes idem, creberimè prodeuntes, non desistebant lacessere nostros. Tota itaq; dies, vtrarumq; partiū vicariis incuribus recursibusq; occupata subducitur. Acerrimus ergo nostros cum decoqueret æstus; & inusitatâ ariditate sitis quorumq; interiora fatiscerēt, re-
medio nullatenus supputente, voluerunt ea nocte iuxta eandē vrbem tentoria po-
nere. Ciuitatenses autem cum subintellexissent nostros aliqua ex parte nutare, Sy-
ri enim primi de fuga cœperunt agere, acriùs eis, ex corum facti propensa pusillani-
mitate feroce, iam non verentur insistere. Quâ irruptione vexati, animas D E O, stu-
dio pietatis extrusas quam plurimi reddiderunt. Hæc finalis eorundem dies, quin-
to Iulii mensis die facta dinoscitur. Residui autē Franci Talamianam regressi, cum 30
suo Duce *Raimundo* plurimis desedere diebus ibidem, Antiochiæ verò comman-
xiii. tes, multa se tranquillitate, opulentiaq; gerezabant. Sed hanc eorum serenita-
tem, occultâ, quâ nescimus, dispēsatione, obscurissimo confestim turbauit nubilo
D E V S. Is enim qui eos rexerat, qui interius exteriusq; eos piissimè fouerat, vir D E O
seculoq; spectabilis, Podiensis Episcopus *Aimarus*, ægritudinem incidit; piiq; sudori-
ris labores, perpetuae requietionis sabbatisino detergere ei Omnipotens, largissimâ
miseratione disposuit. In ea itaque, quæ vocatur *ad vincula Sancti Petri*, festiuitate
decessit; eumque cui regni cœlorum claves, ac solutionum pertinent potestates,
& absolutorem repperit, ianuarumq; cœlestium introductorum commeruit. Ob-
oritur illicò in C H R I S T I vniuerso exercitu, acerbissimi doloris tristitiaq; nimie-
tas; & dum frequentes misericordissimi hominis beneficentias, cuiuslibet ordinis
sexus & ætatis quisque recenset, inconsolabiliter, dum nulla præstolatur remedia,
miceret. Tanta ad eius funus, tamq; præcordialis ipsorum Principum conclamatio
fuit, ac si generalis interitus denunciaretur illis. Tantum ad eius nec dum sepulti
fereretur, ab omni illa, cui paternè præfuerat, gente pecuniarū oblatum est, quan-
tum vspiam gentium ad altaria quelibet, sub tantundem spatio temporis deferri, nō
vidit, vt arbitror, vllus: quæ quidem pauperibus statim pro ipsius anima tota sunt
dilargiti. Horum namq; dum aduiueret, gesserat tota sollicitudine curam, vt di-
uitibus id præ omnibus in dies duceret inculcandum, quatenusegenos diligenter,
eorumque misericordiis insisterent, ipsos asserens suæ ipsorum vitæ custodiam. 50
Judicium, inquiens, sinè misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Nisi enim mino-
ribus vestris, tamen naturæ confortio comparandis, humanitatis suum præfiteritis; ea que
vobis & illis non dispariter à D E O creata; à vobis tamen inæqualiter correpta noscu-
ntur, non eis communicaueritis, diuinae proculdubio vobis hostium misericordie perclude-
tis. Hos, inquam, quorum reficimini gratia, aliquibus bonorum vestrorum particulis re-
fouete: certi, quia sicut ipsi temporaliter sine vobis, ita vos sine illis non potestis in semp-
ternum viuere. Hæc hisq; similia vir mirabilis, crebris orationibus eis ingerens, me-
morat.

morabat. Igitur *Raimundus Sancti Egidii Comes Sarracenorum prouincias intrat*; & ad quandam yrbein quæ appellatur *Albara* exercitum ductat i quam, vbi ei manus admouit, continuo eam cœpit, & omnes, quos ibidem repperit, Sarratenos mulieresq; peremit. Quam continuo subactam, fidelibus, vt potuit, colonis instaurat; consultisq; prudentibus viris, Episcopum eidem vrbi censuit ordinandum, qui paulatim Ethnicos, *CHRISTI* fidei documētis imbueret, & in fanis ipsorum, repurgio prium adhibito, pietatis ministeria ac regenerationis misteria dispēsaret. Virum igitur ætate habilem, scientiā prædicabilem eligunt; eumq; Antiochiam consecrationis gratia ducunt. Qui institutus Antistes, Hierosolymitanæ profecti, *ais* persecutionem non idcirco neglexit; sed instituto quodam, qui se ad id officii ultro obtulerat, ad custodiam præsidii vrbis præfecto, cum aliis perrexit. Is, valdè insolitâ ibi usus audaciâ, paucissimis, quia censuum ita tenuitas exigebat, sibi comitibus ascitis, ciuitatis asseruare cœperat arcem. Et quia Sarracenis idem locus iam fiebat infrequens, ratissimi qui remanserant Gentiles eius iuri se mancipant, eiq; reditus, tantum ut vitam sibi concederet, de proprio labore ministrant. Præterea Antiochenis plurima fortuna vnde cumque florentibus, omnium Sanctorum dies festiuitatis instabat, quo terminus iterandæ expeditionis præstitutus fuerat; cum eece principes, sui non immemores propositi, apud Antiochiam pariter coire; consiliumque ab alterutris quærere cœpere, quatenus, cuius causa venerant, *xv.* 20 iter quirent ocios expedire. At *Boemundus*, antequam Dominica militia motum faceret, super ea quam sibi pauci fuerant ciuitatis habuit redditione tractatum: sed *Sancti Egidii Comes nullatenus Boemundo præbebat assensum*, dum veretur illud quod Imperatori fecerat sacramentum. Quapropter proceres, inter utrosq; mediis incedentes, in beati Petri Ecclesia sèpius glomerantur. Referebat Boemundus vrbe sibi à Pyrro prodita, omnium ex ea partes, ipsorum Principum sibi largitione, concessas. Sancti Egidienensis ècontra refert, quia iureiurando astruxerat Constantinopolitano Principi restituendam ciuitatem, saluâ persolutione pactorum sibi: & hoc totum factum ex consilio Boemundi. Interca Pontifices, qui altercationi dirimēdæ institerant, cum *Godefrido Duce Flandrensi* atq; Northmannico comitibus *aduocatis*, cæterisq; senibus additis, seorsum oratione cuiusq; auditâ, se segregant, *xvi.* 30 ut ventilatâ, ex collatione causarum, sententiâ, iudicium proferre deberent. Sed perpensis queritantium dictis, quasi neutri super isto fauerent, cum ad conuentus frequentiam reuertissent, dum ad inuicem tantos viros irritare verentur, iudicium distulerunt. Quod ex industria factum Comes ipse comperiens, *Nec*, inquit, *contentio præsens CHRISTI fidelibus generet turbam*, *Sepulchriq; Dominici vi-deat* protelata libertas; ne cupiditatîs nevo, parte ex aliqua notabiles estimemar, parium meorum, præsentium Principum, sententia me faturam proficer; saluo eo quod me Constantinopolitano Principi popondisse inuitum vos, qui adeatis, fratres & domini, scitis. Nec morâ, Boemundus & ipse huiusmodi dictis assensit. Ambo ergo, omni iam lite summotâ, dextras, fide mediâ, Episcoporum in manibus præbent, constantissimè assuerantes quod nullomodo DEI militia eorum deinceps iurgiis turbaretur. *Boemundus* itaq; sumpto consilio castrum de montanis, viris virtualibusq; communis. Comes itidē *S. Egidii* cum suis cōsiliū cōmunicat, quatenus palatiū Cassiani quē patrio vocabulo *Admirauisum* vocitant, & turrim quæ portæ præminet pontis, ex parte videlicet portus Sancti Simeonis, stipediis largioribus inferiat. *Antiochena*, ciuitas incōparabiliter est decora, nulli ædificiorum maiestate secunda; situ placens, acre impassibili; vinearum fertilis, territorii vberitate fœcunda. Ab Oriente, quattor montanorū proceritate procingitur: ab Occidentalí plaga, fluminis cuiusdā, Sacre pagina non incogniti, quod *Pharphar* dicitur, piscium feracissimis vndis propter muros alluitur. In altiori motiū, castellū miraculo dignū, præmit; sed impene-trabili securitate præstanjus: inferius, ciuitas plenissima gloriafū, & veteris prope monimentis adhuc superba nobilibus, trecentas & sexaginta Ecclesiás suis cingens ambitibus. Pontifex vrbis, ex Apostolica successione, Patriarchii honore insignis, centū quinquaginta triū Episcoporū sibi appédictiū, priuilegio pmouetur. Geminus est ciuitas circūdata muro: altero attē incredibiliter lato, & præter solitū, pcerō, saxisq; extructo maiestate enormib. circūpositis eidem quadringentis quinquaginta turrib. *Resent* Ieronimus in quinto explanatiōis in Isaïā libro, vrbe Reblata in quā *Reg. 5. n.*

Rex Nabugodonosor, Regis Sedechia^x oculos eruit, & filios eius occidit, hanc esse Antiochiam. Fertur verò eam ab illo antiquiore Antiocho, cuius potentiae plurima monumenta supersunt, suscitata; & quinquaginta subiectoru^m Regum, quos & municipales eius astruiunt, cooperationibus, tantà præsidioru^m eminentia, tantà ædium varietate cōpositam. Quod quidē falsum est, cum ipse Pompeius Trogus verissime à Seleucio referat Rege, sub paterno nomine institutam; & ab ipso deinde vel sequentibus regibus auctam: sicut sub matris Laodices nomine, condidit & *Laodiciam*; ex proprio, *Seleuciam*. Huic obsidenda, quarumcumq; machinarum balistarumue tormenta nil poterant; & nisi proditio Pyrri obsecroribus affuisset, immo Deus per quos voluit adiuuisset, in cassum Francica magnanimitas famem, cæterarumq; miseriariū ibidem detrimenta tulisset. Iste desiderunt nostri ciuitatem virginentes obsecram; per octo menses vnumq; diem. Postmodum verò & ipsi fuere cōclusi per tres hebdomadas, innumerabilium Gentilium confluente frequentia; & superatis demum ipsis, item illuc deguerunt per quinq; mensium octoq; dierum spatia, cùm plebs eadem à suis Principibus Iherosolymam sollicitatur itura.

xvii. Sed quia præfati Pyrri memoria mihi videtur deinceps non habitura locum, quem finem habuerit intimandum. Christianitatem planè suscepis sacramentis professus fuerat; *Boemundus*, sacro in lauacro, ex suscipiente nomen acceperat; Iherosolymitanæ obsidioni Comes nostris ac cooperator extiterat; eaq; captâ Antiochiam redierat. Vbi cùm præconium emisisset, quatenus, quicumq; in urbe urbisq; vicinia, Christianus egeret, secum in patriam remotiore, vbi multas haberet possessiones, veniret, pollicens quod præclaris muneribus quenq; ditaret, hac spe vulgus cōfluit sibi immodicum; & in suam, vti dixerat, regione fertur abduxisse deceptu. Qui cùm ad sua oppida deuenisset, partem militiae sese comitantis, hos exilio illos mortu prodidit: & nisi ad alios, quorum numerositas extra castrum fuerat hospitata, verbū de proditione venisset, fugaq; miserabili aut elabi, aut delitescere licuisset, universorum libertas, aut gladio aut captiuitate perisset. Ibi prorsus Christianitatem defertā, veteris luxuria, & Gentilitatis inquinamenta resumpsit. Nec id iniuriā. Si enim *Pyrrus Græccè rufus* est Latinè, & infidelitatis nota rufis inuritur, isdem ergo à sua minime linea exorbitasse probatur.

Igitur *Raimundus* Sancti Egidii Comes, suum ab Antiochia exegit exercitum, cùm iam properaret Nouember ad exitum, & duabus ciuitatibus inter eundum; *Rugia* videlicet, & *Albarā* transmissis, quarto demum die, fine faciente. Nouembri, *Marram* peruenit ad urbem. In quam, copia ingens Sarracenorum, Turcorum Arabumq; confluxerat, quam Comes postridie quam venerat, exerto omnino viribus aggredi parat. Nec morā, *Boemundus* cum exercitu Comitem persecutus, quadam die Dominicā propter castra depositus. In crastinū tantā ad urbis muros animositate concurrunt, vt hærent parietibus scalæ, murosq; sub ipsis niterentur gradibus. At ciuitatenses, penitus expertes ignauia, tantā instantiā restitère, vt nihil nostrorum ea die valeret molimen efficere. Tum sancti Egidii Comes, suos cassum laborem cernens insuper, *castrum* quoddam *ligneum*, multi laboris ac proceritatis, suis mandat erigere; quæ machina quatuor vehebatur rotis, in cuius summitate militū multitudo constiterat; subter vero, armata militia muro eam ciuitatis, iuxta quandam turrim, magnis impulsibus admouebat. Econtra urbani, baleare celeriter ædificant instrumentum, quo iactis ingentibus saxis nitebantur debilitare castellum, in tantum ut frequens lapidum iactus, & machinæ dampnum, & nostris minaretur interitum. Injectis quoque Græcis ignibus, super phalam moliebantur incendium; sed eorum Deus super isto fefellit annisum. Eminebat ergo ædificium muro urbis; & inter has partium collisiones, animos pugnantium vulturantis tubæ tumultus exciuerat. Interea milites ex nostris quidam superius phale eiusdem obtinentes solarium, *Guilelmus* videlicet de *Montepislerio*, aliiq; quamplurimi, maximis illos, qui in mecenibus propugnabant, concutiebant saxis: in tantum ut clipeo plerumque percusso, & Clipeus & Clipei dominus iam inutiles prorsus deuoluenterunt a muro. Quidam autem hamos in hastilibus ferreos habentes, Sarracenos propugnacula defensantes obuncare & ad se corripere nitebantur. Is hinc & inde conflictus vix vespertinis ad tempus omittitur horis. A tergo itaque castri, presbyteri, Clerici, ac Monachi sacrī, pro suo quisque gradu, vestibus adornati, pro instanti negotio

DEVM

Deinde attentissime præcabantur, quatenus Gentilitati vires adimeret; fidei propagatoribus adaugeret: Altrinsecus è regione machinæ alii milites, scalis positis mœnibus imminebant: Nec Paganos detinebat inertia, quin eos rabidissimâ ferocitate depellerent. At *Guilferius* quidam, eorum rebellionis impatiens, murum primus cum manu quidem, sed valde parua, consendit. Illicò ciuitatenses tanto, eius præsumptores audaciæ, furore peraudunt, spiculis eos ac sagittis vrgendo, ut aliqui, ipsorum irruptione præterriti, se de muro demitterent. Pars verò quæ remanserat tandiu inter hostium iacula constitit; tandem, cedere dedita, eorum violentias armorum industriâ retudit, donec qui subter erant murum suffuderent. Mox itaque; ut urbani muri se conspicunt suffosione dampnatos, solius fugæ iam præsidio innitentes, ad vrbis interiora concedunt. Dies erat, quo hæc geri contigerat, sabbatum, cum peteret iam sol declivis occiduum; explicato Decembri undecim promotione dierum. Confestim per interpretem *Boemundus* Sarracenorum primores aggreditur: quatenus cum propriis militibus, parvulis ac mulieribus, omni pariter contractâ substantiâ, intra quoddam se se palatium, quod erat supra vrbis portam, cohiberent, spondens quod eis vitam omnino protegeret, sua suosque defenderet. Hoc modo ciuitate obtentâ, quidquid in foueis repperere, vel domibus, hoc suis quicunque proprietatibus asciuerunt. Facto denique, exactâ nocte, crepusculo, si quem Gentiliūm repperiri contigerat, discursus vbique nostrorum turba macerabat. Nulla ciuitatis portio vel minima fuerat, quæ Sarracenorum cæde vacaret; nec angiporta vrbis iam peruvia esse quibant, quia cadauera Paganorum publicos calles opplebant. At Boemundus, eos qui se memorato palatio, vti ipse iussit, intruserant, peruersis; quæ habebant, abstulit; alios morti addixit, alios Antiochiam vendi iussit. Mensē autem integro, quaternisque diebus, hic Franci fecerē moram. *Ac ibi difficilem gens tulit esuriem.* Ibi quidam ex nostris, dum aliquibus, immò omnibus necessariis indigent, nullis quæ direptioni suæ forent apta adiacentibus, mortuorum Sarracenorum ventribus temeratis, ausi sunt ipsorum intestina rimari: quia audierant aurum argenteumque, ab eis in arcto positis, ob custodiā solere glutiri. Alii carnium frusta cædentes, ex ipsis coxisse & comedisse feruntur. Quod tamen tam rarum adeoque latens extiterit, ut omnibus vtrum idem fieri vlo modo potuisset penè dubium sit. Interea *Boemundus* eam, quæ inter se & Comitem Sancti Egidii fuerat oborta simulta, peritus non omittens, dum sibi Comes nullatenus cedit, iratus Antiochiam redit. Nec morâ, Comes directis ad præfataim vrbem legatis, duci Godofrido, Comiti Flandrensi, itidem & Northmannorū, denique Boemundo, Rugiæ (ciuitas autem est memorata superius) colloquium indicit. Quibus suum accelerantibus aduentum consilio generali tractatur, quatenus sic fibi concordibus animis vñirentur, ut nequaquam alterius expeditio Iherosolymitana moretur. Repperitur omnimodis, concordia Boemundus agendæ acer & insolens, nisi suæ faueat voluntati Comes, Antiochiæ parti cui dominabatur cedens: inuenitur Comes ad ista rigidior, obtendens quod Imperatori præbuerat sacramentum. Hac ergo mentium in se acerbitate diuisi, Sancti Egidensis ille, Boemundus ac Dux pariter, Antiochiam sunt reuersi. Isdem rursus de palatii & castelli, quod portæ pontis vrbis præminebat, custodia, militibus suis mandans, ad *Miram*, quam pridem ceperat remeauit. At tamen, non penitus rationis expers, & in sua peruvacia communia dampna perpendens, dum pertinaciæ eius causâ Dominici Sepulchri cogitur differri libertas, tertio decimo infra Ianuarium die, vir egregius, nudipes, à Marra ciuitate progreditur, peruenitque *Capharam*; ibique triduo mansit. Illic *Northmannæ* comes, simultate desertâ, illi coniungitur. Prætereat Rex Cæsariensium, Sancti Egidensi illi Comiti frequenti legatione suaserat: quatenus secum solidæ pactionem pacis iniret, spondens quod vbique Imperii sui Christianis adiumenta præberet; negotia ciborum, vestium & equorum, omniumque usui pertinentium non negaret. Hac nostri pollicitatione gauisi, iuxta urbem eligunt tabernaculorum loca sortiri: *Pharphar* namque fluuius à ciuitatis mœnibus haud longè præterfluit. At Rex vrbis, prospecto tanto exercitu, non multum de talis contubernii propinquitate luctatus, ægre tulit; & nisi oculis inde recederent, mercatum vctuit. In crastinū, duos cum nostris ex suis misit, qui eis vagum

fluminis demonstrarent; eosq; perducerent quò prædæ aliquid diripere possent. Itaque ab eisdem, quædam subter quoddam nostris oppidum, vallis ostenditur, vbi animalium numerositate repertæ; quinq; fermè milia rapiuntur; frumenti, cæterorumq; vtilium plurima copia repperitur, è quibus ad integrum equitatus ille reficitur. Castrum quoq; idem in ius Comitis, sua ipsius deditione, traiicitur; aurum ex eo non modicum cum equis præbetur; nostrisque per omnia, quia numquam eos læderent, securitas certa promittitur. Sederunt quinq; diebus ibidem: Inde digressi, ad aliud deuenire oppidum, quod à gente incolebatur Arabum: circa quod vbi disposuere tentoria, dominus oppidi obuiam processit, cum Comite factâ concordiâ. Denique properatâ deinceps motione castrorum, quandam pulcherrimam ciuitatem, vocabulo *Kephaliam*, omnibus opulentam bonis attingunt, in quadam vâlle positam. At habitatores, Francos vbi aduenisse comperiunt, urbem descrunt, alimètorum plenitudine refertis domibus, cùm & horti passim exuberarent fructibus; solas sibi salutes subterfugio tueri eligunt. Tertio a præfata di scesserunt vrbe die; arduaq; nimis, & scrupea montana descendunt; & ad aliam deinceps vallem, non minori, quam vbi Kephalia erat, fertilitate vuidâ, iterato descendunt: ibiq; quindecim fermè diebus, substantiâ iocundati vberiore, sese reficiunt. His quoque contiguum locis, quoddam Francis nunciatur fore castellum: ad id confluxerat multa nimis frequentia Paganorum: Quod nostri cùm rapidissima obsidione cinxissent, præstò erat vt subigerent, cùm ecce oppidanî non paucas armentorû copias illis obiiciunt; taliq; lenocinio, vt ab obsidione desistant eos ad tempus illiciunt. At summo diluculo admouentes nostri tentoria castro, illud obsidere proponunt: quem eorum conatum vbi gens Pagana persensit, celeri fugâ recedunt, vacuumq; oppidum derelinquunt. Inreditur Christiana militia: profluat inibi frumenti, vini, farinæ ac olei inesse deprehenditur exuberantia, & si qua fuissent necessaria. Illic tota affectione, Purificationis beatæ Mariæ festa coluerunt; illic etiam *Camele* ciuitatis Regis legatos exceperunt. Rex planè idem Comiti cœlos, aurum, argentumque sequestrâ legatione paciscitur, pollicitus quòd Christianos in nullo offenderet; sed debitam eis reverentiam exhiberet. Rex etiam *Tripolitanus* Comiti mandat, quòd gratanter si velit cum eo pactum ineat, directis eidem decem equis, quatuor mulis, & auro. Comes verò ait, nullatenus se cum eo pacificè acturum, nisi fidei nostræ sacramenta susciperet. Egrediuntur de valle, quam superius memoraui, vberrimâ; & ad præsidium naturâ munitissimum in rupis supremo positum, quod dicitur *Archas*, Februariis Idibus, cùm esset secunda feria deuenerunt; vicinamque municipii tensis papilonibus occupauerunt: quod quidem innumerabilis infercerat multitudo Paganorum, Turcorum videlicet, Saracenorum, & Arabum, qui præter originis munimentum, fortius illud omnimodis suâ pluralitate reddiderant. Contigit ibidem, quatuordecim ex Christiano exercitu viros equites contra *Tripolium* vrbein, quæ fucrat illi propinqua Castello procedere non ob aliud, si non fallor, nisi vt valerent quipiam esui commodum sibi contrahere. Hii inquam, quatuordecim cùm essent, sexaginta circiter Turcos, aliis etiam comitantibus repperere: qui præ se homines ac animalia, quæ prædati fuerant, plusquam mille quinquaginta deducerent. Qui, sponsionis Dominicæ i-Dene. 32, 30. psis exequutores effectibus, quòd duo fugarent decem milia, & unus mille, exculpo piis in mentibus Crucis signo, Deo annitente, incredibili eos audaciâ subigunt; lenos ex his perimunt; equos totidem comprehendunt. Porro de Sancti Egidiani Comiti equitatu, *Raimundus* ille, cuius probitas in hoc opusculo crebram exigit mentionem, quem *Pilum* cognominari diximus, vir animi acrimoniâ & armorum industriâ vehementer egregius, cum alio quodam cognomini viro, qui erat Vice comes officio, *Tortosam* ciuitatem expertus; & primo eam assultu, quem fercissimè intulerunt, non minimum eius loci indigenas terruerunt. Hic, pro sui innumero, quod plurimum videbatur, gentilium incredibilis populositas, muscarum ad instar influxerat. Nocte sequenti in quandam ciuitatis plagam hospitaturn, immò tentoria fixuri diuertunt; focos sine numero per excubias, ac si vniuersus Francorum afforet hostes, instituunt. Expauit & concidit extremâ desperatione gentilitas, perpendensq; se non posse scuto propriam tueri salutem, cœtet ad ultimum euitandam quoquomodo vel pedibus mortem. Noctu itaq; silenter elapsi, ciuita-

civitatem, totius opulentiae fortunis infertam, vacuam omni habitatore relinquent. Pii, inquam, scripturæ illius impletiores, quia pelle pro pelle, & cuncta *Iob. 2, 4,*
que habet homo dabit pro anima sua. Hæc civitas quam optimum suo in suburbio,
 ut pote secus mare constituta, habet portum. Postridie conueniunt nostri, totis
 perusuri viribus urbem; sed in ipso congregandi molimine prorsus inanem rep-
 pererunt ab homine. Introeuntes igitur eam, tandem ibidem deguerunt, donec ad
 obsidendum municipium, quod supra intulimus, *Archas*, exinde processerunt.
 Est autem alia quedam urbi isti contigua civitas, quæ *Maraclea* vocatur. At ille, qui
 ei præterat, quem & *Admirauisum* appellant: nec morâ, cum nostris fœdus inire pa-
 rat. *Hos simul, ac horum mox signa recepit in urbem.* Interea Dux *Godefridus, Boe-*
mundus, Comesq; Flandrensis, Laodiciam pariter attigere. Sed Boemundus, amicæ si-
 bi Antiochiæ diuisionis impatiens, à præfatorum cōtubernio disparatus, remeauit
 ad illam. Ipsi verò pari animo contendunt civitatem quandam obsidere *Gibellum*,
 sic enim vocabatur. Ad *Sancti autem Egidii Comitem Raimundum* huiusmodi ru-
 mor accessit, quod Gentilitatis aduentæ vulgus enormiter ingens, contra se præ-
 lia destinassent. Qui, properè compellatis militiae quam habebat vniuersæ pro-
 ceribus, eos quidnam opus esset factò consuluit. Cui senatus ille intulit, nil sev-
 tilius huic negotio astimare, quam consortes Dominici itineris, & alios sibi co-
 mites in adiutorium conuocare. Consuluit denique consilium, mox opus expli-
 cuit. Principibus itaque, Duci videlicet *Godefrido, Flandrensiq; Rothberto*, post-
 quam sui comparis fuit comperta necessitas, cum eo, qui Gibello civitati præterat,
 acceptis magnificis equorum auriqe muneribus, iniere fœdera; & adminicu-
 lum præstituri, conueniunt ad Comitem, quam obsidere cœperant urbe dimis-
 sâ. Expectationem autem eorundem belli gerendi, ruinigerâ frustrauit opinio.
 Vnde pariter conspirati, *Archas* castellum repperere deliberarunt. Vbi cum obsti-
 natis contra idipsum animis desedissent, non multò post *Tripolitanos* moto exerci-
 tu inuiscre gestierunt; repperuntque, in sui prouidentia positos, pro mœnibus
 ipsius urbis hostilem manipulum, Turcorum videlicet, Sarracenorum, ac Ara-
 bum. Quibus nostri debitâ animaduersione perusasis, ad supremum fugæ ilicò
 compulere remedium. Ibi tanta ipsius urbis nobilium, non modò cædes existit,
 sed ac si è pecoribus, carnificium: vt etiam vnda fluminis, quod civitati influit,
 mixtim fuso crux ruberet; & tali commaculata sanie, quælibet eorum cister-
 na solderet. Ex quo eorum mentibus oboriri mox contigit ferale iustitium;
 tantique timoris aculei animos compressere superstatum, vt ipsorum nullus, cu-
 iuspiam causâ negotii, præsumeret extra civitatis muros attemptare vel exitum. Po-
 stero die progrediuntur nostri ultra quandam vallem, quæ vocatur *Defen*: in
 quam & die tertio post captam *Befaliam* venisse eos superius diximus; eamque v-
 berimam repperisse, & quindecim diebus in illa mansisse: & inuentis illic bo-
 bus, asinis, & ouibus, & multis animalibus, camelorum etiam tribus milibus, re-
 diere cum gaudio, copiosas de his omnibus prædas agentes. Castrum itaque i-
 dem tribus mensibus, die minus vnâ, continuis obfedere. Ibiq; egere Pascha
 Dominicum quarto Idus Aprilis. Interim ergo dum obsidionis mora hos de-
 tinet, classis ipsorum quæ deferendis consueuerat vietibus inseruire, cuidam sibi
 contiguo portui allabitur, comportans negotia non parua frumenti, ac vini, car-
 nis, & casei, hordei ac olei, ex quo plurima expeditionem Dominicam opulen-
 tia reparauit. Licet autem nullam ibidem penuriam eos pati contigerit, tandem
 tamen inutilem, super tantilla re, insumpsiisse laborem, sani modum mihi vide-
 tur excessisse consilii. Post mortem planè viri admirabilis *Podiensis Episco-*
 pi, qui amore pastorali ac rigore, omnium sibi inuicem animos, concordia ac
 vñanimitatis visco, deuinixerat, cœpere inter Principes simultates aliquotiens ac
 insolentiae oboriri; apud mediocres præterea & vulgares, licentiæ, quas non o-
 mnino deceret haberî, vt veteris historiæ dictum, quia videlicet *Rex non esset in If- Iud. 17, 16.*
rael, sed quod cuique in oculis suis bonum videretur agebat, aliquando putaretur im-
 pleri. Et si enim Pontifices illicalii, glorioso illo homine, qui eorum specialis
 pater & Dux fuerat deputatus, obeunte, remanserant, non tanti pendebant tamen
 illos: præsertim cum meminissent se, non eo his, quo illi vni fuerant iure com-

xxi.

xxii.

YY

missos. Dum ergo nemini singulariter parent, & vniuersa inter eos estimantur equalia, fiebant saepius, dum vulgi libido præualet, apud ipsos minus apta iudicia. Vnde accidit ut post Dominicæ reuelationem Lanceæ, quam defunctus antistes omnimodæ deuotione susceperebat, sedem nimium incredulitatis murmur emerget: dicentibus quibusdam, quia non veraciter, sed præstigiose reppercerat; & non Dominicam sed Lanceam qualemcumque præbuerat. Incipit itaque enormis plebeculae paßim militare frequentia; & eos, qui crediderant, & venerari delegerant, verborum suorum sedulo corrumpunt fallatiâ. Rei reperitæ probationes exigunt; repertorem iudiciis diuinis addicunt. Compellitur ut dubiis vir ille fidem reddat; quæ extorquentur ab ipso, cogitur, solius eorum causâ curandæ infidelitatis, ut subeat. Ipso igitur imperante, rogi duo vix cubiti breuisimi spacio à se distantes instruuntur: multæ à populis, rerum nouarum cupidis, materie strues ingeritur; ac vtrarumque partium flamine confluentibus glebis, inter ardentalia ligna semita admodum angusta relinquuntur. Deum ergo, qui veritas est, & præter cuius nutum super hac re nil se egisse cognoscit, misericordem, miserabili, ut par erat, oratione compellat; & per opacum piræ furentis tramitem totâ viuacitate præteruolat; & per hunc ipsum callem mox rediit quo venerat. Aderat spectaculo huic, quæ in procinctu morabatur tunc temporis, militia Occidentalis copia; & pro inusitatib[us] operis ausu, dubios, diuersis quique intentionum statibus, præstolabantur euentus. Facto denique, ut dixi, 20 reditu, prodeuntem ab ignibus populorum ruentium infinitæ phalanges excipiunt; & dum incolumem focos excessisse conspiunt, quasi de eius aliqua, pro reliquiis retenturi, aut corpore aut vestibus, dum hinc & inde vellicant, hac illacque distendunt, ei, in tanto citipientum & impellentium constituto tumultu, animam extorserunt. Cum enim & timore & miraculo, hinc impendentes, nisi Deus propitiaretur exitii; illinc subitæ creptionis, ut sic loquar, semianinis profiliisset ab ignibus, & vulgi vndecumque pulsantis clauderetur incurribus: iam ex præteritæ anxietatis defatigatione tremulus, præfocari valuerat haud difficulter spiritus. Extincto itaque homine, multo deteriori ambage, cœpit denuò lubricum & inconstans agitari vulgus: his ita; illis aliter, ignis iudicium, quod vir ille subierat, euenisce iactantibus: his exustum, illis incolumente flamma prodiisse ferentibus: his aduersus alios iurgantibus, & quia hominem pro nihilo interemissent, impropriantibus. Sed quocumque modo se sententia vulgaris egisset, illum gloriosum præfulem, omni sacro sanctam Lanceam scimus veneratione complexum: adeo ut in eo ipso, quo reperta fuerat, loco, sit eiusdem pontificis corpus ipso præcipiente, sepultum. De his ita res se habuit.

xxiii. Portò, cum apud Archas diutina nostros in cassum detineret obſidio; & caſtro in cuiusdam rupis prominentē ſupremo, procul in imo vallis obſidentis exercitus tentoria conſiderent: *Anſellus*, qui de Ribodimonte cognominabatur (eius enim caſtri, & aliarum magnarum opum dominus extiterat) viriliter, omnino munificus, & in regenda militia mirè induſtrius, diſcultatem capiendi oppidi intuitus, morāque ſectionis diurnæ non paſsus, ad iacendos lapides phalaricarum noſtrorum apparare instrumenta commonuit. Cœperant ſanci, longiſſimo cuniculorum ductu, turri in excelsō poſitæ ſuſſoſionis inſerre molimina; & aperta ſuſtentantes tigillis & poſtibus, tantopere aperienda ſcabendo cotidie iſſebant, ut etiam mulieres & optimorum quorumque uxores, festis diebus ſinuatis veſtibus ſiue palliolis, defoſſa egeſtaque conueherent. His qui in præſidio fuere compertis, noſtrorum ilicet conatibus obſtitere, non ſine eorum diſcrimine, qui ſcrobibus efficiendis ſeſe nitebantur ingerere. Et cum de turre ſubruenda vniuersa opera ceſſiſſet fruſtra, tum *Anſellus* de bulistarum apparatus noſtris commonitorium ſuggerere curauit. Quibus institutis, & crebra lapidum turrem miſſione vexantibus, ecce & obſelli ſimilia ē regione iſtaurant. Machina itaque creata, & ingentia in noſtrorum faxa torquente, ad maximum totius Francorum exercitus dampnum *Anſellus* ifdem aut primus aut inter primos ipſe percutitur. Qui cum in Dominicæ militia fideliſſime & inretractabiliter ſe ageret, inter cetera ſuę sagacitatis fideique potentis iſignia,

gnia illud præclarum, & omnibus amantissimum litteratis, exhibuit, quod cuncta quæ in obsidione Niceæ, & quæ Romaniam Armeniamque peragrando, quæ denique Antiochiam aggrediendo, capiendo, captam defensando nostri egere: qualiter per idem tempus contra Galapiæ Regem, contra Damascenum, Iherosolimitanum quoq; quem & adulterum vocat, conflixerat, ad *Manassem*, Reimorum Archiepiscopum, piæ memorie vitum, qui ante hoc decepsit ferme biennium, semper ac secundò directis apicibus, clarissime patet. Is etiam in testimonium, nobilem erga Martyrem quem habebat, pii amoris, diem *beati Quintini* passionis annuum, coactis vnde cumque clericis, quo poterat honore, ibidem celebrari faciebat, ac celebrantibus exenia digna præbebat. Contigit ibidem & alios quamplurimos, felix sumpsisse Martyrium, & mortis sacræ compendio regna emeruisse, cælorum.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.



INCIPIT SEPTIMVS.

IDEI nostræ incertium non minimum præbet, quod Occidentarium labore fidelium Orientalis restauratur Ecclesia. Vidi mus prælia, DEI solius intentione piissima, quorum tota effebuit martyri amore militia: sine Rege, sine Principe, sola eis extitit suæ ipsorum salutis deuotio prævia. Legimus, usque in Orientis suprema commigrasse: ob bellorum studia *Gallos*, & *Apollinis Delphici* secreta rimatos, sacrificiæ creptos aditis thesauros nouimus paludibus *Tolosanis* injectos. Conflatas has omnes copias, Principum tunc temporis suorum exactiōne, comperimus: hic ne vnum quidem à quolibet suo domino inuitum reniteatque, compulsum abire audiuimus. Hic inter arma lachrimæ, peccatorum confessiones, absenntiationes possessionum, vxorum aspernatio, filiorum fuga: præminet in mentibus omnium, pro DEI amore, solius beatæ mortis ambitio. Hic, inquam libet DEVM pensare mirabilem: ut qui quondam, ad tormenta ferenda, animos martyrum, pro inuisibilium dilectione, firmauerit; ipse nostris temporibus, quod à nemine sperari poterat, & dictum pro ridiculo habebatur, tantum præsentium contemptum terum, etiam truculentorum cupidorumque cordibus hominum, indidit: per paucissimos homines tanta perfecit, ut laude eorum, qui gessere post habitâ, DEVM solummodò ea fecisse certum sit. Quod ex eo, cuiusdemi probatione, patescit: quia quotiens crebrescentibus victoriis insolentiam parturibant, seu aduersus alterutros Principes inflarentur, siue aliquâ ipsos petulantia commaculari contingeret, illicè eos prope nullos, & vt ita dixerim, pecorum similes Gentilitas inueniret: si quando, sui memores, pœnitentiâ ducerentur, confessim solitis fortunis piisque prouentibus redderentur. De his itaque, spirituali solum desiderio cæptis, patratisque præliis, diuina, quæ à seculo nunquam acciderit, tempora modernâ insigniri virtute lætemur: nec Israelis carnalis pro ventrû plenitudine, bella miremur. Rex igitur *Triopolitanus* frequentibus nostros Principes pulsare legationibus non cessabat, ut se à castro amolirentur, ac sibi confederarentur. Quo primores exercitus comperto, Dux videlicet *Godefridus*, Sancti Egidii Comes *Raimundus*, Comes vterque *Rothbertus*, Flandrensis atque Northmannicus; considerantesque prouincias nouis iam exuperare fructibus: Iduato planè Martio, pridem satæ iam mandibiles erant fabæ; & vix ad medium promoto Aprili, polentas poterat præbere frumentum, perpenso pariter terræ habitu, generaliter sibi commodum censem ut quorumque nouorum sufficiens copiis, Iherosolimitanum iter arriperent. Castris ergo obsidione desertâ, sub ea, quam diximus, deliberatione *Tripolim* perueniunt, cum sexta esset feria, & tertiam decimam ageret Maius diem, ibique ternis egere diebus. Cum proceribus itaque nostris *Triopolitanus* ille, factâ pace conueniens,

trecentos & his plures viros, quos ex nostris captos in vincia coniecerat, continuo soluit: hisq; sic abeuntibus, quindecim *Bizantiorū* milia, ob commendationē gratiax, dilargitus, quindecim etiā equos, precii optimi, pariter attribuit. Præbuit quoq; & celeberrimū nostris negotiū, equos, asinos, & omnia tantæ militiæ obiter vñi futura proponens, vnde expeditio Dominicæ integerrimè reficeretur ad præsens. Id deniq; facto secū pacto, adiiciens, quia si Imperatoris Babilonici bellū, quod freqvēs & maximum parari ferebatur, tñcicerent, si Iherosolimā caperent, Christianæ sese confessim conditioni subiiceret, se suamq; eis regionem addiceret. Ab ea ergo vrbe digressi, in secunda Maii mensis die transiere per horridā & angustā nocte dieq; viā castrū dcinde, quod *Bethelon* vocabatur, attingūt; ad vrbe deinceps iuxta mare posstā peruenientes, quę dicitur *lebari*, sitis anxietatē nimię passi sunt, cui flumen, nec morā, succedens, oportunū remediū præstitit, cui vocabulū erat *Braim*. Nocte igitur *Ascensionis*. Dominicæ quendā subière montē, angustū omnimodis habentem callē, vbi vehementer extimac̄te, ne q̄buios hostes in illarū augustiarū exitibus haberent: sed, Deo prouidente, nemo eorum occursui sese fuit ausus ingerere. Milites planè qui præierant nostri, liberā ab hostili incursu fecere viam. Demū itaq; ad Ciuitatē applicuere maritimā, quę appellatur *Baruch*; inde ad *Sareptam*, quondā Sidoniorum, sub muliere vidua Helię pafitione celebrem: dehinc ad aliā, quę dicitur Sur; postmodū ad *Accaron*, Palestinorū aliquando metropolim, deuenēre. Deniq; procedentes per viam, *Cayphas* vocabulo, habuere castellū: donec ad insignem, & ipsam Palestinorum, consequenter appulere *Cesaream*; ibiq; ternis diebus etra Māium exeuitem celebrauerē Penthecostem. Post hæc ad eam, quam quidam *Ramatham*, origine Samuhclis illustrē; aliqui scientiores curiosioresq; locorum *Ramoth-galad* asseuerant, cuius obtinenda contentiones, Achab scelestissimum Syrorum Benadab rege superante, præcipit, perueniunt: cuius habitatores, comperto superuenientiū Francorum rumore, fugerūt. Hæc ciuitas, & vallis vetustissimæ memoriae monumentis esset eximia, vniuersa tamen clarissimi Martiris *Gebrīs*, quem illuc sepultum asserunt, mihi videretur obnubilare præsentia. Reperitur ibidem, colonis recendentibus, vietualium prope omnium opulentia grandis; & non paucis præbuit diebus generale subsidium exercitibus hospitandis. Vbi proceres, clerorum & episcopos, qui interesse poterant consulentes, cum fauore eorum ipsi ciuitati eligendum taxauere Pontificem. Cui collatis suarū rerum decimis, auro etiam argentoq; ditarunt; equis animalibusq; suffulciunt, quo sine difficultate indigentia, fine summi gradus iniuria, sese ageret cum sua familia. Ipse refedit cum omni, in commissa sibi vrbe, tripudio, de Ciuitate tuenda, & de basilica potissimum erienda officialibusq; Ecclesiæ instituendis, Principum qui hoc ob cultum amoremq; martiris obnixè fieri petuerant obediturus imperio. Et ecce ad illā quę tot penurias eis genuerat, tantam sitim ac famen tamdiu & tam crebrò pepererat, causa tot nudatum, vigiliarum ac frigorū; indesinentis metus occasio, subeundē miseriae volutuofissimū incentiu; ad appetitum mortis & vulneris illex: ad illam, inquā, mille desideriorū milibus affectatam; tantis, dum prospicitur, mœroribus ac iubilis inclamatā, tandem peruenēre *IHERVSALEM*. De qua sicut de Dominicī Corporis manoribus legitur, quia manducauerunt & adorauerunt; ita & de his dici potest, adorauerunt eā, & expugnauerunt. Octauo itaq; Junii Idū, cū tertia esset feria, mirā animositate est obfessa Ciuitas. A Septētrionali igitur plaga, Comes ēa *Rothbertus* obsederat Northmānorū, iuxa eām beati Stephani Ecclesiā, vbi propter filiū hominis, quē à dextris Dei se vidisse clamauerat stante, à Iudeis est obrutus imbre Sixorū. Ab occidētali autē opponitur Dux *Godefridus Comes Elādrensis*, & *Tancredus*. A meridie obfedit eā Comes *Sancti Egidii*, in mōte videlicet Syon, circa Ecclesiā beatae Mariæ genitricis Domini, vbi Dominus cū suis ad cœnā pridicq; pateretur, fertur discubuisse discipulis. Tertiā ad vrbe aduentus corū die, *Raimundus* ille, cuius in expeditione Dominicæ non minimū opuscula claruerunt, ille, inquam, quē *Pilitum* agnominabant, cū quodā suo cognomini, illustri itidē viro, aliisq; quamplurimis longiusculè ab obſidionis loco processit, si quos fortè hostiū, vti erant soliti, oberrantes ad nostrū insidiās reperire contigeret. Et ecce, ducentorū fermè *Arabum* se eis intulit repente manipulus, quos *Raimundus* vt vidit, leoninā feritate aggreditur, & tota corū audatia, Deo eis insistēt, subigitur. Plurimis itaq; interemptis, captisq; tricensis equi's letā ad exercitū de claritate facinoris reportauere victoriā. Alterius ergo

ebdomadæ secundâ illucescente feriâ, tantâ vi, tantâ vnanimitate peruaditus murus vrbis exterior, vt si scalarum apparatus non deessent, Francorum continuo ditioni vrbs pariter ac urbana cesserent. Tota igitur ante muralis fortitudo irrumpitur; & per minoris ruinas, plenario iam patente progreßu, ad maioris propugnacula muri, vna, quæ affuerat, scala porrigitur: Quâ nostri milites quidam consensâ citissimè, cœpere prælia iam habere præ manibus; & vbi iactus defecerant, tota fiebat res lanceis & ensibus: defensores ciuitatis, & eorundem obſſores ferro decernunt comminus. Occubuerunt itaque multi ex nostris, sed ex illis plures. Sciendum autem; quoniam hæc ipsa ciuitas,

10 cum adhuc Antiochia oſſideretur, sub regis ditione Persarum detinebatur à Turcis. Porrò *Babilonicus Imperator*, cùm, ſicut ſuperius retulimus, ad noſtrum legatos exercitum direxifſet, explorandi ſatum noſtrorum ſolummodo id cauſa effecſiſſe diuſcitur. Cum enim diriſſimâ Christianam militiam indigentiâ profligari conſpicerent; & optimates quoſque, deficientibus equis, factos iam pedites comperiffent, noſtra omnia vilipendere, nec quicquam nouarum moliri rerum contra Turcos, quoſ potiſſimum patiebantur infenſos, noſtrorum, qui contra eos exercebantur, fiduciâ præſumplere. *Rex* plane *Persidis* de Babilonico, quod viſquequaque latiſſimum perhibebatur, imperio, multam viſurpauerat portionem: ſagatiorem enim habebat, bellorum induſtriā gentem. Comperto idei

20 denique Babilonicus Princeps quòd Franci, imo per Francos, Deus Antiochiam ſubegiſſet, & Antiochię pro mœnibus, Curbaran ipsum, cum tota Persarum ſuperbia, confudifſet, ſumptâ confeſtim audiatâ, Turcis arma intulit; Iherofolimamque, cui dominabantur, obſedit. Quâ, nescio vi aut aliquâ conſederatione, receptâ, in ipſa turri, quæ dicitur Dauid, & quam propriè dici putamus *Sym*, Turcorum plurimos, ad custodiam nescio an ad dominium, dimiſere: de quibus conſtat quia noſtrorum neminem inter obſidendum penitus nocuēre; ſoli arcis custodiæ cui deputati fuerant pacificè intendere. Contra Sarrazenos ergo noſtri huius belli commertium habuēre. Igitur in ea obſidione, panes qui emerentur reperiſſi non poterant, & per dies circiter denos, huius paſſim

30 extitit difficultas edulii: donec Deus nobis aſſisteret, allapsa portui *Ioppe* noſtri claſſe nauigii. Parque fuit preeſtia ſiris, adeo ut non modò ipſi tali miserabiliter fatiſcerent incommodo; ſed etiam equos ſuos cum cæteris iumentis, per ſex mi- lium ſpatia, procul potanda deducerent, ſub hostium circumcurentium timore nimio. *Syloa* nempe fons, ex Euangelici cæci retectione præcognitus, qui à radi- cibus Syon montis emerget, ipſos alebat: quæ aqua ſummâ ſiquidem inter eos caritudine vendebatur. Postquam ergo miſſa legatio Ioppen appuliffe nauigia nuntiauit, communicato Seniores consilio, proponunt milites, quoſ ad tutelam nauium ac hominum in nauibus poſitorum, ad portum debeant destinare. Summo itaque diluculo cùm iam exprimeret tenuis aurora crepufculum, *Raimundus*,

40 qui crebro à nobis ſermone teritur, cum duobus aliis proceribus, centum, de Domini ſui Sancti Egidi Comitis exercitu, equites legit; & ad portum viſque ſolitâ auctoritate procedit. E quibus, triginta illico ſeſe milites excepere; & digreſſi ab aliis, Turcos, Arabes, Sarrazenos, ſeptuaginta circiter reperiſſe, quoſ noſtrorum itus ac reditus direxerat aucupatum *Rex Babilonia*. Quorum cueeo noſtri, & ſi nimis impares numero, grandi animorum acrimoniâ inuehuntur: ſed tanta hoſtium virtus ac ferocitas extitit, ut vndique imminerent, iam viſque ad ipsorum perniſiem, noſtris. Vnde & alterum de duobus illis proceribus *Achardum* vo- cabilo, peremerunt, & aliquos ex pauperibus, & ex peditibus honoratores. Cùm ergo ambirent noſtrōs, & armis hinc & inde conclusos vrgerent, & penè iam

50 miſerabili desperatione conciderent, venit qui Raimundo illi prædicto neceſſitatē quā ſui comites paterentur ediceret: *Quid tu, inquit, iſtic detineris, & milites? Ecce tui qui recens à te abierant, Turcorum, Sarrazenorum & Arabum atrociter circumcinguntur examine; & niſi eis adminiculum ocius feras, morituros, niſi iam obierint in dubiè omnes in proximo ſcias. Vola igitur, propera, quia fateor, erit omnis tarda velocitas.* At Raimundus, cum ſuo vniuerso comitatu, expeditius inuifere locum quo hæc agebantur accelerat; ſed in ipſo certaminis apparatu non in armis, non in viribus, verū in Saluatoris fide ſufragium ſperat. At Gentilium, vbi Christi militiam

iii.

iv.

Phalanga conspexit, duarum continuò acierum discrimina fecit. Inuocato itaque Altissimi præsidio, tantâ nostri illis vehementiâ irruerunt, vt quisque hostem ad se versum properâtem prosternetet. Considerâtes ergo vires sese diu Christiani impetus non laturos, cessere Paganî; & celeri fugâ intolerandæ consuluere formidini. At nostri eos rapidâ maturitate sequentes, per quatuor milium remotiora fugarunt: in tantum, vt cum ex eis plurimos peremisissent, equos Centum tresque, pro victoriae signo, reducerent. Verùm occisis cæteris, cum vnum superstitem reliquissent, secum adduxerunt, à quo quæcumque apud hostes tractabantur, & quæ princeps Babiloniorum facere contra nostros proposuerat, didicerunt. Interea sitis insolentiâ horribiliter grauabatur exercitus, adeò vt coria bouim bubarumque fuerent, in quibus deferebantur aquæ per miliaria sex. Talibus utribus ad conuchendas vtebantur aquas, quæ ex recentium tergorum humore exolidæ, maximam miseriâ inediæ quibusdam intulerant, in vsum exercitus transire coæta, cum ordeaceo pane. Quantâ tot virorum nobilium fauces & guttura cibarii panis illius rodebantur aspredine? quantâ delicatos eorum stomachos putidorum iaticum putamus tortos acredine? Bone Deus, quid patientiarum inibi fuisse pensamus, vbi non immemores erant qui que habitæ quondam in patria dignitatis, quam condire fuerat solita non exiguae requies voluptatis, cum ea quæ patiebantur nullius exterioris lenirent aut spes aut solatia quæstus, eosque in dies crudelissimorum laborum decoqueret æstus? Hæc mea est sententia; hæc vnica, Nunquam à seculorum tales extitisse principiis, qui pro sola expectatione emolumenti spiritualis, tot corpora sua exposuere suppliciis. Vrebant animos remotæ adeo peregrinantium pignorum affectus, delectationes vxoriæ, possessionum fastigia; & tamen ac si ibidem permanensi perpetuò, non desistebant à Christi prosequenda militia.

vi.

Sarraceni igitur circa fontes ac flumina iugibus instare insidiis, vbiique locorum nostrorum cedibus inhiare, prædarî, si qua contigisset occurrere, raptasiue animalia, seu quælibet alia in cuniculos & spelæa abducere. Circa ciuitatem per exercitum in procinctu commandantem, famis sitisque atrox bachabatur acerbitas; & hostium, hinc & inde vagantium rabidior detonabat circumquaque malignitas. At Principes sacræ militiæ, tantum in commodum, à tot tamque diuersis hominibus tolerari vix diutius posse videntes, quibus machinis ciuitas expugnabilior putaretur coniiciunt, quatinus, pro quo tanta pertulerant, passi ac sepulti monumentis Salvatoris adorandis interesse valerent. Præter alia ergo instrumenta plurima; quibus aut muri per arietum illisiones labefactarentur, aut crebris balistarum iactibus turres concuttrarentur ac mœnia, duo iubentur institui lignea castra, quæ nos sumus soliti vocare *Phalas*. Dux itaque *Godefridus* suum primus cum aliis conuenientibus machinis ædificat castrum: & Sancti Egidii Comes *Raimundus*, qui nulli se patiebatur esse secundum, ipse itidem instituit suum. Tum Sarraceni, dum machinas erigi, dum castra procedere, dum admoueri arcibus torimenta conspicunt, muros & ipsi prouehere, fulcire labentia, turrium summas insolitâ proceritate porrigere. Quæ quidem vniuersa, cum maturarent explicare noctibus, interdiu de nouitate operum nostris miraculum exhibebant. Ligna autem, de quibus nostri aut castra, seu quasque mackinas instruebant, conuehebantur è remotoiore prouincia. Perpendentes itaque exercitus Dominici Proceres, cui vrbis parti imbecillitas maior inesset, cuiusdam nocte Sabathi, castrum idem cum aliquibus machinis illè deportant. Ab orientali ergo parte summo ea diluculo eriguntur; primaque, ac secundâ, tertiaque feriâ, his aptandis stabiliendisque insistunt. Comes etiam *Sancti Egidii* à Meridiana plaga suam instaurabat machinam. Dum ergo tanta obſidionis ferueret intentio, siis tamen intolerandæ omnium præcordia torrebat ariditas: in tantum vt pretio vnius nummi vel ad refocillandum, vt sic dixerim, nequaquam aqua sufficiens valeret haberi. Quartâ demum ac quintâ die, collatis vnanimite viribus, aggredi constituunt ciuitatem ex omni parte vallatam. At antequam hæc fieret destinata peruersio, subiectis plebis lœtanias indicunt Pontifices, atque presbyteri; ieunia, orationes, ac eleemosinas præcipiunt celebrari. Memores igitur idem præfules Ihericontini quondam casus, & quod Israelitæ tubis aliquando clangentibus, circumitu septeno, & Sacræ Archæ circulatione, diruetant

diruerant perfidae mœnia ciuitatis : cum multa spirituum & corporum contritione processiones agendo, Sanctorum nomina flebiliter inclamando, *nudipeda*-
lia exercendo, Iherusalem circumeunt ; cùm Seniores, tum populi, superna implorando subsidia, eidem necessitati concurrunt. His denique, profundissimæ studio humilitatis, explicitis, accedit ut sexta occurreret feria, in qua cùm vehementi ciuitatem impetiffent instantiæ ; & nulli prorsus effectui molimina communia valuissent : ecce totius militiæ animis tantæ desperationis stupor irrepit ; adeo vniuersorum robur euanuit, vt infortuniis elisa frequētibus quorumque generaliter audacissimorum corda conciderent. Audiui, testor D E V M, à viris qui-
10 busdam veritate præditis, qui illi diuino interfuerè procinctui, quia cum Christiana militia à ciuitatis mœnibus expugnandis sine ullis reuerterentur effectibus, videres optimos quoisque equitum à murorum congressibus resilire, manus complodere, eiulatibus diris obstrepere, & quasi à D E O iam omnimodis deserentur, ingemere. Est etiam mihi non inferiori relatione compertum, *Rothbertum*
15 Northmanniæ comitem, *Rothbertumque* alterum Flandriarum principem iunctis pariter conuenisse mœroribus ; & se cum fletibus vberrimis conclamassemis-
ferrimos, quos suæ adoratione Crucis, & visione, iminò veneratione Sepulchri tantopere I E S V S Dominus iudicaret indignos. At eâ propinquante horâ, quâ
20 verus ille I H E S V S, qui secundò populum de Ægypti exegit ergastulo, in Crucem sublatus creditur, Dux *Godefridus*, & Comes *Eustachius* frater eius, qui è castro nullatenus propugnare destiterant ; & muros inferius creberimâ arietis inli-
fione pulsabant ; & eos, qui supernè mœnibus defensandis adstabant lapidum iactibus, ac variis missilibus collatis, etiam hinc indequè præstò mucronibus, Sar-
racenos pro vitæ patriæque tuitione pugnaces vrgbabant. Interea *Letal-*
25 VII.
dus, ex equitibus quidam, tanti ausu & opinione facinoris per temporum succidua celebrandus, primus super muros ciuitatis insiliit & maximo circumstan-
tium stupore Gentilium, mentes felici hac ex præsumptione concussit. Ut er-
go vir ille concendit, quiq[ue] iuuenum Francorum, quos pia iam dudum redi-
diderat illustriores audacia, sese proripiunt ; & dum inferiores illi vni, qui præ-
30 cesserat videri refugiunt, murorum pariter suprema descendunt. Quos etiam nominatim huic infarerem paginæ, nisi scirem post redditum tantorum eos flagi-
tiorum ac scelerum infamiam incurrisse, vt de eorum expressionibus secundum iudicium D E I nomen diligentium videar non iniuriâ tacuisse. Mox itaque vt
Francos Sarraceni muris inuolasse conspiquant, per muros ipsos, perque ciuitatem continuò fugam arripiunt. Illis denique cedentibus vniuersus illico no-
strorum ruit exercitus : aliis per foramina arietinis iactibus acta ; quibusdam per
machinarum influentibus fastigia. Fit, introire nitentium, admodum tunc per-
nitiosa celeritas ; & dum quisque primus repperiri desiderat, mutuâ alter alterum
compressione conculcat. Porrò etiam circa ipsos, quos Sarraceni obstruerant,
40 vrbis portarum introitus, fraus adoperta scrobium, Sarracenis eisdem constat au-
toribus : vbi multis intulit ipse periculum casus, excepto eo discrimine quod fece-
rat, dum impatienter influunt, angustus introitus. Paganos itaque fugientes, Fran-
ci ferociter insequuntur ; & obuiis omnibus indifferenti cæde mactatis, vsque ad
ipsum, quod dicebatur *Salomonis templum*, internetio potius quam pugna, per pla-
teas & compita vicosque protenditur. Vbi & tanta extitit humani crutoris effusio,
vt procedentium propteralos, irrigui sanguinis vnda submergeret. Istac quidem
res eâ prosperitate processit. *Raimundus* verò, Sancti Egidiæ nus vtique ille Co-
mes, à Meridiana plaga admouit exercitum ; ingens pariter machina rotis acta, fe-
rebatur ad murum : sed inter eam, quæ castellum dicebatur, machinam, & mu-
50 rum, fouca nimis alta patebat. At princeps, accelerato consilio, qualiter præruptum illud valeat sine difficultate longa repleri, per exercitum iubetur præconum voce
cantari : quatenus qui in eandem foueam trium esset portator lapidum, vnum se
sciret denarium habiturum. Quæ repletio, tridui spatio vix potuit exæquari, cùm
nec noctibus posset à cœpto cessari. Oppletâ in hunc modum foueâ machinam
illam exhibuere mœnibus. Porrò illi, qui interius vrbis defensandæ curas assump-
perant, non dico fortitudine, sed pertinacissimâ nostris rabie obsistebant, Græco-
rum, quos sic vocabant, ignium saxorumq[ue] iactibus machinarū carpenta vexantes.

VII.

VIII.

Quorum id est atque molima miro Franci ingenio, multotiens se fellerunt. A parte interea Orientali, ciuitate, uti prædixi, irrupta, ad prædictum comitem pertulit haud alius quam pugna tumultuans, quod Franci iam in urbe passim cædendo discurrere capti viderentur. *Quid, inquit ad suos, istic moramini? Nonne Francos, Ciuitate optentia, celebri spoliorum raptu iam triumphare conspiciatis?* Irrupit itaque cum suis celerrime Comes urbein: & quia Francos per urbana palatia quosdam, aliquos ad Dominicam Memoriam, nec paucos pro pastoforiis, ut veteri utrnomine, Templi Salomonis acerrimo conflictu euagari exerceri que dicerat: ne à dominio capti expers existeret ciuitatis, cum eo *Admirauis*, sic enim eum vocant, qui Arci Dauid, quæ *Syon* dicitur, præterat, ferronem habuit; ut arcem sibi factam deditioe contraderet, ab illo exegit. Satrapa itaque, pacto inter eos inito, Comiti eidem, portam illam aperuit, per quam catenus Iherusalem introeuntes Peregrini & introire; & pensiones, quas *musellas* vocare solebant, soluere nimis indebet ac crudeliter cogebantur. Ingressis igitur *Provincialibus*, Sancti Egidiani scilicet Comitis exercitu, & cæteris omnibus urbem, fiebat Paganorum indiscreta percussio, non teneritudo, non species, non grauitas, non vllæ vires subtrahebantur exitio: cunctis generaliter, ineuitabiliterque, imminebat dira pernities. At hii qui ad Salomonis Templum fere contulerant, totum aduersus nostros configendo detinuerent diem, sed nostri, eorum semiuam desperatorum indignè ferentes audatiam, conspirata animositate se ingerunt; & Templi adita, exertis socialiter viribus, penetrantes, tantam miseros intra fani ambitum cede dilacerant, ut cruores peremptorum sine numero, calceorum penè oras excederent. Promiscui ergo sexus, & in differentis ætatis, innumerabili per idem templum multitudine fuisse, quosdam reliquæ superstites, spatio eis vitæ interim ac salutis indulto, donec casorum caduera, quorum dispersa iacebat hac illacque; fœda congeries, ipsi amoliretur à templo. Quibus amotis, & ipsi quibus & priores, succubuere mucronibus. At qui Templi suprema concenderant, vulgi promiscui infinita frequentia, *Tancredi & Gastonis*, pro signo sibi interim pacis indulta, vexilla suscipiunt. Is autem *Gaston*, vir illustris atque ditissimus, vtrum de Gasconia, an Basconia foret, non integrè memini: quia tamen de alterutro esset ad certum tenui. Exercitu igitur discurrente, ciuitas vniuersa diripiunt; obtentisque palatiis, & quibusque ædibus, argenti diues & auri, sericarumque vestium præda corripitur; equorum mulorumque multiplicitas aperitur; in domibus, virtuali omnium opulentia reperitur. Is autem in Dominica militia modus & exæquatio fuit: *ut cuicunque, etiam pauperrimo, seque quilibet optima obtulissent, eius procul dubio, absque retractatione, fierent*, cuiuscumque conditionis videretur, cui ad manum primò venissent. Et ecce, his omissis ad illud quod tantis desideriorum æstibus situerant, mixtis pariter gaudio & mœrore concurrunt. Sepulchrum ergo Dominicum adiungunt; & de qua sita beatorum locorum libertate, illi summi opere gratulantur; qui tanta per eos exercuerat, quanta, nec ab ipsis per quos acta sunt, neque ab ullo hominum poterant æstimari. Recordabantur earum, quas ob hæc ipsa passi fuerant, anxietatum; hasque ad insperabiles dum contemplantur peruenisse triumphos, dumque seculis incognita facta considerant per se ipsis, comprehendendi à nemine valet fletus emiserint quam beatos. Deus omnipotens, quid ibi viscerum, quid latitiae, quid dolorum fuit, dum post in auditas, & cunctis à seculo exercitibus inexpertas, quasi partuum torsiones, ad noua visionis adeo desideratæ gaudia, ac si nati filii, sepe peruenisse conspicunt. Mœrent igitur, & tamen fusis lachrimis, omni sibi dulcioribus pane, coniubilant, *Ihesumque piissimum suorum diutinorum laborum ac cruciatum causam*, ac si cruci appensum, ac si ad huc sepulchri integrumento detentum, per singula memoriarum momenta, vberrimis complectuntur affectibus: Auri, argentique magnifica tributa penduntur; sed omnipotenter munere deuotio interna profertur. Denique crastinum mane recanduit; & ecce Franci, eos adhuc residuos esse dolentes qui Templi suprema concenderant, quibusque *Tancredus*, & *Gaston* propria, ut supra diximus, vexilla porrexerant, fani acerrime testa perudiunt; Saracenos, feminas cum masculis dilaceratos interimunt. Quidam ex eis electa sibi potius morte, quam sponte ipsimet consciusserunt, se Templi fastigio dedere præcipites.

Tancre-

Tancredus tamen, pro signi præbitione sui, & sponsione quam *Gaston* & ipse fecerant, cædem eandem ægræ tulit. Præcipiunt itaque nostri Saracenis aliquibus, vt mortuos efferant, quia eos teterrimo fætore grauabant: tantâ enim cadauerum frequentiâ ciuitas opplebatur, vt cundi, nisi super occisorum corpora, Francis facultas nulla daretur. Pagani ergo, suorum funera exportantes ab urbe, pro foribus eius, extruetis de cadauerum congerie in montibus aceruatim pira subposita comburebant. Tantas Gentilium usquam cædes accidisse raro legimus, numquam vidimus; Deo eis referente vicem, qui tot, pro se Petregrinantium poenas & mortes, quas tanto fuerant tempore ibidem passi, digna nequissimis retributione restituit. Non enim est quisquam sub Deo intellectus, cui æstimabile habeatur, quanta illic cunctis sancta loca petentibus, à Gentilium insolentia tormenta, labores, atque necesse inlata constent: quo magis *DEVM certa est fide doluisse credendum, quam manu profanâ captiuatam crucem atque Sepulchrum*. Sed antequam ad alia calamum diuertamus, id videtur primus intimandum, quod Salomonis illud, de quo supra egimus, Templum, non verè idem quod Salomon fecerit, est ædificium, quod constat Domino, lapide super lapidem non remansurum, prædicente, dirutum. sed eius profecto simulachrum, à nescio quibus, ob testimonia nobilitatis Domus antiquæ, constructum. Erat idem planè locus pulchritudinis infinitæ, auro argentoque, incomparabili pretio, nec minus incredibili varietate, compositus, parietibus ac valuis laminarum metalli preciosi affixione productis. *Raimundus* verò Comes præfectum illum qui arcipræcerat, cuique sua signa commiserat, noctu de arce emisum, sospitem tutumque Ascalonem cum omnibus qui comitiae suæ erant, duci fecit. Præterea urbe, sacrificique locis liberrati restitutæ, mox per vniuersam CHRISTI militiam clemosinæ fieri orationesque iubentur quatinus eorum animis dignetur uictio superna suggerere, quem sub dignitate Regia ad iura debant regenda Sanctæ Ciuitatis eligere. Octauo itaque post eius receptionem die, cum Sancti Egidiano Comiti pro sui magnificentia id munera obtulissent, & ille uisitatae amplitudinis non immemor, tam oneroso negotio se submittere, consilio altiori, refugisset, vir quippe grauis æuo & monoculus erat, armis tamen mirabiliter industriaque claruerat. *Godefridum* demum ducem aggrediuntur, & ei omnium pariter instantium prece, huiusc laboris potius quam honoris fascis imponitur, habituro, contra Gentilium copiosissimas vires, duellionis inremissa rigorem, & perpetuum cum sibi adiacenti Christianitate fauorem. Is autem, cum membris exilibus esset, at nimium proceritatis idoneæ, eloquio quidem lepidus serenitatæ immodicæ, armorum in illa expeditione Dominica, se præbuit strenuitate spectabilem, ita ut testimonio veraci probabile id de ipso præclarri facinoris cantitetur, Turcum eum inloricatum, equo tamen vectum, apud Antiochiam super pontem Pharnarais obuium habuisse, huicque ilia tam valide gladio traieciisse, ut corporis trunca decidens terræ procumberet, & crura sedentia pertransiens equus efferret. Solent enim Lotharingi cum longitudine tum acie spatas habere mirabiles. Cuius aliud non inferioris factum gloriæ, dignum quoque relatu ac omnimoda celebritate subiectum censuimus. Niceam ceperant, & ad Antiochiam obsidendum, quoniam super Nicea res fortuniosè processerat, contendebant, cum inter eundum aliquo iens, dum à procinetu solito oportunitas securitatis adesset, progredientes è viburnis contiguis bestias venarentur: saltus namq; eius regionis, non è quâ nostri grossitæ aut proceritate eminent: semel accedit, ut immanis admodum corpulentia vrsus è fructibus exiret, quem comperiens exercitus circumquaque disquireret. Vrsus nempe isdem, persens frequentiâ conclamantum, è quibus emerserat silvas extēplò repetiit. Multis ergo undecunq; giratibus, cum nil occurreret, misero cuidam contigit ad bestiæ lustra pertingere. Quem ubi incautum vrsus adoritur, brachiis subigit, hominisque iacentis corripuit mox dentem femur. Et ecce Dux, dum à suis euagatus, oberrat, solus interuenit: quem miser intuitus, & ex circumstantia doloris ac timoris illacrimans, ingenitas viro liberalitates obiectans, super opis latione compellat. Nec ille, cui penè omnis constabat ex virtute natura, cunctatur auxilium; sed adnisi quo valuit exactum à vagina in

March
24, 21

xi.

xii.

verticem Beluæ illisit protinus gladium: Quæ ossis obnitente duricie , potius irritata , quam læsa , in Ducem se contulit: at illius tamen , primò infelcis , quos trux intruderat dentes à crure remisit. Qui celer excedens , & de vicissitudine Duci referenda , sui vtpote curiosus , iam negligens , in cœpto dimisit vtrumque conflictu. Igitur fera , eo istu efferata , *Inflit, ac unco corripit ungue Ducem; Deicit,* *ac sub se cohabet crudelibus vlnis;* Et rabido rapuit mordicus ore femur : *Cuius regia* *meus nequus quam subita turbam Perpesa ruinâ Protractum retinere manu non desitit en-*
sem. Cùm ergo iaceret elius , & quam carpere cœperat coxam fera torqueret , Dux sui necessitate non immemor , in ipso confinio ceruicis & armi gladium bestiæ applicat ; aciemque mucronis , vniuersæ collatione eidem virtutis inuiscerat. Que persentificens ferrum ad interaneorum ima prolabi , tandem quos in femoris pulpa constringerat riectus , extulit. Dumque à ferali se ore solutum Dux inspicit , sed loco eam non moueri attendit , iunctis à se pedibus propulit : sed in ipso repulsi , per prominentis à beluæ pectori gladii aciem , suras sibi tibiarum lætaliter penè concidit. Ruit itaque multo deterius , quām cùm premeretur à bestia ; & toto iam corpore inualido ac exangui , vix aliquando repperitur à suis. Solitudinum suarum pœnituit tunc serò Ducem: dum per id , appendicis sibi exercitus , & totius sacræ militiæ detrimenta contingunt. . Usque ad finem planè Antiochenæ obsidionis ægrè prorsus nisi lecticâ deuchi potuit: & ideo , quia nec sibi nec vlli prouidere poterat , quindecim fermè hominum milibus , qui sibi co-
 haeserant , & ab eo pro infirmitate descierant , breui caruit. At quia ursum semel adorsi sumus , quid Balduinus etiam eius frater , qui nunc usque Iherosolymæ regnat , egerit præoccupare voluimus: quia nullus id referendi forsitan sese alias aptior apcriet locus. Pro erectione cuiusdam sui peditis , cuius admodum sese iuaret audacia , grauissimum similiter in prælio vulnus exceperat. Verebatur prouidentia illius , quem sibi adhibuerat , medici , inditis cataplasmatibus exterius cicatricem obducere: nouerat enim idem vulnus interiora corporis profundius attigisse : ne dum cutis superficies æquaretur , intrinsecus sanie congeries foueretur. Quod ita fieri , miro modo , laudabili coniectura experientiaq; proposuit. Regem petierat , ut aliquam , ex his quos custodia detinebat Saracenis , personam , eo statu , tali in loco , quo ipse sociatus fuerat , vulnerari præciperet (Christianam enim nephas petere erat) & post illationem vulneris , occidi iuberet: quatinus in interfetti corpore licentius disquireret , immo ex eius despectione perpenderet , qualiter se in suis , plaga regia interius haberet. Horruit ad hæc nimium pietas principalis Constantini veteris exempla resculps : negat se cuiuspam hominum , etiam deterrima omnium conditionis , causam mortis ullatenus , pro tantilla , cum etiam sit dubia , salte futurum. Tum medicus: Si inquit , reparanda tibi gratia sospitatis nemini vitam adimere definisti , saltem ursum inutilem satis nisi spectaculo bestiam admoueri manda; prioribus pedibus in sublime porrectis erecta , ferro ferriri impera , cuius perempta postmodum cū peruidero viscera , metiri sanè utcumq; potero , quorū int̄ro processerit , quantum quog. leſio tua. Cui Rex bestia ait , non in mora , cum opus fuerit , erit: factum puta: facto igitur ad libitum medici ex fera periculo , comperit incommodum vt prælibauimus regi , si obductio celerius vulneri proueniret , nisi prius exhaustâ purulentâ pars intrinsecus scissa coiret. Hæc supra regum pietate dixisse sufficiat: quorum gloria æquè fateor , incessisset , si non pontificii electio , immo & ipsum pontificium claudicasset.
 xiv. Hucusq; Musa , per fructuæ verprium Incessit arto scrupulosa tramite Calles eunis occupante nubilo: Aurora seri vix fouere syderis. Lues cruoris hac tenus cucurrerit. Stragi famiq; nil vacans resederit. Fortuna si qua rebus interdum suis Arrisit , aura cladum rāpax tulit. Quis dum Nicena subruere mœnia , Quis urbe captâ fructus est Antiochi? Is est profecto qui fit ex suppliciis , Cuicunque sancto morte victa martyri. Dolenda namque si qua contigit pati , Mixtisque ferre cædibus penurias , Mæror futura parturire gaud. u. Quo utar ergo vocibus Psalmographi? Letatus sum ex his que relata sunt mihi: Licet subire presto iam donum Dei. Pes ecce noster atriorum Solimæ , Calcator extat , ac ouans obambulat. Franci laboris hac habete premia: Nec vos dolete periulisse triflia. Optata tandem vos Sepulchri visio , Crucisq; tacta fletibus redemptio Iuuat , fugitq; pectus omne passio. Vrbs ista sape præda facta regibus , Pessum

Psalms. 121.

Pessam dabatur obruenda funditus. Hac, ô beatissimae civitate, Hinc promerens, ut
 imperare debeas, Ad teque regna Christiana contrahas! Videbis orbis huc venire glo-
 rias, Tibique matris exhibere gratias. Non Ezra olim, vel Machabaeus Iudas, Post
 dampna, tanto prouehunt opes tuas: Non Adrianus, unde nomen Helia, Te suscitando
 quis dedisse talia. Pro te tuisque mundus iste militat: Hac penè cura seculum solici-
 sat. Quondam Iudea dum vigeret optimè, Præbere quibus huic decus parabile. Quid
 carminantur in duella milites? Estote, quæso, Persidis perniciës, Non vestra: quidquid
 officit Iherusalem, Et Babylonis obserat Principem. Ut fas adire sit bonis! H E S V Cru-
 cem, Pinum Sepulchro subiungare verticem. Clamabo nostra compresse tempora, Quod
 non docebit illa fastorum scola. At quoniam dum temporalia procurantur, quæ
 Regia administratione tractanda putantur; interiora negligi non debent, quæ
 sacerdotali officio pertinent: Rege prout potuere creato, de Patriarcha conse-
 quenter substitutione pertractant. Erat ibi tunc temporis quidam sub censura
 clericali agens, sub quo autem gradu nescio, qui vocaretur Arnulfus. Is in Dia-
 lectice eruditione non hebes; cum minime haberetur ad Grammaticæ docu-
 mentarudis, Regis Anglorum filiam monacham, eam quam præmissimus, diut
 disciplinâ docuerat: cui Northmannorum Comes, mediante sorore, spoponde-
 rat, quod etiam Episcopalem honorem ipsi deferret, si quempiam Episcoporum
 suorum obisse contingiceret. Interim Hierosolymitani itineris cum suborta fu-
 isset occasio, Episcopus Baiocensis, Odo nomine, vir magnarum opum, hoc i-
 psum deuouit iter. Qui cum senioris Anglorum Regis Guilelmi frater esset, &
 præter pontificii dignitatem apud Anglos comitatum Cantie obtineret, spe in-
 comparandorum thesaurorum, in tantum res visus est audere nouas, ut etiam de
 Regni contra fratrem proprium præsumptione tractaret. Quem Rex præueni-
 ens carcerali mancipauit custodiæ; detinuitque virum, usque ad sui ipsius exi-
 tum vitæ. Quo exacto Episcopus idem libertati ac honori rediit; & uti præ-
 missum est, viæ huius intonante præconio, ipse suæ gentis fretus frequentiâ, cum
 opibus innumeris ire prærexit. Cuius Arnulphus idem comitatui sese indidit:
 & cum huic ipsi Episcopo citra, nisi fallor, Romaniae fines finis obtigisset, ex il-
 lo maximo censi quem post se reliquerat, hunc legatarium, penè ante omnes,
 suppellestilis suæ preciosæ effecit. Cum enim scientiâ litterali plurimum pos-
 set, & ingenio cloquentia non deesset; uberiorque iam copia cognitionem redi-
 deret, cœperat nostros crebris animare sermonibus, famamque suam propa-
 gare in talibus. Inopia namque litteratorum, virum fecerat clariorem: &
 dum vox magis quam vita curatur, ad hoc ut Hierosolymitanus fieret Patriar-
 chavocatur. Aliquandiu itaque, solo nomine, pontificale ostentum se præ-
 buit; declamationibus suis tamè nouitati illi profuit. Tandem post ali-
 quantulum temporis, cum facta usque ad Apostolicam sedem procrebuit-
 fer electio, Papæ Paschalî, post obitum Podiensis Episcopi, vices super Do-
 minici exercitus cura, suas Archiepiscopo Daiberto Pisano mandauit. Qui
 iam captâ Iherusalem Rege promoto, cum plurima classe aduenit; nec multo
 post, electionem quæ de Arnulpho fuerat facta cœcilians, secundum Ca-
 nonum iura refutandam duxit. Discuso nimis hominis genere, sacer-
 dotis filius reperitur: qui non solum à sacris arceri præcipitur gradibus;
 sed secundum Toletana Synodi scita, eius Ecclesiæ, ad cuius iniuriam con-
 stat eis progenitus, seruus iubetur fieri sempiternus. Hac exclusus, cum
 se summopere ingereret & defensaret, sententiâ, cum proceres eius podo-
 ri, quia repulsis fuerat, mederi in aliquo voluisse, sciscitantur ab ipso;
 quem eligendum duceret. Ille, cœqualibus iunioribusque, ut est prauitas
 naturæ, mox inuidens: hunc ipsam, inquit, Pisatum, qui legatione fungi-
 tur accipite. Dictis eius Principes assensere, raptumque Archiepiscopum;
 vix eius connivenientia requisita, in ipsa cui sedebat cathedra; per scipios idem
 principes in Ecclesiam cœixerent. Nec morâ, hunc eundem, post Regini glo-
 riosi Godefridi occubitum, cum regnatet Balduinus frater eius, qui Edesse præ-
 fuerat, proditionis insimulant; sive certò dampnatum criminé, eum qui
 Metropolitanus fore destiterat, Patriarchatu priuant. Cumque de insti-

tuendo Pontifice iterata tractaret electio , prouidens *Arnulphus* , vt talis fieret , qui nullatenus à suo imperio dissentiret , quendam de suis contubernalibus , quem sibi per omnia obteinperaturum , vtpote virum simplicem & inlitteratum , vocabulo *Ebreorum* , omni fauore promouit . Quo postmodum sese religiosè a gente , & ad eius ad integrum , vt putamus , nequaquam vota gerente , apud Apostolicam sedem eum nuperimè accusauerunt ; sed in ipsa sua accusatione fœdissimè defecerunt . Vnde tantum cum suis complicibus , qui sibi in accusando adnisi fuerant , apud Regem odium incurrit , vt eum à Sepulchri custodia arceret , quinetiam ab ipsa vrbe extruderet . Regratiatus autem Pontifex Apostolicæ sedis apicibus , ad plurimum exequitorum suorum dedecus , Iherosolymam rediit . 10

Hæc de illius imaginarii Patriarchæ electione ac deiectione dixisse sufficiat . Quæ electio omnium bonorum cassanda iudiciis , die festiuitatis Sancti Petri ad vincula crupit , sed cum ei nulla piæ vitæ adiumenta suppeterent , effluxit . Ciuitas autem eadem capta est à Francis , quintodeciño prouecti Iulii die , cùm sexta esset fe-
xiv.
ria ; ipsâ ferè , quâ *CHRISTVS* in Crucem sublatus est , horâ . Non multo post tempore , immò paucissimis post diebus ; adsunt *Neapolitanæ* ciuitatis legati , quæ *Scichem* antiquitus , vel *Samaria* vocabatur , *Tancredo & Eustachio* Comiti , Duciis pridem Regis , modò fratri , viris spectabilibus ac fortissimis suggesterentes , vt plurima succenturiati militia , ad præfatam proficiscerentur urbem , eam proculdu-
20
bio in ius proprium recepturi . Procedunt illi , ductisque secum multis , non si-
ne peditum numerositate , equitibus , ciuitatis appulere suburbio . Quibus op-
pidani , referato præsidio , spontanea fiunt ditione subiecti . Adsunt præterea & alii , qui ad Regem *Godefridum* perferunt *Imperatorem Babylonicum* magnas , bello contra se gerendo , apparare copias . Rex ilicò , ad ea quæ nunciabantur redditus actior , fratri Eustachio & Tancredo sibi nunciata denunciat ; & vt quantotius Iherosolymam regredi præproperent , missâ legatione præcipit ac ex-
orat . Locum autem prælii , apud *Afchalonem* indictum insinuat . Quo inui-
ctissimi idem comperto , dicto celerius montana subeunt . Sarracenos , in-
ter eundum bella moturos æstimantes , minime repperiunt , *Cæsareamque Pa-*
læstinæ perueniunt . Progressi inde ad vrbum , quam supra diximus , *Ramothe-*
30
nam , beati Georgii memoriâ celebrem , circa maritima constitutam , vestigia vertunt , vbi Arabum non paucos offendunt , qui prædicti prælii præcensores existunt . In quos nostri sociatis , vbi eos animaduertere , nisi bus vnanimi-
ter inuehuntur : hostes fugaciter cedere compelluntur ; plurimi viui capiuntur , à quibus , quæcumque de instanti bello agete proposuerat pars inimica , di-
scuntur : vbi videlicet eorum iam conuenisset exercitus ; quotus ipsorum ha-
beretur numerus ; quis pugnæ eidem præscriberetur locus . His *Tancredus* agnitis Iherosolymorum Regi Godefrido , quæ didicit nunciis directis insinuat . *Arnulpho* etiam , Patriarchæ nomine insignito , aliisque proceribus mandat . *Bellum* , inquit , *ingens vos manere noueritis : quod quia iam dinoscitur imminere , A.*
40
schalonem properate venire , freti viribus quas poterit solertia vestra potiores confa-
re . Rex igitur , quo post DEI fidem nemo sagittor , magnâ ad id nego-
tii omnem DEI militiam auctoritate sollicitat : Afchalonemque , vbi con-
tra hostium apparatum procedere debeant , designat . Ipse verò cum Patriar-
cha vocato , Flandrensiique Comite Rothberto , cùm esset tertia feria , ab vr-
be prodiuit . At *Sancti-Egidianus* Comes , Comesque *Northmannicus* , in-
xv.
tulerunt Regi , se necdum velle procedere , donec scirent an idem bellum pro
certo videretur instare : sese ergo Iherusalem interim reuersuros perhibent ,
asserentes etiam quia non in mora , cùm opus fuerit , forent . Rex abiit , &
dum conspicit eminus hostes , otiùs his , qui Iherosolymæ desederant , hæc
scienda mandauit . Continuò quendam acciuit Episcopum , quem destina-
uit ad vrbum , vniuersaliter suos obtestans , vt præsenti necessitati , submotâ
procrastinatione , concurrerent . Quartâ itaque feriâ , qui que Principes co-
actâ generaliter expeditione Dominicâ , castra à ciuitate promouerant : &
ipse Episcopus , qui Iherusalem commanentibus Regia verba detulerat , cùm
repedaret ad Regem , occurrentibus Sarracenis excipitur ; nec patet vtrum
occubue-

occubuerit, an captiuus abductus sit. At *Petrus Heremita*, pii hucusque operis exequitor, cum Clericis, Græcis pariter ac Latinis in ciuitate remansit, ordinando processiones, dictando letanias, instituendo orationes, submonendo elemosinas: vt D E v s hac, quasi suprema, dignetur populi sui cumulare victorias. Porrò Ecclesiastici qui adesse poterant viri, sacris, ac si ad sacra mysteria, induiti vestibus, procedentes ad Templum usque Dominicum, missas orationesque totis affectibus agendo mares ac foeminas conducebant, pro D E i exulum 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360 370 380 390 400 410 420 430 440 450 460 470 480 490 500 510 520 530 540 550 560 570 580 590 600 610 620 630 640 650 660 670 680 690 700 710 720 730 740 750 760 770 780 790 800 810 820 830 840 850 860 870 880 890 900 910 920 930 940 950 960 970 980 990 1000 1010 1020 1030 1040 1050 1060 1070 1080 1090 1100 1110 1120 1130 1140 1150 1160 1170 1180 1190 1200 1210 1220 1230 1240 1250 1260 1270 1280 1290 1300 1310 1320 1330 1340 1350 1360 1370 1380 1390 1400 1410 1420 1430 1440 1450 1460 1470 1480 1490 1500 1510 1520 1530 1540 1550 1560 1570 1580 1590 1600 1610 1620 1630 1640 1650 1660 1670 1680 1690 1700 1710 1720 1730 1740 1750 1760 1770 1780 1790 1800 1810 1820 1830 1840 1850 1860 1870 1880 1890 1900 1910 1920 1930 1940 1950 1960 1970 1980 1990 2000 2010 2020 2030 2040 2050 2060 2070 2080 2090 2100 2110 2120 2130 2140 2150 2160 2170 2180 2190 2200 2210 2220 2230 2240 2250 2260 2270 2280 2290 2300 2310 2320 2330 2340 2350 2360 2370 2380 2390 2400 2410 2420 2430 2440 2450 2460 2470 2480 2490 2500 2510 2520 2530 2540 2550 2560 2570 2580 2590 2591 2600 2610 2620 2630 2640 2650 2660 2670 2680 2690 2691 2700 2710 2720 2730 2740 2750 2760 2770 2780 2790 2791 2800 2810 2820 2830 2840 2850 2860 2870 2880 2890 2891 2900 2910 2920 2930 2940 2950 2960 2970 2980 2990 2991 3000 3010 3020 3030 3040 3050 3060 3070 3080 3090 3091 3100 3110 3120 3130 3140 3150 3160 3170 3180 3190 3191 3200 3210 3220 3230 3240 3250 3260 3270 3280 3290 3291 3300 3310 3320 3330 3340 3350 3360 3370 3380 3390 3391 3400 3410 3420 3430 3440 3450 3460 3470 3480 3490 3491 3500 3510 3520 3530 3540 3550 3560 3570 3580 3590 3591 3600 3610 3620 3630 3640 3650 3660 3670 3680 3690 3691 3700 3710 3720 3730 3740 3750 3760 3770 3780 3790 3791 3800 3810 3820 3830 3840 3850 3860 3870 3880 3890 3891 3900 3910 3920 3930 3940 3950 3960 3970 3980 3981 3990 3991 4000 4010 4020 4030 4040 4050 4060 4070 4080 4090 4091 4100 4110 4120 4130 4140 4150 4160 4170 4180 4190 4191 4200 4210 4220 4230 4240 4250 4260 4270 4280 4290 4291 4300 4310 4320 4330 4340 4350 4360 4370 4380 4390 4391 4400 4410 4420 4430 4440 4450 4460 4470 4480 4490 4491 4500 4510 4520 4530 4540 4550 4560 4570 4580 4590 4591 4600 4610 4620 4630 4640 4650 4660 4670 4680 4690 4691 4700 4710 4720 4730 4740 4750 4760 4770 4780 4790 4791 4800 4810 4820 4830 4840 4850 4860 4870 4880 4890 4891 4900 4910 4920 4930 4940 4950 4960 4970 4980 4981 4990 4991 5000 5010 5020 5030 5040 5050 5060 5070 5080 5090 5091 5100 5110 5120 5130 5140 5150 5160 5170 5180 5190 5191 5200 5210 5220 5230 5240 5250 5260 5270 5280 5290 5291 5300 5310 5320 5330 5340 5350 5360 5370 5380 5390 5391 5400 5410 5420 5430 5440 5450 5460 5470 5480 5490 5491 5500 5510 5520 5530 5540 5550 5560 5570 5580 5590 5591 5600 5610 5620 5630 5640 5650 5660 5670 5680 5690 5691 5700 5710 5720 5730 5740 5750 5760 5770 5780 5790 5791 5800 5810 5820 5830 5840 5850 5860 5870 5880 5890 5891 5892 5893 5894 5895 5896 5897 5898 5899 5900 5901 5902 5903 5904 5905 5906 5907 5908 5909 59010 59011 59012 59013 59014 59015 59016 59017 59018 59019 59020 59021 59022 59023 59024 59025 59026 59027 59028 59029 59030 59031 59032 59033 59034 59035 59036 59037 59038 59039 590310 590311 590312 590313 590314 590315 590316 590317 590318 590319 590320 590321 590322 590323 590324 590325 590326 590327 590328 590329 590330 590331 590332 590333 590334 590335 590336 590337 590338 590339 590340 590341 590342 590343 590344 590345 590346 590347 590348 590349 590350 590351 590352 590353 590354 590355 590356 590357 590358 590359 590360 590361 590362 590363 590364 590365 590366 590367 590368 590369 590370 590371 590372 590373 590374 590375 590376 590377 590378 590379 590380 590381 590382 590383 590384 590385 590386 590387 590388 590389 5903810 5903811 5903812 5903813 5903814 5903815 5903816 5903817 5903818 5903819 5903820 5903821 5903822 5903823 5903824 5903825 5903826 5903827 5903828 5903829 59038200 59038201 59038202 59038203 59038204 59038205 59038206 59038207 59038208 59038209 59038210 59038211 59038212 59038213 59038214 59038215 59038216 59038217 59038218 59038219 59038220 59038221 59038222 59038223 59038224 59038225 59038226 59038227 59038228 59038229 59038230 59038231 59038232 59038233 59038234 59038235 59038236 59038237 59038238 59038239 59038240 59038241 59038242 59038243 59038244 59038245 59038246 59038247 59038248 59038249 59038250 59038251 59038252 59038253 59038254 59038255 59038256 59038257 59038258 59038259 59038260 59038261 59038262 59038263 59038264 59038265 59038266 59038267 59038268 59038269 59038270 59038271 59038272 59038273 59038274 59038275 59038276 59038277 59038278 59038279 59038280 59038281 59038282 59038283 59038284 59038285 59038286 59038287 59038288 59038289 59038290 59038291 59038292 59038293 59038294 59038295 59038296 59038297 59038298 59038299 590382000 590382001 590382002 590382003 590382004 590382005 590382006 590382007 590382008 590382009 590382010 590382011 590382012 590382013 590382014 590382015 590382016 590382017 590382018 590382019 590382020 590382021 590382022 590382023 590382024 590382025 590382026 590382027 590382028 590382029 590382030 590382031 590382032 590382033 590382034 590382035 590382036 590382037 590382038 590382039 590382040 590382041 590382042 590382043 590382044 590382045 590382046 590382047 590382048 590382049 590382050 590382051 590382052 590382053 590382054 590382055 590382056 590382057 590382058 590382059 590382060 590382061 590382062 590382063 590382064 590382065 590382066 590382067 590382068 590382069 590382070 590382071 590382072 590382073 590382074 590382075 590382076 590382077 590382078 590382079 590382080 590382081 590382082 590382083 590382084 590382085 590382086 590382087 590382088 590382089 590382090 590382091 590382092 590382093 590382094 590382095 590382096 590382097 590382098 590382099 590382100 590382101 590382102 590382103 590382104 590382105 590382106 590382107 590382108 590382109 590382110 590382111 590382112 590382113 590382114 590382115 590382116 590382117 590382118 590382119 590382120 590382121 590382122 590382123 590382124 590382125 590382126 590382127 590382128 590382129 590382130 590382131 590382132 590382133 590382134 590382135 590382136 590382137 590382138 590382139 590382140 590382141 590382142 590382143 590382144 590382145 590382146 590382147 590382148 590382149 590382150 590382151 590382152 590382153 590382154 590382155 590382156 590382157 590382158 590382159 590382160 590382161 590382162 590382163 590382164 590382165 590382166 590382167 590382168 590382169 590382170 590382171 590382172 590382173 590382174 590382175 590382176 590382177 590382178 590382179 590382180 590382181 590382182 590382183 590382184 590382185 590382186 590382187 590382188 590382189 590382190 590382191 590382192 590382193 590382194 590382195 590382196 590382197 590382198 590382199 590382200 590382201 590382202 590382203 590382204 590382205 590382206 590382207 590382208 590382209 590382210 590382211 590382212 590382213 590382214 590382215 590382216 590382217 590382218 590382219 590382220 590382221 590382222 590382223 590382224 590382225 590382226 590382227 590382228 590382229 590382230 590382231 590382232 590382233 590382234 590382235 590382236 590382237 590382238 590382239 590382240 590382241 590382242 590382243 590382244 590382245 590382246 590382247 590382248 590382249 590382250 590382251 590382252 590382253 590382254 590382255 590382256 590382257 590382258 590382259 590382260 590382261 590382262 590382263 590382264 590382265 590382266 590382267 590382268 590382269 590382270 590382271 590382272 590382273 590382274 590382275 590382276 590382277 590382278 590382279 590382280 590382281 590382282 590382283 590382284 590382285 590382286 590382287 590382288 590382289 590382290 590382291 590382292 590382293 590382294 590382295 590382296 590382297 590382298 590382299 590382300 590382301 590382302 590382303 590382304 590382305 590382306 590382307 590382308 590382309 590382310 590382311 590382312 590382313 590382314 590382315 590382316 590382317 590382318 590382319 590382320 590382321 590382322 590382323 590382324 590382325 590382326 590382327 590382328 590382329 590382330 590382331 590382332 590382333 590382334 590382335 590382336 590382337 590382338 590382339 590382340 590382341 590382342 590382343 590382344 590382345 590382346 590382347 590382348 590382349 590382350 590382351 590382352 590382353 590382354 590382355 590382356 590382357 590382358 590382359 590382360 590382361 590382362 590382363 590382364 590382365 590382366 590382367 590382368 590382369 590382370 590382371 590382372 590382373 590382374 590382375 590382376 590382377 590382378 590382379 590382380 590382381 590382382 590382383 590382384 590382385 590382386 590382387 590382388 590382389 590382390 590382391 590382392 590382393 590382394 590382395 590382396 590382397 590382398 590382399 590382400 590382401 590382402 590382403 590382404 590382405 590382406 590382407 590382408 590382409 590382410 590382411 590382412 590382413 590382414 590382415 590382416 590382417 590382418 590382419 590382420 590382421 590382422 590382423 590382424 590382425 590382426 590382427 590382428 590382429 590382430 590382431 590382432 590382433 590382434 590382435 590382436 590382437 590382438 590382439 590382440 590382441 590382442 590382443 590382444 590382445 590382446 590382447 590382448 590382449 590382450 590382451 590382452 590382453 590382454 590382455 590382456 590382457 590382458 590382459 590382460 590382461 590382462 590382463 590382464 590382465 590382466 590382467 590382468 590382469 590382470 590382471 590382472 590382473 590382474 590382475 590382476 590382477 590382478 590382479 590382480 590382481 590382482 590382483 590382484 590382485 590382486 590382487 590382488 590382489 590382490 590382491 590382492 590382493 590382494 590382495 590382496 590382497 590382498 590382499 590382500 590382501 590382502 590382503 590382504 590382505 590382506 590382507 590382508 590382509 590382510 590382511 590382512 590382513 590382514 590382515 590382516 590382517 590382518 590382519 590382520 590382521 590382522 590382523 590382524 590382525 590382526 590382527 590382528 590382529 590382530 590382531 590382532 590382533 590382534 590382535 590382536 590382537 590382538 590382539 590382540 590382541 590382542 590382543 590382544 590382545 590382546 590382547 590382548 590382549 590382550 590382551 590382552 590382553 590382554 590382555 590382556 590382557 590382558 590382559 590382560 590382561 590382562 590382563 590382564 590382565 590382

acciderat satis admirari non præualens, multa conqueritur. Considerabat nimirum infinitas quas adduxerat copias, lætissimam iuuentutem; fortitudine ac specie arma nobilia, commilitonum opes, &c, vt sic dixerim, cuncta equestria; & quod animis maximam quorumque inertium parere securitatem solet, pro foribus vrbis suæ, ad quam cerra refugia, in propria pugnauisse prouintia: At Francos, intuebantur modis omnibus inferiore militiâ, profligatam diutinâ fame iuuentam, rubiginosis ensibus, lanceis nigrantibus, exilem destitutis militum viribus armaturam; cunctis qui præ cæteris videbantur insignes, acri egestate torpentibus, equis omnimodo squalore fatigentibus: &, vt breui clausulâ soluam, pauperrimos omnium, exulem globum innumerabiles superasse mirabatur: indigenas: quin potius, per abiectissimos hominum totius Orientis gloriam concidisse. Iuuit quoque nostrorum victoriam plurimum, quod conclamatâ in hostili exercitu fugâ; *Admirans* ille qui præterat Aschaloni, vbi conspexit Babilonicu vertere terga Dūcem, fugitiuœ omnes à propriæ vrbis ingressu mandat arceri. Mirabantur planè etiam idem plus nimio hostes, quod minimè Franci promœnibus Iherosolimæ, quasi contigi causâ præsidii pugnare delegerant; sed sibi obuiam duorum itinere dierum penè processerant. At *Francus* protantâ Dœo, vt par erat, nimium gratulabundis victoriâ, *Rothbertus* Northmanniæ Comes, vir numquam suæ mirabilis munificentia, etiam in illius exilio paupertatibus, expers, hastam illam, quam argento dixeramus ornatam, quæ Babilonico Principi, vel 20 uti signum, præfixa constiterat, à quodam qui rapuerat eam, viginti argenti marchas emit; ipsamque in tantæ testimonium victoriae ad Sepulchrum Domini statuendam Artulpho, Patriarchæ vocato, attribuit. At ensem qui eiusdem Principis extiterat, ferunt à quodam septuaginta Bizanteis emptum. Præterea, portui Aschalonico prosecuta exercitum maxima classis appulerat: eâ videlicet illuc occasione conueniens, vt Francis euictis, & sub captiuitatis vincla coniectis, à viatoribus eos emerent; ac per vltiora Orientis regna venundando distraherent. Hii itaque vbi viderunt fœdè fugientes Ægyptios, remotâ continuò dilatione ve- lificant, & ad ipsius sali interiora se promouent. Denique Franci facto ex Saracenis horribili, præcipue ex Æthiopibus carnificio, ad eorum tentoria iam solita- ria reuertuntur; ac inæstimabili spoliorum copiâ reficiuntur. Argenti diues & auri exinde Gaza producitur; Assyriæ nobilitatis opes, ac quælibet preciosa supplex habetur; omnimoda animalium genera, variorum armorum utensilia congeruntur: si qua fuere vobis apta, seruarunt; quæ extera, igne cremarunt. Regreduntur incomprehensibili triumphantes iubilo, Iherosolimam; infinitis gratiarum lachrimarumque milibus cumulantes Dominicæ passionis ac Sepulturæ memoriæ. Tahta autem Francis, ex huius fortunæ cœlestis euentibus arrisit vberitas, vt hii, qui prorsus inopes & viatici ipius egentes hoc ipsum olim iter inicrant, cum multa auri argentique opulentia, ac spectabili equorum mulorumque evectione redirent: *Lux ea Sextilis quæ proxima præuenit Idus, Obtinuit bellis tale videre decus.* Sed quoniam in huius voluminis exordio, quædam exempla præbui- mus Scripturarum, quæ huic tanto quod explicuimus, negotio conuenire puta- uimus, attendendum nunc etiam, an Iherosolimitanæ obsidioni aliquid conso- zac. 12, 1. num apud *Zachariam* Prophetam repperire possimus. *Dicit, inquit, Dominus exten- dens cælum, & fundans terram; fingens spiritum hominis in eo. Extendit cælum,* qui dilata- ysa. 43, 5. Ecclesiam, vt sicut, iuxta Ysaiam, ab Oriente adduxit semen eius per Apostolos, sic ab Occidente eam debeat congregare per istos. *Fundat terram,* cum permittit Gentilium præcordialiter obdurari perfidiam. *Fingit spiritum hominis in eo,* cum cuiusq; fidelis animum format, rationis inditæ dono. *Ecce, ego ponam Iherusalem superliminare crapula, omnibus populis in circuitu.* *Superliminare,* præminet ostio; per ostium introitum in domum; crapula officit stomacho. Si ostium, fidem Domini Ihesu dicimus, per quam ad Patrem venimus; Iherosolimitanam Ecclesiam, quia de ipsa & lex & verbum Domini exierit, non in meritò superliminare, ob ea quibus præbuit exordium documenta, vocemus: Ad ipsam enim recurrit post annos quatuordecim Paulus, vt Euangelium cum Petro & aliis conferat, ne forte invacuum cucurisset aut currat. Sed hoc superliminare, populis omnibus in circuitu est cra- pula: quia cōstat omnes eā nationes propterea, quæ ibi residerūt, nostræ credulitatis vestigia

vestigia fastidire, & execrari in morem nauis. Sed & *Iuda erit in obsidione contrâ Iherusalem*. Non solum, inquit, horrore exteris est. sed & Iudas, fidelis scilicet populus, verè confitens eam quæ calcatur à Gentibus; Iherusalem obfessurus est: *In die illa ponam Iherusalem lapidem oneris cunctis populis*. Si partem pro toto secundum Scripturæ usum licet poni, lapis oneris cunctis Iherusalem fit, quia vniuersis Christiani nominis gentibus maximi laboris pondus, in sui liberatione, nuper indixit: *Omnnes qui leuabunt eum, concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terre*. Qui sunt qui Iherusalem leuant, nisi qui postquam impleta fuerint tempora nationum, eam à sua conculatione subleuant. *Iherusalem*, inquit Dominus, *calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum*. Hii concisione lacerantur: quia dici, immò cogitari nullatenus potest, quanta famis, sitisque miseria, quantis laborum vulnerumque doloribus eos in obsidendo cruciati constiterit. Et ut iuxta Ezechielem loquar, *omne caput decaluated est, & omnis humerus depilatus*: sicut alias, vel crebris machinarum impulsibus, seu conuehendis oneribus. Sed leuata Iherusalem, *omnia regna terra aduersus eam colliguntur*: quod non ut allegoria sub-intelligendum; sed ut historia nouiter relata, supernis oculis intuendum propontur. Quod enim fuit Orientis regnum, de cuius hominibus ad idem non venerint bellum? Qui enim machinarum omnia genera, quod supra omisram, obsidenda vrbi necessaria secum detulerant; qui etiam præter bellicos viros, negotiatores ad coemptionem Francorum adduxerant, profectò ex nimietate multitudo visoriam præsumebant, fortasse maiori prorsus maiestate numeri, quam Curbaran illum habuisse didicerat. *In illa die*, dicit Dominus, *percutiam omnem eum in stupore, & ascensem eius in amentia*. Si equus, dignitas temporalis accipitur; ascensor equi, qui dignitate præminent proculdubio intelligitur. Dignitas omnis stupet: quia quidquid usquam Imperii, quidquid regni est, aduersus hanc nouæ militiae DEI manum debetatum, nil audet. Princeps omnis in amentiam vertitur: quia expers est consilii; nec habet quò se vertat, utpote inops virium, quisquis huius Dominici exercitus fortitudinem experitur. *Et super domum Iuda apri oculos meos, & omnem equum populorum percutiam in cæcitate*. Si Iuda, confitens; eos potissimum confessores dicam, qui nunquam à suæ credulitatis initio exorbitasse leguntur à fide: Francos utique, quibus omnis tenor huius innitus est via: Super hos DEI vs oculos aperit, cum ipsis effectibus gratiam eis propriæ benicitatis ostendit: *Equum populorum in cæcitate percutit*, dum superbiam Gentilium, consequente eos reprobo sensu, punit. In Sacra plane Pagina, *equus* sèpè pro *superbia* ponitur. Quid enim magis cœcum, quam sine DEI respectu, DEI filiis inferre bellum? Quid tam reprobum, quam DEI vniuersaliter agnoscere, & ex ipsa ignorantia superbire, & contra fideles bella mouere? Sed quò, per verborum laciniæ allegoriæ libertas excurrit, cum historialis nos veritas, ne per opiniones passim euagari videamus, adstringat? Nonne superius hostes diximus cæcitate percutios, & gladiis imminentibus stupore suffusos? Et miror qualiter equus videns se egerit, cum rector equi evidentem amentiam incurrit. *Et dicent Duces Iuda in corde suo. Confortentur mihi habitatores Iherusalem in Domino exercitum, DEO eorum*. Quos dixerim *Iuda Duces*, nisi fideles illius exercitus Principes? Qui confortari sibi Iherusalem habitatores imprecantur, dum totis affectibus, Christianæ militiae sanctam illam ciuitatem fortitudine desiderant instaurari; qua & Christianitas propagetur, memoria Dominica honoretur, Gentilitas circumquaque prematur. Sed haec eorundem fortitudo, *in Domino exercitum* futura dicitur, quod hodieque cernitur, dum manus hominum incredibiliter parua, aduersum vniuersa Paganitatis regna congregatur: quod totum ex eius, qui cœli virtutibus præstet, sola virtute præsumitur. Vbi bene additur, *Deo eorum*: & ut non quolibet auctore DEO nisi putentur; sed DEO sui ipsorum; scilicet Christianorum. *In die illo, ponam Duces Iuda, sicut caminum ignis in lignis; & sicut faciem ignis in fæno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu*. In hac, inquam, vel fidei, seu diuinæ prosperitatis die, *Duces* illi, qui vel armis exteriis, vel spirituali doctrinâ interioris Christianum populum gubernabunt, erunt *caminus*: superno, videlicet intrinsecus, amore feruentes, qui peccatorum *ligna* in Gentilitate consumant; &

quantum ad exteriora reprobos quosque, ac si *fænum*, bella succendant. Proculdubio enim scimus, D E V M ista nequaquam pro vnius ciuitatis liberatione cœpisse; sed contra venturi rabiem Antichristi, hæc semina, longè lateque frumentificatura, iecisse: *Omnes itaq; populos ad dextram & sinistram in circuitu decorat*, dum hinc electos; quos *dextera innuit*, ad pietatem Christianitatis incorporant; illinc reprobos, qui *sinistrorum* pertinere noscuntur, dignâ cædis ultione deuau-

Zach. 12, 6. stant. *Et habitabitur Iherusalem rursus in loco suo in Iherusalem.* Si *Iherusalem*, Ecclesia est; locus eius, C H R I S T I fides est: *Iherusalem ergo in Iherusalem habitatur*, cum ciuitas illa terrestris, ad hoc, ut supernæ pacis visioni inhiet, instau-

Zach. 12, 7. ratur: Locumque habet, quia C H R I S T O inmutabiliter hæret. *Et saluabit Domini minus tabernacula Iuda*, sicut in principio, ut non magnificè gloriatur domus David; & gloria habitantium Iherusalem contra Iudam. *Tabernacula Iuda sicut in principio* Dominus saluat: cùm ipse, qui cum patribus nostris mirabilia fecerit, nostris etiam glorificatur adeo temporibus, ut sub ærumnis & calamitatibus maiora omnino moderni isti videantur egisse, quam Iudei antiquitus cum vxoribus ac filiis & continuâ ventri plenitudine, subducere apparentium Angelorum, frequentibusque miraculis estimantur implesse. Hos, inquam, veracius saluat: quia eos reuera vti filios recipit quos corporaliter occidi permittit, temporaliterque flagellat. *Vt non magnifice*, inquit, *domus David gloriatur*: Id est, veteres qui bellorum victoris præminuerunt, superbire desistant, cùm nouos quoque potiora exercuisse perpendant. *Gloria quoque habitantium Iherusalem, contra Iudam eleuatur*: dum fastus eorum qui ibidem regnauere, & aliqua clara fecere, modernis opponitur. Per David namque, qui potissimum potuit, quicquid in superbia magis habent causæ exprimit. Ac si diceret: *Etsi David celeberrimus armis extiterit; & de succedētibus Regibus aliquis aliquid gloriæ quaerierit*, nihil repperitur per quod his nostris exæquari possint. *Habitate*, autem dominari dicimus: vnde & à verbo, quod est, *habeo, habes*, frequentatiū dicūm ponimus. Dicitur verò, & David magnificè gloriari contra Iudam, & gloria habitantium Iherusalem: quia ipsi materia sunt superbiendi, nostrorum fa-

Zach. 12, 8. ðta humiliare volentium. *In die illa, proteget Dominus habitatores Iherusalem.* Et nunquid non hodieque protegit, quos, cuneum nimis exilem, in meditullio Gentilitatis infinitæ defendit? Audacibus cotidie gentes contiguas armis irritant: & ipsis satis est gentibus si se ab eorum incursione præmuniant; ne dum obsidere præsumant. *Et erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi David; & dominus David, quasi D E I, sicut Angelus Domini, in conspectu eius.* Vix inuenitur David quippiam grauiter deliquerit, cuius poenam consequenter non legatur in præsenti receperit. Quicumque igitur ex nostris offendit, fit quasi David, dum non eorum aut luxurias siue superbias, inter eundum, sicut superius continent gesta, D E V S ipse impunita reliquit; sed mox, inter ineuntis peccati successus, quæ meruere celerius, aut famis, aut quarumlibet difficultatum tormenta rependit. Vnde & *domus David* quasi D E I efficitur: quia per diuinæ correptionis instantiam ad spiritualis gratiæ conceptum redditur. Quibus enim D E V S, vti quondam David, paternè disciplinam interrogat, hos statim à suæ inspirationis complexu non abdicat. Fit quoque in D E I conspectu vt Angelus: quia dum per imminentia flagella homo conspicit se à suis, D E O auctore, eximi affectibus, D E V M illico diligere intendit ardentiū; dum enim se castigari cognoscit, vt filium, amat vt Angelus. D E I autem conspe-

Zach. 12, 9. ctus, pius est hominis interioris affectus. *Et erit in die illa; queram conterere omnes gentes, que veniunt contra Iherusalem.* Ea solemus querere, quæ nos certum est sub oculis non habere. Quid verò D E I est querere, nisi sub æternæ prouisionis vocatione faciendo proponere? Querit ergo D E V S conterere omnes gentes, quæ contra Iherusalem veniunt, & hoc in die illa: quia subtili suo iudicio prouiderat ordinat, quod eos qui fidei contraria agunt, aut perpetuâ damnatione conterat; aut quantum spectat ad examinationem suæ ipsorum fragilitatis, imminuat. Vnde est, tamquam, inquit, *vas fulgi confinges eos, quos rexeris in virga ferrea.* Quod tamen facit D E V S illustratione interna

Psal. 2.

ternâ, quæ est profectò dies; sed illa, quæ exprimi videlicet non possit ratiocinatione vllâ. Et effundam, super domum Dauid, & super habitatores Iherusalem, spiritum *Zach. 12, 10.* gratia & precum. Ipsos habitatores Iherusalem, dixerim domum Dauid; quos omnipotens D E V S, & si frequentibus victoriis donauit & donat; creberrimis tamen infortuniis edomuit, & redomat: &, dum eos nec continuatione malorum desperare permittit, nec assiduitate bonorum superbire sinit, spiritum gratia & precum super ipsos, pius necessariò iam dispensator effundit: vt dum nulla prosperitas, quæ etiam perfectos quoque resoluit, sine subiecta mox aduersitate sibi arri-dere videtur, semper animus inquietudinum timidus, ad eum qui adiutor est in oportunitatibus, in tribulatione suspirare cogatur. Ecce iam seposito omni mysterio, materialis illa Iherusalem, quanta putamus aliquotiens sub dubio & timore se habeat, dum iuxta *Ihezechiel,* in medio Gentium se attendit posse *Ihezechiel. 3, 5.* sitam, & in circuitu suo gentes, circumiacentium nationum infinitatem, suæ vrbis considerans paucitatem? Et dum barbararum gentium irruptiones indeſinenter metuunt, nisi miserabiliter desipiant, nunquam absque D E I timoris & amoris gratia sunt, quibus nunquam piæ affectionis ac precum materiæ defunt. Solet nimirum Omnipotens, aculeis aduersitatum, ad sui recordationem follicitare suos: solet titillationibus carnis inurere mentes, vt scilicet dum ruinam metuunt, votis ac orationibus, D E I subſidio semper inueniantur acclives.

- 20 Diximus non femel, sed fortè multotiens, nec repeteret piget: tale quid *xix.* nusquam gentium à ſeculo factum. Si filii Ifrahel, miraculis quæ ante eos egerit Dominus mihi inferuntur obiectis; his ego multò mirabilius aſtruam mare confertissimæ Gentilitatis apertum: his interdiu ex columna nubem diuini timoris; noctu lunen diuinæ ſpei perhibeo præbitum, quibus *C H R I S T U S* ipfe columna, rectitudinis ac fortitudinis inspirauit exempla; quos verbi D E I, ac ſi manna coeleſte, absque vlli terrenæ ſpei, ſolum confortauit edulium. Illi, pabula cœlitus ministrata fastidiunt; Ægyptum derelictam, crebrò mentibus & voce reuifunt: iſti ſicut nichil vñquam retrogradum moluntur; ita quicquid penuriæ ac necessitatis ingruerit, viuacibus animis amplectuntur.
- 30 Certè illa apud Antiochiam celebrata calamitas, quæ frequentibus propemodum inediis oſcitabat, non ſine quibusdam nobilibus ſpectaculis traditur extitiffe. Quâ putamus, inter illius omnimodæ egeſtatis exitia, quâ nil ægriùs, apud homines conſueuerit tolerari; magnanimitate ſe gafferint, qui Christiana theatra, illi proculdubio tempori ac loco conuenientia, non ſpreuerint? Plannè ab his qui interfuere refertur, cum ciuitas eadem obſideretur, & crebris congressibus obſeffores & vrbici miscerentur, fiebat ſæpiſſime, vt viris hinc indeque cedentibus, & impetu viciffim confilio ac ratione frænantibus, puerorum examina pars ex vrbē procederent; pars ex noſtrorum filiis, ē diuerso cohirent, pariterque digniſſimi exſpectatione conſigerent. Sicut namque in 40 exordio huius historiæ retulimus, cum apud Occidentales regiones percrebruiſſet Iherosolimitana profectio, patres, cum paruulis filiis hoc ipsum aggrediebantur iter. Vnde accedit, vt mortuis parentibus aliquorum, ipſi pueruli proſequentur exercitum, labori affuerſerent; & quantum ad inopiae tolerantiam attinet, maioribus impares nullatenus eſſent. Hii igitur, per ſe, agmine facto, principes ſui ipſorum ex ſe creauerāt, ille *Hugonis Magni*, ille *Boemundi*, hic *Flandrenſis*, iſte *Northmannici* vocabula; & aliorum alii præferre personas. Ipſi quotiens ſibi ſubiectos alimoniarum penuriā vexari conſipercerent, ad eos quos prælibauimus Principes, virtualia rogaturi abibant. quibus idem proceres plura largiebantur, vnde eorum conuenienter imbecillitas aleretur. Talis ergo 50 tamq[ue] ſpectabilis militia, vrbana pueritiam crebrò laceſſere, longas harundines pro telis habere, de viminibus ſcuta contexere, arcillos atque missilia, pro ſuo quique modo, gestare. His itaque & ciuitatibus, grandæuis ex utraque parte ſpectantibus, medio in campo congressis, vrbici quidem ex mœnibus; noſtri autem pro papilionibus expectabant. Erat ibi cernere impetus, in inuicem conclamatos; iectus, ſine vlla tamen mortuum ſuſpitione, cruentos. Hæc ſæpe præludia, maicrum ad iterando conflictus præcordia concitabant. Dum enim animos ſub membris impotentius feruere viderent; dum illa

qualiacunque, imbeiles conspiunt alacriter arma mouere lacertos; dum alter-
utrorum læsionibus diuersæ prospectantium partes ingemunt, ad solita, dimotis è
medio pueris, seniores bella concurrunt. Ita Dominicum exercitum vix inteniri
xx. contigerat feriatum, dum hii instituuntur, illi cotidie exercentur. Erat præter-
ea & aliud quoddam in exercitu illo hominum genus, quod nudipes quidem ince-
deret, arma nulla portaret, nullam ipsis prorsus pecunia & quantitatem habere lice-
ret; sed nuditate ac indigentia omnino squalidum, vniuersos præcederet, radici-
bus herbarum, & vilibus quibusque nascentiis victitaret. Hos, cum quidam ex
Northmannia oriundus, haud obscurus, vt fertur, loco natus, ex equite tamen pedes
factus, sine dominio oberrare videret, depositis armis, & quibus vtebatur induuiis,
cum se Regem profiteri voluit. Inde *Rex Thafur* barbaricâ cœpit lingua vocari.
Thafur autem apud Gentiles dicuntur, quos nos, vt nimis litteraliter loquar, *Tru-
denues* vocamus: qui ex eo sic appellantur, quia trudunt, id est, leuiter transfigunt,
quaquauersum peragrantes annos: Erat autem isti consuetudo, vt si quando po-
pulus sub se agens, ad pontis alicuius deueniret trahisitum, aut aliquas angustias,
loci cuiuspam attigisset, iste eundem præoccupare festinaret ingressum; & præ-
scrutato ad vnguem singillatim quoque suorum, si cui duorum pretium solidi-
rum habere contingeret, hunc confestim à sua ditione secluderet, & eum emere
arma iubendo, ad armati contubernium exercitus segregaret. Si quos consuetæ
tenuitatis amantes, nihil prorsus pecunia aut reseruasse, aut affectasse confisce-
ret, hos suo collegio peculiares absiceret. Putaret hos forsitan quilibet generali
vtilitati prorsus incommodos; & vnde aliis poterat suppetere sumptus, absque pro-
ficio tales consumere cibos. At vero hii in conuchendis victualibus, in stipendiis
contrahendis, in obſessione etiam vrbium lapidibus intorquendis, dici non po-
test quām necessarii forent: cum in portandis oneribus, asinos ac iumenta præce-
derent; cum balistas & machinas crebris iactibus exæquarent. Præterea, cum de
Paganorum corporibus frusta carnium apud *Marram*, & sicubi alias, cum ni-
mia fames vrgeret, repperirentur adempta, quod ab his & furtim, & quām rarif-
simè factum constat, atrox apud Gentiles fama percrebruit, quod quidam in Fran-
corum exercitu haberentur, qui Sarracenorum carnis atudissimè vescerentur.
Vnde idem homines vt potissimum apud illos hæc intonuisse opinio, Turci cu-
iusdam vexti corpus intussum, ad eorum terrorem palam omnibus, vt dicitur, ac si
carnem mandibilem, igni apposito torruerunt. Quo illi agnito, & verum penitus
quod fingitur autem, iam magis insolentiam *Tafurum*, quam nostrorum quo-
dammodo Principum vehementiam formidabant. Turci, planè antiquorum mo-
re Gentilium, de cadaueribus tantopere cruciantur insepultis, quanto nemo Chri-
stianorum studio de animabus videtur cogitare vel dolere dampnatis. Vnde ad co-
rum rācores dirissimè concitandos, in obſidione Antiochena, Podiensis, facto edi-
cto, celebrari per exercitum præcepit Episcopus, vt quicunque Turci cuiusquam
caput sibi deferret abſcisum, duodecim denarios referret statim in præmiū. Capita
enim eorū cum idem suscepisset Antistes, super palos ante ipsorum ora pro mœni-
bus ciuitatis figi ea iubebat ingentes: quod eos solebat acerbissimè torquere, & ex-
animare cernētes. Egit etiam ibi Pontifex non reticendum quiddam, cū procerum
nostrorum consilio, vt cum victualium inopia, vrbani nostros laborare sentis-
cent, nostri è contrario proponerent, quatenus boues aratro iungerent, in conspe-
ctu vrbis ararent & fererent: vt ex hoc idem vrbici subintelligerent, quod cœptam
obſidionem nulla ratione desererent, qui de futuri anni procuranda fruge tra-
ctarent. Hæc & alia mira miranda in hac ipsa expeditione sunt gesta, quæ posse
ab aliquo comprehendi nullo modo putamus vniuersa: Sicut sanè nemini à se-
culo constat auditum, vt sine Rege, sine Principe, vlla de locis propriis egre-
deretur gentium; vt sub solo D E O, parvus & magnus, par addiscerent portare
iugum, vt non respectaret seruus ad dominum, nec dominus nisi fraternita-
tem usurparet in famulum: sicut, inquam, de præteritis super hoc exempla præ-
bere non possumus; ita in posterum similia numquam futura putamus. Quod
ex eo maxima ex parte coniiciimus: quia post captam Iherusalem, tantos Chri-
stianarum gentium motus vidimus; tot non imparis dignitatis personas, tot
equestris non contempnendi nominis alas, tot pedestres copias pariter commi-
grasse

grasse post eos qui præcessere, & viam secuturis parauere, cognouimus, vt penè priorum & diuitiis & numero suppare indubie iudicemus. Quis enim colligat, eo tempore quo *Stephanus Comes*, de quo supra egimus, & ille *Philippi Regis frater Hugo magnus*, sepulcri Dominici viam iteratò cœperunt, summè mediocris & infimi generis, quanta ex solis Franciæ partibus (de cæteris enim taceo,) frequētia processerit? Tacito *Burgundie Duce*, quid de *Pictauensi Comite* loquar, qui præter militiæ grandis, quem secum proposuit ductare, globum, etiam examina contraxerat puellarum. Qui, cum maiestatis suæ passim personaret testis ambitio, Constantinopolim venit; cum perfidissimo hominum Alexi Tyranno colloquium habuit. Cuius proditor ille nequissimus aduentum, antequam Regiâ Comes isdem digredcretur ab vrbe, Turcis per Epistolas detulit. Ecce, inquit, è *Franciis pinguisimæ ad vos prograduntur ones, qua minus prouido tamen pastore reguntur.* Quid plura? Comes Tyrannici Principis fines excesserat; Turcorum ei exercitus repente obuius adstat; vires hominis, vtpote aduenticias incompositasque debilitans, dispergit, prædatur & superat. Ibi *Hugo magnus*, genu sagittâ percussus, langore protracto, tandem occubuit, apud Tharsum Ciliciæ sortitus iura sepulchri. Hæc intra eam, quam *Satyr iam* dicunt, facta fuisse Prouinciam tradunt. At *Stephanus Comes* cum quibusdam Pontificibus regni nostri: inter quos *Hugo Sueffonicus*, & Parisiorum *Guillelmus*, inlustris indolis generisq; viri, qui præfusatui suo in primæuo flore clarissimis moribus ministrabant; & *Engelrannus* Laudunensis, vir sicut formâ & eloquentiâ, vrinam sic religione, conspicuus: cum multa ordinum omnium dignitate, mœnia *Constantinopoliana* subintrat. Quos ad se *Imperator* euocat; magnis primores eorum donariis munera. Consultantibus illis, an prioris exercitus, scu diuersâ proficiscerentur viâ, ille veraciter intulit: non tantum eos habere equitatum, vt sufficient à prioribus tramitem tenere diuersum. Illi, noua sepe putantes & superioribus valentiora facturos, profitentur, se per exterias regiones ituros. Pariter verò ab Imperatore expostulant, quatenus vbiique generale vniuersalis Græciæ habere mercatum, ipse iubente, debeant. Spopondit ille, & sciens eos in propriam, hac suâ insolentiâ, veluti conspirasse perniciem, eorum, quem prouidebat optimè, errori lætabundus assensit. Per Paflagoniam igitur, non dicam modò quibuslibet peregrinantibus; sed ne scripturis quidem, hisi quâm rarissimè cognitam prouinciam, nescio quod monentur intrare desertum: viaticum portare eos prohibet Imperator, nisi quantum diebus quadraginta solis esset necessarium. Præterea penè quodammodo dehortatur viatici lationem, dum magnificè pollicetur totius terræ negotii prosecutionem. Euntibus ergo & iam in profundæ solitudinis vltiora progressis, vulgus quod sine viatico, spe promissi negotii, incaute processerat, cœperat indies vehementissimâ fame vrgeri, intumescere, ac emori: exercitus quoque cadauerū passim decumbentium foetore vexari. Aliquotiens planè, cum postremos egenæ multitudinis, Duces exercitus castigarent, ne equitatum tardius sequerentur præcedentem, ne in eos Turci videlicet inuolarent, illi famis torsionibus acti, votis & precibus exoptare vt venirent. Armeniorum iam penè fines attigerant, exesis hominibus, animalibus inediâ moribundis, subitò ingruunt Turcorum milia numerosa; sed Franci qui primas tunc exercitus videbantur actitare custodias, facile eorum, laßabundi licet, illico obtudere molimina. Postridie, cum Turci Francos à prima fronte discessisse vidissent, Langobardis, Liguribus & Italis priora, proh dolor! occupantibus loca, irruunt, persensâ anteriorum ignauia hostes accrimi; hisque qui præibant & signa ferebant, fœdè terga dedentibus: totus non tam fugæ, quæ nimium tenuis fame tabentium fuerat, sed internecioni miserandæ patet exercitus; fugientes non quâ venerant regrediebantur, nec, vt gregatim saltem furent, glomerabantur; sed quorsum quemque ferebat animus, verterat illò gradum, sine dubio moriturus. Quæ eorum cædes & infæctio perseuerauit penè continuis octo diebus. Erat in eo quidam *Archiepiscopus Mediolanensis* exercitus, qui capellam Beati Ambrosii, planetam scilicet & albam, si qua alia nescio, secum tulerat; auro tantique pretii gemmis ornatam, vt nusquam terrarum repperire quis huic valeret æquâdam. Hac Turci abduxere correptam, Deo, fatui illius præsulî, qui rem adeo sacrâ Barbaris terris intulerat, tali dampno vlciscête dementiâ. Tanta fuit ibidem præmis cui sexus Christianitatis occisio, tata pecuniarû, vestium, auri argentiq; repertio,

xxi.

vt de illo, quod expeditio prima intulerat, dampno, hæc vna victoria sufficiēti Turcis potuerit esse solatio. Cùm enim ducenta & vt aliqui astruunt his amplius ferme, Christiani nominis, illic essent, vix septem milia, refederunt. Comes autem *Stephanus*, cum plerisq; potentibus, inter quos *Harpinus* Bituriensis vir magnificus, & Comes trans Ararim *Stephanus*, ibidem fuêtre; pariterq; Iherosolymam deuenêre. Vbi positis, cùm *Imperatoris Babylonici* exercitus apud Ramothenam vrbē *Balduno*, nunc Regi, bellum obtulisset, *Harpinus* memoratus Regi intulit, quatenus prælium differret donec quidquid virium poterat habere conferret: Rex ait: *Si times, inquit, fugie Biturigas*: hisq; dictis, inconfultè conflixit; omnesq; suas ilico copias, in prædictâ ciuitatem compulsus, amisit: ipse solus euasit. Multi tunc, in captiuitatem acti; mul-
ti, quo fine defecerint, hucusq; sumus incerti. *Harpinus* captiuus abducitur; dein-
ceps à captiuitate solutus, in Franciam rediens Monachus efficitur. De Carnothēsi
Stephano nichil certi: habetur, nisi quod interemptus, sine ullis tamen in dīciis, credi-
tur: intra turrim nimirum quandam cum aliis innumeris cōprehensus, apud præfa-
tā vrbem, vrum captiuitatis sorti fuerit an mortis addictus, certis scire auctoriibus
hucusq; nequiuimus; nisi quod ad fidē necis eius, quia nusquā cōparuit, procliuio-
res sumus. Turci planè cælorū cadauera, post victoriā, defectis solent dampnare ca-
pitibus, eaq; pro signo asportare triumphi: quibus sublatis, difficile est prorsus cu-
iusq; personā ex corpore truncō cognosci. Eadē autem ambiguitas, & de quibusdā
clarissimis viris aliis, haec tenus est habita. Interea Rex ipse, qui, vt prælibatū est, solus 20
euaserat; & non modò pro cōmuni, quod imminebat, exitio lugebatur à suis, sed et-
iam cū cachinno interfetū claimabatur ab Ethniciis: per horrida quædā & paucis
cōperta montana procedens, desperatae tandem Iherosolymæ, & extrema iā pericula
cū debitis mœroribus præstolanti, post biduum, nisi fallor, se intulit. Qui collecto
celerrimè quē potuit equitatu, & delectu optimorum peditū pro facultate habitu,
clementiori iā Domino, cū triumphanti, sed nō diu, Gētilitate, bello decernere pa-
rat. Cùm ergo Regē mortuum sic putarent, reparatis continuò copiis apparuit; lōgē
alterā quām pridē auctoritate conflixit; & in fugā eos agēs, nouum ipsorum timorē
atrocissimæ cædis punctione reflauit.

xxii. At quoniā *Godefridum* Regē, huius Balduni germanum, nequaquā superiū obisse, materiā ordinē præoccupante, retuli-
mus: dignū est vt quo fine defecerit, & vbi sepultus sit, breuiter explicemus. A quo-
dā contiguæ Gentilitatis Principe eidē transmissa feruntur exenia lœtalibus, vt pa-
tuit, venenis infecta, quibus vtens improuidè, cùm eū qui miserat suspicaretur ami-
cū, subitā infirmitate decubuit; nec morā, examinatus occubuit. Sunt & à quibus,
hac opinione repulsā, naturaliter feratur obisse diem. Sepelitur autē, in testimoniu-
eius, quā fide vitaq; meruerat, redemptionis æternæ, circa ipsum Dominicæ Passio-
nis locū: in eo, iure obtinens omnimodo monumentū, quē eruerat; quemq; defen-
derat à cōculcatione ac irruptione Gentiliū. Cuius mira humilitas & Monachis et-
iam imitanda modestia, illo prædicabili admodum, Regni sui tēpora titulo insigni-
vit, vt nunquā intra Iherosolymitanā ciuitatē Regium coronatus diadema tulerit: 40
ea cōsideratione videlicet, quia generalis vniuersorū salutis auctor Dominus no-
ster I H E S U S C H R I S T U S; spineū ibidē fertum humanā inrisione gestauerit. Quo,
vt præfati sumus, exacto, à fraterna cum tēperantia & sagacitate futurum degenerē
nullā ratione credētes, *Baldunum* ex Edessa transferunt, & sanctæ illius Christiani-
tatis nouæ coloniæ regnare cōstituunt. Quædā nempe clarissima in eorum vitorū
natura notauerant, & notata dilexerant: tranquillos vriue, & totius nescios iactā-
tiæ mores; inremissam, & plus quām Regiæ cōpeteret maiestati, sine vlla penē for-
midine mortis audaciā; remotam quoq; ab omni habitu ipsorum, petulantiā; & su-
pra opum suarum vites liberalitatē omnino munificā. Huius autē *Balduni* erga suos
fides, erga se contemptus, ex uno coniici valet facto: quod videlicet dum in expedi-
tione cōtra hostes ageret, pro ereptione cuiusdā peditis in tantum sese periculo in-
gesserit, vt grauissimum vulnus excipiens, vix discriuina parata necis euaserit.

xxiii. Fuit interea quiddā, quod maximè gentium innumerabilitatē circumpositorū,
ne contra nostri nominis insurgerent paucitatē, vehementer exterruit, nec minus
hodieq; terrere dinoscitur: quod scientia scilicet astrorum, quæ apud Occidētales
quō tenuior extat & rarior; eō apud Orientales, vbi & originē habuit, continuo vñ
ac frequēti memoria magis seruere cognoscitur, euidens idē Gentiles prognosticū
se acce-

se accepisse testantur, & iamduū ante infortunia ipsa præscirat, quia à Christiano populo subigeretur: sed artis ipsius peritia ad integrum instrui nō poterant, quo ista tēpore completeretur. Ante duodecennium fermè enim quām proceres nostri Iherosolimitanū aggrederentur iter, *Rothbertus* Flandrensi senior Comes, de quo in primo huius operis egimus libro, cum multis opibus *Iherusalem*, orationis gratia, est profectus. Qui cùm eadē moraretur in vrbe aliquot, desiderio vidēdi loca sancta, diebus, & ob sui munificentia, cognoscendi plurima, etiam quæ apud Gentiles fierent, permetteretur habere licentiā: quadā die, vti ab his didici qui familiarē inibi Comiti præstiterant comitatū, vniuersi penē vrbis eiusdē ciues ad Templum cōfluunt Salomonis; & per vniuersum diē maximā ibidem habitā cōcione, ad sua tādem in vesperū diuerticula sunt regressi. Hospitabatur tunc Comes ilde apud aliquem grauioris xui & expertioris ingenii, vitaq; quantū ad eos, sanctioris Saracenum, cui *Seraus Dei* visitatus erat vocabulū. Qui cùm ab eo redeūte domū sciscitaretur: quid in illo tamdiu confidēre eis collibuisse Templo; super quibus etiam adeò laciniosa disputatione tractassent? Intulit homo: *Insolita*, inquit, *signa quadam in ipsis stellarum cursibus recursibusq; conspeximus, ex quibus certā ad modū coniecturā collegimus, Christiane conditionis has in provincias homines deuenturos; nosq; per plūa asidua & frequentes vietorias deuincendos. Quod tamen utrum valde imposterum differatur, an proximè fieri debet, penitus nobis incertum constat.* Ex ipsa tamen Astronomica nobis portentione perpatuit, quod hui ipsi quibus superno gentem nostram iudicio superare, & à natibus oris amoliri conceditur, idem postremo vincendi à nobis, & ab ea quam usurpabant patria, bellorum sint iure pellendi. Cui cœlesti indicio, veterum sc̄t̄a nostre oraculorum p̄fīm, ex quibusque voluminibus statim lectio recensa concinuit; idipsum apertā locutione testificans, quod iubar aethereum contextoribus signis innauerat. Quibus Gentilis hominiis verbis, illa, quæ superius relata sunt, Cubaran matris dicta concordant: nec apud nos dubium est, quia eadem ipsā ratione quā illa aduersus Christianos dehortabatur præliari filium; isti etiam fr̄nāntur qui Iherosolimitano exitio inhiant, ne bella ineant contra id, quod sibi ostensum est, fatale decretū. Etsi namque primum multiplicibus nostros præliis vrgere insistunt; at nunc contra eos tanto remissius agunt, quanto non eos, sed Dominum pro eis exerceri & configere sentiunt. Si autem cuiquam fortè incredibile fiat, quod futura quis Astrologicā arte prænoscerre valeat, illud nobis euidēns argumentum præbeat, quod Imperator *Eraclius*, per huiusmodi disciplinam, gentein circumcisam contra Romanum Imperium præscierit surrecturam: nec tamen non Iudæos futuros, sed Sarracenos, qui hæc ageant, per eam potuit prouidere peritiam. Intueamur & *Magos* qui cùm natum Regem, & hunc ipsum D E V M & hominem, sideris editi repentina inspectione sensissent, quibus eslet regnaturus partibus etiam nouerat. In hoc ipso nouo D E I aduersus homines Diabolicos procinctu, hoc etiam videbitur attendendū, quia factū ei omnimodis videatur cōgruere *Gedeonis*. Cūm enim infinita multitudo nostrorū, ad subeunda proposita vñani miter pertinax putaretur, probatur ad aquas, voluptates vtiq; atq; delicias: vt qui videlicet D E V M sequi deligerent, famis fistisq; cruciatis, mortuumq; variarum casibus non cederet; qui autem post corpora D E V M proiicerent, ad fluxa sese desideria, quod flexus illic poples significat, eneruiter inclinarent. Qui autem biberunt manu ad os proiiciente, ipsi sunt qui, *Diogenis* instar, vacante omni deliciarum curā, inter D E O seruendum, quoquo pacto satisfecere naturæ. Trecenti fuēre, qui sub *Gedeone* probabātur; quia sicut exteriū, ita interiū baileare crucem, quæ Tau littera significante, Trecentos innuitur, qui hac persecutā honorantur. Quare enim à Dominica sese multi nostrorū, turpiter excepte militia? nisi quia seduo graui carpebantur inediā; & quia sine Cerere & Libero friget Venus nulla eisdē, corporiculis flaccis cōtibus, libidinis inerat perpetrādā facultas, quæ etiā si suppeteret, nō aliqua pateret oportunitas. Hii ergo qui probati inuenti sunt, tubas habent in manibus: quia diuinū sermonē, cuius solatio inter tot discrimina recreatur, proferunt in operibus. *Lagenas* tenent, dum in continuo procinctu positi, ab omni carnalitatis fœditate se cōtinēt. Intra lagenas lampades habēt, quia in vasis corporū fictilibus pie intentionis, omni luce clariores theſauri renitēt. In tres eos *Gedeon* partes diuidit: dum quosdā ex eis CH R I S T V S ad coronam propriae cruxis effusione contrahit; alios ad custodiā sanctæ Ciuitatis, ac si ad cultum Terræ promissionis

xxiv.

xxv.

Iudic. 7,

inducit, per quos hodieq; paucissimos totius Imperio Orientis obſiſtit; cæteros in patriam ad testimonium tantæ victoriæ, & pii huius exilii imitationem redire permisit. *Lagenis ergo fractis, lampades emicant;* quia occisis corporibus, spiritus diuino amore feruentes, recta ad Dominum intentione commigrant. Hostes inde territi subiguntur; quia eos non immerito forinidant, qui, spe æternitatis audaces, mortem vitâ ipsâ carius amplectuntur.

Quorum enim animalium, vt ait Apostolus, sanguis infertur in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Vnde Dominus extra portam passus est. Exierunt itaque hii ad eum extra castra; extra videlicet carnis desideria, dum improperium eius portant crucis, mortificationem, in vicissim scilicet ac concupiscentiis, seruant.

xxvi. Sed quantum cum bonæ voluntatis affectu valuerit tanti huius laboris assumptionis, hoc uno subiecto exemplo colligi potest: quod idcirco proponendum duximus, vt liquidò perpendamus, quantum pure peccata confessis, & sincerè pœnitentibus profuerit istius peregrinationis deuota suscepſio, si tantopere pœnitentia ac confessionis penè prorsus exortibus, valuisse

xxvii. probatur, terroremq; incusſisse Diabolo. Vir *Eques;* is ordinis quidam maritimarum partium cuiusdam fratrem proprium hostilitate perdideraſt: Cuius interfictionem adeo homo idem agrè tulerat, vt inconsolabili mœrore tabesceret: maioris enim potentiae, qui eum pereimerat videbatur, vt inœrenti, vlciscendi defunctū ſpes nulla ſuppeteret. Intolerabili ergo dolore defecto, & luſtuſa omnibus vbiq; momentis prosequenti mente germanū: cùm nouior indies inreparabilis dampni refriſcaretur acerbitas; & ſine reſpectu cuiuspiam ſolatii, inuitabilis memoriæ lacerum miseri hominis iecur pœna torqueret; dum angores affiduos, ad extreum repētenda vltionis centuplicat difficultas: *Diabolus,* diutinâ experientiâ callens, & ſpirituali alacritate omni mortali naturâ facilior, qui in cunctis tempora aucupatur & cauſas, huius nimirum arrifit oportunitati triftitiae. Die itaque quadam, cùm veſcordiæ interioris ſqualidus tabo, & exhausto ſpirilio profundissimi langoris anheſus, potandum equum, ipſi inſidens, duceret ad aquas, è regione altrinſecus in altera fluminis crepidine poſitum Dæmonem conſpicatur. Apparuit autem ei in ſpecie viri cuiusdam, quem contractis cruribus existenteſ ſæpenumero videre conſueuerat. Videbatur etiam & ipſe eques, accipitrem manu gestans; lutei, vt præferebat, coloris tunicam habens. Quem cùm ille eminus attendiſſet, & recordatus cogniti, quem fore putabat, hominis conſuetæ debilitatiſ & formæ, præ vehementia inopinæ nouitatis hæſiſſet, nequām Spiritus, procacitatis antiquæ non immemor, primus effert: *Non sum, inquit, quem aſtimas: ſcias autem me eſſe Diabolum, ad diuſurne tuae vltionis præbendā remedia miſſum.* Magiſter namq; meus, qui omnibus in mœrore poſtit, ſi ſibi aſſentiant, compaſſibiliter ſuffragari dignatur, ad te me dirigit; nec ſi ei prout tibi diſcreto acquieſcere velis, ſolatum morabitur. Cùm enim ſit liberalis, nec deſit opulentia infinita dandorum, affeſt antibus opes, ſupra quām valeat aſtimari largus eſt munerum ſubſidio; egenitibus, ultra quām ſperari id poſſet, non differt admīniculum. Tu vero, qui vetuſ infortunium animi agravitudine ſe imper recentiori deploras, ſi quid eſt unde queſaris, exprome; ſciens indubieſ te multo maior a ſumptuorum, quām præsummas expoſcere. Si fratrem intuleris interfeſtum, vltionis ſententiam accelerari cognoſces; ſi qualibet quaſieris incrementa, mirabere faſtum. Ergo velis, iubeas; ſuberit pro velle facultas. Attenderat ille inſolitum valde pecuſ; mirabatur Diabolus cum maximo stuþore loquentem: fed quantum pollicitationis lenocinio trahebatur, tantum pollicitatoris nequitiæ terrebatur. Vicit tandem ambitio promiſſorum, & ſe fatetur oblata grataanter accipere: *Attamen,* inquit Diabolus, ſi te huius meæ ſponsionis fructus oblectat; & te Principis mei, qui ad te me miſit, gratuīta benevolentia ut cumq; pellexit: cum ipſis effectibus, tam de vltione germani, quām de ſuccesſibus fortunarum, qua pronunciaui, vera probaueris, hoc meus ipſe magiſter à te exigit: quatenus hominum ſibi facias; & translata ſide Christianitatis, in ipſum in diuſibiliter te ei cohaſurum ſpondeas; ab his etiam que vetuerit perſeueraanter abſtineas. Sunt autem ſpecialia, à quibus cum ad ipſum confeſſeris, cohiberi uſquequaq; te velis: ne unquam videlicet vlam ingrediariſ Eccleſiam; ne quem etiam baptizatum ſacro de fonte ſuſcipias: & tertium quiddā pariter vetuit, quod exciderat ab eius qui mihi narrauit memoria. Cui homo haec ait: *Facili à me obſtruantia poterunt ſine aliqui pro ratiōnate teneti de hominio verò faciendo, aliquas peto inducias dari.* Abhorrebat ſanè multum homo idem, liberæ adhuc rationis intuitu, quod execrabilis adeo à ſe fidei traductio petetetur; fed tolerabi-

tolerabilius iudicabat Christianis officiis abstinere, quām ipsi^o credulitatis fundamento carere. Deniq; nec morā, in tātū fraternæ, suggerēte maligno, suppeditatur ei opportunitas vltionis, vt crebrescentibus omnino superarentur viri vota fortunis. In huncq; modum succedente remedio, ab illius animo obliterabatur sensim mœroris atrocitas; cùm tamen interim nullo modo res præsum eret, sibi à Diabolo attēptare prohibitas. Cùm interea antiquus humanæ naturæ hostis sedulò eidem homini apparere; nec modò, vt assolet, solitudinem eius, aut secreta aucupari lōca: sed in media etiam vulgi adstantis frequētia, improuidum subitò conuenire; beneficia iam experta proponere; potiora in posterum polliceri, de fidei translatione sedulò satis hortari. Ille autem largitati omnimodo fieri gratulabundus expertaz, obsequia tanti Principis liberalitati sempiterna promittere, super eius verò, quod frequens exigebat, hominii pensione, iugiter inducias obsecrare. Igitur cum homo isdem creberimis, & inter medias inuisibiliter turmas apparitionibus vrgeretur, DEI nutu, per Latinum orbem Iherosolimitani itineris fama porrigitur; & quisque, qui aliquo se se crimine persenserat implicitum, illuc, nouas D E O pœnitentias aperiente, dirigitur. Inter quos iste proficiisci delegit, sed nefarium, quod cum Diabolo magna iam ex parte pepigerat, fœdus nullā confessione retexit. Profecto itaque & emulazionem D E I habenti, licet non secundūm scientiam, dum operum initio bonorum confessio non est præmissa malorum: tanta gratiæ DEI, inter eundum, homini nem comitatur vbertas, in tantum D E O placuit labor, quamlibet minus plenâ pietate præsumptus, vt in ipso expeditionis itinere, nullis eum funestus exactor compellare auderet angariis: quin potius, ac si nihil cum eodem pactionis habita in meminisset, nullis vel in visione ei appareret modis. Captâ postremò Iherusalem, cùm in ipsa cum aliis ad tempus diuersaretur vrbe, & nocte aliquâ cum quibusdam putaretur dormire militibus, sollicitus super suis suorumque, qui sub dio, pro regionis consuetudine, commanebant equis, respexit ad illos; & speciem stantis considerans hominis inter eos, furem suspicatus exsurgit; & quis esset vocibus turbatis inquirit. Cui mox ille, habitudine quām consuesset illatā, quasi reuerens ac pudibundus ait: *Nonne me noſti?* At ille, veluti vetus sibi innouaretur 3 o opprobrium, multò seuerius infert: *Noui,* inquit. Quibus utrobique prolatis, nec ille post interrogationem aliquid percunctionis attexuit: nec iste quipiam responsis adiecit. Quæ apparitio, quantum ad hominem quamvis ociosa fuerit; D E O tamen dispensante, quiddam nobis non ociosè innuit: Diabolum videlicet non obliuiosè præterisse hominem; sed ex ipsa sui ostensione & effectu, enunciasse quid voluerit, & silentio prodiisse, quia nequiverit. Quid plura? Rediit, sed nec inter redeundum Diabolus se illi conspicabilem vsquam importunumve præbuit. At eo domi constituto, nefarii confestim consilii miserabili illi personæ resuscitatur assessor, vt vix pauca tempora ab huiusmodi commonitorio ferriata forent: *Possunt homines ab his quos verentur interficiis aliquibus, disparari; eosq;* 4 o *ab inquietudinibus, conclavia sua parientesq; distinguunt: spiritualem vero nequitiam, nec praesentia populorum nec munimenta clauſtorum à suis excarsibus arcent.* Viro igitur illic adeo indiuiduum perpetienti atque lætaliter fastidenti latronem, die quādam obuium habere contigit quandam C H R I S T I sacerdotem, scientiā, benignitate, ac pià hilaritate præcipuum, nomine *Cononem.* Cui cùm secundūm temporis, quæ tunc erat angustiam, suo enim quisque sollicitabatur itinere, eam quam patiebatur exprompsisset miseriam, datā pro loco consolatione vir bonus ille quam potuit, & acceptâ sponsione de reditu, dimisit. At tamen cruentissima fera non siluit; sed creberimæ interim lenocinio suasionis irritare non desit. Nec morā, homo, molestiarum & penè quotidianæ interpellationis 5 o impatiens, ad medicum rediit, confessione ad purum factā, pœnitentiam omni affectu suscipit; & susceptâ, executorem proprium deinceps nunquam vidit. Ecce pia ista peregrinatio penitentius quantum valuerit puris, quæ tantum attulerit tutelæ ac securitatis impuris. Constat quoque consideratione di- xxviii. gnissimum, non sine re ab huius gratia profectionis Reges abiectos: ne personæ videlicet spectabilis sublimitas, effectus sibi videretur arrogare supernos. Igitur coelesti Domino referenda laus est, ac hominis tacenda penitus. Non tot militias, Ducum coëgit quilibet, aut meruit triumphos. Pænos *Regulus*

obtudit rebelles, laus in eum studii refertur. *Alexander agens Eo regna stragibus immodicis fatigans; Magni præualuit parare nomen.* Hic, Comes *Stephanus*, cui indita fuerat sacri exercitus summa curandi, quasi quæ soli competebant D E O temerarius usurpasset, ac si ignauiae condemnatus abiicitur; & Hugo Magnus, veluti homo Regii nominis, sequestratur. Pulsis ergo magni nominis vmbbris, & cui innitebatur potentia extrusâ, vni iam incumbens D E I subsidio, pusillus grex ille remansit: Et ut ad rem ventum est, secundum Scripturæ dictum, non ex genere, sed eligente D E O, *Insufficabilis portauit diadema.*

Honorem itaque sui nominis D E V S, qui facit mirabilia, nolens deferre alteri, ipse solus dux eius fuit, ipse rex, ipse corredit, ipse ad efficientiam cœpta direxit, ipse hucusque regna porrexit. Agnos igitur, ex lupis quos fecerat, in suo non eorum brachio congregauit; sinus sui tuitione leuauit; piæ spei gaudio fretos, ad quæ desiderauerant videnda portauit.

Præsentis historiæ corpori, auctore mundi propitio, posituri calces, Fulcherium quendam, Carnotensem Presbyterum, qui Balduini apud Edessam Ducis dudum Capellanus extiterat, quædam quæ nos latuerant alia; diuersè etiam à nobis aliqua, sed pauca, hæcq; fallaciter & scabro vt cæteri, sermone, fudisse comperimus. Cuius, & si non omnia, nonnulla tamen detegenda, & huic scedulae compaginanda censuimus. Cùm enim vir isdem ampullas & sesquipedalia verba proiiciat, & luridos inaniū schematum colores exporrigat, nuda mihi rerum gestarum exinde libuit membra corripere; mei q; qualiscumque eloquii sacco, potius quām p̄texere contexere. Dicitur in sui, nisi fallor, opusculi referre principio: quoſdam qui Iherosolymitanum adorsi videbantur iter, illud quod Apulos Epirotasq; dirimit, locatis pupibus, æquor ingressos; &, vtrum inexplorato seſe commiserint mari, seu carinas nimiā sui nuinetositate depreſſerint, nescio, conſtat tamen sexcentos penē illic nauim fregisse viros. Qui intercipiētibus omnes sali turbidi procellis enecti; nec morā, impatientis æstu pelagi ad continentem eiecti, eo ipso, quo in bitris palliis, ac tunicis vti consueuerat vniuersi, in superficie scapularum sunt insignes Crucis signo reperti. Quod sacrum stigma diuinitus cuti eorum potuisse imprimi, ob ipsorum fideli evidentiam faciendam, nemo licet fidelis ambigat: tamen ei qui hoc scripsit, si aduiuit, sollicitè pensandum est, an res ita se habeat. Viæ enim huius, cùm Christianarum vbique gentium p̄crebuisset initium, & id non sine diuina fieri voluntate per Romanum clamaretur Imperium, quilibet extremæ vulgaritatis homines, & etiam muliebris indignitas, hoc sibi tot modis, tot partibus usurpauere miraculum. Ille paup̄il per intextas, ex suffusione sanguinis rigas, Cruces astruens, ostentabat in oculo: iste pupillarem, quā foedè cæcutiebat, maculam, eundi sibi commonitorum perhibens, pro cœlesti exhibebat oraculo. Alius, aut nouorum pomorum fuccis, seu quolibet genere fuci, cuilibet particulæ corporis moliebatur speciem crucis: vt sicut oculorum subsellia pingi solent stibio, ita diuini in sc̄ spectaculi, vel vireret vel ruberet, fraude facta & commentis ostēsio. Meminerit lector Abbatis illius, quem supra retuli ferro sibi scalpisse frontem; & quem postmodum dixerim factum Cæ-40 sareæ Palestinae Pontificem. Testor D E V M, me, *Belluaci* per id temporis constitutum, vidisse ad se versum obliquatas aliquantulum die mediā nubes, vt vix quipiam maius quām aut gruis, aut speciem viderentur pratulisse Ciconiæ: cùm ecce, Crucem cœlitus sibi missam vrbanae passim voces conclamauere frequentiæ. Ridiculum est quod dicam; sed non ridiculis authoribus rem probatam. Muliercula quædam in hoc ipsum promoueri cœperat iter: quam nouis nescio quibus rudimentis imbutus, præter inertis iura naturæ, versabundus prosequebatur anser: Et ecce, fama volans Pegaseis motibus acta, & castra repleuit & vrbes, à D E O ad Iherusalem redimendam etiam anseres destinatos: Nec tantum deferebatur mulieri miseræ, vt ipsa ansere ducitaret, sed ea duci ferebatur ab ansere. Quod ita Came-50 raci probatum est, vt stante hinc & inde Populo, per medium Ecclesiam mulier ad altare procederet; & anser è vestigio mulieris à tergo, nullo sollicitante, succederet. Qui quidem intra Lotharingiam mox, vt comperimus, obita sibi morte deceſſit: qui sanè rectius Iherusalem isſet, si pridie quām proficisceretur, suæ seipsum Dominiæ festa conuiua p̄buiſſet. Quod totum ob hoc à nobis historiæ veraci attexitur, vt se nouerint quique commonitos, *quatenus nequaquam, fide vulgi fabulis attri-*

x x x. buta, Christiana grauitas levigetur. Denique rursus idem perhibet auctor, Pyrro,

Antiochiae

Antiochiæ proditori DEVM apparuisse; & vt Francis proderet vrbem in visione iufisse. Facile hoc ei fuit, qui Cain, & Agar se audibilem; & conspicabilem asinæ Angelum præbuit. Verùm omnes qui sanctâ Ciuitate receptâ redière, & qui super gentes ad nos rebus Epistolas dixere, præcipue *Ansellus de Ribodimonte*, nil tale direxere: immò nec Pyrri, vir idem mentionem habuit; sed à tribus eam Ciuibus traditam minimè tacuit. In qua etiam refertur, quod antequam tres illi proceres de vrbis deditione seriò tractauissent, fucatâ nostris obtulerunt pacem, spondentes sese reddituros proximè Ciuitatem. Quæ mutuò data securitas, in tantum valuit, vt intra vrbis mœnia aliquotiens de Francis exciperent; suique cum nostris conuenticula crebra miscerent. Dum ergo exercitus minus inter ista sibi, nimietate securitatis, inuigilat, protensis Turci insidiis quosdam ex Francis interimunt; nec ipsi tamen indempnes existunt. Ibi quendam nostri egregiae indolis iuuenem, qui apud Regem Francorū Comes stabuli fuerat, nomine *Walensem* amittunt. *Lanceæ Dominice* inuentionem cassare dicitur; & quia falsitati obnoxius erat, hominem dampnatum præsumpti ignis adustione testatur. Cui non modò super hac re modernorum testimonia refragantur; sed etiam vetustissimi quiq; fide plenissimâ stipulantur: quod, cùm olim loca Sancta expeterent, antequam Turci Orientis ac Syriæ regna peruaderent, eandem in eadem vrbē Lanceam adorare deosculariq; solerent. Numquid nam *Fulcherii* presbyteri qui, nostris apud Antiochiam fame peri-
clitantibus, feriatus epulabatur Edessæ, tot prudentium, qui interfueré dū repperi-
retur, ingeniis præualebit argutia: cùm etiam *Baldinus*, qui post regem Balduinum Edessæ præfatæ præfuit, in sua ad Archiepiscopum Manensem profiteatur epistola, cùm ea beato reuelante Andrea repertā; tum à nostris audaciam, contra Turcos ingruentes præliandi, fiduciâ ipsius, admissam. Sicne spectabilis *Podiensis* ille Episcopus desipuisse putabitur, vt incerti nominis Lanceam, sub tantâ reverentiâ ferret, dum aduersus Curbaran congressurus egreditur? Ibi certè constat quiddā memorabile factum: quod scilicet dum *Curbaran* idem herbæ ignē iussisset subiici; præsulque idem, Francorum ad bella properantium conspiceret ora ac oculos profuentes fumi densitate suffundi, hinc sacram præferens Lanceam, inde piâ dexterâ con-
tra emergentes nebulas Crucis pingēs effigiem, vbi IHESV Omnipotentis flebiliter euocauit auxiliū, dicto celetius in eos, qui emiserant, eius pietas tetri vaporis retorsit globum. Porro, si de inuentoris interitu agitur, qui aliquot post ignis experiētiā traditur vixisse diebus: fateor, dicā quomodo iste obierit, de quo incertum est an lœsus fuerit, si dicat mihi cur is, qui apud beatum *Gregorium* linguas omnes acceperat, propria dentibus membra disciderit. Præterea dum in obsidione Antiochenæ morantur, adstruit, nisi fallor noctu rutilum, in modum ignis, super exercitū emicuisse iubar; & speciem, haud ambiguâ formâ, pariter exhibuisse Crucis. Quod quiq; illuc sapientum incendiū ad bella retulere futura: vbi tamen esset, quod Crux videretur innuere, certa salus, & successura victoria. Hoc non refellimus; id plane vberimis testimoniiis approbatur. Hoc, inquā, rimarū plenus poterit tacuisse Par-
meno. Nec dissimile quid, inter ipsa viæ huius initia constitit accidisse: quod quidē superiùs cùm de moribus eclipticis, & siderum, qui visus est, lapsibus loquerer me contigit præterisse. Quadaam enim æstiui diei vespertinâ inruente horâ, tanta ab Aquilonis plaga conflagratio apparuit, vt plurimi è domibus propriis sese proriperent, quærentes quinam hostes prouincias suas adeò graui ambustione vastarent. Quæ omnia futurorum extitisse portenta bellorum, indubie retinemus. At iam his omisiis, quæ carptim delibanda censuimus, relationis seriem prosequamur. Ilhero-
solimorum igitur Ciuitas obsessa, exprimi non potest quantâ sit ciuium suorum animositate defensa. Videres contra balearia instrumenta, quibus compererant faxa torqueri, trabibus obtegere muros; atq; psatiis, Græcos, quos ita vocitâ, ignes iniicere machinis, præsertim qui materiei inopiam difficultatem maximam nouerant obsidionis: sed quia Francia præminebat ingeniis, furores ignium respersio curat acetii; & præacutâ falce reciditur, si quid videretur pependisse pro muris. Vicos ferreos longis hastilibus addunt, quibus nostræ partis è machinis propugnantes loriciatos corripiunt; quæ nostri mucronibus exertis, pro hastilibus fustes reddunt. Sed in eo vel maximè Sarracenorum vehemens probabatur instantia: quia si quem suorum contigisset iectu à nostris obrui, percussi clipticum dicto citius constabat ab

AAA

xxxii.

xxxiii.

xxxiv.

- alio rapi; & in eodem, vnde ille ruerat, loco constitui, vt nostris daretur, ad sui exanimacionem intelligi neminem eorum iactibus lædi. Fæliciter igitur vrbe capta, *Boemundus* qui Antiochiae, fame, cruoibus, & frigore Francorum, obtinuerat principari, apud eam, cæteris proficiscentibus, maluit remorari, quæ pro I H E S V Domini Sepulchri liberatione vexari: Et dum contendit inepte pro vnius ædificiū ricalæq; custodia, præteriti sui vniuersi laboris fructum viuis est amissus & gaudia. Quid enim sibi profuit currere, vbi consequi noluit comprehendere? Attamen, quia hactenus exercitui Dominico plurimū emolumenti armis contulit atq; consilio, non est absurdū paucis intexere, qualiter illum contigerit illò ire. Ad *Baldwinū* itaq; Edessenum legatione directâ, sollicitat, vt secū pariter ad inuisendū Saluatoris Se-pulchru m veniat. Ipse etenim, non auaritia obtentu, sed propriæ ciuitatis tuitione retentus, vrbi similiter nequaquā obfidendæ concurrerat. Christianorū plane ipsa erat Ciuitas, & circūpositæ Gentilitatis vires crobrò patiebatur infestas. Cumq; vir isdem se spopondisset iturū, conflatis vtriq; equitum peditumq; copiis ingentibus: præsertim cum eis incumberet non modò quorumq; sed cōtiguæ omnino vniuersitatis metus: Iherosolitanū sunt iter adorsi. Cumq; singulorū insimul contubernia conuenissent, & viginti hominū milia fermè complessent, inter eundū eos crudelis vietualiū coangustare cœpit egestas: vt nec escarū cōdimēta pani, neq; suppetret panis ad escas. Prouinciarū nempe, diuturnā diuersarum obsidionū morā, & prolixis lögè lateq; expeditionibus, opes exhaustæ, nō sufficiebāt vllatenus tantę a-20 vniuersitati virorumq; frequentiæ supeditare stipendia. Artata igitur miserabilibus inediis multitudine, a finitima cermum, equinarumq; quæ aliæ didicerat, edulia repetiuit; nec ab eorum vsu, habitâ etiā in talibus parcitate, calamitas ista desuuit, donec *Tiberiadē* ciuitatē, quinq; hominū milium, sub Domino, pastione celebrē, desideriis affecta subiuit. Ibi aliquantulū eā quā patiebatur tabe cibo vberiori sopitā, tandem Iherosolimā peruenitur, sed ea adeo foetida, recēs cæsorum cadauerum numerositate, repperitur, vt nusquam aura nisi corruptissima narium orisve spiraculo hauriretur. Qui à Rege *Godefrido* gratulâter excepti, Dominico quod imminebat interfuerere *Natali*. Quod, vt rationis cēsura respōderat, *Bethleem* actū, nō modò ex sua mutua qui cōuenerant visione; sed magis ex sua victoria suo insperabiliter sæculo præstita, 30 *Francis* suprà quā credi potest res tripudiofa fuit. Inde digressis, cum sua quisq; repetisset, à Turcorū manu immodica, cum vrbē quandā adiret *Boemundus* inuaditus, in remotissimas Persidis regiones captiuus abducitur. Quod vbi *Tancredi* illustris attigit notionē, quā primū occupare Antiochiā properat; Laodicię Pergama munit: utræq; enim Boemundo munia pensabāt. *Laodiciā* pridē *Rothbertus* Northmanniæ Comes habuerat, sed cum prodigi hominis exactiones vrbici tolerare nō possent, pulsis summæ custodibus arcis, eius abegere dominiū, odioq; ipsius Rothomagensis abiurauere monetæ vsum. At *Boemundus* cum annis aliquot in carcere resedisset, tandem, cum pacto, tū pecuniariâ redemptione resoluitur. Nec multo postēpore exacto, Antiochiā *Tancredo* cōmīsā, nauigio in Appulia transuestus venit in Franciā; 40 & *Constātiā* Regis Philippi filiā multo auro à patre impetratâ, fecit Carnotū eius nuptias in magna gloria. Deinde in Appuliā regressus, magnā Regni Constantiñopolitani Imperatoris partē sibi subegit; & suscep̄tis ex filia Regis quibus filiis, venceno vitā finiuit. At *Godfridus*, cuius in equestrī gloria quantitatis extiterit, pro clausula laudis, quia superius plura relata sunt, ex præfati *Baldwini* verbis accipi poterit. Est autē idē Comitis *Hugonis ex Reiteste* filius: qui dū Edesseno Ducatui à postmodū Rege Balduino præficitur, iā dudum Turcorum manus proh dolor, incidit; & multo tēpore clausus, D E O se protegente, viuens ab eorum manibus euasit. Extrat verò eius huiusmodi de eo, verbis vtriq; meis vestitæ sententia, festum sancti Dionysii agebatur; Rexq; idem à quadā sua, vocabulo Morocoria, cimitate regrediebatur: & ecce centū vi-ginti Turci eidem insidiabātur, cum viginti cum tantūmodo equites comitarētur. Quos vbi, inquit, attendimus, remotā formidine, arma corripimus; ipsi verò, quia repente ingruerant, fugituros nos pro nostra paucitate putabant. At nos, sumptu de expertis D E I adminiculis iugibus ausu superq; ipsum spiritu innitentes, Barbaros aggredimur; tantā in eos cade bacchamur, ut ex illis ottoginta cæsis, nonaginta pariter equos caperemus. Et post aliqua, vir il-dem, cum inrisoriè meminisset eorum qui ab Antiochia fugerant, & qui Constantiñopolim legatione functi redditum distulerant, ad animandos qui in Francia reledērant

residerant Francos; de sua fortuna sic sequitur: *Multū, ait, nos opulenter nos habemus, & ut aliorum supercedēt gāzis, decem quibus solus principor castra, & abbatia una, marchas michi pendunt annuatim mille quingentas. Et si D E V S arrideat urbem mihi cōpisse Calepiam, centum mox meo habiturus sum sub iure castella. Retrogradis, inquit, nolite credere, qui nos inedia fatiscere celebrant: scriptis potius meis credite.* Rex igit *Godfridus,* xxxvi.

vbi post vitam nobilem beatior futurus excessit, Iherosolimani nequam temperantie eius ac serenitatis oblieti, & degenerare verentes, ipsius germanum, ducem Edesenum, missis interpretibus, ad Regis iura compellant. Qui quidē in ducatu, eo splendore se habuit, vt clypeum aureum quois iter agens, præ se ferri faceret, qui *Aquilam expressam in se haberet.* Erat autē scematis Argolici. Morem enim Gētilibus gerens, hucusq; togatus incesserat, barbam remiserat, sese adorantibus flectebatur, solo tapetibus stratis vescebatur; at si quod municipium vel vrbē suæ ditionis intraret, ante eius gradientis vehiculum, duorum ore equitū, geminā tubā perstrepere. Legationi ergo obtemperans, Iherosolimā proficisci aggreditur. Sed vbi contigua Gentilitas, profecturi aucupata propositum, contemplatur euitem, consensis, aurā sibi incassum obsecundante, liburnis, cum Dux per eiusdem æquoris, satis mediocri comitatu, properaret arenas, feruētibus remis, rostrisq; cauātibus vndas, obuiā se præbere concertans, litori classem appellere maturabat. At Dux, omnium quæ fieri dextris quirent mortalibus expers, mœroribus intimis pulsat Altissimū; & *proponit ei, quod subitus obediēter erat, pro fide eius tuenda, Regni negotiū.* Et ecce, quę mobilitate ferebantur aligeā, naues, limaceā morositate resistunt; & quod ampliorem tonsis salum verrentibus quisq; nititur ad processum, tanto spei suę mutatione ridiculā, studiosius proræ rotabātur ad puppes. Ita improborū fusō molime, Dux meritā libertate potitus, de recipienda purpura euidens cælitus sumpsit auspiciū. Illud me præterierat quod Pisanus antistes *Daibertus*, cum aliqua suę plebis frequentia, Episcopo quodam *Apulo* Comite Iherosolimam iam cū Boemundo, & hoc ipso Duce præcesserat. Primos suos post Regna recepta procinctus, & *xxxvii.* intra sinus exercuisse perhibetur Arabicos. Vbi dū ad *Sinai* montis vñq; deuexa procederet, repperit incultum, & Æthiopicis simile hominū genus: quibus, pro agresti *vñ* ac deformitate insolita, vita indulxit munus. Ibi in Ecclesia, quæ Sancti dicebatur *Aaron* orauit, vbi sua D E V S cum patribus oracula celebrauit, & exercitus de contradictionis fonte potauit: vbi quia Moyses in labiis distinxerat, nec D E V M coram filiis Israël sanctificauerat, à terra eum D E V S Promissionis absentat. Et istic presbyteri illius mei titubauit opinio: non enim *Synai*, sed mons *Or* dinoscitur esse, *Petra* quondā Arabum conterminus vrbī, vbi & Aaron hominē exuit, & aqua de intimo percusse rupis emergit. In illa Sancta Iherosolimorum ciuitate vetus quoddam *xxxviii.* miraculum inoleuerat; quod vetus idcireo dixerim, quia ex quo idem fieri cœperit, orbis ferè Latinus ignorat. At nos coniicio perpendimus, quia postquā calcarī ante hæc nostra tempora cœpit à gentibus, id pro suorum qui ibi degebant, per idve temporis cōueniebant, annuerit Dominus: quod videlicet in ipso *Paschali Sabato*, Sepulchri lampas Dominici videatur quotannis accensa diuinitus. Erat autē eadem moris in vrbē, vt circumitis Pagani vniuersorū ædibus, singularū focos vñq; ad fauillas extinguerēt: & tāta id fiebat ab Ethnicis indagine, quantū idipsum putabatur fieri fideliū fraude, nō fide. Cū ergo hoc modū Vulcanus eliminaretur ab oppido: cā horā, quā nostræ religionis obsequiū, plebem Catholicā solempni resurrectionis atq; baptismatū intercessione mādat officio, vidisse per vniuersam Gentiles exertis mucronibus oberrare basilicā, mortemq; nostrorū quibusq; minari: cerneret fidei nostræ è regione cultores indigenas, graui penes D E V M mœrore torqueri; eos verò nil minus, quos de abditis mūdi finibus orationis vota illò cōtraxerāt vel causā miraculi, luminis omnes munus vnimodā intētione precari. Nec tūc erat impotuna dilatio, quin desideriis æstuata petitio, alacri leniretur effectu. Audiui à personis quę illuc iere, senilibus, q; Papyrus vel lichinus, (nā vtro vtātū vtriusq; nō noui) Gētilis semel cuiusdā sit thecnā sublatus, ferrūq; remansit inane; sed, cœlitus labēte miraculo, ex ferro lumē emersit. Dūq; fraude virtutes cupit encruare supernas, dicit, *cōtra suā ipsarū naturā, Deo suo militare Naturas.* Anno ergo ex quo Rex præfat⁹ *xxxix.* suscepserat sceptrā sequēti, eius fuisse traditur difficultas tāta miraculi, vt vix imminet nocte oratiū flentiūq; potuissent vota cōpleri. Sermo præfati præsulis factus ad

Populum, de confessione sollicitat peccatorum: Rex & Præfus resarcendis pacib⁹ instant; si qua fidei honestatiq; non congruunt, corrigi promittuntur. Interea aргente negocio, tam enormium criminum ibi eo die est facta cōfessio, vt nisi pœnitudo succederet, dignè fieri videretur luminis Sancti, ablatâ dilatione, sublatio: cuius tamen nūc tunc, post correptionem, non remoratur accensio. At altero post hac anno ubi ad eam ventum est horam quā sepulchrum gloriosum flamma cœlestis efficeret, vniuersorum penitus vota suspiciunt. Græcis igitur ac Syris, Armeniis pariter ac Latinis, quibusq; per suarum linguaçum idiomatisbus, D E V M ac eius cōuocantibus Sanctos; Rege, proceribus, & populo, pœnitentiâ cordiumq; rugitibus prosequenteribus clerros, misero omnes exulcerabantur affectu, quod eâ vrbe iam à Christianis obtentâ, inibi contingebant, quæ numquam euenisce sub Paganis audierant. Interim *Fulcherius* Carnotensis, a sumpto sibi Patriarchæ Daiberti capellano, in montem proficiscitur Oliueti; ibi enim suboriri D E I lucerna solebat, si quādo Iherosolimis nō aderat. Sed reuersis, & nil gratum ad præstolantis Ecclesiæ referentibus aures, orationes à diuersis geminantur ad populum, non tamen quæ ægros soueant, sed incentiæ lugentium. Ea dies, re infectâ, vniuersos in sua tecta remisit; nox gemina inruit, acrisq; mœstitia generaliter omnium pectora torsit. In crastino deliberant, vt ad Templū vsq; Domini, debito cum mœrore procedant. Ierat, gaudii prorsus Paschalis immemores, dum nullus habitu differt à die Parasceues: cùm ecce ab ædituis Ecclesiæ post euñtium terga cōcinitur, quia sacri monumenti lampas acceditur. Quid immorer? Tanta eo die gratia, aucto suæ libertatis ex dilatione successu, emicuit, vt illa Dei claritas non quidem simul, sed vicissim, intra sepulchri Ecclesiam, lampades fermè quinquaginta tetigerit. Hæc non modò inter sacra cōtigere mysteria; verùm cùm peractis officiis Rex pranderet in aula: Cogiturn frequētibus nunciis ad noua videnda lumina reiectâ consurgere mensa. Dici non potest quibus conualuerit mœror ille solatiis, cùm eo die, quod numquam præsumperat, intra eandē urbem, in Templo Domini, coronari Rex ipse cōsenlerit, ob huius fauorem muneric. Igitur *Franci*, qui sacram suis redimerant cruoribus urbē, cùm ad dulce solū visuri parentes, filios ac vxores redire gestirent, quæ venerant per mediterranea scilicet, fisi forsitan numero ac audaciâ, repedare deliberant. Cumq; per *Niceæ* quā pridein cœperant fines prætergredi liberè cogitat, Turci, quos urbe redditâ inibi prædiximus, obiciendo aliquando Francis, ab Imperatore repositos, obulos eis acri manu se exhibent; & vt presbyter ille metus, nisi falsò, fatetur, immani centum milia digladiatione trucidant. Sed in tanti expressione numeri vereor virū falli: quia eum aliâs etiam æquo promptiorē in suppurationibus cōstat haberi: verbigratiâ, eos qui Iherosolimam profecti sunt, sexages cētēna milia audet ipse taxare. Cui sufficientiæ miror si omnium Cisalpinarū partium, immò totius Occidentis regna valerent: cùm sciamus indubie quod in primo pro mœnibus Nicæ cōgresu, vix equestres integrè apparatus habentium, centum milia fuisse tradatur. Et si de illis planè agat, eosq; sub hac sorte percenseat, qui motū quidem eundi fecerint, sed per diuersas aqua versum prouincias, terrâ & mari, morbo fameq; defecerint, nec sic profecto tantæ hominum infinitati supplendæ suffecerint. Francis ergo, vt dictum est, ferali cæde prostratis, pleriq; superstitione, rebus Iherusalem reuertuntur amissis. Quibus liberalissimus Rex, & valde condoluit, & beneficia plurima contulit, & redditum ad patriam pelagi euectione suasit. At *Babylonicus Princeps*, nō tam de Iherosolimorum amissione, quām de Francorum qui inibi desederant cōtiguitate cōfectus, crebris aggreditur expeditionibus Regem pulsare nouum: & per Accaron ciuitatis portū frequentiore moliebatur incursum. *Accaron* autem, *Rothbertus* Northmannoruñi Comes obsederat, dum Iherosolimæ obsidētæ Domini exercitus properat: sed Dux eum *Godefridus*, fructuosis negotiis contemplatione, diduxerat: *Babylonicus* itaq; missis ingentibus copiis, regem Christianum bello lacessit. Qui suo humili grege, cui à Domino dicitur, *noli timere*, cōflato, & aciebus, vt poterat, distributis, profanos impetiit; & nec morâ, veluti pecuaria bruta cædendo, non aliter quām rapidissimus puluerē turbo dispersit. Secundò, nouem militū milia miserat, quibus Æthiopicorum peditum ad milia ferè viginti, manus gregaria, suberat: quorum occursui Rex pius, equitum peditum, vix mille coegerat; & tamē septem agminibus exinde dispositis, in eorū confertissimas phalangēs magnanimâ securitate

Luc. 12, 32.

securitate se fudit. vbi Princeps idem, quendam eminus equitem Gentilium conspicatus, tanto adnisi virtutis irrupit, vt pectori ipsius telo transposito, vexillum quod telo inerat pariter inferret; exemptaque hastâ à vulnere, vexillum tenetur in pectore. Quâ sui suorumque animositate hostes conterriti primo cesserunt; sed pro numero ac viribus, redeunte ipsis audaciâ, nostris vnamiter ingruunt, & de fuga cogitare compellunt. Hoc sibi infortunii accidisse ad id, non sine prudentia, retulere, quod nequaquam hujc tâto negotio præsto Crucem Dominicam habuere. Crucem autem ipsam, vt ferunt, cum abditis quibusdam lateret, vti pri-
 dem Lancea, locis, Syro quodam, nescio an Armenio, indice reppererunt. Tali ergo castigatores effecti, non tam dampno quâm coepit victorâ nœvo: cùm Babylonici Principis, prioribus non impares copiæ sese tertio obtulissent, Rex optimus, quâ valuit frequentiâ, sed ex Deo securior, occurrit; & pro facultate locatis ordinibus, tantâ animorum vehementiâ hinc indequè concurrit; tanto, licet valde impari, carnificio pars vtraque conciditur, vt ex Gentili agmine sex milia, ex Francis centum milites sternerentur. Et quia non Aquilarum, non Draconum insigniri superbiis curauerunt; sed humilis Crucifixi opprobrium, sibi crucem videlicet prætulerunt, victores illicò laudatissimè existentes, terga eos dedere compulerunt. His ita probè, vt decebat, explosis, è vestigio quo numerosiorem potuit conflat exercitum; & Cæsaream Palæstinorum eximiam, non contuitu mi-
 lium, sed spe potius virium obsidione præcingit. Acceleratur itaque fabrica ma-
 chinarum; multiplex circum muros ballista porrigitur; quod *Arietem* vocitant,
 à fronte ferrata tristes inducit. Comparata mœnibus castra phalarum, sed non vna procedunt; & murorum propugnaculis adstantes non solum variorum im-
 bre missilium Sarracenos illapidant, sed etiam collatis mucronibus aliquando trucidant. Feruere ibi cerneret maximis tormenta lapidibus; & non modò pa-
 rietem muri vexare forasticum, verum procera acrium molibus ictuum ciuitatis irritare palatia. Pulsare quâm saepius ædes ac mœnia saxis omiserant, & cum liquore plumbeo ferri carentis offulas, vt conflagretur oppidum, amenta recusa dispergunt. Interea aries muris inliditur; & dum inferius foramen affectat, vni-
 uersa circumpositi munimenti soliditas fatiscendo laxatur. Dum ergo Franci ni-
 tuntur ad intima, & studium læsonis Sarracenos impellit ad extera, cædes age-
 bant mutuas. Vbi etiam machinæ iactura cadentis, plurima de nece nostrorum, animos diuersæ partis exsuscitat. Sarraceni namque, cum sint in expositis aciebus inertes, intra præsidia mirâ sunt sagacitate rebelles. Igitur die obsidionis viçesi-
 mâ, cùm Rex fretus iuuentute lectissimâ oppidanos grauiter vrgeret, è machina muro repente insilit; post ipsum miles inruit, hostem fugacem disicit. Francis ita-
 que Regem totâ alacritate sequentibus, per urbem infinita turba perimitur, nemini parcitur; nisi quod puellaris ad obsequium iuuenta seruatur. Passim Gaza dis-
 quiritur, & non modò archa, verum Sarraceni tacentis gula discutitur: fauces enim
 quæ glutierant Bizantea, pugno subcutiente, reiiciunt; & quæ officia eis locis in-
 debita usurparant, auri frusta foeminarum puerperia fundunt. Nec morâ, captæ ciuitati Francorum colonia, illic habitatura, dimittitur. Non multò post *Accbaron* aggreditur; & diuturnis moliminibus fatigatam, proprio sub iure cohercit. Plures etiam postmodum alias cœpisse dinoscitur vrbes; sed ita meditullio rabidæ illius Gentilitatis intersitas, vt vix aliquid tutum nostrorum inibi liceat cogitare coloniis. Sarracenos tamen, bella continua, crebris adeo victoriis contemptibiles Christianis militibus reddidere, vt anno præterito mirum quiddam cognouerimus euénisse. *Miles* quidam proteruius quâm debuerat cōtra Regem sese habuerat, quèm Rex ipse *Tiberiadi* ciuitati præfecerat. Rex ergo citatus ob insolentiam homi-
 nis irâ, iussit eum à suæ ditionis terra recedere. Qui cum duobus equitibus, dū abire properaret, armigeris totidem comitatus, maximas subitò copias Gétilitatis offendit. Qui suo diffidens numero, ad Deum verò vt cuncte respectans, concisâ cas-
 siâ, quam subuculâ dicunt, hastæ pro vexillo apposuit: itidemq; socios facere iussit:
 fecerunt, & clamore sublato, sonipedes calcaribus vrgent, obuiosq; feruntur in ho-
 stes. Qui territi repentinis ausibus, dū æstimat quod quasi prævios se queretur mul-
 ta cohorte, fugâ ineunt, seq; tribus illis cædendos exponunt. Plurimi perimuntur;
 plusquam ferre sufficiant spolia rapiuntur. Quo euētu ille secundo, compungitur,

- XLII.** De oq; gratulabundus rediens, Regi prosternitur; ei obediturum deinceps fideli-
ter pollicetur. Aliquando idem Rex pecuniæ grandi angustabatur inopiâ; vt
etiam decesserit menstrua quæ militibus debebantur stipendia: cùm ecce, se ei mu-
nifica mirabiliter præbuit diuina clementia. In tantum namque iam vexaban-
tur, vt eum satellites ac milites deserere meditarentur. Cùm ecce, Ioppitæ iuuenes
cùm lauandi immò ludendi gratia haud procul à maris littore mergerentur, reppe-
riunt quadam die in ipso arenarum salique confligio, manticas magnis auri pon-
deribus plenas, quæ amiserant Venetii, quos ibi constiterat fregisse carinas. Quæ
Regi delatae, cunctis miraculum ineffabile; Regi penè desperato, & nouæ Christia-
nitati præbuere solatum. Sed quonia[m] calumniæ patere dinoscitur, quia *V-10.*
xori dicitur dedisse repudium, causa sic traditur. Mulier ipsa ex optimis terræ oriun-
da Gentilibus, post maritum, ipso iubente, Iherosolymam tendens ad portum vñq;
Sancti Simeonis, marinâ euectione, deuenerat. Quæ in celeriorem ibi translata ca-
rinam, dum cursum suum expedire nititur, in Insulam quādam Barbaricam, flami-
num importunitate, defertur. Quam idem Insulani corripiunt; quandam eius co-
mitiæ Episcopum, cum officialibus cædunt; diu ipsam detentam, postmodū abire
permittunt. Quæ cùm ad virum venisset, incontinentiam Ethnicā Rex ipse habens
non sine ratione suspectam, à thoro proprio prorsus abstentā, mutato habitu, posuit
eam cum monachabus aliis apud beatam matrē D e i Virginis matris Annam. Ipse
verò gaudet viuere celebs: quia nō est ei colluctatio aduersus carnem & sanguinē,
sed contra mundi rectores. Circa Paschalem anni præteriti festiuitatem, *Mi-*
les ille prælibatus, quem præfectū Tiberiadi diximus, cui victoria illa prouenerat, in
quodā bello nostrorū parti minus accommodè facto, capit; & in quandā ipsorum
Gentiliū vrbein, ab ipsis viuus abducitur. Qui, cùm sacrilega inibi, nescio quæ, festa
peragerent, exhibutum præfatum equitem, de propriæ gratia fidei diffidēda abiun-
dandaq; compellat. At is, dignâ sibi adinodum animi confirmatione, tantè nefas abu-
sionis abiiciens, penitus vel audire perhorruit. Nec morā, vir ille, cum omni iā no-
minandus fauore, corripitur; alligatus stipiti, vt ferunt, campo medio sifstir,
ac numeroſo sagittarū vndiq; grandine terebratur; inde exempto vertex à capite serrā
diuiditur: idemq;, in modū poculi, Regi Damasceno, à quo hæc gerebantur, ad ter-
rorem nostrorum quasi exinde babituro conficitur. Qui, sub infractæ voto confe-
ſionis occumbens, ex prædicato milite, prædicandū in ſecula Martyrē fecit. Isdem
Geruafius, vocabatur apud caſtrum Basilicas pagi Sueſſonici nobiliter oriundus.
- XLV.** Hæc hactenus, Deo fauente, digesta, à viris omnimodâ præditis sinceritate cō-
perimus: qui si vñpiam aliorum ſecuti opiniones, falsi ſumus, studio nequaquam fal-
lendi id fecimus. Gratias agimus D e o, Ciuitatis illius Sanctæ, per nostrorum stu-
dia, Redemptori. Ipse namque eadem cùm obſideri cœpisset, cuidam in Betha-
nia cōſistenti *Anchoritæ*, vti pro certo nobis relatum eſt, reuelauit, Ciuitatem
quidem illam instantiū obſidēdam, ſolo autem dic Parasceues inuadendam,
horâ verò quâ *C H R I S T V S* cruci illatus eſt capiendam, vt ſe eſſe oſtenderet, qui *40*
eam denuò à ſuis ærumnis, membrorum ſuorum dolore, redimeret. Hæc vir iſ-
dem, accitis quibusdam nostræ partis Principibus, indicauit, quæ omnia modus
vrbis captæ probauit. Gratias itidem D e o, qui ſua facta, ſuo ſpiritu, ore noſtro
composuit. Cæterū, ſi quippiam ab his minus quæ aſſolet *Iulius Cæsar* cum *Hircio*
Panfa, in Historia Gallici, Hispanici, Pharsalici, Alexandrini, Numidiciq[ue] bell[i], di-
ligenter putabitur explicatum, nimirum perpendi debet eosdem ipsis qui fece-
rint, & qui ſcripſerint bellis interfuiſſe. Vnde fit vt ab eorum relatibus nichil exci-
piatur quæ generaliter ſpecialiter quæ ſunt acta: quo hinc milia, quo è regione
fuerunt; qui prætores, qui legati huic distinendæ manui; qui Duces, qualiunde
Principes præfuerunt; quid equitatus, quid leuis armatura peregerit; quo ſpiculis, o-
ſcuta traiecta, & vt corum propriæ verbis vtar, poſtquam *Consules aut pro consulibus*
cecinere receptui, quo dirempto prælio ſint desiderati, quo fauici. Nos qui hæc ſcri-
bimus, ſicut alia professio detinet, & rerum viſio nullā præbet audaciam, in refe-
rendo audita cenuimus aliquotiens etiam parſum iri. Ex Julianorum disciplina
Quiritum, Legionarii milites, turmæ, manipuli & cohortes pro ſuis quiq[ue] cogebā-
tur signis adſiltere; propter opportuna loca, non ſecus ac Oppida vel Vrbes, Caſtra
vallo turribusq; præcingere; vbi acierū pductio immineret, colliū præoccupare vi-
cinias,

ciniās, locorū summopere iniquitates excedere: ibi Calonū Lixarumq; numerosa officia, exercitus impedimenta ditissima. At huius ordinis, immō industriæ, quia penē nil extitit apud nostros, non dicam Francicā temeritate, sed fide experrectā & viribus acta res est. Dicant qui volunt, plura me omisisse quām scripsi; ego malui minor esse quām nimius. Si qua facta alia quis nouerit, mandet, vbi scribenda libuerit. Gratulemur Deo tantisq; victoribus, qui frumentariæ rei inopiā, fossis didicerunt vicitare radicibus. Si quis de Parthorum, quos Turcos diximus, aut Caucaſi nomine ambigat, Solinum de memorabilibus, Pompeium Trogum de origine Parthica, Iordanem Gothicum de Betica retegat.

10

D E V S ergo tandem pio labore limes adſitat: Amen.

EXPLICIVNT DEI GESTA PER FRANCOS.

AB ALIO EDITVM AV- CTORE.


Nono Dominicæ incarnationis *millesimo centesimo duodecimo, A. Dni.*
 20 Rex *Baldinus* se penumerò hostibus lacessitis, multas Ascaloni- *III.2.*
 cēsium strages dederat: sed quoniā, quæ largirentur peregrinæ
 militiæ, donatiua defecerant, ne rerū præclarè gestarum facies
 mutaretur, nimium verebatur: de suspendenda necessitudine;
 sagaci intentione pertractat, adhibito propensiōri Principiū
 consilio. Non parua namque Legatio Saracenorum, causâ ex-
 postulādē pacis, eā tempestate Iherosolymis conuenerat. Vnde iustum ratus, quam
 à Barbaris rogarabatur, belli omissionem, directæ Legationi, vt vtraque pars op-
 portuno conueniat loco, indicit: *Et quum, in regnorum finibus tractare de federe*
 pacis, existimans. Regressi nuntii, Principem suum mandatis instruunt; placent
 30 delatæ pactiones; denuntiata præstolatur dies: quā aduentante, designatus ab
 vtrisque Principibus aditut locus. Nec modica nostrarum partium cum Christia-
 nissimo Rege accessit frequentia: Gentis verò prophanæ cum suo *Admiranis*
 immanis emersit populositas. Non valdè procul, è regione, his & illis consisten-
 tibus, Barbarus Regi Iherosolymitano per interpretes mandat, vt quas velit pa-
 ctiones, edicat; se quoque omnimodis exequuturum. Tum verò Rex: *Pro suo,* in-
 quid, ritu, virum satis censorium audiuitus: & malle occidi, quām prodere ius dat a securi-
 tatis. *De comeatibus, mercatorumq; mercib; terrā mariq; tuendis, de lignorū vectatoribus*
non inquietandis; de nocturnis, frequentibusq; latrocinis vetandis; de diffundenda paſſum
pace, fidem ac securitatem suo ritu vel more, confirmet: & cùm ipsis nos eisdem sponsiones fa-
 40 *cramento firmauerimus, vindictam celestem ei, qui fædus corruperit, imprecabimur.* Quo
 dicto, fauor vtrobique tollitur: statimq; Principes mutuis seſe recepere collo-
 quiis. Vbi iam maioris fiduciae apud Regem Barbarus aditum inuenit: *Quoniam,*
 inquit, *armis abiectis bellorum causas interdum exemimus, multa mihi accessit Iherosoly-*
mam videndi libido: quia ex eo tempore quo eam, expugnati à Francis, amisimus, meliori sta-
tu reformatam audiuitus. Cum quantislibet sociis, infra urbem admitti deposco. Illam tan-
 50 *tum videam; & vidisse, satis mihi factum pensabo.* Nec renuit rex: quippe, quem do-
 losi fraudulentia hominis latebat. Tota regreditur Ascalonem Barbarorum ma-
 nus: *Admiranis* per paucis retentis, Regem usque Iherosolymam comitatur. Eā
 interim die, siluerunt. In crastinū, sub honoris obtentu quibusdam nostrorum pro-
 ceribus vallatus, non modò spectaturus, verū exploraturus urbem procedit. Vbi
 templo vel ecclesiā fulgentes, euersa suorum antiqua delubra, destruētas aras, sta-
 tum urbis more Christiano immutatum vedit, felle de nimia lachrymæ perhibe-
 tur. Nostri quidem, qui nihil mali de viro suspicabantur, eiusmodi fletum pietate
 æstimauere. Demum ad Regem: *Non, inquit, delatus vestra gloria nos delus;*
rumor: cùm potiora, quām audieram, ipse modo oculus usurpauerim. Plane proficeor, quam-
quam nostra parti derogare videar, multò quām nostris temporibus, urbem nunc feliciora ob-
tinere incremēta. At nos munificentia vestra respondentes, huic satis cooperabimur gloria.

AAA 4

Opes aduectare Babylonicas, mercatores cui mares direximus, quas satis tenui pratio distracta huius urbi inferremus; quarum copiosa varietate, quo amplius indigetis, eo vobis perpetuo profuturas noveritis. Dixerat, & Regiis munitis stipatoribus, ad sua vsq; reducitur. Nec contatus libellis transmissis Principem Babylonis per internuntios adoritur: Cūm vestre sublimitatis nomen, delatum ubique terrarum, tot gentibus terrori incumbat, quod Christiani aduenae regni vestri fines multilauerunt, eterno subiacet pudori. Ecce pars maxima Babylonici imperii externis subacta legibus, antiquis ritibus numinum sacris, luxu & voluptate quā uti solebamus vacas. Vere orat Deos, nec Mathomum velle patrocinari. Quod si viribus armisq; resumptis Christianos à terra & urbibus arcere volueritis; & Diis vobis exaudient, & Mathomus apiculabatur. Ferte opem, armis camelos onerate, armatorum nihilominus quodlibet milia dirigite. Biennalis à Rege Iherosolymitano inducias obtinuimus: urbem ipsam in omniam, lenis viros armature, fusi auxiliarios vidimus. Opum vestiarum munera mercatumq; illi repromissimus, ut erga nos in nullo suspectos eos redderemus. Si pro mercibus, armorum sarcinas illis direxeritis, facilis apud vos erit ipsius iactura urbis. His acceptis, Tyrannus spe dictoru animabatur. Mirareris denique militum audaciam, armorum quantitatem, variumque fulgorem, armentorum, vi etualiumque infinitatem, auri cæterarumque opum immensitatem: quæ omnia mature parata nauibus imponuntur, nec multò post Aschalonā exponuntur. Demùm cum dies transmittendi negotii re promissus instaret, mittit ad Regem Tyrannus; & ad cōducendas merces, quælibet à latere Regis expostulat. Sed eo tempore Rex apud Canasca-²⁰ strum, in Arabia situm, concesserat. Hoc non valdè procul à Syna monte ad regionem tuendam construxerat: nam & eo vsque Regnum dilatauerat. Denique procurandorum Regalium, dum Rex abesset vir quidam fidelissimus, & vigilantis ingēnii, Iherosolymis officio fungebatur: cuius purum nomen ignorantes, quā nec scio occasione Mathonum agnominari comperimus. Hic aliquando à Christianis captus adolescens, baptismumq; adeptus, vt corporis gratiā, ita moralitate susceptæ professionis ex creuerat. Hunc itaque potissimum ciues angariauerunt, eò quod esset Barbaræ linguae peritissimus. Inter ea apud Sarracenos fraudulentia talis machinabatur, vt non milites eos qui aduenerat, sed negotiatoris; non arma, sed venalia quis æstimare posset: ex quibus sarcinæ componuntur quingētæ. Quò perueniens, Mathonius, officiō suscipitur, & neque conuiuiis eorum aut consiliis arcetur: ut potè qui putabatur quod eorum non intelligeret sermones. Et dum sedulò, minus prouidis eorum conuenticulis sese insusceptus interserit, quos deliberarant, facile perpendit dolos. Dissimulatā tamē conscientiā, mille homines cum quingentis sarcinis Iherosolymam duxit. Distributisque singulis, quæ turri David contigua erant, hospitalibus, Mathonius in Arabiam, vbi Rex morabatur, venit: Sunt, inquit, Iherosolymis funestissimi mercatores, qui nobis non opum, sed armorum sarcinas attulerunt: Et nisi citò subuenias, futuram timet eversionem & gentis & urbis. Omissò igitur Rex negotio, ad urbem festinatò regreditur, & commentatoribus euocatis, foro merces exponi iussit: Quod illi nullo modo fieri posse dicebat, donec ii quos præcesserant vel socii vel domini venalium, aduentarent; vehementerque resistebant. Mox autem Rex, omnibus custodiæ mancipatis, reserari sarcinas fecit. Quid plura? Et fulgore & genere, apparuerunt arma satis spectabilia: inter quæ etiam reppererē classicum, auro gēmisque, & nouitate operis insigne. Hac, ait Rex, mercimonia & pericula-⁴⁰ ja satis sunt, & utilia. Periculosa, si preparato malo non resistimus; utilia, quia belli proderunt vsibus. Super his igitur vobis ipsis consilite, o viri fortes. Ad hæc Eustachius Cæsareæ Comes, respondit: His quamprimum producetis, omnes damnate capitibus; unum, qui rei seriem declaret, reservate. Quo facto, vni securitatem vitæ dederunt, si cuncta ex ordine pandat: Qui ait, Ideo arma sarcinis inclusimus, ut vos specie venalium deciperemus. Et idèo præcessimus, vt arte concia turrem & portam contiguam exercitu venturo, noctu, ⁵⁰ vobis soporatus, aperi remus. Qui tamen ingressuri non erat, donec adueniente crepusculo, claf sicum sibi notum, de supremo turris audiens: Non autem cum impetu, sed sigillatim, ut pote inermes: Turris vero, à quibusdam obtainenda; ab aliis quoque ad exitium vestrum, statim hac arma sumenda. His auditis, accepto que consilio, Eustachius ait: Hoc solum omni superest meditamento, ut nos illis eandem vicem referamus. Igitur cum omnis Barbarorum conuenisset exercitus, irruente nocte circa urbem cum magno confudit silentio. Nostrorum autem pars maxima nouis illorum ***

DESUNT RELIQUA.

GESTA



GESTA FRANCORVM EXPVGNANTIVM HIERVSALEM.



N N o *Dominica incarnationis millesimo nonagesimo quinto*, re-

*I.
Ann. Chr.
1095.*

gnante in Alemannia *Ainrico* Imperatore, in Francia *Philippore*-

ge, in Græcia *Alexio*, in Anglia *Wilemo* minore, cum in vni-

uersis Europæ partibus mala multimoda inolescerent, præterat

vrbi Romæ Papa *Urbanus* secundus, vir egregius vitâ & mori-

bus, omniq[ue] prudentiâ scientiaq[ue] edocitus: qui videns Ec-

ccliam vndique oppugnari; & fidem Christianitatis enormi-

ter ab omnibus, tam clero quam populo, pessundari, pacemque omnino, principi-

bus terræ inter se dissidentibus, postea; bona terræ alternatum diripi; multos in-

iuriosè captiuari, suprà modum redimi, quosdam etiam ip[s]is carceribus immori;

2 plerosque etiam exulari, & ab hereditatibus propriis violenter expelli; loca sancta

violari; ecclesiæ quoque & villas igne cremari; nulli prorsus mortalium parcii; di-

tina & humana ludibriis haberij: Audiens præterea D E I Ecclesiam à *Turcis* omni-

nò occupata[m], & in omnibus eorum finibus ab eis truculentissimè oppressam, &

Sepulchrum Domini, locaque sancta, ab eisdem nefandissimè pollui; Imperii *Con-*

stantinopolitani interiores partes inuadi; ferociq[ue] impetu Christianum imperium

sibi velle iam subdi: pietate compatiente, D E I nutu permotus, & à quibusdam ef-

flagitatus, Alpes transcendit, atque in *Auernia* Concilium legationibus vndiq[ue] præ-

monitum, trecentorum decem tam Episcoporum quam Abbatum apud *Clarum-*

montem coadunari fecit. His itaq[ue] ad se conuocatis, allocutione dulcifluâ, cōuentus

3 causam diligenter innotuit; lugentisque Ecclesiæ planctum voce querulâ expres-

fit; & de mundi fluctuantis tempestatibus tantimodis, sermonem prolixum tenuit:

deinde rogatu supplici cuncto exhortatus est, vt resumptis fidei viribus, cum in-

genti sollicitudine ad expugnandas Diaboli machinationes viriliter se animarent;

& Ecclesiæ statu à nefandis crudelissimè debilitatum in vigorem pristinum cona-

rentur erigere: His atque aliis pluribus competenter ac discretè dispositis, cuncti

assistentes, tam clerus quam populus, D E O gratias agendo, dictis domni *Vrbani*

summi *Pacificis* voluntariè aspirauerunt, & fideli pollicitatione illius decreta te-

nenda confirmauerunt. Tunc ait Papa: *Necesse est, fratres mei dilectissimi, quatinus*

confratribus nostris in Orientali parte habitantibus, auxilio vestro accelerato itinere succur-

4 *ratis: inuaserunt eos, sicuti plerisque vestrum dictum est, usque ad mare Mediterraneum: ad*

illud scilicet quod Brachium Sancti Georgii vocant, Turci & Arabes apud Romaniae fines, &

terræ Christianorum occupando superauerunt, multos occidendo, Ecclesiæq[ue] subvertendo,

regnumq[ue] vastando: Quos quidem, si sic aliquandiu quietè permiseritis, multo latius fideles

D E I supergredientur. Quapropter supplici prece hortor: non ego, sed Dominus: praesentibus

dico, absentibus mando, C H R I S T V S autem imperat: His autem illuc cunctis cunctibus, siue

gradiendo, siue dimicando, vel mortis offendiculo periclitando, peccatum remissio, semper

aderit praesens, quod ituris annuo, dono tanto inuestitus à D E O. O quantum dedecus, si gens

tam spreta, degener, Diabolo subdita, gentem cunctipotentis D E I fide præditam, sic supera-

uerit! O quanta improperia vobis ab ipso Domino imputabuntur, si eos non adiuuaueritis.

5 *Nunc fiant C H R I S T I milites, qui dudum extitere raptiores: nunc iure contra Barbaros*

pugnant, qui olim contra fratres & consanguineos dimicabant. His dictis, & audiēti-

bus gratanter ad hoc animatis, plures astantium se ituros, & cæteros absentes in-

de diligenter exhortaturos spounerunt. De quibus fuit unus venerandus

*Podiensis Episcopus, nomine *Aimarus*, qui posteà vice fungens Apostolicâ, cun-*

ctum D E I exercitum prudenter & consultè rexit, & ad negotia petragenda vi-

uaciter animauit. Taliter in consilio quæ diximus statutis, & ab omnibus benè

confirmatis, absolutionis benedictione datâ discesserunt; & hoc nescientibus

II.

postmodum ad mansiones suas regressi, prout gestum fuerat, diuulgauerūt. Quod ut p̄assim per prouincias edictum est, pacem quam dicunt *treuiam*, sacramento in uicem tenendam constituerunt; deinde multi compertâ remissione peccatorum se profecturos voverunt, quorsum ire iussum fuerat. Taliter *Urbanus*, vir apostolicus & prudens, est meditatis opus, quo posteā floruit orbis. Nam pacē, vt dictum est, renouauit, Ecclesiæque iura in modis pristinis restituit. Et quoniam cuncta quæ D E I sunt exaltare studuit, omnes ferè, paternitati suæ obedientes, præceptis illius se libenter submisérunt. Nūc igitur ad principium nostræ narrationis accedamus, & D E O inspirante enucleare tentemus, quod frater *Folcherus Carnotensis*, vt oculis vidit, aut facta ab eisdem qui viderunt, narrata memoriter recollegit, & in unum libellum congeffit. Nos quidem verò libelli pagina, aliorumque narratu, argutâ inquisitione edocti, prolixam narrationem vitantes, his tantum quæ ad rem pertinere sentimus contenti, huius voluminis textum diligenter transformare curauimus.

- III. Mense igitur Marcio, post Concilium illud *Aruerniacum*, quod apud *Clarum-montem* mense Nouembri celebratum est, arripiunt iter, qui promptiores animo & sumptibus fuerūt. Alii quidē mense Aprili & Maio, & Iunio, siue Iulio, & Augusto, prout sumptuū oportunitas occurrit, subsecuti sunt. Quo anno pax summa, & frumenti viniq; copia & fructuū abundantia cumquaq; fuit: diuinâ prouidēte clementiâ, ne panis iñopiā in via deficerent, qui cæteris postpositis cū Crucibus assump̄tis se sequi delegerant. Quoniam ergò necesse est ac perutile, Principum nomina, antequam eorum facta discutiamus, prænosse, vnumquenque ex ordine, si potero, sicut egressi sunt, nominibus propriis annotabo. *Hugonem magnum*, fratrem Philippi Regis Fraciæ, in primis oppono: post cum *Boiamandus* Rotberti *Wiscardi* filius, cum exercitu magno transiens per Bulgaria, venit Constantinopolim. Ex alio latere *Godfridus* Lothariæ Dux, per Panniarum fines cum gente sua innumera properabat: cum eo Alemanni & Saxones, & Suevi, & Theutonicorum magnâ copiâ Constantinopolim usque venerunt. *Raimundus* verò Comes Prouincialis, cum Gothis & Gasconibus iter arripuit; *Aimarus* quoque Podiensis Episcopus, cum infinita multitudine per Dalmatiam transitum fecit. Petrus autem *Heremita*, collectâ innumerabili peditum copiâ, per Pannoniam veniens, Imperatorem Constantiopolitanum prius salutavit, & ab eo impetravit, vt *Brachium Sancti Georgii* cum gente sua transire faceret. Mense verò Septembri *Robertus* Comes Normaniæ, *Wilelmi* Regis Anglorum filius, iter arripiens, collecto magno exercitu Normannorum, adhibitisque sibi collegis *Stephano* Comite Blesensi, & *Roberto* Comite Flandrensi, cum multiplici cohorte Apuliam descendit. Tanto itaque ab Occidentalibus partibus exercitu procedente, multi ob iter de die in diem exercitui adhærebant & confluebant: & in tantum concreuit exercitus, vt innunda esset inter eos etiam linguarum diuersitas, & vna eos capere non posset itineris societas. Ut ergò in Apuliam ventum est, effuderunt se per totam regionem, quia hyems imminebat. *Robertus* verò Comes Flandriæ, quanquam à sorore sua *Athela*, quæ tunc 49 Ducissa erat Apulia, vt hyemaret apud se multis precibus hortaretur, tamen cum gente sua transfretauit. Comes autem *Normania*, & *Comes Blesensis* in Calabriam diverterunt, & toto brumali tempore quieuerunt. Redeunte autem verno tempore, præfati Comites ambo, *Robertus* & *Stephanus*, classe paratâ, nonas Aprilis, quo die tunc sanctum Pascha euenit, cum suis omnibus naues condescendunt, & de portu excent. Arthemonibus itaque nauium subleuatis, clangente tubâ, D E O præduce atque gubernatore, quarto die iuxta *Dyrachium* prosperis velis applicuerunt: duo portus classem illam suscepserunt: & antè urbem omnes conuenerunt, & ibi castra metati sunt: collectis denique armis & viribus resumptis, per Bulgaria, rapacitate fluminum asperum iter arripuerunt: & primum, cum magno labore transacto, flumine, quod *fumen Diaboli* nuncuparunt, super ripam eiusdem castra metati sunt, & nocte vnâ ibi quieuerunt: Mane autem facto, viderunt cacumina montium nibibus ferè iuncta, per quæ transiuri erant. Nec multò post ad montem illum magnum, quem *Bugulatum* nominant, pertinuerunt: quo magnis sudoribus superato, aliisque præruptis montibus & fluminibus postpositis, tandem ad flumen, quod dicitur *Baradacum*, deuenierunt: quo transireato per D E I gratiam, die sequenti urbem *Theffaloniam*, bonis omnibus copiosam atque hominibus refertâ, cum ingenti gaudio

gaudio adorsi sunt: tentoria ante urbem ponunt, & quatuor dierum spacio cum iunctitudine epulantes, quiueunt: Deinde *Macedoniam* periuolantes per vallem *Philippensum*, & *Lucretiam*, atque *Christopolim*, & *Christopolim*, nec non per cæteras ciuitates Græciæ valdè munitas, *Constantinopolim* peruerterunt: ibique tentoriis fixis, quindecim dierum termino recreati, victualia, & ea quæ erant necessaria, à ciuibus copiose oblata, emebantur. O quanta ciuitas! quam nobilis! quam iucunda! quamque referta ecclesiis & palaciis, miro opere fabricatis! quæ spectacula! quæ mirabilia, ære & marmore cælata in ea continentur! Hanc cingit mare ex vno latere, & murus inexpugnabilis; ex altero quidem latere vallis, & fossa duplex, murusque immensæ magnitudinis & fortitudinis, turresque in circuitu: omni tempore nauigio frequenti cuncta ciuibus necessaria ministrat abundantissime. Cypros, Rhodos, Mytilena, atque Corinthus, innumeræque insulæ, huic ciuitati seruiunt: Achaia, Bulgaria, & tota Græcia nituntur ad eius famulatum, & ei optima quæque mittunt. Præterea in Asia Romaniæ ciuitates, & Europa atque Africa, Constantinopolim mittere donaria non cessant. In ea Græci, Bulgari, Alani, Comani, Pigmatici, Italici, Venetici, Romani, Daci, Angli, Malefetani, Turci etiam & gentiles multi, Iudei quoque & Proselyti, Cretes & Arabes, omniumq; nationum gentes conueniunt. In cuius ciuitatis suburbio, postquam Comites præfati, videlicet *Robertus Normannus* & *Stephanus Blesensis* cum exercitu suo quindem dierum spacio recreati sunt, inito consilio cum Imperatore *Alexio*, paceti sunt conuentionem huiusmodi: *Vt si Romaniæ terras, quantum ipse prius possederat, ei restituere possent, ipse equis & armis, & argento omnibusq; necessariis, eos terrâ mariq; iustaret.* Moxque eos nomismatibus suis, & palliis, donisque multis honorifice ditauit; & inare, quod *Brachium Sancti Georgii* vocatur, eos absque impensa transire fecit: Qui postquam Romaniæ fines attigerunt, versus Nicæam, quam prædicti optimates, *Boiamundus* scilicet, & *Dux Godefridus*, Comesque Flandrensis *Robertus* miles inclitus, & *Raimundus* Prouincialis obsederant, cum omni exercitu suo properauerunt, vt paritercum eis Nicæam eaperent. Cumq; Nicomediam ciuitatem transiissent, inuenerunt capita & ossa intersectorum, quorum *Petrus Heremita* ductor extiterat: vbi dolore multi lachrimates, promiserunt sanguinem corū, Deo iuuante, vlcisci. Vt autem Nicæa vrbi appropinquauerunt, de aduentu suo nūcios obsidionis præmiserūt: quo auditio Principes præfati, gaudio magno repleti, obuiam venerunt; & eis in obsidione Nicæna locum in partem Australiem dederunt. Vrbē hanc *Orientales Turci* munierant: quoniam à quinquaginta annis trāsmeato flumine magno Eufrate, Romaniæ fines usq; Nicomediam sibi subiugauerant: & valdè minitā contra Francos obtinebant: qui de longinquis regionibus cōgregati, vt obsidionem disrumperent, vel urbem melius munirent, à nostris ferociter repulsi, interfecti sunt ex eis ferè ducenti. Erat quippe mensis Iunius, cum totus exercitus simul unus effectus est; & electi sunt ad bella cum armis sexcenta millia, præter clericos & mulieres ac paruulos. Vrbe ergò taliter obsidione cinctâ, Turcorū extendebantur sagittæ; & de nostris vulneribus confossi complures interierunt. Turci verò summissis vncis ferreis, Christianorum corpora loricata intra muros rapiebant, ac denudata ad nostram contumeliam extrā eiiciebant. Cumigitur quinque septimanis urbem nostri cinxissent; & valdè eam petrariis & turribus machinisque multimodis vndique coarctarent; nec iam spes vitae aut fugæ restaret, vrgentibus atque instantibus nostris: sumpto clām Turci consilio, urbem Imperatori reddiderunt *Alexio*: die quidem illo quò Nicæa vrbs reddita est, mensis Iunius solstitio repercutius est. Tunc Imperator transito *Brachio Sancti Georgii*, Principes exercitus ad se venire fecit; & cum eis amicitiam & pactionem præfatam renouauit, & omnes de suo remuneravit, à summo usque ad minimum: hominesque sui omnes effecti sunt, præter *Tancredum*, Boiamundi cognatum, qui nec prece, nec precio, nec minis id facere voluit. Animatis itaque Principibus ab Imperatore atque exhilaratis, ad exercitum redierunt; & ab urbe Nicæa recedentes tubis clangentibus interiores Romaniæ partes adituri, tertio nonas Iulii castra mouerunt. Exercitu autem omni amoto, infortunio magno divisi, *Dux Godefridus*, & *Hugo Magnus*, & Comes Prouincialis *Raimundus* cum suis, viam venam; & totus alter exercitus, viam alteram tenuerunt. Cum autem per

v.

VI.

VII.

duos dies iter egissent: ecce subito nūciatum est à præcursoribus, quòd Turci prætensis insidiis in planis per quæ transiit erant, eis occurrere disponebant. Quo auditio, statim tentoria fixa sunt; & nocte proximâ, excubiis bene castra munita sunt. Mane autem facto, sumptis armis & aciebus ordinatis, vexillisque ferè ducentis erectis, aduersariis disponebant occurrere. Sed cùm à speculatoribus compertum est, nisi vix illorum multitudini eos non posse resistere, statim pro ducibus & so-

VIII. ciis miserunt nuncios, qui alio trāmite digressi fuerant. Cumq; iuxta quoddā harundinetum castramētata fuissent, vt expectarent socios, vix armis resumptis, ecce Turci & Parthi, & Medi, & Elamitæ, multiq; alii, quorum *Solimannus* Admīraldus erat: qui Nicæam vrbem, & totam ferè Romaniam imperio suo subiugauerat: adhibitisque sibi multis in auxilium, ab Orientalibus partibus Admīraldis & Ducibus, itinere triginta dierum ad eum venientibus, videlicet *Aliuachara*, & *Digion*, & *Miriathos*, & *Chonadigon*, multiq; alii: quorū exercitus æstimatus est ad trecenta sexaginta millia pugnatorum: cum ingenti impetu in eos irruerunt, & ferè eos in fugam conuerterunt. Illis ita insistentibus, Christiani paulatim incedentes, ad vsque papilioes repulsi sunt. O quantus luctus! quantus clamor, virorum ac mulierum & puerorum in tentoriis morantium!

*Primum
bellum.*

Iamq; ad internecionem & deprædationem ventum erat, cùm respectu diuino Dux *Godefridus* & Comites præfati, pro quibus antè conflictum miserant, ad excursionem & redemptiōnem eorum venerunt. Illis itaque ad auxiliū eorum properantibus, resumptis viribus & animis, in aduersarios conuersi sunt, & Deo iuuante, clamore vtrinque exorto, signoq; conclamato *D E S V V L T*, *D E S V V L T*, in fugam omnis Turcorum exercitus, atque scelerata multitudo illa versa est. Et quia à prima hora diei usque ad sextam Christianos crudelissimè persecuti fuerant, tunc per *D E I* gratiam in fugam conuersi, nimio *D E I* terrore confusi, ad tentoria sua redeuntes, usque ad noctis crepusculum & ultra fugere non cessauerunt. Illis ergo sic in fugam deditis, *C H R I S T I* milites post eos cædendo per montes & colles, *D E I* iisque signum vociferantes, ad tentoria eorum usque peruenerunt: vbi auro & argento, multisq; spoliis repertis, camelos & asinos, equosque oneratos ad castra cum gaudio deduxerunt: victis itaque hostibus, de tāta victoria *D E O* gratias agentes, epulati sunt cum laetitia. Turci verò hāc & illāc cateruatim fugientes, & terrore intimo pauescentes, confusioni dediti, ad propria sunt reuersi. Relatū est ergo poste à quibusdam, quia duo equites in albis vestiti, super equos albos sedentes, Turcos per triduum persequerentur, dicentes vnum fuisse *Georgium*, alterum verò fuisse *Demetrium*, martyres gloriósos. Hostibus itaque per *D E I* auxilium superatis, tranquillum iter fidelibus suis donauit *D E S*, donec parvam *Antiochiam* attigissent. Inde *Iconium* venientes, inopiā & fame, multisq; necessitatibus afflicti sunt: erat enim tota regio illa à Turcis depopulata, verentes Christianorum aduentum. Cumque ad vrbem *Eracleam* peruenissent, viderunt signum in cœlo nimio splendore in modum ensis, cuspide versus Orientem protento. Quo viso ignorates quid esset, *D E O* se comittentes, inde ad oppidum, quod *Marecum* dicitur, profecti sunt: vbi morā & quiete tribus diebus facta, versus *Antiochiam* Syriæ vrbem quam maximam, iter direxerunt: & iam *Tharsum* *Ciliciæ*, cæterasque vrbes quamplures, terrore *D E I*, sibi subiugauerant: in quibus Comes *Baldinus*, frater Godefridi Ducis, dominio vñus est, quamdiu exercitus illis in partibus moram fecit. Qui audiens à quibusdam indigenis exploratoribus, quòd versus *Rothasiam* terra esset optima & valde fertilis, & ad conquirendum leuissima, se illuc cum suis singulariter diuertit: profectusque versus *Euphratem* fluuium qui inter *Antiochiam* & *Rochasiam* fluit, castra super eundem fluuium sita, vi & ingenio cepit, interque vnum per optimum, quod *Traberez* dicitur, sibi subiugavit: quod pacificè reddiderunt ei *Ariani* qui in eo habitabant; aliaq; plurima huic subdita per hoc adquisita. Cùm autem fama probitatis eius longè lateque crebresceret. Princeps ciuitatis *Edessæ*, quia *Rothasia* dicitur, audiens viri constantiam, misit ad eum legationē pacis: & facti sunt anni, vt pater & filius.

X. Interea exercitus Christianorum *Antiochiam* Syriæ peruenit; transitoq; *Oronte* flutio, quem Parthi ita vocant, Syri quoque *Farfar*, Antiocheni verò *Fernum*: vñ de *Naaman* Princeps Syriæ *Heliæ*o indignans respondit: quod meliores sunt aquæ *Damasci*, *Farfar*, & *Abanes*, quam *Jordanis*: vrbem Antiochenā obsidione circundant, caltra-

4. Reg. 5, 12.

castraque figunt, anno Verbi incarnati, millesimo nonagesimo octauo x i i. Kal. ^{A. Dni.}
 Nouembris. Vrbe autem Antiochenâ obsidione à Francis circundatâ, multa ibi su-
 stinuerunt incommoda, multas importunitates & angustias perferre contigit: nam
 fame & siti, algore & hyeme, multisque anxietatibus vexati sunt. Est nempè *Antio-*
chia ciuitas magna, atque murorum ambitu immensa, situ forti, & muro valida, &
 turribus densis munita, fontibus & aquis concurrentibus copiosa: *Orontes* fluuius
 hanc præterfluens miliario tertio decimo cursu rapidissimo præcipitatur in marc.
 Nascitur enim in Oriente vlt̄rā montem Galaad, in Parthia; & perfluens Dama-
 scum, fluit in Syriam; & decurrentis ad occasum montis Libani, per terram Seon,
 10 Antiochiam descendit: Per autem huius fluuii alueum, naues mercibus atque bo-
 nis omnibus refertæ, de Africa & Europa, omniq; Asia aduenientes, vrbē omni
 copiâ dirant: nec minus terræ cultibus atque fertilitate regionis illius opulētissimæ
 abundat. Et quia ita fortem & comprehensu difficilem eā Christianus persensit ex-
 ercitū, coniurāt inuicem, fidemq; promittunt, in æternū cā obsidere, donec an-
 nuente D e o, eā vi & ingenio captam, C H R I S T I iugo subiiciant: omnesq; vñani-
 mes his decretis consentientes, mori vel viuere se indubitanter pro C H R I S T O vo-
 uerūt. Quod cùm *Capsiano* admiraldo & principibus vrbis nunciatū fuisset, & se vn-
 diq; clausos circumspiceret: sumpto consilio intimo, *Xanxicidolen* filium eiusdē Ca-
 psiani, ad Soltanū Persidis Imperatorem, & ad regē Galapiæ clam de vrbē emissum
 20 direxerūt: Miserunt etiā nuncios ad *Sofman* regē Hierusalem, & ad *Rodoam* Admi-
 raldū *Caleph*, & ad *Docap* Admiraldum Damasci, & in Arabiā propter Admiraldum
Boliamuth, & in Chorotainiā propter Admiraldū *Elimuth Amelimuth*: ut ad eorū fe-
 stinarent auxiliū, & Francos delerēt de terra: ne ciuitate deuictâ, procedētes vlt̄rā,
 damna & incomoda eis imminētia, & ipsi paterenrur postea. Cumq; hæc ita age-
 rentur, Franci se vallo circundederunt; & nauibus scalisq; coaptatis insimul quasi
 pontē per mediū flumen composuerunt: dumq; in hunc modum se vallant & mu-
 niunt, hostes eos laceſſere crebris certaminibus nō desistunt. Cōtigit autē vna die-
 rū, cùm Franci de cibatu redirent, infidias ab his parari: nam poterāt exire & ingre-
 di & regredi, nesciēte exercitu per turmas, noſtrisq; multum infestari. Verū in in-
 30 ſidiis illis quas tunc machinati sunt, ſeptingenti ex eis imperfecti sunt, nullo de Chi-
 ſtianis D e i gratiâ læſo, præter vno fauciato, qui benē euasit: Qui verò de hostibus
 euaserunt, Antiochiam redeuntes, ſociis mirabilia manifestabant quæ viderant; &
 quomodo Fraci inexpugnabiles & imperterriti, & ad omnia pericula infatigati ef-
 ſent: tunc retorquētes odium & irā ſuam in Armenos & Syrios Christianos, qui in
 vrbē morabantur, quosdam obtruncabant, quosdā autem puniebāt; & fundibulis
 & petrariis capita interfectorum & membra, extra muros proiiciebant. *Boiamundus*
 itaq; cùm vna dierū de portu hauīū, qui dicitur *sancti Symeonis*, regrederetur, hostes
 de Antiochia clām exeuntes, illi parauerūt infidias; & irruentes, magnam de Fran-
 cis cædē pergerūt: quæ res magno dolori exercitui fuit: vicemq; hostibus redden-
 tes, acriū inde torquebant, quoſcunq; inde comprehendere poterant. Cūm
 ergò hæc altercatio inter eos eſſet, & annona circūquaque deficeret, contigit no-
 ſtos fame & penuriā viētus laborare, adeò vt panis modicus quinque solidis ven-
 deretur; & equos, aſinosque, ſeu camelos cogerentur manducare. Tunc ad radices
 herbarum quas in campis & nemoribus inueniebant, & ad ſurculos arborum & fa-
 barum conuerſi sunt: ſed hæc etiam vix reperiebantur in proximis locis: ideoque
 longiū procedētes quadraginta aut amplius millaria ſe diffundebāt, vbi per mon-
 tana cibos qualeſcunque quærentes, ab infidioribus comprehensi, periuebātur.
 Quidam etiam coria animalium, vel carduos comedentes, vitam miſeram ſic pro-
 telabant: Alii quoq; more bestiali, herbas & folia arborum comedebāt: & ſi quem
 50 Saracenum nouiter interfectum inuenerunt, illius carnes, ac ſi eſſent pecudis, au-
 diſſimè deuorabāt. Accedebat prætereā ad calamitatis huius miſeriam, & inopiam,
 quod equi & muli, aſini quoque & vecturæ ferè omnes exercitiis aut fame interi-
 ſent; aut ſuperftites, nihil operis facere poterant. Hyems quoq; valida, frigore, gran-
 dine, & gelu, densisque pluuiis inſtanter eos vexabat, adeò vt tentoriis putrefactis,
 acri & cœclo plures ſe exposuiffent; vnde penē omnis exercitus in desperationem
 & fugam cōuersus eſt, ni miſericordia Altissimi citius eos respiceret ac subueniret.
 Eo autem tempore rubor immensæ magnitudinis apparuit in cœlo, & ſignum in

BBB

modum Crucis figuratum versus Orientem recto tramite incedens: Multi etiam per loca terræmotum senserunt, ut adimpleretur his temporibus, quod in Euangelio ait Dominus: *Erunt pestilentia & fames, & terræmotus per loca.* Sed hæc incommoda, immò D E I flagella, iusto D E I iudicio contingebant: in prosperitate enim, & copia, bonorumque omnium affluentia positi, cum primùm Antiochiam venissent, nullus modus, nulla temperantia, nulla prorsus luxuriaz frena fuerunt: verum rūc gulæ atque superfluitati, omniq; quod turpius est, scurrilitati incumbentes, omnia cœlestia atque terrena confundentes, sine aliquo D E I respectu bona terræ consumebant: luxuriaz adeò dediti erant, ut præter inhotestam & immundam concubinarum, inereticumque publicarum impudicam societatem, de quibus copia ex omnibus mundi partibus ad eos confluxerat, omni pudore postposito inuicem se ritu ferino commaculabant: fures, sacrilegi, fornicatores, adulteri, omniumque criminum rei, non deerant in populo isto. Videntes itaque principes & magistratus populi mala quæ siebant, dolore nimio permoti, tristitiaque confusi, ad lacrimas & orationes configerunt, orantes D E V M, ut propitiaretur populo suo. E quibus *Podiensis Episcopus Aimarus*, vir illustris & egregius, & scientiâ literarum præditus, omnique honestate conspicuus, aduocato simul heroum concilio, & in fide primùm roborato; deinde multis & variis sermonibus, vt pote vir eloquens, lacrimabiliter prolocutus, adiudicauit, mulierum de exercitu fieri expulsionem, & separatim in vnum locum propè collocari: deinde per confessionem & veram pœnitentiam, vtrumque sexum à Diabolica seruitute recedere; & ieuniis & orationibus tamdiu insistere, donec populo suo misereatur Dominus. Et visus est sermo bonus in oculis omnium, & factum est.

XII. Ut autem castra ab immunitiis & sceleribus mundata sunt, statim cœlesti quadam adueniente tranquillitate D E I gratiam adesse senserunt: Nonnulli etiam infirmi & imbecilles & diuturna ægritudine languentes, diuinâ cooperante gratiâ, conualuerunt; & se dehinc Domino deuouentes cœlibem vitam pro viribus actitare satagebant. Nec morâ, copia quædam exercitum secuta est, ita ut de die in diem magis, magisque tunc Christianus conualesceret exercitus. Cum autem placuit Domino tribulationem & dolorem, laboremque populi sui finire, precibus forsitan lacrimisque eorum permotus, per manum cuiusdam Turci qui in ciuate morabatur, clam urbem Christianis reddi paravit. Apparuit enim ei Dominus I H E S V S C H R I S T V S per visum, & ait: *Vade, & redde ciuitatem Christianis.* Expergefactus ille, secumq; admirans, visionem illam texit: iterumque apparens ei Dominus, dixit: *Redde ciuitatem Christianis: Sum enim C H R I S T V S, qui hoc tibi præcipio.* Ille autem secum voluens quid facturus esset, abiit ad Dominum suum, & narravit ei quæ in visu C H R I S T V S ei præceperat. Ille vero respondens ait: *Nunquid fantastis & vanis somniis seductus es?* Audiens autem homo sermones huiusmodi, domum reuersus est. Dominus itaque ei tertio semanifestauit, dicens: *Cur non expleuisti, quod tibi iussi? Noli dissimulare, nec amplius hesitates urbem reddere Christianis: Qui enim hæc tibi dico, Dominus sum omnium.* Quod cum ille tertio accepisset, incunctanter expleuit, quæ ei à Domino præcepta fuit. Et veniens in exercitu quasi aliquid empturus, clam cum Boiamundo egit, qui eius linguam nouerat, ut Christianis urbem redderet: datoque obside filio suo, nocte per scalas de cordis factas, viginti seruientes intromisit per muros: Deinde quadraginta probissimi milites per easdem cordas ascenderunt; & inuentis trium turrium custodibus sexaginta & amplius, interfecerunt, tressque munierunt.

XIII. Haud multò post, porta ciuitatis à clientibus primùm intromisisse apta est: & statim intrauerunt omnes, qui parati aderant; & exclamantes: *D E V S H O C V V L T, D E V S H O C V V L T:* per muros & vicos ciuitatis cœdebant, quotquot inueniebant. De clamore autem illo & sonitu crebro ictuum, membrorumque repercussione, commota est tota ciuitas, & excitati sunt dormientes: Surgentes itaque, strepituque perterriti, quidā arma sumentes, quidam inermes, huc illucque curvantes, à Franci trucidabantur: Illucescente autem Aurorâ, totus ferè exercitus Christianorum urbem ingressus est: & tūc vexillum Boiamundi rubicundū in sublimè crectum, dupplicatum est, & in eminēti turre collocatū; buccinisque & lituis mox vndiq; sonantibus, cædes à Frâcis incœpta est. Multi gladiis cæsi, multi iaculis perforati,

perforati, multi vestibus quassati, nonnulli etiā altis turribus & palacis præcipitati interierunt. *Capsianus* verò admiraldus ciuitatis, à quodam rustico Arineho fugiens decollatus est; & caput eius abscisum, Boiamundo allatum est. Vt autem viderunt, qui longè erat à tumultu isto, signa Christianorū in turribus & muris, suosq; hāc & illāc fugientes, Francosq; gladiis extraictis eos persequentes, pauore nimio attoniti, castrum quod in celsa rupe ex parte situm est, appetere cœperūt, & intus se cōcluse-
runt. Qui postea populo D E I damno & incōmodo niūio fuerunt. Est enim ciuitas adeò ampla & lata, montibusq; & vallibus intrā murorum ambitū interserta: & ca-
strū illud, in quo se inimici D E I concluserāt, sic in rupe locatum, vt ab vrbe nihil ti-
meat; & ab agris quo scunque voluerit, intromittat vel emittat; & toti prorsus ciui-
tati immineat. Captā ergo ciuitate, hostibusq; cæsis atq; fugatis, multū ditati
sunt de rebus Gentilium; & copiā frumenti & vini, & olei abundantē inuenēunt; **XIV.**
edentesq; & bibentes, cum magna lætitia D E O gratias egerunt: ascitisq; mulierculis, quas ante à se, vt dictum est, dimiserant, obliti sunt Domini qui saluauit eos, qui
fecit magnalia sua & prodigia inter eos; nec fuerunt memotes multitūinis miseri-
cordiæ suæ, ignorantes iudiciū & gladium D E I, quod imminiebat capitibus eorum.
Nam alterā die statim pōst captam ciuitatem, obsidio subsecuta est ab innumera
multitudine Persarum, & Turcorum, & Barbarorum, & multigenarum nationum.
Soltanus enim rex Persarum, habitā legatione, quam *Sancxidoles*, filius Capsiani, Ad-
miraldi Antiocheni, ei ab Antiochia detulerat, congregato exercitu in numero, ad
expugnandos Christianos Antiochiae misit: cui exercitui præfecerat ducem *Corba-
gan* Admiraldum, cum aliis multis principibus suæ gentis & Admiraldis. Hi ante-
quā Antiochię venissent, *Edeſſam* ciuitatem, quam *Balduinus* frater Godefridi ducis
tenebat, obſederant: & per tres hebdomadas nil proficiēt, ibi moram fecerant.
Quod forsitan D E I nutu & prouidentiā contigerat, vt Balduinus prius Edeſſam
occuparet, & eos obſidione tantā ibi retineret: ne repentino impetu in Francos ir-
ruentes, antequam ciuitatem Antiochenam ingredierentur omnes inopinatè, & à
tergo, & ab vrbe occupatos, interficerent, & sic totus periisset exercitus. Itaque per-
uenientes Antiochiam, vrbum vndique cincserunt; atque caltris amplioribus eam
vallauerunt, quam à Francis vallata foret; moxque per castrū intromissi, feroci im-
petu in Francos, vtpote recentes, sanguinisq; effusionem sūientes, subito irruerunt;
& velut tauri lasciuientes, cornibus incurſare, & eos violēto assultu prætētare cœ-
perunt Franci verò, contra eos resistere. & vmbonibus & iaculis pro posse niteban-
tur repellere: vixq; cruentam rabiem atque truculentiam eorum incursionem pri-
mā sustinuerunt. Qui cùm pro peccatis suis huiusmodi incursionibus vexati essent,
& angustiati: propter quorundā occultationem, qui in domibus se abscondebant,
Boiamundus parat incendium, vt exiret hi qui absconsi erāt. Ecce ira D E I; ecce gla-
dius vindictæ: nec tamen eos iustus & pius iudex in manus persequentiū incidere
permisit; sed eos paterno affectu protexit, & ab hostium potestate, solitā pietate ser-
uauit. Episcopus autem *Poidensis* iterum eos conuocans, de conuersatione, & **XV.**
vita, & moribus, eis sermonē, mellifluā correctione, cōposuit; & de pristina mulie-
rum pœnitentia mentionē faciens, societatemq; illarum omnino execrans, dimit-
tere eas persuasit; admonuitq; ne de misericordia D E I diffiderent: sed castè D E O
militarent, & omnia prospera eis euenirent. Animati itaq; his verbis, & mulierculis
separatis, omni studio & sollicitudine quisq; in sua parte ciuitatē, quam eis D E V S
donauerat, munierunt; & dū viuerent, cā defendere & custodire promiserunt. Sed
non omnibus vna eademq; voluntas perseuerauit: fuerunt namq; quidā in populo
isto, de bonitate & virtute Altissimi desperantes; nec vllatenus se hostium manus
cuadere existimantes, si in captiuitate longius clauderetur: & per cordas muro de-
positi, fugerunt; & alibi, forsitan viliter interierunt: de quibus fuit vñus *Tuo de Gren-
temaisnil*, cuius opprobriū sempiternū sequitur, & multi alii. Comes etiā *Stephanus*
Blesensis, & multi alii, antequā ciuitas Christianis traderetur, se de exercitu subtraxe-
runt: sed tamē per reliquos fideles nō minus triumphauit Altissimi virtus. Verū
increduli & infideles, quocunq; ibant, nomē Domini blasphemare non cessabat; &
viā C H R I S T I distortis gressibus inculcare, verbisq; desolatoriis, quantū poterat, an-
nullare conabantur. Vnde factū est, vt cùm præfatus Comes fugiens, Constantino-
politanum obuiam haberet *Alexium* Imperatorem, qui cum omni exercitu suo in

auxilium Christianorum Antiochiam festinabat, eum redire Constantinopolim faceret: dicens incassum eum vexari, cum iam Christiani capita perdidissent, atque omnes perissent. Eia, minister fraudis, minister doli, suā astinatione D E V M potentiores non existimabat: sed ut mente cōceperat, aut D E V M obdormisse, aut eum subiacere legibus humanis cogitabat; populumq; Q E I perisse asserebat. Multūm nocuit Imperatori falsitas illius mēdaci, quoniam si peruenisset ad obsidionem, & D E I gratiā, & laudem humanam sibi adquisiuisset; & forsitan Antiochia ciuitas imperio eius subiiceretur. Nec in hoc tantum nocuit, sed etiam Romaniae partes iam sibi subditas, & ab omni hostiū infestatione quietas, ab incolis suis denudari fecit, quos secum Imperator adduxit, verens ne iterum hostibus subiicerentur: & sic ter-
ram illam fertilissimam atq; bonis omnibus opulentissimam, in vastitate & solitudine, vsq; in hodiernum diē incultam dereliquit. Sed haec tenus ad propositum re-

xvi. uertamus. Laborantibus Francis in Antiochia, & contra hostium innumeram multitudinem decertātibus, præstò eis in omnibus gratia diuina affuit; & ab eorum crebris incursionibus ita tutauit, vt raro aliquis Christianus ibi lāderetur. Sed qui primūm per cordas fugam sumpserunt; & malum, valde noxiū toti exercitui, dimiserunt exemplum, quorundam corda Diabolico instiñtu spirauerant, & ad muros iam usque progressi, moliebantur effugere. Verū summus Speculator atq; populi huius amator, non diu passus est huius contagione periculi, populum suū minui. Apparuit namq; cuidam clero, sociorum instiñtu volenti fugam aggredi, & 20 dicit ei: *Frater, quō fugis? quō tendis iter? Fugio, inquit, ne peream.* Cui Dominus ait, *Mane, frater, ne fugias. sed vade, & dic ceteris, ut maneant, nec sint increduli, sed fideles: quia precibus Mariae matris meae, eorumq; lacrimis, eis propiciabor, & ab hostibus huī liberabo: & dic principib⁹ exercitus, quōd in prælio futuro vobiscum adero.* Dominus enim sum, qui loquor tecum. Item cuidam iam funem manu apprehendenti vt descenderet, fratris eiusdem imago iam defuncti corām eo astitit: dixitq; ei: *Frater, resta, ne timeas, quoniam Dominus erit vobiscum in prælio; & socii vestri qui morte præuenti sunt in itinere hoc, vobiscum erunt in auxilium.* Miratus ille, verbisque defuncti attonitus, pedem retraxit, sociisq; narravit, & secum manere fecit: quæ cum principibus & plebi narrata essent, gaudio magno perfusi, & de victoriā confisi, bellum magnanimes præstola-
30 bantur. [Inter hæc etiam cōtigit à quodam *lanceam* vnam inueniri defossam sub pa-
uimento *Basilice beati Petri Apostoli*, quæ in Antiochia à priscis temporibus immensæ magnitudinis & opere miro fabricata est: camq; de qua *Longinus* latus C H R I S T I perforauerat, esse asserebat, adiiciens, quod à S. Andrea Apostolo illi per visum relevatum foret; & ternā eiusdem Apostoli admonitione contigisse, vt lanceam sic in paumento defossam inueniret. Quod quidem tunc gloriose & magnificè à po-
pulo in signum victoriae acceptum est. Nec multò pōst, prælium mirè cōtra hostes omnes postulauerūt.] Facto ergò triduano ieiunio; & ab Episcopis & sacerdotibus populo per confessionem reconciliato: consilio communiter inito, per Petrum He-
remitam hostibus mandauerunt, vt vel à finibus Christiani imperii discederet, vel sequen-
40 ti die bellum contra eos inire non dubitarent. Si autem bellum cōmune formidarent, eligerent tres, aut quinque, vel decē, vel ultrā, quotquot vellet, de suis, milites, & aequali numero Chri-
stianis in campum armati decertarent: & quorum pars victoriā haberet, regnum cum suis posseideret; viēta verò à finibus secederet, sine utriusque exercitus periculo. Illi quidem ad-
huc recētes, viribus suis & equis & armis, & multitudine innumerā confidētes, pa-
etionem huiusmodi neglexerunt, & commune eos inire certamen superbè reman-
dauerunt: Et adduxerunt eum ante Corbagān, qui sedens in tētorio suo ornatus cul-
tu regio, dixit Petro: *Quid mihi mandant aduena & miselli? Disponunt quoquo pacto ciuitatem reddere aut fugam parāt, si Persarām pietas, fugientibus locum dederit?* Num de duo-
bus eligant, si in terra viuere desiderant. *Quis enim D E V S aut homo tam potens est sub ca-
lo, vt eius auxilio de manibus Persarū liberentur?* Nunquid ille qui à Iudeis crucifixus est? Va-
de ergò, & dic illis, vt citō fugiant, aut derelicto crucifixo regi Soltano seruant. At Petrus cō-
stanter prædicta repetens, adiecit, dicens: *Hæc dicit exercitus Domini: Recede à nobis, &
ab hereditate beati Petri, alioquin Francorum armis fugaberis: quorum principes, non, vt di-
cis, miselli, sed sunt C H R I S T I milites inuictissimi.* Quo auditio Corbagān, accensus irā, c-
uaginato gladio iurauit per thronum regis Soltani, quod defenderet se de omnibus
Francis; & dixit se terram possidere, & semper possessorū iustē vel iniustē: mādauit
etiam

etiam quod nec verbum ab illo audiret, donec derelicta Antiochia CH R I S T V M denegarent, & legem Persarum profiteretur. Reuerso itaque Petro, bellū cōmune nuntiat affuturū. Quo auditō Franci ad bellū se præparauerunt, nihil hæsitātes, nihil de multitudine & infinita copia hostiū formidātes: sed quasi vir vñus, omnes simul ad prosternendos hostes vñapimes facti sunt, & pro CH R I S T O & eorū libertate, non solummodò audacter pugnare, verū etiā si oporteret, occubere, & mortē subire hilari animo non dubitarent. [Nocte verò illâ, quæ belli præcessit dic̄, præcepit Podiensis Episcopus, & per totam vrbeñ inciamare fecit: vt quisq; posse suo annōna equis distribuere niteretur, ne labore crastino famis angustiā deficerent. Cui edicto libenti animo obedientes, quos eadē nocte, vt iuslum fuerat, cibauerunt.]

Craftinā ergò aurorā illucescente, parati sunt omnes exire ad bellum, & ordine sic processerunt, vt nullus esset qui de ordine constituto se transferret. Egressus X V I I.

est autem primus omnium Hugo Magnus cum suis Francis: deinde Comes Rutbertus Normanorū, & Comes Rutbertus Flandrensis: post illos Aimarus, vencrandus Podiensis Episcopus: post hos Godefridus Dux Lothariensis cum pluribus Comitibus Lotharingis & legione gladiatoria: post illos Raimundus prouincialis cū Aquitanis & Wasconibus: deinde Tancredus, nepos Boiamundi: nouissimus omnium Boiamundus inuictissimus, cum gente sua aciem rexit vltimā. Et quia hostium principes nullis adhuc nominibus prænotati sunt, nomina quorūdam, à quibusdā de Syria &

Chaldeā egredientibus, per interpretes cognita sunt, quæ vt potero diligēter declarabo. Soltani ergò prædicti regis, militiæ principē videlicet Corbagān, admiraldum maximū, ducumq; fortissimum, quē rex præfecit, omnibus antepono: deinde principes cum eo venientes, prout Syrum & Chaldeum sonari Latinè potest, diligenter subnotabo. Hii verò sunt, scilicet Mcleduchac, Amurfolymā, Amyr solendā, Amyr chegible, Amyr marome, Amyr mahumet, Caraoiath, Cotelosenyar, Megalozielon, Baldus, Boesac, Amitbaisach, Aoxian, Amogoiam, Sanxadones, Gyuahadoles, Amyrtodygion, Amyruaotap, Sopman, Boldagis, Amyrlas, Gerislas, Gyremis, Aymtgogra, Artubech, Amyrdalis, Aimirmoxe, Amyr charoar, & innumerabiles alii. Hii omnes vel Admiraldi vel Duces cognominati erāt. Quorū vñus admiraldus, Amyrdalis nomine, qui in Antiochiā habitare

solebat, cūm videret Francos per turmas & cohortes signis præcedētibus incedere, signaq; procerum, quæ anteā viderat, recognouisset, bellū fore ratus; Corbagān summo admiraldo nunciauit, qui in tētorio suo quietè ac securè sedēs, scaccis ludebat, nihil de bello futuro metuens. Vt enim auditū est Christianos ad bellū egressos, primò hæsitans, verū foret nec ne; deinde acquiescēs, & sibi ipsi fidē faciens, quæsiuit à suis, an pactionē à Francis postulatam concederet, vel bello eos inopinatē vel improuiso reciperet: cui Amyrdalis respondēs: Tardē, inquit, in consideratē id prolocutus es; & verendum est nunc, ne ab besterna postulatione repulſe, tua resistant petitioni: veruntamen ut liber facito. Missi itaq; internunciī ad Francos, nihil præter bellū impetrari renūciant. Et iā Sole matutino in clipeos & loricas repercutiente, tertia refulgens in a-

ciē, quam Episcopus ille celeberrimus regebat, signū ipsius Episcopi animaduertentes, dixerunt inter se: En videmus signum magni procedere Papa: sacerdotibus & leuitis cū crucibus & filačteris in albis præcedētibus agmen. Deinde Boiamundi subsequentē acie, timor inuasit vniuersos, & maximè eos qui de captione arbis euaserant, dicentes: nullā in toto mundo fore geniē, quæ Francis posset obſistere: adiicientes, quod D E V S eorum pro eis pugnaret. Corbagān autē equum ascendens velocissimum, admonuit suos, vt forāter pugnarent; & ascendens in montē seorsum cum paucis confedit, vt videret euentū rei. Gens verò sua statim per turmas & phalāges dñuisa, mōtibus & cāpis circa Francos effusa, præliū sagittis agere decreuerunt. Quippe tot erāt sagittarii Turci, & Parthi, Æthiopes, & Medi, & Elamitæ; & qui habitabant Mesopotamiā, Africā, Lybiā, Ægyptū & Pamphiliam, & omnem Asiam, nationumque ferè vniuersarū, vt facile Francos vndiq; concludere possent; & nisi terror D E I esset in illis, comprehendere exercitulum Christianorum non dubitarent. Computatus est ergò, sicut à captis relatum est, Tureorum & diuersarum nationum exercitus, & vi- cies centena millia inuenti sunt pugnatorum, ad bella procedentium. Dux itaque Godfridus secundam regens aciem, quæ iam prima propter quosdam euentus facta est, vt gnarus & belli eductus, violentiam eorum pacienter sustinens, iunctis cohortibus, pedetētim suos incedere iussérat; nec vñy mihi antē alium ab ordine cen-

stituto moueri, capitali sententiâ prohibucrat, donec truculentam eorum rabiem, primis iâtibus edomitam, languorem ac defessam perspicerent. Cum igitur diu in hunc modum sustinuissent, Corbagân de monte quasi de specula suos nihil penitus agere cernens, præcepit cuidam Admiraldo, ut partem exercitus sui veſtus urbem tanquam ingrēſſurus, educeret: ratus Francos diuīſis ordinibus ad urbem velle regredi; vt vel sic acies Francorum dirimeret: quo facto Comes quidam Theutonius, finistrum cornu tenens, vt vidiſ turmas diuidi, & partem versus munitionem urbis quasi in fugam conuerti, fugere eos existimans, clapsus est de acie cum suis; atque

XVIII. eos incaute persequens, mox cum omnibus suis interfectus est. Dux verò Secundum bellum. Godefridus nihilominus suos simul tenens, vt vidiſ tempus feriendi, cohortatus est 10

vt tunc ferirent, & pro capitibus pugnarent: qui vno impetu extimplò in hostes irruentes, buccinis & lituis crebrè sonantibus, D E O in auxilio ſæpius vocato, clamore vtrinque exorto, omnis hostium multitudo, ac ſi repente totus mundus pōst eos rueret, in fugam conuersi ſunt. *Quis es in mense D E V S, fortissime Saluator, in ui- etissime imperator, velox adiutor, atque protector clementissime, serenissime, iustissime?* quo Duce, quo praesente, quo feriente, quo denique persequente tanta bellantium multitudo terre-retur, ni te formidinem incutiente, dextera tua forti quateretur atque ſuperaretur? Alioquin totius ferè Romani imperii robur, ſi adeſſet, vix illos fugere coegeret. Ecce miseros & debiles, fame afflitos, virtus Altissimi triumphare non despexit: ſed eos ſuprà omnium gentium multitudinem exaltatos, mirabiliter prouexit. *Ei ergo laudes & gratiae reddantur; ei totum at- tribuatur: ſibi gloria, & laus, & exultatio in ſecula ſeculorum. Amen.* Fugientibus itaque hostibus, Franci eos persequi diu non poterant, propter equorum imbecillitatem, atque ipsorum inualetudinem: veruntamen de peditibus strages nō modica facta eſt. Et quod equos adhuc potentes & veloces de Francis habuerunt, vel hostium e- quos comprehendere potuerunt, hi & persequi & caedere eos à mane vſque ad veſperam ferè non ceſſauerunt: nec enim ſimil omnes vniu fugæ tramitem calca-bant; ſed diuīſis agminibus diuīſi per montes & colles, armis proiectis, ſarcinisq; dimiſſis, velocissimè fugiebant. Franci verò, vt dictum eſt, eos pro posſe persequen- tes, de ſpoliis eorum valde ditati ſunt. Et redeuentes ad eorū tentoria, de quibus ma- gna erat copia, vasa, vtenſilia multimoda aurea & argentea, quorum precium opus 30 ſuperabat, & indumenta, ſtrata quoque & pallia, nec non arcus & phareras cum fagittis, camtelos, mulos, asinos, equos, & diuitias reperierunt: nec fuit aliquis e- gens inter eos. Et facta eſt lātitia magna in populo D E I, & glorificauerunt D E V M qui ſaluauit eos, qui fecerat magnalia propter eos: Et regressi ſunt in ciuitatem o- mnes, laudantes & benedicentes D E V M, qui de misericordiis & pauperibus diuites & victores effecerat; & deferentes oblationes ſuas per ecclesiās, voverunt ſe vltra ho- nestè & iuste viucturos, nec amplius fornicationibus aut immundiciis pollui. Eſt namque *Antiochia* ciuitas magna, vt ſuperius memoratum eſt, & ecclesiās multis, li- cet à gentilibus premerentur, ſolenniter decorata: quarum maior ac p̄cipua *bea- ti Petri* Apostolorum principis eſt baſilica, vbi primum cathedralm Episcopatus ſe- 40 pte in annis rexifile legitur: Altera in honore *beatae Mariæ* ſemper Virginis mihi opere fabricata eſt: compluresq; alia Sanctorum ecclesiās, in quibus deuotè ſe Christiani tota nocte illâ, vt pote agone diuino veheſt̄ter vexati, ſecuri quieuerunt. Vrbs hec

A. Dni. „ celeberrima, cum capta foret à Francis, *Vnde cies centum subtractis inde duobus Annis.*
1099. „ annorū Domini ſummam faciebant. *Iunius & mensis promebat pridie nonas.* Mox poſt

XIX. vrbē captain reuersus eſt *Hugo Magnus* Constantinopolim, cōceſſu tamen heroīm; dehinc in Frāciā regressus eſt. Nec multò pōst obiit *Aimarus* Episcopus Podien- ſis, in Kalendis Agusti, cuius anima beatā requie, & beatitudine æternā perfruatur, Amen. Cumq; apud Antiochiam & in circuitu per quatuor menſes Franci morā feciſſent, ſumpto inuicē consilio, recesserūt. *Boiamundus* verò, & *Raimundus* Comes, 50 cum quadam parte exercitus vrbē exeunteſ, interiorē Syriam profecti ſunt, vt fines Christiani exercitus dilatarent, & caſtra aut vrbes contiguas eis ſubiicerent: reliqui verò Antiochiae permāſerunt. Hi p̄dicti principes exercitū educentes, *Haram* ciuitatē primō adierūt; quā haud difficile captā atq; depopulata, omnibus qui in ca- erāt cæſis atque captiuatis, *Maram* protinus, alterā urbem huic affinem, inuaſerunt. Quā obſidione circūdatā viginti dierum ſpatio obſidione coacti, machinis paratis, muroq; admotis, ſigno vndique dato, inſtati assaultu, D E O in omnibus fauete, vrbē compre-

comprehendunt; hostes obtruncant à maiori usque ad minimum: omnibusq; sublatis, Antiochiam reuersi sunt. De communi assensu & consilio, tunc ciuitas Antiochena, & principatus regni Antiochiæ, Boiamundo traditus est & concessus: ut pote viro, cuius industria & ingenio urbs ipsa capta fuerat. Comes verò Normanniaæ & Raimundus Prouincialis, & Tancredus cognatus Boiamundi, qui iuuenis magna opinionis & famæ in exercitu erat, assumptâ parte exercitus, castrum, quod dicitur *Archas*, aggressi sunt. Verùm castrum illud situ loci, & murorum, turriumq; munitione validissimum, Turcorumq; bellatorum inuictissimum, eos per quinq; ferè seprimanas obsidione detinuit. Est enim situm ad radicem montis *Lybani*, à veteribus antiquitus constructum; diciturq; *Archas* quia *Araces* filius Chanaan id cōdidisset. Dux verò *Godefridus* & Robertus Comes Flandriæ, cum reliquo exercitu, *Gibellum*, aliud castrum, situ murorum & ambitu fortissimum, quod inter Antiochiam & castrum Archarum, super mare situm est, obsidione vallauerunt. Sed belli tumultu, quod operiebantur qui apud Archas sedebant, commoti, eorumq; legatione submoniti, Gibello relicto, Archas profecti sunt, & de duobus unus exercitus effectus est; castrumq; illud, bellum operiendo, impugnabāt: vbi die quadam, dum assultus in hostes vehemens fieret, contigit, heu infortunium! *Amselfum de Ribodimonte* strenuum militem, iactu petrariæ interisse: pro quo totus exercitus valde contristatus est, quia optimus & probus miles erat, & in expeditione necessarius. [Orta est enim etiam in obsidione hac contentio de *Lancea*, quæ inuicta fuerat Antiochiæ sub pauimento Ecclesiæ. Dicebant enim quidam non esse illam, quâ latus Saluatoris *Longinus* penetrauerat, quoniam eam *Constantinus* polim dimiserant: Comes verò *Raimundus*, qui eam in magna veneratione habebat, & in cuius custodia tenebatur, ipsam esse afferebat: *Episcopus* verò *Barensis*, qui in expeditione tunc erat, aliique plures, quod ipsa esset existimantes, adiudicauerunt, vt is qui eam adiuenerat, fidem faceret populo D E I. Facto igitur triduano ieiunio in accensa strue lignorum, inuentor *Lanceæ* ultrò se iniecit; & per medium flammæ vibrantis, rogam nudus pertransiit; & vix inde exiit, combutusq; est; nec posteà quindecim dierum spacio superuixit; sed duodecimo die, dolore ignis correptus obiit: & sic omni errore ablato, populus ultrà eam venerari cessauit.] Interea Franci de bello, quod exspectabant, frustratis, illaque obsidione tam inopiâ, quam suorum dimissione vehementer dissolutis, castrique oppugnatione nimis tardâ atque diuturnâ desperatis, operæ premium duxerunt, vt obsidione illâ dimissâ, *Iherosolimam*, messis tempore appropinquante, expedito itinere tendent; & viam non panis indigam, sed bene, vt audierant, opulentam tenerent. Qui consilio inuicem accepto, omnes animati, simul assenserunt; collectisq; tentoriis & papilionibus, sarcinisq; suis expeditis, iter agentes, antè urbē *Tripolim*, quæ inde propè super mare sita est, primâ sessione quietuerunt; & ab urbe illa forum panis & vini, quamdiu ibi moram fecerunt vel morati sunt, plenariè habuerunt; donaq; plurima primates receperunt. Inde *Gibellum*, aliud castrum prætermeantes, *Birithiam* ciuitatem inuenerunt. Erat autem mensis Aprilis, & iam messis in archa erat; magnaque copia annonæ per totam maritimam Tyri & Sidonis: quæ ciuitates proximæ sunt, & Byrrho affines: nunc verò mutatis nominibus ab incolis *Sur* nuncupatur, quæ *Tyrus* quondam dicebatur; & quæ modò *Sagitta*, antiquitus *Sydon* appellabatur, & est in terra Phœnice, quam *Syden* filius Chanaan legitimus condidisse: *Sur* quoque *Tyrus* dicta est, in qua *Tyrius Apollonius* regnabat. Inter has duas urbes *Sarepta Sydonie* æstimatur: inde enim ad *Carmelum* motum, vbi *Helias* habitauit, non amplius iter duorum dierum ingressi, postea venerunt *Ptolomaïdam*, nunc *Achilon* dictam, quam quidam errantes *Accaron* existimant nominandam: sed Accaron urbs est Philistæa inter Azotum & Iamniam sita, propè Aschalonem. Abhinc terra vocatur Palestinorum. Transcuntes autem Achilon, inuenerunt oppidum *Caypha* dictum, quod est sub Carmelo monte, & habet mare ab Oriente, montem vero ab Occidente. Dehinc *Cæsaream* Palestinæ adorsi sunt, quæ quidem *Dor* antiquitus, à quibusdam verò *turris Stratonis* nuncupata est: in qua *Herodes*, Agrippa dictus, nepos illius Herodis, cuius tempore natus est *CHRISTVS*, percussus ab Angelo, veribusq; consumptus, infeliciter expirauit. Ulterius autem incedentes, præterierunt oppidum quod *Affur* nominat. Etenim maritimam, & *Ioppam* à dextra relinquentes, descenderunt in *Ramatha*, quæ ciuitas nunc *Ramula*

Boiamundus
dux Robertus
Wisehardus
Appellie genitus valde potentem ducom.

XXI.

appellatur: de qua incolæ Saraceni omnes aufugerant, pridiè quām exercitus illuc
venisset, metuētes expugnationem, [nec in semet munitionis defensionem confi-
dentes.] **XXII.** Est enim ciuitas hæc in plano sita, inter montana Iudeæ & maritimæ,
in magna copia & fertilitate annonæ, solis cultoribus apta: vbi cùm Franci veni-
sent repererunt areas tritici innumeræ, & annonæ etiam trituratae magnam abun-
dantiam: moratiq; sunt ibi per quatuor dies, vt reficerent & se & iumenta, & farci-
nas pararent ad obsidionem Iherusalem. Ibiq; nuncios Christianorum Syrianoru, qui erant in *Bethlehem*, habuerunt: quos anteā de Iherusalem nuncios receperant.
Non dum enim Cæsaream viderant, quando exploratores Christiani de Iherusa-
lem clām exeentes, ad eos venerant, & totum esse ciuitatis & eorum qui intus ha-
bitant, indicauerant. Lætati verò Franci super nuncios, promiserunt se in proxi-
mo eis auxilium fore, & Deo auxiliante Iherusalem obsidione concludere, seq; &
sua, cum ciuitas aut vi aut timore subiiceretur, incolumes resertuare. Illis autem
abeuntibus, Franci animati & de misericordia D E I cōfisi, & vt Spiritus Sancti gra-
tia illis adesset, principio suæ operationis, in Basilica S. Georgii, quæ propè urbem Ra-
mulam miro opere fundata erat, Episcopum ordinauerunt; & in arcibus Ecclesiæ,
quæ circa Ecclesiam sunt, custodes dimisérunt; atque ipsâ die profecti sunt vsq; ad
castellum quod dicitur *Emaus*, sexaginta stadiorum ab Iherusalem. Nocte verò ipsâ
Tancredus & *Baldinus de Burgo*, ante lucem surgentes, cētū suorum militibus ele-
ctis, concidunt equos armati; & aurorâ apparente, Bethlehem peruenierunt, lin-
quentes Iherusalem à sinistra: quos cùm vidissent Græci & Syri Christiani, qui ibi-
dem morabantur, primò rati sunt, Arabes & Turcos fore; missosq; de Iherusalē ad
eos decollandos & delendos aestimati sunt. Cumq; Francos recognouissent, statim
Crucibus & textis affumptis, cum gaudio magno psallentes eos suscepserunt: Fran-
ci verò præ gaudio lacrymantes, pacisq; osculo eos salutantes, basilicā ingressi sunt:
vbi adorato Domino & in loco nativitatis suæ & præsepio non sine lacrymis obla-
tione facta, ad exercitū regredi sunt: qui iam ciuitati appropriabant: Cumq; interim
hostes signa Francorum prōcul vidissent, exierunt quidā obuiam Arabes & Turci,
vt prætentarent armis Francorum militiam: qui mox fugati, intrò se receperunt.
XXIII. Christianus verò exercitus videns ciuitatem D E I, quam diu optauerat vidisse; lo-
caq; sancta, in quibus mundi Saluator præ redemptione genti humanæ mortem
pertulerat, lætatus est valde; & procidentes omnes in terram proni, adorauerunt
Viuentem in secula seculorum. Amen. Et venientes ad urbem, obsidione vndiq;
,, vallant, vī. Idus Iunii. *Lucis septenæ cum vallant obsidione Iherusalem Franci, iam Iunius*
XXIV. *igne calebat.* Situs ipse Ciuitatis Sanctæ qui nunc est, murorumq; ambitus, licet à
prisca & illustri veteris compositione, statuq; illo quo erat C H R I S T I I H E S V tēpori-
bus valde discrepet, quædā tamen tēporis illius adhuc monumenta obtinet; quibus
& famosa & illustris, & præ cunctis clarior ciuitatibus in toto orbe terrarū esse de-
bet. De qua, quia à quibusdam quædā superflua, quædā rariū concinentia singun-
tur, paucā sub breuitate perstringere conabor. Quatuor igitur illi aditus patet, sicut 40.
plerisq; ciuitatibus, quibus ad eā fit ingressus, ab Oriente, & Occidente, ab Aquilone
& Meridie: Et quidē Orientalis aditus, ab incolis vocatur *porta vallis Iosaphat*, eo quod
per eā ad vallē illam proximam sit descensus. Occidentalis, *porta David* idcirco vo-
catur, quod iuxta turrim David sita sit. Septentrionalis, *porta S. Stephani*, pro eo, quod
idē Martyr extrā portā illam lapidatus fuisse asseritur, ob cuius memoriam Ecclesia
ibidē sit fundata. Australis, *porta Syon*, quia ab ea parte mons ille præruptus eminet:
vndē difficilis & valde grauis ad urbē est aditus. Adhuc etiā quinta habetur porta,
quæ *Aurea* dicitur, intra Orientalē & Australē portā sub Templo Domini sita, per
quam cœlorū Rex super asinam sedēs antè passionem suam, ciuitatem ingressus est,
& ab Hebræorum pueris cùm gaudio exceptus est: quæ non aperitur nisi in *Domi- 50.*
nica Ramis palmarū. Urbem itaq; per hunc ingredientibus aditū, à lœua Sepulchrū
Domini est, quod extrā urbē tempore Passionis C H R I S T I legitur fore inuentū, vi-
uoq; lapide incisum: iuxta quod Sepulchrū Domini, parū in obliquū, est supereini-
nens lapis dehiscens, sicut in C H R I S T I morte legitur scissus: & subtus *Golgata*, qui
locus magnâ veneratione celebradus, adorandus, & colandus est: In quo loco tradi-
tur ab antiquis Abrahā filium suum immolatus, arietē pro eo immolasse, signifi-
cans Agnum, D E I filium, ibidē postea immolandum. Paululūm remotior est locus
ab eodem

ab eodem, dictus *Calvaria*, vbi lignum Dominicum *trecentesimo octogesimo sexto anno* post Passioneum CHRISTI à beata *Helena*, Iuda præmonstrante, inuentum est: vbi etiam ab eadem regina, Ecclesia miræ magnitudinis & operis fundata, postea à perfidis Gentilibus destructa est: [ruinæ cuius adhuc existentes indicant qualenam opus fuerit. Pars autem ligni preciosi in his locis à fidelibus retenta, diligenti veneratione adoratur & exaltatur.] Iuxta crucis inuentionem à Meridie est Ecclesia genitricis DEI, quæ *Latina* nuncupatur, eò quod à Latinis semper sit culta: vbi fertur eadem Virgo plorasse atque scidisse crines, cùm vidisset filium suum vnigenitum patibulo affixum. Ibi propè est locus, vbi *Maria Magdalena* cæteræque; mulieres lamentatae sunt in morte Saluatoris. Inde versus Orientem in directum intrà eiusdem ambitum vrbis, Templum est Domini celeberrimum, miro opere fabricatū: Quod licet primum opus non sit *Salomonis* egregium, sed nec illud quod ab *Hesdra* secundâ reædificatione totius mundi fabricam in opere præcessit, tamen quatuor habet introitus, sicut & primum habuit templum: In quo loco Angelus populum cædens, Dauid orante & exclamante: *Ego sum qui peccavi, ego iniquè egī*, restitisse per-^{2. Reg. 24.} hibetur. Vbi etiam lapis ille super quem Angelus restitit, adhuc impolitus, in me-^{17.} dic templo eminet. Fuit & in hoc loco tempore Salomonis propitiatorium aureum & arca testamenti, in qua erant tabulae Moysis, & virga Aaron, & manna, & cætera quæ dicebantur *Sancta Sanctorum*; Ibique fuerunt usque ad tempus *Iosiae Regis* Iuda, sicut legitur in libro Machabœorum: Sed post *Iheremias* arcam in Arabia ver-^{2. Mat. 10.} sus montem Synay occultas fertur: vbi in hodiernum diem adhuc mons fumi-^{15, 17.} gans & caligine obductus, locum volentes adire & obscuritate & caloris æstu repellit, nec ad montem usque licet accedere: & in prophetia eiusdem Ihcremiae scriptum inuenitur, quod inuenienda non sit, donec gentes multæ congregarentur. Arca ergo in Templo nunc non est, sicut à quibusdam creditur. Verum locus ille multis modis sacer esse describitur, tum quia puer Iesus in eo præsentatus, à Symone sene exceptus est; tum quia duodenis, in medio Doctorum sedens, inuentus sit: de quo etiam numularios eiiciens, dixit, *Domus mea domus orationis vocabitur: multis*-^{Matth. 21.} que miraculorum signis & prodigiis, ibidem à Deo factis, religiosus & sanctus est.^{12, 13.}

Ab Aquilone Templi huius lacu quodam interposito Ecclesia *S. Annae* matris beatæ *Mariæ Virginis* est, in quo loco Deus i matrem peperisse fertur: Ante cuius Ecclesiam piscina aquæ à Francis inuenta est, veteris piscinæ adhuc vestigia retinens, quinque porticus habens: In qua, tempore CHRISTI, Angelus descendisse legitur, tactuque aquæ languidos sanasse. [Et ibidem à CHRISTI] sanatus est ægrotus triginta & octo annos habens, in infirmitate sua.] Ad quam nunc per porticum unam descenditur; & reperitur aqua ibi gustu amara, quæ plerunque ægrotantibus confert medelam. Hæc intrà urbem à fidelibus venerantur. Flagellatio Ihesu CHRISTI, atque coronatio, & derisio, & cæteræ quæ pro nobis pertulit: sed non facile vbi fuerunt, nunc dignosci possunt, cùm præsertim ciuitas ipsa tortiens postea destrœta atque deleta sit. Extrà urbem verò, à digniori parte fit exitus per portam Dauid ad viam quæ dicit *Bethlehem*: quæ *Efrata* antiquitus appellata, ab Iherusalem spacio duarum leugarum versus Hebron, inter Occasum & Meridiem sita est. Ibi est locus Natiuitatis CHRISTI & præsepe, sicut supra memoratum est. Sed & Ecclesia satis decens & ampla miro opere fabricata, Episcopalem ibidem obtinet dignitatem. Ibidem & in confinio passi sunt *Innocentes*, qui ab Herode trucidati sunt. Inde ad urbem regredientes viso obiter sepulchro *Rachel* vxoris Iacob, ascenditur ad montem *Syon*, qui tempore CHRISTI erat cacumen & medium ciuitatis, nunc autem extrà ciuitatem. Ibi etiam fuit cœnaculum, vbi pedes discipulorum lauit Dominus & magister eorum, & cum eis cœnauit; & Sacramentum Dominici corporis & sanguinis ipsis tradidit; nec non & omnia quæ de morte eius erant futura prædictit: vbi post resurrectionem Spiritum Paraclitum eis misit. In quo loco transitus beatæ Mariæ genitricis DEI fuisse prohibetur: unde etiam Ecclesia nomen habet; fueratque miro opere fabricata, antiquitus constructa, quod interius patet, sed à perfidis Saracenis destrœta. Ad radicem huius montis Syon exoritur fons aspectu liquidissimus, sed gustu amarus, quem dicunt *nataoria Siloe*: qui emittit riuolum suum in aluce vbi torrens Cedron fertur in hyeme cursu rapidissimo. Ibi illuminatus est cæcus à nativitate, de quo legitur in Euangelio. [Ulterius in Meri-^{10b. 9, 1.}]

die est *Acheldemach*, qui ad sepulturam peregrinorum emptus est.] Torrens *Cedron* ab Aquilone sumit initium, & per vallem Iosaphat cursum agens, in Austrum dirigitur, nec habet aquas nisi inundatione pluviarum. In eadem villa inter ciuitatem & montem Oliueti est Ecclesia genetricis D E I *Maria*, vbi ab Apostolis sepulta est; cuius adhuc sepulchrum ibidem colitur & veneratur. In quo loco mirificum opus à primis Christianæ religionis temporibus structū, sicut beatus *Iheronymus* scriptis suis testatur, structuras alias excedebat magnitudine, opere, & compositione: sed postea à perfidis Gentilibus destructa est, cuitis ruinæ hactenus patent. Ibidem anteà CH R I STI temporibus villula quædā erat *Gessemani* nuncupata, vbi tentus & captus est filius D E I: Ibiq; discipulos suos somno prægrauatos linquens, auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis versus monte Oliueti in obliquum, vt oraret: vbi etiā nunc oratorium quoddam in honore Saluatoris dedicatum est. Inde ascensus est ad montem *Oliueti*, qui celsitudine suā supereminet omnem regionem: in quo loco solitus erat Dominus discipulos suos & omnes ad se de ciuitate confluentes, docere. Ibiq; fertur orationem Dominicam discipulis insinuasse, & ingruente passio- nis suæ articulo preces ad Patrem fudisse: de cuius montis vertice postea delatus est in cœlum, cernentibus Apostolis: In quo loco Ecclesia antiquitus fundata, monimenta Sanctorum plurima continet: a quo etiam monte facile cernitur Arabia & vallis Iordani; mareq; illud *salsum* & foetidum quod operit Sodomam & Gomorrah; ciuitates quondam irâ D E I funditus euersas. Sub cliuo statim montis huius, inter Orientalem & Australē plagam, aditur *Bethania*, vbi Dominus *Lazarum* resuscitauit, & vbi *Maria Magdalena* peccata sua dimisit; & vbi in domo *Simonis leprosi* discubuit: Vbi etiam nunc monumentum Lazari veneratur, & locus frequentiā Saluatoris sanctus excolitur. Hac in territorio vrbis proxima satis sunt. Verū flumen *Iordanis*, vbi baptizatus est C H R I S T U S, decem leugis longè est ab urbe in directum versus Orientem, qui fluuius diuidit Iudæam & Arabiam: ad quem itur per *Iericho*, ciuitatem quondam magnam: habens à lœua desertum, vbi ieunauit Dominus quadraginta diebus. Videtur & ibi mons excelsus, vbi tentatus est à Diabolo. *Nazareth* autem, vbi conceptus est; & *Galilea*, vbi post resurrectionē discipulis apparuit; & mare *Tyberiadis*, & *Thabor*; & solitudo illa vbi de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia hominum satiauit; aliaq; solitudo, vbi etiam de septem panibus quatuor milia hominum pauit; omniaque loca in quibus Rex gloriæ à pueritia conuersatus est, longè ab Iherusalem semota sunt. Hanc præterea urbem *Helius Adrianus* Imperator mirificè decorauit, & vicos & plateas pauiumento decenter ornauit: de cuius nomine, Iherusalem *Helia* postea vocata est: Et aqueductus per omnes vicos instituit, per quos imbrum inundatioine omnes ciuitatis immundiciæ diluuntur. Nec desunt huic urbi cisternæ, aquarū abundantiā semper opulentæ. Constatq; ciuitas ambitu murorum condecenti magnitudine, ita vt nec paruitate, nec amplitudine vñquam fastidiosa videatur. His itaque & aliis modis Ciuitas hæc Sancta, glorioſa est & illustris: Quam eūm vide- ret Christianorum exercitus in tam arido, montuoso, lapidoſoq; loco sitam, riuis, ſiluis, & fontibus vndique carentem, difficileq; eam obſidione diutinā cingi posse æſtimauerunt. Et primā quideam die aquæ penuriā coacti sunt, adeò vt de tribus miliariis cum iumentis & camelis eam apportarent: & deinde ingruente necessitate à quatuor vel quinque miliariis, vribus & eiusmodi vasis cum magno labore adquirerant. Erat enim æstus & valde feruens tempus, vtpote ardenti iolstitio: & nimio labore, acrisq; intemperie, siti magis quā fame contigit laborare. Obſtruxerat enim hostes, ante aquam exercitus illuc veniſſet, fontem Syloë atq; cisternas omnes qua extra urbem fuerant; aut per aspidas animalium adaquationes, aut per occultos meatus, penitusq; desiccauerant, ita vt nullus liquor ibi posset inueniri. Cumq; per sex dies ibi aqua & cibatu opulentissime munirentur, die septimo constituerunt ciuitati assaultum facere; & per scalas quasi in iis sex diebus compofuerant, muros, si poſſent, occupare. Erat autem *Robertus Comes Norimanniæ*, & *Robertus Comes Flandriæ* cum gente sua à parte Septentrionali antè portam S. Stephani. Dux verò *Godefridus* cornu ciuitatis, quod est ſuper vallem Iosaphat, cum suis occupabat: Et *Tancredus* aliud cornu versus turrim David petrariis & fundibulis maximè infestabat. Comes tiquidem *Raimundus* cum Provincialibus suis, montem

Robertus de Flandria Comes, miles inclitus, probus, & audax. Georgii filius vocatus.

Syon

Syon occupauerat. Qui omnes die constituto eam vndiq; assilientes lituis & buccinis summo manè increpantibus, crebro sagittarum ac tclorum grandine muros impetentes, scalas protinus erexerunt, atque in vna parte quidam viriliter ascenderunt, vel ascendere cœperunt. Iam iam fastigia murorum scansuri, ab hostibus repressi sunt: & eā dic, nostri de illo primo assultu frustrati sunt, quoniam raræ fuerunt scalæ, & nimis citò ab hostibus compertæ sunt. Quare negotium illud horā ferè tertią dimissum est, & in castris nostri se receperunt. Saraceni autem, & iī qui in vrbe erant, de repulsione hac gloriantes quotidiè improperabant nostris, quia D E V M suum quem intra muros clausum existimant, telis & lapidibus turpiter impeterent; & quasi sacrilegii nostros insultando accusabant. Tunc patienter nostri blasphemias eorum & derisiones sustinētes, parauerunt machinas, quibus muros scandere possent. Sed deerat nemus artificio opportunum. Neque enim in tota regione illa silua est, vbi lignum vix quindecim pedū possit inueniri: De veteribus tamen lignis cedrinis & cipressinis, quæ in quodam specu non longè ab vrbe reperita sunt, turrim quandam cum propugnaculis composuerunt; & eam nocte quodam, illis ignorantibus, haud longè à muro compactam, in ea parte vbi Dux Godefridus sedebat, erexerunt; & de coriis camelorum boumque, cæterorumq; animalium, in circuitu deforis eam contexerunt; muroque supereminens septem aut amplius vlnas, totam ciuitatem altitudine superabat: de qua facile erat videre quid hostes intrò machinarentur, vel quomodo se haberent: Est enim locus ex illa parte adeò sublimis & excelsus, vt ferè coæquetur monti Syon. Ut ergò viderunt hostes machinam erectam, atque eorum ceruicibus supereminentem, timuerunt valde: quidam etiam deridentes, & ignorantibus quid esset, promittebant se turrim David illuc adducere, si illam nostri vsqueaque muris applicuissent; vel de campo, vbi in modum turris fuerat ædificata, eam vllatenus mouerent. Paratis igitur arietibus & scrophis & petrariis & fundibulis, omniumque generum instrumentis ad muros propriùs admotis, die adhæc præstitutâ ciuitatem vndique impetunt; & sagittis atque balistis, multorumque generum armamentis, hostes coarctare cœperunt, adeò vt eorum quis vel pauci in muris remanerent: qui in turribus tantùm errant, illi ciuitatem protegebant. Erant autem duæ turres a dextris & sinistris, inter quas machina nostra impæcta fuerat: vnde Saraceni nostros vehementer infestabant; & ignem cum oleo & adipe mixtum, faculis aptatis in eos crebrâ immissione iaculabant: multumque in hunc modum nostros repugnare cœperunt. Quod cùm viderent fundibalistæ, & qui petrarias regebant, in illas duas turrem omnem vim suam direxerunt; atque vnius propugnacula continuò disrupterunt; hostesque inde fugatos quosdam strauerunt, quosdam verò lapidatos vulnerauerunt, atque in hunc modum die illo contendentes, ad vesperam vsque vtrinque concertatum est. Vesperâ siquidem superueniente, dimissum est certamen: & munierunt nostri machinas suas viris optimis & strenuis, ne nocturno tempore hosti li machinatione violarentur. Fuitque dux Godefridus intus, & frater eius Eustachius, vir magnæ audacitatis & probitatis; multiisque alii in negociis gerendis probatissimi. Hostes verò iam timore perterriti, & diurnâ incursione fatigati, nihil in nostros iam molientes, sed ad protectionem suam murorumque defensionem omnino intendentis, tota nocte illà nihil aliud, quam trabes magnas lignaque quam majora poterant muri propugnaculis ad lapidum ictus repellendos, contrà machinas nostras conuixerunt. Nostri è contrà si qua paranda erant ad castinum labore, viuaciter & diligenter prouidentiâ procurabant: sicq; nocte illâ, non minus fere quam in die vexati excubiis & vigiliis, vtrinq; peregerunt. Mane autem facto, quod **xxvii** contigit Idus Iulii, omnes ad incepsum laborem se rursus animauerunt, & lituis buccinisque clangentibus, clamoreq; vtrinq; exorto, muros nostri acriter impetrare, hostes verò haud segniter reppellere incepserunt: & ex vtraque parte multi tunc læsi sunt. Interea machinis muro admotis, partem quandam muri *comes Normannie* & *Tancredus* cum petrariis suis, iuxta portain S. Stephani concusserunt, & foramen vnum fecerunt. Ex alia parte, *comes Raimundus* cum machinis similiter & fundibulis fortiter instabat. Dux verò Godefridus, & qui cum eo erant in maiori machina, grauiter & cautè eam regentes, faculas ardentes quas hostes de turribus prædictis in eos frequenti iactu mittebat, rædasq; sulphureas, & iaculorū grandinē vmbonibus

suis excipiebant; & ab æstu diei & Sole qui iam horâ ferè diei tertîâ incanduerat, tædarumq; incensione, gemino sunt calore & igne artati, adeò vt de vestibus eorū pars cōbureretur, & scuta incenderentur: Sudor vndique de eorū corporibus manat; & vix iam sustinent æstum hostes ab ignitum violentia. Tunc præcepit Dux vt cum fundibulis torres incensi, turribus iacerentur: vt vel sic hostes parùm coercentur, donec propriùs muro paulò machinam admouisſent. Quod cùm factum esſet, mox ignis per quædam foramina in arce vna eorum delapsus, materiam lignorum quibus tectum arcis sustentabatur, cremare cœpit: iam iamq; ardebat arx ipsa; fumoq; & igne hostes sunt inde fugati, sic vt nullus ulterius in ea remanere posset. Altera verò turris sic confracta & confusa erat crebro iētu petrarum, vt nihil ab ea nostri timerent. Igitur nostra turris iam muro contigua, nostros hostibus supereminentes, iam iamq; Dei auxilio triumphantes, inuehebat: cōtigit vt cùm funes, quibus ligna prædicta muro connexa fuerant, falcibus à nostris cæderentur, trabem quandam, quasi pontem, sponte acturam versus turrim nostram verti; & à nostris exceptam à machina in murum ita artificiosè & competenter collocari, vt nostris iter in ciuitatem præberet. Mox verò milites ducis & ambo fratres, quorum unus *Engelbertus* vocatus, alter verò *Litolus*, per trabem illam gladiis extractis ciuitatem ingressi sunt: Deinde alii atque alii subsequentes murumq; super hostes occupantes, *D E V S A D I V V A*, *D E V S V V L T*, inclamantes, roti exercitui viam intrandi patefecerunt. Qui confestim per funes & scalas ingredientes, Saracenos & hostes, qui in ea parte erant, vsq; ad Templi munitionem cædendo & obruncando persecuti sunt. Illi verò fugientes, in Templi clausura se concluserunt; ianuisque clausis, aduersus nostros adhuc resistere parauerunt. Ergò *Tancredus* cum suis adueniens, expugnare eos cœpit: Nec morâ, fores patefactæ sunt, & atria nostris irruentibus completa, hostibus in Templum Domini fugientibus, & in Templum Salomonis se includentibus: ferientibus itaq; nostris, atque à tergo prosequentibus, cædes immensa peracta est, adeò vt in cruce peremptorum, pedes nostrorum tenuis suras penè tinguerentur; nullusq; ex eis vita est reseruatus; sed neq; fœminis, neque paruulis pepercerunt; memores credo *Saul* regis, qui *Azaz* pepercit; iramq; Dei incurrit, & perit. Èa verò die ita deleti sunt, vt de multitudine innumera Saracenorum, *Turcorum*, *Arabum*, *Æthiopum*, multarumq; nationum, qui ad defensionem urbis omnes præcepto Admiraldi Babyloniæ conuenerant, vix pauci superessent, qui in turre David se concluserant. Illique haud multò post, Comiti *Raimundo* turrim reddentes, euaserunt; atque fugæ præcipites se dederunt. Et expurgata est ciuitas Sancta Iherusalem ab infidelibus eâ die, ad laudem & gloriam & honorem illius, cuius Sepulchrum intrâ gloriosum est: qui admirabili potentia & prædestinatione suâ, fideles suos illuc usque, per marium terrarumque pericula, sui gratiâ, direxerat:

„*Iulus effeuēs ter quina luce calebat*, *Idibus ing. suis iter ad medium faciebat Anno milleno centenō, sed minus unō*, *Virginis à partu peperit quæ gaudia mundo*; *Vrbem cùm Franci ca-*

XXVII. *piunt virtutē potenti* *Atque nouas reddunt laudes super astra sedenti*. Captâ ergò ciuitate, & ab incredulis mundatâ, ad Sepulchrum Domini omnes cum oblationibus & cereis accensis, laudes & gratias in voce exultationis Domino reddere festinantes, pergunt; vota persoluunt, in gaudii lacrymas erumpunt. Populus Domini enim & oues pascuæ eius, vt loca Sancta Passionis, Crucis, Mortis, Sepulturæ, & gloriose Resurrectionis tetigerunt, compunctionis lacrymas & inopinatae lætitiae, cum hymnis & canticis psallentes, emiserunt: *O tempus Domini desideratum! o tempus acceptabile! o factum factis omnibus admirabil!* Cùm id, quod ab omnibus fidei Catholica cultoribus interno mentis ardore diu optatum, & votis omnibus desideratum fuerat, filii Sanctæ matris Ecclesiæ in sua secula completum viderunt; statumq; matris Ecclesiæ & Orientalis, ab infidelibus & immundis funditus euersum atque pollutum, a fidelibus & electis imò à DEO præelectis & prædestinatis in sublime erectum atq; reformatum suo tempore conspexerunt. Gloria tibi Pater, gloria tibi Fili, gloria tibi Spiritus Sancte, amborū Paræclite Trinitas sancta, rex Sabaoth, faciens mirabilia in cælo & in terra: consilium tuum antiquum est: à Solis ortu & occasu, ab Aquilone & Austro laudabile nomen tuum. *Exclusus si per omnes gentes Dominus sit nomen eius benedictum in seculi*. Expeditis itaque ceremoniis atq; omnibus in Domini Sepulchro ritè peractis, reuersus est populus Dei ad domos & mansiones quas ceperat, prout cuique contigerant. Et nocte illâ, positis tantum Græcorum & Syrorum excubius,

cubiis, securi quieuerunt, & de beneficiis quæ ab hostibus parata fuerant, gratias D E O agentes, cum gaudio epulati sunt, & somno functi. Postea die vulgus xxx. mixtum cum scutigeris cadauera templi reuolentes, inuenient copiam auri, & argenti, & lapidum. Demum Prouinciales qui vltimi ciuitatem ingressi sunt, dolentes quod ad prædam diripiendam tardaverint, comperto quod Saraceni dum viuerent nomina & cetera auidis fauibus deglutissent, multos euisceratos ideo exenterauerunt, & pecuniam quæsitam in multorum viscera repererunt: vnde fatum est, vt de cadaueribus aceruo facto ea igne cremarent, vt æs illud in igne faciliter inuenirent: nec enim fætorem illorum diu pati poterant. *Tancredus* autem cum suis Templum Domini aggressus, vasa aurea & argentea multimoda, lapidesq; pre-ciosos & limbum aureum qui Templi parietes circumdabat, & coronas, & phialas, & mortariola aurea, omniaq; præciosa Templa arripiens abiit & super omnes ditatus est valde. His itaq; omnibus, vt dictum est, patratis, postquam primates & populi requie modicâ refecti sunt, omnes communi assensu *Godefridum* ducem, in regem ac principem ciuitatis Iherusalem & totius regionis extulerunt. Canonicos autem qui Domini sepulchro inseruirerint iidem statim creauerunt: *Ernulphum* verò quasi Patriarcham, eis præposuerunt, donec à Romano Pontifice quid agendum foret, requisiuerint. Tunc & Domino annuente per quendam Syrum reuelata est Crux Dominicana, quæ ab antiquis temporibus in quodam secretario abscondita fuerat, & ab hostibus conseruata. Quâ inuentâ, omnes in sublime D E O gratias egerunt. Cumq; de reditu in patriam iam Heroës cogitarent, ecce nuncius venit, qui diceret bellum magnum affuturum: nec tantum bellum; verum & vrbi obsidionem & expugnationem tantam aduentare, quam nunquam anteavidebant. *Rex enim Babylonis* ducent militiæ suæ, nomine *Lauendalium*, cum multo exercitu collecto de Turcis, atq; Arabibus, Æthiopibus & Sarracenis, & Ægypto, & Mesopotamia, omniq; Affrica, vt audiuit Iherusalem à Francis vallatam, misit, vt omnes quasi pulli in cauea comprehendenderent & obtruncarentur; & sub edicto huiusmodi præceperat ac prohibuerat omnibus, ne quis eorum ad eum reuertetur, donec interfectis atq; deletis Christianis omnibus, ipsum Dominicum Sepulchrum eradicarent atq; funditus extinguirerent, ne de eo ulterius mentio aliqua fieret. Quo auditio Christiani ad prælium obuiam profiscuntur, dicentes se intra muros nequaquam permittere concludi; & armati vexillo sanctæ Crucis, quod præbat agmen, exercitum versus *Ascalonem* direxerunt, vbi aduersariis obuiari existimabantur. Aduersarii verò audientes quod Iherusalem iam expugnauissent, & intra murorum ambitu se nostri receperint, lætati sunt valde, dicentes & vrbe & illos ita velle cōcludere, vt nec unus ex eis manus erit aut gladium euaderent, ignorantes quidem quod iam eis obuiam præliaturi venissent. Sed cum didicissent nostros eis obtiam venisse, parauerunt eos inter se cōcludere; & sic omnes aut ferro circumuenire, aut cōprehensos Babyloniam in manicis ferreis deducere. Facile enim erat paucos, à multitudine innumera vallari & cōprehendi. Sic equidem à quibusdam in bello captis, nostris intimatū est. Nostris ergo ut propè illos adesse per speculatoros suos cognouissent, constanti animo omnes, ac si essent vnus matris filii, ad bellum se præparauerunt: & libēter pro CHRISTO aut mori aut triumphare promiserunt. Vespere autem illo, qui belli præcessit xxxii. diem, Sole iam ad Occasum vergente, contigit ut multitudo copiosa animalium, *Tertium bellum A. scalona.* boum, camelorū, ouium, caprarū, de montibus acta, secus exercitū Christianorum, tanquam in auxiliū craftini laboris futurā se contulisset. Mane itaq; factō, constitutis ex more legionibus, nostri ad bellum profecti sunt. Animalia quoque, mirabile dictu, ac si ex industria, paulatim subsequentia procedendo, agmē de se cōposuerunt. Videntes ergo hostes à longè animaliū multitudinē pōst acies nostrorum procedere, rati sunt fore de nostris milites ac mixtim pedites, in præsidiū & tutelā cautē legiōnū ordinē sequi: veritiq; sunt magis prælium, idcirco quod nō possent, sicut prædictarunt, se effundere, atq; nostros vndiq; concludere. Et tunc conspicientes militiā in armis fulgētibus cōpositē præcedentē, timuerunt; & pauor D E I irruit super eos. Nostris itaq; lituis & buccinis clangentibus, exortū est præliū; & grandine sagittarū vtrinq; distento, subsecutæ sunt lanceæ, ita à nostris vno iectu & momento vibratæ, ac si omnes inuicem coniurassent, vel vna eas manus emisissent. Quo primo impetu, hostibus D E I terrore in fugam conuersis, cædes non modica subsecuta est: & CCC

quorum equi tunc non fuerunt celeriores morti dediti sunt; & in momento campo ille a prostratis ita occupatus est, ut nemo nostrum nisi super cadavera posset pedem; & terra vnde sanguine maduit, tanquam nubibus imber sanguineus emanasset. Quidam eorum, arborum cæcumina protumgentes, sic euadere opinantes, sagittis ibidem crebris sagittati, eisque perforati ruentes interierunt. Quidam Ascalonie viam rapientes, eo quod proprius esset praesidium per gladios & lanceas nostrorum transeuntes, interfici sunt. Pars vero eorum qui evaderant, Babyloniam fugientes infeliciter deuenierunt. Nostrri itaque triumphantes, & Deo gratias agentes, spoliis eorum & armis & tentoriis onerati ad castra reuersi sunt. Vbi nocte illa patentes, crastinâ die Iherusalem cum gaudio reuersi sunt; & de praedicta quam Dei dono coeperant, oblationes ad Sepulchrum Domini gloriosum, cum gratiarum actione, & munera multa obtulerunt. Dehinc flumen Jordanis adeuntes, & palmas de Iherico ex more asportantes, quidam recedere, quidam remanere.

Paser regum Iherosolimis in perpetuum voverunt. Remansit ergo Dux Godefridus, vt prædictor Philipps & Robertus Flandriae, Oris sunt equi-pollentes de regali semi-naturae. Idem de Robertus verò Comes Normannia, & Robertus Comes Flandriae recedentes, nanius Constantiopolim se contulerunt; dehinc per Apuliam ad patriam reuersi sunt: cæteri quoque multi, tam de summis quam de minimis, quibus placuit ædes patrias reuise, quidam pusillanimes & paupertate desperantes, quidam vero dimicantes & spoliis hostium locupletati, Deo gratias agentes discesserunt. Post hæc scendit ex Boiamundus Antiochenus, & Balduinus Rohiensis audientes ciuitatem Iherusalem à nostris expugnatam, & Christianæ professioni subiectam, nunciis ad se inuicem missis, proposuerant Iherusalem ad orationes venire. Mensa ergo Nouembri dispositis rebus suis quisque, & firmiter munitis, iter arripientes conuenerunt Laodiciam. Erat quippe ibi Daimbertus, Pisanus Episcopus, multiq; alii Pisani & Ravennenses, qui portui Laodiciæ applicuerant; & operiebantur donec mare tranquillum esset, vt Iherosolimam nauigarent. Qui cum Boiamundum & Balduinum per terram proficiendi nouissent, vecturis adquisitis Daimbertus Episcopus cum quibusdam nautis sibi adhaerentibus, illis coniuncti sunt. Erantque simul æstimatissimis xxv. millia, tam equitum quam peditum. Et cum fines Saracenorū ingredierentur, æstimantes vietus venales ibi reperire, nullum prorsus inuenerunt qui eis venderet aut daret, præter Tripolitanos & Cæsarienses: sed eos summo odio habebant, ut pote gentem quæ ad eorum destructionem terram ingressi erant. Unde famine & inopia, algore & inedia saepè contigit eos laborare: hyems enim erat. Patienter tamen omnia pro Christi nomine sustinentes, tandem venerunt Iherusalem: adoratoq; Domino, & Sepulchro eius orationibus & cæremoniis venerato, cùm ingenti gaudio Natuitatem Christi celebraturi, Bethleem venerunt; & nocte Nativitatis Dominicæ per vigilē duxerunt. Deinde Iherusalem regressi cum rege Godofrido & clero & populo in Templo Salomonis congregato, die quadam de statu regni & Ecclesiæ Iherosolitanæ tractantes, Daimbertum illum Pilatum, annuente Boiamundo, in Patriarcham elegerunt, & Ecclesiæ Sepulchri, Ernulpho deposito, custodem præfecerunt: astuentes illum Daimbertū excedere, & toti regno magnopere prefecturum, cùm quia doctus & literis apprimè esset eruditus; cùm quia præesse & professe domi & Ecclesiæ iam diu didicisset. Erat & aliud quo cum magis retinuerunt: Pisanos enim & Ianuenses cum quibus ipse venerat, Daimbertus in sua quasi potestate habebat, ut quicquid ipse vellet, ipsi vellement & facerent. Ideoq; necessarium & valde oportunum Reipublicæ suæ duxerunt, sialem virum haberent cuius industria & solertia ciuitates super mare sitas nauigio caperent. Itaque eo Patriarcha formato, iumentis resarcinatis, & stipendiis pro oportuni munitis, ambo duces, Boiamundus & Balduinus, non eodem itinere quo venerant: metuebant enim insidias; sed iuxta mare Galileæ, per Tyberiadem & Nazaret, vbi natus est Christus, & per Cæsaream Philippi, quæ ad Libani montem sita est, & per castrum quod Balbat nominatur, vbi etiam à Turcis qui habitabant Damasci, insidiati, sed nihil gratiæ Dei læsi, in Syriae fines peruerenterunt. Vbi ergo Syriam ingressi sunt, diuisis exercitiis, Boiamundus Antiochiam, Balduinus vero Edessam ciuitatem suam petiit.

xxxiv.

Elapsa itaque tempore dum Boiamundus Antiochiae omni prosperitate frueretur, omnesq;

omnesq; affines suos aut vi aut obsequenti amore sibi subiugare niteretur, contigit mense Julio *Gabrielem* quendam Armenum, vt se & ciuitatem suam, *Militiam* vocatam, ei traderet atque ditioni eius subiugaret. Ad quam suscipiendam duim Boiamundus cum paucis, nihil obiter timens, proficeretur, circumuentus insidiis cuiusdam Admiraldi Turcorum, *Danismanis* nomine, imprudenter non longe à præfata vrbe captus & detentus est. Ciuitatem verò Militiam, ob idem quia Boiamundum intus recipere volebat, obsidione claudunt: ubi dum federent, diuulgatum est ab illis qui de captione Boiamundi euaserant, & *Balduno* Edeßæ intimatum, quod Boiamundus dominus & amicus eius in vinculis teneretur. Ab ipso quoque Boiamundo clam, per quendam Armenum Balduno nunciatum est circino capitis sui absciso: ut hoc intersigno, ei subueniret. Congregatis ergo *Baldinus* suis, cum Antiochenis ad eum succurrentum properabat. Quo audito, *Danismanis* obsidione prætermisâ recessit, & abiit in regionem suam: Verebatur enim cum Francis configere, nec ulterius eos ibi expectare ausus est. *Baldinus* tamen eum itinere trium dierum persequebatur, sed nihil profecit. Rediens autem de persecutione, ciuitatem prædictam sibi subiecit; & facti sunt amici, ipsi & *Gabriel*.

Et factum est in mense Augusto, postquam *Baldinus* Edeßam rediit, nuncius ei festinus de Iherusalem occurrit, qui nunciauit ei obitum fratris sui *Godefridi*, & regnum sibi hæreditario iure ab eodem fratre dimissum. Obiit enim dux *Godefridus*, Patre Eu- stacio Ida mater principes reges Iherusalem genus, Go- Baldunum. Vrbium ex- terior Flan- dia, Bolo- nia, reges ambos nobis li profapia edidit.
 20 post vrbum captam Iherusalem, secundo anno, quinto decimo Kalen. Augusti: qui *Baldinus* audiuuit, indilatè terram illam quam possidebat, *Balduno* cuidam cognato suo collocans, Iherosolimam petuit, assumptis secum ducentis ferè militibus & septingentis ferè peditibus. Iterque arripiens per *Antiochiam* & *Laodiciam*, & *Gibelum*, *Heracleam*, & *Torthosam* ciuitates, *Tripolim* vsq; peruenit; ibique antè vrbum hospitatus à rege Tripolitano est honorifice suscepitus: erant enim ad inuicem amici rex Tripolitanus & *Baldinus*; pane quoque & vino, nec non & siluestri melle muneribusq; donatus: intimatum est ei ab eodem, quod *Ducach* rex Damascenorum & *Gmahadole* admiraldus quidam, cum multitudine Turcorum & Saracenorū A-
 30 rabumq; ei obiter insidiarentur. Quare, caendum erat ne ex improviso ab eis circumueniretur. Quo audito *Baldinus* hilari vultu animoq; constanti respondit, se neminem timere post Deum, dum tot & tales socios itineris haberet, quot qualesq; suos existimabat; profectusq; inde venit *Berithum*. Non enim longe ab vrbe *Beritho*, xx x v i: sed quasi miliaribus quinque, secus mare trames angustissimus & ineuitabilis erat: quem *Baldinus* nō ignorans, vtpote qui iam per illum transierat, crastinâ au-
 40 rorâ illucescente suos fecit armari, atq; armatos incedere, donet ad illum venirent locum, prætermittens speculatores, qui præuiderent, si quæ insidiæ laterent. Et cum peruenissent ad locum præscriptum, patuerunt insidiæ: & viderunt Turcos hac iliacq; cursitantes, eosq; circumuenire præparantes. Quos cùm cognouissent, confe-
 stim *Baldino*, qui post acies regebat, per quendam eorum innotuerunt: Qui cùm audiret hostes adesse, mox suos diligenter affatus, & in CHRISTO roboratos, atquæ more solito cohortatos per acies & cohortes diuisos, ad bellum competenter ornatos eduxit. Sed quia locus ille hinc mari, hinc rupibus coarctatur, quemque, ordine prætermisso incedendum fuit. Hostes itaq; visis illis, quasi lupi ouibus infestantes, vndiq; profilierunt; atque ex insidiis prorumpentes, feroci impetu nostros aggressi sunt. Nostri verò, primò sustinentes, poste à eos acriter sagittis & telis repellentes, effrenatam eorum rabiem paulisper cohibuerunt. Illi deinde in nostros irruentes, à frôte & vtroq; latere eos coarctare cœperunt: à mari enim, nauibus aduecti, dextrū latus vrgbabant; à sinistra verò, rupibus excelsis capitibus eorum imminebant; à frô-
 50 te quoque, virtute magnâ contendebant. Et sic à mane in vesperam conflictum est; & ceciderunt ex vtraque parte multi, & nostri, quatuvor milites amiserunt. Vespe- igitur adueniente, dimissum est certamen; & ibidem à nostris castra fixa sunt: ne si paulò retrocederent, hostes animosiùs in eos ruerent; totaq; nocte illâ, cibo potuq; tam ip̄i quā equi eorum carentes, excubati sunt. Diluculo autem facto, consilio inuicem inito, aut mori aut viuere destinati, in planum regredi decreuerunt. Collectis itaque sarcinulis, clientibusq; præpositis, milites, subsequendo se & illa tu- entes, in planitie festinavit descendere. Hostes verò tunc animati, per rupes &

colles & angiportus in sequentes, instanter eos infestati sunt. Quidam eorum præcedentes, montemq; quendam, quò nostri tendebant; præoccupantes, iam iam de nauibus egressi, cædem è nostris faciebant: cùm subito nostri calliditate quadam pressi anteā, vt vel sic hostes secum in campum perducerent, clamore repentina in ihsos ruentes, antequam ad naues vel ad montes peruenissent, strauerunt infinitam multitudinem. Illi enim, ex quo militiam nostram gladiis extractis in eos tendere viderunt, statim terga vertentes, per abrupta montium, per concava collium latitantes, alii quoque in præcipitum ruentes, cœlū lepores timidi antè canes, partim ad naues, partim ad montes fugiebant. Nostri in eos irato valde animo intendententes, & pro vita decertantes, quotquot anteite vel attingere poterant, nihil aliud quām vi-tā priuabant. Fugatis itaque D E I auxilio atque prostratis hostibus, ad clientela reuersi sunt, qui interim cum sarcinis in campo eos operiebantur; & inuicem letantes, Deoq; gratias agentes, castra ibidem metati sunt; & cum gaudio, quod habuerunt, epulati sunt, equis, prout cuique possibile erat, cibatis, & somno functi sunt. Mane autem orto, *Balduinus* ipse, solitam amplectens probitatem, antequam de loco illo quemquā suorum mouere permitteret, electis secum paucis ad locum insidiarum usque progressus est, speculari volens, si quid eis adhuc timendum esset. Qui vt omnia quieta atque solitaria contemplatus est, ignem in cacumen montis cuiusdam accendi præcepit. Hoc enim erat signum quod suis fecerat, vt cùm viderent fumum, omnes collectis phaleris subsequerentur: & venientes transierunt quietissimè, ubi hostes vel hostiles turmas prius repererant. Transeuntes autem *Tyrum* & *Sidonem*, cæterasq; ciuitates super maritimam, tandem venerunt *Joppen*, quæ à nostris nouiter hospitata erat: ubi primates Iherusalem, Balduinum operiebantur, quia cum aduentare iam audierant. Quo gaudenter ab omnibus atq;

xxxvii. vnanimiter recepto, perduxerunt Iherusalem. Cumq; vrbi appropinquaret, omnes clerici & laici, tamen Græci quām Latini, Barbari quoque, quia omnium nationum gens in vrbe morabatur, ei obuiam, cum Crucibus & cercis, psallentes, & cantantes, vocibus altisonis, processerunt; & cum gaudio solenniter receperunt, & ad Domini usq; Sepulchrum perduxerunt. Facta autem oratione cum oblationibus vasorum & Ecclesiæ ornamentorum, quæ secum Balduinus attulerat, in regiū palatium deductus; & ab herois & populo gratariter exceptus, nocte illâ securius & tranquilius quieuit, quām fecisset à die qua de Edissa iter agere coepit: erat enim tunc mensis Nouembris. Et quia instabat Natiuitas Saluatoris; & quia ipse *Balduinus* & ipse Patriarcha *Daimbertus* inuicem aliquatenus obliqui erant, propter quasdam suspiciones & populi submurmurationes, de eius coronatione atque regni intronizatione usque ad festum dilatum est. Interim nosse volens Balduinus terram sibi destinatam, volebat & hostes prætentare contiguos. Cùm aliquantis diebus Iherosolimis sc & suos quiete refecisset, resumptis viribus, profectus est *Acalonem*: ubi hostibus extra mœnia ex improviso repertis, intrò fugere coegerit. Denique per aliquot dies regionem illam circumspiendo inhabitans, repperit cauernas plenas incolatum & animalium, ubi metu sc occultauerant incolæ regionis illius cum rebus suis, ne à gente Christiana dissiparentur. Sed cùm nullum eorum de cauernis extrahere possent, ignem in ipsis accidentes, fumo q;ue & calore illos coarctantes, vellent nollent, exire eos coegerunt. Erant quidam, & ipsi latrunculi, Christianis insidiantes, inter Ramulam & Iherusalem: quod cùm à Syris qui intererat, cognitum esset, centuī ferè ex eis capita amiserunt; Syri autem, quia Christianos se profitebantur, illæsi dimisi sunt: Depopulatis itaque & giratis finibus inimicorum, & de Balduni aduentu aliquantum perterritis, consumptisq; regionis illius alimentis, placuit vteriora speculari, assumptisq; quibusdam indigenis, qui de Saracenis effecti fuerant Christiani, loca inculta & remotiora cognoscendibus, in *Arabiā* profecti sunt. Transeuntes autem montana Iudeæ, venerunt in *Hebron*, ubi Abraham cù filiis suis conuersatus est: & prætereuntes eorum sepulturas, descenderunt in vallem *Sodome* & *Gomorræ*, dimisso à leua sepulchro *Loth* fratri Abrahæ. In qua valle nunc lacus est, qui *Mare mortuum* vocatur, constans in longitudine xxvi milia- riis, latitudine verò septem: qui adeò salius & amarus est, vt nec à bestiis, nec ab aubus contingatur; sed nec pīcīs, nec aliqua creatura in eo viuit: ideoque merito *Mare mortuum* nuncupatur. A parte Aquilonis flumen recipit *Jordanus*: nunquā autē seu maris

maris vel fluminis exitus reperitur. Secùs quem lacum, mons æquè salis, naturaliter constans, & saxo durissimus & glaciei similimus est: vnde sal, quod *salis gemma* vocatur, eximitur: vnde incolæ vsum salis habent. Coniicitur ergò lacus bifariè sal-sus: eò scilicet, quòd monti illi semper allidens, saluginem secū attrahit, imbriumq; inundatione, de montis vertice in lacum defluēte, materia corruptitur aquæ: vbi in tantum concuata & profunda est abyssus, vt magni Maris refluxum subtus recipiat. Relicto itaq; lacu à sinistra per terram grauissimam & fructibus palmarū, quos *dattilos* vocant, fertilissimam, interiorem *Arabiam* ingressi sunt. Et pertrans-euntes arduos montes satis horridos & solitarios, peruererunt in *vallem Moyſi*, fru-gibus & fructibus opulentissimam: vbi Moyſes, vt legitur, aquam de petra produxit, & filios Israël inde potauit: vbi etiam nunc fons liquidissimus emanās, homines & iumenta totius regionis ad aquare potest; molendini quoque, si adessent, de torrente fontis illius voluere possent. Ibi prope in montis cuiusdam vertice *Oratorium* est, quo loco dicunt Moyſen & Aaron cum Domino fuisse locutos. Quia ergò vlt̄rā vallē illam terra omnino deserta & incultilis est vsq; in finib⁹ Babylonie, factā ibidem morā trium dierum, virisq; & equis requie & pabulo refocillatis, residuum tramitem resumentes, Iherusalem regressi sunt. Ibiq; aurea corona cum ornamentiis regalibus præparata, *Daimberto* etiam Patriarcha cum Balduino reconciliato, in vigilia Natalis Domini, sicut mos erat, noctem sacratissimam loco Natiuitatis, & ante præseptum illud splendidum, cum ceremoniis & orationibus & vigiliis præcedere, Bethleem omnes conuenēre; *hymnisq; nocturnis* cum Missis pertinentibus ritè peractis, horā diei tertiarā *Baldwinus* in regem à Patriarcha Daimberto coronatus & sublimatus est; & ab vniuersis, tām à clero quām populo, honorificè suscep-tus. Omnibusq; de more, solemniter expletis, eadē die Iherusalem cum gaudio redierunt. Celebratis itaq; diebus Natalis Domini, & pro posse, temporisq; & loci opportunitate festiuè peractis, Rex *Baldwinus* fines regni sui dilatare cupiens, qui ad duodecimum vix tunc miliarium protendebantur, de regni statu & eius amplitudine, hostium affinitate, & eorum vndiq; impugnatione, cum his, qui secum festo interfuerant, disserens, quidque factō opus esset consulens, consilio accepto statuit classem *Ianuensium* & *Pisanorum*, qui Laodiciæ portu hiemabant, vñque dum venirent, expe-ctare. Ea tempestate venerunt de Antiochia legati, missi à principibus vrbis An-tiochiae ad *Tancredum*, cognatum Boiamundi, orantes & deprecātes vt eis & regno Antiochiae subueniret; & vt loco cognati sui, dū ipse in vinculis teneretur, eos tueri & regno subuenire non dedignaretur: timebant enim Turcos & vicinos aduersarios, ne super eos irruerent. Iste *Tancredus* Tyberiadem & Caipham, opida valida, iam à tempore ducis Godefredi subacta obtinebat; & in Iherusalem, Tēinplum Do-mini, & vicum Templo adiacentem iure suo possidebat: sed Balduino regi infestus erat, propter quasdam antiquas seditiones; ideoq; neque regi, neque quis imperio subditus esse volebat. Auditā ergò huiusmodi legatione, dimissis *Caynâ* & *Tybe-riade*, omnibusq; quā sibi iure competebant, secessit in finib⁹ Antiochiae, & loco Boiamundi in regno suscep-tus est. Rex verò *Baldwinus*, munitiones illas ditioni suæ, immò redditibus suis adnectens, postmodum cuidam probo equiti *Hugoni* nomine de *Falcamberga*, possidendas tradidit; & quasi iure hæreditario, in æuū obtainere con-cessit. Erat quippe Martius iam mensis. Interim verno ingrediente tempore, stolus nauium rostratarū *Ianuensium* & *Pisanorum*; de portu Laodiciæ exeuntes, applicue-runt *Oppen*: vbi à rege, qui ibidem eos præstolabatur, cū gaudio magno recepti sunt: Nauibusq; in terram traetis, quoniam propè erat Pascha, Iherusalem profecti sunt. Sabbato autem Sancto illucescente, omnes cum cereis & lampadibus basilicam Sepulchri ingressi sunt. Est enim consuetudo, vt ea die intentiūs & obnixiūs quām aliis diebus Christiani orationibus insistentes, ad Ecclesiam conueniant; & lumen cœlitus loco Sancto dimissum, in cordis sinceritate & Spiritus humilitate, vt decet, tantum & inenarrabile mysterium, suppliciter expectent, & de more percipient. Sed contigit eā diē, peccatis populi exigentibus: id quod nec anteā contigisse memoratum est, nec post accidisse fertur: ignem scilicet illum nec horā dici tertiarā, nec sextā, nec noniā, quā solet adueniens corda hominum laxifi-care; sed nec totā die illā, vel nocte sacratissimā, solito more venisse. Vnde tantus dolor, tantus mœror, tantus timor invaserat vniuersos, quantus à primæuæ

Christianæ religionis temporibus nunquam acciderat: adeò, vt quidam eorū ferè in desperationem corruissent; quidam & de terra aufugere, & ad suam reuerti patriam, vel in exilium proficisci, peccata sua confitentes, promittebant; quibusdam satiùs mori esset quam viuere, mortem quoque imprecabantur, vt vel sic tantum finirent dolorem. Vndique luctus, vndique lacrymæ, vndiq; genitus & pectorum creberrimæ tonsiones, tam intrà Ecclesiam quam extrà resonabant. Nullus erat locus sine miseria, sine angustia, sine lamentabili tristitia. Itam quippe D e i super eos cecidisse metuebant: & qui materialē ignem nō mittebat, ignem sui amoris propter peccata sua amississe mcerebat. Tum Græci & Syri, in lamentationem prorum pentes, flebilibus vocibus, *Kyrieleyson* in excelso fundebant; & genu flectentes, peractora crebris ictibus pulsabant; & iterum atq; iterum *Kyrieleyson* repetebant. Perlectis itaq; dici Sabbati lectionibus, & more solito, Græcē & Latinè alternatim expositis; omniq; diurni officii ministerio peracto, Patriarcha *Daimbertus* referato ostio, solus ingressus est, & lumine non inuenito, egreditur tristis. Deinde post paululum, iterum atq; tertio locum eundem visitans, nullaq; signa luminis in ipsis Sepulchri lampadibus reperiens, prostratus ante sanctissimum Dominicæ Sepulturæ tumulum, preces cum lacrymis & pectoris tonsionibus, diu paumento inhærens, fudit; clero atq; populo interim *Kyrieleyson*, cum cæteris precibus acclamante, atque nuncium luminis Patriarcham expectante.

Patriarcha verò Sole iam ad Occafum vergente, egrediens de Sepulchro, locumq; eminentiorem & sermoni aptum ascēdens, baculum pastoralem in manu sua tenens, innuit populo manu, vt silentiū haberet. Erat enim quiddam perutile & valde necessarium, & præsenti tempori opportunum, quod eis intimare desiderabat: cumq; sacra admonitione de Scripturis Sacris, quibus ad plenum imbutus erat, longum sermonem fecisset, pondus orationis in se finire volens, reum & valdè noxiū corā omnibus se confessus est, multisq; criminibus implicatum à principio iuuenturis suæ, contestatus est; Deumq; erga se offenditum propriis exigentibus meritis, lugubri vultu & voce intonuit: ideoq; gratiam illam quam de cœlis in terram ad consolationem populi sui mittere solitus erat, aut differebat, aut penitus negabat. Depositoq; baculo, & curā omnino se abdicans pastorali, pronūm ante altare se coniecit; & manibus expansis, lacrymas ibidem vberimas fudit. Et omnis plebs vt vidit, simul cum eo lacrymati sunt, & ad terram prostrati, orantes & deprecantes, vt & sibi & ipsis Dominus propitiaretur. Vespere autem facto, omnes discesserunt; & quidam per Ecclesias orando, totam noctem insomnem duxerunt. In ipsa verò Ecclesia Sepulchri nullus remanere ausus est: prohibitum enim fuit, ne quis eā nocte ibi remaneret; sed ianuas clausis, extrā, qui veller, excubaret: & de tanto lumine, populique lassantis & exultantis cæterua, quā quotidie in D e i laudibus ipsa decoratur Ecclesia, sacrâ illâ nocte Dominicâ, tam luminis quam populi frequentiâ priuata est; & ploranti atq; dolenti similis ipsa lugubris transiit, & tenebrae eam comprehendenterunt. Aurorâ subinde crastinâ il lucescente, referatur à custodibus Ecclesia, ingrediente tam clero quam populo; & lumen tunc saltem inuenire sperantes, vñus post alterum limina comprimentes & lampades vndique intuentes, nulla adhuc luminis vestigia in totis lampadibus repeterunt. Referato denique ostio Sepulchri, & tribus Ecclesiæ personis religiosissimis cum *Daimberto* ingredientibus, nihil ibidem repertum est. Tunc iterum mœror & luctus, à clero & omni populo in excelso exortus est, ac si ante nihil luxifessit: hic ploratus & vñlatus multus, ceu *Rachel* cum cæteris matribus defleret filios suos. Rex ipse *Baldwinus* anxius & tristis ante fortes Sepulchri se proiecit; & desolationem populi, sibi & iniuriantibus suis imputabat. Nec enim antea, quam ipse Rex vocatus fuisset, tempore cuiusquam principis ibi dominantis hoc infortunium in Iherusalem acciderat: Quapropter ferè deposito diadematæ regio, principatu & dominio se voluit priuare, nisi à quibusdam verbis consolatoriis mox esset confirmatus. Fuerunt etiam quidam qui coniicerent intrâ se, quemadmodum & regnum & sacerdotium Christiano potiretur imperio, idcirco lumine illo cœlesti non indigere; sicuti eo tempore necessarium erat, quando Turci & Arabes dominabantur in vrbe, qui si non vidissent quoquo anno hæc talia fieri, & Sepulchrum, & eius cultores, quotquot inuenissent Christianos, deleuissent. Hæc & iis similia ad consolationem inuicem quidam ruminabant. Et iam quasi primâ horâ prætercunte,

eunte, quid agant omnes ignorant: scilicet an flentes *diurnum officium*, qui est cantus laetitiae, incipiunt; an omnino sileant. Tandem haec sed sit sententia: quoniam Salomonis concessum fuisse a Domino legitur, ut si quis puro corde orauerit ad Sanctuarium eius, orationesque in loco illo de quacunq; angustia fuderit, exaudiretur in cœlū; ad tēplū Domini processionē fieri instituit. Mox Patriarchā, Cruce Dominicā præcedente, cleroque; fœliciter psallente, Rex & populus ad Templū usque lugubres subsecuti sunt, Græcis interim & Syriis atque Armeniis ad Sepulchrum orantibus, atque *Kyrieleyson* crebrè resonantibus; genas præ dolore, ut mos illius gentis est, laniantibus, atque barbas cum capillis vellentibus. Peracta itaque, ut institutum erat, cum orationibus & psalmis, hymnis & canticis in Templo processione, redeunt ad Sepulchrum. Nec dum valvas ingressi fuerant, cum nunciabatur lumen aduenisse; & lampadem, quæ ante Sepulchrum erat accendisse. Quo audito, currunt festinanter omnes, & reserato Sepulchri ostio, cuius claves in processione delatae fuerant, lumen optatum inueniunt, gratias Deo in altissimis reddunt; accensoque cereo uno lumen effertur, clero & populo intuendum. Tunc omnes proni in terram adorantes, glorificauerunt Deum & sanctum Israël, qui respexerat desolationem eorum & angustiam, nec amouit salutem suam à genere eorum. Indulgentiam eius fusis lacrimis postulantes, humiliauerunt illi animas suas: deinde choro in vocem iubilationis; & laetitiae prorumpente, *Te Deum laudamus* in excelsis, cantauerunt; & cerei omnes per Ecclesiam accensi sunt, & thuribula, thymiamate & aloë adoleuerunt & domus Dei repleta est fumo & odore incensi: & tintinnabula, signaque per totam urbem pulsata, signum noui gaudii & exultationis protestata sunt. Chorus laetus concinit, populus plaudit manibus; & qui anteà lugubres, tristes ferè usque ad mortem extiterant, nunc iubilant Deo clara modulamina, alternatim symphoniam resonante. Græci & Barbari non cessant suo more laudibus altisonis symphonizare, ut meritò tunc completum sit, quod in Psalmo per Prophetam psallitur: *Hac dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea.* *Hac est quippe sancta dies, sanctorum clara dierum.* Nobilis nobilior rutilans diadema dierum. Et ne per singula imoratur, laus Dei in charitate diffusa est in cordibus omniū, per Spiritum Sanctum qui datus est eis: & à summo usque ad minimū nullus in tota urbe fuit fidelis, de cuius ore gloria & laus non procederet. Posthaec patriarchā Daimberto in sede reformato, & ab omnibus communī assensu & voluntate reelecto, rege Balduino coronā & regalibus vestibus ornato; cantore introitum Missæ incipiente, solenniter Missa celebrata est; & deinde Paschalī illa solemnitas, festiū & cum magna reuerentia Dei laudibus est completa: quæ iure memorialis à generatione in generationem permanebit. Peracta itaque solennitate, Rex cum omni militia sua *populi profectus* est, & conuocans Iauenses & Pisanos, iniores nauium duces, statuit cum eis pactum: ut *quotquot urbes aut castra per eorum auxilium subigeret, tertiam partem questus eis concessit, tam de preda & captiuis, quam de spoliis.* Quod ubi ex utraque parte fidei pignore atque iusiurando confirmatum est, proximum oppidum quod Assur nominant, terra marique indilatè cingunt. Quo vindique à nostris vallato, atq; acri inuasione pulsato, hostes de virtute sua diffidentes, deditio magis quam defensioni se parauerunt; Regeque prolocuto, die tertiat cum mulierculis & parvulis Ascalonem petentes, inunionem reddiderunt: qua rex Balduinus de suis munitionibus, confestim *Cesaream Palestinam* adiens, circumdedit obsidione. Est quidem ciuitas haec muro, & situ loci valde valida; sed habitatoribus & defensoribus, haud æquè erat munita: Cùm enim eam obsedissent nostri, & murorum ambitu ita robustam vidissent, primo veriti sunt eam absque machinis impugnare: deinde, morā iam quindecim dietum affecti, dum periuia lignorum machinæ nimis lentè parentur, die quadam Veneris assultu eam impetentes, atque hostes prætentantes, scalis præparatis, probitate mira muros concenderunt festinanter; atque ciuitatem absque machinis sic comprehendenterunt, hostibus cæsis atque captiatis. Admirandum urbis, summumque Pontificem, quem *Arcadium* vocant, rex in parte sua viuos retinuit; & de eis pecuniam magnam habuit. Alii quoque aurum & argentum spoliaque multa repererunt; nec fuit egenis quis inter eos, qui non ditatus esset, pecuniaque repletus. Et sicut ritu Gentilium ius Pontificii, soliumque magnæ structuræ antea in urbe continebatur, ita expurgatis omnibus dæmonum soribus,

ibidem mox à nostris *Archiepiscopus* præponitur & consecratur: fitque de *Idolo*, Ecclesia D E I; de infidelium superstitione, religio Christiana atque fidelium congregatio, ad laudem Domini nostri I E S U C H R I S T I, qui vivit & dominatur per infinita secula. Amen.

X L I I . Tempore illo, congregauit rex *Babylonis* exercitum magnū valde; & misit ut expugnaret Iherusalem & omnes habitantes in ea, & in omni terra Israël, & Francos perderent atque delerent. Cumque *Ascaloniam* venissent, commota est, & contremuit vniuersa terra Israël à facie eorū, & tremuerunt valde. Rex autē *Baldwinus* ut audiuit, quia congregatus est exercitus Gentilium, relictis in Cæsarea paucis adinodum custodibus, cū exercitulo suo properauit eis obuiā ire. Et veniēs Ramulā misit pro eis qui erāt in Iherusalem, & in Ioppen, & in omnibus finibus eorū; & conflauit exercitū suū de vniuersis quos habere potuit; & fuerunt ei ducenti sexaginta milites, pedites verò nongenti. Hostes quidē, sicut ab eisdem captis posteā scitum est, quindecies centena milia equitum, & viginti millia peditū numerauerat: præter clientes qui sarcinas & pecora in victualiū vsus duecebant, qui & illi armati incedebant. Ut ergo Rex *Baldwinus* inter Ramulā & Liddam ciuitates cū exercitu suo consedit; ex improviso præcursoribus hostium, de spelunca nostris se manifestauerunt; & signa bellica ostetantes, belli instantis præsignia dederūt. Mox arma capessunt ceteri; & ad prælium se, quidam animosè, quidam verò dubitanter præparant, utpote diuersarum nationum populus, atque multarum matrum filii, de vniuersis partibus orbis congregati. Iam iamque plus & obsidionibus attriti & fatigati, vnius sententiae aut animi nequaquam esse poterant. Quos Rex languentes atque desolatos comperiens, confessim his verbis piè affatus est: *Eia milites C H R I S T I, expurgescimini, & nolite timere; viriliter agite, & confortamini, sperate in Domino, & estote robusti; & pugnate pro animabus vestris & pro libertate Ecclesie & nominis Christiani.* Neque enim aliud nomen est sub cælo, in quo nos oporteat saluos fieri, cui degeneres isti & inimici D E I viui insultantes exprobant & conuiciantur, & toto aduersantur nisu, confidentes in virtute sua & in multitudo diuinarum suarum: quibus est in derisum C H R I S T I incarnatio & resurrectio, cuius & omnem gloriam vertunt in contumeliam. Eis ergo incredulis, & desperatis, & omnino perfidis obuiam ire ne dubitetis, quorum toties experti estis virtutem & valetudinem; eorumq; multitudinem & debilem copiam ne reformidetis. Mementote quām magnificè nos triumphare fecit semper virtus Aliissimi; quomodo fugabant centum aut minus de nostris, decem millia aut amplius de ceteris aduersariis. In memoriam reuocate diem memorabilem illum, quo aduersariorum tanta multitudo apud Antiochiam ante facies nostras in fugam conuersa est: ubi quosdam vestrum, et si non omnes, complures tamen interfuisse arbitror. Illius saltrem diei meminimus, quo cis Tripolim sic coarctati atque ab hostium multitudine & insidiis circumuenti fuimus, ut nemo nostrum inde evadere speraret. Vicimus tamen per D E I misericordiam & inimicorum superbiam; & nimis elata facultas in manus nostras tradita est: finesq; illorum illæsi penetrauimus. Neque enim hostium numerius, quos hic in iure nostro, & aperta præsertim camporum planicie nobiscum dimicatueros concer-
nimus, illi multitudini compensandus est, qua in angustissimas fauces rupium & maris, si memineritis, & propriâ possessione, nos vallavit. Sed neque militia hac, quam in D E I nomine hic congregata gratulor, illi nostræ, quâ sic victrix extitit, nullo modo comparanda est. Dominus & D E V S noster, ipse magnus & mirabilis est & immensus, ex iunct & nunc & in secula. Sperate in eo gens sancta, congregatio populi D E I; & effundite eoram illo corda vestra. D E V S adiutor noster in aeternum. Nolite desperare de clementia Saluatoris; nec de eius bonitate & auxilio usquequaque dissidatis, dummodo præsertim vexillum Dominicæ Crucis, per quod caput hostis nostri contritum est; per quod caput nostrum triumphauit; per quod denique mors ipsa superata est, ante oculos statui, agmenq; præcedere videritus. In huius præsentia non poterit nobis obsistere hostium fortitudo, seu aliquid eorum machinatio nefanda. Quod si occumbere contigerit, beati erimus, cum ante tribunal aeterni iudicis hoc iudicio præventi fuerimus, omnes præsentati atque in conspectu gloria eius cum sanctis martyribus coronati. Siue enim viuimus, siue morimur, Domini sumus. Accingimini ergo confidenter, filii potentes, filii D E I, milites C H R I S T I; & esto te Athleta D E I patris iniuncti, securi de premio, quod nec oculus vidit, nec auris audiebat, nec in cor hominis ascendit. Ecce enim, in manus nostras se hodie tota victoria contulit. His itaque verbis exercefacti, atque ad bellum animati, proni lignum Dominicum adorantes,

X L I I I .
*Quintum
bollum.*

adorantes, Domino benedixerunt in cœlum, confitentes, *quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* Et clamor exortus est magnus, *D E V S A D I V V A*, ^{Fal. 1c6, 1.} *D E V S A D I V V A*: ita ut mirarentur hostes, quæ esset hæc latitia, bellumque properare flagitabant. Et qui anteā timidi & imbecilles vacillabant, totoq; corde tremebant; nunc robustiores quo quis pugile atque audaces effeūti, vires suas quisque in prælio omni nisu effundere non dubitabant; & per sex cohortes diuisi, ordine solito incedebant. Ecce gens detestanda, atque omni seculo delenda, dextrâ leuaque se effundentes, & ceu copula multa canum lepusculos paucos girando occupantes, nostros statim vndique vallauerunt. Quorum copiosa multitudo, in tantū eos ob-
 10 texit, vt vix alius alium puluere obducto cognoscere posset. Iamq; repulerant, iam iamque quassabant duas anteriores acies, cùm rex *Baldinus* accelerato suę cohortis incessu, vt pius pater filiis suis karissimis in ipso mortis articulo subueniens, ferocissimo ausu hostium, rapidissimæ incursioni rigidus percussor, suorumq; defensor imperterritus obstitit; vibrataq; hastâ, in qua signum pendebat album, Arabem sibi obuium cum equo & faleris in terra prostrauit, ictuque lanceæ equum & sessorem orco legauit, signumque sibi sanguinolētum remansit: & hastili protinus abstracto, ad alios aliosque se cōtulit. Sui itaque resumptis viribus, hostes impetrerent, & crebris iictibus ferire non cessabant: & vbi hostium frequentiam, validioremque multititudinem videbāt, ceu accipiter in avium stipatissimas cæteras se ilicò immerserunt.
 20 Fit fragor & strepitus ingens; tela, iacula, hastæ, cannæ confringuntur, scuta dirimuntur: nec iam vmbro aut galea gladiis resonabant; sed ipsa ceruix denudata, Sole obdurata, nigrior fuligine quasi pelvis percussa, tunnit; & magis iictū quam vulnus veretur. Instant nostri, pes pede opprimitur: subruuntur hostes, proiiciuntur arma, & clamore exerto in fugā vertuntur. Nostri verò à tergo persequentes, cædunt, obturcant, obruunt, & exiguo horæ spatio mille sessoribus equi, mille corpora capitibus priuantur; campus cadaueribus sternitur, & sanguine madefacta rubescit humus: hinc isti fugiunt, isthinc illi cæduntur. Fit strages spectatibus amena, & D E O grata persecutio. Fertur & in hoc prælio de hostibus quinque milia cecidisse. Dux etiā Babilonius, cuius ductu totus eorum exercitus regebatur, cū cæteris trucidatus
 30 inuentus est. Sic à fronte pugnatū est. Verūm posterioribus multò aliter euenisse memoratur: nihil est enim ab omni parte beatum. *Quoniā* in tumultu illo qui XLIV.
 primo belli cōflietu exortus est, pars quædam nostri exercitus, partiū strepitu, partim puluere obstupefacta, & ab hostibus intercepta, miserabile dictu, ita imperfecta est, vt nullus eoru superesset, qui rei euentū anterioribus nunciare posset: Quippe, hinc inde sic erāt hostibus obuoluti, vt nec anteriores postremis, nec postremi anterioribus quicquā subuenire licuisset; sed nec intelligere quid vtrobiq; cōtigisset: vnde factum est, vt ea pars hostiū, quæ sic cohortem de nostris posteriorem cōprehendit, existimans totum belli euentum suis contigisse, nostrōsque omnes periisse, sumptis armis interfectorum *Ioppen* celeriter profecti sunt: vbi nostrorum scuta &
 40 arma ciuib; ostendentes, regem cum suis omnibus occubuisse assertebant, vt hac scilicet fraude, ciuitas eis redderetur. Ciues itaque obstupefacti atq; perterriti grauiq; timore percussi, tristes & gementes, à muris tamē stantes, hostibus obsistere parabant: hostes verò reliqui, die illâ, totaq; nocte subsequenti foris excubantes, vrbē quasi obsidione vallauerunt: erāt enim opinione quingenti, omnes equites. Vt tergò nox incubuit, nec regem nec aliquē de bello redire ciues viderunt, tunc tandem contristati sunt valde, omnino existimantes, vt totus perisset exercitus. Erāt autem vxor regis in ciuitate. Tunc simul colloquētes, & de his quæ acciderant inter se disserentes, communi de consilio legationē *Tancredo* Antiocheno mittere destinauerunt. Mox legato &c naui paratā, scedula sibi tradūta in hæc verba: *Tancrede, vir pre-
 50 cipue, milesq; optime, accipe hanc scedula, quam tibi, qui Ioppen inhabitant, flentes, omniq; auxilio destituti mittunt: quoniam, proh dolor, rex Iherosolimorum Baldinus, contra Babi-
 lonios & Ascalonit, as dimicans, in congressu eorum deuictus; & cum omnibus quos fecū edu-
 xerat, imperfectus est: Iam iamq; obsidioni dediti sumus, & ab ipsis hostibus impugnamur. Ideo ad te mittimus festinanter, orantes ut quantocius genti misera & desolata auxilium pre-
 bens, eruas nos de manib; inimicorum, & à persequentibus nos. Quinimò, si de nobis tibi nulla cura est, tamen miserere Sepulchro Domini creatoris tui: miserere ciuitati Sanctæ Ihe-
 rusalem; nec patiaris eam ab infidelibus occupari: dum tempus superest, nec adhuc diripi-*

X L V. *mur, veni & libera nos.* Dum ergò Ioppitæ sic dolore atque mœrore affligerentur, Rex *Baldinus*, D e i gratiâ hostiū triumphator, & de corum persecutione regnum inter Ioppen & Azotum. gressus, in eorundem castris atque tēntoriis eā nocte dormiuit; & de corum spoliis tam ipse quām omnes sui ditati sunt. Crāstinā illucenti aurorā, quām beatæ *Mariae Virginis* nativitas decorabat, Missā cum matutinis hymnis pro loco & tempore solemniter expletā, collectis sarcinis, iumentisque oneratis, instructi quasi ad bellum (timebant enim adhuc, ne aliquæ laterent insidiae) versus Ioppen regio monente cōrnu, iter agere cōperunt: cumq[ue] Azotum cluitatem quondam Philistinorum nostrū transīsset, subito fūnt eis hostes obuii, qui pridiē, vt dictum est, Ioppen cucurrerant, & certatim ruerentes, ad locum belli properabant, scire volentes cōuentum rei. Videntes autem nostros, suspiciati stūnt primō socios fore suos, vt Ioppitas eūm eis inuadēt; & gratulātes, præcedebant in equis velocioribus agmen. Nostrī verò armati, & quasi ad bellum incedēt; signa & vittas interfectorum hostium in capitibus gerentes, callidè eos primūm intrā se receperunt; ac demum gladiis extractis, quosdam trucidauerunt; quosdam verò præcipitauerunt, & eos & cōquos incolumes retinuerunt. Quod cum persensissest posteri, se deceptos dolentes, protinus diuisi sunt & dispersi; & passim huc illucque per deuia & rura cursantes, in fugam versi sunt. Itaque nostri pōst irruentes atque clamantes, quantum equi eorum pati potuerunt, eos cädendo & sternendo persecuti sunt. Sed quia fatigati de prælio, & vulneribus debiles erant, regressi citius Ioppen festinauerunt: Quos vbi Ioppitæ vrbi appropinquare viderūt, primō rati hostiū réuersionēm, demum signa suorū cognoscēt; cum magna & inopinata lātitia & exultatione eis obuiam eunt; & quasi de morte resuscitatos, gratantes suscepēt. Tunc qualiter ab hostiis sint circumuenti, & de eorum omnium interitu per ipsos hostes conquassati atque desolati; quomodo etiam Tancredo legationem miserint, confessim narrauerunt. Rex autem *Baldinus* audiens sermones huiusmodi, testatus est valde, pro eo, quod morte sua cartam Antiochiae legati erat. Moxque de vita & triumpho & prosperitate sua cartam fieri iubens, quām citius potuit eām per festinum nuncium Tancredo intimauit: Qui cūm iam recepisset primā scedula, & paratus esset cum omni exercitu suo Iherosolimam venire, subito breuigerulus alter sibi occurrens, cartam regis Balduini signo signatam ei tradidit, priori prorsus dissimilem. Quam cūm legisset, & de vita regis, & victoria, & prosperitate dīdicisset, gratulatus est valde, licet eum non dilexisset; & gratias D e o persoluit multimodas, tam ipse quām omnes Antiocheni: & sic de expeditione illa exercitum suum dimisit. Postquam ergò rex ille *Baldinus* requie modicā se suosque in Ioppen recesseret, Iherosolimam profectus, vota & hostias D e o & Sepulchro soluturus: Vbi à clero & populo cum magna reuerentia & processione, Ligno præeunte Dominico ut decuit, & rex & militia sua de triumpho excepti sunt. Et siluit terra Iherusalem octo mensibus bellorum incursionibus. Commiskum est hoc prælium v i i. Idus Septembris, anno tertio ab vrbe Iherusalem capta, Indictione nona. Sequenti iterum anno congregatit exercitum rex *Babilonis* copiosorem priore, & misit in terram Iherusalem. Mense itaque Maio iam mediante, venerunt Ascaloniam, & cooperuerunt faciem terræ circa vrbum, tam ipsi quām iumenta eorū, & camelis sarcinas ferentes, & pecora quæ secum quocunque irent, de mōre cōducebant. Congregati ergò simul fuerunt vigies centena millia equitum, & peditum triginta millia præter clientes & seruientes. Nec morā, ciuitatem *Ramulam* adētentes, confederunt ante eam, & castra metati sunt. Porrò messes quæ iam ad meterendum paratæ erant, circa regionem illam vastauerunt; & quasi ad obsidionem, se circa vrbum effuderunt. Erant autem in arce quadam ciuitatis quindecim milites tātūm, quos rex custodes ibi deposuerat, cum feruientibus & Syris cultoribus agrorum, vrbum & custodientes. Erat & ibi Ecclesia Sancti Georgii propè, miro opere fabricata, muro & turribus benè munita, in qua Episcopus Ramulenſis cūm suis morabatur, quam diruere multoties conati sunt Ascalonitæ: Sed Episcopus eam præsidio suo semper illæsam protexerat: vbi cūm accessissent Babilonii, & vidissent munitionem illam eis impedimento fore, propterea quod in planis sita est, & quasi sibi tuisque insidias reretur, cogitauerunt eam destruere & omnino eam delere: Quod cūm Episcopus comperisset, confessim regi *Baldinu* per nuncium suum intimauit, rogans & postulans,

stulans, ut sibi subueniret. Erat quidem tunc Rex in Ioppen, & erat cum eo Comes *Stephanus Blesensis*, qui cum comite *Pictauensi* & aliis pluribus eodem anno veniebat in Iherusalem: de quorum itinere quantum ad rem pertinet interserendum est.

Eo siquidem anno *Willemus comes Pictauensis* & *Stephanus Blesensis*, qui ab obsidione Antiochiae redierant in patria, & *Hugo Magnus*, qui post Antiochiam capitā in Gallias repedauerat, & *Raimundus comes Provincialis*, qui post Iherosolimā captam Constantinopolim ad Imperatorem se contulerat; *Stephanus quoque comes Burgundię*, multiq; alii nobiles ac potentes viri cū in numero exercitu Romanis fines ingressi sunt; & per terram meantes, vrbes & castra subigendo, Iherosolimam redunt. His itaque obstitit admiraldus *Soliman*, Turcus fortis, & præpotens Gentilis: Cui, ut superius relatum est, Nicæa ciuitas per primos duces huius itineris sublata erat, & Imperatori Constantinopolitano tradita. Qui detrimenti sui non immemor, ut cognouit Francos aduenire, per aspera montium, per concava collum, & rupium, cum innumera manu Turcorum, eis insidias tetendit, & vndeque sagittis atque telis multimodis impetrare coepit. Illi verò huiusmodi incurso-
nibus ignari, diuq; fame & siti & itineris labore vexati, sustinere nō potuerunt eo-
rum cruentā rabiem & importunam inuasionē: quapropter dispersi sunt à facie eo-
rum, & in fugā conuersi: de quibus strages immēta per montes & colles, ceu de pe-
cudibus facta est. Multi etiā fugientes, siti & laboris angustiā perierunt: De mulie-
ribus quæ captiuae abductæ sunt, nō fuit numerus; compluresq; earum gladio pe-
rierunt; viri quoque, ferreis cōpedibus mancipati in seruilem conditionē deducū-
tur; & de spoliis eorum hostes per nefas ditati sunt: Ibi perdidit *Pictauensis* comes
tūc homines suos penè omnes, & equos & mulos & iumenta, & penè proorsus omnia
quæcunq; habebant: ipse etiā vix mortis periculū euadens, cum raro agmine suo-
rum, pede, tādem Antiochiam lugubris peruenit. Misericordia cuius *Tancredus* compa-
tiens cū suscepit piē, verboq; & opere cōsolatus est; quāplures summi viri ac nobi-
les ibi perierunt. Comes verò *Raimundus* per deuia fugiens, cum quadā parte exer-
citū vix euasit; *Stephanus quoq; Blesensis*, & *Stephanus Burgundię*, & *Hugo Magnus*,
& *Hugo Liciniensis* frater Raimundi comitis, cum altera parte exercitus tramite de-
uo Tharsum vsq; peruererunt: vbi *Hugo Magnus* diē vltimum naectus, à sociis sepul-
tus est. Qui cū venirent Antiochiam, alii per terram, alii nauigio Iherusalē profici-
scūt: cumq; ad ciuitatē *Tortosam* peruenissent, quæ secus mare sita est, & à Sarace-
nis incolebatur, vndeque exercitus & terrā & nauigio vecti inuicē se ibi salutauerūt;
& visā vrbis oportunitate, quodd scilicet ad capiendū facilis esset, mox cōsilio inito,
repétito eā impetu vndiq; inuadunt; & celeri assultu terrā mariq; eam coarctātes,
mirā leuitate muros conscedunt, portas cōfringunt, & vrbem ingressi sunt. Sarace-
ni, qui ibi reperti sunt, omnes gladio interierunt; & despoliis eorū paupertatē suam
nostrī restituerunt: deinde iumentis & nauibus stipendio sarcinatis, iter arripiunt.
Comes verò *Raimundus* provincialis in ciuitate Tortosa remansit, & eam obtinuit:
quod omnibus satis molestū fuit, eò quod ipse aditus nossset, per quos trāsitus erāt.
Trāsentes autem *Archas* oppidum, venerūt antē vrbem *Tripolin*, & illic castra me-
tati sunt: vtrā dcinde progressi, *Gibellulum* & *Berithū* ciuitates prētermēantes, vene-
runt ad angustū meatum superiū descriptū: vbi rex *Baldinus* de eorum aduētu non
ignarus, sed ab antea præmonitus, vt eis obueniret, cū caterua militū sollicitē eos o-
petiebatur, vt inde perduceret Iherusalē. Vt ergo Regē viderunt, congratulati sunt
ei, & osculo pacis inuicē dato iocundati sunt valdē: inde *Ioppen* cum Rege profecti
sunt, vbi iā etiam applicuerant alii, qui per mare nauigauerāt. Et quoniā propē erat
Pascha, Iherosolimam omnes festinanter ascenderūt. Qui postquā loca sancta visita-
uerūt, & oblationibus & muneribus suis venerati sunt, solēnitate Paschali peractā,
festiuē Ioppen regressi sunt. Tunc comes *Pictauensis*, quoniā inops & pauper erat,
& hominibus carebat omnino desolatus, nauem consendens, doinū regressus est.
Stephanus quoq; comes Blesensis, & *Iofridus Wēdoniēsis*, & *Stephanus Burgundiēsis*,
& *Hugo Liciniacēsis*, cum aliis pluribus domū similiter regredi cupientes, ventis &
maris se cōmiserunt: sed aurā deficiente, imò obſistente, Ioppen reuerti repulsi sunt.
Ii itaq; ibidē adhuc erāt, quando regi intimatum est, de hostiū inuasionē super Ra-
mulenses. Rex autem *Baldinus*, audiens suos ab hostibus circumuentos, & ad
deprædationem & incendium in terram suam, imò intra castra & munitiōnes suas

XLVII.
*Septimum
bellum Ro-
manum.*

XLVIII.

ipsos hostes ferè progressos, ratos primùm quosdam fuisse præcursoris, qui causa prædæ suæ se anteposuissent eosque facile intercipi posse, confessim equum ascendi, & cum paucis profectus est. Comes tamen Stephanus Bleſenſis eum præmonuit, ne incaute & absque prouidentia & consilio exiret: Cui Rex indignans respondit vel responsum dedit: *quia si ipse & socii sui tunc effent in Francia, tamen ille nō permitteret eos euadere:* & sic cum his qui parati erant, egressus est. Mox Comites præfati, equis & armis mutuò acceptis, cum omni militia sua, quæ illâ die in Ioppen fuerat, subsequuti sunt, Væ diei illi, quæ tot nobiles atque probos viros in interitum & mortem eduxit! Dies illa, dies amara, dies inuisa, & omni ſeculo detestanda, & à memoria dierum ſolemnium penitus delenda. Ab vrbe Iherusalem capta vsq; ad hanc diem non fuit tanta calamitas aut miseria in tota terra Iſraël, nec tanta strages virorum illustrium facta. Heu infortunium! ignari ad mortem progrediuntur: & forſitan iusto iudicio D E I, vt à quibusdam memoratur, id eis accidisse non dubitamus.

*Ottavium
bellum apud
Ramulam.*

Ruebant enim sine lege & consilio, vnuſ post alium quaſi hoedi petulantes, cum ſuperbia & clamore, timore D E I omnino poſtposito, in virtute ſua confidentes; & D E I magnificenſiam, cuius clementiā & bonitate hæc omnia acciderant, ſuis laudibus & artibus attribuebant. Crucem Dominicam quoque, cuius præſentiā hostes conſuñebantur, eā die ſic obliiſi ſunt, vt nullus eorum eius memor eſſet. O cæca atque peruersa humana deliberatio! ô cunctis, de ſe formidanda præſumptio! ô vbiique pertimescendum D E I iudicium, atque eius exoptanda miseratio! neque à quoquam fidele desperanda eſt eius propitiatio. Ruunt, vt dictum eſt, ſine lege, & ſubito ab hostibus dextrâ leuaque circundati, ſine lege pereunt. pugnant tamen virtute ſuâ, atque strenuè in hostes ſe vertunt; ſed diſpari numero & potentiā. Illi enim vix ducenti milites fuerunt; hostes verò, viginti millia & amplius eſtant. Stulta præſumptio, vana oſtentatio, impar conflictus: ſi enim manibus poſt terga reuinctis hostes adueniſſent, equis & armis protecti, ſicut erant, conſtitiſſent, tanta rebellis multitudi, tamen quoque à noſtris formidanda eſſet. Sed futurum eſt, ad correctionem forſan posteritatis, ne ſic insipienter aut temere alii deinde hostibus ſe exponerent. Ergò cadunt noſtri, proh dolor! & ab hostibus vndique cæduntur: fit clatnor, & dira eorum inclamatio noſtroſ attonitos reddit; instant telis & ſagittis: nec parcunt viriſ nec equiſ. Rex itaque videns ſuos hac illacque ſterni, nec iam importunam hostium incuſionem poſſe pati ſentiens; fugam dedecorofam & in honestam ſibi, iam iamque tardā verescens, dum tamen adhuc quoſdam ſuperſtitieſ de optimatibus videt, ciuitatem Ramulam, quæ propè erat, ſi tamen hostium cuneos abrumpere poſſet, aggredi decreuit: vt faltem murorum protectione tuerentur, ne omnes ſimul repentina perirent interitu. Cumque id machinarentur, atque hostes perſenſiſſent, vno impetu omnes poſt eum ruent, ad vſque ciuitatis moenia ultimos cædendo perſecuti ſunt: Rex verò & comites, & alii quoque erant ſuperſtitieſ intra moenia ſe receperunt. Verū ciuitas hæc non adeò erat munita, vt intus tuti ab hostibus protegerentur: neque enim in murorum ambitu confidebant; neque turris illa, vbi custodes prædicti erant, eos omnes aut dimidios capere poſterat. Sed neque præſidium eis aliquod affuturum à parte aliqua exſpectare poſterat: vnde factū eſt, vt nocte adueniente, communi de consilio rex ſolo comitatus armigero, equum velocissimum ascendens, qui præ velocitate Gazela vocabatur, ciuitatem egressus eſt; & ſe tam vitæ quam morti committens, per me-dios hostes contulit, atque montana petiit. Très ſubinde milites eum ſubſequuti ſunt, qui mox ab hostibus intercepti, capite truncantur. Hostes igitur de regi euafione permoti, intempeſtæ noctis silentio equos ascendūt; vestigia eius perſequuntur, atque vias omnes circumquaque ex inſidiis ſe piunt. Rex autē per abrupta montium, per rupium asperitates, deinde per multos labores quaque perlustrās, vt eorum manus effugere poſſet, die tertiā tandem Arſuth oppidum peruenit: vbi nocte præcedente, quingenti ferè hostes ei inſidiati ſunt, & ad muros vſq; progressi, quaſi exploratores in ſpeculis ſe dederunt: qui paulo ante quam rex adueniſſet, inde difceſſerant. Recedentes ergò ad Ramulam ciuitatem, ſociis narauerunt, quia de rege nullum ſcirent rumorem. Tunc ſimul omnes eos qui erāt in ciuitate acriùs perurgētes, vi & timore deditio ni illos coegerunt. Ambo Comites, videlicet Stephanus Bleſenſis, & Stephanus Burgundiensis ibi capita perdiuerunt; Hugo Liciniacensis ſimi-liter,

liter, & *Lydus* Wendoniensis, & multi alii ibidem trucidati sunt; quidam verò in manicis ferreis Babiloniam perduicti sunt: ita ut ex omni militia, quā rex de Ioppen eduxerat, & quæ postea subsecuta cū fuerat, vix tres euaderet, quorū vñus armiger eius fuerat, alter verò *Lictardus*, tertius verò Vicecomes Ioppitarum: ii etiam vulneribus multis grauiter confosci, nocte ac die per deuia montium fugientes, Iherusalem penè moribundi subintrant, atque infortunium quod acciderat, ciuibus lacrimis effusis innotescunt: de rege autem seu viucret, seu vltimum clausisset diem, nullum nouerant dare responsum. Tunc mœror & luctus totam ciuitatem perculit; atque omnes se miseros & peccatores acclamantes, in extermínium & deprédatio-

10 nem se breui futuros esse non dubitant. Episcopus autem Ramulensis, vt audiuit dispersionem huiusmodi, nec sibi, nec munitioni Ecclesiæ confidens, omnibus suis eductis, cùm migrandi occasionem persensisset, noctu Ioppen fugitiuus evasit.

Rex verò, *Arsuth* oppidum ingressus, à suis gaudenter suscepitus est; atque epulis, quibus satis abstinuerat, somnoque functus est. Interea *Hugo de Tyberiade*, optimus miles, auditio quia hostes Babilonii terram Iherusalem ingressi essent, ratu quod regi necessarius esset, si cum suis ad eum festinaret, assumptis octoginta strenuis militibus, ignarus quid regi, suisque contigisset, properabat Ioppen: & ipsâ die ad vesperam veniens *Assur*, regem adhuc dormientem repperit. Nec morâ, rex expergefactus, vt vidit Hugonem, lætatus est; atque animo exhilaratus, ab eodem 20 Hugone viriliter animatus & confortatus est. Mane autem facto, rex scapham concidens, per mare, Ioppen deuectus est, & à ciuibus cum ingenti gaudio suscepitus est: *Hugo* deinde alterâ die eum subsecutus est. Demum Syro quodam ascito, qui montium compendia nosset, legauit eum Iherusalem, vt omnes ad se venire faceret quicunque arma ferre possent: Ille volat præceps sub opaca nocte; & per deuia, hostium vitans insidias, die tertiat Iherusalem peruenit. Cumque de rege innotuisset, quod in columis de manibus inimicorum evasisset, gratias D E O in altissimis referunt; atque ad subueniendum ei, omnes vñanimiter excitantur, & eius iniuriam, D E O præduce, vlcisci assuerant; eademque nocte haud indilatè quotquot arma ferre poterant, iuxta præceptum regis, de ciuitate exeunt: & fuerunt nonaginta milites loricati, alii quoque ferè ducenti: qui totâ nocte migrantes, aurorâ illucescente omnes prope *Arsuth*, hostibus à sinistra parte vitatis, se repererunt; inde secus mare Ioppen proficiscentes, comperti sunt ab hostibus, & quidam eorum ibidem fuisse interempti, nisi iumentis derelictis, mari ad natandum se præcipites dedissent: sicque Ioppen, incolumes peruererunt. Rex autem de eorum aduentu congaudens, impatiens omnis moræ, haud longius distulit negotium suum gerere: & primo mane suos ad bellum eduxit. Ordinatis agminibus, Ligno præcedente Dominico, hostes aggreditur. Illi verò nihil tale opinantes; sed petrarias & machinas præparantes omni studio, vt Ioppen expugnarent: cùm vidissent signa nostrorum procul, admirati sunt valde; & primò hæsitantes, an ad bellum venirent, diu stabant stupefacti: demum sumptis armis obuiari pergunto, & more solito, circa nostros se effundunt, atque sagittis eos primò lacesterunt; dehinc cominus accedentes, gladiis & siccis in eos ruebant. Nostri quidem de ordine suo nil exeunt, sed paulatim versus eos incedentes, & primam eorum incursionem patienter sustinentes; postea grandine sagittarum visibus eorum immissa, acriter eos repulerunt: & pedentim se ingerentes, ubi densitatem multitudinem confexerunt, ensibus cominus nudatis, atque lanceis vibratis, virtute D E O per auxilium sanctæ Crucis cooperante, audacter penetrauerunt: iterumque in eos redeuntes, & D E O auxilium clamore magno inuocantes, & ferire nihil hæsitantes, aciem eorum robustiorem quassauerunt: & collectam multitudinem nefandam, vellent nolleint, fugere coegerunt: qui dorsa vertentes, versus Ascaloniam celerem fugam arripuerunt: nil de eorum tentoriis, vel quæ intus habebant, meditantes, neque de peditibus suis curram aliquam gerentes. Sed qui celeriores equos habuerunt, celerius campum vacuum dimiserunt; & usque dum viderent Aiscalonem, nunquam lora vel calcaria remiserunt. Tantus enim terror intus erat vniuersos, vt existimarent nostros à dorso eos usque cædere: nec securi fuerunt, donec intra mœnia se receperunt. Multi in calore & siti extincti sunt. At nostri eos diu sequi propter equorum debilitatem, & quia pauci erant, non potuerunt: sed in eos, qui adeò celeres equos non habue-

40

50

L.
*Nonum bel-
lium apud
Ioppam.*

DDD

rant, & pedites eorum, qui de campo non exierunt, iniuriam suam ita vlti sunt, vt vix aliquis supereret de eis, qui non vitam cum capite amisisset. Tentoria, stipendia, sarcinas, mulos, equos, asinos, camulos, boues quoque & oves, & vniuersam suppellestilem quam secum adduxerant, tradidit D E v s in manus feruorum suorum; & citati sunt omnes, ita, vt qui pauper illuc venerat, diues domum reueteretur. Et vltus est Rex eâ die de inimicis suis: & per D E i misericordiam & virtutem Sanctæ Crucis, eorum superbiam & elationem ita contrivit, vt longo tempore post, eum inquietare non auderent. Et quieuit terra ab incursionibus bellorum, tribus continuis annis. *Rex* autem cum triumpho *Iopen* regressus est, laudans & magnificans

Psal. 106, 1. D E v m, quoniam bonus, quoniam in secula misericordia eius. Factum est autem hoc præ-

lium, anno quarto ab urbe capta Iherusalem, ad laudem Domini nostri I H E S U

L I. C H R I S T I, qui viuit & regnat in secula. Amen. Verno denique tempore sub-

An. M^o. C^o. II^o. Indi- sequente, cum solemnitatem Pasche ex more *Rex Balduinus* in Iherusalem celebrasset, urbem *Anchor*, quæ antiquitus *Tholomaid* dicta est, obsidione aggressus est.

II^o. Indi- An. M^o. C^o. XI^o. Verum quia muro & antemurali valde munita erat, & sine classe eam vindique co-

actare non poterat, cum sata atque virgalta eorumq; labores exteriore deuastas-

set, domum rediit, differens urbis expugnationem, donec classem *Ianuenium* & *Pi-*

fanorum, quam exspectabat, haberet. Interim tamen fines aduersariorum inuadere & expugnare non cessabat. Et contigit una dierum, dum rex versus *Damascum*, se in

hostiles efferrat regiones, à quodā eum Æthiope in rupe delitescente grauiter sau-

ciari, missili à posterioribus usque in præcordia vibrato: cuius vulneris istum, per

multorum manus medicorum longo post curationis tempore vix euasit, & sospes factus est. Eo anno *Boiamundus* de Turcorum manibus & vinculis, D E i gratiâ,

liberatus est, & Antiochiae rediit: vbi à *Tancredo*, & à suis cum gaudio magno exce-

ptus est. Eo principante Antiochiae, dominatus urbis *Laodicie* et traditus est, quam ceperat Tācredu super Imperatorem, dum *Boiamundus* teneretur in vinculis: Qui

postquam Antiochiam venit, regi Balduino per nūcium innotuit, qualiter liber fa-

tus est. Rex verò ut audiuit, admodum vegetatus & confortatus est & latatus; at-

que D E o gratias pro eius deliberatione reddidit. Posthac sedato hyemis tempore

quod instabat, appropinquante Paschâ, spirante Nostro, stolus *Ianuenium* & *Pisano-*

rum in sexaginta nauibus rostratis, Iopen applicuerunt; & à rege decenter atque

opatō excepti sunt. Statutis deinde pactionibus, atque prout utrique placuit cōfir-

matis, *Tholomaidam* confestim adeunt, & mari terraque eam cingunt: cumq; ciuita-

tem hanc crebris inuasionibus per viginti dies obseident, machinasq; propè mu-

ros iam ingressuri erexissent, Saraceni, qui eā obseruabant perterriti atque coacti,

vellent no[n]t se dederunt. *Ianuenses* & *Pisani*, nostrique, de spoliis eorum ditati

sunt. Nec enim de spoliis rex prohibere potuit, licet multum niteretur obseruare

eos, ne ciuitas ab incolis penitus priuaretur. Et ut vidiit, quia præualuerunt isti & illi,

misit suos in ciuitatē, ut munitiones occuparent, & obtinerent: de præda verò tam

ipse, quā alii locupletati sunt. Erat autē hæc urbs omni populo Christiano nece-

faria, pro eo, quod ei inest portus nauibus aptus, intrā mœnia vtiliter conclusus: vbi

postquam naues ingressæ sunt, quietè ab omnibus ventorum turbinibus & tempe-

statibus, atque piratarum nocturnis incursionibus, omni tempore se continere pos-

sunt: in tota verò terra Iherusalem nullus alias portus inuentus est. An-

L II. no itaq; Dominicae incarnationis millesimo centesimo tertio, ab urbe verò Iherusalem

capta quinto, tradidit D E v s hanc ciuitatē Christianis, atque imperio subdidit Ihe-

rosolimitano; & magnificatus est Dominus in populo suo, & dilatatus est hæredita-

tem suam. Sed inimicus humani generis, quia capit Ecclesiæ, quod est C H R I S T V S,

& nobis insidiari nō desinit, inter Patriarcham *Daimbertum* & Ecclesiam sibi com-

missam dissensionem tantā immisit, odiumque seminavit, ut neque à clero, neque à

rege, neque à populo amaretur; & tanta persona, tanta Ecclesiæ columnæ, tam pius

pastor, & egregius doctor, ab omnibus, proh dolor! ceu lupus inuisus est, & ab Ec-

clesiæ liminibus eiectus, sub velamine quasi Romanæ distinctionis, præidente

Rodberto Cardinali; & *Arnulfo* Sancti Sepulchri Archidiacono, cum aliis comp-

licibus suis annitente, & accusante. Itaq; vir illustris & omni bonitate conspi-

cius, eorum non ferens violentiam, Romanam appellauit Sedem; atque Ro-

manam mox profectus est. Eā tempestate *Boiamundus* ab hostibus circumuentus, &

maxime

maxime ab *Imperatore* Constantinopolitano infestatus, qui etiam iam sibi quatuor abstulerat vrbes, auxilium de transmontanis partibus sibi querere deliberans, transfrerare parabat. Ad quem cum patriarcha *Daimbertus*, quasi profugus & exul venisset, & causam sui itineris exposuisset, pio affectu ab eo suscepitus est; atque sui itineris factus socius, in Apuliam simul transuersti sunt. Dehinc *Roman* profecti, uterque de iniuria sua Papam *Paschalem* conuenerunt: *Boiamundus* enim de principatus sui detimento, quod ab Imperatore suscepérat, insuper etiani de itinere Iherosolimitano, quod idem Imperator terra marique sic occupauerat, ut nemo Peregrinus Iherosolimam ausus iam ire foret, pro se & Peregrinis proclamationem faciens:

10 *Daimbertus*: verò, de iniuria sibi tam ab ipso Cardinali *Rodberto*, quam à rege & clero Iherosolimitano irrogata. Quorum querimonias atque iniurias Papa *Paschalis*, vir summæ discretionis & industria, paternâ suscipiens compassionē, utrique prout tempus & causæ modus exigebat rationabiliter consuluit. *Daimbertum* enim Patriarcham loco suo restituit; *Boiamundum* verò trans Alpes in Gallias & partes Occidentis, ut contrà Imperatorem sibi adiutoria quereret, legauit, atque signiferum C H R I S T I exercitus eum constituit, vexillumque sancti Petri ei tradens, in pace dimisit. Iherosolimis interim, Patriarcha nouus creatur, cui nomen [Er- 111. *naldus*, vel] *Euermarus*, quidam idiota; sed ampla persona & religiosus, ut ferebatur, erat. Hic ab omni clero, & maxime ab *Arnulfo* archidiacono, qui omnino *Daimber-*

20 *to* oppositus erat, in Patriarcham assumptus est: ut ille, scilicet *Daimbertus*, penitus desperaret, nec ad cathedram hanc amplius aspiraret. Hoc totum factum est in praesentia *Roderti* Cardinalis prefati, qui & ipse, ut à quibusdam fertur, ad honorem hunc aspirabat, rege cum optimatibus suis annuente. Vnde postea Ecclesia Iherosolimitana multa incommoda, multas aduersitates, multa detrimenta passa est; Nec immerito: quoniam gregis pastorem vigilantissimum, & totius patriæ tutorem, orphanorum & pupillorum susceptorem, omniumque desperantium consolatorem, imò, ut verum fatear, lucernam ad instar Solis radiantem, sponte suâ extinxerant; & tenebris se, totumque ouile obduxerant, adeò ut totus mundus eis inde obstreperet atque detraheret; multisque importunitatibus & angustiis ob hoc 30 vexati sunt. Interè *Tancredus*, adolescens egregius atque militaris, in partibus Antiochiæ contrà aduersarios sibi affines dimicans, quosdam bello, quosdam vi & ingenio atque industriâ, mira strenuitate subegit. È quibus *Rodoan* rex Galapie, cum eum bello lacefferet, finesque regni Antiochiæ cum multo exercitu iam ingressus foret, ab illo deuictus atque confusus est; & conuersus in fugam, non minimam partem sui exercitus amisit: de quorum spoliis *Tancredus* & sui locupletati sunt. Itemque urbem *Laodiciam*, quam Imperator *Boiamundo* fraudulenter abstulerat, obsidione cingens, vi eā subdidit. His & aliis probitatibus innumeris *Tancredus* præclarus habetur, atque famosus effulget, ut meritò de eo per orbem terrarum fama inuidiosa euolat. Eo videlicet anno quo *Boiamundus* transfrerauit, comes LIV.

40 *Raimundus* Provincialis in oppido suo, quod *Mons peregrini* vocatur, & est situm ante ciuitatem Tripolim, penè senex, & plenus dierum obiit: Cui successit *Willelmus* dictus *Jordan*, nepos eiusdem comitis, qui urbem Tripolim diu expugnās, quoniam valida muro & turribus densis, & ex altera parte mari munita erat, nihil penitus profecit: in posterum forsitan ruitura per alterius expugnationem. Euolu- 1 V.

to itaque tempore trium annorum, *Rex Babilonis* virus suum in Christianos euomens, diutinâ & accuratâ deliberaōne sibi exercitum ex multis nationibus colligens, per ducem militiae suæ, *Semelimich* nomine, in terram Iherusalem misit: addens conditionem ut nequaquam ad se redirent, donec Christianos de vniuersa terra Iuda & Iherusalem deleuissent. Audierat enim quod terra à Peregrinis vacua esset; nec aliquis de transmontanis partibus Iherusalem amplius venire posset, propter Imperatoris & Boiamundi seditionem: omniisque confidentiâ suos illuc dirigebat, ut Christianos quasi inclusos & ab omni ope destitutos omnes comprehendenter, atq; funditus extirparent: Venientes ergò *Ascaloniam*, more solito, tentoria extra urbē in planis figunt, & regionem totam aduentu suo occupant. Erat enim ferè trigies centena millia equites in armis, & pedites innumeri: in quorum auxilio etiam mille Turci Damasceni, sagaces in arcubus & sagittis venerunt. Quod cum regi *Balduno* intimatum esset, congregatis illicò suis, cis obuiam vadit, ut bello cos-

indilatè excipiat; & ante *Ramulam* ciuitatem cum exercitu suo sedet: nec enim verebatur eorum multitudinem, quorum iam toties expertus erat in ualitudinem, atque debilem virtutem. Comperto tandem quia tanti conuenissent, & de regionibus finitimiis ad eorum auxilia copiose confluxissent, cogitauit rex similiter exercitiu suo incrementum dare, & mittes per omnes regni sui fines, acciuit sibi quæcumque potuit habere auxilia: & fuerunt sibi quingenti milites, & amplius quam bis mille pedites. Hostes verò audientes regem cum suis appropinquasse, belloque eos operire, mirati sunt valde: aestimabant enim ut potius fugeret, quam bellò eos exciperet; & gaudentes festinauerunt ei occurrere, ut antè eum in planis comprehendenderent, quam fugam moliretur. Cumque appropinquassent castris nostrorum, 10 figunt & ipsi castra sua ibi propè: & more solito, per centurias & cohortes se vndeque effuderunt, viasque omnes à tergo occupauerunt: ne scilicet quis nostrum fugiens, manus eorum euaderet: bellumque eā die & crastinā fieri distulerunt, ut vel sic tædio nostros affligerent.

L VI.

*Decimum
bellum apud
Ascaloniā.*

Rex autem *Baldwinus*, iterum mittens Iherosolimam, Patriarchæ innotuit diem, quo cum hostibus configere existimabat: rogans & supplicans, vt tamen ipse quam clerici & populus orationi vacarent, & vigiliis & eleemosynis D E V M exorarent, quatinus à gente perfida eos propitiū liberaret. Nuncius festinus tam morti quam vitæ se exponens, per hostium cateruas montium abrupta peruolans, Iherosolimam venit, regis mandata peregit. Audito itaque Patriarchâ hoc rumore, iussit clerum conuenire, & pulsata maiori campanâ populum coadunari fecit in basilica Sepulchri; breuiterque locutus pro tempore & modo locutionis suæ, orationibus & vigiliis atque eleemosynarum largitatibus per illud triduum eos insistere efflagitans, se quoque bello affuturum spondit. Cui mox assentientes omnes, lacrimasque vberes effundentes, * quotquot habere potuerunt, secum proficisci promiserunt. Nec morâ, equos ascendentibus urbem sunt egressi. Et erant simul quinquaginta tam clerici quam laici equos habentes. Vespre autem facto, iter per infidias hostium audacter arripuerunt, & summo mane diluculo ad exercitum peruererunt. Rex autem ut vidit Patriarcham, gauisus est, & Crucem Dominicam ei committens, signiferum belli eum constituit; & sonantibus lituis, hostes aggrediuntur. Hostes iam quidem quasi certi de victoria, partem 30 suorum miserant, loppem alteram quoque partem Ramulam obsidere: visisque nostris ad bellum ordinatè incedere, arma velociter capessunt, & nostris obuiam verrunt: & confessim prælium cōmittitur. Facto itaque utrinque cōcursu, clamor magnus ad astra tollitur, nostris, C H R I S T V S V I N C I T, C H R I S T V S I M P E R A T, C H R I S T V S R E G N A T; clamantibus, & Patriarcha lignum Dominicum præ certis baiulante. Tum clipei & galeæ ensibus resonant, & ferris stridet acumen: instat miles militi, & pro capitibus certatur.

I V I I .

Turci verò *Damasceni* à sinistra se effundentes, sagittis nostros valde infestabant: sed erat valde solarium, quia à parte scutorum eos receperant: iam iamque arcuum officia dimiserunt; & vaginis, ensibus extractis cominus rem agere parabant, cum rex *Baldwinus* extrinsecus cum 40 agmine suo adueniens, suis opitularus est, hostibus illis inox dispersis & in fugam penè conuersis. Deinde alios atque alios instanter appetens, ad multitudinem Saracenorum, Æthiopumque acies suas omnes direxit; atque in eos in ipso impietu ferocique ira, quasi leo in pecudes frendens, omnem vim sui furoris effudit, cuneosque eorum atque turmas fœliciter penetravit atque contrivit; & in fugam in honestam, per vexillum sanctæ Crucis, vniuersos coegerit. Tunc qui equos velociores habuerunt, *Ascaloniam* fugerunt: sed pauci fuerant de Saracenis & Æthiopibus qui equos in illo certamine insiderent: coniurauerant enim tam diu, quam milites se de campo nullatenus fugere, neque pedites dimittere: iamque omnes pariter quasi pedites erant, omnesque pariter confusi atque devicti sunt. Et quoniam 50 fugere non valuerunt, neque nostrorum manus euadere, multi gladio interière, multique viui capti, manibus post terga reuinatis in triumpho ducti sunt. Ibi interfactus est *Gimelwulch*, dux & admiralus militiae Ascalonis. O si viuus captus esset, quot nomismata in redemptionem dedisset! *Semelimilch* autem dux Babiloniae, ex quo viderat cornu suum confutatum, equum naectus, in fugam præcipitem se dedidit; & non Ascaloniā, sed ut rectius potuit Babyloniam tendit. Timebat enim, ne si Ascaloniā ingrederetur, à nostris obsideretur & comprehederetur. Cū eo quidam adhæserunt,

adhæserunt, quidam Ascalonia in subintrant; quidam etiam montana petunt, quorum complures, equos laßitudine affectos relinquentes, vix euaserunt: Equi postea à nostris cum faloris reperiuntur: & sic, Dei gratia, à nostris victoria peracta, ad prædā tandem se effundunt: tentoria hostiū, vasaque utensilia, equos & iumenta, mulos, asinos, camelos, dromedasque, atque infinitam pecuniam ibi tunc inuenerunt. Et glorificatus est Dominus eā die à fidelibus suis, & magnificatus est vehementer; & in ore omnium, laus & exultatio resonabat: & reuersi sunt Ioppen cum lætitia, suffarinati atque onerati spoliis aduersariorum: Vbi iam contuenerant clastes Babylonie, & Alexandriæ, & Damiatæ, & Tripolis, & vniuersorum portuum naues tam rostratae quam onerariae, quascunque rex Babiloniæ imperio suo potuit excitare, plenæ omnes armatorum: ad hoc scilicet, ut cùm exercitus eius ciuitatem Iherusalem, atque terram Iuda, & inhabitantes Christianos penitus delevissent, tunc demum Ioppæ atque alias ciuitates terræ & mari obsidendo expugnarent; atque omnem terram ex omni gente Christianorum, Dei que cultu penitus euacuarent, & expurgarent, atq; imperio Regis Babylonii subigerent: ipsiq; terram & ciuitates posteà possiderent. Sed viso capite Gimelvulch, quod à muris Ioppæ rex *Balduinus* eis ostendi fecit, spes eorum frustrata est; & penitus desperati, in fugâ conuersi sunt. Tunc quidam Tripolim, quidam Alexandriam natigauerunt, & dehinc Babyloniam. Anno igitur Dominicæ incarnationis *millesimo centesimo sexto*, Indictione decima quarta, ab urbe verò Iherusalem capta septimo, prælium istud commissum est, ultimū bellorum. Atque finis hæc est. *Ergo diem belli vobis volo certificare. Versus.*

Iam decies orto Phœbo sub Virginis astro, Cum terram solidâ spectaret imagine Luna. Sexta kalendarum Septembris cùm legeretur. Annuit Omnipotens Francos gaudere triumpho. Tunc fugiunt Arabes, Turci simul, Ethiopesq;. Pars montana petit, remanet pars mortua campo.

Eodem anno quo prælium istud factum est, contigit in vigilia Natalis Domini *terramotus* magnus valde, ita ut omnes qui habitabant Iherusalē præsentirent. Nec non & sydus postmodum *cometa* in cœlo apparuit: quod ferè ab Occidente in ea parte, quā Sol hyberno tempore se abscondit, in Orientem radios suos ad instar telæ lineæ in directum protendens, à mense Februario usque in Martium, per quinquaginta dies aut amplius, crepusculo noctis oriebatur, & usq; ferè in mediam noctem lumine pleno lucebat. Erat autem prima Luna quando primum oriri cœpit sydus istud. Et sciendum est, quia à principio sui ortus tam ipsa cometa, quam splendor radiorum eius, de die in diem attenuatus est, adeò ut in diebus ultimis vix posset agnosci, nisi subtili acuminé oculorum intueretur. Nec multo post, duo orbis in modum Solis, à dextra & sinistra parte huius quotidiani Solis, nec non eius magnitudinis, vel formâ vel lumine apparuere; & ab hora tertia usque ad meridianam fulgebant: In quorum circulis omnium colorum species comprehendi poterant, ad instar yris: & quidam erant maiores; qui intus se cōcludebant minores. Et in sequenti quidem mense mediâ ferme horâ noctis stellæ, quasi de cœlo pluere visæ sunt: quæ omnia licet mortalibus occulta atque ignota forent, actuum tamen futurorum signa aut præsentium siue præteriorum facinorum prodigia erant.

EXPLICIT HISTORIA.

Venerandus Podiensis Aimarus Episcopus Sumpsis curam ab Urbano Domini exercitatus: Boiamundum dux Robertus Wiscardus Apulia Genuit valde potentem ducem Antiochie. Vrbium exterior Flandria Bolonia Reges ambo edidit nobili prosapia. G. Balduinum patre Eustachio Idamater principes Regentes Iherusalem genuit hos nobiles. Fit post mortem Godefridi regis invictissimi, Balduinus frater eius dux rei Iherosolimæ. Pater regum rex Philippus & Robertus Flandria, Orti sunt equipollenter de regali semine. Idamater Karlomanni descendit de genere: Soror ducis Godefridi incliti Lotharia. Rodbertus comes Flandrensis probus miles inclitus; A Turcis appellabatur Georgii filius. Patriarcha, rex & custos Sepulchri, de Flandria; In urbe capta Salomonis obtinenter regalia.

Cuiusprima
nobis perit.

INCIPIT SECUNDA PARS HISTORIÆ HIEROSOLIMITANÆ.



V M audisset dominus *Biamundus*, qui reuersus Antiochiam, to- 10
ti iam vrbi principabatur solus, hominibus Raimundi Comitis de ea electis; & dominus *Baldinus* Ducis Godefridi frater, qui & ipse iam Edessę ciuitatis totiusque confinis trans fluum Eufraten regionis obtinuerat principatum, certis referētibus nuntiis, sanctum qui præcesserat C H R I S T I exercitum, & urbem Hierosolimam D E O se iuuante armis cepisse, & finitimam regionem, hostibus expulsis, magna ex parte sibi subiugasse, & loca sancta latius ad C H R I S T I cultum liberauisse, lætissimi cum suis hominibus effecti, debitas proinde laudes D E O reddiderunt: dignas prospector laborum seruorum suorum, & consummatori C H R I S T O gratiarum actiones deuotissime persoluerunt. Gau- 20
dent omnes, cuncti simul lætantur; Antiochia cum suo Boamundo exultat: Edessa cum Balduino tripudiat; Eufrates vtrisque congratulatur: Tantæ victoriarum participes fiunt congratulando, qui non pugnando fuerant extremi expertes laboris. Erubescit Boamundus cum suis de reuersione; de retardatione Balduinus verecundatur; pudore suffunditur uterque, quod gloriarum suarum titulis supremæ laudis victoria non annumeretur. Quamuis eiusdem fuerit virtutis & cautelæ ad munendas defensandas nouiter expugnatas regiones remansisse, cuius & ad expugnandas præcessisse. Aut nihil enim valuisse, aut parum, de Syria seu Eufrates eiects in Persidam usque Persas expulisse & Turcos, si omnino Christianorum abscessu defensoribus vacuae, reinuadendæ relinquerentur hostibus regiones. Quin potius extreinæ dementiæ fuisse, tot & rants pro reparando in regionibus illis nomine & cultu Christiano labores sudasse & agones, si terras patrias, quas C H R I S T O sanguine pepererant suo, resumendas scilicet relinquerent inimicis. Proinde & in profectiōne aliorum & istorum remansione diuina agnoscat operata esse prouidentia, & ut utroque non homini, sed nominis tuo, C H R I S T E, detar hac gloria. Tua est potentia, tuum regnum, Domine. Tu Hierosolimam cultoribus tuis reddidisti; tu, Babylonios coram ipsis attrististi: tu, nihilominus Balduinum & suos, innumeras Persarum multitudines cum parua cultorum tuorum manus apius inuadentem in Mesopotamiae finibus, sepiusq; vincentem, fugantem, proterentem, confortasti, adiuuisti, magnificasti. Deinde cum cognouissent Persæ, quod & Balduinus & Boamundus Hierosolimam, 40
vt D E O vota sua persoluerent, collegas suas subsequi coepissent, cōglobati rursum Edessenæ regionis partem inuadunt; quos ibi reperissent cultores C H R I S T I, tanquam oves sine pastore, lupinâ rabie voraturi. Contra quos Balduinus cum parua fatis, sed electa suorum turma, subito reuersus occursu, in suis eos castris securos, & nihilominus quam Balduini recursum suspicantes, improvisus repente aggreditur; castra perrūpit, hostes perturbat, expugnat inimicos: alios occidit, alios fugat: sicq; deletis hostibus, & victoriæ potitur, & prædā ditatus optimā, cū suis ad propositum iter reuertitur; Boamundumq; recursum ipsius prope oppidum, quod *Valenium* dicitur, præstolantem breui assèquitur. Applicuerat in portu Laodicensi Archiepiscopus quidam Pisanius, nomine *Daimbertus*, & cum eo Itali plures atque Tusciani: ad- 50
erat & quidā alias de Apulia Episcopus: hii omnes simul fatis amicabiliter glomerati, ad viginti quinque milia tam equitum quam peditum poterant aestimari. Qui omnes Saracenorum fines latius introgressi, impossibile dictu quanta vel de infestationibus Paganorum, vel de cibariorū penuria & homines & iumenta sustinuerint pericula: adeò ut plerique urgente inediâ, equorum vel asinoru, vel & camelerū carnes compulsi fuerint māducere, vt vel ad qualemcumq; cibum proficeret iumenta, quæ ad iter explendū defeciscent. Inueniebantur aliquādo aruidines quædam,

dam, vulgò dicta *cannamela*, de quibus confici aiunt mel sylvestre, vnde & nomen A.D. 1100.
 ex canna & melle compositum videntur habere: has qui poterant inuenire, dentibus ruminandas, propter melleum saporem, ingerebant: plus inde saporis capescentes, quām vigoris. Torrebantur algore hyemis viatores; & imbrū continuatione, tām homines quām iumenta soluebantur. Pleriq; & nobiles viri, deficientibus iumentis, de equitibus pedites facti, cogebantur incedere rescellulis suis sarcinati: & quas gestabant, vt eorum subsidiis vtcunq; reuearentur, earum oneribus nonnulli deficients, penè ad mortem fatigabantur. Sed vincit omnia sancto feruens desiderio C H R I S T I populus, nec cessauit donec perueniens Hierusalem, vota sua Domino reddidit, adorans eum in loco vbi steterunt pedes eius. Occurrunt sibi & quæ præcesserant, & quæ nunc successerant tribus tribus Domini, & verè testimoniū Israël ad confitendū nomini Domini. Occurrit Balduno Duci, dux, idemq; frater ipsius Rex *Godefredus*, seq; inuicem in osculo sancto salutantes, de sua vel hospitate vel laboris tam diuturni, tam gloriōsè consummati prosperitate congratulantur. Consummant desiderium suum simul omnes milites C H R I S T I, loca Sancta circum-eunt, Terræ Sanctæ basia deuotissima infigunt; vixque possunt auelli ab aliis, nisi quod aliorum desiderio & amore alia coguntur deserere. De *Hierusalem*, per uolant in *Betlehem*, reuolant in Hierusalem, de Betlehem, nunc sanctissimi sepulchri, nunc præsepii amore raptati: horrebat adhuc & sordebat aer & terra, fœtore cadauerum recens occisorum: ipsaq; immensitate horroris, quantam populo suo C H R I S T V S præstisset de Turcis victoriam commendabant. Recreatis ibi à tanto vel viæ vel famis labore & hominibus & iumentis, post celebrata in Betlehem annua Natalis Dominici cum summo gaudio solempnia: & memorato superius *Daimberto* Archiepiscopo, Hierosolimis Patriarchâ, electo: quidam quidē cum ducibus Boamundo & Balduno elegerunt Antiochiā redire, quidā vero Hierosolimis remanere, cum rege Godefredo. Anno ab incarnatione Domini, M.C. memorati duces Boamundus A. D. 1100. atq; Baldinus, cùm de Hierosolimis ad sua reuerteretur cù suis, per Galileā venerūt vñq; *Paneadam*: hæc est quæ in sanctis Euangeliis *Cesarea Philippi* nominatur: vrbs in-clita satis, à filiis Dan antiquitus ad radices mōtis Libani ædificata; sed temporibus Augusti seu Tyberii Cæsaris reædificata diligētiū à Philippo, filio Herodis, & Cæ-sarea est Philippi cognominata. Oriuntur ibi duo fontes, quorum quidam Ior, alter vero Dan nuncupantur: horum & fluenta & vocabula sui compositione Iordanem efficiunt fluum, qui exinde vñq; in lacum, qui *Alphatites*, vel potius *Mare Mortuum* dicitur, percurrens, & nominibus perdit & flumen: hîc est lacus, imò tenebrosissi-ma quædam & impermeabilis abysmus, illius Pentapolis vorago horribilis, quæ perditionis impiorum adhuc permanet testis. Dicitur autem *Mare Mortuum* idcirco nominari, quod nihil vivum nec ex seignere possit, nec aliunde forte immisum nutrire. Ita non modò horribili vastitate terra ibi damnata est, sed aqua sterilitate. Nam & solum si qua fortè fructificat, forinsecus & gratum colore, & specie solidū videtur; intrinsecus verò, vel tactu vel gustu probatur inane: ita foris, prætendit gratiam; intus, fauillam abscondit. Terra quondam Paradiso DEI, vt Moyses ipse testatur, persimilis; nunc horroris atque salsuginis effecta, etiam in ipso germine suo existit umbra mortis. Talia perditorum quondam terra, perditionis adhuc præfert signa, vt iussu ipso discant corruptionis & nequitiae sc̄tatores, cui sint fine perditioni mancipandi: quin potius vt pertimescant & desinant ad ea libidinis opera ardere, quæ eos faciant sempiterno igne ardere; caueantq; eo desideriorum turpium fumo fuliginari, vnde *fumus tormentorum* eorum, sicut Scriptura dicit, ascendat in secula seculorum. Sed de hoc sufficiat ista breuiter memorasse: nunc ad propositum re-curramus. Igitur Ducibus præfatis cum comitibus suis ad sua, prius per *Tyberiadam* & dehinc per *Paneadam* reuertentibus, occurruunt cum multitudine grandi de Damasco, nocituri si poscent, qui eorum insidiantes operiebantur transitum, Sarraceni, confidentes plurimum de victoria, prō eo quod inermes & de labore viæ nimis defatigatos illos didicerant esse viatores: & de armorum quidem inopia nō omnino falsa erat eorum suspicio: quia & lanceis carebant nostri; & sagittis parvū abundabat; & arcus ipsi, qui locis illis glutino compaginari solent, assiduis imbribus humectati penè omnes, laxi erant & soluti. De victoriæ tamen obtentu, fefellit hostes militum suorum C H R I S T V S; & de manib; eorum qui iam sibi eos compreh-

hendisse videbantur, sollertia ducum, eos clementer eripuit. Et *Boamundus* quidem in primo agmine, occursum hostium propugnabat & impetus; *Baldinus* verò in extrema parte versutias & insestationes improborum quassabat. Euaserunt tandem periculum illud *CHRISTI* milites, & cuicunque discrimen tam studiosè sibi, tamque feraliter intentatum. Quod in tali articulo euasisse, non minus optabile fuit iam conçusis iamque captis, quam vicisse. Nam & hostibus ipsis non minus ingessit confusionis, in tanta opportunitate obtinendi victoriam, perdidisse quam fugisse. Itaque ipsi videntibus è regione munitionis ipsorum, quam *Balaac* nuncupant, castra sua locauerant nocte illâ Christiani, sequenti die per *Tortosam* & *Laodiciam* transituri: ubi comitem *Raimundum*, quem ibi relinquerant, adhuc repeatentes, sed propter victualium caritudinem & inopiam cum eo diutius remorari non valentes, alter Ducum carnem suis ad suam properauit *Edessam*; alter verò Antiochiam suam cum suis gaudenter ingressus, iocundissime à suis est suscepitus. Vbi cum per sex menses suum, ex more, strenue ageret principatum *Gabriel*, urbis Melitæ primus, per legationem cum eo fœdus pepigit, & sui ipsius & eius, cui præsidebat, urbis ditionem illi pactus: ad quā cum Julio mense, cum paucis pergeret recipiendam, incertum sanè cuius proditoris instinctu, Admiratus quidam, *Danisman* nomine, cum magna Turcorum gente, haud longè ab eadem urbe, insidias proficisciens tetendit: & *Boamundus* cum suis inconsultè prorsus & omnino incaute, quia nimis securè, venientem, vndeque ad eo repente & improviso incursu perturbauit, ut non dico pugnare, sed nec arma pugnaturus corripere quisquam posset. Ita disgregati omnes, & in fugam versi, heu, prô dolor! ludibrio hostibus facti, plurimi perempti, nonnulli capti, paucissimi fugâ elapsi, & arma & castra atque vecturas, cum omni substantia perdiderunt. *Boamundus* ipse comprehensus à Turcis, captiuus abductus, luctum & desolationem per maximam suis reliquit. Qui cum adhuc ante urbem *Melitinam*, quam *Danisman* obsidione cinxerat, captus teneretur, præciso sui capituli cincigno, & Balduino per quandam transmissio, mandat & cum omnibus supplicatione lamentabiliter postulat, ut sibi citato pro *CHRISTI* amore succurrete festinet. Audito Balduinus tam miserabili infortunio, vehementissimè trifitis efficitur: deflet amicum, collegam plangit, communem casum lamentatur. Nec differt heros cordatissimus ad succursum, si posset, amici cum quanto poterat exercitu, iunctis & sibi Antiochenis, properare; seque, pro liberando, si præualet, collega omni exponere periculo. Verum *Danisman*, Francorum sibi concursu prænunciato, eorum veritus animositatem, urbem quam obsecderat relinquit; & insequenti se per triduum Balduino, nullam congregandi copiâ fugitans facit. Ita quasso labore *Baldinus* & sui, dolentes reuerruntur: *Boamundus* verò captiuus, ut dictum est, abductus, diligentissimè custoditur. Regredienti Balduino *Gabriel* occurrit, & se & urbem illi dedens: firmatis itaq; cū Gabriele amiciis, & urbis custodiâ suis Balduinus diligenter cōmendata, Antiocheni quidē orbat principi suo, Antiochiam inceſti redcunt; 40 Balduinus verò, cum Edessenis reuertitur *Edessam*, vbi cū suâ pace gauderet, & aliquātā frueretur prosperitate, germanum suum, ducem videlicet *Godefredum*, vix anno in regno Hierosolimorū explero, cunctis deferentibus nunciis, didicit apud Hierosolimā XV. Kal. Augusti, die in extremū clausissimè; seque ipsum ab omni Hierosolimorum populo regni successore decretum esse, & electum. Dolet quidē de fratri morte Dux, sed de regni decretâ non minus gaudet hæreditate. Itaq; communicato cum amicis cōfilio, terram suam cuidam propinquum suo, comiti scilicet *Balduno* regēdam cōmittit, & custodiendā; ipse verò cū CC ferè militibus, & peditib⁹ D CC. Hierosolimā tendere disponit; & mirantibus multis, & amicis horrescentibus, quod cum tam modico comitatu, tam periculoso iter aggrederetur, per tot 50 hostium regiones transiturus: vnde pleriq; periculis se subduxerunt, pauefacti. Vētum est *Antiochiam*, & inde *Laodiciam*, inde *Gibellū*, deinde *Aracleam*. Cumq; per *Tortosam*, & *Archas* castrum, *Tripolim* vsq; fuisset peruentum, Tripolitanorum rex, nondumq; Christianus, sed Christianis non omnino inimicus, in castris suis Balduino & suis victualia pro munere abundantiter præberi fecit, innotescens etiā ipsis quod *Duchac* rex Damasci, & *Gmahadole* rex Calipti, cum multis Turcorum, Arabum, & aliorum Sarracenorū cateruis, angustias locorum præoccupassent, transitum ope- rientes

rientes Christianorum. Est enim haud longè ab urbe, quam *Beritum* vocant, prope ^{A. Dn.} mare, meatus artissimus quidem, sed ineuitabilis illac viantibus, cuius angustias si ^{1102.}

prius occupauerint viri centum, centum milibus transitū facillimē obcludere possint, montium & maris obiectibus, caueis etiam antrorum vndique muniti. Hunc itaque locum Damasceni præoccupantes & Calipteni, cùm præcurrētes Christianorum exploratores accēdentes ad se statim impugnare cœpissent, qui pone sequabantur ordinato per acies comitatu toto, auxilium eis de cœlo præstari in tanta necessitate deuotissimē precabantur. Nec defuit suis clemens ubiq; bonitas Saluatoris. Nam primo quidem congressū, plures hostium in insidiis suis confestim occisi,

10 alii verò adeo perterriti sunt ut congregi formidantes, pugnam desererent: seque ipsos in caueas antrorum, vel montium angustias receptantes, de prohibēdo potius transitu quām de conflictu agitando curarent. Quod cernentes Christianæ vel dux vel signiferi militiae, eodē quo configere cœperant loco castra locant sua: videlicet ne, si ad modicum vel hospitandi gratiā retrocederent, infraētam hostium animositatem, quasi formidantes, rursus aduersum se concitarent. Noctē illam ferè omnes tam homines quām iumenta, & incibati & sine potu, duxerunt insinnum. Simulabant contra hostes audaciam, sed parum de vita confidebant. Periculorum erat in castris manere; periculosius angustiarum fauces transeundas adire; periculosissimum retroducendo fugitare. Ita cùm neque de fuga consilium, neque spes vlla patesceret de victoria, de salute ferè omnis fiducia perierat. In tanta anxietate nocte illâ in castris suis languerunt Christiani: longa erat anxiis nox, præ acerbitate langoris: sed præ horrore formidatæ, iamq; velut ante oculos positæ mortis non minus timebatur lucis accessus: aurora, quam desiderantes metuebant, illuxit. Consilium vel transeundi angustias, vel quod magis sperabatur moriendi gloriose in bello libratur à primoribus, & ab omnibus firmatur. Collētis papilionibus, seu quibuslibet aliis rebus, onerata iumenta præ se minantes, armati milites ab irruentibus vndique hostibus defensant; gressum versus angustiarum accessum tendunt. Circumuallant gradiantes, & de montibus & de mari concurrentes vndique Sarraceni, clamoribus immensis perstreput, sagittis & missilibus appetunt, gladiis minitairit nudatis; simulq; post tergum & ab utroque latere, velut oues, ad angustiarum fauces eos minabant, vt ibi conclusis pro libitu illudere, atque pessundare sic interceptos valerent. Quod & facerent facillimē nisi pius **C H R I S T V S** & suis in extremo conclusis articulo, tantò mirabilius, quantò insperatus consilium inspiraret, & ministraret auxilium; & inimicis suorum vtrumque mirabilitet subtraheret. Nam cùm inter vociferantes vndique, & gladios suos in mortes piorum impios exerentes, pii & fideles **C H R I S T I** planiciem quandam angustiis illis penè contiguam occupassent, tantam cordibus suorum subito præfens ubique in opportunitatibus, in tribulatione pius **I E S U S** immisit fiduciam, vt audacissimo recursu impetores suos impeterent, conglobatorum cuneos irrumperent, dispergerent; triphariamque disgregatos fugarent: adeo vt effusi nunquam ultra vel resumere vires, vel in aciem se recolligere præualerent: aliis ad montana fugientibus, postremi quique gladiis insequentium trucidantur; alii de præruptis vel scopolis rupium vel montium cacuminibus, in præceps aeti colliduntur; alii in tribus vel scaphis etiam per mare, quām perniciùs possunt, aufugerunt, timentes ne etiam classem sibi possent eripere Christiani. Hoc planè mirabile erat intueti, per marc fugientes se non nisi per terram insectantes: quia non satis sibi fore crederent Christianorum euadere manus, litus deserendo, nisi & fugiendo longius euasiſſent & visus. Quare hoc? nisi vt manifestissimo claresceret indicio, istud non nisi opus esſe virtutis? Quare hoc? nisi vt Christiani & verè filii Israël, suum & terrâ & mari pro se ptignantem videntes Dominum, gratulando concentu clamarent, si *D E V S* pro nobis, quis contra nos? Ecce etenim compleri etiam visibiliter cernebant diuinum illud promissum: *Persequentur quinque de vobis, centum alienos; & centum è vobis decem millia.* Quin potius fugiebant hostes etiam illic, vbi se neminem persequi posse non nesciebant. Tantum cordibus eorum terroris, tantum inualitudinis immiserat Omnipotens, vt pluriſimi paucissimos, sed pios impii, non dicam impugnare, sed nec respectare andarent. Obstupuerant adeo præ formidine & penè dirigerant, vt velut ad quid

^{Rom. 8,31.}^{Lxx. 26,8.}

venissent non aduertentes, proiectis armis, inermes dexteræ & nudas cœrues fientibus obiectarent. Ecce, quo modo vieti sunt, qui se iam vicissim gloriabantur! Vincuntur viatores à viatis, à captiuis captiuitates capiuntur; & ab eis quos se iam vincitos tenere putauerant, vinciuntur, asseruantur, distribuuntur. Postquam itaque ferè toto illo die hostes suos persecuti sunt, ad castra eorum reuersi, & spoliis dictati opimis, armis quoque peremptorum collectis, consultius fore vistum est Duci, ut in quoddam proximum sed vastum castellum secederent; ibique post tantæ cœdis laborem, nocte illâ sub oliuis quiescerent & virgultis. Sequenti die, primo diluculo dux, cum aliquantis de militibus suis, ad angustias iam meatus accessit, explorare per se volens si qui adhuc ibi superessent qui transitum possent prohibere Saraceni. Sed neque in hoc minus quam in ceteris se probauit virtus CHRISTI, quod omnino inexpugnabilem locum hostes omnes deseruerant pauefacti. Quo sollerter satis explorato, iussu ducis commilitones eius ignem accenderunt in cacumine montis: vt viso, sicut conditum fuerat, fumo, qui in castro resederant, omnes subsequerentur. Ita prosperante DEO conuenerunt omnes, & liberam habentes viam, cum omnibus rebus suis transierunt: hospitatis autem prope *Beritum*, Admiratus ipsius, timore potius quam amore permotus, vietualia scaphis gestantibus transmisit. *Sidonii* quoque, & *Tirii*, sed & *Ptolomenses*, transeuntibus prope se, vietualium conuetatione fingebant amicitiam; sed non nesciebantur cor habere nequam. Oppidum, quod *Caiphas* nuncupant, eodem anno ab Hierosolimitis recuperatum, *Tancredus* quidem iam possederat: sed quia iam Balduino maliuolus esse cœperat, nolentibus ad se intrare ciues panem & vinum extra muros vendiderunt, Tancredo, prouidente DEO, tunc absente. Transeuntes autem *Cæsaream Palestinae*, venerunt *Ioppem* ciuitatem maritimam, ibi ducem Balduinum tanquam regem suum Franci gaudenter suscepérunt. Properantibus exinde Hierosolimam, tota simul extra muros occurrit Ecclesia, cumq; latabundo satis processu excipiens usque in Dominici Sepulchri templum cum hymnis & laudibus deducit. Ibi firmatis cum rege, Christiano more, fœderibus, & Rex & qui cum eo venerant, à labore; & Hierosolimorum populus à desolatione principis, DEO & CHRISTO fauente, quieuerunt. Solus Patriarcha *Daimbertus*, cum paucis, huic tam celebri Regis defuit exceptioni: eo quod & Regi, & aliquantæ vel cleri vel populi parti, iam cœperat de quibusdam esse exofus: unde & extra sedem, aliâ versabatur priuatus. Propter quod & coronandi Regem, usque ad sequentem Dominici natalis sollempnitatem, sollempnitas est dilata: simulque vt tunc, sicut decebat, gloria coronæ regalis gloria fieret clamor ex gloria tam glorioſissimæ festiuitatis: pace interim inter patriarcham & regem, inter clerum & archipræfulem tractata diligenter & reformata. Interim rex consilio cum proceribus habito commodum duxit finitimas hostium regiones intrare, & in ipso regni sui primordio Turcanæ feritatis insolentiaz, probitatis suæ, quasi gustum propinare: commodius fore iudicans hostes in terris & vrbibus suis aggredi, quam ad se aggrediendum eis ex dilatione cornua sinere erigi. Elegit itaque Rex cum electa militiae Christianæ manu, primo omnium *Aſcalonitas* expetere, gentem videlicet rebellem semper, & Christianæ pacis æmulam, malignitatis totius aduersus seruos CHRISTI nutriciam, in qua & de qua pululant semper assidua bellorum omnium & laborum fomenta. Quam & vrbem & gentem, sicut de antiquis scriptum est, idcirco credendum arbitror Dominum vel delere vel seruis suis tradere noluisse, vt semper in eis experiatur Hierusalem, & habeant consuetudinem præliandi: ne videlicet per ocium peioribus inimicis deterius impugnentur & expugnantur, moribus viciōsis: vt iuxta dictum illud Satirici quidem sed garriendo „veridici, Seruabat castas humili fortunas Latinas, Et labor in noctes, & proximus Hannibal vrbis; & nostri Hierosolomitæ ex bellorum & laborum assiduitate, & in humiliitate deprimantur, & constringantur in castitate. Minus quippe superbire libet, vbi vix licet viuere: minus delecat fornicari eos, qui assidue timent etiam mori. Bella itaque exteriora, interiorum sunt saepe peremptoria bellorum. Hostes visibiles, inuisibilium sunt vel repressio vel oppressio inimicorum: Proinde contra spiritualia nequitie in cœlestibus, bella Hierosolimitis nostris necessaria semper credenda sunt ea, quæ aduersus carnem & sanguinem, hoc est, aduersus Aſcalonitas, continua sustinent bella. Ante Aſcalonem igitur cum rex Balduinus venisset cū eo quē, CHRISTO duce,

duce, ductabat Christianorum exercitu, agressis aduersus se hostibus tam impetuo-^{A. Dn.}
so restitit congressu, ut statim intra mœnia refugere compulsi, foras crumpere vltorū.
tra non fuerint ausi. Proinde videntes Christiani nullam sibi tunc fieri copiam cō-
grediendi, vicinas regiones perambulare maluerunt, quām ibi frustra diutiū im-
morari. Ob quorum metum, locorum incolæ, & se & sua & animalia intra late-
bras occultabāt cauernarum: E quibus cū fumo speluncarum ingressibus admoto,
cogerentur exire, comperto quod plurimi eorum soliti esse & exercere latroci-
nia in Christianos, & viantibus insidiari, sine dilatione aliqua statim sunt omnes
iugulati. Siris tamen, qui inueniebantur inter eos, ob nomen C H R I S T I, quod vt
10 cunque retinent, parcebatur. Peragratā itaque, & armis atque incendiis totā ferè
illā depopulatā regione, consultum etiam est in Arabiam transire, terrorem vbi-
que spargere, parcere subiectis, & debellare superbos. Transeuntes itaque per montana,
prope ea loca quæ sepulturis Patriarcharum habentur insignia, ventum est in val-
lein antiquitus, vt Scriptura dicit, Paradiso D e i similem; nūc autem, imò satis o-^{Gm. 13, 10.}
lim, vmbram mortis & perditionis: vallem scilicet Sodomorum atque Gomorreorum,
ciuitatum igne & sulphure perditarum; & in locis quibus absorptæ sunt, lacum ha-
bentem, imò abyssum, sicut supra memoratum est, impermeabilem. Quām etiam
Mare Mortuum, seu falsissimum Scriptura nominare est solita, tam pro eo quod nihil ^{10f. 3, 16.}
gignere viuum possit, vel nutritre; quām etiam quod gustum & tactum probetur, su-^{Deut. 3, 17.}
per omnia amara, amarum. Hoc nullum vindique, nisi fortè in subterraneis, habet
exitum; nullum in se flumen recipit, nisi ab Aquiloni Jordanci, vnde etiam lacus
congruè nuncupatur: cuius longitudo in Meridiem stadiis porrigitur ferè septin-
gentis, latitudo verò C L. stadiis pater. Vnde & conuenientius creditur scelestæ
quoddam gentis habitaculum fuisse: cuius impuritatem gentis, cū diuina non
ferendam vtrā iudicasset feueritas, terrā hiatu vastissimo deliscente, & gentem ne-
fariam tortis cœlitus sulphureis ignibus conflagratam absorbente, credendum vo-
taginem illam abyssō, occupante salsuginē, illo fuisse repletam. Hunc itaque lacum
rcx, & qui cum eo erat exercitus girantes, à parte Australi Arabia montana sunt in-
gressi: ac deinde in vallem quādām cunctis terræ frugibus satis vberimam: in qua
30 inuenierunt & eum fontem, quem Sanctus Moyses, iubente Domino, eliciisse fer-
tur de perra virgâ bis percussâ, perenni cursu viuaciter manantem, adeo vt & mo-
lendinos satis volubiles habere possit eius riuus, nullâ vñquam siccitate arescens.
Inuenierunt ibi & Oratorium, quod Sancti Aaron hodieque dicitur, in montis verti-
ce situm, in quo & ipsum & fratrem eius Sanctum Moysen diuinum fertur frequē-
tare solere colloquium. Vtrum autem verum sit quod D e i & Sanctorum germa-
norum ibi adhuc manere, videri, & intrati posse dicitur collocitorium, viderint hi
qui primū talem inde vulgauerint opinionem. Nam nos, quod suum est histo-
riæ, facimus, vel res, vel quæ de rebus habentur opinione, simpliciter referentes.
In valle memorata viualibus cunctis satis opulenta nullum ferè incolarum in-
40 uenire præualens exercitus Christianorum, cū eos vltra procedere non sineret
latissimè patens, vasta nimis solitudo & horrida, redire Hierosolimam disponunt.
Quò cū redissent, de pacificando cum Rege, & Canonicis Sancti Sepulcri, Patri-
archa Daimberto, tractatum diligenter, & efficaciter D e o fauente expletum est: &
de coronando rege apud Betlehem, instante Dominici Natalis die, & tandem ab
omnibus differri non oportere, collaudatum. Causabantur enim quidam non de-
bere ibi coronari regem hominem, vbi constat spinis coronatum esse cœlorum re-
gem: nec debere ab homine præsumi ad insigne honoris coronam, quam C H R I-
S T V S Dominus sustinere dignatus sit ad dedecus illusionis. Sed quid quæso, quid
refert ista causatio? quasi verò non totum nobis cedat ad honorem, quicquid vel
50 opprobrii C H R I S T V S sustinuit vel laboris. Sicut enim mors C H R I S T I, vitæ
nostræ est causa; sic & iuris C H R I S T I, nostri est insigne honoris. An non o-
mnis Christianus, ex illa C H R I S T I corona, genus electum, regale sacerdotium, est fa-^{L. Pet. 2, 9.}
ctus. Nempe ad honorandum potius, quām ad quassandum honorem regium, va-
lere censemus est, quod CHRISTVS Dominus spinis est coronari dignatus. Pro-
inde, quamuis laudandæ humilitatis fuerit quod rex, Dux Godefridus hac consi-
deratione dicitur coronari noluisse, nō est tamen improbandæ rationis fratrē eius
ducem Baldum & inunctum more Christiano à Christianis fuisse, & coronatum.

A.Dni.
1101.

Annus itaque ab *incarnatione Domini N. C. I.* regis Hierosolymorum secundi, videlicet ducis Balduini, primus est. Quem licet in primordio regni sui paucarum urbium possessorem, non numerosâ adhuc militiâ abundantem, finitimatam tamen gentes aggredi verebantur omnino, & metuebant, bellatorem eum strenuissimum esse non nescientes. Qui hoc potissimum dolebat, quod quam vellet copiosam congregare militiam non valeret. Adhuc enim proficiscientibus Hierusalem peregrinis, via satis erat impedita, hostibus portus omnes præter *Iopensem* obtinentibus. Vnde quoque de Occidentalibus partibus difficillimus erat ad Orientales transitus: non dicam defensoribus, sed & habitatoribus adhuc magna ex parte vacua erat regio Hierosolimitana: Eorum quos, ad visitanda & veneranda loca sancta, deuotio Christiana, de transmarinis partibus, per tot & tanta pericula perducerebat, pauci inibi diutius volebant remorari: equi, quos remanentes vel emere possent, vel dono regis accipere, vix poterant inueniri. Vnde vix ultra trecentos milites regia poterat habere militia, quos & ipsos de assignatis sibi custodiis adunare, periculosisimum erat: tum, ne ipsi viatim ab hostibus intercepti; tum, ne vel urbes vel castra reinuaderent hostes, absente, præter mulierculas, omni ferè defensore. Nam pedites, vix ad *Hierusalem*, *Ramulam*, *Iopem*, & castrum *Cayphas* muniendum custodiendūmve, abundabant. Hæc idcirco memorauerim ut aduertant qui legerint ista, vel audierint, quot & quantos labores, timores, angores sustinuerint pro Christo primi*tiui illi terræ vel regionis Hierosolimitanæ possessores: simulq; vt intelligatur, non minus miraculi esse regionem tam amplam, à tam raro vel possessore vel defensore retentari potuisse postmodum, quam primitus expugnari.* Liqueat itaque Christi Domini in omnibus his operatâ dignationem inqueri, ammirari virtutem, clementiam contemplari. Quis enim audiat patriam tantam à trecentis militibus tentari, defensari inter inumeras hostium populosisimasq; nationes, Syriam scilicet, Arabiam, Aegyptum, Persidam, Mesopotamiam; & facile credit? verè incredibile hoc fit, si sola virtus humana pensetur. At verò si Omnipotens, omnia quæcumque voluerit in coelo & in terra faciēs, cogitetur fideliter, & piè agnoscatur, desistit quidem hoc impossibile videri; magisq; incipit esse mirabile: mirabile quidem, sed non miserabile. Nam pro Christo Domino laborare tantò glorioius est, quanto

Psal. 117, 2. beatius: Labores manuum tuarum, quia manducabis beatius es, ait Scriptura, & bene tibi erit: & beatissimus Apostolus, si quid patimur, inquit, propter iustitiam, beati. Proinde & nos cum eodem Apostolo, conuenienter audemus beatificare eos, quos scimus in via & in Terra Sancta innumeros & immensos labores sudasse & agones. Nec Antiocheni eorundem fuerunt expertes laborum, imoq; nec præmiorum exortes, quos ea potissimum desolatio tunc angebat quod capto, ut & superius memoratum est, Boamundo, sine principe vel duce, extra muros vix audebant exire suos: hostium intersuper frequentissimos & excursus tollerantes, & assultus. Quamobrem destitutio ni suę consulentes, *Tancredum* Boamundi propinquum, eodem anno euocauerunt per legatos; & ei tam urbis quam regionis assignauerunt principatum: eo tenore, vt si quando, Deo misérante, Boamundus rediret, nihil ei recuperandum ducatum suum præiudicatum fuisset. Quò cùm Tancredus, vel propinqui amore, vel maioris principatus cupidine, migrare disposuisset, pacificatur regi Balduino, & castri sui Cayphas, & urbis Tyberiadis eius fidei tradidit dominatum. Eodem anno Ianuenses Itali cum numerosa satis classe Laodiciæ hyemantes, verno tempore subsequente, Ioppem usque nauigauerunt: ibique nauium in portu firmatâ statione cum Rege, qui eis occurrerat iocundissime excipiendis, Hierusalem usq; profecti sunt. Vbi cùm Paschalem celebrassent sollempnitatem, reuersi Ioppem cum Rege fœdus inierunt huiusmodi: *Vt simul ad expugandas hostium vel urbes vel castra procedentes pecunia quidem primam & secundam partem rex, & sui haberent; Ianuenses vero ter- 50 stiam, cùm uno in castro vel urbe capti a vicis semper obtinerent.* Taliter utique fœderati, primò omnium oppidum Peregrinis Sanctæ viæ infestissimum *Affur* videlicet obfederunt, à Godefrido rege obfessum nec captum. Quin potius centum fermè de Francis, ibi Rex præfatus amiserat, de turre lignea muro iam admota quidem; sed præ ascendentium nimietate confracta frustatim, in terram elisos. Quorum alios, videntibus & dolentibus Christianis, crucifixerunt statim Sarraceni; alios sagittis, alios aliis patibulis interfecerunt. Huius tam crudelis in collegas parati piaculi non immemo-

immemores qui rege Godefredo fuerant Christiani, tam ardenter ad expugnatio- A.D. 1101.
nem conuenerunt impiorum, ut eos ad resistendi desperationem compulerint, to-
tis licet viribus se defensantes. Scientes itaq; se nec resistere diu posse, nec si cape-
rentur meritas & poenas & mortes euadere, de dedendo regi castro, si sibi vita con-
cederetur cum pecunia, cœperunt per legatos tractare. Librato itaque rex cum
Ianuenium consulibus consilio, visum est bonum omnibus, si sine discrimine ob-
sidentium, Peregrinorum quoque Christianorum tam grande remoueretur peri-
culum. Itaq; indulgetur opidanis vita cum rebus: castrum receptum diligēter mu-
nitur, impiis eiectis inde, & Ascalonam usque cum suis omnibus deductis. Inde ad
 10 *Cæsaream* urbem Palestinæ munitissimam obsidio transfertur. Cæsarienses obsessi,
obsessores irrident; conuitiis lacestant & maledictis, de muris & propugnaculis suis
plurimū confidentes. Iussu regis machinæ parantur, muris ad mouēdæ scalæ plu-
res deferuntur; fabricatur & turris lignea de malis nauium, satis excelsa, murorum
altitudinē viginti cubitis transcendens. Prægrandes muro annisu lapides torquentur
in arces; turrium solida crebris ictibus quassantur; nihilq; quod ad expugnandos
impios credatur valere, intentatum relinquitur. Nec minor obsessis inerat se
defensandi solertia: non die, non nocte quiescunt: semper inueniuntur resistere pa-
rati: quindecim diebus impugnatur assidue ciuitas, nec capit. Pertæsus tam longe
obsidionis Christianorum exercitus, erubescit sibi & indignatur, quod ad obsidē-
 20 dum fortiores sunt impii & blasphemati, quām ipsi ad insistendum. Cohortantes ita-
que se inuicem, & alterutrum & verbo & exemplo prouocantes, correptis armis,
ausu & impetu mirifico conuolant ad murum, scalas suberigunt, scutis capita testi
conscendunt; gladiis & lanceis obuios hostes in ipsis murorum propugnaculis ag-
grediuntur, alios trucidat ibi, alios præcipitant: Scandendi post se & viam liberā fa-
ciunt sociis, & iam ex æquo cū hostibus decertant. Fit iā Christianorum murus, qui
modò erat Sarracenorū. Deturbati è muro, ad munitiora fugiunt illi perniciter; sed
ipsi perniciùs insequuntur. Densantur fugientes; & dū alius alium præcurrere ad la-
tebras gestit, se ipsi præpediunt, vt latebra quæ posset alicuius esse, sit nullius. Con-
globantur super corruentium aceruos cateruæ percussorum; simulq; tanquā tritu-
 30 rantes in area triticum, indiscretā omnes cæde trucidat; nec sexui parcitur, nec æta-
ti, vt ira Dei in blasphemos cōpleretur. *Admiratus* vrbis & *Archadius*: sic enim suum
Sarraceni vocat Episcopum: comprehensi, & ante regem adducti, viui & vinclati iu-
bentur asseruari, pecuniæ credo spe potius, quām miserationis affectu. Qui viui cō-
prehendebantur prius pugnis colla percussi, Bizanteos intra ora in gingiuis occul-
tatos, euomere cogebantur. Quos qui non euomebant, trucidati congregabātur in
aceruum, & cōburebantur, ne vel aurum ab improbis glutitum perderetur, vel cor-
rumperetur aër fœtore de cadaueribus exalante peremptorū. Consueuerunt enim
peſſimi, cùm se iamiamq; morituros præudent aurū sic transglutire suum, aut intra
ora abscondere, victoribus eo modo & in ipſa morte inuidentes. Fœminæ quoque,
 40 impudentiūs & turpiūs quām eloqui deceat, intra se celatos nudare aureos moritu-
ræ cogebātur. Ita deditis morti Cæsariensibus ferè cunctis, per pauci de vtroq; sexu,
siue ad efferenda congerendā peremptorū cadauera; seu ad seruitutē, venales fu-
turi, referuati sunt. Iam verò capti vrbe, quanta pecuniæ copia, quanta victualiū o-
mnium abundantia, quot & quanta & formā & materiā præciosa vtensilia reperta
sunt ibi & congesta, æstimari non facile, necdum enarrari potest. Quod ex eo satis
pensare licet, quod plures prius pauperes, exinde facti sunt satis locupletes. Expug-
natā vrbe Cæsareâ, & custodiendā prudentibus & strenuis viris cōmendatâ, audi-
tum est, & cunctis referentibus nunciis approbatum, *Babilonios* apud *Ascalonā* con-
gregatos bellū Christianis parare. Propter quod & Rex & exercitus Christianorū,
 50 *Ramulam* ciuitatem Lidæ proximam adire festinauerunt; & se, ad excipiendū quod
sibi parabatur bellum, præparare. Quod scientes Babilonii, distulerunt callidè pa-
ratos adire; se potius adiri prope mœnia sua, & intra aggeres suos præstolates: vt vel
vincere faciliū possent, vel vieti in munitiones suas se se receptare: quorum callidi-
tate compertā, Christiani calliditatem calliditate simili deludere maluerunt, quām
innumeros pauci, munitos immuniti expetere. Tandem, vidētes Ismaēlitæ suam sibi
calliditatē nil valere; & moræ & inediae pertæsi, alii alibi sunt dispersi. Quod rex &
sui cognoscentes leti & alacres *Iopem* redeunt, CHRISTVM Dominum super omni-

EEE

A. D.
1101.

¶ Pa. 4, 1.

Luc. 12, 32.

bus quæ sibi præstitisset bonis, collaudantes. Verum post duos menses cùm intimatum fuisset regi, aduersarios suos iteratè contra se animositate, Ascalone esse congregatos, congregat & ipse apud Iopem quantum præualet excricutum: ducentos scilicet & sexaginta milites, & pedites nongentos: cum his contra vndecim millia militum & viginti peditum millia pugnaturus. Quis audiat hoc, & non horrefcat? audacia est ista, an fiducia? temeritati hoc ascribetur, an fortitudini? hoc etenim videri possit, non pugnare velle, sed mori. Ita plane est: parati erant mori: sed pro eo, qui pro ipsis mortem dignatus est pati. Non ergo audacia erat ista, sed fides; non temeritas, sed charitas: CHRISTO etenim, ut Apostolus dicit, *passio in carne*, & ipsi simili cogitatione armabantur. Vnde & ipsum, in quo passus est in carne CHRISTVS, secum detulerunt salutis Lignum; singulare, immò totum de eo habentes solatium. Proruunt illi de Ascalona; isti de Iope procedunt. Cumq; sese iam inuicem contuerentur, ordinatum Rex per sex acies exercitum suum, his eos affatur alloquii: *Eia, milites CHRISTI, videis quod de tam longinquis regionibus per tot & tanta mari & terre pericula quæsistis; venisti sponte offerre animas vestras, pro CHRISTO, discrimini: inuenisti, ad quod venisti. Non respuat ignorancia, quod deuotio sancta quæsuit, & tandem inuenit. Pro Domino pugnaturi, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Potens est vos salvare Omnipotens: dulcissime eius promissa recolite semper, & menti infigite, quibus & paucitatem vestram & paupertatem benignissime consolatur, dicens: nolite timere pusillus gressus, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Si sola regis terreni, vel stipedia cogitaretis vel donatiua, merito trepidaretis, vel vinci vel & mori formidantes. Optaciū debet videri pugnaturo, mori, qui sciat ab eterno rege regnum paratum esse aeternum morieti. Siue moriamur in bello isto, siue euadamus, de victoria dubitare non possumus. Si vinci vide mur impiis & insipientibus, coram eis moriendo, ad CHRISTVM, gaudium nostrum, venientes, de diabolo & mundo melius triumphamus. Si vero, quod sepe fecit CHRISTVS noster, & hic corpora nostra seruare voluerit, & de inimicis his victoriam præstare, minus quidem interim glorioserimus, quam si moriamur sed tamen magnum nomen, ultra nomen magnorum qui sunt in terris, nobis, CHRISTO Domino donante, comparabimus. Defuga, nullus cogitet unquam: quia longè nimis nostra nobis Francia abest. His & talibus à rege dictis, accensi omnes ad pugnam procedunt, congressum ultra differre non scerentes; reboant tubis, & simul omnes, *EIA, DEVS, AD IVVA NOS!* conclavant: Immergitur se latissimis confertissimisq; hostium turmis, obuios quoque sternunt: nec imbellies omnino inueniunt hostes; immò vero, totis sibi viribus obstantes. Nā duas quæ precesserūt acies obtegunt, multitudine nimia & perie funditus consumūt. Corruunt multi de Christianis, vulnerantur plures: impetus sustinent improborum; vicissimque eos impetentes, viriliter rettuscedere compellunt. Rex qui in postrema parte cum sua acie subliterat, ubi densiores vidit hostium cohortes, acciurrit; totumq; se de rege in militem transferens, alios lancea in terram deturbat de caballis; alios ense dimidiat in sellis. Conuocat suos, instantes confortat; & eis animatis in aduersarios excurrit. Crucem Dominicam præferri semper, & in ora impiorum inferri facit: vt cius præsentia, & roborentur ferui Crucis, & inimici confunderentur. Quis virtutem, sicut dæmones, ita & dæmonū satellites, diutius non sustinentes, pauore subito cælitus sibi immisso, infugam versi, fe ipsi impellere cooperunt, & alii super alios corrueunt: infistunt fugientibus insequentes, & quos consequi præalent, omnes prosternunt. Qui cum rege erant, omnes in ferrum riuunt, ipso præ omnibus fortissime, & fugante fugientes & prosterrente. Vociferantur omnes, & confusis clamoribus ipsum pulsatur cœlum: fragor nimius vel de collisionibus armorum, vel de illosionibus cassidum resonat & gladiorum: plangores & vulnus vndiq; vel morietum audiuntur vel vulneratorū. Ita quidē ex ea parte, quæ salutiferū Crucis Dominicæ lignum delatū contra hostes fuerat, & illatum; & victi & vsq; Ascalonē fugati sunt inimici, Rege cum suis vel potius cruce CHRISTI in sequente: adeo ut dux ipse Babyloniorum inuentus postmodum ibi sit mortuus, in medio quinq; miliū mortuorum. At vero ex alia parte, vnde crux CHRISTI remotius abs fuerat, peremptis magna ex parte quos obuios habuerant Christianis, Saraceni Iopem usque procurerunt; & nescientes vel fugam suorum, vel nostrorum victoriam ignorantes, iactabant se & Regem & Christianos omnes in bello occidisse, in argumentum mendacii sui arma pereiuptorum Iopitis, de muro cernentibus, ostentantes. Dolēt illi*

illi vehementer; nec tamen insultantibus urbem, sicut frustra sperauerat, illicò red- A.Dni.
1101.
dunt: exspectantes si forte tristius aliquid vel letius de bello possent audire. At verò 1101.
Rex cum suis à persequentibus hostibus regrediens, quia Iopen peruenire non pos-
set, eadem nocte in ipsis hostiū tentoriis, quæ fugientes cunctis vietualibus plena
reliquerant, cùm requieisset, sequente die Missā de nativitate gloriosæ Virginis
Mariæ ibidem celebratâ, *Iopen* reuertebatur, iumentis de rerum in tabernaculis ei-
dem inuentarum multiplici copiâ onustatis. Occurrunt reuertentibus Iopem, ab
Iope reuertentes quingenti Arabes: illi qui illuc pridie precurserant quasi victores,
ornati satis pomptaticè armis Christianorū in campo pugnæ collectis, minantes &
1 o aliquantam quam circa Iopem rapuerant prædam. Suspiciabantur Sarracenos po-
tiùs quibus obuiarent, Iopem, sicut & ipsi fecerant, adire volentes inuadēdam: vn-
de non solum securi, sed & gratulabundi occursabant. Verùm Christiani priùs eos
cognoscentes in securos celerrimè irruunt; prosternunt alios, alios in fugam versos
insequuntur. Nam resistendi nec ad momentum constantiam habuerunt inimi-
ci: ita dispersi, citissimè quò quisque potuit diffugerunt: C H R I S T O ita videlicet
disponente, ne qui partem suorum vicissent, non nisi victi redirent; vtque tanta vi-
ctoria non nisi Dominicæ Crucis virtuti videretur assignanda. Non tamen diutiùs
2 o fugitantes insecuri sunt Christiani, vel pridiano labore vel vulneribus fatigati. In-
terim nocturnâ fugâ elapsi, Iopem per diuerticula venerant de bello Christiani:
nunciantes, quod & ipsi verum putabant, regem cum reliquis omnibus Christia-
nis in bello interisse. Dolent Iopitæ omnes; & præcipue regina usque ad mortem
contristatur. Scribunt ad *Tancredum*, per quēdam cursum marinum: & cum sup-
plicatione omni lamentabiliter implorant, vt cōmendato alteri Antiocheno prin-
cipatu, populo succurreret Hierosolimitano periclitanti, iam iamq; rege, cum suis,
in bello ab Ascalonitis Babylonisq; imperfecto. Dolet Tancredus commune in-
fortunium; & de ferendo, quod petebatur, populo D E I satis anxiè tractat auxilio.
Cursus quidem talia deferens abcesserat. Superuenit eodem die rex cum exercitu
residuo; & falsis rumoribus asperam Iopitis, tristitiae & doloris nebulam, præsentia
suâ detersit. Scribitur & Tancredo per alium de prosperitate legatum; vt anxietas
3 o priore nuncio delata, posteriore superueniente pelleretur. Inde *Hierosolimam*, cum
læticia magna redditum est; & Crux Sancta in loco Sancto, & honorifice suscep-
ta est, & locata. Hostibus, D E I fauente, ita repulsis & repressis, secuti sunt octo men-
ses bellorum turbinibus immunes. Anno M. C. II. auditū est Hierosolimis rur- A. Dni.
1102.
sum *Babylonios*, ad viginti milia equitum, & peditum decem milia, apud *Ascalonam*
cōuenisse, à rege Babilonis missos: exceptis clitellariis, qui camelos, asinosq; victua-
libus onustos minantes, clauas simul & missilia manibus ad pugnā gestarent. Hi o-
mnes de Ascalona simul egressi, primò *Ramulam* adeūtes, messes quidē iam maturas
vastant omnes, castris suis prope urbē locatis. *Episcopium* quoq; urbis munitissimū,
iuxta S. Georgii Ecclesiā situm, expugnare aggressi, cùm non præualerent, ad expu-
4 o gnandos arcis Ramulanę custodes, quindecim videlicet milites recurrent: id circò
maximè eos habentes exosos, quod prædones Ascalonitæ, eoru occisibus crebris,
nō sinerentur liberè quò vellent procurrere. Episcopus itaq; & sibi & vrbi cōsulere
volens liberandæ, tē Regi, Iope moranti, legato currente innotescit, succursum ce-
lerē anxiè satis implorans. Erant tunc cū rege ibidē quām plures clari & nobiles vi-
ri, *Stephanus* Comes Blesensis, *Stephanus* quoq; Comes Burgundia, *Gaudifridus* Vin-
docinensis & *Hugo* Liziniacensis Ramundi Comitis frater. De quibus, licet hīc nimis
longa retro series sit, nō incongruè tamen repetendū videtur, quod hi omnes & cū
eis *Hugo magnus* & *Guillermus* Pietauensi Comes, primā quidē profectione Hieru-
salē cum aliis, tendentes, Antiochiā usq; venerant: sed inde alias aliā occasione, viā
5 o nundū expletā, in terras suas redire volentes, * usq; in extremas Romanę partes de-
uenissent quā plurimis peregrinantium copiis comitatā. Vbi obſidente Solimano
Turco, Niceæ sibi per eos ablatæ nō oblitio; vel potius iusto iudice D E O, ignauia co-
rū puniente, qui bonū & sanctū non impleſſent peregrinationis sanctę propositum,
cūm centū millia tam equitum quām peditū ex eis variis mortibus disperſerent, qui
potuerunt euadere rursus Antiochiā post multa & maxima dispēdia redire cōpulsi
sunt: *Hugone Magno* Tarso Cilicię prius defuncto. Cumq; *Tortosam* usq; veniſſent qui
terrestri itinere Hierusalē tendebant, parte non minimā per mare eunte, Tortosam

quidem terrâ mariq; expugnare aggressi, urbem captam *Raimundo* Comiti, ibi malenti remanere quam Hierusalem, cui capienda probè satis interfuerat, dimitten-tes, alii *Hierusalem* primò tunc venerunt quæ Domino voverant, ipso disponete, tali ordine complēturi: Quorum rex *Baldwinus* aduentum audiens, ad angustias *Beriti*, de quibus supra satis dictū est, eis occurrerit: septendecim diebus ibi eos præstolatis: ne, præoccupato à Saracenis calle angusto, non possent transire. Exceptis ergo ibi secundæ illius profectionis Peregrinis, & Hierusalem ad loca sancta cum gaudio & lætitia deductis, Iopem cum Rege plures eorum redierunt, ventum oportunum ad nauigandum in Gallias plurimi præstolantes. Cum itaque ibi essent cum Rege, quando ei de succursu Ramulanis ferendo Episcopi delatio delata est: correptis rex armis, inconsultè satis, & nimis intemperanter equum ascendit, nemini quicquam, nisi ut sequerentur, loquitus. Reboant buccinæ, litui concrepant, Regem, qui possunt vel volunt, subsequuntur, quod nesciret præcurrentem. Confidebat si quidem nimis de probitate sua: & qui de Deo solo in talibus deberet, de se ipso omnino temerè præsumebat. Punta est grauiter eius temeritas, Deo qui superbis resistit ei resistente, in eo qui non, ut solebat, extiterit vicit; sed vix euaserit: & primò quidem rapidis cursibus usque ad alienarum castra currere non ces-sans, cùm ea sicut erant, latissima consertissimaque prospexit, pauore perterritus nimio, totus infremuit, dolens vehementissimè, & serò temeritatis suæ pœnitens: in eum detructus necessitatis articulum, ut nec redire Iopem posset, ab hosti-bus visus & penè iam circumseptus; nec penè solus contra tot hostium milia pu-gnare. Respiciens tamen ad suos qui vix ducenti milites eum consequi potuerant properantem: *Age, inquit, ô fortissimi milites CHRISTI: quia in hoc deuenimus ut pugnam vitare nullo modo possumus, pugnemus viriliter; nec, ut solent mori ignari, moriamur: scientes quia siue vivimus siue morimur Domini sumus.* His dictis in hostes se, audaci satiis impetu, omnes ingetunt; sed vndique girantibus Turcis obiecti, parum proficiunt. Corruunt plures, plurimi tamen hostium prius perempti: tandem qui supererant, morituros iamque se non dubitantes, nisi sibi consulere fugiendo possint, pondus belli interim declinantes, cursu rapido se in *Ramulam* intru-ferunt. Rex autem, & qui latus eius nobiles atque fortissimi pugnatores ambie-30. bant, cùm similiter posset, *Ramulam* ingredi noluit: mori malens, quam ibi con-cludi. Adiunctis itaque sibi vix quinque militibus, ad montana cum uno eo-rum contendit, consecutis cæteris ab hostibus trecentis. Ita, Deo se protegen-te, Rex interim euasit, nocte illâ vel oberrans per montana vel delitescens. Interim hostes arcis *Ramulanæ* custodes impugnant; & heu, prô dolor! expugnant. Episcopus ipse, munitione Episcopii sui relicta, Iopem confudit. Ceciderunt in isto bello plures, satis clari & nobiles viri: inter quos præcipui, *Stephanus Ble-sentium*, & *Stephanus Burgundionum* Consules illustrissimi. Rex die tertìâ præ fame & labore iam penè deficiens, vix tandem intra oppidum suum *Arsut*, cum uno tantum milite & atmigero suo se recepit. Susceptus gaudenter à suis, 40. cibo, potu & somno recreatus, conuauit. Ita planè corripuit eum Dominus iuste, sed benignè correxit. Elisit elatum, sed elatum erexit, ut posset ei cantare illud Prophetæ: *Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Ipso enim namque die, quo in *Arsut* Rex euaserat, ecce unus ex optimatibus eius, *Hugo de Tyberiade*, legatione ab Hierosolimis habitâ ut Iopis succurrere festi-naret, cùm octoginta militibus ibidem Regi occurrit: desolationemque ipsius & confusionem, quantulacumq; recuperatione militiae, magnificè exhilarauit. Nec sic tamen terrestri itinere cùm eis Iopem Rex ausus commeare, cimbâ potius per mare euectus, gradientes per terram Iopem præcessit. Suscipitur à suis gauden-ter; collectantibus cunctis & præ gaudio flentibus, quod recipiissent saluum 50. *Ez. 24. 15.* quem plansissent mortuum: *Mortuus fuerat, inquiunt, rex, & reuixit: perierat, & in-venitus est.* Qui assumptis quos ibi repperit militibus, aduentanti, sicut condi-ctum fuerat, Hugoni occurrit, & sic cum eis Iopem regressus est. Omnes insuper de Hierusalem, & de Sancto Abraham conuocat Christianos; bellumque rursus contra Arabas, etiam Iopem obsidere parantes, instaurat. Passi sunt tamen & ipsi, cum Iopem ferè C L. milites vel equites conuenirent, periculo-fissimas

sissimas ab hostibus in itinere insidias; euidentes tamen, D E O miserante, & Iopem A. Dn.
tandem, fugantibus se usque ad portas hostibus, peruenientes, gaudenter à rége re-^{1102.}
cepti sunt: idcirco maximè quod secum singularem omnium Christianorum spem
atque virtutem detulissent, signum videlicet gloriose Crucis, lignum salutis: Cuius
præsentia exhilarati omnes, & velut de graui langore conualuiscent admodum ve-
getati, sequenti mane, caturuatim per acies ordinati, procedunt in hostes, tribus fe-
rè ab vrbe milliariis castra metatos; ibique machinas suas ad expugnandam Iopem
præparantes. Qui cum contra spem Christianos aduersum se in bello viderent pro-
cedentes, præparati & ipsi, obuiantibus occurrunt audacter, fortiterque pugnantes
obsistunt. Circuinuant innumeri paucos, & de solo diuino auxilio sperare com-
pellunt: Quod cum sibi adesse Christiani deuotissimè precarentur, non diu defuit
clamantibus ad se pius exauditor C H R I S T V S, & suis virtutem protectionemque
tribuens misericorditer, & mirabiliter terrens hostes atque in fugam vertens. Nam
milites quidem & equites circumfusa sibi hostium agmina impetu constantissimo
penetrantes; rursumq; versus pedites suos, defendantes se fortissimè, iterato impetu
recurrentes, prosternunt obuios, confertos dissipant; tandemq; in fugam actos, in-
sequuntur. Ita qui de capiendis, ut frustra putauerant, in vrbe, tanquam de iam ca-
ptis paulò ante tractabant; nunc victi turpiter, de sola fuga contendunt. Deserunt
castra, de tentoriis nihil capessentes; & stipendia & arma victoribus relinquunt,
gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimini. Denique nonnulli, dum fugiunt,
sitis nimietate moriuntur. Euassent pauci mortem, nisi & paucitas sua victores, &
labor enecandi quos consequebantur, prægrauasset fatigatos. Ita posteriore bello,
victi sunt hostes ab his quos ipsi priore vicerunt: Excepto quod in illo, de se præsu-
mentium est confusa temeritas; isto, de Dominicæ Crucis virtute confidentium,
fides est & humilitas victoriae suæ glorificata triumpho: *Equus enim paratus ad diem Pro. 31, 21.*
belli, ait Scriptura; *Dominus autem salutem tribuet:* tribuit planè Dominus salutem, sed
oportunè: populum videlicet humilem, saluum faciendo, & humiliando oculos
superborum: ut non glorietur omnis caro coram ipso, edocita non sperare in arcu &
gladio suo, & cantare toto corde Saluatori suo, *Saluasti enim nos de affligentibus nos,* & *Psal. 43, 9.*

3° odientes nos confudisti. Non itaque, cum pro peruersitate sua corripitur superbia, cau-
setur D E V M in corde suo stultitia: ne si de iusto murmure flagello proteruia, vel
vinciri æterno carcere, vel suppicio sempiterno cruciari mereatur insania. Non
itaq; fortunæ spectet euentus stultus; sed modestus, rerum merita penset: ut intelli-
git, quia rebus quidè rectus semper ordo est, quamvis opinioni peruersæ sua sem-
per hæreat confusio. Expleto bello, & tabernaculis hostium cum omnibus spoliis,
camelis quoq; & asinis quam plurimis, vel collectis à victoribus vel direptis, rex &
sui Iopem sunt cum magna læticia reuersi, totum sequens vel autumni vel hyemis
tempus D E O & C H R I S T O miserante, à bellis ducentes quietum. *Anno ab A. D.*
incarnatione Domini M. C. III. ab Vrbe autem capta vel potius recepta quarto, cum ^{1103.}

4° Sanctum Pascha celebrassent in Hierusalem, ex more, Christiani; Rex cum qua-
to potuit exercitu urbem munitissimam obsedit, antiquo quidem vocabulo priùs
ut putatur *Acaron*, deinde *Ptolomaidam*; sed nunc vel *Acram* vel rursus Acaron nun-
cupatam. Obsessa quidem à Christianis Acra tunc est, sed minimè capta: tum, quia
muro vel antemurali validissimo cincta est; tum, quia defensores & multos habe-
ret fortes. Proinde obsidio urbis huius interim omissa est, & expugnatio dilata: &
atritis segetibus eorum, ortisque vastatis vel virgultis, Rex cum suis Iopem rediit. V-
bi cum esset, desiderabili satis & utili nuncio læticatus est, dominum *Boamundum*, miserante D E O, de capriuitate redisse cognoscens liberum; & suum Antio-
chiæ principatum recepisse. Nam & *Laodiciam*, quam *Tancredus* postea cœperat,
5° hominibus Constantinopolitani Imperatoris ablata, idem Boamundus simul
recepit; eundemque Tancrenum conuenienter pacificauit, sibi principatus sui
confortem factum. Quo tempore, rege Balduno contra Saracenos, in ore solito,
strenue satis pugnante, contigit eum, dum fugitantes inseguuntur hostes, ab Æthiope
quodam, post rupē delitescente, missili fortiter torto, dolosum à dorso sub scapula
vulnus excipere; vixq; post aliquantum tempus, D E O miserante, reparari: cicatri-
ce tamen, conceptum futuræ longè post mortis eius effectum, latenter retinente.

A. D.

1104.

.

A. Dn.

1105.

Ex Iosel. 2,
14.

Anno M.C. IIII. Rex, & Christianorum exercitus, sancto Pascha Hierosolimis, ex more, celebrato, intermissam præcedēte anno Ptolomaidæ seu Acræ obsidionem repetunt, Januensibus cum classe, LXX. rostratas naues habente, sibi ad vrbis expugnationem sociatis. Quam cùm terra mariq; , machinis & peruationibus crebris, validissimè diutiū coangustassent, tandem, post viginti dies, ad deditonem & sui & vrbis compulerunt obsecros; eisq; eiectis vrbem liberam obtinuerunt, pro eo maximè Christianis necessariam & omnino utilissimam, quòd intra moenia sua portū habeat peroptimum: refundente se vsq; ad medium vrbis mari, gratissimoq; refluxi ibidem nauium stationem continentem. Res hostium omnes Christianis in prædam cesserunt, de ipsis hostibus occisis pluribus, quibusdam etiā viuere permisisti. •
Eodem anno, æstiuo iam tempore transfacto, Boamundus Antiochiae principatum Tancredo collegæ ex integro committens, ipse cum paucis Apulia in petit, raro satis euectus nauigio, vt quantacunq; posset de transmarinis sibi partibus militiam contrahens, secum reduceret. Transfretauit cum eo & Hierosolimorū Patriarcha venerabilis Daimbertus, Romamq; petes, cùm ad sedem suam cum autoritate Romani Pontificis reueteretur, in itinere obiit Peregrinus. In cuius loco Rex & populus Hierosolimorum domnum Arnulfum, longè ante electum, sibi præsulem tunc cōfirmauerunt. Sequentे anno, hoc est, ab incarnatione Domini M.C. V. Raimundo Comite in oppido suo, haud longe à Tripoli, defuncto, nepos ipsius Guillermus, cognomento Iordanus, comitatum defuncti suscepit regēdum. Tancredo quoq; principatum ministrante Antiochenum, rex Caliphi, Rodoan nomine, cum copioso nimis exercitu bellū ei intulit, eumq; cum Antiochenis, paucis quidē, sed C H R I S T I virtute robustis, in præliū contra se cōuenire coēgit. Deniq; pugnâ cōmisâ Caliptenī vieti, victores fuerunt Antiocheni: CHRISTO Domino pugnātē pro fidelibus suis, suosq; & ipsorum hostes tam mirabiliter propugnātē, vt quamuis paruissimus esset Christianorum exercitus, interemptorum tamen ab eo non fuerit numerus perfidorum. Ita quos ad præliandum contra C H R I S T U M & sua multitudo, & raritas inuitauerat Christianorum, C H R I S T I virtutem dum nolunt cognoscere fide, nō ignorantē coguntur in sua blasphemī cōfusionē. Glorificatus ita C H R I S T U S in Antiochenis, quām mirabiliter & in Hierosolimitis glorificari dignatus sit, eodem anno, prosequamur. Admiralius namq; Babiloniis, Christianorum in terra Sancta raritate competitā, Semelnuch militiæ suæ principem, Ascalonum cum quindecim millibus transmisit armatorum: hoc eis in præceptis dans, vt exterminatā penitus de terris illis & gente Christianâ & nomine, etiam sacratissimum illud C H R I S T I Domini Sepulchrum effoderent impiis manibus, & minutatim dispergerent: nec ultra, inquit, amore Sepulcri conueniant illuc de Occidentalibus regnis cultores Sepulti. Vnde & cōiurare fecit eos quos ad excusandum tantæ impietatis satellitum direxit: nec terga eos unquam revertere in bello; nec nisi patratā Christianorum euersione ultra redire. Auditā Rex & Christiani tam obstinatā hostium malignitate, omnes de toto regno suo arma ferre valentes apud Iopem conueniunt, paucissimis ad murorum custodiam per loca singula relictis. Diutiū tamen & illi Ascalonæ, & isti Iope congregati callebant, nec illi istos, nec illos isti expertentes. Prorupit tandem aduersus piorum populum protervia sœuiens impiorū; & Babiloni de Ascalona, de Iope Christiani apud Ramulam conuenerunt. Ibi rex & sui in extrema anxietate positi, misso ad Patriarcham & reliquos qui Hierosolimis remanserant legato, obnoxius flagitant, vt sibi diuinumq; necessitate non cessent auxilium implorare, scientes crastinā die bellum sine dubio futurum. Quo cognito Patriarcha clerum totum & omnem conuocans plebem, prælii diem & commune periculum insinuat, de flagitanda C H R I S T I misericordia cōmonet; hottatur eā die & sequēti ieuniis, precibus & eleemosinis deuotiū insistendum, vt Rege & suis pugnantibus gladiis, ipsi orationum & eleemosynarū melioribus compugharēt armis: maximè, inquit, visitationibus agrotorum, pauperum misericordiis, D E V M nobis facere satagamus propitium: talibus enim hostiis promeretur D E V S: & sicut Scriptura dicit alibi: Benedictionem post se nū relinquit? Et ego, ait Patriarcha, nocte proximā Ramulam, si potero, D E O volente, proficiscar, iſis quos videtis fere C L. fratribus comitatus, singularē Christiani populi spem & virtutem nobiscum illuc deferentes, preciosissima Crucis C H R I S T I trophyum. Primo diluculo peruererunt Ramulam nocturni viatores, Patriarcha & sui, Hierosolimitis Ecclesiās

Ecclesiæ totâ nocte & sequenti Dominicâ die frequentantibus, incedentibusque An. Do.
 nudis pedibus, & ante D E V M plorantibus; nihilque prorsus omittentibus vnde si- 1105.
 bi diuinam conciliari posse sperarent misericordiam. Rex & sui, Patriarchæ & glo-
 riosæ Crucis præsentia exilarati admodum & roborati, concurrunt ad presbyte-
 ros, & omnes singuli confitentes peccata sua, & se ad excipiendam fideliter mor-
 tem præparantes, Dominici Corporis & Sanguinis perceptione muniti. Quibus
 sollicitè præmissis, ordinantur ad pugnam; & procedunt per acies vix quingenti
 milites & pedites duo millia, aduersus quindecim millia Saracenorum, vix qua-
 tuor à Ramula milliariis castra metatos; parantesque cum minore exercitus parte
 10 Ramulam adire, maiore verò mittere Ioppen, quam vacuam defensoribus spera-
 bant, se posse præoccupare. Verùm cùm Regem & Christianorum exercitum tam
 audacter contra se, tam manè viderent procedere, dissipatâ quam frustra machina-
 bantur versutiâ reglobati, potius de committendo prælio statim coacti sunt tracta-
 re. Ordinatis ergo & ipsi agminibus suis, aduersus procedentes procedunt auda-
 cter, de multudine confisi: Christiani, de C H R I S T O potius confidentes, quād de
 numero: more suo exclamātes, C H R I S T V S V I N C I T, C H R I S T V S R E G N A T,
 C H R I S T V S I M P E R A T, certamen ineunt animosi: occlamantes Saracenos, &
 totis viribus oppugnantes impetunt; validissimosque, alii in alios excursus faciunt.
 Conantur circumuallare paucissimos plurimi; & maximè Turci à tergo girantes,
 20 concludere & sagittis sternere, in antepositos oppugnatores intentos, nituntur
 Christianos. Quod cernens Rex cum acie sua, totum se periculo exponit, Turcis se
 cordatissimè opponit, eosque recto * Ecclesiæ D E O iuuante compellit fortissimo
 impetu dissipatos. Inde se in maiores confertioresque Arabum & Æthiopum pha-
 langes immergit, creberrimisque atque validissimis incursibus densissimos tādem,
 D E O misericordia, hostium cuneos perrumpit, peremptis * alios in fugam vertit. Fu-
 giunt usque Ascalonam, qui euadere potuerunt: insequuntur fugitantes conglö-
 bati post eos Christiani, atque ipsum *Aascalone Ammiratum Gemelmuch* in primis oc-
 cidunt. Cuius morte compertâ, *Semelmuc* Princeps milicæ regis Babilonis, consu-
 luit vitæ suæ fugâ, amissâ penitus spe victoriae de pugna, malens viuere periurus,
 30 quād execrandi sacramenti fide perire. Sequuntur ducis exemplum, qui possunt;
 & sacramentum, vitæ postponunt, sicut dictum est, quā vel quō quisq; poterat fu-
 gitantes. *Ammiratus* olim *Acaronita* captus & reseruatus à rege, postmodum virgin-
 ti millibus aureis est redemptus. Æthiopes, quoniam nequierant fugere, in cam-
 po ferè omnes trucidati perierunt. Denique quatuor millia cæforum numerata
 sunt, cùm de Christianis vix ceciderunt homines sexaginta. Reuersi ab inseguen-
 dis hostibus Christiani, castra victorum viatores diripiunt, plurimisque spoliis o-
 nusti, Ioppen summo cum gaudio reuertuntur: propitum sibi factum totis cordi-
 bus collaudantes D E V M; glorificantesq; protectorem & adiutorē suum C H R I-
 S T V M, in quo virtutem magnam fecissent, inimicis suis ad nihilum deductis.
 40 Mirandis, plus miranda succedunt, cùm glorificatus prælii terrestris victoriâ
 C H R I S T V S, & ventis & mari dignatur glorificari. Nam classis Babylonia, Iope
 iam ipsâ belli die cum maxima exercitus parte applicatâ: speras frusta, deletis ter-
 restri pugnâ Christianis, & Iopem & cæteras vrbes maritimæ omnes sibi confe-
 stim subigendas: cùm versâ vice & suos viatos, & Christianos vicisse cognouisset,
 Gemelmuc Ammirati Ascalonitæ præciso capite, & sibi per nautas regios iaculato,
 ilicò se in portus Tyri & Sidonis retraxit; ac deinde Babyloniam nauigare conten-
 dens, spiritu procellæ exagitata, partim naufragio disperit, partim Iopensium por-
 tui impulsâ, Iopitis se capessendam obtulit. Denique, viginti quinque naues ibi-
 dem captæ tunc referuntur, Saracenis plenæ. Ita qui terrâ & mari sperauerant se
 50 atque parauerant perdere simul omnes Christianos, terrâ marique perditæ, positi
 sunt ut rota, & sicut stipula ante faciem venti. Verùm pius Dominus qui tam magnifi- *Psal. 82, 11.*
 cā consolatione suos, sexto Kal. Septembbris lætificasset, eodem iam declinante an-
 no, ipsâ videlicet Dominicæ Nativitatis vigiliâ, horisono nimis *terramotu* Hieroso-
 limam totam concussit, omniumque corda nimio terrore perterrita; admonens
 videlicet Hierosolimitas illos ita de beneficiis ab ipso sibi collatis exultare, vt ei
 semper seruire deberent in timore. Sed & sequente anno, videlicet *millesimo centesimo* *A. D.*
sexto, *Cometa* quinquaginta & eò amplius diebus, vespertinis semper horis appa- *1106.*

An. D.
1106.

rēns, stupore simul & terrore totum repleuit tunc mundum. Nam splendoris alburni radium, versus brumalem Solis occasum, instar telæ lineæ producēs, primis quidecim diebus flammantior; postremis verò subobscurior visibatur, donec paulatim attenuatus post dies, ut dictum est, quinquaginta, videri omnino desisteret. In quibus etiam diebus, Februarii videlicet mense medio, ad dexteram & ad leuam Solis partem, duo quasi Soles apparuerunt, non tamen æquè ut medius fulgentes; sed formâ & lumine rariore, mediocriter rutilantes. In quorum gressu, circuli duo visi sunt, alter alterum cōplectens: sed exterior totus albicans; interior, Iris instar, qua c'rupli colore distinctus, & à superiore medii Solis parte, velut arcuatâ amplexione, ad duos collaterales Soles pertingens; ab inferiore velut dimidiatus desinens. Re-10 feruntur & sequenti mense, nocte quâdam mediâ, stellæ de celo, instar pluuiæ, videri cecidisse. Quid tanta & insolita prodigia protenderint, adhuc minus habetur probatum. In Hierosolimorum tamen partibus contigit eodem anno *Hugonem* Tiberiadis Ducem bis à Damascenis victum, tertio belli recursu Damascenos vici se adeo mirabiliter, ut cum C. X X. pugnatoribus, quatuor milia disperserit armatorum; eundemq; non longè post in expeditione cum Rege positum, iactu sagittæ occubuisse.

An. D.
1107.

Anno M.C.VII. solito efferuescentes *Aſcaloniam*, inter montium angustias *Jopitis* Hierusalem proficisci parantibus insidiatè tetèderunt, eos se ibi intercipere & perdere posse rati. Verùm Jopitis, de præparatis sibi insidiis præmuniti, LXXV. exploratores præmittunt: qui repente à quingentis ferè militibus & pedi-20 tibus mille, adeò conclusi sunt & intercepti, vt nullatenus vel redire possent, vel ad congregandum aliter quam erant ordinare: Quo deprehensi articulo gratius elegerunt, si continget præliando mori quam fugere, frustra temptando morte suam etiā ignauiaæ notâ maculari; auxiliatorem sibi precantes simul & sperantes CHRIS-
TVM, mirū in modū primo impetu hostilē aciem penetrauerunt adeo, & dissipauerunt, vt nō valentes ultra reçonglobari, de fuga potius, DEO volente, satagerent, quam de pugna: quorū plures occisi, reliqui vieti turpiter, & fugati, laqueo quē ipsi parauerant deprehensi, in eam, quā foderunt pedibus piorum, foucam ceciderunt.

Eodem anno, *Boamundus* de Galliis cū magnis militiae copiis regressus, numerosâ quoq; in portu *Brundusii* classe præparata, Bulgariā nauigans, *Aſcalone* tandem ap-30 plicuit; & eâ sine dilatione captâ, *Dirachiū* adiens obsedit: Quā, quia defensoribus & vietualibus satis munita erat, per annū obsidens capere nō valuit. Moliebatur tamen, si quo modo Imperatore *Alexium*, Christianis Hierosolimā peregrè petētibus infestissimū, & ipsis Sarracenis longè deteriorē, crudeliorēq; inimicū, protrahere posset in bellū. Quod cùm nullo efficere posset ingenio, tandem per internuncios cōcordia & tētata est & cōfirmata: Imperatore quidem iurāte super preciosissimas reliquias, nullū se pertotum Imperiū suū illaturū Peregrinis de cætero nocumentū; sed seruaturū fideliter & adiuturū: *Boamundo* quoq; Imperatori pacem & fidē iurante. Quo peracto, DEO fauente, negotio, Boamundus cū minore exercitus sui parte, Apuliam rediit: reliquis Hierusalē, sicut fouerāt, profectis; pluribus tamē in obsidione 40 *Dirachi*, prē nimio solis ardore correptis, & defunctis, *Guidone* etiā ibidem mortuo, Boamundi fratre. Quo anno & rex Francorum *Philippus* fertur obīle, *Ludovicum* filiū suū regni successorē relinquens.

An. Do.
1108.

Anno M.C.VIII. & ab Hierusalem capta XI. *Bertrannus* filius Raimundi comitis *Tripolim* obsedit, Ianuensis sibi cum numerosa satis classe sociatis: cui Bertranno, cōsobrinus eius *Wilhelmu* cognomēto *Iordanus*, opidi qui *Mons Peregrinus* dicitur dominus, inuidebat potius, quam congaudebat, Tripolim obsidenti; sibi potius & obsidionē vrbis & expugnationē reseruare debebare afferens, & ascribi. Ille de paterna hæreditate, iste de possessione opidi præscribebat. Sub qua discordia dū præpeditur vrbis obsidio, & expugnatio differtur, rex Balduinus illuc venit, Ianuenses ad Aſcalonā, Beritum, & Sidonē obsidendas, DEO vo-50 lente, sibi cōciliare querens. Verūm cùm de concordandis sibi cognatis Bertranno videlicet & Guilhelmo, Rex & Ianuensem tractaret, *Wilhelmus*, dum noctu equitat, incertū cuius dolo, sagittæ iactu percutiū & mortuus; & discordia finē dedit, & vrbis expugnandæ negotiū accelerauit. Coangustantur vndique ab obſessoribus obſessi, & de vita desperare cōpulsi, ad deditiōē coartantur & vrbis & sui: vita tamen & libertatis sibi à Rege pactione petitā prius, & iuramento confirmatā, eo tenore, vt portas aperientes ipsi in partē vrbis secederent, omnes simul, inde postmodum quod vellent

vellent abituri. Quod dum fieret, incertum sanè quo euentu, minores Iauensium repente tumultu per scalas & cordas murum concidentes, vrbē ingrediuntur; ceteruantimq; discurrentes obuios quosq; obtruncant Sarracenos, eos videlicet qui secedere, quò condicūm fuerat, tardassent. Nam & ipsos qui iam secesserant, similiiter trucidassent Iauenses, nisi rem cognoscens Rex, furentibus festinus occurret, susceptos in fide taliter liberans à morte. Ita captam à Christianis Tripolim *Bertrannus* comes, Rege cōcedente, possedit, Regi proinde fidelis hominii fēdere dedicatus. *Anno M.C.X.* Februō mense necdū elapso, Rex & Christianorum exercitus *Beritum* obsederunt, Tripolitanū comitem sociū habentes *Bertrannum*. A. D.
1110.

10 Quā LXXV, vt opinor, diebus obfessam: cùm etiā natices, quas ad subsidium inclusorum finitimi Sarraceni deduxerant, classē suā intra portum cōclusiſſent Christiani: tandem, auxiliante D E o, comprehendērunt, de turribus ligneis muro admotis, ausu mirifico super murū descendentes, desilientesq; de muro in urbem, & obuios quosq; siue in muris, siue in plateis, Sarracenos obtruncantes. Inde cùm etiam portas sociū patefecissent, ingreditur simul toto impetu omnis exercitus, maximā hostiū facientes stragēm, & totā peremptorum pecūniā diripientes. Apparuit tunc rursus *cometes* per aliquot noctes, radio versus Austrum longius prodūcto: viderit D E vs quid protendens. Eodem tempore *Tancredus* cum Antiochenis regem Hierosolymorū sibi contra Turcos, rēgionē suā infestantes, in auxilium venire

20 flagitānt: cùm quo Eufratēm transēuntēs, Edessam virtualibus copiosius muniunt: sed hostib⁹ nullam sibi congregandi facultatē facientibus, Antiocheni quidem, Antiochiam; Rex autē & sui Hierosolimā reuertuntur. Applicuerant interim Iope classē pulcerimā, euecti de occidiuis partibus Oceani, Norenſes quidam, Hierusalē deuotione Christianā properantes, frātrem Regis terrā sua; speciosissimū quendam iuuenem, ducem habentes: parati in Terra Sancta diutiū morari pro Christi amore, si Regi placeret; & quocunque iuberet, cum eo per mare ituri, si tantū sibi necessariū faceret viētū præberi. Quod Rex & accipiens gratissimē, & libentissimē concedens, *Sidonem* ipse quidē à terra, Norenſes à mari obſidere festināt; & machinis ad vrbē impetendā præpatatis, hōstes vndiq; coartant; tandemq; & virtute resi-

30 stendi, & eūadē ſpe ſublatā, eos ad deditiōnē compellūt: vitæ ramen prius eis fēdere firmatō. Ita solidariis quidem, quò voluerunt abeūtibus; ruricolæ, Christianis fēderati remanerunt & subiecti. *Anno M.C.XI.* ebulliens è Perside *Turco*.

rū maxima multitudō, & per Mesopotamia ad *Eufraten* veniens, flumine transmisso caſtrū, quod *Turbessel* nūcupant, obſederunt diutiū; ſed capere nō potuerunt. Vnde ſecidentes, & crebris excursibus *Tancredū* & Antiochenos irritates, cōpulerunt rurus Regis Hierosolymorū & auxiliū flagitare, & aduentum. Cum quo *Apamiam* vel potius *Ahalapā* vrbē, præcedente anno probē ſatis à *Tacredo* captā adeūtes, munierunt; & Turcos in suā ſe retrahere cōpellētes, cùm eos in pugnā protrahere nō valeat, quisq; in ſua redierunt. Inde Rex *Tyrū* obſedit quidē cū multo apparatu, & vt ea

40 expugnaret diutiū laborauit; ſed inefficax totus tunc eius exti: it conatus: eò quod duas turres lignreas muro altiores admotas, de duabus muri turribus à Sarracenis nocte vñā* iacularites mirā ſe probitate defenſarunt: & machinis ad extremū contrematis, Regem & ſuos inde recedere cōpulerunt, dolētes nimis, quod tam diuturnum laborem inefficacem ita perdidissent. *Annum sequente M.* vide- A. Dn.
1112.

licet C.XII. Rex & Hierosolimitā ſe bellis, D E o miserante, habuerunt quietum: Antiocheni verò ſolito tristiorem cum duxerunt, *Tancredo* principe defuncto, & morte ſuā finitimos hostes in ſe proteruiū insurgere, itritahte. Obſtitit tamen pro poſſe inprobis *Rogerus* defuncti cognatus, principatus Antiocheni ſuccessor effe-
ctus. *Anno M.C.XIII.* mense Martio, cōtigit Solem quaſi quartā formā ſuā par-

50 te, ac ſi cornutū, prius à ſummo, demū ab imo videri, à mane vſq; ad tertiam; nec tam claritate ſuā omniō priuari. Incertū ſanè, vtrū ex cōcurrente occurſu Lunę tūc XXVIII. eclipsim paſſus ſit Sol; an aliiquid prodigiū extiterit. Aſtiuo deinde tēpore cōgregati *Turci*, flumine transmeato *Eufrate*, per ſiriā, inter Daimascū & Antiochiā traſcuentes; & inde per Phœnicis regiōnē inter Tyru & Pancadam, qua & Cæſarea Philippi dicitur, per uagātes; mari etiā Galileę circūito, & terrā Neptalim & Zabulō versus Austrū peragrata: tādē ſe intet diuo flumina, *Ior*, *Sc.* & *Dan*, in cluſerūt, in iuſta patua quidē, ſed fluminū ambitu circūclusa, pōtibus etiā diuobus hinc inde munita

A. D.

1113.

castra sua collocates. Qui locus adeò oportuniis eis erat & cōmodus, vt & inde quod vellent, excurrere possebant; & impeti vel angustiari nō facile possent, artis pontium meatibus muniti. Quem locum cùm Rex & sui, auditio hostium accesu, præoccupare festinarent, à *Ptolomaide* moto exercitu, insidias incurserunt ab hostibus sibi iā exinde paratas, adeò periculosè, vt Rex ipse, & vexillo & temptorio per optimo amissis, vna cum Patriarcha fugere cogeretur; milia fermè triginta, & peditibus mille ducentis, heu, prō dolor! extinctis. Contrigit & hoc Regis immoderatā prorsus & inconsultā festinatione: qui militiā suā non exspectarā, improuidē nimis & inconsideratē præcesserat, nec consule Tripolitano, nec principe Antiochiae Rogero sibi adhuc sociatis. Qui cùm venissent, auditio quod acciderat, Regis immoderatiam culpantes, in monte prefatae insulę præminentē, castra sua & ipsi locauerunt. *Maledictus*, insulanorum illorum Dux dicebatur; qui rege Damasci *Tuldequino* sibi sociatō, insulam illā asseruabat sibi diutiū; nec vllam cōgrediendi secum facultatem Christianis præbebat. Coerceri tamen non poterant Insulani à montanis, quin cateruatim procedentes, & Christianorum vastarent terras, & victualia sibi in Insulam conuectarent. Tunc & hi qui subiecti fuerant Sarraceni, à Christianis recesserunt, angustantes eos vndique; & nec nuncium ab aliis ad alios dirigi sinentes. *Neapolim* ipsam, antiquitus *Sichem*, vel *Sichimam* nuncupatam, interim occupauerunt hostes, & penitus diripuerunt. *Acalonita* & *Arabes* Hierusalem adeuntes, antemurale vrbis occupauerunt, messes multas ibi congestas succēdentes, sequentiāque nocte, lētantibus Hierosolimitis abscesserunt. Nec qui in vrbibus vel oppidis erant, nec qui in castris de se inuicē rescire poterant: ita planè in angusto positę erat res Christianorum, vt nec messis, quæ plurima eo anno prouenerat, collegi posset, sed in agris relicta periret. Turbatur & mare plus solito; & vel piscandi maritimis denegat facultatē: concutitur & terra bis, terramotu horrifono; & ædificiorū cœrsionem, arescentibus præ timore minatur mortalibus. Obsederant omnia Christianorum loca, profunda silentia: quædam mortis imago stupefactos, & præ pauore penè exangues, vniuersos ibi obtrixerat Christianos. Intelligebant euidēter omnes qui sanum aliquid sapiebant, irati sibi Deo hanc esse vindictam. Taliter duobus integris mensibus afflicti, tandem, miserante Deo, & iram in gratiam conuertente, respīrauerunt Christiani. Nam aduentantium de transmarinis partibus peregrinorum copiis, videntes Insulani illi exercitum indies augeri Christianorum, Deo eos perterrente, secesserunt post duos menses in partes Damasci; & Regi cūn suis, facultas patuit in Ptolomaïdam reuertendi. Vbi & *Comitissam Siciliæ* Rex repperit applicuisse, *Rogerii* fratri Rotberdi Guischardi, quondam coniugem. Postmodū suam regis futuram vxorem. At verò *Maledictus*, Damascum cum *Tuldequino* rege ingressus, nec morā, iudicante Deo, dolo ibi à quodam sicario peremptus, & affligendi Christianos facultatem perdidit & viuendi: vir, quondam & diuiniis & armis potentissimus inter omnes Turcos, & in omnibus aëtibus suis astutissimus. Anno

A. D.

1114.

M. C. XIV. prius locustarum multitudine infinitā ex Arabiae partibus conuolante, territorium Hierosolitanum, per dies aliquot vehementer vastatum est: mense Aprili vel Maio & sequenti *terramotu* horribiliter cōcussum; *Mamistra* vrbis pars nonnulla subuersa; in regione quoq; Antiochia plurima oppida, quædam media, quædam ex integro, solotenus cum parte plebis subruta: itemque in vrbe quam *Mariscum* nuncupant, populus vniuersus repentinis ædificiorū ruinis præfocatus, heu prō dolor! terribiliter & miserabiliter extictus: in Euphratesia etiam opidū, quod *Trihalec* nuncupant, funditus euersum. Anno *M. C. XV*, Turci, solitā proteruiā regressi, & castra vbi solebant inter Antiochiam & Damascum locantes, & Hierosolimitas & Antiochenos rursus contra se compulerunt conuenire: *Tuldequinum* quosque Damascenorum regem, morte Maledicti, dolosè ab eo perempti, exosum sibi factum, cum Christianis coegerunt pacem facere, metuentem, ne non posset eorum impetus solus sustinere. Verùm cùm & Damascenos competissent Christianis foederatos, contra se ad bellum conuenisse, clanculo recedentes, occultantesq; se in caueis delituerunt, donec & Christianos, Antiochiā Antiochenos, & regem cum suis Tripolim, & Damascenos in sua competissent recessisse; arbitrantes quod Turci Euphrate transmissio in sua & ipsi remeassent. At verò *Acalonita* interim, Regis & exercitus Christianorum absentiā furoris suis faciendi nactos

A. D.

1115.

sc occa-

se occasionem rati, concurrunt, *Iopem*, classe Babylonica, septuaginta ferrim naues A. Dni.
1115. habente, roborati, terra marique obsidentes eam, & fortissime oppugnates, adeo ut etiam scalis secum ad hoc delatis murum contendenter ascendere, & comprehendor se vrbem posse putarent. Verum ciuibus paucissimis quidem & debilibus, fortissime tamen se defendantibus, cum, quod frustra sperauerunt, non valerent, Deo protegente suis, efficere, portis vrbis igne iniecto combustis, recesserunt confusi, ne ab Hierosolimitis superuenientibus oppimerentur metuentes. Post dies tamen decem obsidionem eandem terra marique repetentes, fortissimisque inuasionibus vrbem impetentes, Deo pro suis resistente improbis, cum nihil efficerent, inualetudinem suam stupentes impii, recesserunt: plures secum de suis, occisos ibi, deferentes, de caballis quoque suis pluribus amissis. At verò hi, de quibus supra dictum est, *Turci*, Christianos excessisse comperientes, de latebris suis erumpunt, & stationis solitæ locum rursus occupantes, per regiones Syriæ discurrebant, rapinis & incendiis quæque poterant, vel oppida vel villas, pessundantes. Quà rursus Antiocheni necessitate in exercitum coacti, maluerunt se discrimini committere, quām tortiens ab improbis fatigari. Vnde, nec Hierosolimorum, nec Damascenorum, sed solius Dei expertentes auxilium, & exspectantes, licet admodum pauci, audacter tamen innumeros & expertierunt hostes & impetierunt: adeo, vt, quamvis validissimè repugnantes, tamen, Deo propugnante, tandem eos fugam inire compellerent; & relicts omnibus, armis quoque projectis, terga victoribus cedenda præbere. De quibus tria millia occisi, capti verò quām plurimi: reliqui omnes & tabernaculis & utensilibus, vestitus quoque, & pecuniis omnibus adeo nudati diffugerunt, vt equorum, mulorum, camelorum non fuerit nunquam captiuorum; quadringenta quoque millia aestimata sint auctorum: & quod his omnibus maius atque præstantius est, recuperata quām plurimorum captiuorum libertas Francorum, siue Siorum. Verè mirabilis in cunctis operibus suis Dei vs. Ecce cum multi fuissent simul Christiani, tam Hierosolimitæ quām Antiocheni, vel fugerunt victi, vel omnino parum profecerunt. Nunc soli cum essent Antiocheni, paucitate suâ prouocatam in prælium plurimam hostium multitudinem, Dei fortes, fuderunt, strauerunt, captiuauerunt; tantaque cœperunt spolia, vt & estimationem, pondus & numerum vinceret multitudo. Quare hoc? nisi vt euidentissimis clarescat in dictis in nullo nisi in Deo gloriandum homini, qui per se nihil valens, audet tamen gloriari, quia in seipso fecerit virtutem, & non in Deo? Cuius præsumptionis timore, nihil apud Deum abominabilius, nihil esse execrabilius potest: sicut è diuerso, nihil gratius, nihil acceptabilius, quām verè humili & deuoto corde intelligere, quia omnina opera nostra operatur nobis ipse. Verum, quos ita per se protegebat pius; per se quoque ipse corripiebat iustus. Eodem anno & *Mamistraian* terræmotu subuertens, vrbem olim satis illustrem; & pleraque alia in territorio Antiocheno loca, horrore simili concutiens. Eodem anno & *Arnulfus* Patriarcha, à quodam Romanæ vrbis legato de sede sua electus: sed ab ipso populo Romano, Romam veniens, ad suam fidem rediit, restitutus. Quo tempore & Rex Hierosolimorum in Arabiam profectus, castrum ædificans in monte quodam naturali situ satis munito, *Regalem* hunc montem nuncupauit: Custodes ibi & habitatores idoneos ponens; quorum obiectu prædonum latronumque ex Arabia erumpentium præpedirentur excursus. Quod castrum tribus a Mari rubro distans mansionibus, quatuor ab Hierosolimis dispartatur diætis. *Annum millesimum centesimum decimum sextam*, Hierosolimitæ; A. Dni.
1116. De fauente, bellis duxerunt quietum. Quo anno Rex cum ducentis militibus *Arabiam* ad ipsum usque *Mare Rubrum* perambulans, *Helim* cititatem; pri- mam Israëitarum post transitum Matis rubri; mansionem, intravit, habitatoribus omnino tunc vacuam: incolis eius aduentus Regii timore, *Mare Rubrum* nauigio * alterius ingressis. Peragrato ibi litore maris; & ruboris eius causa, non in aqua, cuiuslibet inaris aquæ simillima, sed in arena esse animaduersa, Rex cum suis Montem *Regalem*, & inde *Hierosolimam* reuersus, *Comitissam Siculorum*; non legitimè ductam uxorem, mortis timore perterritus, ablaterauit, ei, quam pelicis amore dimiserat, reconciliatus uxori legitimæ adhuc viuenti. Ita corripuit eum *Dominus*, & correxit, mortis timore liberans reum à morte.

A. D.

1116.

Verum de situ *Maris Rubri*, quia se obtulit occasio, hoc breuiter memorandum: quod ab Oceano deriuatum, a parte Australi versus Septētrionem porre^{ctum}, nec longè à monte *Syna* terminatum, à Mediterraneo mari, versus Iopem & Ascalonam, quatuor vel quinque mansionibus dicitur abesse; & sinu latissimo totam Ægyptum, Numidiam quoque & Æthiopiam à Septētrionali plaga concludere. Vnde mirandum nimis quonam modo *Gyon*, qui & *Nilus*, de Paradiso in Oriente, ut credendum arbitror, sit, versus Ægyptum tendere possit; *Eufrates* quoque Armeniam, Mesopotamiamque permeare, cum inter primos ortus suos, & eas quas per transeunt regiones memoratas Mare Rubrum, flumina hæc habeat interiectum. Nam, quod post longos terrarum tractus subterraneos, cursus suos, nouis quasi ortibus, probantur super terram sæpius efferre, mirum vel ipsum Mare Rubrū, siue inter siue subter currendo, possint memorata flumina pertransire, ut ad ortus, quos post Mare Rubrum renouant, possint peruenire. Potest & hoc, qui omnia potest, facere D'E v s: quo autem modo fiat, nec visu, nec auditu, nec lectione vñquam potui vestigare. De Scripturæ tamen Sacrae veritate, nullo nos modo oportet dubitare: docentis memorata flumina, & de Paradiso illo prægrandi fonte, ortus primos habere; & ipsa esse, quæ iam dictas regiones vel circumire noscuntur, vel permeare. Quibus autem, siue per medium Mare Rubrum directis quidem meatibus, sed ignotis; siue quamlibet sinuatis, subtus terram circuitibus, ad nota vsque defluant loca: quia peruestigare non valemus; eius hoc totum dimittamus prouidentiæ, quem & in supinis præcelorum montium cacuminibus, viuidos ortus fontibus dare videmus; & in nubibus, sicut & Scriptura dicit, aquas ligare perspicimus: quem denique in cœlorum sublimibus, aquas ab initio locasse, & perpetuo continere non dubitamus, visibili hoc cœlo, hoc est, firmamento, in diuisione aquarum mediè librato. Sed iam ad historiæ ordinem recurramus. *Anno M. C.*

Iob. 26, 8.

A. D.

1117.

XVII. hostium vice Hierosolimitanum totum fere territorium infinitæ multitudines occupauere locustarum, ita cateruatim continua timque de pessundatis iam locis ad alia procedentes pessundanda, ut ex deuoratis cunctis virentibus terræ pendere euidenter licet Dominum præcepisse locustæ in disciplinatorum deuorare terras incolarum: si forte reuertentes ad cor animaduerterent peruersi quam non locustis vastandi, sed ipsis Sarracenis tradi mererentur trucidandi. Sequenti Iunii mense, *Luna* post galli cantum prius tota rubea intuentibus visa, dehinc vsque ad luminis extinctionem fusca effecta, vtrum vel sanguinis effusionem rubore, vel nigredine famem futuram protenderet, aut ex obiectu terræ umbrata eclipsin solitam pateretur, suspectos coniectores fecit: post duas ferè horas, pleno terciæ decimæ formæ suæ fulgore recepto. Solet enim circa plenilunium Luna obiectæ inter se & solem terræ, quasi acuminatam vsque ad se umbrâ, vel tota vel ex parte incurvare: ac sic fulgoris sui dispendium, donec eandem umbram alibi magis, alibi minus sibi * propinquitatem euadat, ferre. Quod ne omni plenilunio cueniat, ea facit causa, quod Luna non eadem semper viâ Zodiacum periuolat. Vnde tunc solum, iam dictum luminis patitur defectum, cum eas cœli partes plena peragrat, ad quas vsque maiores oppositi terræ turnore umbras suas altius possunt efferre; Solisque deorsum currentis, accurrente desuper Lunâ, radios præpedire: Quod cum euenit, nescientes causam mirari facit, & portentum aliquod suspicari, cum naturalis Lunæ cursus in causa tunc sit, & efferentis se altius quam Luna currit, umbræ terræ incursus. Verùm hoc breuiter intimato; historiæ res gestas vt cœpimus, exsequamur. Secutus est locustæ pestem, sexto Kalend. Iulii horribilis nimis *terremotus*, iram D'E i præmonens citius debere placari. Concutiebantur ad ruinam ædificia, ut dura hominum stolidorum ad pœnitentiam concuterentur corda. Ædificatum per idem tempus castrum quoddam prope Tyrum, Rex *Baldwinus*, quod, intra quintum ab urbe lapidem situm, *Scandaleon*, id est, campū Leonis, antiquitus aiunt, nuncupatū: cuius diruta Rex diligenter reparans, custodes in eo idoneos locauit, ut eorum potentia, & prædonum excursus coërcerentur Tiriotorum, & futura eiusdem urbis præpararetur obfessio. Secutum est eodem anno, mense videlicet Decembri, tam mirabile quam insolitum signum in cœlo: cœlum ipsum, scilicet in Septentrionali plaga, primo noctis conticinio, ex magna parte igneo siue sanguineo fulgore resplenum, radios albuni coloris ab imo sursum mixtum habens interpolatos,

polatos, & nunc ante, nunc retro, nunc & in medio subitis mutationibus intermix- A. D.
tos : inferior autem pars cœli, quam dicunt *orizonta*, quadam quasi noua albescat 1117.
aurora: primam verò eiusdem vel ruboris vel alboris frontem maior quædam &
clarior præcedebat velut Oriens Luna, adeo ut circumiecta quæque subitus loca
clariū vnde candesceret, eodem fulgore illustrata. Coniectabant qui hoc sus-
piciebant signum, vel multum sanguinem in bello præfigari fundendum; vel alias
quaslibet, & terribiles rerum portendi mutationes humanarum. Qui modestius
sapiebant, nihil temere censebant suspicandum, sed *dimisso diuina prouidentia & re-*
rum & temporum moderamine, de sola morum peruersitate corrigenda, & imploranda pro-
pitiatione diuina laborandum, commonebant. Defunctorum tamen post ante annum
sublimium in hoc seculo personarum, plures præmisso præsignari casus opinabam-
tur; Romæ *Paschalis* Papæ, mense Ianuario; Hierosolimis *Baldwini* Regis, mense A-
prili; *Arnulfī* quoque Patriarchæ, & Imperatoris Græcorum *Alexii*: nec non & a-
lias aliorum defunctorum per idem tempus plurimorum huius Magnitorū mundi.

Anno M. C. XVIII. Rex *Baldwinus* elapsō mense Martio, cum vrbe versus A. D.
ptum sitam, quam *Pharamam* incolæ nuncupant, diripuisset, die quodam Nili lit- 1118.
tora cum suis peragrans, cum de piscibus eiusdem fluminis in præfato opido com-
edisset, irritatum noxii cibi nouitate, acerbissimè sensit. veteris plagæ suæ dolo-
rem renouari : adeo ut equitare non valens letica de papilionum sudibus facta de-
cubans, vsque ad villam quæ dicitur *Laris*, Hierusalem rediens, reportaretur. Vbi
cùm esset, cicatricis inremediabiliter dolentis langore, per dies ingrauescente, ad
mortem vsque perurgetur; & inter suos non sine grandi dolore & luctu cuncto-
rum, defungitur, octodecim annis in regno Hierosolimorum exactis. Cuius inte-
stinis lotis, qui aderant diligenter, & sale conditis, Hierosolimam, funeris baiuli,
mæsti oinnes properant Regis cõmilitones. Accidit sanè mirâ & inopinatâ, DEI,
vt credendum reor, ordinatione, vt eo die & horâ quo *Pascha floridum* celebrans ex
more populus Hierosolimorum, solempnem ageret processionem, de monte Oli-
ueti in valle Iosaphat descendens cum Palmarum Ramis, militia quoque regii fu-
neris latrrix occurreret eidem processioni : sed plorans cantanti, dolens gaudenti,
gemens & v lulans exultanti. Verùm re, sicut erat, cognitâ, facta est lugentium, quæ
cantantium erat, processionalis tota caterua ; totusque ille est in planctum chorus
conuersus. Vlulant Franci, lamentantur Syri, Sarraceni & ipsi qui subiecti seruie-
bant, tristantur. Quis enim se continere à fletibus tunc posset, vbi totius patriæ pro-
pugnacula in uno cerneret corpusculo concidisse? Itaque in tanto dolore, quod
supererat curatum est exequiarum & sepulturæ: & sepelierunt eum, regiâ ambitio-
ne, in Golgotha iuxta germanum suum, regem videlicet Godefridum. Cuius Mau-
soleo epitaphium inscriperunt, versibus heroicis conscriptum. Deinde inito salu-
bri consilio Hierosolimitæ, defuncti cognatum regem sibi illicò creauerunt, alium
Baldwinum, & ipsum consulem Edessenum, diuinâ prouidentiâ Hierosolimis, gra-
tia colloquendi cum cognato, tunc positum: sed cui colloqui morte præuento non
potuit, communis electione in regnum sepulto successit: ipso quidem die electus ab
omnibus, sequenti vero Dominicæ Paschæ die, Regali vñctione consecratus: Vi-
delicet præcauentes ne dilatione, vel ab hostibus aliquid contra se præsumeretur
audaciū, vel ab ipsis Christianis maligniū nouaretur, ambitione instigante. Con-
tra nouum regem noua confestim emergunt bella: cum eodem subseguente æsti-
uo tempore *Babilonii* simul, & *Damasceni*, viribus & copiis in vnum apud *Ascalo-*
niam coactis, ad quindecim equitum & viginti peditum millia conuenientes, Chri-
stianum & populum & nomen exterminare pararent. Classis insuper non modi-
ca, in portu Tyri applicata, & arma & victum exercitibus conuectarat copiosum.
Audientes itaque & Rex populusque Hierosolimorum, bellum sibi parari tam pe-
riculosum, Tripolitanos simul & Antiochenos per legatos euocant; & simul cun-
ctis vndeunque viribus contractis contra hostes prope Ascalonam properant,
castra sua è regione castrorum ita locantes, vt & videre & videri semper ad ini-
cim possent. Verùm quia & illi Christiani, ex numero: & isti Sarracenis, ex ani-
mo valde formidabiles erant, per tres continuò menses, alii contra alios seden-
tes, castra sua asseruabant, calentes vtrinque, & congressum semper differen-
tes. Ita tandem diuturno affecti rædio Sarraceni, recesserunt absque prælio, co-

FFF

A. D.
1119.

piam facientes Hierosolimitis, cum trecentis de Antiochenis ad subsidium secum retentis, Hierosolimam optato tandem reuertendi, Tripolitanis cum reliquis Antiochenorum ad sua prosperè regresis. *Anno ab incarnatione Domini M. C. XIX.*
 quæ & quanta Antiochenos inuoluerint mala, & veritas historiae iubet euoluere, & horror magnitudoque clavis prohibet referre. Sed nescio quid Christianis praestaret, eorum ipsis malorum subtrahere verba, quorum illi pertulerint facta : Quin potius noceret etiam perditis, exempla subprimere eorum perditionis, quandoquidem & ipsis fortissimam sit peruersis utile, ipsorum exitio ab eorum deterreri imitatione. Quod si forte ipsis nihil conferat damnatis, quomodo & quare pericrinit nosse ; sequentibus tamen celeberrimum, forte potest, cognitis aliorum ruinis, aliis & cauere ruinosis. Proinde non ignoraretur Antiochenos omnes ferè & nobiles & plebeios, vna cum principe suo *Rogero*, prope *Arcajum* opidum, simul esse vna die à Turcis interemptos : quorum septem feruntur millia occisi; de Turcis vero, nec homines viginti. Ita vendiderat eos D E V S sine precio, qui corrupti fuerant & sibi abominabiles facti : adeò ut etiam princeps ipsorum *Rogerus*, adulter non vereretur esse publicus, pluribus ciuium & huius, & aliorum scelerum nequitiiis, ducis exemplo inaculatis. Quin & dominum suum *Boamundi filium* in Apulia cum matre cogebat exulare : nec iure, ut princeps, sed crudelitate, ut tyrannus omnia agebat : nec D E O subiectus, nec hominibus modestus existens, dignus qui similibus esset prælatus. Ita superbia & luxuria omnia sibi apud Antiochenos vendicarant. Vnde non mirum si captiui criminum, & viciorum serui, traditi sunt hostibus perimendi : ut intelligent exitiorum exemplis concussi, qui verbis admoniti intelligere nolunt,
Rom. 6, 23. mortem esse stipendia peccati. Prodierat quidem quasi ex adipe iniquitas Antiochenorum, vnde non fuit respectus mortis eorum : dum iam Omnipotentis patientia, tantorum non posset culmina malorum ultra ferre multa. Animaduertat hinc gens absque consilio & sine prudentia, quæ iram Domini irritare non permisit, commeruisse quidem se ut cessare ficeret D E V S ex hominibus membrum eorum : sed tamen eius exterminationem propter iram inimicorum est.
Datu. 3, 2, 27. se dilatam ; ne forte superbirent hostes eorum & dicerent : *m. n. c. & n. d. f. hec manus no- omnia.* Vnde nec peremptores Antiochenorum Turci de sua sunt in longum gauis *stra excelsa;* & non D o fi victoria, vieti paulo post à paucis, qui de pluribus paulo ante triumphassent, minus fecit *Quod qualiter gestum sit, latius memorandum est :* Cùm prima Turcorum aduentu permoitus Antiochenorum & princeps & populus, Regis Hierosolimorum & aduentum implorassent per legatos, & succursum ; *Rex* cum Patriarcha, relicto interim bello, nec longè à Jordane sibi à Damascenis intentato, ipsis tamen uno imperio de stationibus suis electis prius, & in fugam actis, Antiochiam festinabundus tendebat, eis, si ante bellum potuisset occurtere, auxiliaturus. Venefactum cum eo & consul *Tripolitanus, Casariensis quoque Episcopus*, vice Patriarchæ Crucis Dominicæ baiulus. Qui, cùm Antiochiam peruenissent cum rege milites ferè ducenti quinquaginta, cognito, quod iam acciderat, Antiochenorum excidio lamentabili, & congruo planctu profecuto, euocant Edessenos, & bellum Turcis iterum inferre parant. Qui vnde cunque congregati fuerunt ferè milites septingenti ; contra viginti millia Turcorum pugnaturi. *Quis* hoc audiens non horretcat ? *Quis* non contremiscat, tam dispari prælii apparatu ? *Quorsum* hoc, nisi ut intelligent mortales miseri, non se in se debere gloriarí, sed in ea solo, apud quem nil refert in paucis vincatur, an in multis ? *Quod* intelligens aliquatenus Turcorum quidam, fertur cuidam militi Christiano, cùm animaduertisset eum linguam nosse Persicam, reprobrando dixisse : *Qua est ista vestra, non audacia, ô Franci, sed insania,* ut contra tam plurimos, tam paucissimi vel conuenire ausi sint vel pugnare, cras procul dubio, vincendi à nobis, & ad nihil redigendi ? *Scimus enim pro certo, quod* dereliquerit vos D E V S vester ; & legis sue desertores, vos ultra non adiunabit ; frustra de eius confiditis adiutorio, cuius legem reliquistis, nec fidem, nec veritatem inter vos, ut solebatis, conservantes. *Nam* si D E I vestri legem & fidem seruaretis, adhuc sicut solebitis, & terribiles nobis ex more, & insuperabiles essetis. Heu, proh pudor ! quod perfidiæfideles ; & huius, à perfidis arguuntur ! Erubescere, ô Christiane, sacræ legis transgressionem à tuis tibi hostibus obiectari : Erubescere, inquam, veritatem tibi à filiis falsitatis reprobrando prædicari. Nam si in via D E I ambulasses, habitasses

habitasses utique in pace super terram. Erubescere ergo, erubescere populus Dei; & A. D. 1119.
 toto corde conuerte te ad eum qui te & exspectat adhuc, & inuitat etiam per linguas
 inimicorum suorum ad se conuerti. Committitur itaque bellum sequenti die gra-
 uissimum, & utrumque diutiùs acerrimè pugnatur. Victoria diu quidem anceps
 fuit, dum pars aliorum, ab aliorum parte ita superati sunt tandem, & in fugam acta,
 ut usque Antiochiam fugerit disgregata à collegis pars Christianorum; & in Persi-
 dam, siue in Halapam pars maxima fugerit Turcorum. Rex etenim Hierosoli-
 morum & Tripolitanorum consul cum suis, Crucis Dominicæ præsentia & virtu-
 te roborati, eius baiulum *Cæsariensem* nunquam deseruere Episcopum: sed in cam-
 po belli semper & illæsi persistenter & inquieti, donec post biduum, nullo de Turcis
 redeunte ad bellum, inde sunt Antiochiam cum laetitia magna reuersi. Exierunt
 obuiam victoribus Patriarcha; & populus qui supererat Antiochenus: Omnipot-
 enti Deo agentes gratias, & laudes debitas reddentes, quod ira in misericordiam
 esset conuersa, & per virtutem gloriosissimæ Crucis, eius cultoribus victoria de
 hostibus, & vindicta fuisset restituta. Ibi Rex cum suis recreatus aliquantâ quiete,
 & totius regionis princeps & dominus ab omnibus fieri postulatus, Regno Hiero-
 solimorum principatum adiecit Antiochenorum, multò latius hoc habens quam
 veterum quilibet Israëlitarum. Inde Crucem Dominicam delectis perlatoribus
 commissam, Hierosolimam remisit, ipso exaltationis eius die, Deo disponete, Hie-
 rosolimis cum ineffabilis gaudii tripudio excipiendam ab omni populo fideliter, &
 adorandam. Cumque Rex Antiochiæ aliquanto tempore demoratus, mortuorum
 in bello ciuium prædia & possessiones vel heredibus legitimis, vel congruis posse-
 soribus locasset, viduas maritis, & protectoribus pupilos tradens, reuersus Hieru-
 salem, Dominicæ Natalis die cum uxore sua coronatus est in *Bethlehem*. Anno A. D. 1120.
 ab incarnatione Domini M. C. XX. rex *Baldinus* venditores vel tritici vel legumi-
 num omnes intra portas Iherusalem ab omni consuetudine absoluit, ipsam modii
 mercedem, quam *iumentum* vocant, remittens. Audiens autem, cunctis deferentia-
 bus nunciis, rursum *Turcos* Eufrate transito Syriam ingressos, non tardauit postu-
 latum *Antiochenis* contra eos ferre succursum: Cruce Dominicæ à clero Hierufa-
 lem & Patriarcha, humiliiter quidem petitâ prius, & fideliter satis, sed omnino ægrè
 obtentâ, dum vel illi formidant sine illa proficiisci; vel isti, illâ recedente pertime-
 scunt remanere. Ita certabant inter se fidelis populi spes & deuotio. Vicit ea quæ
 vincere debuit, fraternæ miseratio charitatis; & necessitatì periculi imminentis
 consultum est obuiandum fore potius quam voluntati propriæ faciendum. Prose-
 cuti sunt eam nudis pedibus, cum Patriarcha, cleris & populus Hierosolimorum
 vniuersus: sicque cum ea profecti sunt Rex & sui; populus & cleris, ad urbem sunt
 flentes reuersi. Iam Turci Antiochiam vnde angustabant, totam circa regio-
 nem incursantes improbissimè: & egressum Antiochenis vel regressum vix usque
 ad primū ab urbe lapide patere sinentes. Qui tamē Regis aduentum prænoscentes,
 statim versus *Caliphum* se retraxerunt, tria Damascenorum millia militum euocan-
 tes sibi ad supplementum exercitus; & nec sic tamen Regi obuiare, vel cum eo con-
 gredi præsumentes: ad quos cum Rex proprius accessisset, adeò ut iactis utrinque
 sagittis, plures vndiq; vel sauciati vel imperfecti corruerent, post triduum, recusantibus
 omnino bellū committere Turcis, Christiani Antiochiam, Turcorum pars
 maxima in Persidam redierunt. Ita Crucis Dominicæ virtute perterriti, non ausi
 vel inire prælium Turci, Syriam, quam circa Antiochiam latius occupauerant, An-
 tiochenis interim liberam reliquerunt. Rex verò Crucem Dominicam, cum debiti
 honorificentia, Hierusalem remittens, ipse ad tempus Antiochiæ remansit, ini-
 micorum prohibens præsentia suâ recursus. Anno ab incarnatione Domini A. D. 1121.
 M. C. XXI. regressus ab Antiochia Rex, congregato omni à Sidone usque Ioppe
 populo suo, transiens Jordaniem, regem Damasci, cum Arabibus sibi foederatis,
 Christianorum terras versus Tiberiadam vastantem, in sua refugere coegerit, solo
 aduentus sui nuncio perterritum. Quem Rex biduo insequens, cum consequi non
 posset, reuersus ad quoddam castellum octauo à Jordane lapide à Damascenis ædifi-
 catum, *Jarras* nomine, obsedit illud: & machinis coercens expugnauit, custodibus
 eius XL. Turcis ad ditionem, sub foedere libertatis & vitæ, coactis. Quod obten-
 tum, Rex ad solum usque dirui fecit, perspiciens hoc nec sine difficultate magna,

vel muniri posse vel retineri; nec sine grauissimo Christianorum nocimento, ab hostibus recuperatum possideri. Fertur hoc olim insignis in Arabia ciuitas extitisse, *Gerasa* nuncupata antiquitus, situ loci fortis, lapide magno & quadro altius fundata & sublimius murata, proxima monti Galaad, & quondam in tribu Manasse instituta. Quod superfuit huius anni, pace hostium, & vbertate glebe prosperum, Christiani, Deo fauente, transegerunt.

A. D.
1122.

Anno à nativitate Domini M.C. XXII.

Rex à Ptolomaida exercitu moto, *Tripolim* est profectus, contemptum & rebellionem debellaturus *Pontii* consulis Tripolitani, repudiantis regi Hierosolimorum subiici, contra morem patris sui *Bertranni*; & debito ei hominio fœderari. Verùm, Deo volente, cùm Comes, meliore usus consilio, debitam Regi subiectionem fecisset, pacati sibi & amici, rex & consul sunt effecti. Interea legationem *Antiochenorum* deferens Archiepiscopus quidam, Tripolim venerat ad Regem, succursum flagitans Antiochenis contra Turcos ferendum, totas circa regiones sine obstatulo deuastantes rursus longè lateque, & occupantes. Quo auditu Rex gloriosissimæ Crucis Dominicæ præsentia munitus, continuò Antiochiam properat, trecentos secum lectissimos milites dicens, & equites trecentos, ad sua ceteris remissis. At verò *Turci* Regis aduentu, more suo perterriti, *Sardanum* castrum, quod iam obsecabant, reliquerunt, ad suæ se retrahentes. Rex inde, Antiochiam; *Turci*, ad incœpta recurrunt. Occurrit rursus Rex regressis: & nec sic gens congregandi secum illa Parthica facultatem præstat occurrenti, more suo semper instabilis: nunc dorsum, nunc usum agilius quam opinari possis hostibus obuertens, ut cùm eam fugere puttes, recursum repentinum, & impetus subitos necesse sit caueas; & vnde te credas vicisse, videre ne vincaris obseruare oporteat. Ita gens persida & quietis omnino impatiens, dum Regis & suorum constantiam peruident, & suam sibi nihil valitutram astutiam, tandem ad sua recesserunt, congressum vitantes omnino, & victoriæ fine sanguine Christianis relinquentes. Et cui alteri nisi gloriosissimæ Crucis Domini nostri Iesu Christi talis est assignanda victoria, in qua nec congregatus hostis, illæsus superatur; & victor, nullo sui dispendio victoriæ potitus, gloriatur? Quis non miretur, decem millia armatorum, mille ducentos timuisse: & vi-

Gal. 6,14. tato congressu ceu viatos abscessisse? Proinde seruis Crucis absit gloriari nisi in virtute Crucis, in cuius cornibus, vt ait Scriptura, crucifixi est abscondita virtus; ea

Habac. 3,5. videlicet virtus quæ sequenter exprimitur, cùm dicitur: *antefaciem eius ibit mors: egredietur Diabolus ante pedes eius.* Pedes eius, baiulos eius, cultores, prædicatores eius esse aduertamus, ante quos Diabolus in satellitibus suis egredi, & fugere conspiciimus, congregati verentibus & properantibus regredi, vt & fidelibus Crucis liceret cum ipsa Cruce ad sua reuerti. Ita eum usque Tripolim Rex Crucem Dominicam reduxisset, cum parte exercitus eam inde Hierusalem remisit, ipse cum reliquis Antiochiam reuersus. Interea *Balach* Admiratus quidam, astutiæ & malignitate nulli secundus, consulem *Edessenum Goscelinum* cœpit, & cum eo cognatum ipsius *Galerannum*, insidiis circumuentos, sociis eorum, centum militibus, crudeliter trucidatis. Reliquum huius anni spatium, neque Parthia, neque Babylonia Christianis fecit inquietum, Domino Iesu Christo donante & quietum eum esse, & fruge omnimodâ satis opimum.

A. D.
1123.

Anno ab incarnatione Domini M.C. XXIII. illa

inter Imperatorem Almanniæ *Henricum*, & Papam Romanum diutius protracta discordia, tandem Deo est volente terminata, & regnum sacerdotio fœderatum, agente Papâ tunc *Calixto* secundo. Eodem anno *Venetici*, numerosa fatis & pulcherrimâ classe, centum videlicet nauium, præparata, Hierusalem adire & Christi Domini, vel amplificare ibi nomen & cultum, vel roborare deuouerunt: *Cirabos* insuper quam plurimos, & naues onerarias, alias tritemos, alias rostratas habentes: in quibus & magnæ proceritatis ligna posuerunt, construendis ubi opus esset machinis apta. Inerant autem nauibus, ter quina armatorum millia; equi verò non plus quam trecenti. Itaque præcedente quidem anno, de terra sua egressi, in Insula *Curpho* nuncupata, hyemauerunt; isto autem qui nunc habetur in manibus anno, tandem in Syria applicuerunt: Quod priusquam fieret, contigit & regem Hierosolimorum, insidiis *Balach* circumuentum, abduci captiuum; & apud *Cartapetam* munitissimum eiusdem Balach castellum, in arce ipsius cum *Goscelino* & *Galeranno* reponi, diligenter obseruandum. Quo infortunio,

infortunio, quid iocundius Sarracenis; quid Christianis tristius horribilisque posset euénire, nescio. Quod postquam Hierosolimis & circa per totam regi-^{A. Dn. 1123.}
nem vulgatum est, conuenerunt apud *Ptolomaidam* cum Patriarcha, proceres totius Hierosolimorum regni ferè omnes, tractaturi inter se in tanto discrimine quid fa-
cto opus esset. Communi itaque cōsilio & ascensu elegerunt & decreuerunt, Cæ-
sareæ & Sidonis principem *Eustachium* totius regni fore custodem, virum vtique
strenuum armis, & moribus honestum, polentem cōsilio, & nobilitate clarum.
Huius præceptis Patriarcha & populus vniuersus, omnes totius regni optimates
obtemperare decreuerunt, quo vsque quid de rege fieri disposuisset D E V S, rei exi-
tu pateret. Cumque cognouissent *Babilonios* Ascalonæ terrâ mariquæ conuenisse,
Eustachius Dux, & qui cum eo erant, legationem, Venetiorum classi obuiam misc-
runt, lembis agillimis directam, imminens periculum insinuantes eis, & speratum
succursum obnixiū sibi accelerari flagitantes. Interim Babilonii *Iopem* classe mul-
tâ cueeti, de nauibus cum ingenti strepitu & piratico horrore exsiliunt: æreis tubis
& clamoribus immensis personantes vndique & v lulantes, circumuallant urbem;
& machinis erectis, muros inuadunt; torquentis perualidis saxa iaciunt, adeò forti-
ter, vt vltra iactum sagittæ tanti lapides peruolarent. Arabes quoque & Æthiopes,
qui plurimi pedites conuenerant, grandes in muros impetus dabant; alii tela, alii
sagittas, alii saxa ciuibus de muro se, pro posse, defendētibus, ingerentes. Nihil pror-
sus intentatum relinquebant hostes, vnde obfessos fatigari posse sperarent. Nam &
murmurum plerisque in locis suffodere aggrediuntur alii; dum alii, defensores è pro-
pugnaculis vel sagittarum imbribus vel turbinibus lapidum arcere contendunt. At
verò ciues, quamuis admodum pauci, indefessè impugnantibus obsistunt, non die-
bus neque noctibus è muris descendentes: sed dum aliis alii impugnatores succe-
dunt, ipsi semper irrequieti, defensandis muris persistunt. Mulieres & ipsæ, viris de-
super laborantibus, deorsum collaborant, nunc lapides, nunc tela propugnantibus
ministrantes; nunc sitientibus potum, esurientibus cibum offerentes. Verùm Sar-
raceni, cùm per dies quinque expugnandæ vrbi insistentes, D E O semper suos mi-
rabiliter roborante, non præualerent, auditio Christianorum aduentu Iopitis suc-
currere festinantium, non ausi ibi diutiū immorari, se in naues suas retraxerunt,
depositis machinis, & membratim nauibus illatis. De quibus dubium non est
quod expugnarent urbem, si diutiū eam impugnare securè potuissent. Nam mu-
rum iam plerisque in locis suffoderant, & propugnaculorum plurima confracta
disiecerant, tortorum fortius illissoe saxorum conquassata. Ita classe, LXXX. *
ferè habente, versus Ascalonam retractâ, terrestri prælio se præparant contra ve-
nientes aduersum se Christianos excipiendo. Nam de toto ferè Hierosolimorum
regno, duce *Eustachio* præcipiente, iam apud *Ramatha*, urbem quondam iuxta *Dioſpolim* sitam, ointes ferè concurrerant arma ferre valentes Christiani, glorioſa
C H R I S T I Domini Cruce præsente freti admodum, & confortati: illâ autem
Patriarcha, & clero delatâ. Qui autem remanserant Hierosolimis, iciuniis,
vigiliis, orationibus, elemosynis insistebant, fratribus suis & sibi in tanto periculo
positis propitium fieri D E V M enixiū flagitantes. Dux & qui secum erant proceres,
primo mane de *Ramatha* consurgentes, ordinatis per acies agminibus suis, benedi-
ctione & absolutione à Patriarcha populo datâ, cautè & ordinatè in hostes proce-
dunt, apud *Azotum*, quondam Philistinorum urbem quintam, congregatos, & bel-
lo committendo se maximo apparatu congregantes. Sarraceni, more suo, de
numero confidunt: de Crucis & Crucifixi virtute præsumunt Christiani. Com-
mittitur igitur pugna durissima, & gladiis cominus res geritur. Quid plura? Pla-
cuit & hic C H R I S T O Deinino, & suis conferre virtutem, & inimicis confusio-
nem inferre. Nam cùm milites hostilis exercitus, Christianæ militiae ordines &
arma mirarentur, ferociissimos eorum impetus sustinere non ferentes, protinus
versi, pedites suis in campos dimiserunt trucidandos: quibus pro libitu percu-
tientium detrunctis, Christiani victoriā sibi cœlitus collatam congaudentes,
quantum vel possunt vel audent insequuntur fugientes, prosternentes omnes
quos consequi præualent, & instantissimi proternendis incumbentes. Ita sex
hostium millibus petemptis, reliqui, quæ vel quò quisque potuit, euaserunt.
Nam sedecim millia præliantium conuenisse ferebantur, cum Christiani ad octo

sint milia æstimati. Fugâ & strage hostiū paratâ, victores ad castra læti redeūt, ditati opimis, trecentos camelos, & asinos quīngentos, præ se minantes captiuos. Laudatur à suis C H R I S T V S : & Crux magnificatur & Crucifixus, cuius virtute & dignatione redacti ad nihilum sunt inimici. Bello isto per omnipotentis Domini voluntatem & gratiam ita peracto, & Dominicā Cruce Hierusalem Patriarchā reportante, glorifico occurrentis populi processu, in loco suo reportatâ, post triduum de *Venetorum* classē iocundi sunt rumores subsecuti: quæ cùm Ptolemaidæ applicuisset, intimatum est Veneticorum duci Babilonicam classem ab Iope reuertentem, ei, si cum sua classe occurrere vellet, D E O volente, obuiam fieri posse, & si ita sit voluntas in cœlo, comprehendendi. Qui, suorum consilio, confessiū classem suam bifariam diuisit, minorēm eius partem versus Iopem festinanter duccens; alteram sequi à longè præcipiens: callens videlicet, ignaros ita in bellum & in periculum protrahi posse Saracenos. Nec fecellit callenteim opinio. Nam Saraceni per mare vagantes, explorantesque si qua fortè peregrinantur in Hierusalem occupare possent nauigia, cùm octodecim naues de classe Venetica prospicerent appropinquantes, occurserunt læti; & more suo tubis ærcis clangentibus perstrepuunt; grande sibi promittentes, tamquam de iam compræhensis tot nauibus, emolumētum. Venetici pauitare sc̄, & velle nec posse fugere simulâtes, ad solū hoc bellū differunt, vt, sociis superuenientibus, feliciū pugnant. Quos cùm propinquantes etiam Saraceni cernerent, velis & remis latius æquora profulcantes, qui sc̄ priūs ad prædam cohortantes, alter alterū præcurrere nitebantur, iam se tantum propinquasse cœperunt pœnitere, cùm neque fugere iam possent, nec auderent pugnare. Ita Venetici, de victoria securi, in Saracenorum classem irruunt; exangues iam præ paurore, & dissolutos Saracenos aggrediuntur audacter; & naues eorum celeriter ingrediuntur, omnes in suis nauibus, ac si in agris messem, detruncantes. Incredibile fortassis iudicatur dictu, quod ibi factum fuisse fertur mirabile; occisorum sanguine usque occidentium tibias exundante, nauium tabulatus plenos omnes horruiisse: denique peremptorum corporibus in mare præcipitatis, tantus ex eis fertur fluxisse sanguis, vt totum, usque ad quatuor ferè millia passuum, mare videtur rubuisse. Ita deletis omnibus qui nauibus inerant hostibus, naues omnes cum omnibus vel armis vel opibus, à Veneticis captæ sunt, & detentæ. Inde usque A scalonam percurrentes, alias quoque decem naues comprehendenterunt diuersis vi etualibus onustas, lignis quoq; mirâ proceritate directis ad machinas componendas præparatis: alias etiam naues ad littus usque fugitiwas, ignibus iniectis incenderunt; alias funibus præcisis, secum Ptolomaidam reduxerunt. Ita, qui terrâ marique conuenerant perdere Christianos Saraceni, terrâ mariq; sub eodem tempore, ferè omnes periēre. Inbelles putabant esse, quos regem sciebant nō habere. Probauerunt eos sine Rege non esse, quibus C H R I S T V M Regem experti sunt non esse. Tenebant quidem in vinculis Regem Balduinum; sed liberatorem Christianorum experti sunt semper esse C H R I S T V M. Qui, vt se etiam improbis probaret Regem esse Regum, ipsum quoque Regem Balduinum eodem anno, mirabiliter dignatus est de vinculis liberare, & regno potenter suo restituere liberatum, Eu stachio duce per idem tempus defuncto, & *Guillelmo de Buris* ad regni tutelam ei substituto. Verum liberatio Regis, & corum qui cum eo captiui tenebantur Goscilini & Galerani, quo ordine euenerit, quia satis iocunda videtur esse narratio, nec prolixa videri debet nec onerosa. Fuerunt in *Edeffa* vrbe st̄enuissimi viri, qui diuinâ, vt credendum arbitror, inspiratione permoti, posuerunt animas suas in manibus suis; & de captiuiorum Regis & comitum liberatione, fortissimum inter se inicrunt consilium. Nam foederati inter se *Cartapetam* usque peruererunt, habitu pauperrimo coniecti, simulque mercibus quibusdam vilissimis sarcinati, quas cùm se venales conuectare præmonstrarent, castrum totum perambulantes, explorabant diligentissime quonam aditu ad carcerei possent peruenire, interiori castelli munitione cum ipsa arce priūs, si forte possent, occupatâ. Cuius custodes cùm prope portam iniueriscent ludentes, ingressi sunt alter post alterum, tanquam de facta sibi à castrenibus iniuria, querimoniam ad Magistratum deferentes. Vbi cùm priūm custodum lacrimabili conquestione, in te fecissent intentum, eductis subito de subemiciniciis suis pugionibus occultis, ipsum dicto citius ne cauerunt:

necauerunt: Dehinc arreptis, quas ibi inuenierunt, lanceis, omnes, qui cum ipso A. D.
 erant, peremertunt. Attollitur clamor ingens, & per totum etiam exteriū ca- ^{1123.}
 strum simul omnes perturbantur. Quicunque, exploraturi clamoris causam, in-
 gressi fuissent, ante perimebantur, quam quidnam esset dinoscere possent. Ita cen-
 tum de Turcis ibi feruntur necati. Claudit deinde illi confestim portas, & car-
 cere fracto Regem cum comitibus educunt. Inde scalis erectis, muri conscen-
 dunt fastigium: & in summa arce vexillum Christianorum exaltantes, suum esse,
 castrum exclamant. Conueniunt finitimi cum castris vnde Turci, & in-
 terius illud cum arce castrum obſidentes, intus conclusos aſſeruant ſolicite, ne quis
 eorum poſſet exire. Conclusi tamen, Rex & ſui, de liberanda vita ſua consultant
 inter ſe, ni mis anxi. Quorum Gofcelinus, ſicut erat vir cordatissimus, paratum ſe
 dicit eſſe, pro communi periculo, proposito ſe diſcrimini exponere: *Cum tribus fo-*
lummodo viris exibo, inquit, si hoc vobis complacat, o viri fortes, & proceres incliti: &
si is qui caput cooperari nobis liberandis, voluerit misericors Dominus, Edessam vadam, & in-
de Antiochiam, veletiam Hierosolymam, DEO volente, pergam, succurſum vobis, quam
citius potero, & quæſiturus ſimul, & adducturus. Collaudant cuncti propositum viri.
 Nec morā, consul cum tribus delectis comitibus, nocturnus ſimul & furtiuus via-
 tor, egreditur caute, & hostiles custodias transgreſdiens, vnum de ſuis ad Regem,
 ſicut ſimul contradixerant, eadem viā remittit: liberum ſibi, miſerante DEO, patuſ-
 ſe iter significans. Latitant diebus, & noctibus per deūia properant; tandemque
 ad Euphratem perueniunt. Nauigium non habentes, natando tranſeunt, confuli,
 natatus ignaro, duobus vtribus ſecum ad hoc delatis, impletis vento atque ſuppo-
 ſitis. Ita transiſſo flumine, ieſu & ſitibundi properant. Tandem Armeniorum
 fines ingressi, victum ſibi quaeritare nec ſic audent, etiam Christianos illos haben-
 tes proditionis ſuceptos; ideoque, & videri pauitantes, & agnoscit. In tantis positi
 malis, ſolum ſperabant, hocque ſibi affore preccabuntur, diuinæ pietatis auxilium.
 Confectus famis atque itineris labore consul, dum ſub arbore nuce paſfaret, ob-
 dormit vepribus & foliis coniectus. Proceſſerat interim vnuſ de comitibus con-
 ſulis, ſicubi quid vietus inuenire præualeret circumſpectans. Occurrit rusticus qui
 30 dam Armenius, & rogatus caricas cum paxillo panis latitanti ſub nuce confuli-
 dum offerret, agnoscens eum: *Aue, inquit, domine Gofceline: ave consul nobilissime, &*
tuis desiderantissime princeps. Quid hic agis? cur non properanter venis? Neganti ſe Gof-
 celinum eſſe, & adhuc occultare volenti: *Ne tipeas, rusticus inquit, domine consul: ne*
me, te bene cognoscentem, ſuceptum habeas. Ita me ſaluet Dominus, quo modo ſalutis tibi, pro
poſſe, cooperator, ſi iubes, existam. Age, ait consul, o liberalissime mentis homo, miſererere mei,
 per illam quam CHRISTO debes fiduci & dilectionem te obſecro; nec me cuiquam malu-
 lorum meorum detegas, queso: ſed ſi quid volueris accepturus mercedis, uſque Toruexel ca-
 ſtellum, me rogo perducito ſaluum. Et ille: *Vxorem, inquit, habens & filiam infantulam,*
me cum illis tua fidei, & liberalitati à modo committo: animam meam anima tua, nobilissime
 40 *vir atque prudentissime, commando: & patria & terrâ meâ, ſi iubes, pro te exibo libenter,*
duos quos habeo germanos unâ mecum adducens, & te cum eis, quò malueris deducens. Quid
multa? cucurrit rusticus & cum ſuis omnibus festinatius rediit. Imponitur con-
ſul rusticus aſſellæ, & infantulæ, rusticus filiæ, gerulus efficitur. Plorat infantula, in ſi-
nui confuliſ locata, & gerulum ſuum affiduis fatigat vagitibus. Tollerat & hoc tæ-
dium vir prudens, altiore confilio circumſeptus: videlicet ut nihil minus quam
consul eſſe taliter geſtatus, talisque gerulus occursantibus viatoribus crederetur.
 Tali comitatu comes deductus, tandem caſtellum ſuum Toruexel ingreditur. La-
 ta fuit ſatis talium hofpitum ſuceptio. Gaudent cuncti, ſimul omnes laetantur: Ex-
 ultat vxor, familia tota congratulatur: fit rursus consul, qui fuerat exul; consolatus
 50 à ſuis, qui ab alienis fuerat defolatus; rursusque iam & consolator ſuorum, & alie-
 norum deſolator futurus. Remuneratur condignâ mercede consulis coniutor
 rusticus, & de paupere colono diues decurio efficitur. Liberatus itaque ab exilio
 consul, de captiuitate liberandis, Rege videlicet & ſuis, ſollicitus ſatis & anxius, con-
 tendit Antiochiam; & inde Hierosoliinam percurrit: debitā liberatori ſuo laudes
 inibi perfoluens, CHRISTO ſuas in monte Caluariae compedes offerens ibidem
 ſuſpenſas; & alias eiusdem ponderis argenteas, pro munere, confeſtratas adiungens.
 Tractat cum optimatibus Regni de prouidenda liberatione Regi; & de acceleran-

do ei succursū, quoscunq; præualet cohortatur. Contrahitur vnde cuncte Christianorum exercitus, & *Tripolim* vndique conuenit, vt inde *Carpetam*, quo rex cum suis tenebatur clausus, coactis omnibus copiis contendatur, Cruce Dominicā à Patriarcha & clero, Tripolim iam delatā. Inde *Antiochiam* festinat, qui apud Tripolim fuerat congregatus *CHRISTI* exercitus. Ibique Antiochenorum copiis secum assumptis, *Toruexel* usque perueniunt. Vbi cū profectionem per Armeniam pararent, tristi rumore subito percelluntur, Regem rursus cum ea qua obsessus tenebatur munitione à *Balach* captum esse audientes. De Regis itaque desperantes liberatione, succursum, quem ei ferre satagebant penitus omittunt; & ad incursandum urbem *Calipsum*, ne inanes redirent, consilium transferunt. Per cuius suburbana vastantes omnia, & quæcunque inuenire potuerunt diripientes, *Ptolomaidam* usque remeauerunt, Ioscelino consule Antiochiam cum suis redeunte. Transmisso *Jordane* Hierosolimitæ, regionem monti Galaad & Arabiæ confinem percurrentes, regionis, quibus improvisi aduenerant, accolas diripiunt; captiuos quamplurimos de vtroque sexu, cum ingenti camelorum atque ouium preda, Tiberiadam, & inde Hierosolimam redentes, secum adducunt, Cruce Dominicā in loco suo decenter recolatā. Superest ut iam de Rege, & eis qui cum eo clausi remanserant, quomodo eis interim contigerit, explicetur. Cum enim *Balach* Regem, quem *Cartapetæ* vindictum cum reliquis cōcaptiuis dimiserat, turrem suam, ut supra relatum est, occupasse cognouisset; & Ioscelinum consulem cuasiſſe, somnium, quo aliquando viderat à Ioscelino sibi oculos erui, secum reputans, anxious nimis & iratus, *Cartapetam* cum quanto poterat exercitu accurrit, quibuscunq; præualet modis de recuperando prædio suo pertemptans. Et quidem, primò blandè Regem alloquitur, de vita & libertate; de saluo etiam usque Edessam seu Antiochiam deductu fidem illi facere, & dare obsides pollicetur, tantum ut suum sibi restituat præsidium. Cui cū Rex acquiescere nollet, vel de fide Balach dubius, vel de accelerando sibi per Ioscelinum succursū nimis securus, efferatus animo Balach, ad callida, more suo, conuertitur machina: rupem, supra quam castrum erat situm, suffodi faciens; & stipitibus validis muri fundamenta suspendi, ac demum illatā copiosiore materiā ignem immitti: quo fulcimentis omnibus exæsis, rupes repente vasto hiatu subsedit; & una de turribus, muri cedente fundamento, cum horrisono fragore decidens, Regem, & omnes qui cum eo erant, stupore simul & terrore nimio concussit. Ita non solum liberationis sed & vitæ Rex & sui, omni spe amissā, Balach se cum ea, cui inerant, altiore turre dedidere, nihil nisi supplicium exspectantes. Regi tamen vitam Balach indulxit, & cum eo cuidam nepote suo & Galerrano: eos autem qui Regi adiumento fuerant, alios quidem suspendit patibulis; alios decorians viuos, crudele suis spectaculū fecit; reliquis gladio trucidatis. Regem denique de castro eiecitum, *Carram* usque, cum tribus tantum de suis, abduci præcepit. His circa Regem ita gestis, anno à nativitate Saluatoris M. C. XXIIII. dux *Venetorum* cum Hierosolimitis, Dominici Natalis solemnitate apud Bethlehem, fidelium more, celebratā, se cum omnibus copiis suis *Tyrum* vel *Acalonam*, post Epiphaniam, obsecsum ire, communi iuramento confirmant: Venetici quidem, ex more cum classe sua per mare; Hierosolimitæ verò cum toto tam equestrī exercitu quam pedestri à terra id fieri disponentes. Quibus, quia & militia pauca erat, & pecunia rara, Patriarcha & cleru præciosiora Hierosolimitanæ Ecclesiæ oppignorare compulsi sunt ornamenta, militiæ & clientelæ gratiā conducendæ. Ita præparatus pecuniis, & armis instructus diligenter uterque exercitus, conuenerunt *Ptolomaei*, & ibi librato diligentius consilio, *Tyrum* potius adire delegerunt, faciliorem eius expugnationem fore arbitrantes. Obsidetur itaque ciuitas & de proximo vndique angustatur, quæ diuinarum opulentia & maris præsidio circumfulta, nec dominari consueuerat vñquam, nec expugnari. Interea *Acalonia* e comperto Christiani exercitus abscessū longiore, solitā proteruiā ebullientes, Hierosolimam occurruit, Vrbem se etiam obsidere posse putantes. Quorum de specula aduentu præcognito, Franci & Syri, qui ad vrbis custodiam fuerant relicti, accurrentibus occurruunt audacter; eorum quoque petulantiam, acri satis certamine excipiunt. Coguntur de propriis corporibus tuendis Saraceni tractare, qui etiam Vrbis muros, vacuos defensore, præoccupare se posse frustra præsumperant. Committitur

mittitur pugna tribus ferè horis acerrima, ex eo potissimum miranda, quod paucif- A. D.
 simi plurimis adeo pertinaciter obsisterent in campo, nullius munitionis adiuti 1124.
 præsidio, vt, non dico cedere loco cogi possent, sed etiam in fugam agere confer-
 tissimos hostium cuneos præualerent. *Quis* non hoc Diuinæ virtutis opus ani-
 maduertat esse, gentem & locum sanctum, à profana impiorum ceruicositate, ma-
 nifestè defendantis? Ita semel disgregati Ascalonitæ, vltra se non potuerunt in a-
 ciem regregare; adeò præcipiti fugâ ruentes vt suspicionem fecerint in sequenti-
 bus, quod fortè in præparatas vellent inducere insidias, dum fugiunt se fugantes.
 Quâ vel suspicione vel cautelâ reuocati, dato restandi signo, ad prædam se conuer-
 terunt diripiendam Christiani, ei cuius gratiæ protectione vicissent, C H R I-
 STO Domino, debita gratiarum vota persoluentes. Quibus hoc solum videretur
 magnum, si in tanto diſcrimine non perissent; latabantur se præter spem etiam vi-
 tores reuertisse, vt protectorem & saluatorem suum in omnibus agnoscerent esse
 C H R I S T U M. Compulsi sunt hoc ipsum cōfiteri etiam Ascalonitæ, propria confu-
 sione ammoniti, viatos se stupentes, & fugatos ab eis, quos, non dico procedere in
 pugnam, sed nec aperire os audere præsumserant, & gannire. Quorum, ne quid
 decesset confusione, latè patentes campos mortuis reliquerunt opertos; alii quam-
 plures ad mortem vulnerati, aut in via semineces ruebant morituri; aut vix
 sua subire poterant moenia moribundi. Euasissent planè pauci,
 20 nisi persequentes, vt dictum est, insidiarum
 reuocasset suspicio.



HACTENVS MANVSCRIPTVS NOSTER.



Tom. 21.
2^o Partie

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek



+Z172134005



